F I D E N E
Instituto Regional de Documentação
BIBLIOTECA CENTRAL
N.º de inventário 415

23=71
B691o5
v.1

# SANCTI BONAVENTVRAE EX ORDINE MINORVM, S. R. E. CARDINALIS ALBANEN. EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS Opuſculorum Theologicorum,

## TOMVS PRIMVS.

*Acceſſerunt nunc eiuſdem S. Patris aliqui miræ eruditionis, ac ſanctitatis libelli, qui iam temporum iniuria pene interciderant.*

Additæ ſunt etiam marginales annotationes, quæ ſententias illuſtrarent. Subduntur & totius operis, tum libellorum, & capitulorum, tum expoſitarum ſcripturę auctoritatum, tum etiam ſententiarum omnium alphabetico ordine digeſtarum copioſiſſimi indices.

*Hac omnium poſtrema editione cum Romano exemplari omnia contulimus, & qua fieri potuit diligentia priſtinæ integritati reſtituimus.*

Quæ in hoc primo Tomo continentur, ſequens facies indicabit.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS.
APVD HAEREDEM HYERONIMI SCOTI.
MDCXI.

B. N.º 228

FIDEN
Instituto Regional de Documentação
BIBLIOTECA CENTRAL
N.º do Invent: 415

# LIBRORVM HOC PRIMO TOMO CONTENTORVM INDEX.


1 *ISAGOGE in ſacras ſcripturas, quam principium auctor vocat.* fol. 1
2 *Liber de quinque viſionibus, aut alias Eccleſię luminaria in Geneſim.* fol. 9
3 *In quatuor libros Sententiarum, libellus carmine digeſtus.* fol. 76
4 *De reductione artium ad Theologiam, Liber vnus.* fol. 93
5 *Breuiloquij Theologici, Libri ſeptem.* fol. 97
6 *Centiloquij Theologici, ſiue Theologicæ Epitomes, Libri 4.* fol. 148
7 *De tribus ternarijs peccatorum, Liber vnus.* fol. 193
8 *De gradibus virtutum, Liber vnus.* fol. 198
9 *Confeſſionale, ſiue de ratione adminiſtrandi ſacramentum pœnitentiæ, Liber vnus.* fol. 205
10 *De irregularitatibus, & diſpenſationibus, Liber vnus.* fol. 220
11 *De ratione confitendi peccata, & puritate conſcientiæ, Liber vnus.* fol. 224
12 *Pharetræ, ſiue locorum communium, tum moralium, Tum Theologicorum ex Sanctorum Patrum monumentis congeſtorum, Libri quatuor.* fol. 236
13 *De ſeptem donis Spiritusſancti, Libri duo.* fol. 334
14 *In regulam Fratrum Minorum, Liber vnus.* fol. 373
15 *In dubia quædam eiuſdem regulæ, Liber vnus.* fol. 392
16 *Quare Fratres Minores prædicent, & confeſſiones audiant, Liber vnus.* fol. 402
17 *De paupertate Chriſti, Liber vnus.* fol. 409
18 *Quod Chriſtus, & Apoſtoli nudis pedibus inceſſerint, Epiſtola vna ad quendam qui contrarium docuerat.* fol. 430
19 *Apologiæ Euangelicæ paupertatis, Liber vnus.* fol. 433
20 *De non frequentandis quæſtubus, cauendiſque diſcurſibus, Epiſtola vna ad fratres.* fol. 485
21 *De reformandis Fratribus, ad Miniſtros Prouinciales, Epiſtola vna.* fol. 486
22 *De contemptu ſæculi, libellus.* fol. 487
23 *Exercitiorum ſpiritualium libellus.* 488

# IN D. BONAVENTVRÆ SERAPHICI DOCTORIS OPVSCVLA OMNIA.

## *RERVM ATQVE VERBORVM INSIGNIVM, INDEX COPIOSISSIMVS.*

### ADNOTATIO.

Ne in immenſum Index hic progrederetur, benigne lector, ſub eadem voce atq; caſu, omnes quoad licuit, ſententias complexi ſumus, inſuper cum in eodē folio ſiue capite multa notatu digna viderentur, eandem rem contuentia, vnam aut binas elegimus ſententias, quibus te illuc mitteremus, ſatis exiſtimantes, locum indicaſſe, id genus materiæ continentem. Cæterum cum multa eiuſdem Tomi ſeſe comitantur loca, ſemel tantum Tomum adnotauimus, ne idem fruſtra pluries repeteretur: Porro ſolius quandoq; folij, numerum poſuimus ob id quod vel per totum illa de re folium agitur, aut certè quod facile ex capitis inſcriptione queat inueniri quod citamus. Contra vero columnam dumtaxat recenſemus, quoties folij contexitur ſententia.


Aron & filij vinū bibere minime, ſoliti cum domino miniſtrarent. t. 1. fo. 447 col. 2
Abbas erga ſubditos vti pater ſe gerat. t. 2. 255. c. 1. doctrina polleat. ibid.
Abbatiſſa qualis ſit oportet. t. 1. 256. co. 2
abigail B. Mariam præfiguraſſe. t. 2. f. 290. col. 1. & 590. col. 2.
abimelech antichriſtum egit, to. 1. 49 col. ſecunda luxurioſum refert, to. 2. fo. 200. col 1
abnegare ſemet, trifariam contingit. tom. 1. fo 374. c. 2
abrahamo promiſit Deus dare terrā quā olim Sem filius Noe poſſederat. to. 2. f. 85. col. 1.
abrenuntiare omnibus, perfectionis euangelicæ eſſe to. 1. 411. col. 1. non eſſe Deū tentare. 413. col. 1
abrenuntiationis perfectæ forma. to. 1. fol. 455. col. 2
abſoluere quando haud poſſit ſacerdos. to 1. fo. 217. c. 2
abſolutio Papæ reſeruata, quibus caſib. ab alio impediri poteſt, to. 1. 160. c. 2. quib. deneganda. 218. c. 1
abſtinentia neceſſaria ad perfectionem, & ad multa vtilis, to. 1. 421. col. 1. 443. c. 3. & 445. co. 2. eleemoſynam aſciſcit. 329. col. 2. orationem iuuat, ibidem Religioſis amica fit. t. 2. 74. c. 2. ſit diſcreta 545. col. 1. primatum inter virtutes obtinet. ibidem.
abſtinentiæ gradus. to. 1. 202. col. 2. authoritates doctorum 282. c. 2
abſtinere à carnibus eiſque veſci perfecte imperfecteq. quid fieri. to. 1. 445. c. 1
abſtinent à licitis duab. de cauſis viri perfecti to. 1. 448. c. 2
abuſus virtutum. t. 1. 255. c. 2. vxoris adulterium æſtimatur. 259. c. 2
abutentes confeſſione ſacramentali, vt puniendi. to. 1 217. c. 2
accedere ad Deum quid ſit. t. 1. 198 c. 2
acceptio munerum an ſit peccatum, to. 2. 183. col. 2. triplex vitanda iudicibus. t. 1. 261. col. 2
acceptio perſonarum quid ſit. t. 1. 153. c. 1. in confeſſione cauenda. 206. col. 1. iudicium peruertit. 305. c. 2. vt ſit peccatū. to. 2. 187. col. 2
accidentia cur ſine ſubiecto in Euchariſtię maneant ſacramento. to. 1. 138. c. 2
accipere beatius quandoque, quàm dare, to. 1. 483. c. 2
accuſans aliquem ad mortem, vt pęnitebit. to. 1. 210 c. 2
accuſare vitia propria iuſtorum eſſe. to. 1. 291. col. 2
accuſare noſmet debemus. t. 2. 55. c. 1
accedia quid. t. 1. 116. c. 1. quid committatur, 207. c. 1. triplex. t. 2. 90. c. 1. remedia. co. 2. vt ſit lethalis. 189. c. 1. quibus rebus adſimiletur, 198. col 1. quæ damna inferat. ibid.
accidiæ difinitio, ſpecies, atque proles. to. 1. 257. col. 1. authoritates doctorum, 267. col. 2
achior qui, & achan antichriſti figura, t. 1. 49. col. 2
actio oīs q.d habere debeat, t. 1. 95. c. 2. bonā conſcientiam lætificat. to. 2. 66. col. 1.
actionis & contemplationis viciſſitudines to. 2. 548. c. 2
actionem vbique comitatur aliqua paſſio, to. 1. 116. c. 2
actio principii perfectiſſimi qualis ſit. to. 1. 106. c. 1
actiua vita contemplatiuæ miſcenda. to. 2. 134. c. 2. ad æternam patriā tendit. 420. c. 2. geminas habet partes. 547. c. 1. præcedat contemplatiuam, ibid. in quo conſiſtat. 552. c. 2
actiuæ vitæ opera. to. 1. 331. c. 1. merita magna. 331. c 1
actiui & contemplatiui in cęlo, & in terra t. 1. 68. c. 1
actus addit ſuper potentiam. to. 1. 126. c. 1
actus Hierarchici, t. 1. 68. co. 2. 170. col. 1. ad perfectionem diuerſi, 450. c. 2. quadrupliciter differentes. to. 2 176. c. 2
actus multiplex & varium Chriſto, to 1. f. 437 col. 1
actus coniugalis vt licitus vel illicitus ſit. to. 1 161. c. 2. & 238. co. 2
actus vt ſua attingant obiecta. to. 2. 413 col. 1
adam guſtauit de ligno ſciæ, & perdidit lignū vitæ, t. 1. 10. c. 2. & Eua quali à diabolo argumento decepti fuere. 11. c. 2. vt lapſus fuerit. 113. c. 1. & 2. veniale ratus eſt futurus deliquium ſuū, ibi. ſi ſtetiſſet corpus ſiue paruiſſet. 114. c. 1. quā habuerit rerum cognitionem, & vnde 172. c. 2
adami lapſus vti acciderit. to. 1. 113. co. 1. 2. peccatum vt cæteris maius ſit. 150. c. 2. funiculi ſiue vincula quęnam, to. 2. 404. co. 2. & 408. c. 2
adamo quæ fuerit pœna inflicta tranſgreſſionis ergo. to. 1. 113. c. 2. 163. co. 2. mulieris peccatum imputatur. 113. c. 1
adamum vt imitentur omnes qui peccat, to. 1 116. c. 1
adiutoriū multifariam homini à Deo collatum. to. 1. 111. c. 2
adoleſcens verecundus, pulcherrima gemma. t. 2. 226. col. 1
adoratio latriæ, qui Chriſto conueniat. t. 1. 120. c. 2. duplex. t. 2. 619. col. 1
adorare Deum & ſanctos vt debeamus. t. 1 346. col. 1
adoratores veri qui ſint. to. 1. 384. c. 1
aduentus filii Dei in mundum cur tandiu dilatus & quā congruentiſſime venerit t. 1. 116. c. 2. & inde meditatio. 237. col. 2.
aduerſa libenter ferre, charitatis maxime indicium eſſe. to. 2. 401. c. 2
aduerſarium vincere ſine Dei gratia nequimus. to. 2. 254. co. 2
aduerſitatem præcedit aut ſequitur proſperitás, to. 2. 521. c. 1
aduerſitates vt ſint ſalubres electionisque ſigna. to. 1. 332. col. 1
aduerſis rebus prudenter vtendum. t. 2. 92 col. 2
adulatio quid & quotuplex. to. 1. 154. c. 1 quantum noceat. 292. c. 2

Adulator,quis ſit,tom.1 292.c.2
adulterium quid,to.1. 158 col.1
adulter quam aget pœnitentiam,t.1.f.217. col.1
aduocatio iniuſta peccatum,t.ſecundo.184 col.2
aduocatus iuſtus iniuſtusvè quis ſit, t.1.f. 252.col.2
ædificia magna conſtruentes religioſi multipliciter peccant,to.1. 345.col.2.
ægypti tenebræ errores Ethnicorum, to.1. 31.col.1.idola proſtrata ſunt puero Ieſu eam ingrediente regionem. to.ſecundo. 521.col.2
æquitas iuſtitiæ vt ſeruanda,tom.1. 322. col.2
æſtimatio ſui propria ruina,tom 1. 266 col.2
ætas nulla ſera eſt,ad diſcendum,t.1.f.331 col.2
ætates eccleſiæ.to.1. 50.col.1
ætates mundi,& homines referuntur ad ſeptem primordiales dies.to.1. 98.c.2
æternitas ignota philoſophis, to.1.33.c.2. quid ſit.167.col.1.to.2.373.c. ſecunda. & 378.col.1.noua incarnatio verbi Dei, 424.col.1
affectiua potentia animæ,to.1. 110.col.1
affectus præſentis ſeculi,t.1.158. col.2
affectus animæ omnium ſunt vitiorum atque virtutum cõmunis materia, & principium,to.1 327.co.1
affectus dilectionis cur homini inſitus, t.2. 86.col.1
affectus varij trahunt ad ſacram communionem.to.2.135.col.1.& 471. col.2
affectus expurgandus.t.1.349.c.2. & 551. co.1.quintuplex.339. col.1
affectus angelicus circularis.t.ſecundo.501 col.1
affinitas & conſanguinitas qui differant. t. 1.190.c.1.qui contrahatur, & quot genera ſint affinitatis. ibid.
afflictio in proſperis proximi, inuidiæ germen,to.1.156. col.2
afflictionis æxternæ,quàm ſint vtiles,to.2. f.162. col.1.
agens eo potentius agit, quo formam agẽdi perfectius poſſederit.t.1.2. co.2.
agnus cur Chriſtus dicatur tom 2.fol.333 col.2
alæ duo cum ſint ſei articuli ſunt.t.1.36.c 2. Seraphin quid deſignent.to.2. 635.c.2. cum ſeq.
allegoria duplex to.1.18.c.2.& 45.col. 1.& 148.colum. 1. haud vbique requirenda. 99.col.1
alexander Alenſis doctor approbatus,to.2. fo.30.col.1
alienatio mentis, trib. de cauſis contingit, to.2. 142.col.1,
alimentum medicamenti inſtar ſumendũ to.1. 282.col.2
allocutio diuina à quibus audiatur,tom.2. 381.co.ſecunda.animæ ad Deum.384.c. 1.vt multipliciter à meditatione diſtinguatur. 285.c.1
alphabetum paruum.t 2.436.c.1. Religioſorum. 437.co.2
alterius miniſterium vt reuerenter agẽdũ. to.2. 45.c.2
altitudo & ſublimitas ſcripturæ ſacræ, t.1 fol.1.2 3.4.fidei 35. col.2
altiſſimè de Deo ſentiendum,tom.2. 259. col.2.
aman,vt antichriſtum præſignari,t.1.f.50. col.1
amator mundi à Deo derelinquitur.to 1.f. 497.col.1
amator verus quid ſit,to.2 403.c.1
ambitio crux diaboli,vile vitium,radix iniquitatis,peſtis ſimulatoria,to.1.251.c.1 & 2.multorum malorum origo.t.2.537 col.2
ambitioſus antichriſti diſcipulus,t.1.f.251. col.1
ambitioſi audaces ſunt t.1.246.c. 1.repellendi ab eccleſia. 251.col.1
amen quid ſignificet,& quotupliciter accipi ſoleat,to.2 265.c.1
amicitia ſpiritualium fœminarum perniciosiſſima,t 1.231.col 2.vera qui probetur,316.co.1.eius gradus. ibid.
amor perfecte vnit animam Deo.t.1. 20.c. 1.pondus eſt mentis, omniumque affectionum origo,130.col.1.triplex.158.c. 2.diu latere non poteſt , ibid. vt à dilectione & charitate differat.179.c.2.trãſformat amantem in amatum,194 col.1. cuiuslibet perſonæ ac rei pellẽdus a corde 232.col.2.to.2.367.c.ſecunda.timorem comitatur,t.1 320.c.1. vt ſit acutus & penetratiuus,348.col.1. vt vino adſimiletur,351.c.ſecunda.ardor & languor vt diſtent,368.col.1.to 2.402.co.ſecunda.leuia facit onera.t.1.369. co.1.perfectus vnum quærit , in quo & quieſcit , 371.co 2.mori appetit pro amato. 443. c.2.intenſus impedit ſenſus.t. 1.156.co. 2.eſt pes animæ.379.col.2. vis quædam eſt vnitiua.398.c.1.quintuplex eſt.399. c.1.difficile agnoſcitur diuinus ne an naturalis ſit,co 2.verus qualis ſit 600.c.2. & inde plurium ſocietate creſcit. 604. col 1
amor Dei mentem inebriat.t.2.129.co.1.& 171.c.1. omnium eſt bonarum affectionum condimentum.130.c.2.vt in nobis accendi queat,159.c.1.& 448. col. 2.eſt ignis,lux,vinum,& mel.to.1.348.c.1 t.2 400 c.1.transformat amantẽ quantũ poteſt.to.2.402.c.1. languorem inducit c. 2.impatiens eſt,ibid.vulnerat. 404 c.1. nititur amatum intrare, & idem eſſe cũ amato.408 col.ſecunda.omne malũ remouet.410.c.ſecunda. penetrat ibi ſcientia foris remanet.411.c.ſecunda Deum extra ſe ponit . ibidẽ. facit ſuaue iugum Chriſti.447.c 1.animam Deo vnit.450. col.1. vt excitetur.457.co.1.ſolus Deum quærit inuenit atque tenet 403.c.2.leuia reddit onera.404. col.1. de Deo triumphat. 455.co.1
amor Chriſti maximus erga homines, to. 2.161.c. 1. Dei ad homines qualis 513 col.1
amor Seraphicus qualis ſit.t.2. 407.c.2.Extaticus quis & quid in anima efficiat, t. 2.co.1.& 368.co 1
amor inordinatus omnium peccatorum radix.t.1.116.c 1.t.2.185. carnalis ſe mentitur ſpiritualem.t.2.93.co.1. vt diſcernatur.199.c.1.& 2
amor ſui omnium malorum radix.t.1 196 col.1.falſa charitas eſt.297.c.2.omnium peccatorum cauſa.350.c.2
amor & timor , radices ſapientiæ. to.1.48. col.1
amor charitas,& dilectio , ſæpius pro eodem ſumuntur,t 2. 398.c.1
amoris diuini affectus quatuor.t.1.277.c.1. item quinque,to. 2.399.c.1.ſigna extrinſeca.401.col 2.intrinſeca,402.c. 2. gradus.403.co.1. priuatio omnium malorũ occaſio 405.col.1
amoris feruor vt ſpiritum ſupra ſeipſum ferat,t.2. 275.c.2
amoris differentiæ.t.2. 398.col.1
amoris violenti gradus.to.2. 404.c.1
amoris ſeraphici gradus.to.2. 406.c.1
amore,nihil velocius, acutius, ac ſubtilius eſſe.t.2. 402.c.2.
amore facilius Deum apprehẽdimus quã ſpeculatione.t.2. 605.c.2
anagogia duplex,to.1.18.co.2.quid ſit.44. c.2.& 148.c.1.triplex.to.ſecundo. 442. col.2.
anachorite vinum minime bibere ſoliti,t.1. 443.col.2
angelus non eſt omnino ſimplex.to.1.26. c.1.vt ſit arbitrio liber.109.c.1.108.c.2. ſimul in culpam & penã lapſus eſt. 109. co.1.incarnationis verbi aptus nuntius. 119.c.1.quid diffiniatur.170.c.2. vt circulariter moueatur,t.ſecundo. 501.co.1. quid ſit diffinitiuè.to.2.399.co.1.ibid.& 509.col.2
angeli nomen multis conuenire , t.2.485. col.1
angeli ſuperiores niſi influerent in inferioribus, diuini influxus ſibi venam clauderent, tom.1.15.colum.1.ſunt lumina atque ſpecula.30 c.1.vt influant, ac moueant,ibid.Moſis legem ſcripſere. 73.c. 2.boni creari,ſed mutabiles,109 c.1.cõfirmati quid ſint adepti,ibid.& 169.c.1. ſemper intra Deum currunt, quocunq. mittantur 109.col.ſecunda. & 169.colũ. prima.aguntur,& agunt,109.colum.ſecunda.per habitum infuſum , rerum in proprio genere ſunt notitiam adepti, 121.col prima.duplici vt pollent contẽplatiua & negociatiua.169.co.prima.vt de conuerſione peccatorum gaudeant , & eorum diſtinctio 242.c.1.ſecunda.viſitant & conſolantur exiſtentes in purgatorio.369 colum.ſecunda. cęli appellantur.tom.ſecundo.500.colũ. ſecunda. ſoliciti pro hominum ſalute interpellant.512.col.ſecunda.qualem cibum, & vnde Chriſto deuicto tentatore adminiſtrarint.529.columna ſecunda quam fideliter nobis ſeruiant. 541.col ſecunda.
angelorum ordines vt perſonis diuinis adſimilentur t.1.107. col.2.creatio atque lapſus,cur in ſcriptura reticentur, 108 col.2.cognitio matutina , & veſpertina. 109.col.1.& 169.col.1.Hierarchiæ.109.c. 1.2.169.col.2.officia. ibidẽ. cuſtodia erga homines.107.co.1. miniſterium & diſtinctio.241.numerus ſoli Deo cognitus 370.c.ſecunda.cibus vt ſit etiam hominum.tom.ſecundo.302.col. 1. conuiuiũ quale.352.col.1.triplex officium , 349. col.2
angelis à primordio quæ fuerint collata. t. 1.108.col.ſecunda.168.col 2. adſimilantur homines.24 .col.ſecunda. t 2. 484. & ſeq.quantam habeamus reuerẽtiam , 542.col.1
angelos vt laudare,& honorare debemus. t 2.542.col.1
anima Chriſti ſemper diuinitati vnita etiã in ſepulchro.to.1.123.col.2
anima rationalis capax infiniti.to.1. 3.col. 1.eſt creata in Orizonte æternitatis. 10. c.ſecunda. vt pulcherrimum ſpeculum fiat.20.co.1.tres influxus ſuſcipit à Deo. 38.col.ſecunda.quid ſit.109.c.2. 171.c. ſecunda.tom.ſecundo.595.col.ſecunda. multifariam diffinitur.t.1.170.c.ſecunda.to.ſecundo.595.c.2. varie diſtinguitur.to.1.171.vnica eſt in homine quolibet,ibid.per peccatum in naturalib. vulnerata fuit.163.c.1 gratuitis ſpoliata.ibidem.fit deformis,to.ſecundo. f. 337.co. prima. peccati cognitionem extimulatur ad expurgationem. 366.columna prima.


anima

# Index.


Anima rationalis libera eſt oportet. to. primo.109.c.2. 171.col.ſecunda.cur corpori ſit coniuncta, 171.colum.ſecunda.Dei imago, 19.col ſecunda & 43.c.ſecunda. & 210.col.ſecunda.& 206.col.2.immortalis,109.col.1.& 173.col.ſecunda.vt diſcernatur à ſpiritu in homine,to.2.375. col.1

Anima vt domus Dei fiat,tom.1.16.col.2. ciuitas Dei 338.col.2.domus eſt ſummi patris familias. tom. ſecundo. 418. colum.2

Anima vt diuerſis depingatur cogitationibus virtutum ac vitiorum, tom. 2.104. colum.prima.vt fiat ſimilis paradiſo,vel inferno,117 colum.ſecunda.vt ſupernaturales potentias Deum attingat. 360. col.1.2

Anima contemplatiua vt ſit paradiſus,to. 1.55.colum prima.tom.ſecundo.418 colum.ſecunda.ſit hierarchica, to. primo. 73.co.2.& 71.c.1.& 66.col.prima.& to. ſecundo.346.colū.2. in contemplatione dormit ſimul & vigilat, tom.primo.20. col.1.& 263.col.prima. amore languet. 194.col.ſecunda vt liqueſiat. 358.c prima.vt inebrietur,to.ſecundo.170.col.2. in exceſſu mentis requiem habet, & verum ſabbatiſmum.365.colum prima qualiter Deum in meditatione alloquatur.384.col.1. qui contemplationis perfectionem nanciſci queat.386.col 2.contemplādo illuminatur & decoratur.395 col 2. multipliciter reficitur, 396. colū. prima. à labore releuatur, in cœloque commoratur, column.ſecunda. mundo moritur vt Deo viuat, ibidem. ſemper per amorem Deo adhærere valet. 408. colum. ſecunda. ſuauiter diſponitur ad omnes ſcientias atque virtutes. 449. & inde qui ſpiritualiter Ieſum concipere & parere dicatur.479.& inde. vt cū Magis eum quærat.484.col.1. eum in templo ſpiritualiter offert, ibidem. qualiter depuratur in meditationibus & contemplationibus.553.col.2

Anima ſeparata potatur vino cū lacte miſto.to.1.368.col.1. in cęlo alium habet modum intelligendi ac in via.tom. 2.folio 353. colū.2.corpori reuniri appetit. ibidem.

Animæ vires in contemplatione relinquendæ,to.1.20.colum.prima.potentiæ tres. tom.1.29.col.ſecunda.& 176. colū. 1.& 243.col ſecunda.quot.& quid ſint.110. col.1.& 171.co.1.operationes tres 22.c. 1.& 72. col. prima.gemina portio. 171. colum.1.& to.1.595.col. ſecunda. vires tres.to 1.172.col.1.capacitas.197. colū. ſecunda.ſumma dignitas,to.2. 82.co.1. & 336. colū. prima. hoſtis peſſimus eſt caro 338.colū. ſecunda. Diabolus. 339. colum.1

Animæ gloria qualis & quanta, to.1. 145. 146.et 334.col.1.dotes tres ibidem. ſeparate ineſt ad corpus appetitus, to.1.369 col. 1

Animę quietas eſt ipſa charitas,to.1.277. col.2 potentiæ vt perficiantur, 335.col. 1.& ſeq.qui corrumpantur,to.ſecundo. 99.col.2

Animæ quid ſemper meditandum.to.1.72 co.1.& 73.col.1.2.cibus 322.c.1.& 357 col.2.affectus omnium vitiorum materiam & principium eſſe,327.col. prima. pabulum lectio ſacra, to.2.47.col.1 ſpeculum oratio.125 c.2. vt ſit neceſſarius cibus corporis Chriſti 302.colu.1 capacitatem ſolus Deus implere poteſt.336 col.1.

Animæ vt omnia deſeruiant. tom.2. 336 col.2.greſſus pulchri,381.col.1.verba deſideria ſunt 384.col.2.motus,ſunt nuncii ad Deum,385.co.2.oculus qualis eſſe oporteat.388.col.2

Animæ conſurrectio myſtica. to.2.449.colum.2.dignitas & trinitas & imago in quibus conſiſtat,601.c.1.2.vita duplex, ibidem.

Animarum zelus ſacrificium Deo gratiſſimum to.1.325.col.2

Animalia Ezechielis quid myſtice ſignificent.to.1.13.col.1.

Animalis ſpiritus vnde oriatur, to.1.21.c. 1.& 171.col.1

animi morio a Deo ſit an a Dæmone qui ſciri poſſit to.2.386.col.1

annus benignitatis, tom.ſecundo. fol.290 col.2

anni noſtri in pœnitentia præmeditandi, to.2.202.col.2

antichriſtus qualis futurus ſit, & quib.typis deſignatus in ſcripturis.tom.primo. 49.col.2

apes vt ſint imitandæ,to.ſecundo.fol. 296 col.2

apoſtaſia dæmonum vnde orta,to. primo. 108.colum.prima.quid ſit. fol.159 col.2

apoſtoli fundamenta ſunt ciuitatis Dei. tom.1.37.col.1.cum piſcatum iere, nondum prædicationis officium auſpicati fuerant.418.colu.2.duplicem à Chriſto poteſtatem nacti fuere,421.col.1.diſcalceati inceſſerunt.430.col. ſecunda. cœli nuncupantur,to.ſecundo.501. col.2.nihil proprium poſſidebant. tom.1.458 col.2

apoſtolorum vocationem,tom. ſecun. 530 col.2

apoſtolis in eccleſia ſuccedunt Epiſcopi, & in quibus.to.1.387 col.2.cur pecunię vſus ſit interdictus,381.col.ſecunda. vt pręſcripta fuerit paupertatis forma 453 & 454 nequid in via tollerent cur præceptum,456.columna ſecunda.cum ſequen.

apoſtolici ſimboli expoſitio, tom. 2.220 col.2

apoſtolus quibus manuum laborem iniungat, atque pręcipiat. tom primo. 439 col 1

apparitio vel miſſio diuina quid. to.1.193 col 1

apparitiones Domini poſt reſurrectionem to 2. 574.col.1

appetibile triplex.tom.1. fo.113 col.1

appetitus concupiſcibilis & iraſcibilis, vt quid innatus nobis.tom ſecundo.fo.83. col.1

appetitus honoris cur inſit homini.tom.2. 83 col.2.commodi vel delectationis.84. col.2

apprehenſiuę potentiæ animæ quæ.tom.1 110.col.1

appropriata diuina perbelle conferuntur ad ſolem,& quæ ſint.to 1.fo.66.col.1.& 103.col.2.

aquæ de fontibus Saluatoris, Spiritus ſancti dona, tom.1. fol.57.col.1

aquæ ſuper cęleſtes quænam ſint.to.1.108 col.1.& 168.col.1

aquæ in vinum conuerſio, per Chriſtum vt facta.to 1.531.col.1

arbitrium liberum omnes rationales animæ potentias comprehendit, to.primo. 110.colum.2.quid ſit.112.col.ſecunda. cooperando gratiæ, quod eſt gratiæ ſuū facit. 125.c.2

arbitrij libertas, vt ſtet cum infallibili Dei præſentia,to 1.101.col.2 meriti ſiue demeriti eſt principium.110.colum.1.ſoli Deo ſeruit.107.col.2

arbor vitæ gratia eſt,to.1.15.c.2.Chriſtus, to.2.627

arbor mortis peccatum, tom. primo.15. col.2

arbor mala peccatum producit. to.2.176 col.1

arbor vnius ſpeciei, cur non producit fructus alterius ſpeciei.tom.primo. 198 col.1

arbor vt ſit B.Maria,tom.ſecundo, to.2 94 col.1

arca Noæ B.Maria,tom.ſecundo fo. 589. col.1

archangeli,qui dicantur in eccleſiaſtica hierarchia.tom.ſecundo. folio 498 col.1

arguitio,ſiue fraterna reprehenſio qualis eſſe debet,tom.primo. fol.304 col.2

argumentum Chriſti. tom.primo. 13.colum.1

argumentum duplex Chriſti & diaboli, quale to.1 11.col.2

argumenta arrhij hæretici vt diſſoluantur to 1.42 col.1

ariſtoteles in mare ſe ſubmerſit, to.1.5.co. 1.ideas execratur,ſed perperam.3.col.1. nil de virtutibus Cardinalibus egit, col. ſecunda excuſatur.33.colum.1.id as negans, Dei prædeſtinationem tollit 43. col.1

arithmetices myſteria in numeris ſacratū ſcripturarū,to 1.7.col.1

arrogantia quid.tomo primo.folio. 155. col. 2

arrogantia ſigna,tomo primo. folio 268. col.2

ars patris filius eſt,to.primo 43.co.1.& 96 col.1

ars amandi,non diſputando, ſed orando, & operando,addiſcitur,to.ſecundo 365 col.2

ars mechanica verbi diuini generationem oſtendit.tomo primo. 95.columna prima

ars mechanica quæ,& quot ſint.tom.1.93. col.2

artium ad theologiam reductio,to.1.93.& ſequent.

articuli fidei exponuntur,tom.primo. 36. col ſecunda & 129.colum.prima.& 208 col.1

aſcenſus ad orationis perfectionem, quibus gradibus fiat,tom.primo.fo.321.c.1 ſpiritualis qui fiat,ibidem.& 339.col 1. & 341.colum.prima.charitatem.59.colum.2

aſcenſus in Deum quibus gradibus perficiatur,tom.primo 20.column.ſecunda. et tom.ſecundo.357. col prima.et 393. col.1

aſcenſionis dominicæ ſolennitas cæteras omnes præcellit,tomo ſecundo.580 colum 1.

aſcenſiones in corde diſponamus oportet, vt ſapientiam attingamus. tom 1.341. col.1

aſcenſionis gradus.tom. ſecundo fol.357 col.1

aſſiduitas ſtudij ad profectum neceſſaria eſt to 1.61.col 2

aſſuefactio orationis neceſſaria ad amorē vnitiuum.to 2 457.col.1

aſſurgere ignoto ſiue per ignorantiam quid ſit.to.2.460.col.2

# Index.


Aſtronomia iudiciaria periculoſa, to.1.26. col.1
aſtutia diaboli ad tentandum. tom. 2,94 col.1
aſtutiæ ſerpentis prudentiam docent,to 2, 538.col.1
auaritia clericorum ſacrilegium eſt. to. 1, 250.col.1
auaritia omnium malorum radix.t.1.298, col.1.quot anxietates abducat,to.2,104. col.2
auaritia vbi non eſt, perennis eſt requies, to.1.318. col.2. vitium contra naturam vt ſit.to 2.91.col.1.eius remedia. ibidē. qui commaittur & vt ſit lethalis.181.c. 1.quibus rebus ſimilis ſit. 197.c.1.quæ damna irroget.col.2
auaritiæ diffinitio, ſpecies, atque germina, to.1.157.col.2.& 268.col 1 gradus tres, 207.col.2
auaritiam mortis meditatio comprimit. to.1.321.col.1
auaritia ſancta quæ nam ſit.tom.2. fol.85. col.2
audacia ambitioſorum.to.1 246.c.1
auditor ſcripturæ ſacræ qualis eſſe debet, to.1.99.col.1
Auditor verbi Dei bonus malus, & quiſnā ſit.to.2 248.co.1
auditorum qualitates ſermo captandus. t. 1.304.col.1
auerrois errores,totam peruertunt ſacram ſcripturam.to 2.617.col.2
Auguſtini viſio de pſalmo beati immaculati.to.1.56.col.1
Aureola quid ſit & quibus detur,to.1.146. col.1.& 147.col.1.&191.col.2. & to. 2. 216.col.1.
Aures audiendi quiſnam habere dicatur, to.2.383.col.1
Aures ſpirituales quæ ſint, to.2.415.co.2.
author libri ſapientiæ Philo Iudeus aſſeritur.to.1 31.col.2
authoritas imperij in anima,to 1.71. co.1
authoritatis pondus in legiſlatore diuino neceſſarius to.1. .f.2.col.1
authoris virtus & authoritatis pōdus ſemper æquatur,to.1.1.col.1
authoritas,vt fide fulciatur,tom.1. 129. col.2

B

Baculus paſtoralis quid deſignat,to.1 149.col 1
Balaam antichriſti typus extitit, tom.1 19. col 2
Baptiſmus extra eccleſiam & ſi ſit ſacramētum gratiam tamen non operatur.to.1. 135.col.1.quid ſit.184.col 2.triplex eſt, ibid cur iterari haud poſſit 135.c.2. Ianua eſt omnium ſacramētorum ibi. 185 co.1 forma eius atque integritas quę requirat.135.c.1.effectus.136.co.1.& 185. col.1
Baptiſmus Trinitatis ac paſſionis Chriſti myſterium amplectitur.to.1.136.col.1. Chriſti multa myſteria complexus eſt, to.2. 526.col.2
Baptiſmus ſanguinis,& lachrymarum,t.1. 333.col.1
Baptiſmus vocitatur monaſtica profeſſio, to.1.440.col 2
Bartholomæus Apoſtolus teſtatus eſt D. Mariam primam omnium virginitatem Deo vouiſſe. tomo primo. fol.241. col.1
Beatificare nobilius eſſe quam creare. to.1. 68.col.1
Beatitudo minime ſine meritis acquiritur to.1.710.c.4.naturæ limites excellit.124 col.2 diſpoſitiue in intellectu,conſumatiue vero eſt in voluntate.20.col.1.duobus conſtat.333.col.2
Beatitudinis ratio & magnitudo.to.1.333. col.2.partes,334 col.1.conuiuium.370. colum,ſecunda.vbertas quanta ſit. 371. col.1
Beatitudines euangelicæ quid efficiant & qualiter animam perficiant, to. primo. 183.colum.1.& 288 col.prima. & 337. col.2
Beatius eſt dare quam accipere quomodo intelligendum ſit.to 1.418.col 1.& 483. col.2
Beatus vere quis ſit.tom.primo. fol.288. col.1.2
Beati de quibus gaudeant.to.1.350. co.ſecunda.ſe inuicem omnes agnoſcent 351 col.2.non ſunt omnes æquales in gloria 360.co.1
Beatorum gloria in corpore & anima qualis.to.1.186.col.1.cognitio & viſio,333. col.2.gaudium plenum.334.conuiuium quale.370.col.2.& 371.c.1.corona. 372 col.1.
Bellū multiplex vt nobis immineat in pręſenti vita,to.1.56.col.2
Bellum iuſtum quæ requirat, tom.2.281. col.1
Benedictus ſanctus vaticinatus eſt beatum Gregorium futurum eccleſiæ antiſtitē maximum,tom.1. 53.colum.prima. totum mundum vidit in ſolis radio, 63. col 1
Beneficia Dei vt recolenda. to.primo.278 col. 2.quam ſint pretioſa & nobilia,t.ſecundo 99.col.ſecunda.& 122.c.2.vt ſint iugiter refricanda,440.colum.1.& 470. col.2
Beneficia Dei recompenſare nequimus.t.1. 369.col.2
Beneficium iuſtificationis prægrande, to.2 341.col.2
Beneficij ſubtractio auaritię ſpecies.to. 1. 157.col.2.
Beneficiorum eccleſiaſticorum pluralitas deteſtanda.to.1.250.col.2
Beneficiorum Chriſti recognitio, tom.2. 156.co.ſecunda & 430.colum 2.& 610. col 1
Beneficio paſſionis Chriſti indignum ſe homo exiſtimet,tom.ſecundo. fol.149. col.2
Beneficiorum Dei tria ſunt genera.t.2.367 col.1.& 603.col.3.& 605.col.1 breuis recapitulatio.612.col.2
Beneficiati vt res eccleſiæ adminiſtrare debeant,to.1.250.col.2
Bene loquendi ratio,to.2. 101.col.2.
Bene viuentes perpaucos eſſe, tom.2.137. col.2
Beneuolentia Dei in creaturis relucet.t.2. 357.col.2
Beneuolentia ergā Deum.to.2. 368. col.2
Benignitas quid ſit,to.primo.28.co.ſecunda.& tom.1 367.col.1.eius ſpecies,170. col.1
Benignitas Dei vt Chriſti paſſione claruerit.to.1.123.col.1
Benignitatem quatuor pariunt. to.2.238. col.1
Binarius myſticus numerus,to.1.51. col 1. & 52.col.1
Blaſfemia quid ſit tom.primo. 157.col.1. & 293.col.ſecunda grauiſſimum peccatum.tom.2.f.209.col.2
Blaſphemiæ tentatio vt vinci queat. to.2. 80.col 1
Blaſphemus vt pęnitere debet,tom.1.233. col.2
Bonauentura D. fuit ſeptimus Generalis poſt S.Franciſcum,to.2.9.col.1.& 356.c. 1.Epiſcopatum inſtanter recuſauit 14.c. 2.Doctor copioſus eſt atq. Seraphicus. 31.col.2
bonauenturæ D.parentes qui nam,& vnde oriundi.to.2.4.col.2.
bonauenturæ feſtum inter feſta ſacri palatij aſſumptum, tom.ſecundo. folio 31. col.1
Bonauenturæ Seraphici mira humilitas, tom.1.205.colum.1. prudentia. tom. 2. 15.col.2
Bonauenturæ commiſſa vt fuerit ſummi Pontificis electio.tom.ſecundo.folio 31 col.2
Bonus quis vere ſit.tom.primo. folio 319. col.2
Boni nihil habent in mundo, ceu mali nihil in cœlo.to.1.241.col.2
Bonitas diuina erga homines quanta.to.2. 155.col.2
Bonitas de quibus prædicetur,tom.2.238. col.1
Bonum eſt duplex,tom. primo. folio 151. col 2
Bonum.&malum,trifariam dici, to.1.435 col.1
Bonū facere ſine Chriſto haud poſſumus. tom.1.66.col.2
Bona gratiæ,naturæ & fortunæ quę, to.2. 84.col.1
Bona omnia Dei mala vero noſtra eſſe, t. 2.88.col.2
Butyrum quid in Chriſto ſignificat, to.2. 415.col.1

C

Caecitas triplex.to.1.31.co.2.& 33.c.1. 1.& 158.col.2
Calceamenta prohibuit Chriſtus Apoſtolis,non ſandalia,tom.primo.378. col.2. non ferre, ad literam Apoſtolis præceptum.471 col.2
caliga quid ſit,& vnde dicatur, to.1. 471. col.1
Calumnia vt ſit culpa mortalis.to.2.180. col.2
Canones pœnitentiales,tom. 1. folio 209. & ſequen.
Canonizare ſanctos quid ſit.to.ſecundo. 9. col.2.ad ſolum Papam pertinere. 10. col.ſecunda, quæ ad eam requirantur. ibid.& in ſeq.
Canonizatio quo ordine celebretur, to.2. 26.col.prima. & 27. col. prima. eſt vna de maximis cauſis fidei.11 colū.1. & 32. col.2
Cantandi debitus modus quis ſit, to.2.44. col.1
Canticum beatorum,to.2.350.colum.2.& 351.col.2
Capitalia peccata ſeptem.tom.primo.116. col.1
Carentia diuinæ viſionis maxima damnatorum pęna.to.2.348 col 2
Carmen pulcherrimum lamentum damnatorum.to primo. folio 13 col.1
Carnalis delectatio impedit Spiritus ſancti dona.tom.primo. folio 21 col.1
Carnalitatis ſpiritus legi Dei aduerſatur. tom.1.9.col.2
Carnis ſpiritui quid ſuggerat, tom. 1.357 col.2

Carnium abſtinentia laudabilis,to.1 421. col.1.

carnē ſuauiter nutrire ſpiritum extingue re eſt.to.1.297.col.2. mortificare debemus.332.col.2

carnes comedere perfectum eſſe ex circunſtantia.to.1. 445.col.1

carnes & vinum impudicitiæ occaſionem præbent,to.1. 445.col.2

caro noſtra hoſtis animæ peſſimus, to. 2, 338.col.2.

carnis munditia qui obtineatur. to. 2.637. col.1.

Carolus Magnus Imperator, literarum inſtaurator,to.1.54.col.2.Eccleſiam exaltauit ibid.

caſtitas quibus foueatur,tom. primo.199. col.2.Angelica virtus,283. colū. prima abſtinentia adiuuetur 319.col.2. & inde ſine charitate eſt lampas ſine oleo.330. col.2.quam ſit vtilis,to.2.119. col. 1.vt comparari poſſit & proficere,col 2.rebus pulcherrimis adſimilatur, 215. col.2

caſtitas & humilitas pediſſequæ ſapientię, co.1. 16.col 2

caſtitatis gradus,to.1.199.col.2. fructus & præmium.226.col.2 certamen cum luxuria. 127.co.2

Caſus in quibus non incidit quis in excommunicationem percutiens clericum.t.1. 160.c. 1. in quibus percuſſor remittitur ad ſed. Apoſtolicam.col.2.in quibus pęnitens remittitur ad ſuperiorem. 187.c. 1.caſus in quibus non tenetur quis proprio ſacerdoti confiteri.459. co ſecunda caſus in quibus excommunicatio non ligat.407.col.1

De caſu ſuo nemini deſperandum nec de ſtatu præſumendum.to.1. 58.c 1

catechiſmus cur in baptiſmo fiat.tom.1. 135.col.2.

Catholicæ fidei expreſſio,to.1. 102.col.2

Cauſales rationes in mundo archetypo, t. 1.52.col.2

Cauſa peccandi etiam iuſtos ſæpe decepit. to.1. 330.col.1

Cauſa & regula totius rectitudinis eſt diuina uoluntas.to. 1.105.col.1

cauſa peccati originarij vt ſit carnis libido to.1. 114.c.2.

Cauſe eiuſdem cur effectus contrarij ſint. to.1.22.col.2.

Cauſæ defectus,& lapſus religionum to.1 399.col.1

Cauenda religioſis frequentia diſcurſuum ac importunitas quæſtuum,tom.1.485. col.1.

Cautè interpretandæ ſcripturæ,tom.1.100 col 2

Cautelæ aduerſus diaboli tentamenta. t.2. 36.col.1

Celebrare negligens vt delinquat.to.2.301 col. 1.qua intentione debet offerre celebrans.301.col 2

Cenſus non eſt in culpa ſed affectus. to. 1. 456.cum ſeq.

Cenſura eccleſiaſtica,to.1. 158.c.2

Centenarius numerus quibus competat.t. 2.147. col.1

Centuplum à Chriſto, promiſſum quidnā ſit.to.2 541.col.2

Centurionis ſeruus ſanatur.tom.2. 532 col 2

Certamen chriſtiani hominis deſcribitur, to.1. 314.col.1

Certamina generalia contra capitalia vitia. to.2. 474.col.2

certitudo authoritatis in ſcripturis diuinis quanta ſit.to.1. 100.c.1

Character quid ſit & qui imprimatur to.1 135.col.2.185.col.1. 188.col.2

Chriſmatum ſpiritus ſancti, varia diſtributio vt fiat to 1. 124.col 1

Charitas eſt finis ſacræ ſcripturæ,to.1.c 2 animæ morbos curat 34.col.prima omnium eſt virtutum forma ac finis ibidē. ad eam duodecim gradibus aſcenditur. 59 col.2.vnguentum eſt,ibidem.vt ſpiritui ſancto tribuatur.102.col.1.Chriſti myſticum corpus in vnum quātumuis diſtantes loco, temporeque coniungit. 120.col.ſecunda.quid ſit & quæ ex ea diligenda ſint 179.col.2.275. colum.1.facit ſanctum 276. colū. prima.omnium virtutum habet effectus. 277. columna prima perfecta,eſt velle pro Chriſto mori,442.colum.ſecunda. pondus eſt volūtatis,& animæ quantitas. 276.colum.ſecunda.277.bona mater vt ſit colum. ſecunda.curis terrenis labefactatur. 293. co.2.falſus eſt proprius amor.297.c.ſecunda.præferenda ſcientiæ.331. colum. ſecunda. quem timorem foras mittat quemve admittat,342. columna ſecunda.creſcit per rectè facta, 366 columna ſecunda cæteras virtutes quo virtutes ſint informat, tom. ſecundo. fol.106.& inde patientiam generat.112.colum.prima.quo magis augetur eo cæteri affectus magis purificantur.128.c. ſecunda. qualis eſſe debeat quibus de rebus adſimiletur.218.& ſeq.& 244.c.1.eſt veſtis nuptialis ibidem. hac ſine nihil ad ſalutem fides valet,342. columna ſecunda. facit iugum ſuaue & onus leue.343.co. 1.diffinitur. 400. columna prima. parua non ſufficit ad magna mandata implenda.401.colum. ſecunda. ſex gradib. perficitur.369.c.1.vt perpetuetur. 377. colum. prima. gratuita qualiter ab alijs affectibus dilectionis diſtet. 399.colum. 2 perfecta dupliciter dicitur.1 401.columna.ſecunda. in hac vita conſummari non poteſt vt in patria.ibidem.eſt ignis, lux,vinum,ac mel.400.col.1.vulnerat, ligat,languorem inducit,atque deficere facit.404.columna prima. pacem inter Deum & peccatorem conciliat 534.co. prima quàm neceſſaria, quamque vtilis ſit c.ſecunda. de alieno bono vti de proprio gloriatur,604. col. prima. perfecta tria requirit.62.co.prima.ordinata.613. col.1.

Charitatis habitus vnus duplex præceptū continet.tom.primo.130.col. prima ordo qualis,ibidem.& 159.colū. ſecunda. & 276 columna 1.gradus 198.colum.2. & 276.colum.2.authoritates doctorum ibidem perfectio gemina 342. col.ſecunda.actus ſiue ſtatus tres.430.col. prima. fructus innumeri.353.co.prima.gradus varii tom.1.108.col 1.2. encomium,cōtemplationis exceſſus, & ſpiritus. 129. col.2.ordo.188.col.1. dulcor quib.gradibus acquiratur.37 col.ſecunda. perfecta ſigna quæ.40 .c 2.perfectio duplex ibidē effectuoſæ gradus.403.col. 1.& in ſeq. vincula quæ.404.col.2

Charitatem habenti facile eſſe Dei præcepta ſeruare, non habenti difficile,to. 2. 414.col.2.

Charitas,dilectio, & amor frequenter pro eodem ſumuntur.to.2.398.col 1.

Charitas B.Mariæ to.2.270.col.1. & 292. col.1.& 293.col.1

Charitatiua affectio cōtemplatione ſequitur. to.2.597.co.2.quot habeat gradus. 403.col.1

Cherubin quid ſit & quod eius officium. to.1.67.c.1.2.67. col. 1. viros perfectos deſignat.to.2.490.col.1

Chorea cœleſtis qualis tom.1. 245.c.1

Choreæ ſint ne licitæ nec ne to.2. 186. col.2

Chriſma ſacramentale quibus conficiatur & quid deſignet.to.1. 136.col.2

Chriſtiana metaphyſica.to.1.10.c.2. Phyſica 11.col.1.mathematica.ibi.Dialectica.col.2

Chriſtianus perfectus qualis.to.1.244.c.1. nihil habet in mundo,ibi.colū.2. malus. ibid.illuſtrior in pauperie quam in diuitiis vt ſit.467.col.2.

Chriſtus legem impleuit & qualiter.tom. 1.2.col.ſecunda,medium ſeptiforme vt ſit.7.col.2.& 10.co.1.in omnibus verb. inſtr.libris pulcherrime demonſtratus. col.2.vt ſit caput & medium.11.c.1 medium in omni ſcientia vt ſit 7. 8.& inde ſedens in Cœlo docet hominē interius. 10.col.2.& 21.c.1.2. mundanam ſapientiam euertit.16.col. 1.ſtultus reputatus eſt ibid hierarcha admirabilis to.1. 23. col.1.triplicem habet ſapientiam. col.2. triplicem gratiam ibid. victor ac triumphator,finis ac forma virtutum.34.col. ſecunda.fundamentum quale ſit. 36.co. 2.Idololatriam ſolus pœnitus explantauit.37.col.1.ſol.dictus.46.col.1.finis,ac fructus,ſcripturæ ſacræ.47.col. prima. quam plurimis typis deſignatus.ibi.omnium bonarum cogitationum,principiū eſt,atque finis.58.c.1. quadruplicē gratiam influit.col.1 virtutum omniū exēplar qui ſit.ibid.finis atque origo legis. 97.colu.1.principium reparatiuum.107 co. ſecunda. liber ſcriptus intus & foris. 111.col. prima. quam aptè ſit medium ac mediator noſter factus.118.co.ſecunda & 120.col.1.& 122.col.1.cur de ſpirituſancto conceptus referatur 119.c.1. cur non ſtatim à principio carnem induerit 120.col. 1. vt fuerit plenus gratia.ibidem.& 174 col 1. plenus ſapientia,ibid quid,quibus, & quo modo meruerit.121.col.1. caput noſtrum vt gratiam in nos ſua membra influat.ibi.174. col.1.vt ſimul comprehenſor & viator fuerit ab inſtantia conceptionis.121.c.1 & 122.col.1.quos humanos defectus ac pœnalitates aſſumpſerit.122.col.1.175. col.1.237.de omni ſtatu aliquid aſſumpſiſſe probatur.123. col.prima nihil inuitè pati potuit etiam ſi minimè extitiſſet beatus 122.col.ſecunda.175.col.prima qualiter paſſus ſit mortem pro nobis.121.co.ſecunda.175.c.1.237.quę & quanta.238.poſt reſurrectionē primo Mariæ matri apparuit.240.col. 2.quam efficax nobis exemplum præſtiterit in paſſione.123.c.1.237 vt iuſtitiæ Dei ſatisfecerit.123.c 1.in triduo paſſionis homo minimè fuit.123.col 2.vt nos orare docuerit.131.col.1. ſacramentorum author fons & origo.132.co.1.vnctus,qualiter in alios vnctionē transfundat. 138. c.2.omnes iudicabit & qui fiet iudiciū. 141.c.2.& 142.c.1.ter cur orauerit.287 col.1.medicus optimus vt fuerit.237.c. ſecunda.nobis vt ſit omnia, vtque tentatis aſſiſtat 238.c.2. erit omnia in omnibus 370.col.1. ſine calceamētis inceſſit. 378.col.2.loculos cur habuerit.382.c.ſecunda.412.c.2.459.col.1.pauper fuit & ſi loculos habuerit 412.col.2.mendicus fuit.386.col.2.415 col.1.421.colum.2. 452.c.ſecunda diſcalciatus inceſſit.430. col.ſecunda. perſonam infirmorum ſuſcepit.434. colū. 2. exemplar virtutum

dupliciter 483.col.1 perfectiſſimus exiſtens, diuerſa a diuerſis prębuit virtutū exempla. 149. col. 2. ieiunandi formam dedit 451.col.1.fundamentum religionis Chriſtianæ.452 c.2.nihil propriu m habere voluit.453.c.ſecunda.ſic pauperum tenuit ſtatum,vt diuites minimè damnarit.460.col.1. omnes ad ſe vocat. to. ſecundo.256 col.2.Sol,ignis,& lapis nuncupatur.483. col.1. agnus cur uocitetur. 333.col.ſecunda.vt factus ſit pax noſtra. 297.col.2. cur ſub panis & vini ſpecieb. contineatur in ſacramento, 300. col. 1. cur ſe velatum dare voluit.to. 2.329.col. 2. traditus à patre, à Spiritu ſancto, & à ſemetipſo vt dicatur.328. c.1 pro nobis orat in cœlo. col. 1 vt diligendus dulciter prudenter,ac fortiter.342.co.2.ſummus hierarcha, purgans, illuminans atque perficiens,362. c. prima propitiatorium noſtrum,365.col.1.via, veritas, & vita. 373. col. 2. legis abſtulit velamen. 411.col.1.eſt turtur.412 col.ſecunda An gelus dictus.485.col 1 firmamentū cœli. 508. & inde quandoque proſpera in hac vita ſuſcepit quandoq. aduerſa 520. col. 2. qualia virtutum exempla pręſtiterit.524.ter fleuiſſe legitur. 591. col. 1. quæ docuerit & fecerit in cœna.563.cur & qualiter in horto orauerit. 564. col. ſecunda.humillimè,cum humilibus conuerſabatur.576.col. ſecunda.cur cicatrices reſeruarit in ſuo corpore glorioſo. 577.col.1

Chriſti ſyllogiſmus perfectiuus,to 1.11.co. ſecunda. iuſtitia 24 colū 1. verba ab eo prolata,maioris erāt virtutis,quàm ſint ſcripturæ.42. col.ſecunda. paſſio remedium conuenientiſſimum fuit 123.co.1. charitas quanta. 198 colum.1. dolor vt fuerit intenſus.f 123.col. ſecunda. mors vt apertè oſtendatur.124.col. 1.mortem qualis ſubſecutus ſit fructus.123.colum. ſecunda corpus veraciter in ſacramento Euchariſtiæ,totū ſub vtrauis ſpecie contineri 137.col.1.cur non videatur 137. c. ſecunda.non eſſe ibi circumſcriptiuè vel localiter,nec diuidi poſſe ibidem miſericordia, in ſacramento pęnitentiæ agnoſcitur.138.col prima prudentia atque iuſtitia, vt in ſacramento pęnitentiæ pateant.138.col ſecunda. humilitas. 199. col.1. & to.2.fol.576. col.ſecunda caſtitas ibidem.patientia.to. 1. fol.199. col.2. miſericordia,veritas 200. col. 1 paupertas.co.ſecunda fortitudo,iuſtitia 201.co. prima.pax, conſtantia. colum. ſecunda. largitas compaſſio 202 col. 1.dolor,204. col. ſecunda. ſitis ibidem. opera interna & externa perfectiſſima fuere 435.exēplum in omnibus ſequendum,to.ſecundo,fo.65.col. 1.paſſio meditata deuotionem nutrit. 143.col. 1. paupertas extrema 139.co.ſecunda. amor erga homines maximus. 161.c.1.ſanguis effuſus vt totum lauerit orbem.tom.1 to.229.col.ſecunda. corpus, anima, atque diuinitas ſub vtraque ſpecie contineri in Euchariſtia.to. ſecundo.300.col.1. corpus, cibus animæ neceſſarius. 302.col. ſecunda.cur in miſſa eleuetur.329. c. ſecunda.imitatio ad veritatis ſplendorem ducit. 370. col ſecunda.iugum, amore ſuaue redditur.447.col. 1.vita ſemper meditāda 512 col.1.natiuitas multa myſteria complectitur.516.col 1.circunciſio. 518.colū.1. paupertas vt à noſtra differ. 544.|col. 1. vita fundamentum eſt ſpiritualis ædificii.581.col.1. paſſio quam acerba fuerit. 615.col.1

Chriſto crucifixo,vt ſit compatiēdum,to. ſecundo f.148.col.2.regius honor, exibitus quid deſignauit.to 1.466.col.2.de ipſo authoritates docto.236.ab eo nulla creatura ſeparare poteſt perfectos. to.2. 377.col.1

Chriſtum omnia ſacrificia portendebant, to.1.8.col.1. antiqui patres præfigurabāt. ibid.tria mouerunt, vt ſponte mortem ſubiret.127.col. 2.in quib. debemus imitari.438.col.1

Chriſtalli virtutes & proprietates.to.1.fo. 5.col.1

Cibus cœleſtis,non eſt dimittendus pro cibo Aegypti.to.1.9.col.ſecunda. vt ſit ſacra ſcriptura.351.col.1.ſpiritualis quis; 322 col.1.367.col.2.Angelis & hominibus communis, ſacramentum Euchariſtiæ.tom.ſecundo.302.col.1 ſpiritualis à corporali vt diſcriminetur ibidem. corporis Chriſti,quantæ ſit virtutis.135.colum.1

Cibus ſimplex & frugalis,ab initio fuit hominibus.to.1.444.col.4 non eſt in vitio ſed appetitus.ibid.

Ciborum curioſam præparationem, Apoſtoli ſpernēdam docuere.to.ſecūdo.144. col.1

Circunciſio ſpiritualis,qualis.tom.2. 518. col.2

Circunſtantiæ peccatorum.to.1.162.col.2. 208.col.ſecunda.225.col.1.& to.2.176. col.2.bonæ locutionis.tom.1.279. col.2. confeſſionis priuatæ.to.2.41. col. 2.confitendæ.636.col.1

Citharæ inſtar,eſt ſcriptura ſacra. to. 1.fol. 61.col.1

Ciuitas Dei anima ut ſit.tom.1.338.col.2 356.col.2.to.2.418.col.2.

Ciuitas ſuperna quadrata pulcherrime deſcribitur.to.2.242.col.2

Clamor ſuperbiæ germen,tom.primo.115 col.1

Clamor magnus,ingens deſiderium. to.2. fol.384.col.2

Clauis cœleſtium contemplationum triplex.to.1.22.col.1.

Claues Eccleſiæ ſint, & quis earum vſus. to.1.138.col.2

Clerici ut ordinandi, utque viuere debeāt to.1.250.col.1. neceſſariis contenti ſint col.2.cur odio proſequantur religioſos. 402.col.2

Clericorum auaritia,execranda.to.1.250. col.1.bona,pauperum eſſe.col.2

Celeſtia,ut influant in hęc inferiora,to.1. 107.col.1.168.col.1.haud influūt,in liberum arbitrium,nec ſunt ſigna certa futurorum contingentium.ibid.

Cœlum unde dicatur & quid deſignet.to. 1.35.col.1.39 col.1.gyrum eius 76. c.1. empyrium.106. col.2.407.c.1. cryſtallinum.107.col.1.108.col.1.168. col.prima.ſi ſtaret, quas operationes exercet,ſpiritus humanus.to.2.378. co.2.excellit alia,ob tria,quæ habet.443. col.ſecunda nuncupantur iuſti, in ſcripturis. fol.445.col.1

Cœli quot,& qualiter ſituati ſint.to.1.106 col.ſecunda. 167. col. 1.qui ſoluentur 144.col.1.

Cœli nomine intelliguntur iuſti.to.2.445. col.1.varia ſignificantur.500.col.1.

Cæua ſiue ſimul creata, quatuor aſſeruntur.to.1.166.col.2

Cogitatio moroſa,quando ſit mortale peccatum,to.1.225.col.2.235.col.2.vt confitenda.230. col.1. inhoneſta qui confitenda.230.col.2

Cogitationes prauæ ac vagæ pellendæ, to. ſecundo.69.c.2. ſtenādæ ne inſoleſcant. 71.c.2.vt ordinandæ quo ſemper Deus præ oculis habeatur.169.colū. ſecunda. inſtar ancillarum rationi ſubijciantur. 369.col.1

Cogitationum viciſſitudines, atq. pugnæ to. 1.264.col.1.

Cognatio ſpiritualis,vel legalis, to. 1. 190. col.2

Cognitio multiplex.to 1.93.co.2.ſenſitiua circa naturalia.94.col.1.Phyſica de cauſis rerum.ibidem.ſacræ ſcripturæ.col.ſecunda. ſenſitiua, qui doceat æternam verbi Dei generationem.95.c. 1. matutina & veſpertina quid.109. col. 1.169. col.1

Cognitio & ſcientia Dei, multis nominib. explicatur.to.1.104.c. ſecunda. & 166. col.1.

Cognitio ſui,à Spiritu ſancto eſt, & multa bona efficit.to.1.360.col.1.Perfecta, vt acquiratur.to.2.137.col.2. maxima philoſophiæ pars.336.col.1

Cognitio ſui defectus, profectus initium eſt.to.2.35.col.2

cognitio diuinorum triplex, to.2.460.c.ſecunda.myſtica, ſenſus & intellectū tranſcendit,& derelinquit.fol.461. col. 1.& ſequen.

cognitio Dei,& ſui ipſius,quàm ſit neceſſaria.to.1.279.col.2.320.col.2

cognitio beatorum ac damnatorum qualis.to.1.333.col.2

cognitiuæ potentiæ animæ.to.primo. 167. col.1

coitus coniugalis vt licitus vel illicitus ſit. to.1.161.col.2.258.col.2.

collatio veteris ac noui teſtamenti.to.1.51 co prima.maioris ac minoris mundi.52 col.1

columba quid myſtice deſignet. to.1.387 col.1

columnæ ſapientiæ ſeptem.tom.primo.16 col.2

collum ſponſæ laudatur.to primo. fol. 19 col.1

comes orationis ſit gemitu.1. ſecundo.42 col.2

comeſtionis diſciplina.to. 2.48.col.1.

commiſſio peccati quid. tom 1.152.columm.2

commiſſum quid ſit, in ratione peccati.to. 2.596.col.1

communicandum ne ſit frequentius, an rarius,to.2.134. col.2. quibus affectibus cedendum,135.col.1

communicatio idiomatum in Chriſto. to. 1.118.col.2

communionem ſacram tradens hæretico, vt pęnitentiam aget.to.1.215.col.2

communionem deuote & pure recipere debemus to.2.74.col.1

communitas rerum temporalium quadruplex to.1.473.col.2.

communitas & ſocietas amandæ to. 1.318 col.2

comparatio ſtatuum religionis ad inuicē & ad ſtatum prælationis.to. 1. 441. c.2. & inde perfectionis vnius ſtatus ad perfectionem alterius.ibid.

compaſſio,peccantibus habenda. to. 2.79. col.1

compaſſionis gradus.to.1. 202.c.1

complacentia in peccati memoria confitenda vt ſit.to.1.230.col.1

compoſitio membrorum honeſta habeatur in choro.to.2 44 col.1

compunctio ſpiritualis quotuplex, & vnde oriatur.tom.2. 130.colum.2.636. col.1

Concor-

Concordiæ medium vt ſit Chriſtus, to.1. 320 l 2.13.col.1.

concordiæ gradus to.1. 202.col.2 authoritates doctorum. 316.col 2

concionator bonus, quiſnam ſit. to. 1.247 columna prima. malus cur parum proſit. ibidem.

concionatoris boni, energia.to.2. 247.c.1. cum vita, lingua conſentiat.to.2. Aetas. ibidem. officium 324.col.2

concubitus illicitus vt prohibeatur. to. 2. fol.210. col.2

concupiſcentia omnium malorum radix. to.1.66.c.2.carnis, an ſit peccatum. 115. col.2. Triplex.116. colum.2.duplex.66. col 2.qualę malum ſit.194.col.1.quando in religioſo vigeat.tom.2.137.col.2. duplex in lege prohibetur.111.c.ſecunda. 625.col.2.

concupiſcibilis appetitus vt quid inſit nobis.to.2 83.col. 1

condimentum monachorum quale ſit.to. 2.fo.545. col.2

confeſſarius de quibus pœnitentem interrogare debet.to 1.207.cum ſequen.qualis ſit oporteat.233.col.ſecunda.tom.2. 429.col.2

confeſſio fidei qualis eſſe debet.tom.1.fol. 136.col.2

confeſſio ſacramentalis.to.1 34 col.2 187.col.1.eius conditiones fo.22 col.2.vitioſa quę ſit 231.col.1.ſimulata 156.col 1.vera qualis.273.c. 1. priuata vel publica qualis eſſe debet to. ſecundo.41.col.2.203.col.1 615.col. ſecunda cau te à ſacerdote audiatur. to.1.205.c. ſecunda vt ad multa vtilis ſit. 206.col. prima.quando ſit iteranda.186.col.ſecunda proprio cur ſacerdoti facienda. 402.col.ſecunda triplex.to.2.203.col 1 duplex. 635.col 2

confeſſione ſacramentali abutētes, vt multandi.tom.1. 217.co.2.

confeſſionis gradus.to.1.203.co. ſecunda, optima praxis.224.& per totum tractatum, forma pulcherrima.tom.ſecundo, 74.co l.1

confeſſiones cur audiant fratres minores tom. 1. 393.col.2.402.col.2

confidentia vana.tom.1. 307.co.1.bona & vtilis vnde naſcatur. 273.co.1

confirmationis ſacramentum quid requirat, & quis eius effectus, ac miniſter.to. 1.135.c.1.& 185.col.1

confiteri non proprio ſacerdoti, quando liceat.tom.1.406. col.1. laico non licet, etiam in neceſſitatis articulo. 408. col. ſecunda.

conflagratio mundi cur iudicium præcedet.to.1, 143.col.1.& 164 c 2

conflictus vitiorum atque virtutum. to 1. fol.269. col.2

congratulationis gradus.to.1.202.colum. ſecunda.

coniecturæ quibus ſcimus nos eſſe in gratia to.2. 400.col.1

coniugij boni, to.1. 259 col.1

conſanguinitas, & affinitas, vt differāt to 1 190. col.2

conſcientia quotuplex ſit, & qui liget.to.1 193.col.1. bona expellit triſtitiam. 290 col.1 contra malam ſemper remunerat ibid. bona magna ſupplex.310.co.2.erronea, to.1.190.co.1 purganda ante omnia 547.col.ſecunda, quid ſit 596. col. prima.

conſciētiæ ſtimulus, animam purgat to.2. 365. col. 1 diſcuſſio ante ſacram communionem qualis haberi debeat. 300. col.ſecunda.

conſcientiarum libri in iudicio aperiendi qui ſint.to.2. 239. col.1

conſenſus vt lethalem efficiat vuluam.to. 1.113.col.2.115.c.ſecunda, 150 c. 1.2. 153.col.1.& 264. col. ſecunda duplex in peccato, to.ſecundo, 176.co ſecunda in cogitationem laſciuā vt ſit mortale peccatum, 188. col.1

conſentire voluntati diuinæ nolentes inexcuſabiles eſſe, to.2. 543.c.1

conſideratio theorica, to.1. 50.c.1

conſideratio ſui, quibus integratur, to.1.f. 278.col.1

conſideranda iugiter quæ ſint, tom. 1.270. co.1.2.279.col.2

conſilium quid ſit, & quam neceſſarium. to.1.fol 354. col.1

conſilium proprium, lepra cordis eſt.to.1. fol.355. col.1

conſilia Spiritus ſācti, vt à noſtris proprijs differat, to.1.354.col.2. vt ſint audienda. 335 col 2.

conſilium Spiritusſancti donum vt à prudentia differat, & quæ doceat, to.2.216 col.2.vt neceſſarium.tom 1.354. col.1.

conſilia uenenata eſſe, quę pęnitentiæ opera diſſuadent, to.2. 479.col.2

conſolatio ſpiritualis in quibus conſiſtat, tom.2. col.1. vt & cur ſubtrahatur, 97. col 1.

conſolatio tēporalis, ſpirituali aduerſatur to.1,198 c.2.ſpiritualis vnde naſcatur, 322.col.2.cur ſubtrahatur, to.2. 133.c. 2. quid ſit.345.col.2

conſolationem, aut præcedit aut ſubſequitur aduerſitas, to.2. 521.col.1

conſolationes ſenſibiles, qui diſcernendę, to 2, 133.c ol 1

conſortium ſuſpectum, quid ſit. to.1.391. col.2

conſtantiæ gradus, to.1.201.c.2, authoritates ſanctorum. 280.col 2

conſtantes, vt fuerint ſancti, to.1. 280.col. ſecunda.

conſuetudo quid ſit, & quid liget to.1.152 col.2.peccandi, 159.col.2.peccatum immedicabile, vt reddat, 296.col 1. conſurrectio animæ myſtica, to.2.449.c.ſecūda qui fiat ignotè ſiue per ignorantiam 460.col.2.& ſeq.

Contemplatio triplex.to.1.24 col. 2. circa quantitatem.26. c.2. circa proprietates rerum.ibidem.circa tria pręcipuè verſatur ſoliq. ac Lunæ comparatur, 62 c 2 63.col.1. ſimul cum actione in cęlo vt habeatur.68. col.1. & ſecunda.vt diffiniatur ac diuidatur.183.col.1. ad ſapiētiam, qualiter deducat.tom.2. 370.c 1. paſſionis Chriſti 371.c.1. quid ſit. 388. col.1. vt à cogitatione, meditatione, ſpeculationeque diſtinguatur, 389 co.1.vt ſit deifica ſimilitudo, 396.col.1 de incarnatione verbi diuini, 424.c.ſecunda. duplex, 466.col. 1.cęleſtis curiæ, 550.col ſecunda.maieſtatis Dei 451.colum. ſecunda quibus cauſis licitè omittatur, 556.col.1

contemplationis vix maxima, to.1.fol.20. col 1 finis & guſtus extaticus.75.c. .& 321.col. 2.gradus 250 c.1.& to.2. 390. c. 2 & 477.co. ſecunda.genera quatuor ſiue ſpecies, to.1.321.col 2.to. 1.552.c. 2.item tria, 550.c.1.radius ad quę pręcipuè debeat conuerti.336. col.1.neceſſitas 388.c,1, actus duo includit. 398.c. 1.hierarchiæ tres, 389 col.ſecunda.vtilitates, 385 col 1

contemplationis & actionis viciſſitudines, to.2.543.col.1.

contemplationem tria poſſidere faciunt: to.2. 167.col.2.

contemplatione per hebdomadam, to.2. 181.col.ſecunda.de ſeptem verbis domini.585

contemplatiuus haud cæteros ſpernat, to. ſecundo. 182 col. 1

contemplatiuorum ordines tres. to.1. 70. col.2.caſus duplex, 72.col.2

contemplatiua vita præ actiua eligenda to.2.159.col 1 præcellit actiuam, miſta vtranq. to.1.fo.331.col.1.quæ bona cōferat, to.ſecundo.395 col.1.ad ęternam patriam tendit, 420 col. ſecunda, vt pręcedat actiuam, 547 colum. ſecunda.vt præferatur eidem.555.colum.ſecunda. quod ſit eius exercitium, 544.columna ſecunda.quis in ea viuendi modus, 553 col.ſecunda.

contemplantium diuerſę manſiones. to.2. fol 374. col.1

contemnere minima, haud minimum eſſe, to. 1. 35.col.2

cōtemptus Dei & proximi, ex ſuperbia naſcitur, to.2.177.col. ſecunda.rerum mūdanarum Euangelium dilatauit, maxime, to.1 469.col 1

contentio quid.to.1. 291.col.2

continentia triplex.tom.1.158.col.1.guſtus 281. tactus & viſus atq. auditus, 283. docet vitia neſcire. 330. columna 1.ſine verecundia, & charitate nihil valet, ibidem humilitate fulciatur.col.ſecunda.criminoſa, peior adulterio, 205. columna ſecunda eius ſoror verecundia eſt.230.columna prima, qui ſeruari poſſit tom.1. fol.423.columna ſecunda.

contingentia in rebus, qui ſtare poteſt.cū Dei infallibili præſcientia.to.1.104.col. ſecunda.

contrahens matrimonium, cum ea quam polluit adulterio, vt pęnitere debet.to.1 213.col.2

contritio quid, to.1.fol.74. col.1. 186.col. ſecunda 219.col. ſecunda. eius gradus. 203.columna 1.vera vel ficta quæ ſit, 272. col.1.qualis eſſe debet, to.2. 202. col.1.

contritus vere quis dicatur.to.1. 127.col. ſecunda.

contumelia quid.to.1.157.col.1.292.col. prima.vt ſit mortale vitium, to.2. 182. col.1.

contumelias ferre patienter martyrij genus eſt, to.1 331.col.2

conuerſatio ſuſpecta cauenda, to. 1.332. col.2.quæ mala non eſt per laſciuiam, haud fiat mala per negligentiam.ibidē. Religioſa qualis, to.ſecundo. 53.col.1. ſecunda.

conuitium quid, to.1 292.c.1

conuiuia quæ Spiritus ſanctus in anima facit, timoris, to.1. 343.col. ſecunda.pietatis, 347.col. 1.ſcientiæ.349.col.ſecunda.fortitudinis, 353.columna 1.conſilii. 356 col.2.intellectus.363.col.ſecunda. ſapientiæ, 366.col.2.omnia ſimul, to.2 417.col.2

conuiuium beatorum quale, to.1.370.co. 2.to.2.352.col. 1.& inde.

cor eſt principium vniuerſalis influentiæ, to.1.21.col.1

cor noſtrum cum Deo prębere debeamus to.2.154.col.1. quandiu inquietum ſit, 377. col. 1.

cordis peccatum quod.to.1.152.co.2.pax, duobus perficitur, to.2.104.col.1.ariditas vnde perueniat.133. col. 2.munditiam tria faciunt.243. col. 2.puritas vt obtineri poſſit. 528.col.

Cor B.Mariæ hortus fuit Paradiſi, tom.2. fol.266.col. 2
Correptio ſuipſius grande bonum, to.2. fol. 71.col.2
Correctio qualis erit, vt fructuoſa ſit.to.1. fo.326.col.1.manifeſto de publicis peccatis fiat, col.2. vt ſit omnibus in præcepto.to.2. 188.col.1
Corona ſanctorum quadruplex, to.2.228. col.1.item duplex. 241.col.2.item triplex, 421. col.2.qualis. tom.1.fol.372. col.1.
Corona æternitatem ſignificat, tom.2. fol. 421.col.2
Corporalis natura vt diſtincta fuerit a principio.to.1. 106.col 1
Corpus primi hominis quale formatum fuerit.to.1.110.col.2.172.co.2.qualem ad animam habeat proportionem, ibid. poſt lapſum quale factum ſit. 113.co.2
Corpus haud delicate nutriendum, to. 2. fol.94.col.1
Corporis beati gloria qualis & quanta, to 1.164. 147.dotes quatuor, ibid.ſenſus in celo, actus proprios exercebunt, to.2.353.col. 1
Corpus glorioſum, erit ſubtile atque palpabile, to.1. 333.col.2
Corpora reſurgentium qualia ſint futura, to.1. 144.col.2
Corpus Chriſti, & ſanguis, veraciter cōtineri in ſacramento euchariſtiæ, tom.1. 137.col.1.185.col.2. vt accedendum ad illud, 138.co.2 186.col.1.229.col.1.240 col.1
Corpus Chriſti anima, & diuinitas, vt veraciter ſub vtraque ſpecie ſacramenti contineantur, to.2.390.col.1
Creatura omnis, vt ſit mendacium, tom.1. 23.col.1.vt Deum eſſe aſtruat 39.col.2 ad creatorem eſt ceu punctus ad lineã, 41.col.1 per artem egreditur a creatore, non per naturam, 42.col.2. viuit in formis æternis.43.col.1. intellectualis lumen eſt col.2.cultrix eſt pietatis, 66. colu.2.vti ſe ad Deum habere debeat, ibid.effectus eſt trinitatis in triplici cauſalitatis genere, 106.col.1. 408.c.2.167. colum.1 trinitatis veſtigium, vt ſit 126. col.1.167.col 1 quælibet ternario conſiſtit 195.col.2.rationalis ad quid facta ſit tom. 2 373.col.1. & 418. col.1. & 607.col.1
Creaturæ ſpeculum ſunt, in quo relucet creator, to 2. 357.col.1
Credendo & operando cœlum petimus, to.1. 99.col 2
Credibilium ſufficientia, to.1. 39.col.1
Crimina, criminibus vindicari, tom.1.116. col.2.grauiora tarde credenda, cito vero punienda ſunt. 317.c.1
Cruciatus inferorum quot, & quales, to.1. fol 143.col.2.164.col 1
Crudelitas quid, & quam mala, tom.1.fo. 300. col.1
Crux omne bonum Chriſtianorum, to 1. 240.ſpiritualis baiulanda, 313.col.1.arbor afferens fructus duodecim, tom.2. 242.col.1.Chriſti duplex. 233.col.1
Crucis myſteria atque figuræ, tom.2.328. co.1.laudiſmus. 334.col.1
Crucem B. Maria, prima omnium adorauit.to.2. 571.col.1
Culpa originaria vt ad nos transfundatur, to.1.114 col.1.2.vt remittatur, ibidem. vt eam mox, pœna ſubſecuta ſit 113.columna 2.naturam vt inficiat, 259.col.2. multifariam diffinitur, 149 col 2. humanum genus, multipliciter corrumpit, ibidem. vt curetur 150.col.1.quot nomina habeat ibidem.
Culpa ſi non præceſſiſſet nequaquam miſeria ſubſecuta fuiſſet, to.1.114.c.1. pulcherrime ordinatur per pœnam. f.113. col.2
Culpa mortalis, vt infinitatem induat, & cur infinita multa plectatur, tom.1.145. col.2.& 164.co 2.quid boni, corrumpat in anima. 148.col 2
Culpa nulla eſt a Deo, tom.1. 116.co 2
Cultus Dei pietas eſt, to.1.19.col.1.in fide fundatur, 101 col.2.vt a ſanctorum veneratione differat. 347.co 2
Cupiditas leproſum fecit Gieſi.tom.1.fol. 28.col. 1.omnium radix eſt malorum, 66.col. 2
Cupiditatis abdicatio, perfectio eſt præceptorum Dei. ibid.
Cura paſtoralis non eſt dominium, ſed diſpenſatio & officium, to.1. fo.388 col.2.
Curioſitas vbique taxatur, to.1.155. col.2. 294.col 1.2.
Curioſitatis ſtudium reprehenditur. to.1. fol.57 col.2.60 col.2
Curioſi proprietates, to.2. 60.co.1

## D

Dæmon omnia peruersè agit, to.1. 109.col.1
Dæmonis ſemina, eradicanda, tom.1. 72.col 1.ſuperbia quanta, fol. 109.col.2 verſutia aduerſus contemplatiuos, to.2 157.col. 2
Dæmones ob ſuperbiam vt dii coli auent. to.1. 29.col.1
Dæmonum apoſtaſia vnde, & quomodo nata tom 1.fo 109.col.1.& 166.col.2.voluntas in malo obfirmata.169 col.1.natura, inuidia, atque malignitas 263.col. & 293.col.2
Dæmonibus, inimica humilitas, tom.1.231 col.1
Damnati ante iudicium, iuſtos aliquos in requie inueniuntur to.1. fo.333 col.2.
Damnatorum pœnæ quæ, & quales, & cur æternæ to.1.145.col.2.195.col.2.in comparabiles, 309.col.2
Damnificatio vt ſit mortalis, to.2.fol.181. col 1
Damna inuidiæ quot, to.2.195.c.2.iræ.196 col.2
Dan antichriſtum præfigurauit. to.1.f.49. col.2
Datio datum, & donum qui differant, to 1 fol.330.col.1
Debitum coniugale quando cum peccato vel ſine exigatur, to.1.162.col.2.& 258 col 2
Deceptio Adæ & Euæ qualiter facta.to.1. fol.11.col 2
Decimæ de omnibus ſoluendæ, to.1.f.289 col.1
Defunctis quadruplex, to.2. 85.col.1
Defenſio peccatorum.to.1 156.col.1
Defenſio prodeſſe ſacrificia, & orationes viuorum, to.2. 331.col.1
Delectatio carnalis, vt impediat donum ſpiritusſancti, to.1.21.col.1. vt moderanda ſit. 264.col.1
Delectatio ex auditu ſermonis diuini, coniectura eſt gratiæ Dei aſſiſtentis, tom.2. fol.394 col.2
Delictũ in ratione peccati, quid ſit, & quot eius differentiæ, tom.1.115.col.1. & 151 col.2.to.2.596.col.1
Deſiderium bonum vt Deo placeat noſcere deceat to.1.310 col.1.magnum, eſt clamor magnus to.2. 384.col.2
Deſideria ſunt verba animæ, tom.2. 384. col.2.amentium, viæ appellantur, f.438 col.1.
Deſperatio quid to.1.157.col.1.& 158.col. 2.ex præſumptione naſcitur 296.col.2. malorum vnde.307.col 1
Detractio quid to.1.154.col.2.& 156.co.2. quando ſit mortale peccatum 590.col. 2.to.2.180.col.1.cum fraterna correctione decertat, tom. 1.270.co.1.vt ferenda religioſo to 2. 71.col 1
Detractor multos vnico verbo inficit, to.1 fol.293.col.1
Deuotio magis eſt affectus, quam intellectus, to.2.130.colum.2.triplex fol. 649. col.1
Deuotionis ſpiritus, qui excitetur, tom.2. fol.43.colum.1.gratia, cur ſubtrahatur, 133.c.2.notulæ.425.colum.1. ſtudium fulcimẽtum eſt veræ religionis, 640.c. 2.multiplex fructus ſiue vtilitas, f.648 col.2
Deuotorum tentationes, tom.2.fo.134. col.1
Deuoti quadrupliciter extolluntur, to.2. fol.134.col.1
Deus vnde dicatur, tom.1.fol.1.colum.1. non incepit eſſe nec aliquid habere ibidem.dicitur rex regum & quare colu. 1.volens hominẽ liberare hominis ſordes tetigit, fol.6.col.ſecunda.habet triplex eſſe 10.col.prima omnia in pondere, numero &, menſura fecit, 19.colum. ſecunda vniſſimum cum ſit qui multiformia producat. 22.col 2. per creaturas agnoſcitur. 30.col.ſecunda & 39.c.2. omnium rerum exemplaria continet, fol 31.c.ſecunda medicus verus, 34.colum.1. vt ſe varie diffundat ad intra.41. col prima.eſt exemplar æternum, 42. col prima.in eo res perfectius quam in ſeipſis videntur ibi.cur liber vitæ, exemplar ac ſpeculum dicatur, 58.columna. ſecunda, ab æterno prædeſtinauit, vnde non poteſt diligere quos ſcit ta les, 63. columna prima, vt ſit ſumme vnus ibidem, ſi non haberet potentiam, ſapientiam, & voluntatem non eſſet Deus.66 columna prima ſecunda, rei ipſius pius cultor eſt, 66.columna ſecunda, dat leges non voluntate ſola ſed maxima ratione, ibidem.eſt ſummus, ſecũdum nouem ſibi ſoli propria, 67. columna prima. Monarcha qualis ſit, 66.67.quale ſit principiũ, 66. columna prima & 73. columna ſecunda, & 101. columna prima, eſt ſphera cuius cẽtrum vbique eſt, 76.columna prima, & uerbis & factis loquitur, 99.columna prima, de eo omnia quæ perfectionis ſunt dicuntur 101. columna prima, ut in omnibus ſit per eſſentiam, præſentiam, atque potẽtiam, 103.columna prima, & 165.columna ſecunda.omnipotens eſt uere ac proprie tametſi impoſſibilia facere minime poſſit, 104. columna prima & 166. columna prima, cognoſcit contingentia infallibiliter, mutabilia immutabiliter, futura præſentialiter, temporalia æternaliter, 104.columna ſecunda.omnia in ſe ipſo agnoſcit, & per ſe ipſum ibidem in eo, ibidem eſt uoluntas, uirtus, ueritas, atq. poteſtas 205. columna prima. iuſte permittit cadere liberum arbitriũ columna ſecunda. mundum ex nihilo creauit, ibidem.& 166. columna ſecunda.trinus & unus, produxit mundũ triplici cauſalitatis genere.106. col prima & 167.col.prima ut mundũ ordinate gubernet, 108.co.1.quæ homini contulerit

tulerit in creatione 111.co.2. cur hominem tentari permiſerit.112.c.2.ex malis vt bona eliciat ibidem.author eſt pœnæ,culpæ verò minime 116.col.2.non ſtatim à principio incarnari debuit.119.col.2.dona ſua coronat cum recte facta remunerat,126.col.2.vt diligendus.277 col.1.in ſpiritu quærẽdus,col.2.quo magis videtur amplius à beatis diligitur, 333 col.2.exorari vult quo cauſam habeat largiendi,to.2.fo.125 col.1. factus eſt homo vt totum hominem beatificaret,tom.1.338.col.1.vt in iuſtis habitet, 103.col.1.& 165.colu.2.vt in ſanctis ſedeat.165 colu. 2.ſufficere debet iuſtis, 298.col.1.ſemper quærendus.237.c.2.erit omnia in omnibus,369.col 2.& homo ſocij ſunt in opere bono & quæ vtriuſque ſint partes,to.1.f.252.co 1.de eo vti ſit altiſſime,piiſſime, atque ſanctiſſime ſentiendum,259.c.2.quid ſit & vt ſententiam mutet non conſilium,to.1.fo.237.cur electos ſuos tentari permittat,to 1.fo.263.col.2.nihil odit,aut punit,niſi propriam voluntatem, 355.col.1.laudandus in proſperis, & aduerſis,to.2.f.57.co.1.vt multipliciter ſe habeat erga orantes,125.col.2.ſæpe ex miſericordia denegat depræcantibus petita,84.col.1 & 123. col.1. cur tot bona hominib.contulerit,89.col.1.orationes noſtras cur exigat,115.col.1.vt odio ab impiis habeatur, 178.col.1. vt ſit toto corde,tota anima, &c.diligendus,to.2.f.144.c 2.& 215.c.2 qui auditor,videatur,& complexetur ab anima, tom.1.f.335.col.1.pater vt trifariam nuncupetur,to.2.fol 144.col.2.ſemper præ oculis habendus.169.col.2. magnam inuido irrogaret iniuriam ſi in Paradiſum eũ admitteret,195.colu.2.vt peccatum odiat 193.col.2.nihil nos habere voluit quin per manus b.Mariæ tranſiret,269.col.2.vt ſit omnium Dominus,279.c.1.maiorem matrem deiferam Mariam facere nequiuit,281.col.2.quantũ & quomodo diligendus,341.col.2.cur exaudire differat vota noſtra,349.colum. ſecũda in creaturis vt agnoſcatur.357.c.1.& 358.c.1.vt omnia in omnibus operetur, 362.c.1.inuocandus in omnis boni operis initio,to.2.335.c.1.naturaliter deducitur eum eſſe,363 c.1.& 2.duplici via agnoſcitur,372.c.2.ſine fine amandus, & quærendus.381.col.2.qualiter loquatur ad ſpiritum multipliciter, 383.c.1.quia pulcher eſt, omnium ad ſe trahit deſideria,390.col.1.ſemper ſecreto loquitur,409.c.2.factus eſt homo vt hominem beatum faceret, 413. c.1.vt in omnibus ſpirituum choris ſit,& operetur,419.co.1.vt commendandus,441.c.1.citius exaudit eum qui pro omnibus quam pro vno vel pro paucis deprecatur,ibid.eſt cauſa mundi multipliciter, to.2.595.columna prima. quid ſit 597.c.2.humana mẽbra cur habere dicatur, 597.col.ſecunda,vt penitere aſſeratur, 600.col.1.qui corda quorundam obduret,ibidem.ob quæ amandus,601 co.1.ut hoc modo diligendus, 605.col.1.cur homo factus,col.2.ut gratis ſaluet hominem,607.c 1.nequit facere ut mendacium non ut peccatum, 625.c.2

Dei nomen maximum tetragrammatum ineffabile tria comprehendit,to.1.2.c.1.lex qualiter nobis credita ſit, 3.c.1.eſſe triplex,10.col.1.opus trifarium,19.c.2.notitia per abſtractionem nobiliſſima.30.col.1.cultus eſt pietas.29.colu.1.eſſe primum quod menti occurrit,39.co.2.nomen primariũ eſt ipſum eſſe.ibi.to.2.f 363.c.1.eſſe notiſſimum,to.1.f.39.c.2 nomen rebus omnibus inſcriptũ,40 c.1.ditiones ſiue proprietates duodecim ibi.productio ut oſtendatur,41.col.1.os.lingua,calamus,atque liber,eſt ſacra ſcriptura,44 col.1.& 45.col.2.manifeſtatio per creaturas triplex, 45.colu.1.præcepta perfectius obſeruabuntur in patria, ac in hac uita,45.co.2.proprietates duodecim ad tres & tandem ad unã præcipuam reducuntur,101.col.2.filius, cur uerbum,& imago nuncupetur,to.2 c.2.cognitio,præſcientia,ſapiẽtia,prædeſtinatio,104.uoluntas recta,atque efficax, 105.col.1.uoluntas multipliciter innoteſcit,ibid.prouidentia quid ſit,ibid.ueritas,uirtus,atque poteſtas idem ſunt,ibidem.miſericordia,iuſtitiam haud excludit.105 col.ſecunda comparatione nihil bonum,nihilq. pulchrum,to.1 fol 237.col.1.cultus per fidem inchoatur,101.c.ſecunda.ſapientia in rerum diſpoſitione ſplendeſcit,108.col.1. iuſtitia oſtẽdit reſurrectionem futuram,144.col ſecunda iuſtitia,quem ordinem habeat,250.c.2.pietas erga prędeſtinatos,205.c.1.proprietas eſt hominem illuminare,198. c.2.coadiutores ſumus,271.col.1.ſpeculatio in ueſtigiis ſuis,tom.2.fo.358.col.1.item in ſua imagine,naturalibus potentiis inſignitam,360.col.1.item donis gratuitis reformatam,361.colu.2. per eius primarium nomen quod eſt eſſe, 362.col.ſecunda & 410.col.ſecunda.dilectio perfecta ſex gradibus cõpletur,369.co.1.membra quid ſint & multa alia de eo.597.cum ſeq.veſtimẽtum,locutio, ibi.benignitas ac pietas quanta.601.col.1.opera ſeptem cætera omnia complectẽtia.123.co. 2. amor vt animam vulneret.404.col.1

Deo quinq. vltima prædicamenta improprie tribuuntur,to.1.fo.102.co. 1. imò omnia,237.col. 2. quoduis incõueniẽs eſt impoſſibile,104.col.1. 166.co.1.minimè imputanda eſt infectio animæ per originale peccatum cotruptę. 104.c.1.vt congruebat carnem aſſumere. 117.col.2.iugiter inhærere, qui poſſimus. to.2.col.129.col.1.

Deo gratias gratitudinis penſum à B.Maria inuentum,& ab ea in eccleſia ſuſceptum,to.2. 514.col.1

De Deo vt ſentiendum piiſſimè atq. ſanctiſſimè,to.1.fol.38.col.1. & 2. & 101.col.2.in eo exemplaria omnium rerum vt ſint.31. col.2. in Deo idem eſt veritas,virtus,ſiue poteſtas. 105 col.1

Deum venamur per creaturas, to.1.f.30.col.2.& 39.col.2.Deũ eſſe,omnis creatura oſtendit,39.col.2.& 101.col.2. vt ſacramenta inſtituere docuerit, 184.col.1.colunis,& ipſe colit nos.346.c.1.Deum eſſe naturaliter deduci,to.2.fol.363.col.1.& 2.anima in meditationib.qui alloquatur,384.col.1.oportuit hominem fieri ex genere Adami, & naſci de virgine,605.col.2.& 607.col.2

Deiformes,qui ſimus, to.2.f.419.col.1

Dextera & leua,quid deſignent,to. 2.fol.416.col.2.

diabolica ſapientia quamã,to.1.fo.16.c.1

diabolus vt ſit inermis,to.2.f.79.col.2.vt viros ſpirituales deludat,572. co.2.homicida eſt,& fur.284.co.2. vt nomẽ B.Mariæ timeat,ibid. Chriſtum tentat & vincitur,529.col.1.in ſtudio mandatorum Dei aduerſetur. 613.c.1

Diaboli calliditas ad illudendã Euã. to.1.fo.112. c. 2. poteſtas ſemper eſt bona, ceu voluntas ſemper mala,263.c.1.ſtudium in tentando,365.co.1.293.co.2.tentatio gemina,to.2.fol.79.col.1.damnatio vt iuſtus operetur in bonum, fo.543.col.2

Diabolo de prædeſtinatione tantũ vt reſpondendum,to.2.f.136.col.2. quantũ placeat peccatum. 194. col. 1. reſiſtere atque eum vincere quid ſit. fol.254.col.2.

dialectica Chriſtiana quæ to.1.f.11.co.2 diaboli ad decipiendum. ibid.

dialectica cæteræque humanæ ſcientiæ à ſcripturis ſanctis habuerunt initium, to.1.fo.6.col.1

dialecticum medium,Chriſtus vt ſit. to.1 fol.7. col.2.& 11.co.2

dictamen naturæ.to.1. fo.152.c.2

deductio ſeptenarij peccatorum capita liũ to.1. fo.116.co.1.& 155.col.1

dies intellectualis qualiter fiat. to.1.fo.40.col.1

dies ſex priores mundi myſticè exponitur to. 1. 24.col.2

dies in mẽte fit cum nox eſt in corpore & contra.to.1. 343.col.1

dies feſtiui vt reuerenter colendi ſint.to.2 fol.40. col.2

diem vt in anima faciat Spiritus ſanctus, per timorem,to.1.f.344.col.1. per pietatem.346.col.1.per ſciẽtiam, 349.col.1.per fortitudinem,352.col.2.per cõſilium.356.col.1.per intellectum, 362.col.1.per ſapientiam. 365.c.2

dies iudicij incerta,terribiliſq.to.1.fo.308.col.2.

dies ſabbatinus cur diuæ Virgini Mariæ dicatus ſit.to.1 fo.571.col.1

differentia cauſæ,& cauſati, tom.1.fol.50 col.1

differentiæ gaudij ſpiritualis à mundano, to.2. f.236.col.1

diffidentia duplex deſcribitur, to.2.f.481 col.2

diffuſio varia in Deo,to.1. f.41.c.1

digiti tres in manu Dei,to.1. f.37.c.1

dignitas conditionis humanæ quanta ſit, to.2.fol.600.col.2.animæ quanta.to.2.f.336. col.1

dignitatis gradus in eccleſia,to.1. f.132 col.2.

dignitates binæ in eccleſia,ſunt duo luminaria magna.to.1 f.475.c.2

dignitates & prælaturæ cur inſtitutæ, & qualiter appetendæ ac fugiendæ,to.1 f.325. col.1

dijudicatio quid ſit,& qualiter in æternã ducat veritatem.to.2. f.359.col.1

dilatio reſtitutionis quando ſit peccatum to.2.fo.18.col.1. emendationis multos fallit,to.1. f.297.co.1

dilectio in diuinis multiplex.tom.1.fo.41 col.2

dilectio per recte facta creſcit,to.1.fo.366 col.2.mutua beatorum,271.c.1.proximi ex Dei dilectione naſcitur. to.2.fol.108.col.ſecunda.multiplex.109.c.1.dei perfecta,ſex gradib.integratur, tom.1.269.charitas & amor idem ſunt communiter.398.col.1.intrat ſcientia foris agente,411.col.2. mutua qui conſeruetur.476.co.1.perfecta tria requirit,621 col.1.vt ordinetur 623.co. 1.proximi, quæ habere debeat,638.col.1.dei qualis ibidem.vt ſit animæ vita, fol.601.col.2.

dilectionis, & odij certamen,to.1.fo.270.co.1.proximi, gradus to.2.f.110. col.1

diligend

Diligendi Deum modus quis ſit. to.1.fol. 277.col.1
diligendi ſunt omnes æqualiter aut tamē honorandi.to.1. fo.401.col 1
diligentia in opere qui agnoſcatur tom.1 fol. 49.col. 2. ſecularium religioſus arguit negligentes.to 1.fol.253.col.2 decet religioſum.to.2. fo.439.col.1
diluuium cur per aquam factum fuit.to.1 fo 141. col.1 & 264.col.2
diocletianus per augurium imperator electus fuit to.1. fo 29.col.1
diſciplina duplex tom.1.fol.17.col.2.quid & quam vtilis,181.col.2.& 313.c.1.to. 2.f.41 col.1.confeſſionis,co.ſecunda in choro ſeruanda,43 col.2.extra chorum 41.col.2.geſtus.47.col.1 comeſtionis, 48.col.1.inceſſus,50. col. 2, membrorū 52.col.1.habitus,col 2. locutionis. 55. col. 2. conuerſationis cum ſecularibus eo.per totum,vbique ſeruanda,65.col. 1.morum generalis. 162.col.1.
diſcipulus ſit primum, qui cupit magiſter fieri,to.1. fo.252.co 1
diſcordia quid ſit,vnde oriatur,tom.1. fol. 156.col.1.ſcandala parturit.299.co.2. quando ſit lethalis.to.2. fo.181.c 1.
diſcretio quid,to.1.fo.19.col.1.ipſius gradus.20.col.1.perfectionis conſumatio nem omniumq. virtutum genitrix. to. 2.fo.546.col.1.virtutum omnium condimentum vt ſit. 645.col 1
diſcrimen legis & euangelii,tom 1. f.130. col.2.& 176.col.2.
diſcutere atque examinare noſmet, vt debeamus,to.2. 138.col.1
diſcuſſio quotidiana quam vtilis,to 1.fol. 212.col 1.ſui frequēs.to.2. fo.71.col.2 conſcientiæ ante ſacram communionē. 300.col 2
diſpenſatio ſacramētorum.to.1.134.co.2. fidelis quæ nam ſit. 519.col.1
diſpenſare ſuper irregularitates, quis & quando poſſit,tom.1.fol.220. col. 1.& 223.col.1
diſpoſitio præceptorum diuinorum. to.1. 66.col.1
diſtantiæ medium vt ſit Chriſtus,to.1.f.7. col.2.& 11.col.1.
diu viuere non eſſe appetendum, to.2.fo. 347.col 2
diuina ſapientia inacceſſa ſuperbis,tom.1. f.19.co.1.prouidentia irreprehēſibilis, 105.col.1.nomina & reliquiæ ſanctorū deferri ex deuotione poſſunt.to.2 f 11. col.1
diuinæ atque humanæ ſcientiæ antitheſis. to.1. fo.4.col.1
diuinæ ſapientiæ ſpeculum,ipſum vniuerſum eſſe.to.1.f.19.col.2. voluntatis ſigna.105. col.2
diuinatio quid & quot eius ſpecies, & vt prohibita ſit,to.1.fol.160.col.2.& 161. col.1
diuinitatis lex qualis.to.1. f.109.c.2
diuini verbi generatio, docetur ex ſenſib. ex mechanicis,& alijs artib to.1.fo.94. col.1
diuinus radius in diuerſis creaturis varie ſe habet.to. 1. 43.col.2
Diuiſio ſacræ ſcripturæ.to.1. 97.col.2
diuiſio entis ſextuplex.to.1. f.25.c.2
diuitiæ malæ non ſunt, ſed earum cupiditas.to.1.f.418.col.2.ex ſe imperfectum non faciunt periculum tamen habent annexum 462.& inde nihil adminiculi præſtant ad beatam vitā 462.co.1.ſpinis comparantur 377.coc.2.contemnē dæ vt ſint. 298.co.1.to.2.125.c.2
diuites,præ pauperibus honorandi ſunt, to 1.f.401.col.1.timeant.260. col.2.deterrendi vt ſint. 298.col.2
diuortium quibus caſib. fieri queat. to. 1 fol.188. col.2.
durationis menſuræ tres to,1. 167.c.1
doctor præſumptuoſus qs ſit.to.1.341.c.1
doctoris peruerſi more , a lingua diſcrepant.to. 1. fo.247.col.2
doctoris officium appetunt,qui vim magnitudinis illius ignorant,to 1.f.324.c. 2.& 331.col.2.
doctores cœli ſimiles eſſe.tom. 2.fol. 506. col.2
doctrina ſcripturæ ſacræ triplex. to. 2.fol. 18.col.2.
doctrina tumorem parit.to.1. fo.304.ſine charitate arrogantem reddit. fol. 331. col.2
doctrinæ medium Chriſtus,to.1. f.7.c.2. & 11.col.2
doctrinæ ſeculares ſunt cibi Aegypti,to.1. fol 2. col.2
documenta ſex aſſidue recolēda.to.2. 77. col 1.ſpiritualis profectus. 166.co.1
documentis moralibus intendendum. to. 2.fol.38.col.2
dolor Chriſti in paſſione quam intenſus fuerit,to.1. fo.123. col 2.
dolor inutilis quis.to.1.fol.307. colum.1. pius & ſalubris.328.col. 1.animi duos habeat comites.to. 2.f.259.col.2.pręteritæ culpæ ſignum gratiæ inhabitantis eſt. fo.400.c.1
doloris gradus.to.1. f.204.c.1
dominationis prælatos eccleſiæ referant. to.2. fo.493.c 1
dominium abuſus, vt diſtingui ac ſeparari queat.to.1. fo.475.col.2
dominici diei obſeruatio, iuris diuini eſt, to.2. fo.182.col.2
dominicis diebus,& feſtis a quibus abſtinendum,to.2.fo.49.col.2.quib.vacandum. 209.col.2
domus ſapientiæ,to.1.fo.13.col. 2.& 16. col.2.
donum dici,Spiritui ſancto,vt conueniat, col.1. f.102.col.1
donum intellectus a ſpiritu ſancto.tom.1. fol.21.col.1.& ſequen.ad id triplex diſpoſitio ibidem.tria præcipue docet,columna 2.
dona Spiritus ſancti ſeptem quid agant in animam,tom. 1.fo 127.colum.1.2.182. col.1.287.col.2.335.col.2.& inde plura cornua & oculi nuncupantur. 46.c.1 vt à cæteris virtutibus diſtinguātur. 336. col.2.vt ordinentur. 346.c.2. ad perfectionem vt perueniant.337. col. 2.radij ignei cur dicantur. 335.col.2
donorum Spiritusſancti vtilitates,to.1.183 col. 2 qui ſunt capaces. 185.c.1
dona naturalia optima, gratuita vero perfecta appellantur to. 1. f.336.c.1.
dotes animæ, atque corporis beatorū. to. 1.f 166.col.1.147.col.1.192.col.2
dotes beatorum excellenter B. Maria obtinet,to.2. fo.175 col.2
dubia in meliorem partem interpretanda. to.1. fo.112.c.1
dubia præcepti interpretatio periculoſa. to.2. fol.102.c.2.
duellum haud eſſe licitum,to.2. 181.c 2
dulcedo Dei qualis & quanta.to.1.fo.448 col.2.qui obtineri queat,to.2. 346.c.1.
dulia veneratio ſanctis exhibenda, to.2.f. 303.col 1.& 618.col.2.
duo cherubin quid deſignēt,to.2. 490 c.1
duodenarius virtutum,multiplex,to 1 fo. 34.col.2.perfectionem deſignat, to.2.f. 425.col.2

E

Ebrietas bona,to.2.f.268.c 1. 372. c.1. amoris diuini,to.2.f.170.c. 2. & inde ſpiritualis. 129.col.2
Ebrietas quando ſit mortalis,to.2. f. 186. col.1.quanta mala cauſet. 637.c.1.
Eccleſia columna eſt & firmamētum,to.1 fol 9.col.1.ſuas habet ætates. 50. col.1. Lunæ comparatur,64.c.1.Triumphās, cur militantis mater dicatur, 69.col.1. tres habet gradus,69.c.2.vt hierarchię conſideretur.82.col.1. vnum habet caput,& cibum vnum ibid.diuerſos dignitatis gradus,134.c. 2. vt maius diuitijs eſſe cœpit,virtutibus minor effecta eſt. 462.col.1.dominium habet non ſolum vſum in prædijs & poſſeſsionib. 472.c. 2.in ſanctorū canonizatione errare non poteſt.to.2.fol.28.col. 1. pro defunctis orat,ſciens illis ſacrificiū prodeſſe,331. col.1.cur a ſimplicioribus initium ſumpſerit. 531.col.1
Eccleſiæ fides inconcuſſa,licet vexata, to. 1.37.col.1.primordia qualia fuerint.53 col.2.caput vnum,& vnum corpus.73 col.1.gradus varij.134.co.2. claues quibus commiſſæ.138.c. 2. quis earū vſus ibid.gladius.ibid. Theſaurus à quib.diſpenſari poſſit.ibid bona fidelium nota eſſe.459.col.2.& 483.c.1.expedit facultates poſſidere.481 c.1. ſuffragia defunctis prodeſſe.143.c.1.& 192. c.1.primi prædicatores quales.303.c.2. merita & theſaurus ab Epiſcopo diſpenſari queūt 138.c.2. facultates nec minuūt nec augent euangelicam perfectionem. f.461. col.2.& 462.col.1
Eccleſiæ violator vt aget pœnitentiam, to. 1.f.213. col.1
Extra eccleſiā,vera ſacramenta haberi poſſunt,ſed nō ſalubria,to.1.f. 134. col.2.
Eccleſiam loculos habiturā, Chriſtus prædocuit,to.1.f.458.Carolus magnus Imperator exaltauit. 54.col.2
Eccleſiam catholicam, eucharistiæ ſacramentum ſtabilit,atq. confirmat.to.2.f. 300. col.2
Eclipſis Lunæ vt fiat,to.1. 71.col.2
Ectaſis quid ſit.to.2.f.403. col.1. contemplationis gradus eſt,to.2. 478.col.1
Edere de ligno vitæ,quid ſit,to.1. 57.c.2
Egeſtas non eſt in culpa, ſed in patientia egeſtatis.to.1. 418.col.2
Effectus cur cauſæ contrarij ſint.to.1.f.22. col.2
Effectus paſſionis Chriſt.to.1. 124.c.1.
Effectus multiplices Spiritusſancti, to.1. fo.339.col.2
Effectus humilitatis,benignitatis,& maturitatis,to.2. 102.col.1
Electio ſummi Pont.commiſſa fuit D.Bonauenturæ,to.2. 31.col.2
Eleemoſyna Epiſcopis amica eſſe debet, to.1.f.248.c.2.vt & quibus danda.288. c.2.in accepta.279.col.1. ieiunii ſequatur.329.c.1.cui largienda 417.col.1.& 2.quam ſit vtilis.288.c.2.quibus rebus ſimiletur,tom.2. fol.300.col.2.quibus danda, 307.c.1
Eleemoſynę vtilitates, & circunſtantię, to.1.f.288. col.2
Eleemoſynarum tria genera,fratribus minoribus contingere poſſunt,tom 2.fol. 432. col.2
Elementum quodlibet binas habet qualitates.to.1. 106.col.1
Elementa quot ſint, & qualiter ordinata, ibidem ante iudiciū qui ſaluentur.144.c.1

Eligendum minus malum è duobus to.1. fol.269.col.1.
Eloquentia ſacrarũ ſcripturarum, ommes præcellit artes.to.1.fo.6.col.1.iuuenilis & ſenilis qualis ibid. perſonæ conuenire debet.ibid.
Emanationes in diuinis binæ,to.1.fo.101.col.1.& 165.col.2
Empyrium cœlum Angelorum puritatem referre.to.2. 500.col.2
Ens vt multipliciter conſideretur, to.2.fo.360.col.2.eius diuiſio ſextuplex,tom.1.f.25.col.2
Epiſcopus quibus caſibus ſuper irregularitates non valeat diſpenſare,to.1.f.123.col.2 qualis eſſe debet,248.co ſecunda. Simoniacus vt pœnitebit, to.1.fol.214.col.1
Epiſcopi in quib. Apoſtolis ſuccedunt.t.1 fol.381.col.2.vt religioſorum adiutorio indigeant,478 col.2.ob ignorantiã maxime culpabiles ſunt,151.c.2 officio nihil difficilius ac periculoſius,tom.2.fol.15.col.1
Epiphaniæ dies feſtum eſſe eccleſiæ peculiare,to.2. 518.col.2
Error aſſerẽtium oĩa eſſe vnum,improbatur,to.1. fo.26 col.1
Error quid ſit & quotuplex,tom.1.f.152.col.2
Errores tres cauendi in ſcientia,tom.1.fo.21.co.1.circa mundi creationem,167.c.1.& hæreſes vnde oriantur, to.2.f.617.col.2.
Erubeſcere ob quæ debeat Religioſus, to.2.fo.69.col.2
Eſſe triplex in Deo,to.1.fo.10.co.1.an alio non dicit compoſitionem, 19.c.2. Dei, primum in mentem venit.30.col.2.primum Dei nomen,ibid.triplex in rebus, 121.c.1.ſimpliciſſimum, & æternum,naturaliter arguit eſſe Deum, tom.2.303.col.1.& 2
Eſſentia in diuinis ad aliud minimè refertur,to.1.101.col.2.& 165.col.2.quid, & vt de ea ſentiendum ſit, 38.col.2. vt ſit ſummè vna & ſimplex, & multa de ea, to.2.f.294.col.1. eius duodecim nobilitates altiſſimæ,to.1. f.101.c.2
Eſſentiæ medium eſt Chriſtus.to.1.f.7.c.2.& 10.col.1
Eſther B.Mariam Deiparam præſignauit, to.2. 590.col.2
Ethica illuſtratio.to.1. 27.co.2
Ethicarum ſcientiarum partes & finis,to.1.fol.5.col.1.
Ethnicus vt vitium conſideret.to.1.15.c.1.
Ethnicum medium Chriſtus,to.1.f.7.c.2.& 11.col.2
Eti horum errores Aegypti tenebræ. to.1.fol.31.col.1
Euangelica perfectio quid ſit,to.1.f.439.co.2.paupertas vt dominium reijciat rerum vſum minime.453.co.1.nouę legis eſt prerogatiua. 462.col 1.
Euangelicæ perfectionis eſt abrenunciare omnibus.to.1.fo.411.c.1. mendicare.c.2.fundamentum & radix paupertas, f.421.col.1.& 453.col.1.
Euãgelium paupertatem benedicit quam lex maledicebat,to.1.f.412. col.1.paupertas maxime fecit credibile, 468.c.2. quare magiſtros vocari inhibeat, to.2.f.261.col.2
Euangelij ac legis diſtantia,to.2.f.130.co.2.perfectio in quo conſiſtat, ibid.quam aſtute deceperit diabolus,tom.1.fol.112 col.2
Euchariſtia,vt ſit ſacramentum,ſacrificiũ, atque viaticum,to.1.f.137.co.1.& 185.col.2.eius effectus,186.c.1. eſt vnum ſacramentum ibid. vt accedendum ſit ad eam.138.col.1.& 186.col.1.& 229.c.1.& 246.c.1.ſi tollatur ab eccleſia, populus Chriſtianus futurus eſt,vt grex porcorum,to.2.fol.300.col.2.cibus eſt Angelis & hominibus communis, 302.co.1.animam reficit omneſq. ſenſus interiores excitat.415.col 2
Euchariſtiæ ſacramentum eccleſiam catholicam ſuſtentat,atq. corroborat, tom.2.fol.300.col.2
Euchariſtiæ meditatio, & præparatio ad communionem,to.2. f.471.c.1
Euchariſtiam vomens,quam aget pœnitentiam.to.1. 214 col.2
Euthiches hæreticus à magno Gregorio victus fuit.to.1. 54.col.1
Examen præcedat confeſſionem peccatorum.to.1.f.225.co.2. quotidie ſemel ſaltem fiat.233.col.2.& 312.c.1.ſui qualiter fieri debeat,to.2.fo.138.co.1.ſepties in die conſulitur faciendum,258.col.2.conſcientiæ circa quæ verſetur,366.c.1. frequens, ſignum eſt gratiæ roboratæ.401.col. 1.
Examinanda quotidie vita.tom.2.fol.336.col 1
Examinandi ſæpius actus & motus, to.2.41 c.1.forma ad id pulcherrima, f.138.col.1.
Examinare nos ipſos mane ac ſero debemus,to.2 fo. 553.col.1
Exceſſus mentis, requiem præſtat intellectui,to.2.fo 365.c.1.charitatis perfectæ indicium eſt. 403.col.1
Excommunicatio,& regulæ duæ circa eã, to.1.f.160.co.1.quib. caſibus non liget. 407.col.2
Excommunicationem quando non incurrat percuſſor clerici,to.1. 160.c.1
Excuſatio peruerſa quæ nã ſit,to.1.f.291.col.1.in dubiis adhibenda. 312.c.1.
Exemplar virtutum omniũ Chriſtus eſt, to.1.fol.58.col. 1.omnium rerum vt ſit Dei verbum. 43.col.1
Exemplaria omnium rerum in Deo, to.1.fol.31.col.2
Exemplar effectiuum vt ſit Deus,to.1.f.101 col.1
Exemplum efficaciſſimũ nobis dedit Chriſtus in paſſione,to.1.f.123.co.1.Chriſti in omnibus habendum.to.2.f.69.col.1
Exemplum taciturnitatis B. Maria fœminis præbuit, to.2. f.514.c.2
Exemplum culpæ præbens, erit & pœnæ, to.2. 488.col.2
Exemplum cuiuſdam literati à Dęmone illuſi,to.2.fo 617. co.2.eius qui matrem honorauit,623.colũ. 1. eius qui patrem ſuum inhonorauit,ibi.eius qui à Dæmone illuſus ob pollutionẽ damnatus eſt, fol.624.col.2.
Exempla virtutum omnium in ſcripturis ſacris haberi,to 1.fo.4.col.2.ſanctorum per multum iuuant,38.c.2.pigros extimulant,315.col.2.cæteris norma viuendi ſunt.332.c.1. qualia Chriſtus in vita præbuit,to.2. 525
Exempla mala paſtorum oues inficiunt,& occidunt,to.1. 246.c.1
Exemplis magis,quam argumentis moueri ſoliti ſumus,to.1.fo.99. col. 2.doceamus proximos. 332.co.1.
Exercitatio ſenſuum interiorum, arguit gratiam proficientem,& charitatẽ,to.2.400.col.2
Exercitatio circa paſſionem domini generalis,to.2. 349.& 474
Exercitia ſerui Dei,to.1.f.267.c.2.& 311.col.1.præcipua volentib. in virtute proficere,488.col.2.to.2.f.256 & ſeq.ſpiritualia impigre proſequenda, 103.c.1.ad ſpiritum vitæ conſequendum, 260.c.2. quatuor præcipua, in quibus iugiter occupari nos conuenit.334.col.2.ſpiritualia,ordinem requirunt.460 c.1.vitę contẽplatiuæ 540.c.2.corporalia, propter ſpiritualia eſſe.non contra. 555.c.1.
Exercitia vitæ B.Mariæ.to.2. 513.c.2
Exiſtimare ſe cunctis viliorem profecto humilitatis eſſe,to.2.170.c.1.& 2 & 172.col.2
Experientia eſt mater intelligentiæ, to.2.380.col.1.quid ſit, 413.c.1
experimentum ex multis memoriis fieri, to.1. 22.col.1
expoſitio ſcripturarũ qualis, & regulæ ad eam,to.1. 100.col.1
expugnare vitia quid ſit,to.1. 85.col 1
exultatio in aduerſis proximi,inuidiæ germen.to.1. 156.c.1

F

FAcere quid in ſe eſt dupliciter capi, to.1. 255.col.2
Fallacia Dei qualis ſit,to.2. 157.c.2
Falſum teſtimonium prohibetur,to.2 211 col.1
Fama bona quantum proſit, & vt ſeruanda ſit,to.1.306.col.1.& 332.co.1.& to.2.fo.30.c.2.ſic ſeruanda eſt, vt minime intendamus,332.col.1. pudicitia in fœminis quaſi flos pulcherrimus cito marceſcit,332.co.2.bona,requiritur vt quis in ſanctorum numero referatur. tom.2.fo.20 c.2
Fama vulgarium multa ſæpe mentitur,to.1.f.332.col.2
familiaritas mulierum, quam periculoſa ſit.to.1.f.231.col 1.& 2.& 231.c.2.glutinum eſt malorum,& viſcus toxicatus, 301.col.2.
Faſciculi circa Chriſti paſſionem meditandi,to.2 473.col.1
Fercula quæ in conuiuio timoris exhibet Spiritus ſanctus,to.1.344.co.2.pietatis, 348.col.1.ſcientiæ,349.col.2.fortitudinis.353.col.1.conſilij.358.col.1.intellectus,364.colum.1.& 2.ſapientiæ, 366.& 367.
feruor religionis non tepeſcat,to.2.68.co.2.nouitiatus, 65.col.2.continue creſcat oportet.to.1. 320.c.2
feſtum diui Bonauenturæ inter feſta ſacri Palatij adnumeratur,to.2 35.co.1
feſti dies reuerentiæ colendi.to.2. 40.c.2.& 209 col.2
feſtis & dominicis diebus, à quibus abſtinendum,to.2.f.44.col.2.quibus vacandum. 209.col.2.
feſtum Epiphaniæ, vt ſit proprium eccleſ. to.2.fol.518.col.2
Ficus quid allegorice ſignificet,to.2.f.356 col.1
fides fundamentum ac medium virtutis, to 1.f.12.c.1.vt neceſſaria,34. c.1.errorum tenebras purgat,ibid. ſanat ibid.p firmamentum datur intelligi.35.col.1.quodammodo videt,quodammodo nõ, ibid.eſt certiſſima, 36.co.2.ad eam promiſſionib.homo trahitur.47. c.2. innititur authoritati intelligẽtiæ, rationi.101 co.1.principiũ cultus Dei,& fundamẽtum pietatis, ibi.eandem in antiquis patrib.& in nobis,120.c.2.& 129.c.2.vna atque eadem ſemper licet effecta ſit lucrator,& magis explicita, ibi.aſſentitur veritati,ibi.ſine operib.mortua eſt.275.col.1.

col. 1. omnia penetrat, omnia cōprehēdit 347. col. 2. per dilectionem operans, neminem perire ſinit. 452 col. 2. quid ſit & quot modis accipiatur, 178 col. 1. eſt adhibendi chronicis, to 2. 10. 27. c. 2. quibus adſimiletur rebus. 219. c. 2. quæ debeat habere. 220. col. 1. & 2. comparatur rebus aptiſſimis, 245 col. 1. & 238. co. 2. ſine charitate non ſaluat, 3... c. .vt ſpiritum noſtrum ſtabiliat, 376. col. 2.

Fidei altitudo, ſublimitas, ac profundum, to. 2 f. 35. col. 2. articuli. 36. col. ſecunda. & 207. col. 2. firmitas, quibus teſtib roboretur, 41. col. 1 Trinitatis intelligentia ſana, 101. col 1. catholica expreſſio, quę ſit, 102. col. 1. articuli vt ſint duodecim, ſiue quatuordecim, 129. col. 1. & 178. col. 2. triplex officium, 275. col. 1, ſtatus triplex, 135 col. 2. confeſſio, qualis ſit oporteat, 146. c. 2. opus & actus triplex, 178. col. 1. Simbola tria, col. 2 tentatio vt vincatur. tom. 2. fol. 80. col 1. articuli. duodecim lapidibus pretioſis deſignantur, 243. c. 1. meritum magnum, fo. 553. col. 1.

figuræ atque myſteria crucis, to. 2. fo. 328. col. 1

figuræ multiplices deſignātes B. Mariam, to. 2. fo. 189. & ſeq.

filius Dei quam ſimilitudinem refert, to. 1. f. 102. c 1. cur tam diu aduentum ſuū diſtulerit. 119. col. 1. incarnari debuit, nō pater, atque ſpiritus ſanctus, tom. 2. fol. 607. co. 2

filio Dei, appropriatur veritas, ſpecies, ratio & omnis ſcientia, to. 1. fo. 103. col. 2. & 106. col. 1

filij Dei, qui agnoſcantur, to. 2. 269. c. 1

filiæ quatuor magnæ miſericordiæ Dei, to. 1. fol. 237. col 2.

filiorum occiſor quam aget pœnitentiam, to. 1. fol. 212. col. 1

finis ſacrorum ſcripturarum, to. 1. f. 1. col. 2. & 4. col. 2. & 8. colū. 1. legis Chriſtus & origo, 97. col. 1

finis in omnibus ſpectandus, to. 1. 22. co. 2.

finis religionis eſt mentis puritas. to. 2. fol 61. col. 2

firmamentum veritatis vt ſit eccleſia, to 1. fol 9. col 1.

firmamentum cœli fidem ſignificat, tom. 1. f. 35 col. 1 quid ſignificet, quibusq. eius proprietates conueniant, tom. 2 fo. 507. col 2

Flagella bonorum vitia purgant, aut deuitant, to. 1. fo. 332. col. 2

Flendum eſſe in hac vita, infantes in ipſa natiuitate præmonent, to 1. 243. col. 1

Fletus multiplex & eius incitamenta, to. 2. fo. 247. col. 2

Flos virginitatis fructuum protulit ſalu. to. 2. fo. 286. co. 1

Flores varij vt ſint in eccleſia, tom. 2. 397. col. 1

Flumina paradiſi quatuor virtutes deſignant, to. 1. 34. col. 2

Fluuius ſacræ ſcripturæ qualis, to. 1. f. . c. 2. & ſeq. mundanæ ſcientię qualis, ibi. paradiſi ſacra ſcriptura, 4. col. 1. ſacræ ſcripturæ, vt actus ſit. 97. col. 2

Fluuij inferorum qui, & quot, to. 1. f. 4. c. 2

Fœcunditas ſcripturæ ſacræ immenſæ, to. 1. fo. 45 col. 1

Felicitas perfecta ſcopus ſcripturę ſacræ, to. 1 fo. 97. col. 2 inde gloria, gaudium, Beatitudo.

Felicitate peccantium nihil infelicius, t. 2. fol. 45. col 2

Felix vt ſit, qui mundum contemnit, to. 1. fo 497. col 1

Fœmina imperfectum animal ad malum pronum, to. 1 fo. 244 col. 1

Fœminarum familiaritas, longe periculoſiſſima, to. 1. f. 23. col. 1. 232. c. 2. & 301. col. 1

fęnus ac fęnerator execrabilis res. to. 1. fo. 262 col 2

fomentum omnis peccati triplex, to. 1. fo. 116. col. 1

fons ſapientiæ diuinæ, to. 1. f. 4. co. 1. & fluuius ſcrip. ſacræ. 44. col. 1.

fons eſt & origo totius efficaciæ diuinæ voluntas, to 2 f. 205. col 1

fons paradiſi B. Maria, to. 2. f. 589 c. 1

fontes gratitudinis quinque, t. 1 f. 21. co. 1.

forma ſanctarum ſcripturarum to. 1. fo. 5. col. 1. & 2.

Forma ſapientiæ admirabilis to. 1. f. 18. c. 1

forma vltima non additur materiæ primæ, to. 1. f. 26. col. 1

forma qui ſit plena virtute, to 2. f. 358. c. 1.

formæ Ideales vt ſint in Deo to. 1. f. 43. c. 1

forma viuendi optima, to. 2. f. 35. co. 2. orationis pulcherrima. 42. co. 2.

fornicatio quid. to 1. f. 158 col. 1

fornicator presbyter qualiter pœnitebit canonicè. to. 1. fo. 269. col. 2

fortis vt mors dilectio, to. 1. f 375 c. 2

fortis quis dicatur, to. 1. f. 280. c. 1

Franciſcus ſanctus primum Ioānes nuncupatus fuit, to. 1. f. 75. col. 2. ſacerdotiū ex humilitate fugit. 387 colū. 1, cur fratribus ſuis pecuniæ vſum interdixerit. 477 col. 1

Franciſci pugna cum quinque millib. dæmonibus. tom. 1. fo. 59 col. 1. prædicatio apud Sultanum, 61. col. 2. ſententia, cur aliqui nunquam ad contemplationem perueniant. 64. col. 2

Fratres minores cur ſic appellati, to. 1. fol. 374. col. 1. ſandaliis vti poſſunt, 378. c. 1. pecuniam nō debent recipere, cum pro ſuis neceſſitatibus iuxta dantis voluntatem expenditur. 44. co. 1. & 23. vſum rerum pauperum habere debent, 386. c. 1 prædicare poſſunt authoritate epiſcopi inuitis parochis, 388. col. 2. ex ſua profeſſione, & regula debent vacare literis, & prædicare. 389. c. 2. cur prædicent, & confeſſiones audiant, 392. col. & 403. col. 1. & 404. cur literis incumbant, col. 2. cur ciuitatib. propinqui magis quam hæremo. 394. col. 1. ædifici ſumptuoſa erigentes vt peccent. 395. col. 1 non omnes recipere debēt ad ordinem, 396 c. 2. non coguntur manibus laborare, ibi. to. 2. fo. 262. col. 1. habent vſum ſimplicem, non dominium, in ijs quæ contractant, to. 1. fo. 475. col. 1. & 2 emere poſſunt res neceſſarias, & præſentare aliquē qui pecuniam recipiat, & nomine dātis expendat 101. col. 2. & 476. col. 2. to. 2. fol 261. col. 1. quæ in primis cauere debeant, to. 1 fo. 485 col 1. & 486. c. 1. qui cogantur laborare, tom 2. fo. 261. col. 1. quibus, & qualiter literarum ſtudium interdictum ſit c. 2. Philoſophiæ ſtudio vacare poſſunt, 263. col. 1 legata qualiter recipere valeant, 431 c. 1. qualiter res alienare valeant ſine regulæ tranſgreſſione. 432. col. 2

Fratrum minorum regula, authentica & obſeruabilis, to 1. f. 374. col. 1. mutationes crebræ, cur fiant, to. 1. fol. 430. c. 1. fratribus minoribus, cur pecuniæ vſus interdictus, to. 1. f. 477. col. 1

fraus quid, to. 1 f. 157. c. 2. in contractibus, vt ſit peccatum. to. 2. f. 340. col. 2

fructus gratię to. 1. f. 13. col 2. & 15 c. 1. ſcript. ſacra, & unus Chriſtus. 47. c. 2. triplex ex horreo ſcripturarum 47. c. 2. quadruplex gratiæ a Chriſto. 58. col. 2. iuſtitiæ, ibid. ſcientiarum omnium, 96. col. 2. paſſionis Chriſti, 123. col. 2 ſpiritus duodecim, 128. col. 2. & 138. c. 1. crucis duodecim, to. 2. f. 242. co. 2. gloriæ duodecim, col. 2. vitæ Chriſtus Ieſus, to. 2. f. 617.

fructus ventris virginalis qualis ſit, to. 2. f. 293. col. 2. quam vtilis 297. col. 2

frui quid ſit, & quibus fruendum, to. 1. fol. 59. col. 2. & 162. col. 1

frugalitas laudatur in milite. t. 1. f 262. co 1

fucus, ornatusq. mulierum, quam reprehenſibilis ſit, to. 1. f. 278. col 2

fuga domini Ieſu in Aegyptū, cur, & quid myſterii habeat, to. 2. f. 520. co. 2

fugere mortem ex ſe imperfectionis eſſe, to. 1. f. 442. col. 2

fugit gloria mundi, to. 2. f. 497. col 2.

fundamentum, chriſtus quale ſit. to. 1. f. 37. col. 1.

fundamenta ciuitatis Dei Apoſtoli, to. 1 f. 38. col. 1

fundamenta pręcipua fidei. to. 2. f 616. c. 2.

furtum quid, to 1. f 157 col. 2. & 161. co. 2. quando ſit mortale, t. f. 162. c. 2 multiplici lege vetitum, 211. co. 1. multipliciter ſit. 625. col. 1

G

GAbriel Archan. cuius ordinis ſit, to. 1 fo. 67 col. 2. & 170. col. 1.

Gaudium beatorum quale ac quantum, to. 1 fo. 147. col. 1. & 333. co 2. & 354. c. 1. & 371. colum. 1 in Spiritu ſancto, vnde generatur. 344. col. 1. verum quodnam ſit quibus vt tribuatur, 218. col 2. timori mixtum eſſe conuenit, 329. col. 1. duob. perficitur. 335. co. 1. non de creatura, ſed de creatore habeatur, 370. c. 1. ſpōſe a mundano qui diſcrimine, & diſtet. to. 2. 236 co. 2. vnde oriatur. 237. c. 1 mundi, ad contemnendum. 345. c. 1. beatorum. 349. col. 2. ex quib generetur. 354. col. 1.

Gaudii affectus cur homini datus, tom. 1. f. 92. col. 2. gradus. 204. col. 2

Gemitus ſit orationis comes indiuiduus, to. 2. f. 42. col. 1

Genæ ſponſæ laudantur, to. 1. f. 18. c. 2

Generare ſibi ſimile, cuilibet creaturæ proprium, to 1. f. 42. co. 1

Generatio ęterna, vt in creaturis appareat, to. 1. fo. 41. col. 2. in cognatione ſenſitiua oſtenditur. 94 col. 2

Generatiuæ potentiæ, quæ to. 1. f. 110. c. 1

Genus cauſalitatis, trifarium in Deo. to. 1. fo. 106 col. 1

Geſtus diſciplinatus & religioſus. to. 2. fol. 47. c 1. 1

Giezi leproſus effectus ob cupiditatē, quos referat in eccleſia, to. 1. f 28 col. 1

Gladius eccleſiaſticus qualis. to. 1. 144 c. 2

Gloria Paradiſi. to. 1. f. 140. col. 1. & 2. to 2. fo. 241. col. 1. corporis glorioſi & animę to. 1. fo. 146. co. 1. 147. & 363. beatorum largiſſima Dei remunerationem oſtendit laudabilem, to. 2. f. 124. c. 1

Gloriæ cęleſtis conuiuium, to. 1. f. 370. c. 2. fructus duodecim, to. 2. f. 239. c. 2. generalis meditatio. 600 col. 2

Gloria mundi quam fugax ſit. to. 1. f. 497. col. 2

Gradus ad charitatem duodecim, tom. 1 f. 59. col. 2. tres in Eccleſia. 70. col. 1. indutiæ. 71 col 1. dignitatis in Eccleſia varii 134. col. 1. ordinis ſeptem. 136. col. 2. quinque ad ſapientiam. 172 c. 1 conſanguinitatis vt agnoſcatur. 190. colum. 2. charitatis, 198. col. 2. obedientiæ humilitatis

tatis caſtitatis,& patientiæ,199.col.1.& 2.miſericordiæ,veritatis,200.col. 1.paupertatis,prudentiæ,col.2.fortitudinis iuſtitiæ,& temperantiæ,105. c.1.pacis, & conſtantiæ,col 2 largitatis compaſſionis,202.co.1 congratulationis abſtinentiæ,concordiæ, gratitudinis, religionis, contritionis,confeſſionis, ſanctificationis,202.contemplationis,203. diſcretionis,ſpei,timoris,doloris,gaudij.204.illuminationum ſex,to.2.f.357.co.1.contẽplationis,390.col.1.& 391.c.2. charitatis affectuoſæ,to.2.fo.403.col.1. amoris violenti.404.c.1.amoris Seraphici.406. col.1

Græcorum traditio de ſeptem gentib.quas dominus deleri præcepit de terra. to.2. fol.85.col.1.

Gratia hominem fortiorem reddit, tom 1. fol 14.c.2.liberat à ſeruitute diaboli.15. col.2.implet.ibid.eſt arbor vitæ,co.2.triplex,ibid.23.co. 2.eſt medicina peccati, 34.col.1.& miſericordia non excludit iuſtitiam Dei,105.c.2.nomine aquæ intelligitur,107.c.1. duplex vt naturã perficiat.111.c.2.& 185.c.2. vnionis ſingularis & capitis in Chriſto.120.c.1.2.174. col.1.hominem deiformem reddit.120. c.2.quid ſit,124. col.2.vt animam eleuet atque exornet,124.c.2.& 177.co.1. trifariam capitur,115.col.1.& 177. c.1. haud cadit ſub merito, quinimo ipſa inchoat meritum.125.col.1.& 2.vſu auget ſcit atque perficitur.c.2.adultis ſine aſſenſu lib.arb. nequaquam tribuit, 120. col.1.haud.lib.arb.cogit,imo vero excitat,atq iuuat,col.2.vt ſe ad lib.arb.habeat, ibid. petentibus præſto adeſt. ibid. vna vt multas virtutes germinet,127.c. 1.& 177.col.2.& 337.col.1 diſponit ad obtemperandum Deo.136 col.2. ſacramentalis,132.col.1.curatiua, elatis atq. incredulis denegatur,humilibus confertur,ibid.nomine Angeli intelligitur.t.2. fo.486.co.2.multiplex. 596.col.2

Gratiæ ortus,vſus,ac fructus,to.1.13.c.2. & ſeq.deſcriptio.15.c.2.& 177 c.1 effectus communis toti trinitati, 193.col.1. plenitudo in Chriſto 129 c.1.& 174.c. 1.effectus,124.c.1.177 col.1.& 271.c.2 diuiſiones.177.co.1.authoritates doctorum.270.c.2.totum opus bonum, item li.arb. vaſa ſacramenta qui dicãtur 132. c.1.& legis diſcrimen. 271.col.2.plenitudo in B.Mariæ,t.2.f.272.c.2.quã vtilis fuerit.273.col.1.inexiſtentis ſigna & coniecturæ,400.colũ.1. agendæ ſemper Deo.to.2. 34.col.2.

Gratiæ fraternæ inuidia, vt ſit peccatum in Spiritum ſanctum.to.1. 117.c.1

Gratiam infundit Chriſtus in ſua membra to.1. f.120.c.1.& 174.c.2

Gratiarum actio ſemper in omnib.fiat. to. 1.fo.323.col.1.ſ ptem in ea conſiderãda. to.2. fo.121.co.2.& 341.co.2

Gratitudinis fontes quinq. to.1. f.21.co.1. Gradus 203.c. 1. authoritates ſanctorũ 323.col.1.gratus in modico maiora percipiet. 299.col.2.

Grammatici indicat conceptus, to.1. f.27. col.1

Grammaticus eſſe nemo poteſt, niſi res cognoſcat. ibid.

Gregorius Sanctus à D Benedicto prophetice prædictus eſt Pontifex futurus. to. 1.fo.53.col.1.vt ante ſtudij ſacri inchoationem ſolitus fuerit orare,to.2.fo.615. col.2

Gregorius magnus Eutichetem hæreticũ vicit.to.1 54.col.1

Greſſus animę qui ſint,to.2 f.381.c.1

Gubernat Deus vniuerſum ordinatiſſimè to.1.fo. 108.col.2

Gula quando ſit lethale delictum.t.2.185. co.1.quibus rebus adſimiletur. 199.c.1. damna quæ inferat.co.2.frenanda 544. col.2

Gulæ diffinitio,ſpecies,atq. germina.to.1. fo.157.co.2.& 268.co.2.gradus,207.c. 2.ſpecies to.2.f.91.c.2. remedia ibid. cũ parſimonia conflictus,to.1. fo.170.c.2. remedium & certamen contra eam.t.2. fo.474 col.2

Guſtus extaticus contẽplationis finis,to.1. 75.col.1.ſpiritualis,322.to.1. experimẽtalis,perfectiſſimorum eſt.t.2.f.413.c 2. æternorum,qualiter fiat. 414.c. 1.eſt in voluntate.417 col. 2. contemplationis. 478.col.2

Guſtus ſi deſit cæteri ſenſus langueſcunt, to.2. 394.col 2

Gyrum cœli quid ſit,to.1. f.76.col.1

H

Habitare Deus in nobis, qualiter dicatur,to.1. f.43.c 1

Habitus monachalis, qualis ſit reprehenſibilis,tom.1.f.251. colũ.1. honeſtus in conuentu habeatur.to 2.fol.39. c.6.diſciplina ipſius,51.co.2.inhoneſtus quis, 186.col.2.religionis exterior quid deſignet. 106.col.1

Habitus ſupernaturales, diuerſos homini dari,to.2 41 col.1.

Hereſis & hæreticus quid,to.1.fo.159 c.1 & 2.to 2. 178.col.2

Hæretici miracula non habent,to.1. fo 38. col.1.vera ſacramenta, & ſi habeant ſalutem ſiue gratiam, nequaquam ſuſcipiunt.134.co.2 id tandem efficiunt, vt multa clarius intelligantur.279.col.1.diuinis ſcripturis propelluntur. 362.c.2.

Hæreticorum intentio præcipua, eſt clerũ ſpernere, atque eccleſiam labefactare, to.1. f.427.col.1

Harmonia vete.ac noui teſtamenti,to.1.fo. 38.col 1

Hebetudo mentis,vnde oriatur. t.1.f.158. col.1.

Hierarchia quid ſit,to 1.fo.67.co.1 adſimilatur trinitati,co.2.triplex.ibid 169 col. 2.duplex nomine cœli ac terræ intelligitur.108.c.1.& 109.col 1.& 2. & 169. col. 2. diuina angel. atque eccleſiaſtica. to.2. 595 col.1

Hierarchiarum concordia.to 1. 68.c.1.

Hierarchici actus.to.1. 68.col 2

Hodie quid in oratione dominica ſibi velit.to. 2. 445.col.2

Homicidæ pęnitentia canonica. tom.1.fol. 210.col.2

Homicidium geminum eſſe,t.1. f.161.c.1. multipliciter perpetratur.t.2. f.210.c.1. vt ſit mortale peccatum. 624.c.1

Homo triplicem paſſus eſt indigentiã,to.1. 47.c.1. promiſſionib ad fidem tractus, c. 2.ęternos ſpiritualiter oculos habet. 112.c.1.ad quid teneatur,vel obligetur. 152.c.1.imago Dei,quid ſit,243.c.2. & 366.c.1.ſemper ordinatus ſic,& in quibus.to.2.fo.164.c.1.pacificus,rex eſt triplici titulo,t.2.f.236.c.1.ſine gratia Dei haud potis eſt reſurgere à peccato, nec aduerſarium vincere, nec tentationibus reſiſtere valet, nec ſe ſufficienter quis ad gratiã diſponere, nec præcepta diuina ſalubriter implere,254.& 255.factus eſt vt operetur, quo ſic finem ſuum conſequatur,418.c.1.quæ per peccatũ Deo auferat.606.c.1.in ſeculo viuens, vix iuſtitiam poteſt ſeruare,aut tenere vſque in finem 344.col.1

Homo,cur Deus factus ſit to.2.f.605. c.2.

Hominis ætates cõferuntur a 1 mundi ætates,& ad ſeptẽ primordiales dies.to.1.f. 98.c.2.lapſus,vt ſit patratus,112.c.2.corpus quale ante lapſum, & quale poſt factũ ſit.113.c.2.aĩa vnica eſt,110.col.1.& 172.c.1.iuſti eſt zelare iuſtitiã,130.c.2. ius quodnam ſit.198.c.2. dignitas ac miſeria.243 col.1.& 360.col 2.dignitas,& honor,to.2.f.601.co.2.in Deo transformatio,163.c.1 ſumma perfectio in pręſenti.129. c.2.ieiuni ſputum, ſerpentes interimit,to.1.to.282.c.2.figura, manſuetudinem indicat,to.2.fol.200. col.1. interioris ordinatio neceſſaria.301. c. 1. impotentia minime excuſationi eſſe, 606.col.2

Homini,vt mundus ſeruiat.to.1 fo.45.c.1. cæco ſtellæ vt inſeruiunt,67.co.2.in Paradiſo collocato,quæ bona tributa ſint. t.1.f.111.c.1.& 173.co.2. duplex motus datus,111. col.2.& 173 co.2. multifariã à Deo adiutorium collatum, 111 c.2.& 173.co.2. duplicem habuit rectitudinẽ ibid.ante lapſum ſufficiebat creaturarũ legere librũ.112 c.1. vnde potentia peccandi,196.c.2.diuerſi habitus ſuper naturales infunduntur,to.2. f.411.c.1.

Hominem rectum fecit Deus,to.1.fo.1.10. col.2.cur tentari permiſerit,ſciens,eum caſurum.112.col.2 eſſe in gratia, quib. queat coniecturis agnoſci.to.2. fol.400. col.1

Homine orante,nihil potentius,tom.1 fol. 329.col.2

Homines,vt angelis per imitationem adſimilentur,to.1.f 242.co 2. deos participatione fieri. 334. col.2 mali cur viuãt. to.2. f.604.co.1

Hominum variæ, noxiæque inclinationes to.1.f 231. col.1. iudicia temeraria. 293 c.1.ordines tres diſpoſuit Deus in hoc mundo. 480.col.1

Honeſtas,ſenſuum ornamentum eſt, to.2. fol. 75.col 2

Honeſtum quid ſit,& quid reſpiciat, to 1. f.152.col.2

Honor & principatus potius onus dicendus eſt.tom.1.fo.302.co.1. laqueus eſt. multumque periculi habet,to.2.fo 537 col.2.parentibus exhibendus triplex.622. col.2

Honores mutant mores,to.1. f.304 c.2

Honorandi vt ſint prælati,to.2. f.62.c.2

Hora mortis ſemper ſuſpecta habenda, to. 2.fo.469.co.1

Hortus diuinæ plantationis ſacra ſcriptura.to 1. fo.4.c.1

Hoſtiæ laudis,& gratiarum actionis, concinnè offerendæ,to.1. 323.c.2.

Hoſtis peſſimus animæ,caro noſtra.t.2.fo. 338.col.2.diabolus. 339.co.1

Hoſtium in nos rabies nunquam ceſſat, t. 2.120 c.1

humanæ atque diuinæ ſcientiæ antitheſis, to.1.f.4.co.1.

humanis ſcientijs ſobrie vtendum,to.1.fo. 57.col.1

Humani corporis pulchritudo,& proportio.to.1.f. 110.c.2

Humiliare qualiter ſe coram Deo peccator debeat,to.2. f.240. col 2

Humilis verus,ſeu falſus quis. tom.1.f.314 col.2.humilitas virtutum atque gratiarum conſeruatrix.to.1.f.14.col.2.& 214 col.1.continentiæ imitator,332. col.2. conſcientia ſeruanda ibid. Dęmonibus inimica

inimica,231.col.1. boni ſubditi inſigne, 246.co.2.falſa ſuperbiam parit.267.c.2. in oratione ſe u nda.286.co.2.vera quę 300.col.2.eſt ſapientia,214.col.1.continentiæ innitatur, ibid. cum ſcientia ſeruanda.ibid.ornamentum ſublimiũ. 374. col 1.quid ſit.381.col.1.ad diſcipl nę ſuſc ptionem neceſſaria.to.2.fo. 136 col. 2.ſumma religioſorum virtus. 60.col.2. ad nos ipſos ad proximum & ad Deum, 111.col 2.patientiam parit,112.c.1.quibus gra ibus ad eam aſcendatur 138.c. 1.quam Deo ſit grata.col.2.vera, vt acquiratur.169.co.2.falſa,179. c.1. quib. rebus ſimilis ſit,fo.128.c.1. & 230.c.1.

Humilitatis multa exempla.to.1.fo.56 col. 1.ſemitæ æternæ.148.col.2.actus quaterni.156.col.1. cum ſuperbia conflictus, 269.col.2.authoritates domorum. 314. col.1.diffinitio.381.col.1.commendatio, 477.col.1.effectus.to.1.fo.102. c. 1.gradus,to.1.fo.199.col.1.& 314.c.2.to.2.f. 111.col.1.& 231.c.1.& 526. c.2.& 527. col.2

Humilitatem docuit Chriſtus in ſua natiuitate to.2.fo.517.col.2.in vita 128. c.1. in baptiſmo.526.col.2.& 527.c.2.quinque conſiderationes pariunt. 230.col.2.

Humilitas B.Mariæ,to.2.fol.270. col. 2.& 201.col.2.& 517.col.2

humilitas mira Seraphici doctoris Bonauenturæ.to 1.f.205.col.1. 235. col.2.5. col.1.& 13.col.2

hyems in anima qu d, & quando ſit. to.2. fol.382.col 1

hylarius ſpiritualis vnde proficiſcatur.t.2. 130.col. 1

hipocriſis quid,& quotuplex ſit.to.1.f 160 col.1.to.2 f.596.col.1

hypocrita homines fallere quit, Deum vero minimè.to.1.255.col.1

hypocritarum ſimulatio varia,furtum eſt, to.1.fo.233 col.1.& 30.col.2

hypoſtaſes Diuinæ,ternæ. tom.1. fol.102 col.1

## I

IActantia quid.to.1.f. 155.col. 2.virtutes eneruat.291.col. 1. quando ſit mortale peccatum,to.2.fo.179 col.1

Ianua ſapientiæ,quæ,to.1.f 13.col.2.& 17. col.2

Idea quid ſit,to.1. f.105 col.1

Ideæ omnium rerum ſunt in Deo vnum cum ipſo.to.1.f.31.c.2.& 33. c.2.& 43. col.1.& 104.col.2

Ideas Ariſtoteles execratus eſt perperam, to.1.fo.31.col.2.qui negant,prædeſtinationem negare conuincuntur. 43.col.1

Idem manens idẽ non producere, niſi idẽ, falſum eſſe,to.1.fol.22.col.2

Idiomatum communicatio in Chriſto.to.1 fo.118.col.2

Idololatria prohibetur,to.1.fo. 159.c.2.& 167.col 1.triplex.to.2.fol.617. col. 1.& 618.col.1

Idololatriam Chriſtus ſolus extinxit, to.1. fo 38.col.1.

Ieiunare docuit Chriſtus to 1. 451.col.2

Ieiunium ex circunſtantia laudabile, to.1. f.449.col.2.eleemoſynæ iunctum, Deo charum,329.col. 2. ſine charitate nihil prodeſſe.ibid.vt obſeruandum. to.2.fol. 185.col.2.quibus reb. adſimiletur,205. col.2.improbandum,quodnam ſit,200. col.1.commendabile. col 2

Ieiunij encomium,eiuſq; vtilitates,tom.1. fol.541.col.2

Ieſus nomen oleo adſimilari, to.1. fo.138. eſt nomen virtuoſum,gratioſum,&c to. 2.fo.481.vt ſpiritualiter concipiatur,& naſcatur in nobis.479.& ſequen.multis quæſitus.482.col.1. Aegypti idola cuncta deſtruxit, illo puerulus aduectus. 521 co.2.quid vſq. ad annum duodecimũ puer egerit.523.c. 1 vt in hieruſalẽ remanſerit.co.2. quid inde ad trigeſimũ annum fecerit,524.qualia in vita virtutum exempla præbuerit, ibid. tentatur à diabolo.529.col.1. in nuptijs in humiliori loco ſedit,531.col.1.quæ miracula egerit 537.& ſeq. fugit cum vellent eũ facere regem.537.qualia & quanta paſſus ſit.f.611 col.1

igniculus ſapientiæ,vt accendendus. to.2. fo.367.col.2

ignis proprietates,tom.2.f.406. col.2.contemplationis. 478.col.2

ignis purgatorius qualis eſt, quos purget & qualiter.t.1.f.142.c 1.& 2. &163.c.2.

ignis conflagrationis mundum expurgabit ante iudicium.to.1.f.143.c.2.&164. col.2

ignis infernalis qualis,& q in ſpiritus aget. to.1.f.145.c.2.& 164.col. 1.& 2.

ignorantia animę vulnus vt ſit,to.1. f.194 co.2.vt excuſabilis necne,302.co.2.multipliciter,to 1.fol.190.col.prima.& 596. col.1

ignorantię quadruplex diuiſio,& multa de ea to.1. f.155.col.2

illicitum quid dicatur.to.2. f 101.co.1.

illuminatio in ſcientijs ſermocinalib. qualis.to 1. fo.26.col 2

illuſtratio circa ethicam,tom.1.f.27. col 2. circa intellectualia.28.col 2. circa moralia. 29.col 1

illuſtratio multiplex in ſcripturis diuinis. to.1. fo.55.& 56

imaginatio,vis animæ quid ſit.to. 1.f. 171. col.1.quæ ad ea ſpectent.172. col.2.duplex.to 2. f.392.col.1

imago Dei,vt filius dicatur,to.1.f.41. c.2. quid denotat in eo,102 col.1.anima rationalis,ibid.triplex in homine.174.col. 1.creationis,& recreationis, quid. to.2. fo.595.colũ.2.in quo conſiſtat. fo. 601. col.2

imaginis atque ſimilitudinis ratio in quibus ſit.to.1.fo.111.col.2. vt differant.f. 172.col.2

imaginem Trinitatis,vt detur per peccatũ. to.1. fo.117.col.1.

imagines indoctorum eſſe lectiones. to 1. fo.323.col.2.vt ſint venerandæ.346.c.2 to.2. 618.co.2

imber quid ſpiritualiter, ſignificet in anima.to.2. f.387.c.2

imitatio Chriſti, ad veritatis ſplendorem ducit.to 2. fo.370.c.2

immunditia quid ſit,& quod eius ſpecies, to.1. fo.56.col.2

imperij authoritas in anima,tom.1.fol.71. col 1

imperfectio,& perfectio vt differant. to.2. fol.538.col.2

impij ſacræ ſcripturæ detrahunt.to.1.fo.5. col.1.& 2

impęnitentia finalis,peccatum in Spiritum ſanctum eſſe,to.1. f.17.c.1

impugnatio veritatis agnitæ, peccatum in Spiritum ſanctum. ibid.

Inanis gloria compeſcenda, bonum autẽ opus minimè dimittendum,to.2.fo.84. col.2.ex ſuperbia naſcitur. 178.c.2

Inanis glorię,à ſuperbia diſcrimen.tom. to.55.col.1.diffinitio ſpecies, atq. filiæ, f.156.col.1.atq. timoris,contentio. 169 col.2

Incarnatio verbi Dei, vt fuerit cõgruentiſſime facta,t.1.f 117.co.2.vt fuerit opus totius Trinitatis,118.c.1.& 2.& 119.c.1. to.2 fo.555.c.1

Incarnationis verbi Dei opus, cur Spiritui ſancto præcipue tribuatur,to.1. fol.119. col.1.tempus,cur tam diu dilatum fuit, fo.120 col.1

incendiarii pęnitentia canonica.to.1 f.215. colũ. 1.ad Epiſcopum pro abſolutione mittendi. 219.c.1

inceſtus,luxuriæ ſpecies.to.1 158.c.2

incipientes,cautè proficere ſtudeant. to.2. fo.78.col.1 quæ cauere debeant. to.1. fo.255.col.2.magiſtro indigent.to.2.fo. 638.co.2

inconſideratio quid.to.1. 158.co.2

inconſtantia quid.to.1. ibid.

incontinentia quid.to.1. f.156.col.1

incontinens, licet minimum, impoſſibile eſſe apud Deum.to.1.fo.104. c.1.& 146. col.1

indigentia triplex in homine,tom.1. fo.47. col 2

indignatio quid.to.1. fo.157.co.1.

indulgentiæ ab epiſcopis concedi poſſunt, to.1. 138.col.2

indulgentiæ in feſto D. Bonauenturæ conceſſæ.to.2. fo.35.col.2

indumenta ſacerdotalia quid ſignificent, to.2. f.325.c.1

induſtria,vt ad virtutes acquirẽdas valeat to.1.87.col.2.multiplex, virtutum excitat amorem. 477.co.1.

induſtrie gradus tres.to.1. f.71.c.1

inepta lætitia quid.to.1.fo.156.c. 1.& 158. col.1

infamia quantum malum.to.1.f.306.col.1.

infernus non eſſet,niſi propria eſſet voluntas,to.1 f.355 co.1

inferni ignis qualis,& qui cruciabit,to.1.f 309.col.2.& 145.co.2.& inde,ſupplicia cur æterna.to.2.& 148.col.2. de eo generalis meditatio. 240.& 469.c.2

infirmitas triplex.to.1.f.193.c.1. vt ſit animæ vulnus. 194.col.2

infirmitates corporales ob peccata infligi, to.2. 533.col.1

infirmi corpore vt curandi.to.2.fol. 641.c. 2.mente. 642.col.1

infirmus ſeruiens non minus meretur, ac ſi ipſi Chriſto ſeruiret.to.2. f.155.c.1

influentiæ cœleſtes, quid in hæc inferiora agant.to.1. 107.col.1

influxus gratiarum à Chriſto.to.2.f.11.c.1 & 14.co.2.& 174.col.2

ingenium quid ſit.to.1. f.171.col.1

ingratitudo,gratiæ inimica.to.1. f.299.c.1. vt animæ obſtet profectui.c.2. meretur amittere q habet.to.2.f.123. c.1.quam ſit graue peccatum. 351.col.1.

ingratus, ineptus efficitur ad maiora dona ſuſcipiendũ to.2. 36.col.2

ingrato quidquid collatum fuerit, perit, to.1. 299.c.2

inimicus odio habendus quis ſit.to.2.f.515 col.2

inimici nos quandoq. ruina iuſte lætificat. to.1. 299.c.2

inimici,vt diligendi.to.1. 276.c.2.

inimicis noſtris quaſi terrorib.vtitur Deus. to.2. 92.co.2

inimicos diligere,perfectæ charitatis eſt, t. 2.301.col.2

initium omnium peccatorum ſuperbia t.1. f.116.col.1.peccati multipliciter dicitur 155.col.2.

iniuria proximi tribus inhibetur præceptis to 2. 623.c.2

iniuſtitia vt in contractibus committetur. to.2.

tom.2. fo.184.col.1
Inobedientia quid ſit.to.1. f.156.c.1
Innocentem eſſe quid ſit.t.1. f.311.c.1
Innocẽtia qd t.1.181.c.2.vt ſeruã.312.c.2
inopia,duplex eſt,t.1.f.412.c.2.418. col 1. ſpũalibus,nõ eſt timentib.Deũ.418. c.1.
inquietudo mentis,to.1. 157.c.2
inſomnium quid & eius ſpecies,t.1.f.172. col.2.to.2. 595.c.2
inſpiratio diuina,nuntius bonus.t.1.f.341. col.1
intellectus,donũ ſpũs ſancti.t.1.f.21.c.1 tr formis,ibid.tria docet,c.2.trib. acquiritur,22.c.1.triplex contemplationum cęleſtium clauis,ibi.trifariã accipitur.359. c.2.vt animam illuſtret,360.c.1.vt a ſapientia differat 364.c.1.& t 2. 227.c.1.
Intellectus duplex.t.1.41.co.1. practicus,& ſpeculatiuus.1 10.c.1.aiæ potentiæ,171. c.1.vnde dicatur.228.c.2 à quib.expurgandus,t.2.f.550.c.1.& ſeq.vt operetur circa res,360 co.1.pes aiæ appellatur, 375 col.2.multifariam capitur. 393.c.2
Intellectus retectio, to 1.f 55.co 1.multiplex illuſtratio.ibid. 57.col.1
intelligentia ſextuplex,t.1.f.24.c.2.per raptum,vt fiat,ibi.ſcripturarum,circa tria verſat.44.c.1.recta,atq. perfecta.279.c.1
intelligentiæ radius,in via illuminatiua triplex to.2. f.367 c.1
intelligẽda p...è quæ ſint.t.1.f. 269.c.2.
intentio,vt aggrauet peccatum,& vt confitenda,to.1. f.227.co.1
intentio multifariam mouetur. t.2. f.120. c.2.æternorũ,vt neceſſario habẽda,vtq. actionẽ dirigat 379.co.1.actũ meritoriũ efficit.c.1.actualis maior habituali. 380 c.1.recta & ſimplex deifica,ac deiformis c.2.ſimplex,ac pura qualis ſit.637.2.intẽtionis rectæ ac ſimplicis ſigna.380.c.2
intentioni duo eſſe neceſſaria t 2.382. c.1.
intentiones diuerſæ,vt ſint,to.2.f.380.c.1.
interdictum quid.t.1. f.159 c.1
interpretari in malã partẽ, q fieri poſſunt bõna intẽtione,temerariũ ẽẽ.t.2 435.c.1
interrogationes, & modus interrogandi p confeſſarium,t 1. f.207.& ſeq.
intrinſecum ſecretum in Chriſto quid ſit. to 2. f.436.col.1
inuerecundia vnde oriatur,to.2.f. 186.c.2
inueſtigatio Dei per creaturas.t.1.f.30.c.2 & 39.c 2
inuidia fraternæ gratiæ,vt ſit peccatum in Spũm ſanctũ.t.2.f.117.c.1.quadrupliciter denominatur.156.c.2.ſuppliciũ æterbũ,267.c 1.ſancta q.t.2.f.55.c.1.triplex. 88.c 2.media.89 c.1.qñ ſit lethalis.179 c.2.quibus rebus adſimiletur. 195.c.2
Inuidiæ ſpecies,atq. proles.to.1.f 156.c.2 natura,ortus,atq. remedia.t.2. f. 475.c. 1.damna. 196.col.1
inuido Deus magnã irrogaret iniuriã, ſi eũ ad Paradiſ.admitteret.t 2. f.195 c.2
inuidorum ſtudium.t.1. f 291.c 2
Ioannes Baptiſta, magnus ob vitæ rigorẽ prædicator.t.1.f.444 c.2.locuſtis veſcebatur. 448.c.1
Ieſum viſit ex Aegypto redeuntem, t.2.f. 523.col.1
in carcerẽ truſus,obtruncat capite.535.c.1
Ioannes Euangeliſta vocatus à Domino è nuptijs.t.2 f.531.c.2
iocis deditı,bonis ſpiritualib.priuantur, & vix pœnitent.t.1. f.307.c.2
iordanis quis in os Dæmonum influat,t.2 fol.447.c.1
ioſeph Patriarcha Typus Chriſti.t.1.f.48. co.2.& 58.co.2.fidelis domino ſuo fuerit. 58.c 2
Ioſeph ſponſus B. Marię magis caſtitati Mariæ credebat,quã vtero eius.t.2. 297 c 1.in ſomnis admonetur,ne ſpõſam dimittat.516.c.1.laus magna ex Euangelio colligitur, ibid.
ira quid,& vt moderanda.t.1,f.267,c.2.ſancta,quæ.t.2.f.85.c.2.duplex, & quando ſit lethale peccatum.t.2.f.180.c.2.quib. rebus ſimilis ſit.196.c.1.quæ damna inferat, col.2
iræ diffinitio,ſpecies,ac germina.t.1.f.156. c.2.& 267.c.1.gradus tres.207.c. 1.tria genera.t.2.f.89.c.2.quinq. remedia. ibi.
iraſcendo nihil proficimus, quinimo malũ duplicamus.t.2. f.90.co.1
iraſci proximo,an ſit lethalis culpa nec ne, to.2. f.623.c.2
iraſcibilis appetitus cur homini datus. t.2. f.83.col.1
irrationale, & rationale eſſentialiter differre.to.1. 26.c.1
irregularitates a iure.to.1. f.220.c.1
irregulares ad Epiſcopum pro abſolutionę mittendi t.1 229.c.1.
irreuerentia duplex.t.2.f.39.c.2. ex ſuperbia oritur. 177.c.1
Iſaac Chriſti typus.t.1. f.48.c.2
iter intentionis qualiter fiat to.2. f.379. & ſeq.meditationis,382.co. 2. contemplationis, 388
itinera ſeptem æternitatis,quæ & ſpiritus, to.2. f.378.c.1.& 2
iubilus ſpiritualis quid t.2. 129.c.2
iucunditas ſpiritualis, quid, & vnde oriatur.to.2. f 130.c.1
iudeus, haud valens intelligere Iſaiam imprecatus eſt illi malum.t.1. 61.c.1
iudaica duritia.to.1. f.2 c.1
iudaicus populus,ſanguinarius, Caini ſequax.t.1 53.c.2
iudices Iſraelis,Chriſti geſtere typum,t.1. t.8.col.1
iudex maturè,haud temere iudicet.t.1 f.17 col.1
iudices quales eſſe debeant,t 1.f.261.c.2.iniqui qui ſint,205.c.2.equitatem ſeruent. 326.c.2.virtutibus Angelicis conueniũt. to.1. f. 494.c.2
iudicis officium quale ſit.to.2 428.c.2
iudicare proximum,vt ſit ſtultum.to.2 fo. 158 co.1.alios, minimè contemplatiuo conuenire. 172.c.1
iudicium temerarium.t.1.152.co.2. & 295 colum.2
iudicium diuinum,t 1 f.55.c.1.tremendũ. to.2.f 348.co.1
iudicium vniuerſale cur fiet,t.1.f.141.c.2. quis erit iudex,& qualis.106.c.2.qui libri tũc aperientur. ibi. qua forma iudicabit.ibi.præcedentia 143.c 1. concomitantia.143.& 144.ſubſequentia. 145. 146. & 308.c.2 to.2.f.293.c.1
iudicij extremi generalis meditatio. t.2.fo. 470.col.1
iudiciũ falſum,ſuſpicio, & timor vt diſtẽt, t.1.f.152.c.2 t.2.fol.79.col.1
Iudith B.Mariam figurat.t.2.f.190. c.2
iugum Chriſti,amore fit ſuaue.t 2.447.c.1
iuramentum,vt licitum ſit.t.2.f.154. col.1. quando exigi poſſit à cõfitente.209.c.1. nullum ſecurũ.293.c.1 ſupplex.t.2.184, 1.& 119.c.1 falſum quam graue peccatũ 209.c.2.tres comites habet. 619. c.2
iurans falſo,quàm aget pœnitentiam. to.1. f.214.col.1
iurare,qui liceat.t.2.f.184.c.1.periculoſum ac perniciolum eſſe. 619.c.2
ius ciuile vt regulandum ſit.t.1. f.5.c.1
iuſtificatio impij,quę requirat.t.1.f.146.c.1 177.c.1.Dei benignitatem,& ſuſtinentiã notam efficit.to.2.f.123.co.2. magnum vt ſit beneficium. 341.c.2
iuſtitia quadruplex.t.1.f.12.co.2. Chriſti. 24 c.1.moralis.31.c.2.& 32.c.2. qd ſit. 32.c.2.127.c.1.& 137.c.2.Dei,105.c.2. & 144 c.2.& 145.c.2.Chriſto, ſacramẽto penitentiæ ſplendeſcit 140. c.1.laudabilis,vt appareat t.2.f.114. c.1. quadruplex.420.c.1.& 424. co.1. miſericordia condienda,t.1 330.c.1 duplex, in lege.t. 2.615.c.1. & 2.quibus rebus adſimiletur.223.c.1.lapidib. prætioſis confertur. 244.c 2.
iuſtitiæ legalis cõmendatio,t.1.f.5 c.2.mediũ,Chriſtus.7.c.2.& 12.c.2.pulchritudo,vniuerſum decorat.13 co.1.fructus, 59.c.1.ordo.151.c.1.regulæ 130.col.2. diffinitio,ſpecies,& actus,181 c.1. gradus,201.c.1.authoritates doctorũ. 184. c.2.ſimilitudines.t.2.f.223.c.2.& 144.c. 2.partes binæ. 621.c.2
Iuſtitia originalis,t.1.f.113.co.2. & 194.c. 1.effectus eius. ibid.
Iuſti vbique locorum quocunque tempore vixerint, vnum efficiunt Chriſti myſticum corpus.t.1.f.44.c.1.cœli nominę intelliguntur,t.2.f.445.c.1. Angeli nuncupantur. 485 c.2
Iuſtorum mors optima,peccatorum vero peſſima.t.2. f.347.c.2
Iuſtis omnia in bonum cooperantur, nec non & diaboli interitum,t.2. f.543.co.2
Iuſto quid timendum ſit.t.1. f.127.col.2
Iuſti hominis eſt, zelare iuſtitiam nedum in ſe verumetiam in altero.t.1. f.130.c.2
Iuuenes haud temere promouendi ad ordines ſacros.t 1.f.254.c.1.quibus exornari decet virtutib.t.2.f. 266.co.2

L

LAbor manualis ad otium vitandum pceptus eſt.t.1 f.425.c.1.t.2.95. c 2 Labori manuum vt inſiſtendum ſit. t.2.f.46. col.2
Labores amantium minimè oneroſi, t.1.f. 369.col.1
Labor & pugna tentationum,t.2.f.100.c.2
Laborare manibus vt omnes teneantur. t. 1.3-4.c.2.non coguntur religioſi,qui in ſpũalibus occupãtur.396.c.2.& 480.c.1
Lachrimæ penitentium vinum Angelorũ, t.2.242.c.2 fœlices ſunt.272.col.2.& deuotionis vtiliſſimæ.t.2.f.232 co.2.impetrant,ibi 1..uant. 235.co.1
Lætitia modeſtè ſumenda.t.1.f.307.c.2.vera,vnde oriatur,328.c.1.ſpiritualib.duplex.t.2. f 130.c 2
Laico non debet quis cõfiteri, etiã in neceſſitatis articulo,to.1. f.408.c.1.
Lamech,antichriſti typum geſſit,to.1.f.49 col.2
Lamentum damnatorum erit pulchrum carmen.to.1. 13.col.1
Languor animæ infirmitas.c.1. 194.co 2
Lapides duo in ſuperhumerale Aaronis, qđ myſterii contineant,t.1. f.36.c.2
Lapides duodecim,fidei articulos ſignificarunt.t.2. fo 243.c.1
Lapſus Protoplaſti,vt acciderit.t.1.111.c.2
Largitatis gradus.to.1. f.201.c.1
Latitudo ſacræ ſcripturæ.t.1. 97.c.2
Latria qd.t.1.f.120.c.1.2.181.c.2. ſoli Deo exhibenda.346.col.1.t.2.f.303.c.1.vt,& quibus.263.c.2. 618.c.2
Latriæ virtutis eſt vouere,t.2. 12.c.1
Laudandum parcè,vituperandum parcius eſſe.to.2. f.423.col.1
Laudandus in omnib.operibus ſuis Deus. t.2. 123.c.1
Laudes ſacrarum ſcripturarum.t.1.f. 6.c.2
Laudes Dei attentiſſime perſoluendas.t.1 f.323.col.1.

Laudes B Mariæ rithmicè.t.2. f.589
Laudiſinus ſanctæ crucis.to.2. fo.334.c.2
Laus propria iuſtos cruciat, iniquos exaltat,t.1.f.332 c.1.peſſima, quæ cum alterius iniuria fit.to,2. 15.c.2
Lectio,& oratio Chriſtiani exercitatio eſt, to.1.f.3 4.c.1.ſacra vt animæ pabulum ſit.t.2.f.42.c.2 ceu ſemen eſt bonę cogitationis 69 c.1
lectione,atque meditatione proficimus.t.1. f.31 c 1
legendi modus debitus quis ſit.t.2.f.44.c.1
lepra cordis gemin.t.1. fo.555.c.1
leua,& dextera qd ſignificẽt.t.2. f.416.c.2
leuitas mentis,quid.to.1. f.135.c.2
lex quid ſit per diffinitionẽ.t.1.f.1.c.1.perfectiſſima quibus integratur,ibid.diuina orum vt ſit perfectiſſima,ibid.Dei,qualiter per Angelicũ miniſterium tradita.3. c.1.& 37.c.2.vt de ſede Dei ꝓcedat,ibi. quę diuino iuri aduerſatur,abrogãda.5. c.2.cõtra bonos mores,vel Eccleſiã, nullius eſt roboris ibi diu na,& Eccleſiaſtica ius ciuile regulare debet.ibi.Dei colũna fideliũ.9.c.1.ad gratiã qualiter ſe habeat.13.c.2.precipit bonũ cõe,& ſpũale, 9.c.1.in patria pfectius, quã in hac vita obſeruab.t.45.c.2.Moſis,maioris vt fuerit trãſgreſſionis occaſio.47.c.2.triplex, trib. diuinis appropriatur perſonis. 66. c.1.diuinitatis,quãlis ſit.109.c.1.naturalis 152.c.2.nulla ſeruanda, quæ ſit charitati contraria.407.c.1. Dei eſt charitas, 371.c 1.vetus,paupertatem contemnebat,Euangelica,laudat.412.co.2.diuina, quid ſummatim doceat.to.2.fo.137.c.1. omnis nihil iubet niſi iuſtitiam.615.c.1
legis cõſumatio per Chriſtũ.t.1 f.3.c.2.lator haud eſt legi obnoxius,illi⁹ atq.Euãgelij diſcrimẽ.130.c.1.& 175.c.2.& 271. c.2.origo ac finis Chriſtus.97.c.1. velamen,per Chriſtum ablatũ.t.2.f.411 c.1
legi Dei aduerſatur ſpiritus carnalitatis & malignitatis.t.1. 9.c.1. in legem cõmittere,quid ſit. 152.c.2.
leges non voluntate ſola, ſed maxima ratione à Deo latæ ſunt.t.1.66.c. 2.binę à Deo datę.139.c.2.infallibiles,& æternæ ſcd̃m quas vere iudicamus t.2 359.c.1
legum diuinarum regulæ immutabiles,t.1. 18.col.1
liber vitæ quid.t.1.f.43.c 1.& 104.c.2.142 c.1.& 164.c.1.cõſciẽtiæ.432 c.1.142.c.1 164.c.1.creaturarum.43 c.2. & 45. c.1. ſcripturæ ſacræ neceſſarius.45.c.2.intus & foris ſcriptus Chriſtus 111. col.1.eſt mundus, in quo cõditoris apparet perfectio,c.2.creaturarum, ſufficiebat in ſtatu innocentiæ,ibi. vitæ in iudicio aperietur.to.2. f.239.col.2
liber Iob in arca teſtamenti olim ob eius authoritatem repoſitus fuit.t.1.f.48.c.2
libri,qui in iudicio aperiẽtur.t 1.f 141.c.1. & 164.co.1.bini,æterna Dei ars, & hic mũdus homini legendi.111. c.1.2.conſcientiarum in iudicio pateſient.t. 2.fol. 239.c.2.bini iugiter legendi. 227.c.1
lib.Vet.ac noui inſtrumẽti,qui.t.1.f.8.c.1. & 175.c. 2, vt ſibi inuicem reſpondeant 97.col.2
libros philoſophiæ comburebant in primitiua Eccleſia.to.1. 61.c.2
liberalis gratiæ vſus.to.1. fo.15.co.1
Liberalitas Deparæ Mariæ.to.2. 292.c.2
libertas peccandi.to.1. f.156.c.1
libertas quid ſit.to.1. f.109.c.2
libertas arbitrij qui ſtet cũ infallibili Dei præſcientia,to.1.f.104.c.2.principiũ, vt ſit meriti,vel demeriti.116.c.1.primo homini data,vt peream cęlum ſibi aſcribe-ret.233.c.1.quid ſit.t.2.f.595 col.2
libertas mala quàm noxia in religione.t.2. f.68. c.2.vera quænam. 174.c.2
liberum arbitrium quid ſit.t.1. f.112. c 2. 127.co.2.vt iuſte Deus cadere in malũ pmittat 105.c.2.nemini ſeruit,niſi Deo, cæteris dñatur,107.c.2. omnes rationales potentias cõprehẽdit 110.c.2.nec ſummè malũ eſt nec ſumme bonum.112.c.1 cooperando gratiæ, quod eſt gratię ſuũ facit.125.c 2 habuerunt angeli 109.c.1. p ſe quidẽ labitur,ruit,nequit aũt aſſurgere.f.127.c.1. vt p peccatũ eneruetur. ibi.qui ſit inexcuſabile,etiam in his quę minime agere valet,c.2. quid poſſit cur non poſſit.to.2 255.c.1
liberi arbitrij vis atque poteſtas ad quę ſe extendat,t.1. f.125.c.2.eſt totum opus bonum,totum idem gratiæ. 126.c.1
libido qui ſit originarij peccati cauſa.to.1. 114.c.2.triplex penitus eneruãda.72.c.1
licite,vel illicite ſcientiæ,quæ.t.1.f.4.co.2.
lignũ vitę Chriſtus eſt,t.1.f.7.c.2.& 10.c.2 quos fructus proferat.t.2. 627.c.1.
lignum ſcientiæ intuendum, non guſtandum.t.1 52.col.2
De ligno vitæ edere quid ſit.t.1. 57.c.2
linea conſanguinitatis.to.1. 190.c.2
lingua,ac liber Dei,ſcriptura ſacra eſt 1.f. 44.c.1
lingua,vt frenanda t.1.f 290. c.2.omnium malorum inſtrumentum.t.2.f.140.c.2. animæ qualis. 384.c.1
linguæ officium.to.1. f.325. col.1.peccata quot ſint.t.2. 211.c.1
liquefactio diuinæ conſolationis.t.1.317.c. 2.ſpiritualis.to.2 f.130.c.2
literæ apertæ etiam inuẽtæ legendæ haud ſunt.to.2. f.60.co.1
lites cur hodie immortales ſint.t.1.29.c 2
locus ab authoritate,licet inartificialis validiſs.tamen eſt nonnunquam,t.1.2.c.1
locus purgatorij communi lege,vbi ſit.t.1. fo.163. col 2
locus ſecretus orationi aptus.t.2.f.458.c.2
loci mutatio ad animæ quandoq. ſalutem conducit.to.2 36.c.2
locuſtæ quibus Ioan.Bapt.veſcebatur quęnam fuerint.to 1 448.col.1
locutio diſciplinaris & religioſa qualis.t.2. f.40 c.2.& 101.col.2
locutionis præſumptuoſę notæ.t.2.fo.39. c.2.rectæ circunſtantiæ.t.1.f 279.c.2.ratio quadruplex,290.c.2.fructus. 324.c. 2.abuſus duplex. 290.c.2
longanimitas,vt à patientia differat.t.1.to. 59.col.2
longitudo ſcripturæ ſacræ.t.1. 98.c.1
loquitur Deus multipliciter ad ſpiritum in meditationib.t.2. f.382.c.1.& 2
loqui nefas nouitijs ſine licentia.t.2.37.c.1
lucia nuncupabatur mulier Samaritana cũ qua dñs ad puteũ loquut⁹ ẽ t.2.535.c.2
ludus à diabolo inuentus.t.1.f.307.c.2.qñ ſit mortale peccatum.t.2. 283.c.2
lumen ſextuplex vt aĩam diſponat.t.1.25. c.2.vt ſit ſpiritualis creatura 43.c.2.multiplex.93.c.2.cognitionis ſenſitiuæ.123. c.2.naturale ab increata luce accẽditur, t.2.f.360.c.2.ſpeculationis qd̃. 389.c.1
lumina diuinæ ſapientiæ replent orbẽ. t.1. f.19.c.2.nouem animæ. 29.col.2
lumine & motu in hæc inferiora cœleſtia agere.to.1 f.107.c.1
luminaria magna duo eſſe teſtamenta t.1 f.64 c.2.binę eccleſiæ dignitates.476.c.1
luna & ſol myſticè exponuntur,t.1.64.c.1
lunæ ecclipſis.vt fiat,& quid deſignet.t.1. fo.12.col 2
lux cęleſtis ſapientia.t.1.f.16 co.2. animæ veritas eſt.25.c.1.& 27 c.7.magna clara bonaque,ibid.à tenebris ſegregata myſticè. 29.c.1.
luxuria quanta mala cauſet.t.2.f.194 c.1. quarum rerum ſimilitudinẽ referat.200. c.1.damna quæ inferat.c.2.Diaboli proles vt ſit. 210.c.2
luxuriæ germina,malaq. to.1.f 268.col.2. gradus,207.c.2.differentiæ ſeptem.208 c.2.certamen cũ caſtitate.270.c.2 intermedia,t.2.f.93.c.1.& 2.& natura,& certamen aduerſus eam. 535.col.2

M

Magiſter qui eſſe cupit, fiat antea diſcipulus.t.1.250.c.2.nuncupari, an ſit contra euangelium to.2. 262.c.2
Magiſtro indigent incipientes.t.2. 638.c.2
Magnanimitas quid.t.1. 28.c.2
Magnificentia quid.t.1. 538 c.1
Magnitudo rerum Deum oſtẽdit omnipotentem ſapientemq., &c.t.2. f.358.c.1
maledictio grauis culpa,t.1.f.292.c.1.quãdo ſit mortalis to.2. f.182.col.1
maledictum quid ſit.to.1.f.154.co.2.graue peccatum. 292.col.1
malignitatis ſpiritus, lege Dei aduerſatur. to.1. f.9.c.2
malitia qd.t.1.f.157 c.1.animæ vulnus vt ſit.195.c.1.bona ꝓximi obnubilat. 300. c.1.radix omnium malorum. ibid.
malum quid ſit.t.1.f.148.c 2.geminũ.117. c.2.184.c.2 vt corrumpat naturam, ibi. triplex.183.c.2 t.2.f.549.c.1.multiplex. 596.col.2
Mali nihil habent in cęlo,veluti boni nihil in mundo.to.1. f.244.c.2
malę ſpẽs atq. ſuſpicio cauẽda.t.1.fo.205. col.2
mãdata Dei an ſine eius gratia implere poſſimus.t.2.f.255.c 2.quę nos ſeruare monent.613.c.1.habenti charitatem,obſeruatu facillima, non habenti vero difficillima eſſe.614.c.2.cur breuiſſimè clariſſimeque tradita.615.c.2.plene explanantur 616.c.1
mandatorum Dei obſeruantia charitatem in omnem proficientem indicat.to.2.fo. 400.c.2.quæ requirat. 616.c.2
mãducãdę eucharistię praxis.t.1.186.c.1
Manducare ſacramentum corporis Chriſti quid ſit.to.2. 415 c.1
manſiones multæ,vt ſint in cęlo.t.1. f 370. co.1.diuerſæ ac variæ contemplantium. to.2. 334.c.1
manſuetudo ſeueritatem tẽperat t.1.f.330 c.1.vt Deo ſit amica, quibuſque rebus ſimilis t.2. f.131.c.1
manſueti q̃ bona cõſequãtur.t.2.f.258 c.1.
manuũ labori,vt inſiſtendũ ſit.t.2.f.49.c.1.
manus diſtillantis myrrham q̃.t.2. f 421.c.1.
mare ſcriptura ſacra dicitur t.1 44.c.1
mare amatum B.Maria interpretatur. t.2. fo.268 col 1
margaritæ duodecim quid myſticę ſignificarint.to.1 39.c.1.& 40.c.1
Maria Magdalena dixit, non quæro Angelos,ſed eum qui fecit me,& Angelos.t.1 f.202.c.2.de contemplationis electione laudatur,331.c.1.eius conuerſio feruor & amor.t.2.f.533.c.2. vitam contemplatiuam refert. 547.c.1
Maria B.Apoſtolorum doctrix.t.1. f.37.c.2 in ſcripturis ſanctis multa de ſe dicta habet.46. c.1. omni caruit concupiſcentiæ labe.115.co.1.quãta nituerit puritate,ibi. vt vere mater Dei dicatur,& ſit.119.c.1 mater & ancilla Dei noſtrũq. aſylũ atq. arbor eſt vitæ.240.& inde virginitatem prĩma omnium vouerat,ibid.prima omniũ Chriſtũ poſt reſurrectione vidit.ibi

nihil vnquam ſiniſtri paſſa eſt, laudibus efferenda figuris præoſtenſa, ibid. vt humilitate Deo placuerit.to.2.f.139.c.1.vt imploranda, ac immitanda.157.c.2. verborum fuit parciſſima.141.c.1. ſummæ venerationis affectu veneranda. 257.c.2 quã congruè ab Angelo ſalutata ſit. 266 col.1. ab omni peccato immunis vt fuerit.col.2.vt interpretetur.268. colum.1. Stella maris.c.2.domina totius mundi, 269.colum.2.virga Aaronis florida.270 colu.1. gratiam qui apud Deum inuenerit.372.col.1. eſt cęlum terraque, col.2. therebyntus.273.col.2.virga Iſay. 274. col.1.& 285.col.1.domus Dei.274. co.1 Luna perfecta, 177.col.1.plena miſericordia.colu. 2. omnium vt perfectiones habuerit.278 co.1.vas admirabile.col.2 potentiſſima.ſapientiſsimaq. 279.col.1. opulentiſsima.ibid.indeficiens.colum.2. pientiſsima.288.co.1.fideliſsima.colu 2. nominatiſſima ibid.electa vt fol.281.c.1 Dei, necnon fidelium omnium mater. c. 2.Ancilla Domini, 282 co.1.Aurora c.2 & 283.c.2.mediatrix Dei, & hominum pacificatrix ac defenſatrix.284.co.1. Illuminatrix colu.2.regina, 287, colu.1.vt fuerit benedicta, 283.col.2.& ſequen.vallis.291.colu.2.virtutibus referta. ibi.arbor.294.col.1.terra.298.col.1, ager plenus.col.2. Laudanda ac veneranda, 306. co. 1. Inuocanda pro gratiæ adeptione. 441.col.2.cęlo ſimillima. 509. col.2.Salomonis thronus.510.col.1. Aurora 511 col.1. quæ exercitia in vita ſua frequẽtarit.513.col.2.vt ad Angeli vocem turbata fuerit, 514.col.2. taciturnitatis fœminis exemplum præbuit. ibid. Eliſabetham viſitans quæ, geſſerit.514.c.2. cur deſpõſata fuerit.ibid. Aurũ a magis oblatum, pauperibus largita eſt, 519. col.2.in nuptiis miniſtra fuit.531.col.1. prima omnium Crucẽ adorauit, depoſito filii corpore.571.co.1.per fontem Paradiſi, perque ipſum Paradiſum figuratur.per Archam Noe, per ſcalam Iacob, rubũ Moſaicum, per vas manna plenum, per virgam Aaronis 586. per Stellam Balahami, concam Gedeonis, domum Domini, per Abigailem, Iuditham atque Eſtheram.590.per columbam, ac portã clauſam, per mulierem Stellis duodenis coronatam. 591

Mariæ Virginis B.laudes, figuræ atque virtutes.t.1.fol 240.& inde, planctus iuxta Crucem.tom.2.f.150.co.1. cor Paradiſi hortus fuit. 246.col.2. corpus incorruptum ſuſcitatum.286.col.2. humilitas, 270.col.2.charitas, ibi.manſuetudo. patientia.275.col.2.paupertas 276. colu.1 ſobrietas, virginitas, ibid.gratiæ plenitudo. 272. & ſeq.priuilegia dotes corporis, & animæ.275.pulchritudo 281.co.2 humilitas.291.co.2.charitas manſuetudo.2.. liberalitas, temperantia c.2. caſtitas.293.col.1.fructus qualis, c.2.Pſalterium ipſius, 306. litaniæ. 317. laudes rhitmicæ. 589

Mariæ B.dies ſabbati cur dicatur.t.2.f.562 col.1

Mariam Deiparam vt nullus dignè laudare ſufficiat, nihilominus omnes compellimur.t.2.f.265.c.1.& 2. contemnentes grauiſsimè peccant.292.col.2.maiorem Deus facere haud potuit.281.c.2.timet Dæmones.284.col.2. In Maria flos multiplex.286 c.1. Cum Maria vt dominus fuerit. 279.c.1

Martha creditur fuiſſe a ſanguinis profluuio curata, ad fimbriæ Chriſti contactum.to.2.f 533.co.2. vt actiuæ vitæ figuram gerat. 547.c.1

Marthæ humilis conuerſatio magni fuit meriti.to.1 f.331.c.1

Martialis ſanctus cœnæ domini miniſter fuit, to.2 f.562.c.1

Martinus epiſcopus ſanctus vinum monachus interdixit.to.1.f.444.c.2.latronem conuertit.to.2 f.53.c.2

Martirij bina genera.to.1.fo.333.c.1.appetitus perfectionis eſt. 443.c.2

Martyrii appetitus perfectionis eſt, tom.1. f.443.c.2

Martyres cur in tormentis tripudiabant. to.1 f.333.c.1

Materia ſacrarum ſcripturarum, t.1.f.4.c.1 & ſeq.

Materia prima vltimæ formæ nequaquam coniungitur.t.1.fo.26.c.1. plena formis vt ſit.to.2 358 co.1

Mathematicæ ſcientiæ parum proficuæ, t.2 5, col.1

Mathematica Chriſtiana.to.1 11. c.1

Mathematicum medium ſit Chriſtus. to.1 fol.7 col.2

Matricida vt pœnitebit.to.1 211.c.1

Matrimonium quid ſit t.2.f.142.c.2. quando inſtitutũ, quid ſignificet, quid requirat, & quæ ſint eius impedimenta, 141. c.1.& 188.c.2.tria bona habet.189. c.1. vt dirimi ab Eccleſia poſſit, ibi.clandeſtinum prohibitum. 210 c.1

Maturitas mores exornat.t.2 105.c.1

Mediator ac medium decentiſsimum, quã decenter factus ſit filius Dei.t.1.f.118.c. 2.120.c.1.& 122.col.1

Medicus magnus Deus ſit, to.1.fo.6.c.2.& 34.c.1

Meditatio, vitæ ac paſsionis Chriſti.to.1.f. 238.co.1.quid, & quam proficua ſit. 320 c.1.vt ſit mẽſa ſpiritualis, 350.co.2.paſſionis quam vtilis ſit.t.2.fo.142.co.2.& ſequẽ.quid ſit, & qualiter a cogitatione differat 382.c.2. vt ſit cordialis, 384. c.1. qui ab allocutione diuina diſtinguatur, 385.co.2.vt a contemplatione differat, 389 colu.1. paſſionis dominicæ vt incipiẽtibus in primis aſſumenda ſit. 458.c. 2.mortis ac pœnarum inferni vt iugiter refricanda.369.col.1.2.iudicii ac gloriæ cœleſtis item.470.col.1.2. generalis beneficiorum Dei.47 co. 2. cęnæ dominicę atque Euchariſtiæ atque paſsionis domini.471.c.1.562.c.1.vita Chriſti quanta bona præſtet.512.co.1.incarnationis. 514.natiuitatis, 516.circunciſionis.518.

Meditationis forma to.2.fo.366.c.1.2.omnis circa quæ verſari debeat.368.c.1.iter vt neceſſarium.383.c.1. ſtudium quodnam ſit, ibid.qualiter fiat.col.2. ſolitudo vbi ſit.386.c.2

Meditationi haud omnia cõuenire, & quæ potiſſimum ſint meditanda.tom.2.468. col.2

Meditationes ante & poſt ſacram communionem habendæ, to.2.f.302. & ſeq.variandæ ne faſtidiant.458.co.2. paſsionis Chriſti ad ſingulas diei horas, in quibus eſt paſſus.564.co.2.Reſurrectionis eius fol.574 col.1

Meditandum quid ſit ſingulis diebus. to.1 f.489.in oratione.to.2 141.c.2

Meditanda iugiter quæ, to.1.f.280.co.1. in Miſſa.to.2 369.c.2

Medium ſeptiforme Chriſtus.t.1.7.c. 1.& 10.c.1.& ſeq.virtutis fides & eadẽ fundamentum.12.c.1.virtutis in quo conſiſtat, ibi.diuerſimodè conſideratur.f.470. col.1.& 2

Media ſeptem in Chriſti reſurrectione, to. 1.12.col.1

Mel quid in Chriſto denotet.t.2 115.co.1

Membra humana cur Deo tribuantur.t.2. fol.597 c.2

Membrorũ honeſta cõpoſitio.t.2.44. col.1

Memoranda vt ſint bona, malaue noſtra, to.1 278.c.1

Memoria ex multis ſenſibus fit.t.1.22.c. 1. peccatorum vt refricanda.t.2.469.col.1

Memoriæ reformatio.to.2.83.c.1.operatio qualis. 360.c.1

Mendacium quid & quotuplex.to.1.f.153 c.2.quanta mala faciat.293.c.1.triplex, to.2.184.co.1.multipliciter fit & qui ſit peccatum. 625.col.2

Mendacia confitenda eſſe.to.1 243. c.1

Mendicare vt ſit perfectionis Euangelicæ, to.1 414.col 1

Mendicitas honeſta atque laudabilis. to.1 415.co.2.triplex.416.col.2.quintuplex. fol.482 c.1

Mendicus fuit Chriſtus.t.1.fo.415.col.2.& 422.col.2

Mendicus vnde ſit dictus.to 1 482.c.1

Mendici validi & otioſi reprehenſibiles, t.1 417.c.1.propter Chriſtum, vel Euangelium vt ſint perfecti, ibid.

Mens humana inualida ſenſibilibus manuductionibus indiget ad diuina capeſcenda.to.1.f.11.c.1.Paradiſus vt fiat.t. 2.418 c.2.ſemper ad Deũ ſuſpenſa ſit, 105.c.1 vt ad ſapientiam exerceatur. 120.c.2

Mentis aſcenſus in Deum, qui fiat.t.1.f. 20 col.2.euagatio, corpus non patitur quietum eſſe, 294.c.1.puritas religionis finis eſt, c.2.61.c.2. conſtantia neceſſaria contra tentationes, 36.c.1. affectiones quot ſint, 105.c.2.alienatio tripliciter contingit.142.c. 1. exceſſus intellectui requiẽ præſtat. 365.c.1.puritas quibus cõſiſtat, 637.co.2

Mentis verbum quodnam, to.1 22.c.2

Menſa æternarum epularum ſcript.ſacræ, to.1.f.4.c.1.ſacræ ſcripturæ.t.1.350.c.1 & 2.cęleſtis qualis. 371.c.1

Menſura in rebus creatis quid ſit.t.2. 357. c.1.bona conferta, ſiue ſupereflues quę dicatur. 45p.col.2

Menſuras falſans, quam aget pœnitentiã, to.1 212.co.2

Mereri tribus contingit modis, t.1.fot.121. c.2.& 175.c.1

Meritum Chriſti quantum.to.1 121. co.1 175.c.1.omne fundatur ac radicatur in gratia.125.c.2.in operis difficultate conſiſtere minime, 441.c. 1. infirmis deſeruientium.to 2.155.col.1. vt perficiatur in æternitatis itinere, 418.c.1

Meriti vel demeriti principium, arb. libertas, to.1 110.co 1

Merita noſtra omnia in Chriſti merito radicem habere, tom.1.fo.120.co.2.& 175 col.1

Mritorum retributio Deum laudabilem prædicat. to.2 124.col.1

Metaphyſica ſcientia inſipida.t.1 f.6.col.1. Chriſtiana qualis. 10.co 2

Metaphyſicus aliter quam Theologus de Deo differit, to.1.7.c.2.& 10.c.1 quibus gradibus aſcendit, 15. co.1

Metaphyſicum medium vt ſit Chriſtus, t. 1 7. col.2

Metus duplex homini ineſſe, tom 1.fo.111 c.2.qualis impediat matrimoniũ, f. 190 col.1

Michael Archangelus, t.1.f.170.co.1.dominum in horto confortauit, to.2.fo.365 col.1

Millenarius numerus quid deſignet. to.2 243.c.1.& 247.co.1

Militia laudabilis ſeu vituperabilis qui ſit, to. 1 f.262.co.1
Miniſterium Angelorum,to.1 242.c.1
Miniſterium altaris vt reuerenter peragendum,to.2 45.co,2
Miraculum miraculorum quodnam fuerit t.1.f.23.c.2. quid ſit.178.c.2.quid ad illum requiratur.t.2.f.21.col 1.& 2. qui comprobetur.24.c.1. an in inſtanti fieri ſit neceſſum. 25.c.1
Miracula in veteri lege facta.t.1.37. col.2. hæretici habent minimè.38.c.1.Dei vt a Magorum atque Dęmonum impoſturis & præſtigiis diſcerni queāt.169. c.1. poſt mortem alicuius facta, vt ad eius canonizationem ſufficiant.t.2.f.23. col. ad inuocationem D.Bonauenturę facta. 6.8.& 32
Miſeriā ſi culpa præceſſiſſet minimè eſſet to.1.f.114.c.1.vitæ præſentis quāta ſint 308.c.1.eius partes, 309.c.2
Miſericordia Dei quanta.t.1.f.105.colu.2. quid ſit.181.c.2.eius opera.183.c.1.eius gradus.200.c.1.vera quænam. 288.c.2. & 345.co.2.iuſtitiæ comes ſit.330.co.1 quibus adſimiletur rebus,t.2.f.233.c.2. opera eius ſpiritualia & corporalia.234 colum.2.ſeptuplex a Domino,fol. 342. col.1
Miſericordiæ, atq. veritatis admodum pia contentio ſuper redimendo humano genere.to 2 513.co.1
Miſericordes Angelis adſimilat.to.2.f. 499 col.1
Miſſæ cærimoniæ exponuntur.186.c.1.miniſter quantum mereatur.t.2.64. c.1.ob negligentiam celebrationem intermittens vt malè faciat,quantum boni amittat,301.co.1.myſteria exponuntur.325. col.1
Miſſam celebraturus vt ſe probare atque præparare debeat.t.2.f.300.c. 1. qua intentione debeat accedere,301.col.2.ſex conſideret,304.c.1. quæ in ea meditanda.369.col.2
Mittere in diuinis quid ſit & cui cōueniat, to.1 f.103.c.2. 166.c.1
Modeſtia moralis virtus,to.1.f.27 co.1.& col.2.ſapientiæ.fol.16.D. Bonauenturæ admirabilis.205.c.1.& 235.c.2.eius proprietates. 284.co.1
Modus tractandi ſacræ ſcripturæ.to.1.f.6. c.1.nanciſcendæ ſapientiæ,17.c.2.& ſpecies in rebus quid,19.c.2.ſtudendi optimus.60.c.2.procedendi ſacræ ſcripturæ 99.c.2.exponendi eādem.100.c.1.incarnationis verbi Dei maximè congruus fuit.117.c 2 & inde.paſsionis Chriſti pulchrè deſcribitur.122.c.2. & inde. canendi atq. legendi debitus.t.2. 44.co.1 cōuerſandi religioſus.53.c.1. vitæ Chriſti meditandæ perpulcher. 378
Modi prædicandi,ſupponendi,ac ſignificādi,dicendi, atq. differendi, qui & quot in diuinis.tom.1 102.co.1
Modi orandi tres,tom.2 121.c.1
Monachus quis ſit.t,2.f.426.c.2.quæ nam facere ſine licentia poſſit,necne. 37.c.2
Monachi boni vel mali qui ſint.to.1.f.254 c.2.& inde.
Monachorum inſignia.t.1.f.255.c.1. ſuperbia qui agnoſcatur.265.c.2. abſtinētia. 444.c.1
Moniales bonæ vel malæ,quæ.to.1.f.256. co.2.recipientes pecuniam pro ingreſſu alicuius ad monaſterium an ſimoniam committant.to.2 434.c.1
Monarcha qualis ſit Deus.to.1 67.c.1
Monilia ſponſæ qualia.to.1 19.c.1
Monſtrum quid ſit.to.2 f. 21.c.2
Mora in turpi cogitatione vt ſit mortalis, to.1.f.215.c.2.vt confitenda, 230.c.1
Morbus peccati.to.1 f.43.c.2
Mori pro proximo perfectæ charitatis eſſe to.1 f.413.col.1
Mors Chriſti vt clarè patuerit.to.1.18.c.1
Mors vbiq. nobis expectanda eſt.t.1.f.308 c.2.triplex. ibid. vt omnia mundi bona contemnenda oſtendat.497.col.2. bona eſſe non poteſt,quam mala vita præceſſit.488.c.2 iugiter meditanda.to.2. 347 c.2.iuſtorum pretioſa,peccatorum peſſima,ibi.fugiet a damnatis. 348.c.2
Mors Chriſti iugiter meditata deuotionē nutrit.to.2 143.co.1
Mortis meditatio auaritiam reſtinguit.t.1. 320.c.1.memoria longe vtiliſsima.to.2 229.c.1.hora ſuſpecta ſit ſemper.469.c. 1.generalis meditatio. ibid.
Mortem fugere ex ſe imperfectionem arguit.to.1 443.co.2
Mortuis eccleſiæ ſuffragia valere.to.1.143 col.1
Mortificatio carnis ſpiritum ſubleuat.to.1 fol.312 col.2
Moyſes qualis propheta ſit. t.1 f. 37 c.2 qui de libro deleri voluerit.t.2.f.122.c. 1.& 120.c.1
Moſis lex ab Angelis ſcripta.to.1.f.37.c.2. quid ad timorē incutiendum contineat, 130.c.2.binæ Tabulæ geminam docuere iuſtitiam.to.2 615.c.1
Moſi omnium quæ in Deo ſunt creaturarum rationes Ideales reuelatæ fuere.t.2 f.412.col.1
Motus naturalis cur in fine,quàm in principio fortior ſit.t.1 196.c.2
Motus carnis vnde oriatur, & quando ſit confitendum huiuſcemodi.t.2. 231.c.1
Motus animæ ad bonum creati quaſi nūcii ſunt inter Deum,& animā.t.2.f.385 co.2
Mulier vt callidè a Diabolo decepta.t. 1.f 11.c.2.& 112.c.2. quas ob peccatū pęnas luerit.113.c.2.& 163.c.2. pudica nō ſaltare,ſed orare filios docet. 244.col.1. adultera baſiliſco ſimilis.to.2 210.c.2
Mulierum familiaritas periculoſa.to.1.231 co.1.& 2.laus,ac vituperium.244.co.1 ornatus ac fucus.298.c.2.& 315.c.2.viſcus toxicatus.301.co.2.conſortium,fugiendum.t.2.fo. 54.c.1.amicus,vix Dei erit amicus.61.c.1.familiaritas vitanda. 67.col.2
Mulieribus aſperè breuiterq reſpondendum.to.2 76.col.2
Mulier Samaritana Lucia vocitabatur. t.2. 535.col.2
Mulier Chananea tres præcipue virtutes habuit.t.2 f.541.c.2
Multiloquium vitandum.to.1.fo.156.co.2 mentis diſſipatio eſt. 290.col.2
Multitudo rerum,Dei immenſitatem oſtēdit.to.2. f.35.co.2
Munditia cordis tribus acquiritur.to.2.fo. 234 col.1.Angelis hominem adſimilat. fol.354 col.1
Mundus diuinæ ſapientiæ,luminibus plenus.t.1.f.19.c.2 trifariam conſideratur. 25.c.2.vt in maligno poſitus ſit.28.co.2 homini qui ſerui.to.45.co.1.archetypus cauſales rationes complectitur, 52. c. 2 nihilo creatus in tempore.105.col. 2.& 166.co.2.ſex diebus diſtinctus,ibid. innouandus circa iudicium.144.c.1. & 2. igne expurgandus,ibi.& 164,c. 2. contēnendus multipliciter docetur. 317.c. 1.& 497.col 1.ſpiritum ſanctū recipere cur haud poſſit.339.c.2.bifariam tētat. t.2.79.c. 2. magnus qui ad paruū accedat,inque eum ingrediatur. 358.c.2
Mundi æternitatem,vnde philoſophi opinati ſunt.t.1.f.10.c.2. maioris ac minoris analogia,52.c.1. atque hominis ætas ad ſeptem primordiales dies adaptatur. 98.c.2.ſpiritus quid ſuggerat. 357.c. 2. gloria fugax.497.c.2. familiaritas vitāda religioſis.co.2.f.76.c.1.bona contemnenda.104.c.1. proſperitas quàm ſit vana & inſtabilis. 343. c.2. gaudium ſpernendum.fol.345 co.1
Mundo hoc vtendum,vt ſit to.1 198.c.1
Mundum ponere æternum,eſt totam corrumpere ſacram ſcripturam.t.2.617.c.2
Mundanæ ſcientiæ huius qualis ſit.t.1 f.4. col 1
Munus triplex.t 2.fo 184.c.2.accipere an ſit peccatum 183.co.2
Murmurare de Prælatis graue flagitium.t. 2.fol.174 col.1
Murmuratio quando lethale peccatum.t.1 fol.390 c.2.& t.2.198.c.1
Murmurator Dei regnum haud poſſidebit to.1. 291.c.2
Mutabilia qui poſſint a Deo maximè immutabili manare,ac prouenire.t.1.22. c.2
Mutabilitas rerum ac hominum notatur. to.1 f.294 co.2
Myrrhæ faſciculus quid deſignet,to.2.fol. 385.col.2
Myſteria Chriſti ante legem & ſub lege. t. 1.f.48.c.2.Crucis & figuræ.to.2.328.c. 1.Arithmetices in ſcrip.diuinis to.1. fo. 7.col.1
Myſticus ſenſus haud vbique requirēdus. t.1.100.col.2
Myſtica Theologica ſapientiæ finis. to.1.f, 20.col.1


N


NAtiuitas Chriſti multa docet, quæ imitetur.to.2 516.col.2
Natura corporalis,vt diſtincta.to.1.f.106. co.1.elementaris,vt diſcreta.ibi.& 168 c.1.cęleſtis triplex.fol.167. c.2
Naturæ medium Chriſtus,vt ſit.t.1.f. 7.c. 2.& 10.col.1
Naturæ humanæ quæ ſint in ſui conditione tributa,& quæ ſuperaddita.to.1.c.2. dictamen quale, 152.c.2
Naturalis ſpiritus quis,& vnde oriatur.t.2 fol.11 c.1
Neceſſitas duplex.to.2 f 298.c.2
Nectar quid ſit.t 2.fo.236.c.2.triplex eſt. 237.c.2
Negligentia quid,& quotuplex ſit.tom.1. fo.152,c.1.vt noxia 294.c.2 prælatorū reprǽhēſibilis.t.2.68.c.2.vt lethalis ſit. 189 c.2.vt reprǽhenſibilis.198. co.2
Negocia ſecularia religioſo fugienda.to.2 fol.54 c.2
Negotiatio,vt periculoſa ſit,to.2 162.c.1
Nicolaus ſanctus Nicæno interfuit concilio,to.1 38.co.1
Nihil non pulchrum in orbe.to.1.198.c.1
Nihil in inferno niſi propria voluntas ardet to.2 f. 77.co.1
Nihil infœlicius peccantium fælicitate.t.2 fol.345 col.1
Nobilitas alicuius ſcientiæ in quibus conſiſtat,t.1 f.1. co.2
Nobilitates omnium cauſarū diuina ſcientia aggregat. ibid.
Nobilitas mentis,generis potior nobilitate.to.1.261 co.2
Nobilitates 12.eſſentiæ diuinæ.to.1, 101. col.2
Nomen Dei authoritatem innuit.t.1.fo.2. co.1.quantæ apud Hebræos venerationis extiterit,ibid. tetragrammaton tria myſteria continet,ibid.primum ac pręcipuum

cipium eſt ipſum eſſe.39.c.2.& bonum
to.2 f.363.c.1.& 364.c.1.& 410. c.2.cũ
ctis inſcriptum rebus,to.1.fol.40.col.1.
Trinitatis,quid compræhendat 102.co.
1. in ſcriptura triplici Deorum epithe-
to.t.2.f.264.co.2.vt ſit ſanctificandum
444.co.2.ſanctum eſt atq. terribile.609
col 2.vt in vanum multifariam aſſuma
tur. 619.col 2
Nomen Ieſus oleo perſimile.to.1.f.239.c.
1.virtuoſum,gratioſumq. to.2. 481.c.1
nomẽ B.Mariæ quid ſignificet.t 2. 268.c.2
nomen Angelus multis aptatur. t 2.f.485.
col.1
nomine vnius tunicæ quid intelligatur in
Euangelio.to.1. 377.col.2
nomine cęli multa ſignificari.t.2.f.500.c.2
notitia ſiue ſcientia Dei vt varia in ſcriptu
ris diuinis ſortiatur nomina cum ſit vni
ca.to.1 104.c.2.& 166.c.1
notitia experimentalis perfectiſſimorum
eſt.to.2 f. 413.c.1
notiones diuinæ quinq. to.1 102.c.2
Nouem ſoli Deo appropriata.to.1 67.c.1
Nouenarius per vnitatem completur.to.1
fol.67 c.1
Nouitatum pręſumptio ſuperbię germen,
to 1. 156.c 1
Nouitiatus bini ſunt.to.2 78.c.1
Nouitiatus feruor.to.2 95.c.2
Nouitii,vt inſtituendi ſint.to 1. 254.col.1
ne literas conſcribant,nec recipiant ſine
magiſtri aſſenſu. to.1 fol 37.c 2.& ſeq.
prudẽtiores æquo haud in religione per
ſeuerabunt. 59 col.1
Nouitiorum differentiæ to.2.f.59. c.2.in-
formatio, 6.c 1.& 78.c.1
Noui ac veteris teſtamenti concordia. t.1.
38.col.1
Nox in anima eſt,cum corpori dies adeſt ,
& contra.to.1 343.col.1
Noctu ſponſum quęrere quid.t.2.445.c.2
Nugarum genitrix ocioſitas.t.1.f 291 co.1
Numeri in ſacris literis myſteria continẽt.
to.1 fo.7.c.1
Numerorum proportiones 52.co.1 genera
ſeptem.to.2 359.col2.
Numerus cubicus,quiſnam.to.1.fol.8.c.2
& 26.c.2.ternarii.50.c. 2. quindenarius
myſterium habet,ibid. decurſum huius
mundi continet.52.co.1.Iubilei.53.co.1
nouenarius.66.co.1.ſeptenarius multi-
plex.131.col.2.ſacramentorum nouæ le
gis. 33.co.1.ſenarius perfectionem de-
notat.140.colu. 1.octonarius eſt nume-
rus iuſtitiæ.380.col 1.abundans quis &
quid deſignet to.2.fo 243.co.1. millena
rius quid ſignificet,ibi.centenarius qui-
bus competat.247.c.1.quadragenarius,
ib .in creaturis quid.357.c lum.2.vt ſit
præcipuus in conditoris animo,359. co
lumna 2.
Nuncius diuina eſt inſpiratio.to.1 341.c.1
Nuncii inter Deum & animam qui ſint.t.
2.f.483.c.2.boni ſint,an mali qui agno
ſcantur. 386.c.1

O

OBedientes quibus adſimilentur. to.2.
fol.196 c.2
Obedientia pura qualis.to.1 fo.111.col.2.
boni ſubditi inſigne.246.colu 2.autho-
ritates doctorum de ea.284. inaccepta .
185.col.2.ſacrificium Deo gratum, ibi-
dem.Holocauſtum pręcipuum.375 co.
1.nõ eſt æqualis in omnibus religioni-
bus.ibid.vt Deo grata,tom 2.fo.37.co.1
perfecta,indiſcreta ſit oportet,59. col.1
nouitiorũ.62.co.1.tutior ſalutis via,76
col.2.vnde oriatur. 14. col.1. triplex eſt,
col.2.perit ferè a religioſis.173.c.2. eſt
ſchola Saluatoris , palma triumphalis ,
ſchala Paradiſi 2.3.c.2. & ſeq.legitima
& vera. 425.col.1
Obedientiæ deſcriptiones.t.2.f.181. col.2.
gradus.199.co.1.& 375. c.1.duo gene-
ra.tom.1.f.37.co 1.optima. ibid profe-
ctus & gradus.115.co.1. effectus. 174.
co.1.preconia,& gradus ſeptem. 213.c.
2.& ſequen.
Obduratio mentis quid t. 1.157.co.2.vn-
de oriatur. 130.co.2
Obiecta ſenſuum,quæ.t 1 171.c.1
Obligatio multiplex.to.1 15 .c.1
Obliuio ſuæ ſalutis maxima ſtultitia. to.1
fol.302.c.1.ſui propter Deum laudabi-
lis,ibid.duplex,vt peccatum ſit.to.2.fo.
190.col.2
Obſeruatio mandatorum Dei , indicium
eſt charitatis proficientis,to.2 401. c.1
Obſtinatio,peccatum in ſpiritum ſanctum
to.1 115.co.2
Occaſiones peccatorum vitãdæ vt ſint &
qui confitenda.t 1.f.225.c.2.& 228 c.1
& 251.co.2.etiam iuſtos decipiũt. 330
col.1
Occiſor presbyteri qualiter pœnitebit. to.
1 fol.215 co. 1
Ocioſitas nugarum mater, nouerca virtu
tum.to.1 291 co.1
Ocioſum verbum quodnam dicatur.to.2.
fol.101 c.2. & 141.c.1
Ocium cunctorum eſt malorum principiũ
fugiendum.t.1 f.311.c 1 & 385.c.1. t.2.
f.69.c.1.& 75.c.2.& 94.c. 2. mors ani-
mæ vt ſit 418.c.1
Oculus animi nuncius eſt.to.2 fo.188.c.2.
ſcandalizans,vt eruẽdus ſit,259.c.1.tri-
plex.388.c.2.ſpiritualis per euchariſtiæ
ſacramentum excitatur. 415. co.2
Oculos ternos accepit homo.t.1 112.c.1
Occupatio amplectenda,fugiendaque.t.1.
fol.293 c.2
Octonarius,primus numerus cubicus. t.1
fol.8 c.2
Odire ſeipſum,qui perfectè fiat,t.2.f. 161
col.2
Odium quid,& vnde.t.1.f.156.c.2.& 158
col.2. nemini habendum,etiam malo ,
to.1 71.c.1
Odium ſui ipſius , ad perfectam dilectio-
nem Dei neceſſarium.to.2 161.c.1
Officium Paſtoris non propter ipſum ſed
propter oues inſtitutum.t.1.fo. 245.c.1.
Monachi.254.c.2.plebanorum, 403.c.1
Epiſcopi quouis alio multo periculo-
ſius,to.2.f.15.c.1.iudicis.418.c.1.Ange
lorum. 439.co.2
Officium diurnum nouitiis addiſcẽdum ,
to 2.f.43.c.1 in choro vt perſoluendũ,
c.2.extra chorum,item.44.c.1. & 72.c.
1.quas ob cauſas in Eccleſia inſtitutum.
619.col.1
Officium paſſionis Dominicæ a D. Bona-
uentura editum habetur.to.2 f. 619
Olfactus ſpiritualis qui excitetur.to.2. fo.
416.co.1
Omnia numero, pondere, & menſura fa-
cta.t.1.f.19.c.1.ternario conſiſtere.f. 195
col.2
Omiſſio quid,& vt ſit peccatum.t.1.f. 151
col.2
opera ſatisfactoria, quæ defuncti ſuffra-
gentur.to.1 143.c.1
opera miſericordiæ,quot.to.1.f.183.col.1
to.2 234.col.1
opera Chriſti interna, externaque perfe-
ctiſſima.to.1 435.co.2
operando,atq. credendo, cœlum adipiſci-
mur.t.1 99.c.2
operari cibum qui perit,quid.to.1.fo.358
colum.2
operari trifariam contingere.t.1 42[illegible].co.1
operari hominem oportere , quo finem
ſuum conſequatur.t.1 21.c.1
operatio bona, teſtis eſt ſcientiæ & chari-
tatis.t 1.f.331.c.2.memoriæ.to.2.f. 360
c.1.intellectus. col.2
operationes animæ tres.to.1.f.22.c.1.& 76
c.2.religioſorum duplices eſſe.t 2. 37.c
2.Deiformes,quæ ſint. 419.c 1
opus Dei triplex.to.1.19 co.2. incarnatio
nis verbi Dei,totius vt ſit trinitatis.118.
c.1.& 119.c.1.& 174.c.1.t.2.f.714.c.2.
cur præcipue ſpiritui ſancto tribuatur .
f.119.col.1
opus virtutis , ac perfectionis omitti po-
teſt ſalua virtute.to. 1. 450.c.2.triplex
eſt.428.co.1 factum eſt voto perfectius
eſſe,eo quod extra votum ſit.440.c.1.t.
1.fo. 12.c 1.prædicationis Deo maximè
gratum.t.1.479.c.1.trifariam bonũ di-
ci.to.1. 255.c.1
oraculum quid ſit.t.1.f.172.c.1.t.2.f. 595
col.2
orare ſine intermiſſione quid ſit to.1.391.
c.1.uocaliter an mentaliter magis expe
diat.to.2 127. co.2
orari vult Deus , quo largiendi occaſionẽ
habeat.to.1 131.co.1
orandi modus a Chriſto præſcriptus to 1.
131.c.1.ſunt ſancti,quo facilius impetre
mus,ibid.modi tres,t.2.121.c.1.& 126
c.2.varius modus. 457.c 2
orandum in principio cuiuslibet operis,&
exercitii.to.1.f.488.col 2.to.2.f.57.co.1
ſemper,quid ſit.72.co.1.& 126.c.1.mi-
nime pro sãctis 10.c.1.pro Eccleſia Ro
mana,quotidie. 73.col.2.pro quibus in
Miſſa.303 co.2.& 328.co.2.pro defun-
ctis,haud tamen pro damnatis. 331.c.1
iugiter,donec animæ ſponſus adueniat.
357.col.1
oratio quid ſit.to.1.f.183.co.2.accepta,&
inaccepta.236.continua,eſt bonum de-
ſiderium. 320.co 1.qui ad eam aſcenda
mus,32.c.1.quibus virtutibus fulciatur
329.c.2.ſine ieiunio nihil roboris habet.
ibi.Deum vt multipliciter delèctet t.2.
f.129.c.animæ vt ſit ſpeculum.125.c.2.
perfecta tria requirit,141.c.2.thuri ad-
ſimilatur,& aliis rebus,204.c.2. mater
vt ſit , atque origo ſurſum erectionum
in Deum,356.c.2.quos habeat gradus,
ſiue partes,368.co.1.potus animæ,f 1.
548.col.1
orationis Dominicæ pulcherrima reſolu-
tio,to.1.131.c.2.& .83.c.2 compẽdioſa
& pulchra expoſitio to.2.263. Anago-
gica expoſitio,443 c.1.& 448. col.2
orationis puræ effectus to.1 f 231.co 2.&
286.c.2.methodus,ac pulcherrima for
ma,to.2.f 41.co.2.& 72 co.2.alę binę,
41.c.2.vis atq. vtilitates,43 c.1.ſcopus,
128.c.1.perfectio. 129.co 2.multiplex
fructus,125.colu.2. ſtudium & virtus,
141.col.1
orationi tempus deputandum,to 2.f. 452
c.1.nocturnum tempus aptum,c.1. lo-
cus conueniens. c.2
orationes antè ac poſt communionem di-
cendæ.to.2 302.& ſeq.
orationibus noſtris Deum haud mutari,
nec tamen ocioſè ipſum exorantur.t.2
fol.125 c.1
orantis actus, & officia,tom.1.fol.131.co.1
affectus varii,tom.2 fol.126.col.1. affe-
ctus,& geſtus vt variandi,fol.422. co-
lumna 1.
oranti,multifariam ſe Deum ipſum habe
re videtur,to.2 110.c.1

# Index


Orantes, cur minimè exaudiantur.tom.2. fol.127. col.2

Orbes cæleſtes, atque elementares quot. to.1. 100.c.2

Ordinatio vitæ religioſæ ad Deum.tom.2 fo.57.co.1.ad ſe.58.co.1.ad proximum. col.2

Ordinatio hominis interioris vt neceſſaria.to.2. fol.391.c.1

Ordo,& ſpecies in rebus.t.1.fo.19.c.1.viuendi, vnde habeatur.t.1.fol.95.co.1 naturæ,ſapientiæ,& c 1.108.o.1.charitatis, qualis.130.c 1.t.2.f. 188.c.1. ſacer.139. c.2.quot eius gradus, à quib. integratur 140.c.1.& 187 c.2.& ſeq. iuſtitiæ Dei. 150.c.2. fratrum minorũ,cur nihil proprium poſſideat.394.co.1. in canonizatione ſeruandus.to.2.fo.26.c.1.& 27.c. 1. rerum agendarum quanti ſit põderis. 336.c.1.rerum multipliciter Deum prædicat.358.c.1.requiritur in ſpiritualibus exercitiis. 460.c.1

Ordines ſpirituum beatorum, diuinis perſonis adſimilantur.to.1.f.67.c.2.contemplatiuorum,tres.74.co.2.Eccleſiaſtici,& ſaluandorum. 188.co.2

Organa ſenſuum,quæ.to.1. 171.c.1

Originale peccatum quid ſit,to.1.f.112.& 114.in nos libido transfundit,ibidem,effectus eius.194.col.1.curatur, & remanet.114.col.2

Originalis iuſtitia.to.1.f.114.c.1.& 194.c. 1.effectus eius. ibidem.

Origo primi peccati.t.2.fo.113.c.1.actualium peccatorum.115.co.1. & 116.co.1. & 218.colum.1.penalium peccatorum. 116.col.2

Origo rerum. Dei potentiam,ſapientiam, atq. bonitatem oſtendit. to.2. 357.c.2

Ornamenta tabernaculi,quid myſticè deſignarint.to.1. f. 34.col.2

Ornamenta curioſa facientes,vel his vtentes,vt peccent.to.2. 522.co.1

Ornatus mollis,ac delicatus taxatur.to.1. fo 298.c 2.& 315.c.1.Chriſtianus,qualis.315.col.1.Religioſus.330. col.2.t.2. 605.col.1

Os Dei,ſacra ſcriptura.to.1.44.c.1.cordis, ſiue animæ eſt ipſa meditatio.t. 2.f.384 colum.1

Oſtentatio vana haud decet religioſum. to.2. 69.col.2

Oſtentum,monſtrum, & prodigium,vt diſtent.to.2. 21.co.2

P

Pacificus, multifariam quis eſſe dicitur. to.1.fo.344.co.2. vt ſit Rex triplici titulo.to.2. 236.co.2

Panis ſuperſubſtantialis, quis ſit.to.1.350. c.1.& 367.c.1. eſt corpus Chriſti.to. 2. 416.co.2

Panis animæ,vt ſit veritas, t.1.f.357.col.2. Gloriæ cœleſtis.363.c.2. Angelorum,vt ſit cibus hominum.t.2.fo.302.c.1.ſpiritualis vt ſit animæ neceſſarius.c.2.quotidianus,quis ſit. 264.c.2

Papa,poteſtatem habet de theſauris Eccleſiæ fidelibus impartiendi.t.1.138.c.2.Pater patrum eſt, fons,atq. origo cunctorum principatuum.140.c.1.eſt totius vniuerſi Epiſcopus.37 .co.2.plenitudinem habet poteſtatis in omnes Eccleſias,403 c.2.ſolus, non quiuis alius poteſt canonizare ſanctos.t.2.f. 10.col 2.a nemine iudicandus, ſolius Dei iudicio reſeruatur.494.c 1.orandum pro eo ſpecialiter in Miſſa.328.col.2

Papæ authoritas in Eccleſia,maxima.to.1. fol.70. c.1.& 138.c.1

Paradiſus,vt ſit iuſti hominis anima.to.1 fo.55.col.1.virtus.to.2. 217.col.1

paralogyſmus Diaboli quo Euam decepit. to.1 11.c.1

paraliticus ſanatur a Domino,dimiſſis primo peccatis.to.2. 532. col. 2

paramenta ſacerdotalia quid ſignificent. tom.2. fo.325.col.1

parentes auaros reddit fœcunditas prolis. to.1.f.301 col.2.vt diligendi ſint,301. vt ſæpe filiorum aduerſentur ſaluti 303. c. 1.triplici ratione venerandi.t.2.f.110. c.1. propter Chriſtum relinquendi.fol.344. col.2

parentes D.Bonauenturæ,quinam fuerint. to.2. f.4.co.2

parentum percuſſio,graue flagitium. to.2. fol.81. col.1

parentibus,quis,qualiſue honor exhibendus ſit.to.2. 621.col 2

participare cum excommunicatis, quibus liceat.to.1. 160.col.1

paruuli ſine baptiſmo decedentes,puniantur.tom.1. 309 col.2

paſſio omnis, actionem ſequitur, to.1. fol. 116 c.2

paſſio Chriſti, vt fuerit conuenientiſſ. remedium.to.1.fo.123.co.1.vt iugiter meditanda.t.2.f.143.c.1.& 146.& ſeq. qualiter. 564.col.1

paſſionis Chriſti modus to 1.f.123.co.1.& 175.c.1.meditatio.238.col.2.to.2.f.340 c.2.Philomena.586.acerbitas.612.co.1. meditatio præcipua,458.co.2.generalis 472.col.1

paſſiones & pœnalitates,cur,& quas Chriſtus aſſumpſerit.to.2.fo.122.c.1.& 175 col.1

paſtor gregis ſpeculum fiat,tom.1.fo. 245 co.1.qualis eſſe debet in vita, colum.2. vt paſcere debeat oues.ibid.& 325 c. 2. vt corrigere,326.colu.1. æquitatem teneat,colu.2.malus ſe paſcit, non oues, 246.colum.1.negligens arguitur, 302. colum.1

paſtoris ſententia iuſta iniuſtaue timenda, to.1.246.c. 2. exceſſus per zelum,venia dignus.304.c.2.lingua,& officiũ.f. 334. col.2

pater diuinus principium influentiarum. to.1.fo.13.c.1.& 24.c.1. & 335.c.1. largiſsimus,vt ſit. 24.col.1

pater,anagogicè quid.to.2. 443. co.1

pater,quis dicitur multiplici titulo. t.2.fo. 622.col.2

Patris verbum,exprimit patrem vt principium trifariam.to.1. 23. co.1

patri appropriatur vnitas, æternitas, & c. to.1.f.103.c.2.& 166.co.2

patientia.to.1.f.58.c 2. & 59.c.2.vincit aduerſa 353 co.2.vt comprobetur.t 2.112 co.2

patientiæ gradus.to.1.f.199.c.1.authoritates.281.c.1.radices.t.2.f.112.c.1.gradus 113.c.2.laudes,actus,ſiue proprietates, 235.co.2

paulus vti fuerit illuſtratus.t.1.fo.24.co.2. quas habuerit viſiones.37.co.2.quomodo anathema eſſe optarit.to.2. 121.c.1

pauli raptus ad tertium cœlũ, quid innuat, to.1. 37.col.1

paupertas,vt ſit laudabilis tom 1.28.co.1. perfectionis baſis.128. col.2.haud contemnenda.260.col.1. melior eleemoſyna, ibidem, perfectiſsima,quæ nam ſit, 411.c.2.duplex.412. c.1.Euãgelicæ perfectionis radix.453.c.1. cum ſequentib. Euangelica, non vſum,ſed rerum dominium vetat habere. 458. co 1.falſa,quæ ſit.288.co.1.vt ſit Euangelicæ perfectionis fundamẽtum.421.colum.1.in veteri teſt.contemptibilis,& maledicta, in nouo autem benedicta,& honorabilis eſt, 467. c.2.nõ eſt extremum, ſed medium virtutis perfectiſsimæ,480.col.1.& 481 col.1.vt diuitem faciat ſuper omnes diuitias.to.2 fol.61.co.1.ſpiritualis ædificii primarium fundamentum.77.colu.1.& 532.co.1.qui ſit Chriſti exemplo amplectenda.239.co.2.quibus adſimiletur rebus,& quæ bona gignat.214.colu.2. & inde cordis, & affectionis, non vſus aut vocis laudabilis.544.co.1.Chriſti, & noſtra,vt diſtent,ibid. Chriſti, in ipſius paſſione. 612.co.1

paupertas fratrum minorum altiſsima.to. 1.385.& 386

paupertatis gradus,t.1.f.200.co.1. ſpecies tres.260.c.1.perfectio,nouę legi propria 461.co.1.& ſeq.vtilitates plurimæ.467. & inde laudes,tom.1.f. 140.c.2.fructus multiplex. 517.col.1

paupertatem Euangelium prædicat, quam lex horrebat t.1.f 412.c.1.Chriſtus ſuo exemplo diligẽdam docet.to.2.139.c. 2

pauperes conſolandi.to.1.f.298.c. 2.qui laborare cogantur.428.c.1.ſpiritu,thronis Angelicis comparantur.t.2 492.c.1

pax eſſe nequit,vbi diuinæ legis obſeruatio abeſt.t.1.f.9.c.1.diſſipat malũ cauet diſsidium 16.c.1.teſtamentum hæreditatis Dei,vt ſit.316.c.2.magnum bonũ. 338.c.1 quotuplex ſit.344 c.1.cum prælatis habenda.t.2.fo.62.c.2.cordis.104. col.1.bona triplex.235.c.1 mala triplex. 235.col.2.noſtra, vt factus ſit Chriſtus. 297 c.1

pacis gradus.to 1.f.201 c.2.& 344.c.2.præconia.to.2.f.255.co.1.ſopor quibus gradibus attingatur. 370.col.2

pacem iuſtitia præcedat,oportet.t.1. 328. col.2

peccatores,terra nuncupantur to.2 f. 445. col.1

peccatum,eſt fur theſauri cæleſtis.t.1. 14 co.2.haud habet cauſam efficientẽ.112 co 1.vnde oriatur.115.c.1.in ipſa eſt voluntate,112.c.2.& 290.c.1. lethale ſeu veniale vt agnoſcatur,ibid.& 235.c.1.omne primorum parentum, peccato adſimilari,116.co.1.quid ſit,& vnde oriatur, 112.co.1 & 115.co.2.& 149.col.1. vt ſit contra Deum,trinum,& vnum,117.col. 1.vt trinitatis imaginem deformat, ibi. liberum arbitrium corrumpit, & multa mala inducit,126.co.1.multipliciter diffinitur,atq. diuidit.149.c.1.& 2.& 151 co.1.& 195 co.2.qui inchoetur,& perficitur.159.c 2.animam vulnerat,& expoliat,163.c.1. & 2.tripliciter committitur,265.co.1.defendere peſsimum eſſe, 291.colum. 2. omne peccatum trifariã committi.tom.2.fol.191 colu.2.quibus adſimiletur rebus.193.co.2.Deo diſplicet,diabolo placet, ibidem, dum animã premit,haud agnoſcitur,539.col.1. vt hominem ignominioſe ſubiiciat ſeruituti,492.col.2.multiplex,596.c.1. quinque fieri modis,62.col.2

peccatum originale quid, & vnde oriatur, to.1.fol.114.col 2.perſonam pariter,& naturam inficit.115.col.1.libido,nõ propagatio in nos tranſmittit, ibid. diffinitur multipliciter.149.co.1.& corrumpit genus humanum, ibid.quot habeat nomina,150.c.1.& vt ab aliis differat. 193. c.1.vt ſit naturæ.c.2. quos effectus habeat,194.c.1

peccatum actuale,vnde oriatur.tom.1.fo. 115.co.1,quid ſit,150.co.1. qui perpetretur. ibidem


pecca-

# Index.


Peccatum veniale quid ſit.t.1. f.115.col.2. & 151.c.1. triplex eſt,ibid.qui fiat mortale. ibid. remedia contra id. ibid.quot modis dicatur,qui expietur,195.co.2.& inde, & 235. c. 1.nullus ſine eo viuit in hac vita. ibid.

Peccatum mortale,quid ſit.t.1.f.151.co.1. cur mortale dictum,& qui curetur, ibi. perſonæ eſſe,non naturæ.193,col.2.quæ cauſæ mali 195.c. .qui agnoſcatur 297 c.1.tollit animæ pulchritudinem,& corrumpit intellectum.198.c.1.conſuetudine fit immedicabile.298. co.1.

peccatum cordis,quid,& quot eius differẽtiæ.t.1.f.152.c.2.Oris.153.col.2.operis. 154 c.1.contra naturam.158.c.2.ex infirmitate,ex induſtria,ex ignorantia , ibid. in Deum,in proximum,in ſe pſum.159. co l.1

peccatum aliquod dicitur alio maius 12. modis.to. 1.f.140.col.2. item tribus modis. 154.c.2

peccatum in Spiritum ſanctum,quid,& cur irremiſſibile dicatur , & quot eius ſint ſpecies.t.1.f.157.c.1. & 158.c.2.159.c.1. & 225.c.1.& 265.col.1.to.2. 190. col. 2. & 225.c.1

peccati languor,ignotus philoſophis. to. 1. f.33.c.1.primi,origo.113.c.1.radix, initium,& caput,vti differant. 155.col.2.& 234.c.2.purgatio qualiter exercenda, to.2. 366 c.1

peccata capitalia ſeptem.t.1 fo. 116. co.1,& 155.c.1.quę peccatorum pęnę dicantur, co.2.vt ſint connexa, & quam male tractent hominem , vtque à Spiritu ſancto eijciantur.337.col.1.omnia ex vno fonte ſcaturiunt , perq. duos diffunduntur riuulos.to.2.f 84.col. 2. trifariam committi. 137.col.2.linguæ,quot,211.col.1. vt ſint in oratione refricanda. 439. columna 2.

peccantium omnium genitrix ſuperbia.t.1. 116.colum.1.& 155.colum.1.circunſtantiæ.162.c.1.& 2.208.c.2.& 225. c.1.lectiones tres generales. 197.c.1.principia & communis materia.327.col.1.cauſæ, & occaſiones vitandæ.tom.2 f.413. col. 1. memoria qualiter fieri debeat. 469. col.1

peccantium fœlicitas infœliciſſima. tom.1. fol.305. col.2

peccantibus,vti compatiendum ſit. tom.1. fol.70. col.1

peccatorum mors peſſima.to.2.f.348.co.1.

pecunia,cur Apoſtolis interdicta.t.1.f.381 c.2.bifariam accipitur,ibid.mala nõ eſt, tamen multas ad malum occaſione prębet. 457 c.1

pecunias habere,aut amare,vt differat,t.1. fol.455. col.1

perfectio gemina , ſuperaddita naturæ humanæ.to.1.f.111.c. 2. cuiuslibet rei creatæ,quæ ſit.336 col.1.duplex.t.2.f. 255. col.2

perfectio Euangelij,ſupra legem.t.1.f.130. c.2.duplex.375.c.2.in quo cõſiſtat.436. c.1.vt ab imperfectione diſtet. 438. c.2. triplex eſt. 439.c.1

perfectio hominis,ſumma in hac vita,to.2. fo.129.c.2.orationis,ibid.charitatis. 401. col.2.

perfecti qui ſint.to.1. 256.c.1

perfectum,& imperfectum tripliciter dici, to.1. 435.c.1

pericula,quot in mundo.to.1. 497.c 2

periurium quid,to.1.f.154.c.1.& 157.co.2. vt ſit grauiſſimum peccatum.to. 2.209. col.2

perplexitas triplex diſſoluitur.to.1. f.153. col.2.& 269.col.1

perſeuerantia,coronam meretur.t.1.f.281. col.2.& 353.c.2.qui acquiratur.488.c 2 vt ſit neceſſaria.tom.2. f.145. col.1.quæ facit bona. 238.c.1

perſeuerantiæ encomium.to. 1. 281.c.2

perſona , vt eſſentiam diuinam ſignificet. to.1.f. 102.c.2. vna refertur ad alteram, ibid. vna ſine altera haud inhabitat hominem.203.c.1.diuina in humanitate latet.to.2 373.c.2

perſonæ diuinæ tres.to.1.f.101. c.2.& appropriata illarum.to.2. 372.c.2

perſonarum acceptio,quid.t.1.f.253.col.1. in confeſſionibus audiend s , cauenda . 206.c 1.peruertit iudicium. 303.c.2

pertinatia,quid.t.1.f.156.c.1.t.2.f.178.c.1.

peruerſi,nec volunt corrigi , nec alios meliores fieri patiuntur.to.2. f.68.c.2

pedes miſticè.to.2. 375.c.2

petitiones orationis dominicæ exponuntur.to.1. f.131.c.2

Petrus Apoſtolus, ordinariam ſuper alios poteſtatem accepit.to.1.f.373.col.2.paſtor vniuerſi gregis. 403.c.1

phantaſma,quid.t.2. fo.595.c.2

philo Iudæus,author libri ſapientiæ, to.1. fol.31. col.2

philoſophia omnis, in ſacris literis reperitur.t.1.f.6.c.1.ſtudium eius haud aſpernendum.to.1.f.263.c.1.eius generalis diuiſio.311.c. 1.Deum trinum , & vnum edocet. col.2.

philoſophus,omnia per motum cõſiderat. to.1. f.26.c.2

philoſophi vnde opinati ſunt mundũ æternum.to.1.fo.10.col.2.veri,omnes vnum Deum coluere.29.co.1.ad virtutes conuerſi.30.co.2.etiam ſummi,tenebras paſſi ſunt , peccati morbũ haud agnouere, 33.col.2

philoſophorum falſa ſententia,quòd idem manens idem, non eſt natum facere niſi idem.t.1.f.22.c.2. ſcientia imperfecta , 25.c.1.Peripateticorum errores. 31.c.1. virtutes nudæ.34.c.2.nullus idolatriam ſuſtulit.38.c.1.dicta, haud commendanda.61.c.1. inanis de virtutibus diſputatio 238. col.2.

philoſophis veritatis oſtium clauſum.to.1. f.22.c.2.datum eſt, veritates aliquas reperire. 349.c.1.& 364.c.2

phyſica Chriſtiana.to.1.f.11.col.1. ſcientia, de quibus agat. 94.c.1.& 98.c 2

phyſicæ ſcientiæ partes quot to.1. fo.5.c.1.

phyſicus quid conſideret,& quo ordine t.1. 11.col.1.

phyſicum medium,vt ſit Chriſtus.tom.1. fol.7. col.2

picturæ, ignarorum , atque ſimplicium libri ſunt,to.1.f.323.col.2.& 346 c.2

pietas,eſt Dei cultus.to.1.f.29.col.1.ineſt omni creaturæ 66.c.2. Bonum Spiritus ſancti.181.c.2.& 214.c.1. Spiritus ſancti donum 345.c.1.innata,triplex. c 2 quid ſit.to.2. fo.15.c.1

pietatis principium ac fundamẽtum fides eſt.t.1.f.101. col.2. ſtudiũ quod ſit.252. c.2 conuiuium à ſpirituſancto in anima celebratur. 347.col.1

pigritia,decem caſibus reprehenſibilis.t.2. fol.198. col.2

pijſſime de Deo ſentiendum.to. 2.fol.259. col.1

planctus B.Mariæ iuxta crucem.to.2.f.150. col.1

planetæ quot ſint.to. 1.f.106. c.2. inter ſuperiora atque inferiora quaſi vinculum ſunt,& iunctura quædam. 107.c.1

plato,animam factori commendauit. t. 1. fol. 38.col.2

plebanis ſuis ad quid populus teneatur.t.1 f.l.403. col.1

plebanus bonus,vel non bonus quis. to.1. fol.405. col.1

plenitudo gratiæ in Chriſto , ſapientię, ac meriti quanta. 120 121.& 171

plenitudo rerum Deum trinum, & vnum oſtendit.to.2 357.col.2

plotini platonici vera ſententia.t.1. f.31.c. 2.& 33.co.2

pœna primordialis peccati.t.1. 112. co.2. Adamo ob peccatum inflicta,ibid.culpã ordinat.123.col.1. peccati mortalis cur infinita.145.c.2.& 151.c.1. triplex.163. c.2.ſextuplex,ibid.tẽporalis , vt ſit proficua 332.c.2

pęnæ author eſt Deus,culpæ nequaquam, to.1. f.116.c.2 & 163.c.2

pęnæ infernales vt finibiles , & infinibiles. to.1.f.195.co.2.incomparabiles.fol.308. col.1

pœnarum infernalium deſcriptio,& conſiderationes.to.1.fo.145.c.2.& inde. to.2. 240.col.1.& 341.c 2.

pœnitencia eſt ſacramentum , & ſecunda poſt naufragium tabula.to.1. f.138 c.1. quid ſit 156.c.2.quid vtilitatis cõferat, & quãdo iteretur.ibid.& 271.c.2.qualis pro vnoquoque peccato.209. cum ſeq. falſa multipliciter.218.c.1.ſalutaris qui bus iniungi nequeat. col.2

pœnitentiæ effectus,ac laudes.to.1. f.272. c.1.ſimilitud nes.to.2. 201.c.1

pœnitere,quid ſit.t.1. 217. c.2.& 219.c.2 vt Deus dicatur.t.2. 600.c.1

politicum medium,qui ſit Chriſtus. to.1. fol. 7.co.2.& 10 c 1

pollutio nocturna , quando ſit peccatum necne,vt confitenda,vtque ob eam à cõmunione abſtinendum.to.1.f.227. co.1. 229.c.1.& 249.c.1.to.2.f.188. c.2.contra naturam grauiſſimum crimen. 624. col 2

pondus in creatura quid ſit.to.1.105. co.2

pondera & menſuras falſificans,vt pęnitebit.to.1. f 112.c.2

pontificis ſummi authoritas.tom. .fol.70. col.1

populus Iudaicus ſanguinarius inſtar Chaini to. 1. 53.c.2

populi ruina,ſacerdotes nequam.t.1.f.249 co.2

porta ſemper clauſa B.Maria.to.2.593.c.1

portæ duodecim ſupernæ ciuitatis. tom.1. fol.40. col.

potentia Diuina qualis.to.1.f.104. co.1.& 166.col.1.vt in creaturis ſplendeat. t.2. fol 357. col.1

potentia completa , vel incompleta , quænam t.1.f.104.c.1.to.2. fo.595.c.1

potentiæ animæ tres.t.1.f.29.co.2.& 171. c.1.& 243.c.2.ſenſitiuę,generatiuę,&c. 110.c.1.ſuperior & inferior.ibid.& 171. c.1 vt perficiantur.172.c.1. qui corrumpantur.to.2 f.99.c.2

potentes,vt ſe gerere debent.to.1. f.1.261 col.1

poteſtas triplex.t.1.f.68.c.2. ligandi atque ſoluendi,vt exercenda 245 c.1.& 246. c.2.gemina,Apoſtolis conceſſa.422.c ſpiritualis,temporali pręſtat.t.2. f.494. col.1

poteſtas Diaboli ſemper eſt iuſta, veluti eius voluntas iniqua.to.1. 263.c.1

potus eſt ſcriptura ſacra.t.1. f.351 col.1

præceptum duplex in paradiſo homini datum.to.1.fol.111.colum. 1.contra charitatem haud ſeruandum. 407. col. 1. af-

firmatiuum,ac negatiuum quid.tom.2. fol.596. col.1.
Præcepta diuina,maximi ponderis, to.1. fo.2.co.1.expertia rationis impia uidetur,ibid.in patria perfectius ſeruabatur quam in via,45.col.2. vti diſponantur, 66.col.2.& 176.col.1. cur homini data, 111.col.1.vt hominē ordinent.130 c.2. quæ nos obſeruare extimulēt.t.1.f.208. col.1. indelebilia vt ſint,ibid. ſub triplici pœna inducuntur ſeruanda, 112.c.1.an ſine gratia impleri poſſunt,255.c.2.quę nos moneant ſeruare.613. c.2.primę tabulę ad Trinitatem referuntur,615.c.1. & 618.col.1.negatiua affirmationem includunt,& contra. 620.col.1
Præceptorum diuinorum perfectio,& conſummatio.t.1.f.66.c.2.diuerſitas ī lege, atq. Euangelio,130.c.1.& 2. diuiſiones, 167.c.2.tranſgreſſores vt punientur.t.2. 112 c.1.ſtudioſa obſeruantia, charitatis proficientis indicium eſt,409.c.2.obſeruatio,quæ requirat. 616.c.2
Præcepta regulæ fratrū minorum,vt obligent, & an prælati ordinis poſſint ſuper ea diſpenſare.to.1. f.392.c.1
Præcipitatio,quid, to.1. 158.c.2
Prædeſtinatio quid.to.1. 104.c.1.& 2
Prædeſtinationis rationes æternæ, to.1.63 c.1.& 2.tentatio,vt vincatur.to.2.f 136. col.2.gratia, 254 c.1
Prædeſtinationem Dei negant, qui ideas eſſe inficiantur.to.1. 43.col.1
Prædeſtinati aut non cadunt,aut ante vitæ terminum reſurgunt.to.1. 281.c.2
Prædeſtinatis,vt ſit pius Deus,t.1.105.c.1
Prædicator,quid in ſua cautione proponere debeat,to.1.f.148.c.1.ſermonē auditoris coaptet.304.c.2.bonus quis, 247 col.1.malus,cur parum proſit, ibid.qd timere debet.327.col.2.vita,& doctrina polleat.331.col. 2. fiduciam in Deo habeat,415 col.1.& 454.col 2. Euangelij, haud aſtringitur ad laborandum manibus.418.col.2.non reprehendat prelatos coram populo.485.col.1.maximam ijs quos docet miſericordiam facit. t.2. fol.19 col.1.ſeptem habere debet,ante quam alios docere præſumat. f.548. col.2.
Prædicatores boni energia,to.1 f.247.c.1. cum lingua vita concordet,col. 2 ætas, ibid officium,324.c 2.gaudium,& triſtitia vnde oriatur,328. c.1.ſtudium.331. c.2.minus.to.2.f.418.c.2. conditiones, 429.col.1
Prædicatores,cur parum proficiant. to.1. fol.55.col.1.primi eccleſiæ,quales fuerunt,303 col.2.veri,vel falſi qui,420.c. 2.pauperes,vehemēter perſuadent.468 col.2.quando negligentiæ arguendi veniant.to.2.f.434. col.2. vitia generatim taxent,to.2. f.428.c.2
Prædicatoribus Euangelij temporalia ſubſidia debentur,to.1. f.417.c.2
Prædicationis opus, vt ſit Deo acceptum. to.1. 479.c.1
Prædicationem vſurpantes.to.1.f.247.c.2 negligentes.248.c.1.audientes, vt ſe habere debent, col.1.& 2.ibid.
Prædicent cur fratres minoritæ,t.1.f.402. col.2
Prædicamenta quinque poſteriora,impropriè Deo tribuuntur.t.1.f.102.c.1.quæ, & qui in ipſo ſint.to.2. 594.c.1
præeſſe nemo ſecurè appetit.t 1.f.442.c.2
prælatus qualis eſſe debet.t.1.f.27. c.2.Soli, Lunæque adſimilatur, 46.col.2.negligens,plus nocet,quam rigidus,75.co.1. bonus quis.245.col.1. malus.246.col 1.
vt ſe erga ſubditos habebit.282. c.1.negligens tatatur,302.col.1. & 304.col.2. malus,eccleſiæ pernicies eſt.306.col.2. quid conſiderare debet.325.col. 1. & 2. cum æquitatę corrigat.326. col. 1.quid timere debet.327.col. 2. ad quid teneatur 342.col.2.quæ habere debeat. to.2. f.429 co.2. quas habere debet virtutes. 639 colum.2.de quibus Deo rationem redditurus ſit.641.col 1.ſit pius erga infirmos maxime.col.2.patiens. 642. c.2. iniuriarum haud memor.643.c.1.iracūdus, ac furioſus turbat conuentum, & domum murmure replet, ibidem. vitæ ſit exemplar.644.col.1.humilis, maturus,atque honeſtus.645. col. 2 diſcretus,ac prouidus.col.1.quæ principaliter intendere debeat. 646. col. 2. benignus ſit,& amabilis,647.col.2. non ſit ſapiēs in oculis, nec proprio innitatur ſenſui, ibid.ſit Deo deuotus. 648.col.1
prælati zelantis exceſſus venia dignus cenſetur.to.1. 304.c.2
prælati in dubijs diuinam legem cōſulant, to.1.f.357.col.2.ſunt in ſtatu perfectiori,ſed periculoſiori.442.col.2.Dei vices agunt.to.2.f.497.c.1.cęlis adſimilantur. 502.col.1
prælatorum incuria ſæpe ſubditi efficiuntur proprietarii to.1.f.399.co. 2.coadiutores ſunt religioſi.404.c.1.nequitia,nihil eccleſiæ nocentius 305. col.2.negligentia,ordines religionum lapſi.tom.2. 68.col 2
prælatis, licet eccleſiaſtica bona habere. t.1.f.384.col.1.conueniunt thronorum proprietates.to.2.f.491.c.1. officia & virtutes mediæ hierarchiæ. 494.col.1
prælatura & ſi iuſtè teneatur, iniuſtę tamen appetitur.to 2. 14.c.2
præmium ſine merito habere, haud eſſet glorioſum.to.1.fol.110.c. 1.triplex.191. col.1.193.col.1.multiplex.to.2.fo.597. col.2.
præparatio ad miſſam.to.2.fo.300. c.1.ad ſacramenti ſumptionem. 471.c.1.
preſcientia Dei,infallibilis.to.1.f.104.co.1. & 2.
præſumptio,peccatum in ſpiritum ſanctū to.1.f.117.c.1.quid & vnde oriatur.140 col.1.& 2.ſtultorum eſt.142.c.1.ſuperbię ramus.188.c.2.vel in re,vel in ſigno cauendo.to.2. 38.col.2
præſumptionis ſpiritus excæcat hominē. to.1.f.9.col.2.ſuperbia, indicia, & geſtus.t.2. 30.col 2
præſumptuoſæ locutionis notæ.to.2.fo.39 col.1
princeps, vt ſe gerere debeat.tom. 1.29. col.1.
principes ſeculares angelicis poteſtatibus conferuntur.to.2. 495.c.2
principatus onus eſt.to.1. 304.c.1
principium quale Deus ſit.to.1.f.66.co.1. & 73.col.2. ſimpliciſſimum vt ſit. 102. col.1.infinitum,ac perfectiſſimum.105. col.1.primum, qualiter agat.106 col.1. effectiuum qui ſit.107.c.2. reparatiuū, Chriſtus,ibidem,meriti, vel demeriti, vt ſit liberum hominis arbitrium. 150. col.2.
priuilegia Pariſienſibus conceſſa ob D.Bonauenturæ merita.to.1. 35.c.1
proceſſiones in diuinis binę.tom.1. 102. col.2
prodigalitas quid.to.1. 413.c.2
prodigium,& portentum quid ſint. to 2. fol 21. col.2
proditio quid.to.1. f.157 c.2
productio vt in diuinis agatur. tom.1. fol.41. col.1
profanę ſcientiæ quę,& quot earum genera.to.1.fo.4.col.2.& inde.
profectus ſpiritualis qui fiat.to.1.fol.166. col.1
profectum tria impediunt.tom.2. fol.127. col.1.
profeſſio monaſtica vt ſit alter baptiſmus. tom.1. 400.col.2
proficientes vt ſe habere debeant. tom.1. fol.256. col.1
promiſſum,vt obliget to.1. 189.c.2
promptitudo boni operis gratiæ præſentis eſt ſignum.to.2. 440 col.2
prophetia quid.to.1. 37 c.2
propitiatorium, Chriſtum præſignabat, fol.364 col.2
proportio animę ad corpus.to.1. 10.co.2.
proportio & proportionalitas omnis, eſt ſecundum rationem ternarii.to.1.fo.52. col.1.
proportionalitas trifariam attenditur. t.2. fol.358.col.2.
propoſitum firmum. cauendi peccata, ſignum eſt gratiæ inexiſtentis.t.2. f.400 col.1
propoſita bona ſæpius renouanda. tom.1. fol.488.col.2.
proprietas religioſorū arguitur. t.1.f.255. col.1
proprietas dominium, & vſus qui diſtinguantur.to.1. 475.c.1
proprietates diuinę duodecim adheres, & tandē ad vnam præcipuam reduci.to.1. 101.c.1.& 2
proprium quid dicatur.to.2 38.c.1
proſperitas magnum habet diſpendiū.to.1. 298.col 1.mundi fallax. 317.col.1
protoplaſti lapſus vt ſit inductus. to 1.fol. 112 col.2
prouidentia Dei quid ſit.to.1.f.105.c. 1.vt ſit irreprehenſibilis. ibid.
prouidentia humana.to.1. 279.col.2
proximus,ut diligendus to.2. f.163.c.2
proximi correctio vt præcipiatur omnib. to.2. 188.c.1
proximo vt compati debeamus. to.2.fol. 163.col.2
proximum iudicare periculoſum, ac ſtultum eſſe.to.2. 158.c.1.& 2
prudens nunquam ocioſus.to.2. fol.423. col.1
prudentia Chriſti, vt in pœnitentię ſacramento appareat.to.1 f.8. co.2.quadruplex.t.2.col.2.auriga virtutum. 32.c.1. & 127.c.1.ſanctorum.311.col. 1.quib. rebus adſimiletur to.2.f.222.co.2.quadruplex.419.col.2.& 423. col.2
prudentię diffinitio,ſpecies & actus. to.1. fol 180.col.1.& 278.col.1.grauius.200 col.2.partes.178.col.2.authoritates doctorum.278 col.1.actus.to.2 f.15.col 2. partes. 423.c.2
pſalterium B.Marię.tom.2. 396.c 1.
pſalmi,vt attentè dicendi.t.1 f.223. col.1
pudicitia carnis ſapientiæ.columna. to.1. fol.16.col.2.eius laudes.283.c.2. forma tenenda tres. 332.c.2.
pudor ſuperfluus non admittendus. to.2. f.69.c.2.cur homini datus ſit.86.c.2.adducens peccatum,vel gloriam.558.c.1.
Pulchritudo quid ſit.to.2.fo.31.c.2.rerum Deum trinum,& vnum oſtendit. to.2. f.511.c.1.& 512.c.1.
pulcha vt appeti poſſunt.t.1.fo. 197. co.1
punctus,eſt creatura collata creatori. to.1. f.41.c.1
pugna cogitationum ineuitabilis, tom. 1. 264.col.1.contra vitia. to.2. 474. col.2.
purgare ſeſus exteriores qd ſit.t.1.f.58.c.2

purgatio

purgatio peccati, qualiter exerceri debeat. to.2. 366.c.1
purgatorius ignis qualis ſit, & qualiter agat in ſpiritum.to.1. 142.c.2.
purgatorium aſſerendum eſſe,to.1.42.c.2. & 163.co.2.
purificatio B.Mariæ, quæ myſteria contineat.to.2.520.c.1
puritas cordis,qui obtineri queat.t.2. 528. c.2.quibus conſtet. 637.c.2
puſillanimitas,quid.to.1.157.c.1. quando ſit peccatum.to.2.189.c.1.

Q

QVadragenarius numerus, quibus conueniat.t.2.247.c.1.& 357.c.2.& 359 col.2.
Qualitates elementorum.t.1. f.106.c.1
Quaternarius virtutum,varius.t.1.34.c.2. corpori reſpondet.52.c. 2. quibus competat.t.2. 247.c.1
Quærẽdi de Deo modi quinq. t.1.102.c.2
Quærere ſponſum per noctes,quid ſit.t.2. fol.445. col.2
quæſtiones in regula fratrum minorum. t.1.393.& ſeq.& to 2.428.& ſeq.
quicquid eſt in Deo,eſt ipſemet Deus.t.1. fol.202. col 2
quies contemplationis.t.2.395.c.2. & 478 col. 2
quinarius.to.1. 51.c.2.& 52.c.1
quinquaginta,& quinquagenarius, quid ſignificent.to.1. 243.c.1
quodlibet inconueniens, apud Deum impoſſibile eſſe.t.1. 104.col.1

R

RAdius thearchicus.t.1.25. co. 1.diuinus diuerſimode ſe habet.43.c.2.contemplationis,circa quę verſari debet.t.2.336.c.1.Illuminationis triplex.1367.c.1.diuinus,trifariã ſuſcipitur. 442.c.1.
Radix omnium malorum cõcupiſcentia. t.1.66.c.2.t.2.176.c 2.amor ſui.t 1.166.c.1.auaritia.268.c.1.omnis meriti,vt ſit gratia.125.c.2. perfectionis Euangelicæ paupertas ſpiritus.453.c.1. perfectionis charitas eſt.459.c.1.omnium bonorum charitas veluti malorum cupiditas. t.2. 400.col.1
Radices actualium peccatorum binę. t.1. 116.c.1.234.c.2.& c.2.625.c.2.patiẽtiæ charitas,& humilitas.to.2. 112.c.1
Rami ſuperbiæ præcipui tres.t.2.177.c.2
Rancor quid,& vnde oriatur.to.1.157.c.1 an ſit mortale peccatum.to.2. 180.c.2.
Raphael angelus quid hominibus beneficij conferat.to.1. 170.c.1
Rapina,quid ſit.to.1. 157.c 2.161.col.2. quando ſit lęthalis.to 2. 183.c.1
Raptoris pęnitentia canonica.t.1.216.c.2.
Raptus contemplationis.to.1 24.c 2.
Ratio ſuperior & inferior animæ.to.1.110. c.1.veſtigij. imaginis, atque ſimilitudinis,in quibus reperiatur.111.c.2.animę vis eſt.171.c.1.tres actus habet.172.c.1. regula humanorum actuum.197.col.1. vſque quo pertingat.336.c.1.ſeminalis, cauſalis,& primordialis. 173.c.2
Rationes cauſales,atq. ſeminales in mũdo archetypo eſſe.t.1.43.c 2.& 52.c.1.595 c.2.ratiocinatię triplex.t.1. 30.c.1
Rationale,& irrationale, eſſentialiter differunt.to.1 26.c.1
Rebellio quid & vnde oriatur.t.1.155 c.2.
Recidiuum quam periculoſum ſit. t.1.155 col.2
Recte loquendi ratio.t.1. 110.c.1
Rectè viuentes perpaucos eſſe.t.2.173.c.2
Rectitudo voluntatis gemina.to.1.105.c.1. duplex homini collata. 102.c.1
Redemptio generis humaũi, Dei laudes ab homine extorquet.to.1. 111.c.2
Reductio omnium ſcientiarum ad theologiam.to.1. 93.c.2
Refectio intellectus,qualis ſit.t.1. 55.c.1
Reformatio animæ,ac vitium eius.t.2.82. col.2.& ſeq.
Regnum Dei multipliciter dici.to. 2.264. c.1.qualiter intra nos ſit.418.c.2.quãdo in animam veniat. 444.c.2
Regula theologica, de modis prædicandi in diuinis.t.1.102.c.1.& 165.c.2.de modis ſupponendi, ibid.rectitudinis diuina voluntas,vt ſit 105.c.1. agẽtis increati, eſt forma idealis.173.c.2. agẽtis creati, eſt forma naturalis,ibi.humanorũ actuũ quæ ſit.197.c.2,vnde dicta. 374.col.1.
Regula obedientiæ qualis ſit.t.1. 285.co.1.
Regulæ diuinarũ legũ.t.1. 18.c.1. interprætandi ſacram ſcripturã.100. c.1.iuſtitiæ in præceptis tabularũ.130.c.2. binæ circa excõmunicationem.159.c.1.duæ circa ſcandalum.161.c.2.quatuor pro pęnitentijs iniungendis. 219.c.1.
Regula fratrum minorum authentica, & catholica eſt.t.1.373.c.2.de fonte trahitur Euangelicæ puritatis.374. c.2.haud vetat ſtudium literatis,ſed laicis.tom.2. 262.col.2
Regulæ fratrum minorum pręcepta vt obligent & an prælati diſpenſare ſuper ea poſſint.t.1.392.col.1
Regulam fratrum minorum inobſeruabilem eſſe aſſerẽtes impij,ac hæretici cenſendi.t.1 374.c.1.
Rhetorica inflatrix ſcia.t.1.5.c.1.a ſcripturis diuinis ſumpſit exordium, ſicuti & ceteræ humanæ ſcientiæ 6.c.1. conſideratio qualis.27.c.1.
Relatio,duplicem habet cõparationẽ. t.1. 102.c.2.in diuinis tranſit,& manet.ibid.
Relationes diuinæ quatuor.to.1. 102.c.1.
Relapſus,poſt ſolemnem pœnitentiam, vt plectetur.to.1.212.c.2
Religio vnde dicta, & quam bonum ſit in ea bene viuere.to.1.318. c.2. ſchola eſt virtutum.398.c.1.ſtatus maioris perfectionis,vt ſit.441.c.1.fęda eſt quę fæditati innititur.t.2.52.c.1.vera nõ eſt, vbi omnibus omnia patent.53.c.1
Religionis gradus.to.1.103 c 1.veræ,cum hypocriſi certamẽ.269.c.2.alter baptiſmus eſt. 440.c.1.ſtatus,cęteris ſecurior. 442.c.2.finis,mentis puritas eſt.t.2.61. c.2.confuſio,& diſſipatio vndè oriatur. 68.c.1.feruor.c.2.laudes, & ſimilitudines eſt.640.col.2
Religionẽ nullus intret inuitus.t.1.376.c.1
Religionũ defectus,vnde oriant.t.1.399.c.1
Religioſus,quænam facere poteſt,aut non poteſt ſine prælati licentia.t.2.37.co.2. qualiter in choro,& ĩ capitulo ſe gerere debeat.c.1.in mẽſa.c.2.ſeniori ſe ſubmittat,quo proficiat.68.c.1 circa quid occupari debeat.69.c.1. quæ debeat erubeſcere,ſibiq. vileſcere.c.2.hominibus placere,minime ſtudeat.70. co. 2.qualis ſit oporteat.212.c.2.& ſeq.negligens,& tepidus ſemper in anguſtijs,& tribulationib.futurus eſt.426 c.2 bonus,qs ſit.c.2
Religioſi boni,maliq.qui ſint.t.1.152.c.2. & 253.c.1.nunquã ſine pugna ſunt.296 co.1.magna ædificia erigentes vt delinquant.395. c.1. multi cur minus probi ſint.398.c.1.bona ſua abſcondunt. 400. c.2.coadiutores ſunt prælatis, atq. plebanis,404.c.1.& 422. c.1. haud manib. laborare coguntur.479.c.2. negligentes quibus rebus adſimilentur.t.2.126.c.2.
Boni Seraph.ſpiritibus qui ſimiles ſint. 488.c.1.item,cõparantur cęlis. 504.c.1
Religioſorum tria genera t.1.253. c.2.negligentia,vt digna repiehenſione, ibid. operationes duplices.t.2.37.c.2. conuerſatio inter ſeculares qualis eſſe debeat. 53.c.1.genera terna.80. c.2. ſtudia.123. c.1.defectuũ remedia.135.c.2.Alphabetum.437.c.2.bonorum genera quatuor. 639.col.2
Religioſos ſeculares trifariam iudicant.t.1. 400.c.2.odiũt clerici aliqui.402.c.1.vtiliſſimos eſſe in eccleſia.404.c.1.& 422. c.1.to.2.436.col.1.
Relinquere oĩa,& renuntiare omnibus,vt differant.to.1. 465.c.1
Reliquiæ ſanctorum vt venerandę.t.1.346 c.2.ex deuotione ad collũ deferri poſſunt.to.2.10.c.2
Remedia, contra peccatum veniale. to. 1. 196.c.1.& 151.c.1.cõtra mortale.151.c.1
Remedia generalia contra vitia.t.2.88.co. 1.101.c.1.contra ſuperbiam.88.c 2.inuidiam.89.c.1.iram.c.2.accediam.90.c.2. triſtitiam.ibid.auaritiam.91.c.1.ad omnes voluptates,ac tentationes.92.col.1. defectuum religioſorum.135.col 2.
Remiſſus prælatus,vt peccet.to.1.305.c.1.
Renunciare omnib.perfectè, iudicium eſt charitatis.to.2. 402 c.1.
Requies aĩo tribuenda,qualis.t.2.423.c.1.
Res trifarium eſſe habere.to.1. 121.c.
Rerum temporalium quadruplex communitas.t.1.473.c.1. circa eas quatuor conſideranda.475.c.1.receptio, diſtributio & vſus in religione, qualiter faciendus to.2. 38.c.1
Reſiſtere tentationib.vt debeamus.tom.1. 100.c.2.ſine Dei gratia haud valemus. 254.col 2
Reſtitutionis dilatio,quando ſit peccatũ. to.2. 185.c.1
Reſurrectio vniuerſalis,qui fiet.to.1. 144. c.2.& 192.c.1.
Reſurgentium corpora bonorum,ſiue malorum qualia futura ſunt.to.1.144 c.2. 292.c.1
Reſurgere a peccato, non poteſt quis,ſine Dei gratia.to.2. 254.c 2
Retributio meritorum, reſurrectionem futuram,arguit.to 1. 144.c. 2. Deum laudabilem oſtendit.to.2. 124.c.1
Retributio ſequentium Chriſtum.t 2.542 col.1
Reuelatio B. Auguſtino facta ſuper Pſalmum B.immaculati.to.1. 56.c.1
Reuelatio æternorũ occulta t.1. 409.c.2. ſenſibilis bifariam fit.410.c.1.intellectualis,gemina c.2.ſup intellectualis.411.c.1
Reuelationes,cautè diſcernendæ. t.2.133. c.1.diuinas triplices eſſe. 294.c.1
Reuelationum genera,atque modi.tom 2. fol 131. c.1.& 132.c.1
Reuerentia maioribus exhibenda.to.2 39. col.2.exterior qualis.43 c.2. Deo exhibenda ſpecies latriæ. 368.c.2
Rex Regum, & Dominus dominantium cur Deus dicatur. to.1.2. c.2
Regis boni ac principis officiũ.t.1.261.c.1
Reges,& Reginæ futuri omnes in cęlo.t.1. fol.372. col 2.
Reges qui Chriſtum adoratũ venere quid myſticè doceant faciendum.t.2.519.c.2
Rixa quid,& vnda oriatur.t.1. 157.c.1.
Romanã eccleſiam q̃t.fecerit diuus Bonauentura,in eius cõfeſſione patet qua in eam peccaſſe ſe fatebatur.t. 2.305 c.2.
Romanorũ ritus, fuit poſt cognitã vxorẽ lauari,ante eccleſiæ ingreſſũ.t.1.282.c.1
Rubus,vt ſit vir ſpiritualis,to.2. 480.c.1.

Rubus ardens incombuſtus B. Maria. to. 2. fol. 589. col. 2.

Ruina ſunt populi ſacerdotes mali. to. 1. fol. 289. col. 2

S

SAbbati violatio, quale peccatum ſit. t. 2. fol. 182. c. 2

Sabbati ſanctificatio, qui fiat to. 2. 620. c. 2.

Sabbatiſmus aīæ cõtemplatiuę. t. 2. 365. c. 1

Sabbatinus dies, cur B. Mariæ dicatus ſit, to. 2. 571. c. 1

Sacerdos clandeſtino matrimonio interueniens, vt pęnitebit. t. 1. 210. c. 1. homicida, item. 210. c. 2. confeſſionem reuelans, vt puniendus Canonicè. 213. c 2. confeſſiones qualiter, quouè loco audire debet. 205. co. 1. & inde non accipiat perſonas, nec corrumpat iudicium. 206. c. 1. an ſcire teneatur canones pœnitentiales. 209. c. 1. quando non poſſit abſoluere aliquē. 217. c. 2. proprius quis ſit. 218. c. 1. 403. c. 2 vti ſe habere debeat circa pœnitentes in extremis. 219. col 2.

Sacerdos ex negligentia non celebrans, vt peccet. to. 2. 301. c. 1

Sacerdotes boni, vel mali quinam ſint. t. 1. fol. 249. c. 1. 2

Sacerdotibus veteris legis vinū interdictū, dum Dño miniſtrarent. to. 1. 447. col 2

Sacerdociū leuiticū figurale erat. t. 1. 461. c. 1

Sacerdotales veſtes, quid miſterii habeant. to. 2. 325. col. 1

Sacramentum, quid ſit. to. 1. 131. c. 2. 184. c. 1. vnum, vt alterum præcellat. co. 2

Sacramentum Euchariſtiæ, cur ſub panis & vini ſpeciebus contineatur. t 2. 300. c. 2. eccleſiam catholicam ſtabilit, atq; ſuſtentat, ibid. ſi ab eccleſia tollatur, erit populus Chriſtianus vt grex porcorū, ibid. vt dignè ſumatur. 301. col. 1

Sacramenti Euchariſtiæ admirabiles effectus, to. 2 135. col. 1

Sacramenta cur, & à quo inſtituta. t. 1. 132 c. 1. & 184. co. 1. vt gratiam conferant ibi. temporum ſucceſſu inueterata, vt meliora ſuccederent. 132. c. 2. quot ſint, qui differant. 133. c. 1 cum ſeq. 184 co. 2. qui cum virtutibus principalibus conferantur. 133. c. 1 & 184. co. 2. quæ, & cur non iterentur. 135 c. 1. & 184. c. 2

Sacramenta vera, mali, ſiue peccatores diſpenſant. to. 1. 134. c. 2

Sacramenta extra eccleſiam vera quidem, non aūt ſalutaria eſſe queūt. t. 1. 134. c. 2

Sacramenta quibus perficiantur, & integra ſint. to. 1. 134. & inde plura.

Sacramentorū nouæ legis dignitas. t. 1. 133. c. 1. & 184. c. 1. effectus quot ſint, ibid.

Sacrificiū, vt quid ſit introductū. t. 1. 133. c. 1

Sacrificiū eſt euchariſtia. t. 1. 137. c. 1. 239. c. 2

Sacrificium Deo gratiſſimum, obedientia, to. 1. 284. co. 2

Sacrificia vetera omnia Chriſtum deſignabant. tom. 1. 8. co. 1

Sacrilegiū, quid ſit. t. 1. 158. c. 1. 161. c. 1. t. 2 183. c. 1. clericorū, eſt auaritia t. 1. 250. c. 1

Salomon, Chriſtum in quibus prægnarit. to. 1. 49 co. 1

Saltat impudica mulier. to. 1. 244. c. 1

Saluandorum ordines terni. to. 2 487. co. 2

Salus hominum per Chriſtum cur tandiu dilata. to. 1. 47 c 2

Ad ſalutem duo præcipuè neceſſaria. to. 1. fol 13. c. 2

Salutis ſchala quænam ſit. tom. 2. 256. c. 2

Salus haud ſine conſenſu liberi arbitrij habetur. to. 2. 543. c. 1

Salutatio Angelica quàm mira de B. Maria contineat. to. 2. 36. c. 1

Samaritana mulier, à qua Dominus potum petijt, Lucia vocitabatur. t. 2. 535. col. 2

Samſon, vt Chriſti typū geſſerit. t. 1. 49. c. 1

ſanctus Nicolaus, concilio Niceno interfuit. to. 1. 38 co 1

ſanctus Franciſcus primū Ioannes nuncupatus fuit. t. 1. 375. c. 2 cur ſacerdotiū fugijt. 388. c 1. cur pecuniæ contractum, & vſum fratribus ſuis prohibuerit. 477. c. 1

ſanctus Martialis miniſtrauit Domino Ieſu in vltima cœna to. 2. 562. col. 1.

ſanctus, ſanctus, ſanctus, ſæpius dicendū ob ingentē eius cantici virtutē. t. 2. 247. c. 1

ſanctus aliquis peculiaris habendus, qui pro ſe intercedat. to. 2. 457. c. 1

ſancti omnes veteris teſtamenti Chriſtum ſignarunt. to. 1. 40. col. 1

ſancti, multa beneficia viuis, atque defunctis impetrant. to. 1. 128. c. 2. exorandi a nobis. 131. col. 1

ſancti cœli appellantur quadruplici ratione t. 2. 263. c. 2

ſancti omnes vt dici martyres poſſint. to. 2 fol 21. c. 1

ſanctorum vita, nobis ſit norma viuendi. to. 1. 3 2. col. 1

ſanctorum, exempla quantum valeant. t. 1 58. c. 2. corona quadruplex. to 2. 238. c. 1 item duplex. 241. c. 2. reliquiæ venerandæ, tom. 1. 346. col. 2

ſanctitas quid ſit to. 1. 17. c. 2

ſanctos canonizare quid ſit. t. 2. 9. c. 1

ſanctiſſimè de Deo ſentiēdum. t. 1. 159. c. 2

ſanguis Chriſti vt totum lauerit orbem. t. 1 fol. 239 col. 2

ſanguinem Chriſti ſua negligentia fundēs, quam aget pœnitentiam. to. 1. 214. col. 2

ſanctitas perfecta quibus conſtet, t. 1. 139. c. 1 to 2. 101. c. 1. cordis. 102. col. 2

ſapientia oīs, & veritas in ſcripturis ſacris reperitur. to 1. 6. c. 1. duplex. 16. c. 1. lux eſt cęleſtis. c. 2. robur præſtat ingentiſsimū, ibid multiformis. 18. c. 2. vbiq; tn̄ haud oībus eſt ꝑ via. 19. c. 1. Dei in rerū diſpoſitione agnoſcitur. 108. c. 1. vt diſponat ad pacē. 128. c. 1. quid, & vnde dicatur, & q̄nā vera ſit, 324. c. 1. mūdi ſtulticia eſt, apud Deū. 364. c. 1. increata, Dei verbū ib. Philoſophorū, qualis, ibi, creata, qualis, ibi. dr̄ a ſapore, & guſtu. 364. c. 2. diuina, deſurſum plena fructib. bonis. 365. co. 1. ſpirituſſancti donū 364. c. 1. vt a Deo q̄renda, & poſtulāda ſit. 365. c. 1. inuitat ad mãducandū, & bibendū. 367. c. 1. donum ſpūſſancti aptiſſimè rebus pulcherrimis cōfertur. t. 2. 227. c. 2. Dei, in creaturis relucet. 357. c. 1 myſtica, a Deo docet. 438. c 2. in quo ab alijs ſciētijs diſcriminatur. 449 c. 1 q̄d ſit. 449 c. 2. vt appetēda. 453 c. 1. certificat fidē, corroborat ſpē, & charitatem accendit. 451. c. 2. qū obtineri poſsit. 456. c. 2. qualis ſit 460. c. vt multis nominibus explicetur. 565. c. 1.

ſapientia Chriſti triplex. t. 1 23. c. 2. quanta ſit. 121. c. 1. & 174. c. 2.

ſapientia B. Franciſci. to. 1. 75. c. 1

ſapientiæ ortus, porta, & domus. t. 1. 13. c. 2 & 16. c. 2. mūdanæ euerſio ꝑ Chrm, ibi. forma admirabilis 18. col. 1. conſumatio myſtica. 20. co. 1. radices, amor, & timor. 45. c. 1. fructus, quadruplex. 59. c. 1. ſtudiū quæ requirat. 62. c. 1. diſcrimē, a ſcia. 60. c. 2. acquirēdæ gradus quinq; 171. co. 1. authoritates Doctorū 324 c. 1. actus 364 c. 1. ſapiens verus quis ſit. 324 col. 2

ſapientiæ humanæ pernicioſæ t 2. 438. c. 1

ſatisfactio quibus potiſsimè operibus fiat t. 1. 142. c. 2. & inde perfecta, ſeptem habet conditiones. to. 2. 203. co. 2. quid ſit, & qualis eſſe debet. 636. c. 1

ſatisfactionis partes. t 1. 187. c. 1. authoritates Doctorum. 2 . col. 2

ſatisfacere pro peccatis, vt ſit neceſſe, & qualiter, fiat. t. 2. 606. c 1 & 636. c. 2

ſchala ad ſapientiam. to. 1. 21. co. 1. Paradyſi obiecta. t. 2. 213. c. 2

ſchala ſalutis quænam to. 2. 256. c. 2

ſchala Iacob myſtica. t. 1. 229. c. 1

ſchala Iacob B. Maria. t. 2. 589. c. 2

ſcandalum quid, & regulæ geminæ ad id obſeruandæ. to. 1. 161. c. 2. vitandum pro viriii. 305. c. 2. to. 2. 179. col. 2

ſcandalum prauorum nunimè formidandum. to. 2 542. co. 1

ſchiſma, quid. to. 1. 159. c. 2

ſchiſmaticus, quis dicatur. t 2. 178. c. 2

ſcientia intellectus tribus acquiritur. to. 1. 22 c. 1. in ſcientia tres cauendi errores, ibid. Philoſophorum, imperfecta. 25. c. 1 humilitatem ſeruet. 331 c. 1. ſine charitate, inflat. c. 2. cibus eſt indigeſtus, ibidem

ſcientia Dei, ſiue cognitio qualis ſit. tom. 1 104. co 2 multis noībus vocatur. 166. c. 1

ſcientia donū ſpiritus ſancti. to. 1. 348. c. 2

ſcīa iuris ciui vt luxuriata ſit. to. 1. 19. co 2

ſcientiæ diuinæ, atque humanæ antitheſis, to. 1. 4. c. 1 Phyſicæ partes 5. c. 1

ſcientiæ profanæ quæ ſint. to. 1 4. c. 2 ſuperſtitioſæ, quæ ibid. 160 co 2. licitæ vel illicitæ quæ, ibid.

ſcientiæ humanæ omnes è ſacris literis ortæ. to. 1. 6. col. 1. ſcientiis humanis ſobriè vtendum. 57. c. 1

ſcientiæ omnes, atque artes, ut ad theologiam reducantur. to. 1. 93 col. 2. & ſeq.

ſciarum profanarum proprietates. t. 1. 4. c. 2

ſciarum oīum fructus quis ſit. to. 1. 96. c. 2

ſcias oēs continent ſacræ literæ. to. 1. 6. c 1

ſcire quid ſit, & q̄ nihil ſcitur, niſi ꝑ Chriſtum. to. 1 10. c 1

ſchola Saluatoris, obedientia t. 2 213. col. 2

ſcriptura ſacra, rebus pulcherrimis adſimilatur. to. 1 c. 1. omnes alias ſcientias præcellit. c. 2. & 349. c. 1. omnium cārum perfectiones continet, ibid. eſt fluuius Paradyſi. 4. c. 1. & 2. menſa æternarum epularum. ibid. & 350 co. 1. & 2. ortus diuinæ plantationis, & alimentum perfectum, ibi. potius temperatus 46. c. honeſtè turpia narrat. ibid. nihil ſuperfluū cōtinet, 7. c. 1. nihil nō myſticum continet. ibi. dicitur os, lingua, calamus, & liber Dei. 44 c. 1. & 45. c. 1. mare nuncupatur. 44. co. 1 fōs, ac fluuius, c. 2. & 45. c. 1. terra germinans, 46. c. 2. cur tradita ſit, 47. c. 2. oīa concluſit ſub peccato, ibid. dicitur terra, producens lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, 55. c. 1. omnium uirtutum præbet exempla, co. 2. eſt inſtar cytharæ, 62. c. 1. tria præcipua docet 94. c. 2. non vti alia ſcia procedit, 97. c. 1. fluuio aſsimilatur, c. 2. vetuſtiſsima eſt, 99. co. 1 vt boni ſimus, & ſaluemur, tradita eſt, ibid. cibus, & potus, vt ſit, 351. c. 1. q̄uo interpretari debeat, 100. c. 1. bifariā quid intelligi pōt, 471. cur multa retineat de natura corporali. 107. c. 2. trifariā exponenda 148. c. 1. tota, vt anagogica pōt exponi, t. 2. 48 c. 2. cęlū nūcupatur, 505. & ſeq.

ſcripturæ ſacræ perfectio pulcherrimo diſcurſu oſtenditur, t. 2. 10. c. 1. ſubſtātiā, quodnā ſit, c. 2 mira profūditas. 3. c. 2. & 4. c. 1 finis eſt charitas, 4. c. 2. formaq. tractandi 5. c. 1. certitudo infallibilis, methodus, ſiue modus tractādi, 6. c. 1. ſermo caſtiſsimus, c. 1. laudes, ibid. libri quot ſint & quid in Chriſto deſignent, 7. c. 2. doctrina triplex, 18. c. 2. immenſa fœcunditas, 44. col. 1. 2. phraſis, 47. c. 1. fructus, ac finis Chriſtus eſt, ibid. ortus, progreſſus, & ſtatus eius 97 c. 1. latitudo 97. c. 1. longitudo. 98. col. 1. ſubli-

# Index.


ſublimitas.c.2.auditor,qualis eſſe debet 99.c.1.author ſpiritus ſanctus. 100 c.1

Scripturæ ſacrę iudæis detrahunt t.1. 5.c.2

Scripturæ ſacræ vt ſint incontaminatę. t.1 6.c.2.in his omniũ eſt ſalus repoſita.ibi.

Scripturarum ſacrarum concordia. t.1,38. c.1.intelligentia circa tria verſatur 144. c.1.cautè interpretandæ.100.c.2.oſtium ſunt,oues cuſtodiunt, hęreticis introitũ præcludunt. 362.c.1

Scutũ patientiæ quadratũ eſt.t.2.235.co.2

Scutum militare cur tres habeat angulos, & in ſiniſtra parte teneatur, t.2.238.c.2

Secretum intrinſecum in Chriſto quid. t.2 fol.373. col.2

Seculares doctrinæ cibis Aegypti comparantur.to.1, 62.c.1.

Seculares ob tria iudicant religioſos. to.1. fol.400. col.2

Secularium diligentia religioſorum negligentiã damnat.to.1. 253.col.1.

Securus nemo in hac vita, nec iuſtus quidem.to.1. 295.col.1

Seminales rationes myſticè ad ſcripturam intelligendam.to.2. 50 51.

Semina Dęmonis eradicanda to.1.72.col.1

Semina ſunt bona ſtudia, bona opera lachrymę.to.2. 549.c.1

Seminare ad iuſtitiã,quid ſit.t.2. 549.c.1

Semper mobilis ſeraphicus amor vt ſit.t.2 fol.406. col.2

Senarius.to.1. 52.col.1

Senſatio perfecta quæ requirat.t.1.171.c.1

Senſus myſticus haud vbique quærendus. to 1. 100.col.2

Senſus ſpirituales.t.1.128.c.2.& 284. col.1

Senſus & ſenſualitas quid.t.1 170.c.2

Senſus corporales atque ſpirituales. to.1. 338.c.1.& 365.c.1.& to.2. 413.c.1.

Senſus corporei in cęlo habituri ſunt actus ſuos.to 2 353.c.1

Senſus interiores qualiter reparentur & excitentur.t.2.383.col.1.qui reficiuntur in cęlo.413.c.1.& 425.c.2

Senſus vt frenandi,ne vileſcant.to.2.71.c.1

Senſuum ſpiritualium exercitatio oſtendit gratiam proficere in homine.to.2. 400. c 2.impedimenta 413. co.2

Sentẽtia paſtoris iuſta iniuſtauè timenda, to.1. 246.c.2

Sentire ac loqui de Deo qualiter debeamus.to.1.38.c.1.2.& 103.c.1

Senſitiuæ potentiæ quæ.to.1. 110.c.1.

Septem ſigilla libri Apocalypſis.t.1.2. c.1

Septem media in Criſti reſurrectione.t.1. fol.12. col.1

Septem columnæ ſapientię.t.1. 16.c.2

Septem itinera æternitatis.t.2. 378.col.2 cum ſeq.

Septem numerorum ſpecies.to.2.359.c.2.

Septem contẽplationis gradus.t.2.477.c.2

Septenarius multiplex.t.1 8.9. 10.in anno Iubilei.16.c.1.virtutum 34.c.2.vniuerſitatis numerus qui ſit.52.c.1. magnum myſterium habet,ibid. petitionum quibus reſpondeat. 131.c.2

Septenarij peccatori pulchra deductio.t.1 116.c.1

Septenæ ſeptem in ſcripturis propoſitę. t.1.131.c.2

Septenæ variæ contra ſeptem vitia capitalia.to.1. 116.c.1

Seraphini bini vt in nobis ſint.to.1.136.c.1.

Seraphim quid ſit,& quod eius officiũ.t.1. 67.c.2.68.c.1.2.qui interpretentur.to.2 406.c.1.religioſos referunt 488.c.1.

Seraphici amoris gradus.t.2. 406.c.1

Sermo auditoribus aptus ſit.to.1. 304.c.1.

Sermo prudentis viri qualis.t. 2. 419.c.1

Serpẽtis aſtutia prudẽtiã docet.t.2.222.c.1

Seruus Dei in quibus debet exercere ſeipſum.to.2 90.col 2

ſeruire ignominioſe eſt peccare.to.2.492. col.2

ſæueritas paterna ſit non tyrannica.tom.1. 330.col.1.

ſęueritas quid ſit.t.2. 367.c.1

ſex dies mundanæ generationis ſextuplex intelligentia.to.1 24.c.2

ſex gradus illumintionum.t.2. 356 c.2

Signa per quæ conijcimus nos eſſe in gratia to.2. 400.c.1.& 426.c.1

ſigna gratiæ ac charitatis proficientis. to.2 400.c.2. perfectę.401.c.2

ſigna intrinſeca charitatis perfectę.t.2.402 col.1

ſigna generale iudicium præcedentia quę. to.2. 239.c.1

ſigna diuinæ voluntatis.t.1. 105.c.2

ſignacula ſeptem per Chriſti paſſionẽ reſerata.t.2.371.c.1.& 474.c.1

ſilentium vt ſit murus inimicos repellens. t 2.77 c.2. quam religioſo neceſſarium & vtile ſit.140.c.2

ſilentij laudes & vtilitates.t.2. 425.col.2

ſimilitudo & imago qui differant.to.1.111. col.2.& 172.c.2

ſimilitudo Dei in anima in quo conſiſtat. to.2.601.c.2

ſimonia quid.t.1.15.c.1.& 28.c.1. & 157 c.2.& 161.c.1.vt commutatur.184.c.2

ſimonia qui cõmittitur in receptione monialium,t.2. 434.c.1

ſimplicitas vt amplectenda.t.1. 315.c.1

ſimpliciſſimus cum ſit Deus, qui compoſita producat.to.1. 22.c.2

ſimulata confeſſio.to.1. 156.c.1

ſimulatio hypocritarum varia.t.1.233.c.1. & 300.c.2

ſingulariter ſuperbiæ germen.t.1. 155.c.2 quale peccatum.t.2.179.c.1

ſingularitas vitæ ſingularem efficit ſanctum t.2. 68.c.1

ſobrietate omnia carnis vitia reſtringentur.t.1.56 col.1

ſobrietas quintuplex.t.2. 117.c.2

ſobrietatis gradus.t.2.117.c 2.& 475 c 1.

ſocietas & communitas proſequenda. t.1. 318.c.2.& 319.c.1

ſocietas malorum, bonorum purgatio eſt. to.1. 332.c.1

ſocietas ſanctorum in cęleſti patria.tom.2. 245.c.1

ſocrates vnum Deum coluit.t.1. 29.c.1

ſocratis philoſophia.t.1. 30.c.2

Sol intellectualis qualem in nobis diẽ faciat.t.1. 39.c.1.40.c.1

ſol medius planetarum maximæ diffuſionis.to.1. 10.c.2

ſol multa ſignificat.t.1. 46 c.1

Sol,& Luna myſtice.t.1. 63.64.

ſol æternus Deus trinus & vnus.t.1.66 c.1

ſolicitudinem non prouiſionem prohibet Euangelium.t.1. 395.c.1

ſolicitudo Prælatorum qualis laudanda.t.1 326.c.1

ſolicitos qui non eſſe oporteat.t.1.326.c.1

ſolitudo vt appetenda.t.1.317.c.2.t 2 529 c.1.vt per meditationẽ acquiratur. 348 c.1.mentis vtiliſſima. 426.c.1

ſomnium quid.ſit.t.2. 505.c.2

ſomnij ſpecies.to.1. 172.c.2

ſomnus ſpiritualis vt accidat.t.2. 129.c.1 contemplationis.t.2 395.c.2

ſordes à quibus per Chriſtum liberati ſumus,quę.t.1. 6.c.2

ſortilegium quid,& quot eius ſpecies.t.2. 178.c.2

ſortilegus qualiter pœnitere debet.tom.1 178.c.2

ſpecies & modus in reb.quid.t.1. 19.c.2

ſpeculatio intellectualis quintuplex t.1.fo. 28.col.2

ſpeculatio ſpiritualis ubi incipiat, & vbi finiatur.to.1. 128.c.2

ſpeculatio Dei in veſtigijs mũdi ſenſibilis, t.2.358.c.2.in ſua imagine p naturales potẽtias.360.c.1.per dona gratuita.361 c.2.diuinę vnitatis per primarium Dei nomen quod eſt eſſe 36.c.2.B. Trinitatis in eius nomine, quod eſt bonũ. 364.c.1

ſpeculatio & meditatio qualiter diſtent.t.2 389.c.2

ſpeculatio myſtica quę reijciat.t.2.462.c.1

ſpeculationis atque contemplationis gradus.t.2. 418.c.1

ſpeculum pulcherrimum vt fiat anima.t.1 fol.28.c.1

ſpeculum trinitatis duplex.t.1.40. co.2.vt ſit creaturæ intellectualis. 43.c.2

ſpeculum diuinæ ſapientiæ totus eſt orbis to.1. 19.c.2

ſpeculum gregis ſit paſtor.t.1. 245.c.1

ſpecula ſpiritualia qualiter recipiant radios diuinos.to.2. 589.c.2

ſpes quid ſit,& quot modis accipiatur.t.1 179.c.1.& 275.c.1.vana vt decipiat.297 c.1.bonorũ vnde oriatur 308.c.1.timori miſceatur.ibid.laborem minuit, vires auget 328.co.1.cur hominis data ſit.t.2. 86.co.2 quibus rebus adſimiletur.221. c. 2.triplex.243.c.2.

ſpei gradus.t.1. 204.c.1

ſpinę qui ſint diuitiæ.t.1. 457.c.2

ſpiritus triplex.t.1. 11.c.1.& 264.c.2

ſpiritus carnalitatis, malignitatis, & præſumptionis contra legẽ Dei inſurgunt. to.1. 9.c.2

Spiritus ſanctus a patre filioq. procedit.t.1 46.c.1

Spiritus ſanctus omnium eſt chariſmatum origo.t.1.124 c.1. donum perfectũ dr, 334.c.2 ignis,ibid.aię potẽtias perficit, ibid.contra oia tentamenta mentem vt muniat.339 col.1.vt moneat,noceat, ac moueat.340.c.1.vt ad vsũ,ad miraculũ, saluteq. tribuat.339.c.2.effectus multiplices cauſat in hoĩe, ibid. nec minimã patitur in aĩa maculã.340.col.1.per donũ intellectus oẽm aperit veritatẽ 360. c.1.diem facit ſeptuplicem in aĩa p donũ timoris.344.c.1.pietatis.306.c.1.ſciæ 449.c.1.fortitudinis,ibid.cõſilij.356.c.1 intellectus.372.c.1.ſapientia 364.c.2.vt ſit in donis mulltiplex.t.2 541.c.1

Spiritus ſancti dona,cornua, & oculi nũcupãtur.t.1.16.c.1.proprietates.192.c.1.& 166.col.1.varia chariſmatũ diſtributio. 124.c 1.dona ſeptẽ vt aiam pficiãt.127 c.1.2.& 182.c.1.287.c.1 radij ignei cur dantur, & qd in aĩa efficiãt.335.c.2.& inde peccata expellũt, virtutes introducunt.337.c.2.vt a cæteris virtutib.diſtinguantur.338.c.1.vt ordinentur.342.c.2 quibus tribuantur.339.c.2.340.c.2.cõuiuia quæ per ſua dona facit in aĩa videlicet timoris.343.c 2.pietatis.347.c.1 ſciæ.349.c.1.fortitudinis 353.c.1 conſilij.356.c.2.intellectus.363.c.1.ſapiẽtię. 366.c.2.omnia ſimul.t.2.417.c.2

Spiritui ſanctõ quæ appropriẽtur. t.1.103. c.2.cur incarnationis verbi Dei opus tribuatur. 119.c.1

Spiritum ſanctum cur mundus nequit accipere.t.1. 340.c.1

ſpiritus deuotionis quo excitet.t.2. 43.c.1

Spiritus rationalis ſapientia myſtica illuſtratus, ſuauiter reſpectu omniũ diſponitur.t.2.449.c.2.& ſeq.

ſpiritus ab anima vti diſtinguatur in homine,

mme,to.2.375.c.1

Spiritus vt in ſpiritu & ſupra ſpiritũ ſe ri dicatur.t.2.375.c.1.vt deficere, c.2.pedes qui ſint,ibid.vt multipliciter intrinſecũ ſecretũ diuinũ ingrediatur.376.c 2 q ſtabiliatur in illo.377.c. .quib. itineribus ad ſpirituale̅ manſione̅ perueniat, c.2.co̅templationis liber qui ſit.388.c.1

Spiritus mũdi ac carnis minime au iendi, to.1. 357.c.1.2

Spirituales viri moralibus intendunt documentis,to.2. 35.c.2

Sponſa commendatur à ſponſo trifariam. to.1. 18.c 2

Sponſę collum,genę,atq. monilia qualia, ibid.

Sponſalia qñ teneant & quot modis fiant, quotvę modis ſoluantur,t.. 188.co.2

Sponſalia infringe̅tes, vt pœnitere debent. to.1. 113.c.2

Sponſus per noctes qualiter quæratur.t.2. fol.445. col.2

Status ſaluandorum tres t.2 487 c.2

Status prælationis perfectior,ac religionis turior eſt.t.1. 442 c.2

Statũ prælaturæ nemo tutè affectat, ibid.

Stella maris vt ſit B Maria.t.2. 268.c.2

Stellę duodecim quid deſignent.t.1.39.c.1 40.col.2

Stimulus conſcientiæ iugiter exercendus ad purgandam animam.to.2. 366.c.1

Stoliditatis notæ.to.2. 40.c.2

Studium curioſitatis reprehenſibile. to.1. 56.c 2.& 57.c.2

Studiũ laudabile.t.1.60.c.1.& ſeq.251.c.2

Studij aſſiduitas.t.1. 61.c.2

Studium ſanctitatis ſit in religioſo iuge.t.2 fol.68. col.2

Studia religioſorum.t.2. 133.c 1

Studium deuotionis fulcimentum eſſe verę religionis.to.2. 640 c.2

Studendi modus optimus.to.1.60. co.2.& 252.c.1

Stultiloquium vt vitandum.t.1. 290.c 2

Stultitia optima quæ omnis eſt rationis,& prudentiæ cauſa.to.2. 468.c.1

Stultus vt Chriſt⁹ reputatus ſit.t.1.16.c.1

Stultus eſt,qui de æterna vita non prouidet.to.1. 302.c.1

Stultorum præſumptio.t.2. 86 c 2

Stuprum quid.to.1. 158.c.1

Stuprator uirginis qualiter pęnitebit. t.1. fol.217. col.1

Strenuitas quid.to.2. 367.col.1

Subditus ſuperbus,factus Prælatus humiliari non addiſcet.t.1. 304.c.1

ſubditi boni inſignia.t.1. 246.c.2

ſubditi ad quid plebanis ſuis teneatur. t.1 fol.403. col.1

ſubditorũ vitia vt ſint diſſimulãda,tollerãda,pſcrutãda ſiue increpãda.t.1.327.c.1

ſubiectum ſacræ ſcripturæ quod t.1.1.c.2.

ſubſtantia diuina bifariam ſignificatur.t.1. fol.102 col.1

ſuffragia eccleſiæ,vt & quib.valeant,to.1. 143.col.1.& 192.c 1

Suggeſtio peccati.t.1. 115.col.1

ſumpſius cognitio qualiter habeatur. to.2. fol.137. col.1

Summum bonũ nequit intelligi ſine perſonarum emanatione.to.2. 364.c.1

ſuperbia humana in ſordibus.t.1. 6.c.2

ſuperbia peccatorum omnium genitrix. t.1.116.c.1.& 155.c.2. vt ab inani gloria diſtat,ibid.authoritates Doctorum 265 c.2.difficilis cognitu, ibid.in benefactis metuenda,390.c.2. vermis diuitiarum. 457.c.2.triplex.t.1.43.c.2.& 87.c.1.quibus remedijs curetur.88.col.2.qualiter vince̅da.238.c.2.tres ramos habet principales.177.c.2. quibus rebus aſſimiletur,& quæ damna inferat.194. col.2.& ſequen.

ſuperbis velatur diuina ſapie̅tia.t.1.19.c.1

ſuperbiæ differentiæ ſpecies atque gradus. t.1.155.co.2.cum humilitate conflictus. 269.col.2

ſuperbiæ atque præſumptionis indicia.t.2. 39.c.1.deteſtatio.168.c.1.remedia & methodus pugnandi aduerſus eam.477.c.1

ſuperborum ſigna.t.1. 265.c.2

ſuperbus ſapiens & perfectus ſibi eſſe videtur.t.2.60.c.2.quadrupliciter decipitur fol.87. col.1

ſuperferuidus cur dicatur ſeraphicus amor.to 2. 408.c.1

ſuperſtitioſæ ſcientiæ,quæ.to.1. 4.c.2

ſuperſtitionis ſpecies quot, quamq. execrandæ.t.1.160.c.2.& t.2.596 c.2.

ſuperſtitionibus vtens vt aget pœnitentiã. to.1. 214.c.1

ſuſpectũ conſortium quid ſit.t.1.301. co.2

ſuſpiria intima charitatis perfectæ indicia ſunt.t.2. 402 col.1

Suſpitio mali vbique cauenda.t.1.205.c.2

ſuſpitio,timor, & falſum inditium qui diſtent to.2. 79.c.1.

ſuſurratio quid,t.1. 156.c.2

ſuſurrum diuinum quod.t.2.383.c 2. animæ quid. 385 c.1

ſyllogiſmus Chriſti reparatiuus.t.1.1.c.2

ſyllogiſmus reſolutorius.to.1. 27.c.1

ſymbola fidei tria.t.1. 178.c.2

ſymboli Apoſtolici expoſitio t.2. 210.c.2

ſindereſis quid ſit,t.1.253.col.1. quo pertingat. 336.c.1

T

TAbernaculum myſticè in corde erige̅dum.t.1. 48.c.

Tabulæ legis binæ hominis vitam qui inſtituant.t.1.130.c.2.duplicem iuſtitiam docent.t.2. 615 c.1

Tacendum eſſe in menſa.t.2. 56.c.2

Taciturnitas haud vulgaris eſt virtus, t.1. fol. 10. col.2

Tactus minus pudici vt ſint peccata. to.2. fol.188. col.2

Temerarium eſſe male interpretari, quod bene fieri poteſt.t. 435 c.1

Temperantia quadrup ex.t.1. 12.c.2 28 c.1.32.c.1.& 126.c.2.to.2.420. col.1.& 423.c.2.quibus rebus adſimiletur.222. col.2

Temperantia B.Mariæ.t.2. 292.c.2

Temperantiæ diffinitio ſpecies & actus.t.1 180.c.1.gradus.201 c. . actus & officiũ. 282.c.1.partes.t.2.423.c.2

Templum Spiritus ſancti,vt ſit anima.t.2. fol.418. col.2

Tempus incarnationis verbi Diuini vt plenitudinis tempus fuerit.t.1. 120.c.1

Tempus nocturnum orationi aptiſſimũ. to.2. 458.c.1

Temporum diſtinctiones variæ.t.1.52.53. 54.& 73.c.1

Tenebræ Aegypti ethnicorum errores.t.1. fol.31. col.2

Tentare Deum quid ſit.t.2. 162.c.1

Tentari cur nos Deus permittat.t.1.f.257 col.2

Tentatis adeſt Deus,vt eos eruat.t.1.f.238 col.2

Tentatio quid ſit & quotuplex.t.1.149.c.1. quod ſit neceſſaria.263.c.2.vtilis.t.2.96 col.2.de prædeſtinatione vt refellenda, 136.c.2.non omnis à Dæmone.79.c.2. falſæ ſuſpitionis quæ.80.c.1.de fide ac blaſphemia qui vincatur,ibidem multiplex.264.col.2

Tentationis, aut fugiendo, aut reſiſtendo vinci.t.2.80.c.1. meritorum effectrices quæ ſint,ibidem.vtiles eſſe.100. co.1.& 169.col.1

Tentationum remedia.t.2.76.c. 1.quadruplex genus,79.c.1.ſpecies ſex 97.c.2.& ſequen.

Tentationibus vt reſiſtendum.t.2.100.c.2 ſine Dei gratia reſiſtere minime valet homo. 254.c.2

Terra germinans ſcriptura ſacra vt ſit.t.1. fol. 46.c.2.& 55.c.1

Terra vt ſint peccatores.t.2. 445.c.1

Terrena bona ob cœleſtium guſtum contemnenda to.2. 154.c.1

Ternarius primus perfectus numerus.t.1. 50.c.2.& 52.co.2. Spiritui ſancto vt reſpondeat.52.c.2

Ternario conſiſtere vniuerſa.to.1.195.c.2

Teſtamentum vetus vbique Chriſtum redolet.t.1.8.c.1.nouũ vt ſi æternum. 52. c.1.vetus cur nouum præceſſerit.8.c.1. & 48.c.1

Teſtamenta bina duo magna luminaria. t.1.46.c.2.geminas habet promiſſiones 47.col 2

Teſtamentorum veteris ac noui libri. t.1. 8.c.1.& 175.c.2.vt ſibi inuicem reſpondeant.97.col.1. eorum collatio. 51.c.1.

Teſtes qualiter ſint examinandi.t.2.23.c.2

Teſtium ſacræ ſcripturæ qualitates.tom.1. fol.37. col.2

Teſtimonia ſacræ ſcripturæ bifariam intelligi poſſe.to.1. 471.c.1

Theologia cæteras ſcientias ſibi ſubſternit. to.1.98.c.2.ſeptem pręcipue complectitur 101.co. .ſufficientiſſimè cuncta neceſſaria docet,ibid.qualis ſcientia ſit.97 c.2.& 101.c.1.triplex.t.2.357. c. 1.ad eã oẽs artes atque ſcientiæ vt reducantur. t.1.93.c.2.& ſeq.

Theologia myſtica plenitudo eſt ſapie̅tia. t.1 20.c.1.qualis ſit.to.2. 460 & ſeq.

Theologiæ ſubiectum t.1. 101.c.2

Theologicum medium Chriſtus,t.1.7.c.2. & 13.c.1.

Theologica regula de modis prædicãdi in diuinis.t.1.102.c.2.& 165.c.2 de modis ſupponendi. 162.c.2

Theologus aliter quam metaphyſicus de Deo diſſerit.to 1.10.c.1.de anime ſalute agit 13.c.1.quid in peccato attendat.15 c.1.aliquando vt arithmeticus ſe habet, aliquando vt aſtrologus,quandoque vt geometer. 57.c.1

Theorica conſideratio.to.1. 50.c.1

Theſaurus ſapie̅tię & ſcię Dei.t.2.376 c.2

Thronorum proprietates Prælatis conuenire.to.2. 491.c.2

Timendum eſſe vbique,cum vbiq. peccatum committi poſſit.to.1. 62.co.1.

Timor & amor ſapientiæ radices eſſe. t.1. fol 48. col.1

Timor vt ſit omnium peccatorum radix.t. 1.116. .1.triplex.158.c.2.& 326.c.1.ſextuplex.182.c.2.vt ex amore oriat.306. c.2.vt æ emendationem impedit, ibi bonus quæ bona efficiat.327.c 2.ſpei gaudio,atq. amori admixtus vt ſit.329.c.1. dulcem in anima ſapore̅ immittit. 344 col 1.qui iuſtificet,ibid. qd ſit, & vnde oriatur.341 c.2.a ſuſpitione & falſo iudicio qui differat.t 2.79.c.1. facit ſolicitum. 07.c.1.ſextuplex.225. co. 2.quib. rebus ſit ſimilis,224 quàm ſit ad gratiã efficax.425.col.1

Timoris gradus.t.1.104.c.1. conflictus cũ inani gloria.269.c.2.ſpei amoriſq. connexio.329.c.1 ſpẽs quinq. 342.c.1.co̅uiuium.343.c.2

Tollerantia in aduerſis iuſtitiæ fructus.t.1. fol.59

fol. 99. col. 1

Tonſura clericalis quid deſignet.t.1. f.140. col. 

Torpor quid & quotuplex,to.1.152.c.1.& 157.c.1.vt ſit peccatum,to.2.189.c.2.

Transformatio hominis in Deum. tom.2. f.163.c 1

Tres potiſſime Dei ꝓprietates eſſe ad quas cæteræ reducuntur,to.1. 101.c.2

Tribulari cum Ieſu ſatius eſſe, quam epulari & regnare ſine eo.to.1. 333.c.1

Tribulatio deſiderium erigit.t. 1.332.col.2.

Tribulationem præcedit, haud ſubſequitur conſolatio,t.2.521.c.1.vtilem eſſe.140. col.1

Tribulationum vtilitates.t.2 92.c.2

Trinitas ſol æternus.t.1.66.col.1.multiplex principium,ibid.& 73. c.2. perſonarum haud excludit ab eſſentia diuina ſummã vnitatem aut ſimplicitatẽ quin potius includit fęcũditatem, & charitatẽ, 101.c.2.& 165.c.1.creatrix triplici cauſalitatis genere qui ſit, 106.col. 2.vt in creaturarum libro legatur, & agnoſcatur.112.c.2.& 165.c.2,& 167.c.2

Trinitatis veſtigium in reb.vniuerſis, t.1. 19.c.1.myſterium 26.c.2.notitia, 35.c.2 oſtenſio,40.c.2.& 101.c.2.&108.c.1.2. ſpeculum,40.c.1.ſimilitudo in Sole. 46. c.1.& 66.c.1.intelligẽtia ſana, 101.c.2. & 165.c.1. nomen quid comprehendat, 102.co.1.in imaginem vt peccatũ fędet, 117.c.1 totius vt ſit opus incarnationis verbi,118.c.1.& 119.c.1.myſteriũ in baptiſmo exprimi.135.c.1.deductio ex potentiarũ aię origine,t.2.361.c.1.ſpeculatio & deductio ex Dei nomine primario quod eſt ipſum bonum, 364.c.1

Trinitati hierarchia adſimilatur. to 1. 67. c.2 toti cõis eſt gratię effectus. 103.c.1.

Triſagium quod ſeraphim decantarunt à morte & fulgere & cunctis tribulationibus liberat,t.2.247.c.1.

Triſtitia quadrupliciter capitur, to.1.156. c.2.pia & ſalubris quæ,328.c. 1. & t.2. 85.col. 2

Triſtitiæ remedia. 90.c.2.

Tropologia duplex.t.1.19.c.1.& 45.c.1.q̃d ſit. 99.c.2.& 148 c.1

Tumor mentis vnde oriatur.t.1. 157.c.1

Tunica vilis ſeculi contemptum indicat, t.1.378.c.1

Tunicæ vnius nomine quid intelligatur in Euangelio,t.1. 378.c.1

Turbata vt fuerit B.Maria in ſermone Angelico.to.2. 514.c.2

Turtur,vt ſit Chriſtus,t.2. 412.c.2

Typus Chriſtus oĩbus vet. inſtrumenti libris pulchre oſtẽditur.t.1.8.c.1 2.&ſiud.

Typi quam plures de Chriſto,to.1. 48.c.2

Tyrannus quis ſit,to.1. 29.c.1

V

VAgatio mentis acedię germen. to. 1. 157. c 1.ab inſtabili mente profluit, 294.col.1

Vana gloria compeſcenda nec tamen bonum opus dimittendum,t.2. 84.c.2

Vanitas omne bonum impedit, t.1.60.c.1. mundi,261.c.1.veſtium,298 c.2.tẽpora litem,mundum contemnendum docet, 497.c.1

Vanum quid dicatur,to.1. 5 c.1

Vaſa gratiæ ſacramenta qui ſint.t.1.132.c.1

Vbertas ſacræ ſcripturę terrę promiſſionis ſimilis eſt.t.1.47.c.1.beatitudinis quãta ſit.371.c.1

Velamen legis Chriſtus abſtulit quo patrẽ reuelaret.t.2.411 c.1

Velamina ſacrarum literarum qualia,to.1. fol.18. col.2

Venæ ſuſurrij diuini quæ ſint,& qui ſuſcipiantur.tom.2. 383.col.2

Veniale peccatũ quid ſit.to.1.115 c. 1.2.q̃ fiat mortale,ibid.& 151.c.1.triplex,ibi. quot modis dicat̃ & q̃ expietur. 196.c.1

Verbum Dei dicitur verbum veritatis,ſapiẽtiæ,virtutis,potentiæ,vitę,& gratię, t.1.3.c.1.incarnandũ in vet. teſtamento pręfigurabatur & promittebatur. 8.c.1. eſt finale ac formale obiectum.10. c.2, quæ & qualia pro homine aſſumpſerit, 12.c.1.informat ad gratiam.13.c.2 mẽtis quid ſit.22 c.2 patris, trifariam patrem exprimit.23.co.1.omnium rerum exemplar ęternum.43.co.1.quid in filio denotet.102. c.1. diuinum decuit carnẽ aſſumere.117. c.2. patris dicitur datum optimum.335. c.1. caro factum vt cib. Angelorum fieret hominum.t.2.383.c. 2.mirabilis & longe vtiliſſima incarnatio,424.c.2.oportuit incarnari.605.c.2. & ſeq.

Verbum Dei vt audiendum.to.1. 248.c 1

Verbum otioſum quid.to.1. 290.c.2

Verbi Dei æterna generatio in cognitione ſenſitiua qui appareat.t.1. 95 c.1

Verba Chriſti ab eo prolata potioris fuere virtutis quã nunc ſint ſcripta t.1.42.c.2

Verba vitioſa & murmuratoria confitẽda eſſe.t.1. 233.c.1

Verba ad quid inſtituta ſint.t.1. 293.c.1 aĩæ quæ cum Deo loquitur.t.2.384.c.2

Verborum diſciplina religioſo.t.2.53.c.1.

Verecũdia pulcherrima virtus.t.1.315.c.2. pudicitiæ comes ſit.330.c.1.maximus in religioſo decor.t.2.65.c.1. pulcherrima gemma.425.c.2

Veritas æterna & immutabilis quę doceat. t.1.10.c.2.increata animam replet 16.c 2.q̃d ſit.23.c.1.triplex.25.c.1.& 27.c.1. & 29.c.1.& 94.c.1 fidei triplici teſtimonio expreſſa. 36.c.2. panis mentis q̃ ſit. 200.c.2.haud relinquenda ob ſcandalũ vitandum.305.c.2

Veritatis omne genus in ſcripturis ſacris reperitur.t.1.6. c.1. oſtium philoſophis clauſum.22.c.2.agnitæ impugnatio peccatum in Spiritum ſanctũ.127. c.1 gradus.200.c.1. ſplendor quibus gradibus conſequi poſſit.t 2.370.c.2

Veritati credendum eſſe, & ſummæ maximè.to.1. 126.c.1

Veritatẽ humano metu occultare iniquũ eſſe.to.1. 306.c.2

Veritatem minimè agnoſcerę nequiret viuens.to.1. 411.c.2

Veritates occultæ per donum intellectus manifeſtantur.to.1. 360.c.2

Vermis diuitiarum ſperbia eſt.t.1.457.c.2.

Verum Chriſti corpus ſub vtraque ſpecie contineri.to.2. 300.c.1

Veſparum inſtar indeuoti & curioſi habentur.to 1. 9.col.1

Veſtigium quid dicatur.to.1. 19.c.1. & 106.c.1.generationis æternæ.41.c.2. Dei in creaturis.t.2.357.c.2.

Veſtigij vel imaginis ratio in quib.ſit, t.1. 111.c.2

Veſtis nuptialis charitatem deſignat.to.2. fol.219. col.1

Veſtis Aaron totum continebat orbẽ. t.1. 48.c.1

Veſtes religioſorum ac monachorũ vt reprehenſibiles ſint.t.1.255.c.2. Chriſtiani ſimplicitatẽ præferant.315.c.1.triplices eſſe,ibidem.ſacerdotales quid ſignificent.t.2.325.col.1.curioſas facere vel habere quam malum ſit.522.c.1

Vetus inſtrumentum quadripartitum.t.1. 8.c.1.& 275.c.2

Veteris ac noui inſtrumenti harmonia atque cõcordia.to.1.38.c.1.collatio.51.c.1 libri ſibi inuicem reſpondent.97. c. 2.& 175.c.2

Vetuſtatis depoſitio neceſſaria religionẽ ingreſſis. to.2. 56 c.1

Vexatio proximi quando ſit mortale peccatum.to.2. 181.c.1

Via arcta quę ducit ad patriam,quæ ſit.t.1 fol.354. col.2

Via purgatiua qualiter fiat.t.2.366.c.1. & 436 c.1.vt ſit neceſſaria.c.2.q̃ fiat.ibid. illuminatiua.367.c.1.& 441. c.2.vnitiua & perfectiua.367.c.2.& 448.c.2.triplex ad perfectam ſapientiam.438.c.2. & 453 c.1

Viæ dñi amantiũ deſideria.t.2.438. col.1.

Viator ſimul & cõprehẽſor,vt fuerit Chriſtus to.1. 120.c.1.& 122.co.1

Viduæ honeſtæ ſint.t.1.258.co.2.triplices eſſe,ibidem.

Vincere aduerſarium abſq. Dei adiutorio nequit homo,to.2 255.c.2

Vincula charitatis quæ ſint.t. 2,404.co.2. & 408.c.2

Vineæ florentes q̃d deſignent.t.2.421.c.2

Vindicta magna eſt,ignoſcere.t.2.424.c.1

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt hominem t.1.16 co.2.mundi in obiuionẽ ſapientiæ adducit,ibid & carnes immũditiæ occaſionem præſtant.446.co.2.ſapientiæ ſuauiſſimum.367.co.2.cũ lactę mixtum 368.c.2.beatorũ perfecta charitas eſt.371.co. 2 diligendo nunquam virtutibus ditabitur.t.2. 56.c.2.conditũ Chriſtus propinat ſuis.230. c.2.conditum triplex ſpiritualis homo bibit.237 col.2

Vinum Anachoritæ bibere minimè ſoliti erant.to.1. 444 c.2

Violentia quid.t.1. 157.c.2

Viri ac vxoris ſancta coniunctio.t.1. 244. c.1.& 258.c 2

Viri perfecti duobus à licitis abſtinent modis.to.1. 448.c.2

Virga Aaronis Mariam Virginem deſignauit.to.2. 590.c.1

Virginitas ſine verecundia eſſe nequit.t.1. fol.330. col.1

Virginitatis præconium.to.1.257.c.1.& 2. præcellentia.259.c.2

Vires naturales qui ſint deformatæ. to. 2. fol.83. col.1

Viridem reddit gratia hominem.t.1.4.c.2.

Virtus authoris & authoritatis pondus ęque æquantur.t.1.3.co.1. vera ſine fide haud eſt.23.c.2.cuiuslibet rei non eſt accidentalis ſubſtantiæ, 10. c.2.diffinitur. 177.col.2. eſt alicitis abſtinuiſſe bonis. 202.per contradictionem comprobatur atq. perficitur.244. c.2.in naturali b.eſt determinata.197.c.2.quibus cõparetur. t.2.257. co.1.Angeli nomen ſibi vendicat.486.c 2

Virtutis medium t.1.28.co.1.opus omitti poteſt ſeruata virtute.450.c.2.præmiũ. 274.col.1.authoritates doctorum, ibidem nobilitas & pulchritudo to.2.217. col.1

Virtutes quadruplices eſſe.to.1. 22.col.1. 2.& ſeq.Cardinales. 31.col.2.& 177.c.2 affectus qui rectificent.33.c. 2. nudę ac veſtitę 34.col.2.quatuor Paradiſi numina vt ſint. ibid. theologicæ atq. cardinales.127.c.1.& 177. c.2. & 274.col.2. & 277.c.2.& 329.co.1.& 337. col.1.vt ſint connexæ,31.c.2.& 137.c. 2.ſequitur gloria,ceu vmbra corpus.470.co.1. in medio conſiſtere vitia ad extrema deflectit.2.118.col.1.per quæ infunduntur.87.

tur.87.c.2.connexæ q̃ ſint. 107.c.2.cardinales,aię,vt tres,vt ractificēt.422.c.2 ſurſum actiuę,quę ſint.478 c.1.quinq. exemplariter in cęna Chriſtus docuit. 563.c.1.ptęlatorum.639. c 2.& in ſeq.
Virtutum omniũ, atq. ſcientiarum origo Chriſtus,t.1.11 c.1.& 12.c.2.14.c.2.34 col.2.ſeptenæ. ibid.duodenarius multiplex.ibid ternarius varius. ibid. omniũ exempla e ſcriptura ſacra petenda, 55. c.2.exemplar Chriſtus.58.c 1.omniũ finis,ac forma charitas.34.c.1.& 126.c.2 abuſus.155.c.2.effectus.274. c.2.exercitiũ.468.c.1 genera quatuor.t.2. 419.c.2. & 422.c.2. angelicarum officia iudices tenent.494.c.2
Virtutib. homo ad Deũ,ad ſeipſum, & ad proximum qui ordinetur.t.2.19.co.1.& 413.c.1
Viſio triplex.to.1.24.co.2. ſextuplex.ibid. Item triplex per tertium cœlum intellecta.37.c.2.per ſomniũ & cęteras ſomniorum ſpecies.172.c.2
Viſio B. Auguſtini de Pſalmo B.immaculato. I. 56.c.1
Viſiones cautę diſcernantur,t.2.133.col.1
Viſionum genera quatuor.t.2. 131.c.1
Viſus,vt cohibendus.to.1.283.col 2.caute ſeruandus. 311.c.2
Vita duplex actiua & contemplatiua in cęlo,& in terra t.1.68.c.1.& 183.c.1.contemplatiua actiua iungatur.t.2.154.c.2 & 419.c.1 & 420.c.2.vt differāt,& per quas mulieres figurantur.295.c.1.actiua binas habet partes,547.c.1. præcedit contemplatiua,ibid.
Vita actiua,& contemplatiua in religione, t.1.318 col. 1.mixta vtraſq. præcellit, 331.c.1.contẽplatiua hic incipit, ſed in patria perficitur,368.c.2.contẽplatiua, vt præcedit actiuam.t.2. 547.col.1
Vita B.Mariæ qualis fuerit.t.2. 513.c.2
Vita diui Bonauenturæ cum miraculis deſcribitur.t.2 45.& ſeq.
Vita prælatorum qualis eſſe debet. to. 2. f.501 c.2.& ſeq.
Vita hęc præſens continuus tranſitus eſt. t.1.307.c.2.crux qui ſit.313.c.2.ad mortem curſus,vt ſit.488.c.1.
Vita Chriſti vt ſit totius ſpiritualis ædificij fundamentum,t.2. 481.c.1
Vita bona quænã dicenda ſit.t.2.549.c.1.
Vita ſimul & fama,vt cuſtodiẽda,t.1.306 col.1.& 332.c.1
Vitæ liber.to.1. 43.col.1
Vitæ humanæ miſeria.t.1. 307.c.1.actiuæ opera quæ.311 c.1
Vitæ religioſę ordinatio ad Deũ.t.2.57.c.1 ad ſeipſum,58.c.1.ad proximum.c.2.
Vitalis ſpiritus vnde oritur.t.1.11 c.1.& 171.col.2
Vitia communia hominib.terna. to.1.70. c.1.quando in religioſo vigere dicantur 137.c.2.per quæ expellantur.87.c.1.quãdoque ſe virtutes mentiuntur.118.c.2. ſubditorum vt diſſimulanda,toleranda, ſiue interpretanda ſint.t.1. 325.c.1
Vitiorum atque virtutum conflictus. t.1. 269.c.2.principia quęnam ſint.317.c.1. origo qualis,to.2.83.co.1
Viuendi ordinem ſenſus edocent,t.1.95.c. 1.forma optima eligenda.to.2. 35.c.2
Viuerę nihil aliud eſſe quàm diu torqueri, to.1.488.co.1.diu non eſſę appetendũ. to.2.347.c.2
Viuẽtes rectę per paucos eſſe.to.2.173.c.1
Vnctio extrema,eccleſię ſacramentum,t.1 139.co.1.& 187.col.1.quis eius miniſter & quæ eius efficacia, 139.c.1.& 185.c. 1.triplex.187.c.2
Vnctio cõtemplationis gradus.t.2.477.c.2
Vnguentum vt ſit charitas, to.1.58.co.1.ſacerdotale ex quibus confectum,t.2.234 col.2
Vnio,& concordia,t.1. 19.c.2.verbi diuini cum natura humana.118.c.1.& 174.c.1. humanitatis,atq. diuinitatis in Chriſto inſeparabilis etiam in morte. 123.col.2
Vniuerſale ex multis conflatur experimẽtis,to.1.12.c.2.multiplex.26.c.2
Vnitas multiplex,t.1. 40.c.2
Vnitatis myſteria,to.1. 51.col.1
Vnum,verum,bonum, in Deo ſumme reperiuntur,t.1.103.c.2.& 167.col. 2.nõ contrahunt ens ſecundum ſuppoſita ſed ſecundum rationem, ibid.
Vocationes Apoſtolorum,to.2. 350.co.2
Volũtas Dei recta atque efficax,t.1,105.c. 1.prima & ſumma omnium cauſa,ibid. vna vt multipliciter innoteſcat, ibid.virtus veritas atque poteſtas in Deo. ibid. quadruplex in Chriſto. to.2. 565.c.2
Volũtas naturalis atque electiua, t.1.110. c.2.peccans modũ,ſpeciem,ordinem in ſe corrũpit.112.co.2.vt ſit peccati cauſa atq. ſubiectum 113.co.2.pẽſatur à Deo, 290.co.1.bona vt ſit tria hẽat oportet. 148.c.2.ꝓpria lepra eſt cordis, 355.c.1. facit vt bona nõ ſint bona,ibid quid ſit 172.c.1.pro facto reputatur.290.c.1.ꝓpria vt captiuanda,t.2.37.co.1.efficit,vt bona minimę bona ſint ibid.& 77. c.1.vt reformetur.82.c.2.inſtrumentum eſt eſ ipſum & alia mouens. 379.c 2.
Volũtas vitioſa multiplex, to.1.289.co.2. propria,omnis ꝑditionis cauſa 290.c.1. pro facto reputatur coram Deo, 310.c.1
Voluntas Diaboli in malo obſirmata.to.1. fol. 169.c.1
Voluntati Diuinæ haud conſentientes inexcuſabiles eſſe to.2. 543.co.1
Voluntate mala ſolaque miſer quiſque efficitur.to.1. 190.c.1
Voluntates variæ, ſed concordes in Chriſto.to.1. 122.c.2
Voluntarium vbi non eſt peccandi potentia,non eſſe,to.1. 196.co.2
Voluptas haud ſatiat & triſtem exitum habet,t.1. 297.col.1
Votũ q̃d ſit, vtq. matrimonium impediãt t.1.189.co.2.infringens, vt pœnitebit, 210.c.2.vt ſolennizetur.276.c.2. meritũ auget in opere.410.c 2.& t.2.12.c.2
Vota quędã omnibus cõia eſſe t.1.374.c 2
Vouere eſt op⁹ virtutis latriæ.t.2 12.co.2
Vriel Angelus quid ſignificet,t.1.170.co.1
Vſura quid,t.1.157.c.2.& 161.c.2.vt ſit execrãda.262.c.2.& to.2.183.c.2
Vſus gratiæ quis, to.1. 14.c.2
Vſus pecuniæ cur Apoſtolis fuerit interdictus,to.1.381.c.2.vt à dominio ſeparatur.475 col.1.2
Vti debemus mundo hoc quaſi, non vtamur.to 1. 289.co.2
Vtendum quibus ſit rebus to.1. 165.c.1
Vtile nihil eſſe, niſi ad æternam proſit vitam,to.1. 462.c.2
Vxor cur ducatur,to.1. 259.co.2
Vxoris abuſus ęquipollet adulterio,to.1. fol. 259.col.1
Vxoricida vt pœnitebit.to.1. 221.co.2

Z

ZElare iuſtitiam iuſti hominis propriũ eſt,to.1 304.c.2
Zelantis prælati exceſſus venia dignus cẽſetur.t.1 304.c.2
zeli defectus quantum Heli nocuerit. t.1. fol 30. c.1
zelus animarum gratiſsimum Deo ſacrificium,to.1 325.c.2
zelus bonus quib.virtutibus fulciri debet, to.1 326.col.1
zelus iuſtitię boni p̃lati aĩa eſt.t.2.f.639.c.2
zelus iuſtitiæ vti coccus bis tinctus tutilat.to.2 640.co.1

F I N I S.

# SERAPHICI DOCTORIS
## S. BONAVENTVRAE
### *PARVORVM OPVSCVLORVM PRIMAE PARTIS LIBRI,*

Sermones, Diſtinctiones, ſectiones, atque Capitula ordinate ſubſequuntur.

*Prior numerus Sermonem, Diſtinctionem, ſectionem ſiue capitulum, Secundus paginam, tertius columnam deſignat.*


PRINCIPIVM in libros ſacræ ſcripturæ, in quo ipſius ſacræ paginæ nobilitatem, excellentiam, ac primatum, autor ipſe appoſitiſſimis ſententijs probat. 1

Liber ſuper Geneſim, qui luminaria eccleſię nuncupatur, ſiue illuminationes, ſiue de quinque viſionibus, ſermones 23. continens. 9

Quod eccleſia eſt rationalium, ſynagoga vero brutaliter viuentium congregatio, & ꝙ multiplex eſt medium. Ser. 1. ibid.

De ingreſſu ad ſapientiam, & de ſapientia, & faciebus eius, & eiuſdem vtilitate, & de intellectu ſacræ ſcripturæ. ſe. 2. fo. 13.

De dono intellectus. ſe. 3. fo. 20.

Quòd veritas eſt lux intellectus, & de eius ſpeciebus, & de viſione intelligentiæ per naturam inditæ, & de triplici veritate, conſideratio prima. ſer. 4. fo. 25.

De medio, & virtutibus, & de radijs lucis veritatis, ac de triplici veritate, ſ. rerum, morum, & ſermonum. ſe. 5. fo. 27.

De virtutibus Cardinalibus, & de virtutib. animi iam purgati. ſe. 6. fo. 31

de virtutibus per charitatem informatis. ſer. 7. fo. 33.

de fidei ſublimitate, & quomodo firmamento comparetur, ac de viſione intelligentiæ per fidem ſubleuatę Conſideratio ſecunda. ſe. 8. fo. 35

de fidei altitudine, & firmitate. ſer. 9. fo. 36

de fidei ſpecioſitate, quę cœlo comparatur. ſerm. 10. fol. 39.

Qualiter Trinitas Pulcherrimum ſpeculum ſit. ſer. 11. fol. 40.

Qualiter Deus exemplar ſit omnium rerum, & quod ſcriptura ſacra os dei dicatur. ſer. 12. f. 42

de multiplici ſacræ ſcripturæ intelligentia, & de eius theorijs, & figuris, ac de diuiſione intelligentiæ perſcripturam eruditæ, Conſideratio tertia, & bene notanda. ſe. 13. 44.

de ſacræ paginæ myſterio ante legem, ſub lege, & poſt legem, & de ipſius ſacræ ſcripturæ figuris. ſerm. 14. 46.

de ſacræ ſcipturæ myſterio, de corpore Chriſti, & Antichriſto. ſe. 15. 49.

de ſtatu Eccleſiæ, & ætatibus ſex, cum quibus ſeptima ætas currit, & de ſacræ ſcripturæ theorijs. ſer. 16. fo. 51.

Quomodo ſacra ſcriptura reficiat intellectum, & affectum, & anima quaſi in paradiſo delectetur, & de ipſius ſacræ paginæ theorijs. ſer. 17. 54

Qualiter intellectus ad affectum ordinetur, & de eorũ fructibus. ſe. 18. fo. 57.

de modo ſtudendi in ſacra ſcriptura, atque proficiendi, & de ipſius ſacræ ſcripturæ theorijs. ſerm. 19. fol. 60.

de contemplatione, quæ per modum diuerſum fit, vnde Soli, & lunæ, & ſtellis comparatur, ac de viſione intelligentię per contemplationem ſuſpenſæ, conſideratio quarta. ſe. 20. fo. 62

de perſonarum Trinitate, & de eſſentiæ vnitate, & appropriatis, & lege triplici, & de hierarchiarum ordinatione. ſe. 21. 65.

de militantis eccleſiæ ſtatu, qualiter in ſuis ordinibus diſpoſita ſit, & ſupernę Hieruſalem corporetur. ſer. 22. fol. 69.

Quod anima contemplatiua conſiderare debeat militantem, deſcendentem, & aſcendentem Eccleſiam. ſer. 23. 72.

Compendioſum principium in libros ſententiarum magiſtri Petri Lombardi. fo. 76.

Opus metricum in eoſdem ſententiarum libros in quo ſeraphicus doctor omnia in ipſis libris contenta ſufficienter proſequitur. Et ſententiæ ſententiarum ſancti Bonauenturæ intitulatur. Et primo in primum librum. fo. 77

Quod res per ſigna nobis denotãtur, & creatis vti, creatore vero frui nobis conuenit. diſt. 1. ibid.

de myſterio Trinitatis, & vnitatis. diſt. 2. ibid.

Quomodo per creata Creator ipſe agnoſci poſſit. diſt. 3. ibid.

Vtrum concedendum ſit, quòd Deus ſe genuerit. diſt. 4. ibid.

An Pater diuinam eſſentiam genuerit, vel ipſe filium, an eſſentia eſſentiam genuerit, vel ipſa nec genuerit nec genita ſit. diſt. 5. fo. 78

Vtrum Pater voluntate filium genuerit, an neceſſitate, & an volens, vel nolens deus ſit. diſt. 6. ibid.

An pater potuerit, vel voluerit gignere filium. diſt. 7. ibidem

de diuinæ eſſentiæ proprietate, & incommutabili ſimplicitate. diſt. 8. ibid.

de perſonarum diſtinctione. diſt. 9. ibid.

de Spiritu ſancto, & prius, quid ſit Patris, & filij amor. diſt. 10 ibid.

Quod Spirituſſanctus a Patre, & filio procedit. diſ. 11. ibidem

Vtrum Spirituſſanctus prius, vel plenius a Patre quam a filio procedat. diſt. 12. ibid.

Quare Spiritus ſanctus, cum de Patris ſubſtantia ſit, genitus non dicatur, vt filius, ſed tantum procedere. diſt. 13. ibid.

# Index in 1. To. S. Bonauenturæ.


Quod gemina ſit Spiritus ſancti proceſſio. diſt.14.78.
Vtrum Spiritus ſanctus a ſeipſo detur. diſt. 15.ibidem
de Spiritusſancti miſſione, quę duobus modis fit. diſtin.16.ibidem
de Spiritus ſancti miſſione, qua inuiſibiliter mittitur. diſt.17.ibidem
An concedendum ſit, quòd per donum dentur dona. diſt. 18.ibidem
de trium perſonarum qualitate. diſt.19.f.79.
Quod perſona perſonam, potentia non excedit. diſt.20.ibidem
Quomodo ſolus Pater, ſolus filius, vel ſolus ſpiritus ſanctus dici poſſint. diſt.21.ibidem
de nominum differentia, quibus vtimur de deo loquentes. diſt.22.ibidem
de hoc nomine, quod eſt perſona. diſt.23.ibidem
Quid his nominibus ſignificetur. Vnus, duo vel duę, tres vel tria, &c. diſt.24.ibidem
Quid ſignificetur, dum dicitur, duę, vel tres perſonę. diſt.25.ibidem
de perſonarum proprietatibus, & prius de nomine hypoſtaſis. diſt.26 ibidem
An Pater, vel filius, vel ipſa Trinitas dici poſſit Spiritus ſanctus. diſt.27.ibidem
Quòd non tantum tres prędictæ, ſed & alię proprietates ſunt in perſonis. diſt.28.ibidem
de principio, quòd relatiue dicitur, &c. diſt.29.ibid.
de ijs quę temporaliter de Deo dicuntur, &c. diſt. 30.ibidem
Quomodo filius Patri ęqualis dicatur, vel ſimilis. diſt.31.f.80.
Vtrum Pater, vel filius Spiritu ſancto ſe diligant. diſtin.32.ibidem
Vtrum perſonarum proprietates ſint ipſæ perſonæ, & Deus. diſt.33.ibidem
Opinio quorundam circa perſonarum diſtinctionem. diſt.34.ibidem.
de quibuſdam, quæ ſecundum ſubſtantiam de Deo dicuntur. diſt.35.ibidem
Vtrum omnia ſit in Dei eſſentia, vel in Deo per eſſentiam. diſt.36.ibidem
Quibus modis dicatur Deus in rebus eſſe. diſt.37. ibidem
An præſentia dei rerum creaturarum cauſa ſit. diſt. 38.ibidem.
Vtrum Dei ſciētia augeri, vel minui, vel alio modo mutari poſſit. diſt.39.ibidem
An aliquis prædeſtinatorum damnari poſſit, vel econuerſo, &c. diſt.40.ibidem
Vtrum aliquod ſit obdurationis, vel miſericordię meritum. diſt.41.ibidem
de Dei omnipotentia. diſt.42.ibidem
Erronea opinio quorundam, circa Dei potentiam. diſt.43.ibidem
An Deus aliquid melius quam fecerit, facere poſſit. diſt.44.f.81.
de Dei voluntate, &c. diſt.45.ibidem
de Dei beneplacito, & permiſſione, &cæt. diſt.46.ibid.
de eodem Dei beneplacito; Et quòd aliquando homo bona voluntate aliud vult, quam Deus, & aliquando etiam mala, idem quod Deus bona voluntate vult. diſt.47.& 58.ibidem
In ſecundum ſententiarum librum ſententiæ. Et primo Vnum tantummodo eſſe principium oſtendit; & nō plura. diſt. 1.f.81.
Quæ de Angelis conſideranda ſint. diſt.2.ibidem
Quales facti fuerint Angeli, & de quator eorum attributis. diſt. 3. ibidem
An perfectos & beatos, an imperfectos & miſeros eos Deus creauerit. diſt.4.ibidem
de ſtantium, & cadentium angelorum ſtatu, & merito. diſt.5.ibidem
Quod de maioribus & minoribus ceciderūt, & de Lucifero. diſt.6.f.82.
de bonorum confirmatione in bono; & malorum obduratione in malo. diſt.7.ibidem
Vtrum omnes Angeli corporei ſint. diſt.8.ibidem
de ordinum diſtinctione. diſt.9.ibidem
Vtrum omnes Angel mittantur. diſt.10.ibidem
de tutelari Angelo bono ad cuſtodiā, & malo ad exercitium dato. diſt.11.ibidem
de cæterarum rerum creatione, atque diſtinctione. diſt.12.ibidem
Quæ prima fuerit diſtinctionis operatio. diſtin.13. ibidem
de opere ſecundæ, tertiæ, quartæ, & quintæ diei. diſt.14.ibidem
de opere ſextæ diei. diſt.15.ibidem
de hominis creatione. diſt.16.f.83.
Quod corpus Adę de limo, animam vero de nihilo fecit deus. diſt.17.ibidem
de mulieris formatione. diſt.18.ibidem
de primo hominis ſtatu ante peccatum. diſtinct.19. ibidem
de modo procreationis filiorum ſi non peccaſſent. diſt.20.ibidem
de inuidia, & tentatione diaboli. diſt.21.ibidem
de origine illius peccati & quodnam fuerit. diſt.22.ibi.
Quare Deus hominem tentari permiſit ſciens eum caſurum. diſt.23.ibidem
de gratia, & potentia hominis ante caſum. diſt.24. ibidem
de liberi arbitrij definitione. diſt.25.ibidem
de gratia operante, & cooperante. diſt.26. ibidem
Quid ſit virtus, & quid actus, vel opus virtutis. diſ. 27. fol.84.
Iterum de gratia, & libero arbitrio, contra Pelagianos. diſt.28.ibidem.
Vtrum homo ante peccatum gratia operante, & cooperante eguerit. diſt.29.ibidem
Quòd per Adam peccatum & pœna tranſijt in poſteros. diſt.30.ibidem
Quomodo peccatum originale a parētibus tranſeat ad filios. diſt.31.ibidem
Quomodo originale peccatum dimittatur in baptiſmo, cum tamen poſtea concupiſcentia, quę originale peccatum dicitur, remaneat. diſt.32.ibidem
An peccatum omnium pręcedentium parentum tranſeat ad filios originaliter. diſt.33.ibidem
Quę de peccato actuali aīaduertenda ſint. diſt.34.ibid.
Quid ſit peccatum per eius notificationes oſtenditur, diſt.35.ibidem
Quod quędam ſimul ſunt peccata, & pęna peccati, quędā peccata, & cauſa peccati, alia vero peccata, & cauſa, & pœna peccati. diſt.36.ibidem
Mali actus a Deo quomodo eſſe dicantur. diſt. 37. ibid.
de voluntate, & eius fine, ex quo ipſa iudicatur. diſtin. 38.ibidem
Voluntas quare, & quomodo peccatum eſſe dicatur. diſt.39.ibidem
An ex fine omnes actus penſari debeant, vt ſimpliciter boni, vel mali dicantur. diſt 40.f.85.
An omnis intentio, & actio, quę fide carent, ſint mali. diſt.41.ibidem
An voluntas, & actio mala, in eodem homine, & circa eandem rem, ſint vnum peccatum, vel plura. diſt.42. ibidem
de peccato in Spiritum Sanctum. diſt.43.ibidem


dē potentia

de potentia peccandi, an ſit homini, vel diabolo a deo data. diſt. 44. ibidem

In tertium ſententiarum librum ſententiæ. Et primo de incarnatione verbi. diſt. 1. f. 85.

Quare totam humanam naturā dei filius accepit, & cętera. diſt. 2. ibidem

de carne, quam Verbum ipſum aſſumpſit, qualis ante fuerit, & qualis aſſumpta. diſt. 3. ibidem

Quare incarnatio Spirituiſancto tribuatur. diſtin. 4. ibidem

An perſona perſonam, vel natura naturam aſſumpſerit. & ſi natura Dei incarnata ſit. diſtinct. 5 ibidem

de intelligentia harum locutionum. Deus factus eſt homo: Deus eſt homo. diſt. 6. fol. 86

de eadem materia, & intelligentia. diſt. 7. ibidem

An diuina natura dici debeat de Virgine nata. diſt. 8. ibidem

de adoratione humanitatis Chriſti. diſt. 9. ibidem

An Chriſtus ſecundum quòd homo eſt, ſit perſona, vel aliquid. diſt. 10. ibidem

Vtrum Chriſtus ſit creatura, ſiue creatus &c. diſt. 11. ibidem

Quomodo Chriſtus ſemper fuerit vel eſſe cœperit. diſt. 12. ibidem

An Chriſtus, vt homo in ſapientia, & gratia proficere potuerit, vel profecerit. diſt. 13. ibidem

An anima Chriſti habuerit ſapiētiam parem cum deo. diſt. 14. ibidem

de omnibus defectibus, quos Chriſtus in humana natura aſſumpſit. diſt. 15. ibidem

An in Chriſto patiendi, vel moriendi neceſſitas fuerit. diſt. 16. ibid.

Vtrum omnis Chriſti oratio, vel voluntas impleta ſit. diſt. 17. ibidem

An Chriſtus ſibi, & nobis, & quid ſibi, & quid nobis meruit. diſt. 18. ibidem

Qualiter Chriſtus per ſuam mortem nos a diabolo, & a peccato redemit. diſt. 19. ibidem

Quod alio modo Chriſtus nos liberare potuit, & quare potius iſto. diſt. 20. ibidem

An in Chriſto diuiſio fuerit animæ, vel carnis a verbo, vel amborum. diſt. 21. ibidem

An Chriſtus in morte fuerit homo. diſt. 22. f. 87

An Chriſtus fidem, & charitatem habuerit. diſt. 23. ibidem

de fidei obiecto, atque materia. diſt. 24. ibidem

de fide antiquorum. diſt. 25. ibidem

de ſpe quid ſit. diſt. 26. ibidem

de charitate, qua Deus, & proximus diligitur, & quæ in Chriſto, vel etiam in nobis eſt. diſt. 27. ibidem

An præcepto charitatis nobis præcipiatur totum proximum, & nos totos diligere. diſt. 28. ibidem

de ordine diligendi, quid prius, & quid poſterius. diſt. 29. ibidem.

An melius ſit amicos, quam inimicos diligere, & e conuerſo. diſt. 30. ibidem

An charitas ſemel habita amittatur. diſt. 31. ibidem

de charitate Dei. diſt. 32. ibidem

de quatuor virtutibus principalibus. diſt. 33. ibidem

de ſeptem donis Spirituſſancti. diſt. 34. ibidem

Quomodo ſapientia, & ſcientia differant. diſtinct. 35. ibidem

De connexione virtutum quæ non ſeparantur. diſt. 36. fol. 88.

de decem præceptis, quomodo in duobus mandatis cōtineantur. diſt. 37. ibidem

de triplici genere mendacij. diſt. 38. ibidem

An periurium ſit, vbi non eſt mendacium. diſt. 39. ibidem

Qualiter vetus, & noua lex inter ſe differat di. 40. ibid.

In quartum ſententiarum librum ſententiæ. Et primo de ſacramentis in generali. diſt. 1. ibidem

de ſacramento nouæ legis. diſt. 2. ibidem

Quid ſit baptiſma. diſt. 3. ibidem

Quod alij ſuſcipiunt ſacramentum, & rem; alij ſacramentum, & non rem. diſt. 4. ibidem

Quòd baptiſmus a bono, vel a malo datus, ęque ſāctus eſt. diſt. 5. ibidem

Quibus baptizare liceat. diſt. 6. ibidem

de confirmatione. diſt. 7. fol. 89

de ſacramento altaris. diſt. 8. ibidem

de duobus modis manducandi hoc ſacramentum. diſt. 9. ibidem.

de errore eorum, qui dicunt corpus Chriſti non eſſe in altari, niſi in ſigno. diſt. 10. ibidem

de modo conuerſionis panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti. diſt. 11. ibidem

Vbi illa accidentia fundentur. diſt. 12. ibidem

An hæretici, vel excommunicati hoc ſacramentum cōficiant. diſt. 13. ibidem

de pœnitentia. diſt. 14. ibidem

Quod pluribus irretitus peccatis non poteſt de vno vere pœnitere, niſi de omnibus pœniteat. diſt. 15. ibidem

de tribus quæ in pęnitentia conſideranda ſunt. diſt. 16. & 17. fo. 90.

de clauibus Eccleſiæ, & quibus eis vti liceat, &c. diſ. 18. ibidem

Quando hæ claues dentur, & quibus conferantur. diſt. 19. ibidem

de ijs, qui in fine pęnitent. diſt. 20. ibidem

de peccatis, quæ poſt hanc vitam dimittuntur. diſt. 21. ibidem

An peccata dimiſſa redeant. diſt. 22. ibidem

de ſacramento extremę vnctionis. diſt. 23. ibidem

de ordinibus eccleſiaſticis. diſt. 24. ibidem

de ordinatis ab hæreticis. diſt. 25. ibidem

de ſacramento matrimonij, cuius inſtitutio, & cauſa oſtenditur. diſt. 26. fol. 91

Quæ in matrimonio conſideranda ſint. diſt. 27. ibidem

An conſenſus de futuro cum iuramēto faciat matrimonium. diſt. 28. ibidem

Quòd vbi eſt coactio, conſenſus legitimus non ſit. diſt. 29. ibidem.

de errore, qui conſenſum euacuat. diſt. 30. ibidem

de tribus coniugij bonis. diſt. 31. ibidem

de carnalis debiti ſolutione. diſt. 32. ibidem

de diuerſis coniugij legibus. diſt. 33. ibidem

de perſonis legitimis. diſt. 34 ibidem

Quod eodem iure vtitur vir, & mulier. diſt. 35. ibid.

An error conditionis matrimonium impediat, &c. diſt. 36. fol. 92.

de impedimento ſacri ordinis, & vxoricidij. diſt. 37. ibidem.

de impedimento voti priuati, vel ſolennis. diſt. 38. ibid.

de diſparis cultus impedimento. diſt. 39. ibidem

de cognationis carnalis impedimento. diſt. 40. ibid.

de impedimento affinitatis. diſt. 41. ibidem

de ſpiritualis cognationis impedimento. diſt. 42. ibid.

de reſurrectione, & iudicij conditione. diſt. 43. ibid.

de ætate, & ſtatura reſurgentium. diſt. 44. ibid.

de diuerſis animarum receptaculis poſt mortem. diſt. 45. ibidem.

An valde malis aliqua pœnæ mitigatio concedatur. diſt. 46. ibidem.

de extremi iudicij ſententia. diſt. 47. ibidem

de forma iudicis. diſt. 48. f. 93.

de manſionum differentia in cęlo, & inferno. diſt. 49. ibidem.

An mali in inferno peccabunt. diſt. 50. ibidem.

SEraphici doctoris Sancti Bonauenturę, de reductione artium ad theologiam libellus, in quo omne humanum, & diuinum ſtudium, in quem finem ſit referendum, copioſe oſtendit. fol. 93.

DIuinus, & eximiæ æſtimationis libellus breuiloquium dictus, de quo egregius vir magiſter Ioannes Gerſon almæ vniuerſitatis Pariſienſis cancellarius, atque ſacræ Theologiæ profeſſor in apologetica ſua ad quendam carthuſienſem in hæc verba proloquitur. Neſcio ſi præcipuus inter omnes numerandus ſit Euſtachius (ita enim nomen ſuum iſtud vulgatum Bonauenturę videor poſſe tradere) Ille enim ſingulariter inter omnes doctores catholicos (pace omnium ſalua) videtur idoneus, & ſecuriſſimus ad illuminandum intellectum, & inflammandũ affectum, cuius opuſcula duo (vt lecturam, & alios tractatus eius interim prętercam) tãta ſunt arte compendij diuinitus compoſita, vt ſupra ipſa nihil, breuiloquium noto, & itinerarium, in quib. proceſſum eſt duabus vijs cognoſcendi Deum, primus nanque horum duorum tractatuum procedit à primo principio, quod Deus eſt, vſq; ad alias veritates ſub Deo creditas & habitas, alius econuerſo progreditur à creaturis ad creatorem per ſex gradus ſcalares vſque ad anagogicos exceſſus. Confitebor itaque & ego in inſipientia mea, quòd à triginta annis & amplius citra volui habere familiares mihi prædictos tractatulos ſepe eos legendo, ſæpe ruminando etiam vſque ad verba, ne dum ſententias, & ecce hac ętate, hoc ocio, velut ad votum, vix perueni ad initium guſtus eorundem, qui & repetiti ſemper mihi noui fiunt, & placent Hæc Gerſon.

Et primo incipit eiuſdem breuiloquij prologus, qui de ſacræ ſcripturæ ortu, progreſſu, & ſtatu pertractat. cap. 1. fol. 97.
De latitudine ſacræ ſcripturæ. cap. 2. ibid.
De longitudine ſacræ ſcripturæ. cap. 3. fol. 98
de ſublimitate ſacræ ſcripturæ. cap. 4. ibid.
De profunditate ſacræ ſcripturæ. cap. 5. f. 99
De modo procedendi ipſius ſacrę ſcripturæ. cap. 6 ibidem
De modo exponendi ſacram ſcripturam. c. 7. fol. 100

BReuiloquij prima pars, in qua de Trinitate Dei agitur: Et primo de illis ſeptem, de quibus eſt theologia in ſumma. cap. 1. fol. 101
Quid tenendum ſit de Trinitate perſonarum, & vnitate eſſentiæ. cap. 2. ibidem
De iſtius fidei ſana intelligentia. cap. 3. ibidem
De iſtius fideli catholica expreſſione. c. 4. fol. 102.
De vnitate Diuinę naturæ in multiformitate apparitionum. cap. 5. f. 103
De vnitate diuinæ naturę in multiplicitate appropriatorum. cap. 6. ibidem.
De omnipotentia Dei. cap. 7. fol. 104
De Dei ſapientia, prædeſtinatione, & præſcientia. cap. 8. ibidem
De voluntate, & prouidentia Dei. c. 9. fo. 105

BReuiloquij ſecunda pars, in qua de creatura mundi agitur; Et primo de productione mundi totalis. cap. 1. ibidem.
de natura corporali, quantum ad fieri. cap. 2. fol. 106
de natura corporali, quantum ad eſſe. cap. 3. ibidem
de natura corporali, quantum ad operari, & influere. cap. 4. fol. 107
de modo deſcribendi prædicta in ſacra ſcriptura. ca. 5. ibidem.
de productione ſupernorum ſpirituum. cap. 6 fo. 108
de apoſtaſia dęmonum. cap. 7. ibidem
de confirmatione bonorum angelorum. cap. 8. fol. 109
de productione hominis, quantum ad ſpiritum. cap. 9. fol. ibidem
de productione hominis, quantum ad corpus. cap. 10. fol. 110
de productione hominis, quantum ad totum coniunctum. cap. 11. fol. 111
de completione, & ordinatione totius mundi conſummati. cap. 12. ibidem

BReuiloquij tertia pars, in qua de corruptela peccati agitur; Et primo de origine mali in communi. cap. 1. f. 112
de primorum parentum tentatione. cap. 2. ibidem
de primorum parentum tranſgreſſione. cap. 3. fol. 113
de primorum parentum punitione. cap. 4. ibidem.
de originalis peccati corruptione. cap. 5. ibidem.
de originalis peccati transfuſione. cap. 6. fol. 114
de originalis peccari curatione. c. 7. ibidem
de origine peccatorum actualium. cap. 8. fol. 115.
de origine, & diſtinctione capitalium peccatorum. capit. 9. f. 116.
de origine, & qualitate pœnalium peccatorum. cap. 10. ibidem.
de origine peccatorum finalium, quæ ſunt peccata in Spiritum ſanctum. cap. 11. f. 117.

BReuiloquij quarta pars, in qua de ĩcarnationé verbi agitur; Et primo de ratione, qua decuit verbum incarnari. cap. 1. ibidem.
de incarnatione verbi quantum ad vnionem naturarum. cap. 2 fol. 118.
de incarnatione quantum ad modum. capit. 3. fol. 119.
de incarnatione quãtum ad plenitudinem temporum. cap. 4. ibidem
de plenitudine gratiæ Chriſti quantum ad chariſmata in effectu. cap. 5. 120.
de plenitudine ſapientiæ Chriſti in intellectu. cap. 6. fol. 121.
de plenitudine meriti Chriſti in effectu. cap. 7. ibidem.
de paſſione Chriſti quantum ad ſuum ſtatum patientis. cap. 8. fol. 122.
de paſſione Chriſti quantum ad modum patiendi. cap. 9. ibidem.
de paſſione Chriſti quantum ad exitum paſſionis. cap. 10. f. 123.

BReuiloquij quinta pars, in qua de gratia Spiritus ſancti agitur; Et primo de gratia, inquantum eſt donum diuinitus datum. cap 1. f. 124.
de gratia, inquantum iuuat ad bonum méritorium. cap. 2. f. 125.
de gratia inquantum eſt remedium contra peccatum. cap. 3. f. 126.
de ramificatione gratiæ in habitus virtutum. cap. 4. ibidem.
de ramificatione gratiæ in habitus donorum. capitu. 5. fol. 127.
de ramificatione gratię in habitus beatitudinum, & per conſequens fructuum, & ſenſuum. capit. 6. fol. 128.
de exercitio gratiæ, reſpectu credendorum. cap. 7. fol. 129.

de exercitio,

de exercitio gratiæ, reſpectu diligendorum. c.8. ibidem.
de exercitio gratiæ, reſpectu agendorum præceptorū, & conſiliorum. c.9. f. 130.
de exercitio gratiæ, reſpectu petendorum, & orandorum. c. 10. f. 131.
BReuiloquii ſexta pars, in qua de medicina ſacramentali agitur. Et primo de ſacramentali origine. cap. 1. ibid.
de ſacramentorum variatione. 2. fo. 132.
de ſacramentorum numero, & diffinitione. 3. fol. 132.
de ſacramentorum inſtitutione. 4. ibid.
de ſacramentorum diſpenſatione. 5. f. 134.
de ſacramentorum iteratione. 6. f. 135.
de integritate baptiſmi. 7. ibid.
de integritate confirmationis. 8. f. 136.
de integritate Euchariſtiæ. 9. fo. 137.
de integritate pœnitentiæ. 10. f. 138.
de integritate vnctionis extremæ. 11. f. 139.
de integritate ordinis. 12. ibid.
de integritate matrimonii. 13. f. 140.
BReuiloquii ſeptima pars, in qua de iudicii finalis ſtatu agitur, Et primo de iudicio in cōmuni. cap. 1. fol. 141.
de antecedentibus ad iudicium, cuiuſmodi eſt pœna purgatoria. 2. fol. 142.
de antecedentibus ad iudicium, cuiuſmodi ſunt ſuffragia eccleſiaſtica. 3. fol. 143.
de concomitantibus iudicium, ſicut eſt conflagratio ignis. 4. ibid.
de concomitantibus iudiciū, ſicut eſt reſurrectio corporum. 5. f. 144.
de conſequentibus ad iudicium, ſ. de igne infernali. 6. f. 145.
de conſequentibus ad iudicium, ſ. de gloria paradiſi. 7. f. 146.
SEraphici doctoris Sancti Bonauenturæ Centiloquii prima pars, quæ 33. ſanctiones habet. Et primo eiuſdem Prologus. f. 148.
de malo culpæ in generali. ſe. 1. ibid.
de tentatione. 2. f. 149.
de definitione peccati. 3. ibid.
de peccato originali. 4. f. ibid.
de peccato actuali. 5. f. 150.
de peccato veniali, & mortali. 6. ibid.
de ignorantia. 7. 151
de omiſſione, & negligentia. 8. ibid.
de commiſſione. 9. 152.
de errore, prauo iudicio, & perſonarum acceptione. 10. ibid.
de peccato conſenſus, & de peccato contra conſcientiam, & de perplexitate. 11. 153.
de mendacio, periurio, & contentione. 12. ibid.
de adulatione, maledicto, & detractione. 13. 154.
de peccato operis. 14. ibid.
de ſeptem vitiis capitalibus in generali. 15. f. 155.
de differentia inter capitale vitium, initium peccati, & radicem malorum. 16. ibid.
de ſuperbia. 17. ibid.
de inani gloria. 18. 156.
de inuidia. 19. ibid.
de ira. 20. ibid.
de accidia. 21. 157.
de auaritia. 22. ibid.
de gula. 23. ibid.
de luxuria. 24. f. 158.
de peccato ex infirmitate, & ignorantia, & induſtria. 25. ibid.
de idololatria, & hæreſi. 26. 159.
de interdicto, & duabus ſpeciebus excommunicationis. 17. ibid.
de duabus regulis generalibus circa excommunicationem. 28. 160.
de diuinatione. 29. ibid.
de hypocriſi, ſimonia, & ſacrilegio. 30. fol. 161.
de rapina, furto, vſura, homicidio, & ſcandalo. 31. ibidem.
de peccato luxuriæ, & gulæ. 32. ibid.
de paſſionibus ſiue proprietatibus peccatorum. 33. f. 162.

*Sectiones ſecundæ partis.*

DE vulneratione naturalium. ſe. 1. 163.
de ſpoliatione gratuitorum. 2. ibid.
de pœnis corporalibus. 3. ibid.
de locis pœnalibus. 4. ibid.
de apertione librorum. 5. 164.
de igne conflagrationis. 6. ibid.
de cruciatibus inferiorum. 7. ibid.

*Sectiones tertiæ partis.*

DE eo quod eſt frui, & vti. ſe. 1. 165.
Quid de deo trino, & vno credendum eſt, & intelligendum, & exprimendum. 2. ibid.
Quod deus trinus & vnus manifeſtat ſe in effectibus creaturæ. 3. ibid.
de appropriatis Patris. 4. f. 166.
de appropriatis Filii. 5. ibid.
de appropriatis Spiritusſancti. 6. ibid.
de quatuor ſimul creatis, & de manſuris durabilium. 7. ibid.
de veritate exprimenda cum concluſione erroris circa productionem mundi. 8. 167.
de triplici differentia creaturæ. 9. ibid.
de productione machinæ mundialis. 10. ibid.
de conſiſtentia machinæ corporalis. 11. ibid.
de ſufficientia cęlorum. 12. 168.
de quatuor attributis angelis cum conditione ſui. 13. ibid.
de præuaricatione ſpirituum malignorum. 14. ibidem.
de confirmatione ſpirituum bonorum. 15. fol. 169.
de definitionibus angelici ordinis, & hierarchiæ. 16. ibid.
de triplici diuiſione hierarchiæ. 17. ibid.
de cuſtodia hominum per Angelos. 18. 170.
de definitionibus animæ. 19. ibid.
de diuiſionibus potentiarum animæ ſecundum magiſtros in quinque membra. 20. ibid.
de diuiſione potentiarum ſecundum naturales in tria membra. 21. f. 171.
de diuiſione potentiarum ſecundum theologos, & naturales. 22. ibid.
de diuiſione potentiarum ſecundum Auguſtinum. 23. f. 172.
de quo eſt anima. 24. ibid.
de conditione humani corporis 25. 173.
de toto homine ex corpore, & anima conſtituto. 26. ibid.
de vnione naturarum in Chriſto. 27. f. 174
de perfectione gratiarum in Chriſto. 28. ibid.

De plenitudine ſapientiæ in Chriſto. ſe.29.ibid.
De plenitudine meriti in Chriſto.ſe.30.fol. 175.
De tolerãtia paſsionis domini noſtri Ieſu Chriſti.ſe. 31.ibid.
De ſacra ſcriptura quantum ad duo teſtaméta. ſe.32. ibid.
De præceptis decalogi.ſe.33.fol. 176.
De præceptorum ſumma.ſe.34.ibid.
De gratia in ſe conſiderata, quo ad definitionem,& operationem.ſe.35.ibid.
De gratia in comparatione ad habitus gratuitos, vt ſunt virtutes in generali. ſe.36.177.
De fide.ſe.37.fol. 178.
De continentia ſymboli quantum ad articulos. ſe.38. ibid.
De ſpe.ſe.39.fol. 179.
De charitate.ſe.40.ibid.
de prudentia.ſe.41.fol. 180.
de temperantia.ſe.42.ibid.
de fortitudine.ſe.43.ibid.
de iuſtitia.ſe.44.181.
De ſeptem donis Spiritusſancti.ſe.45.fol. 182.
de beatitudinibus,& vita actiua,cum operibus miſericordiæ,& de vita contemplatiua, cum oratione,& de duodecim fructibus,& quinque ſenſibus.ſe.46. 183.
de ſacramentis in generali.ſe.47.fol.184.
de baptiſmo.ſe.48.ibid.
de confirmatione.ſe.49.185.
de Euchariſtia.ſe.50.ibid.
de pœnitentia.ſe.51.186.
de extrema vnctione.ſe. 52.187.
de ordine.ſe.53.ibid.
de matrimonio.ſe.54.188.
de impedimentis matrimonii in generali. ſeſ. 55.fol. 189.
de impedimento affinitatis,& cognationis in ſpeciali,& primo de affinitate.ſe.56.190.
de cognatione triplici.ſe.57.ibid.

*Sectiones quartæ partis.*

DE triplici differentia præmii.ſe.1.191.
de expedientia ad præmium.ſe.2.192
de ſufficientia gaudii.ſe.3.ibid.
SEraphici doctoris Sancti Bonauenturæ de trib. ternariis peccatorum infamibus tractatus. Et primo de originali peccato.c.1.193.
de mortali peccato.2.195.
de peccato veniali.3.ibid.
EIuſdem doctoris in formam auream de gradibus virtutum,præfatiuncula. 198.
de gradibus charitatis.c.1. ibid.
gradus obedientiæ.c.2.199.
gradus humilitatis.c.3.ibid.
gradus caſtitatis.c.4.ibid.
gradus patientiæ.c.5.ibid.
gradus miſericordiæ.c.6.200.
gradus veritatis.c.7.ibid.
gradus paupertatis.c.8 ibid.
gradus prudentiæ.c.9.ibid.
gradus fortitudinis.c.10.201.
gradus iuſtitiæ.c.11.ibid.
gradus temperantiæ.c.12.ibid.
gradus pacis.c.13.ibid.
gradus conſtantiæ.c.14.ibid.
gradus largitatis.c.15.202.
gradus compasſionis.c.16.ibid.
gradus congratulationis.c.17.ibid.
gradus abſtinentiæ.c.18.ibid.
Gradus concordiæ.c.19 ibid.
gradus gratitudinis.c.20. 203.
gradus religionis.c.21.ibid.
gradus contritionis.c.22.ibid.
gradus confeſsionis.c.23.ibid.
gradus ſatisfactionis.c.24. ibid.
gradus contemplationis.c.25. 204.
gradus diſcretionis.c.26.ibid.
gradus ſpei.c.27.ibid.
gradus timoris c.28.ibid.
gradus doloris.c.29.ibid.
gradus gaudii.c. 30.ibid.
EIuſdem Seraphici Doctoris in tractatum de inſtructione ſimplicis ſacerdotis in confeſsionibus audiẽdis.Prooemium.fo.205.
Qualiter ſacerdos confeſſor habere ſe debeat in confeſsionibus audiendis.Et de loco confeſsionis. Capi primi.Particula 1.ibid.
Qualiter ſacerdos cauere debeat ab illicita delectatione.par.2.ibid.
Quod confeſſor non reſpiciat faciem confitentis.par. 3.ibid.
Quod confeſſor peccata pęnitentium non abhorreat. 4.ibid.
Qualiter ſacerdos alloqui debeat pœnitentem. par. 5.fo.206.
Sacerdos non ſit acceptator perſonarum.par. 6.ibid.
DE interrogationibus faciendis in confeſsione,& primo qualiter interrogationes ſint faciendæ in generali.c.2.par.1.ibid.
Qualiter,& de quibus interrogandum eſt in ſpeciali. Et primo de ſuperbia.par.2.ibid.
de inuidia.par.3 fol.207.
de ira.par.4.ibid.
de accidia. par.5.ibi.
de auaritia.par.6.ibid.
de gula.par.7. ibid.
de luxuria.par.8.ibid.
de primo præcepto decalogi, de ſeptem ſacramentis, & de articulis fidei.par.9.ibid.
de ſecundo præcepto.par.10.208.
de tertio præcepto.par.11. ibid.
de quarto præcepto.par. 12.ibid.
de quinto præcepto.par.13.ibid.
de ſexto præcepto.par.14. ibid.
de ſeptimo præcepto.par.15.ibid.
de octauo pręcepto.par.16.ibid.
de nono præcepto.par.17.ibid.
de decimo præcepto.par.18.ibid.
de nouem modis currendi cum fure.par.19.ibid.
de circunſtantiis peccatorum,& quinque ſenſibus,& affectionibus,& 24.peccatis linguæ. par.20.ibid.
DE pęnitentiis iniungendis,ſecundum canones pęnitentiales.Et primo quod pęnitentiæ ſunt arbitrariæ,& vtrum ſacerdos teneatur ſcire canones pęnitentiales c.3.par.1.209.
de pęnitentia presbyteri fornicantis.par.2.ibid.
de pęnitentia ſacerdotis fornicantis cum filia ſpiritua li.par.3.fo.210.
de pęnitentia eius,qui peccauit contra naturam. par. 4.ibid.
de pęnitentia ſacerdotum clandeſtinas deſponſationes non prohibentium,aut eiſdem intereſſe præſumentium.par.5. ibid.
de pęnitentia eius,qui poſt votum ſimplex contrahit. par.6.ibid.
de pęnitentia ſacerdotum in excommunicatione celebrantium.par.7.ibid.
de pęnitentia illius,qui accuſat alium ad mortem.par. 8.ibid.

De pœnitentia illius, qui filiam ſuam ſpūalem carnali filio tradit. par. 9. ibid.
De pęnitentia illius, qui contrahit cum ſpōſa alterius. 10. ibid.
De pęnitentia patris, & filii, vel duorum fratrum cum vna muliere concumbentium, aut ſi quis cum matre, & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cum duabus commatribus concubuerit. par. 11. ibid.
De pęnitentia ſacerdotis homicidæ. par. 12. ibid.
De pęnitentia mulieris, quæ occidit ancillam, & de pęnitentia homicidæ voluntarii. par. 13. ibid.
De pęnitentia pro homicidio neceſſitatis euitabilis, et de pęnitentia eius, qui occidit latronem, & de pęnitentia intuitu diſciplinæ occidentis, vel ligatum latronem interficientis. par. 14. fol. 211.
De pęnitentia matricidæ. par. 15. ibid.
De pęnitentia vxoricidæ. par. 16. ibid.
De pęnitentia eorum, qui occidunt filios. par. 17. fol. 212.
De pęnitentia periuri. par. 18. ibid.
De pœnitentia eius, qui per capillum Dei iurauit. par. 19. ibid.
De pęnitentia pro falſa menſura. par. 20. ibid.
De pœnitentia eius, qui poſt ſolennem pęnitẽtiam ad vomitum rediit. par. 21. ibid.
De pęnitentia eius, qui deuotam, ſeu ſanctimonialem cognoſcit. par. 22. ibid.
De pęnitentia eius, qui cantat miſſam, & non communicat. par. 23. f. 213.
De pęnitentia ſacerdotis, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris. par. 24. ibid.
De pęnitentia illius, qui committit ſacrilegium violando Eccleſiam, vel aliquid enormiter committendo in Eccleſia. par. 25. ibid.
De pœnitentia parentum, qui frāgunt ſponſalia filiorum poſt annos ſeptem. par. 26. ibid.
De pęnitentia illius, qui ducit in matrimonium quam polluit per adulterium. par. 27. ibid.
De pœnitentia maledici. par. 28. ibid.
De pœnitentia ſacerdotis reuelantis confeſſionem. par. 29. ibid.
De pœnitentia eius, qui compulſus cōditionaliter periurat. par. 30. fo. 214
De pœnitentia eius, qui periurat in manibus Epiſcopi, vel in Cruce ſacrata. par. 31. ibid.
De pęnitentia eius, qui coactus periurat pro vita redimenda. par. 32. ibid.
De pęnitentia eius, qui ſcienter falſum iurat, vel alium iurare compellit. par. 33. ibid.
De pęnitentia eius, qui in dicendis horis, uel officiis diuinis a metropolitanæ conſuetudine diſcrepat Eccleſiæ. par. 34. ibid.
De pęnitentia Epiſcopi, qui correctionem de ſymoniaca uenditione diſſimulat. par. 35. ibid.
De pęnitentia Epiſcopi, qui ordinat clericum inuitũ. par. 36. ibid.
De pœnitentia ſacrilegorum. par. 37. ibid.
De pęnitentia eius, qui videt in aſtrolabio. partic. 38. ibid.
De pœnitentia eius, cui per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillauerit. par. 39. ibid.
De pęnitentia eius, qui ſacrificium euomit. partic. 40. ibid.
De pęnitentia eius, qui presbyterum interficit. par. 41. fol. 215.
De pęnitentia beneficiati ab Eccleſia, qui rectorem, vel clericum alium ipſius Eccleſiæ interficit. p. 42. ibid.
De pęnitentia incendiariorum. par. 43. ibid.
De pęnitentia communicantis cum hæretico. par. 44. ibidem.
De pęnitentia eius, qui cognoſcit duas ſorores uel matrem & filiam, amitam, vel neptem. 45. ibid.
De pœnitentia eius, qui cum brutis coierit, vbi nota rationem ſeptennis pęnitentiæ pro maioribus criminibus iniungendæ. 46. ibid.
De pęnitentia patroni, qui dilapidat res Eccleſiæ. par. 47. fol. 216.
De pęnitentia eius, qui domum ſuam cum magicis, & incantationibus luſtrat. par. 48. ibid.
De pęnitentia Epiſcopi, vel clerici magos, vel aruſpices conſulentis. par. 49. ibid.
De pęnitentia ſacerdotis, cuius negligentia corpus Chriſti a bruto comeditur. par. 50. ibid.
De pęnitentia ſacerdotis, qui incaute Euchariſtiam dimiſit. par. 51. ibid.
De pęnitentia iurantis non facere pacem cum proximo. par. 52. ibid.
De pęnitentia ſcienter rebaptizati, & bis confirmati. par. 53. ibid.
de pęnitentia raptoris. par. 54. ibid.
de pęnitentia propter neceſſitatem famis furtũ committentis. par. 55. ibid.
de pęnitentia eius, qui ſtuprauit virginem. par. 56. fo. 217.
de pęnitentia adulteri, vel adulteræ. par. 57. ibid.
de pœnitentia medicorum corporum, medicos animarum non vocantium. par. 58. ibid.
de pęnitentia, & pęna negligentium confeſſionem & communionem, & peccata in cōfeſſione detecta reuelantium. par. 59. ibid.
de vſu clauium: Et primo de quatuor caſibus, in quibus ſacerdos nō poteſt abſoluere: Et quòd falſa pęnitentia, & proprius ſacerdos ſex modis dicitur. capitu. 4. par. 1. ibid.
quibus ſacerdos poſſit, vel non poſſit iniungere pęnitentias vtiles ad ſalutem, vbi inuenies de forma pęnitentiæ ſolennis. par. 2. f. 218
de quatuor regulis ſeruandis in pęnitentiis iniungendis. par. 3. f. 219.
de irregularitatibus, & diſpenſationibus cum 58. par. cap. 5. f. 220. c. 1. cum ſeq. vſque. 223.
Eiuſdem Seraphici Doctoris tractatus de modo confitendi, & de puritate conſcientiæ, & primo quòd pœnitentia debet eſſe pura, vera, & integra. cap. 1. f. 224
de peccatorum circunſtantijs. cap. 2. f. 225.
de motibus inanis gloriæ. cap. 3. f. 226.
de intentione habita in peccatis. cap. 4. f. 227
de occaſione peccandi. cap. 5. ibid.
de occaſionibus, quæ dantur aliis in peccando. cap. 6. fol. 228.
de pollutione. c. 7. ibid.
de cauſis pollutionis. c. 8. ibid.
Qualiter poſt pollutionem licet, uel non licet accedere ad diuina. c. 9. fol. 229.
de fluxu libidinis. c. 10. ibid.
de complacentia habita in memoria peccati. cap. 11. fol. 230.
Qualiter cogitationes inhoneſtæ ſint confitendæ. ca. 12. ibid.
de motibus carnis. ca. 13. f. 231.
de periculo familiaritatis dominarum. capitu. 14. ibidem.
de uerbis uitioſis. cap. 15. f. 232.
Eruditio utilis ad omnia ſupradicta. capitu. 16. fol. 233.
Modus cognoſcendi ſeipſum. cap. 17. f. 234.
peccatorum origo. cap. 18. ibid.
peccatum in Spiritum ſanctum. cap. 19. ibid.

Peccati

Peccati deſcriptio. ca 20. f. 235.
Confeſſio, ſiue humiliatio ſuiipſius. capit. 21. ibidem

EIuſdem Seraphici doctoris, in librum primũ pharetræ, in quo de perſonarum varietate tractatur, prologus. f. 236.
De Deo cap. 1. fo. 237.
De Chriſto. 2. ibid.
de Euchariſtia. 3. fo. 239.
de cruce. 4. fo. 240
de Beata Maria. 5. ibid.
de Angelis. 6 fo. 242.
de homine. 7. fo. 243.
de muliere. 8. ibid.
de chriſtianis bonis. 9. fo. 244.
de Chriſtianis malis. 10. ibid.
de prælatis bonis. 11. fo. 245.
de prælatis malis. 12. f. 246.
de ſubditis. 13. ibid.
de prædicatoribus bonis. 14. f. 247.
de prædicatoribus malis, 15. ibid.
de prædicationem vſurpantibus. 16. ibidem.
de negligentibus prædicationem. 17. f. 248
de auctoribus verbi. 18. ibid.
de epiſcopis. 19. ibid.
de ſacerdotibus bonis. 20. f. 249.
de ſacerdotibus malis. 21. ibid.
de clericis. 22 f. 250.
de beneficiatis. 23. ibid.
de ambitioſis. 24. f. 251.
de ſtudentibus. 25. ibid.
de aduocatis. 26. f. 252.
de religioſis bonis. 27. ibid.
de religioſis malis. 28. f. 253.
de nouitiis. 29. f. 254.
de iuuenibus. 30. ibid.
de monachis bonis. 31. ibid.
de monachis malis. 32. f. 255.
de incipientibus. 33. ibid.
de proficientibus. 34. f. 256.
de perfectis. 35. ibid.
De tribus prædictis ſtatibus. 36. ibid.
de monialibus. 37. ibid.
de virginibus. 38. f. 257.
de viduis. 39. f. 258.
de coniugatis. 40. ibid.
de tribus ſtatibus prædictis. 41. f. 259.
de pauperibus. 42. f. 260.
de diuitibus. 43. ibid.
de potentibus. 44. f. 261.
de iudicibus. 45. ibid.
de nobilibus 46. ibid.
de militibus. 47. f. 262.
de negociatoribus. 48. ibid.
de fœneratoribus. 49. ibid.
de dæmonibus. 50. ibid.

*Capitula libri ſecundi, in quo de principalium vitiorum, & virtutum multiplicitate agitur.*

DE tentatione. cap. 1. f. 263.
de cogitatione. 2. f. 264.
de delectatione. 3. ibid.
de conſenſu. 4. ibid.
de peccato. 5. ibid.
de ſuperbia. 6. f. 265.
de vanagloria. 7. f. 266.
de inuidia. 8. ibid.
de ira. 9. f. 267.
de accidia. 10. ibid.
de auaritia. 11. f. 268.
de gula. 12. ibid.
de luxuria. 13. ibid.
de perplexitate. 14. f. 269.
de conflictu vitiorem, & virtutum. 15. ibid.
de gratia. 16. f. 271.
de pœnitentia. 17. ibid.
de contritione. 18. f. 272.
de confeſſione 19. f. 273.
de ſatisfactione. 20. ibid.
de virtute. 21. f. 274.
de tribus virtutibus Theologicis. 22. ibid.
de fide. 23. ibid.
de ſpe. 24. f. 275.
de charitate. 25. ibid.
de quatuor virtutibus Cardinalibus. 26. fol. 277.
de prudentia. 27. f. 278.
de memoria. 28. ibid.
de intelligentia. 29. f. 279.
de prouidentia. 30. ibid.
de fortitudine. 31. f. 280.
de conſtantia. 32. ibid.
de patientia. 33. f. 281.
de perſeuerantia. 34. ibid.
de temperantia. 35. f. 282.
de continentia guſtus. 36. ibid.
de continentia tactus. 37. f. 283.
de continentia viſus. 38. ibid.
de continentia auditus. 39. ibid.
de clementia. 40. f. 284.
de modeſtia. 41. ibid.
de iuſtitia. 42. ibid.
de obedientia bona 43. ibid.
de obedientia inaccepta. 44. f. 285.
de oratione accepta. 45. f. 286.
de oratione inaccepta. 46. f. 287.
de donis. 47. ibid.
de beatitudine. 48. ibid.
de eleemoſina accepta. 49. f. 288.
de eleemoſina inaccepta. 50. f. 289.

*Capitula libri tertii, in quo de periculoſis agitur.*

DE voluntate. cap. 1. ibid.
de remorſu conſcientiæ. 2. f. 290.
de ſtultiloquio, & aliis peccatis linguæ. 3. ibidem & ſeq.
de occupatione. 4. f. 293.
de mutabilitate. 5. f. 294.
de vagatione. 6. ibid.
de curioſitate. 7. ibid.
de negligentia. 8. ibid.
de ſecuritate. 9. f. 295.
de dijudicatione. 10. ibid.
de recidiuatione. 11. ibid.
de conſuetudine. 12. f. 296.
de obſtinatione. 13. ibid.
de deſperatione. 14 ibid.
de dilatione. 15 f. 297.
de voluptate. 16. ibid.
de carnalitate. 17. ibid.
de proſperitate. 18. f. 298.
de conſolatione. 19. ibid.

De

De ornatu. cap.20.ibid.
De ingratitudine. c.21.f.299.
De diſcordia. c.22.ibid.
De malitia. c.23.f. 300.
De crudelitate. c.24.ibid.
De ſimulatione. c.25.ibid.
De familiaritate. c.26.f.301.
De propinquitate. c.27.ibid.
De obliuione. c.28.f.302.
De ignorantia. c.29.ibid.
De ſtultitia. c.30.f.303.
De credulitate. c.31.ibid.
De ſapientia. c.32.ibid.
De doctrina. c.33.f.304.
De honore. c.34.ibid.
De zelo. c.35.ibid.
De arguitione. c.36.ibid.
De remiſſione. c.37.fol.305.
De acceptione perſonæ. c.38.ibid.
De ſcandalo. c.39.ibid.
De infamia. c.40.fol.306.
De affectionibus. c.41.ibid.
De timore. c.42. ibid.
De dolore. c.43.f.307
De confidentia. c.44.ibid.
De lætitia. c.45.ibid.
De vita. c.46.ibid.
De miſeria. c.47.f.308.
De morte. c.48.fol.ibid.
De iudicio. c.49.f.ibid.
De damnatione. c.50.fol.309.

*Capitula libri quinti, in quo de gratioſis agitur.*

De voluntate. Cap.1.f.310.
De tranquillitate. c.2.ibid.
De taciturnitate. c.3.ibid.
De exercitio. c.4.f.311.
De innocentia. c.5.ibid.
De excuſatione. c.6.f.312.
De diſcuſſione. cap.7. ibid.
De mortificatione. c.8.ibid.
De diſciplina. c.9.fol.313.
De cruce ſpirituali. c.10.ibid.
De certamine. c.11.ibid.
De humilitate. c.12.fol.314.
De ſimplicitate. c.13.fol.315.
De verecundia. cap.14.ibid.
De amicitia. c.15.fol.316.
De concordia. c.16.ibid.
De renunciatione. c.17.fo.317.
De ſolitudine. c.18.fol.ibid.
De religione. c.19.ibid.
De ſufficientia. c.20.f.318.
De communitate. c.21.ibid.
De ſocietate c.22.319.
De bonitate. c.23.ibid.
De deſiderio. c.24.fol.320.
De feruore. c.25.ibid.
De meditatione c.26. ibid.
De aſcenſione ſpirituali. cap.27.fol.321.
De contemplatione c.28.ibid.
De guſtu. c.29.f.322.
De conſolatione. c.30.ibid.
De gratiarum actione. c.31.f.323.
De lectione. c.32.ibid.324.
De ſapientia. c 33.f.324.
De doctrina. c.34.ibid.
De dignitate. cap.35.fol.325.
De zelo. c.36.ibid.
De ſolicitudine. c.37.f.326.
De correptione c.38.ibid.
De æquitate. c.39.ibid.
De quatuor affectionibus. cap.40.fol.327.
De timore. c.41.ibid.
De dolore. c.42.fol.328.
De confidentia. c.43.ibid.
De lætitia. c.44.ibid.
De connexione. c.45.fol.329.& ſeq.
De exemplo. c.46.fol.332.
De fama. c.47.ibid.
De aduerſitate. c.48.ibid.
De martyrio. c.49.f.333.
De gloria. c.50.ibid.
EIuſdem Seraphici Doctoris tractatus de ſeptem donis Spirituſſancti. Cap.1.fol.334.
Quot ſint dona Spirituſſancti. c.2.f.335.
Qualiter hæc dona ab alijs habitibus diſtinguantur. c.3.fol.336.
Quæ vtilitates in his donis conferantur. c.4.f.348.
Qui et quales iſtorum donorum capaces efficiantur, & qualiter illa obtineantur. c.5.f.339.
Qualiter dona deſcendendo ordinantur. c.6.f.340.

*De ſeptem donis Spirituſſancti in ſpeciali, & primo de timore.*

QVid ſit timor, & qualiter ſecundum inordinatos amores multiplicatur, & deordinatur. c.1.fol.341.
Quis timor a regno animæ per charitatem perfectam expellatur, & quem ſecum compatiatur. cap. 2. fol. 342.
Qualiter a timore Dei in anima dies clara oriatur. c.3. fol.343.
Qualiter a dono timoris animæ cōuiuium præparetur. c.4.ibid.

*De dono pietatis.*

QVid donum pietatis dicatur, & qualiter a pietate naturali, & acquiſita diſtinguatur. cap.1. fol.345.
Qualiter per donū pietatis dies ſpiritualis oriatur proficiat, & perficiatur. c.2.ibid.
Qualiter per donum pietatis mentis conuiuium præparetur. c.3.fol.347.

*De dono ſcientiæ.*

QVæ ſcientia donum Spirituſſancti dicatur. c.1. fol.348.
Qualiter per donum ſcientiæ in anima dies oriatur. cap 2 ibid.
Qualiter per donum ſcientiæ menti conuiuium præparetur. c.3.f.349.
de menſa diuinæ ſcientiæ. c.4.f.350.

*De dono fortitudinis.*

QVæ fortitudo donum Spirituſſancti dicatur. c.1. fol.351.
Qualiter per hoc donum dies ſpiritualis in anima oriatur. c.2.fol.352.
Quale conuiuium per hoc donum in anima oriatur. c.3.fol.353.

De do-

*De dono conſilii.*

QVid conſilium ſit,& quid donum conſilij dicatur. Cap.1.f.354.
Quid ſit neceſſitas huius doni conſilij. c.2.ibid.
Quæ differentia ſit inter conſilia diuina,& propria.c.3. ibid.
Qualiter per donum cõſilij dies ſpiritualis in anima oriatur. c.4.fol.355.
Qualiter conniuium per donum conſilij in anima præparetur. Et qualiter familia mentis ordinetur in conuiuio animæ,& de ciuibus ſupremis. c.5.f.356.
De ciuibus medijs. c.6.f.358.
De ciuibus infimis. c.7.ibid.

*De dono intellectus.*

QVare donum intellectus precedentia dona ſequatur. Cap.1.fol.359.
Quid ſit donum intellectus,vel quid dicatur, c.2.ibidem.
Quæ ſit neceſſitas huius doni,vel quę vtilitas in eo conferatur. c.3.f.360.
Qualiter donum intellectus facit nos penetrare velamina ſcripturarum. c.4.ibid.
Qualiter donum intellectus facit nos penetrare velamina veritatum diuinorum ſacramentorum.c.5.f.361.
Qualiter ex eo dies ſpiritualis anima oriatur. cap.6. fol.362.
Qualiter cõuiuium animę ex eo præparetur.c.7.f.363.

*De dono ſapientiæ.*

QVid ſit ſapientia,& quod ſit donum ſapientię.c.1.fol.364.
Quę ſit neceſſitas,& vtilitas doni ſapientiæ.c.2. ibidem.
Donum ſapientiæ eſt prætioſiſſimus theſaurus. cap.3. fol.365.
Qualiter ex dono ſapientiæ in mente humana dies ſpiritualis oriatur. c.4.ibid.
Qualiter per donum ſapientiæ conuiuium menti præparetur. c.5.f.366.
De his,quæ apponuntur in hoc conuiuio. c.6.367.
Qui admittantur ad hoc conuiuium adhuc in hac vita poſiti. c.7.368.
De conuiuio animæ ſeparatæ a corpore. c.8. ibid.
De conuiuio regnantium. c.9.f.369.
Qui ſint inuitati ad illud conuiuium, c.10.fol.370.
De conuiuantium in hoc conuiuio beatitudine.ca. 11. ibidem.

EIuſdem Seraphici doctoris in regulam Fratrum minorum expoſitio f.373.
Determinatio 27.quæſtionum circa regulam Fratrum Minorum. f.392.
Eiuſdem tractatus,quare Fratres Minores prędicet,& confeſſiones audiant. f.402.
Eiuſdem tractatus de paupertate Chriſti contra magiſtrum Guilelmum. f.409.
Epiſtola de eo,quod Chriſtus et Apoſtoli diſcalciati inceſſerunt. f.430.
Tractatus, qui dicitur Apologia pauperum contra Gyraldum de Abbatis villa Doctorem Pariſien. In quo quidem tractatu euangelicæ paupertatis ſublimitas, veritas,meritum,& vtilitas patenter enunciantur,& luce clarius,Fratrum minorum ſtatus ſecurus, meritorius,& Deo gratus probatur. f.432.
Primæ reſponſionis prima particula, in qua calumniatoris peruerſa intentio detegitur,& veræ condeſcenſionis Chriſti ſublimis perfectio declaratur. Artic.1. cum ſeq. ibid.
Primæ reſponſionis ſecunda particula, in qua capitalis error circa notificationem perfectionis,& imperfectionis eliditur,& veræ perfectionis exemplaritas,& differentia ipſius ad imperfectionem refeiatur. Arti. 1.cum ſeq. f.436.
Primæ reſponſionis tertia particula, in qua euangelicæ perfectionis integritas panditur,eiusque ſtatus ſublimis,& gradus multiformis aperitur. Arti.1.cũ ſeq. fol.439.
Secundę reſponſionis prima particula,in qua appetitus martyrij de ſe perfectus oſtenditur, & contra fuga de ſe imperfecta monſtratur. Articu.1.cum ſequent. fol.443.
Secundæ reſponſionis ſecunda particula,in qua abſtinentiæ laus,& perfectio declaratur, & eiuſdem impugnatio calumnioſa refellitur. Artic.1.cum ſequen. fol.444.
Secundæ reſponſionis tertia particula,in qua ieiunij arctitudo, vt conſona perfectioni defenditur, & eius multiplex commendatio ſubinfertur. Articu.1.cum ſeq. f.451.
Tertię reſponſionis prima particula,in qua voluntaria, & penurioſa paupertas fundamentum Euangelicæ perfectionis aſtruitur,& quę huic videri poſſunt cõtraria diſſoluuntur. Art.1.cum ſeq. f.454.
Tertiæ reſponſionis ſecunda particula,in qua poſſeſſionum Leuiticarum,& eccleſiaſticarum affluentia mõſtratur, perfectioni paupertatis non eſſe contraria, ſed & commendatio diuitiarum oſtenditur non eſſe ſecura. Art.1.cum ſeq. f.462.
Tertiæ reſponſionis tertia particula,in qua abrenuntiationis ratio falſa eliditur, & penurioſæ paupertatis duodenaria prærogatiua monſtratur. Artic.1.cum ſeq. f.467.
Quartæ reſponſionis prima particula, in qua Religio carẽtium loculis,ab errore defenditur, & verum ius poſſeſſionis eccleſiaſticæ declaratur. Artic.1.cum ſequen. f.472.
Quartæ reſponſionis ſecunda particula, in qua profeſſio Fratrum minorum veraciter carere oſtenditur, & appropriatione rerum immobilium, ſiue mobilium,& proprietate pecuniarum,tam in proprio quã in communi. Art.1.cum ſeq. f. 470.
Quartæ reſponſionis tertia particula,in qua Euangelizantium pauperum fructificatio multiformis oſtenditur,eorumque ſtatus a multiplicibus cauillationũ verſutijs defenſantur. Art.1.cum ſeq. f.479.
Duę epiſtolæ.S.Bonauenturę,ad reformationem ordinis,& eius obſeruantiam fratres inducentes. f.487.
Eiuſdem S.Bonauenturę de contemptu mundi. Collatio. fol.489.
Exercitia quædam ſpiritualia eiuſdem. f.490.

Paruorum Opuſculorum.S.Bonauenturæ,Primæ partis Lib.Sermo Diſtinct. Sectionum,atque Capitulorum,Index terminatur.

# SACRAE SCRIPTVRAE

## LOCI PER SANCTVM PATREM,

### ATQVE SERAPHICVM DOCTOREM BONAVENTVRAM,

*In vtroque ſuorum Opuſculorum volumine tum ex ſua tum ex aliorum Sanctorum Doctorum ſententia, expoſiti.*

## GENESIS.

C.1. IN principio Deus creauit cœlum & terram, &cęt. tom.1.f.108. col.1

Vidit Deus lucem quod eſſet bona,& diuiſit lucē a tenebris.to.1.fo.25.colum.1.&27. col.2.& 31. col.1.& 34.colum.1.

Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas &c.to.2. fo.502.c.2.& 508.c.1

Vocauitque Deus firmamentum cęlum.to.1.f.53. col.1.& to.2. f.508.c.1

Congregentur aquæ,quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum & appareat arida &c.to.1. f.44.c.1

Germinet terra herbam virentem,& facientem ſemen,&c.to.1. f.46.c.2.& 50.c.1.to.2.103.c.2

Dixit autem Deus,fiant luminaria in firmamento cœli & diuidant diem, ac noctem,& ſint in ſigna, tempora,& dies,& añnos,&c.to.1.fo.62.col.2.& 107.c.1.

Viditque Deus cuncta quę fecerat,&c.to.2.f.599. col.2.

2 Plantauerat autem dominus Deus paradiſum voluptatis &c.& ſeq.produxitque dominus deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue,&c. to.1. fo.55.c.1.to 2.fol.217.c.2

Lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni,& mali & fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum,qui inde diuiditur in quatuor capita.tom.1.fol.4.c.1. & 10. col.2

3 Domine audiui vocem tuam,& timui,to.1.f.341. col.2.

Ipſa conteret caput tuum.to.1. fo.241.c.1

4 Quare iratus es?to.1. fol.156.c.2

Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.to.2. fo.202.c.1

Quicunque inuenerit me,occidet me.to.2.fo.195. col.2.

Egreſſusque Cain a facie domini,habitauit profugus in terra &c.to.1 fo.204.c.1

8 At illa venit ad eum ad veſperam portans ramum oliuæ,&c.to.2. fo.205.c.1

17 Super Iſmael quoque exaudiui te,&c.Et ſeq. duodecim duces generabit.to.2. fo.198.c.1

22 Nunc cognoui,quod timeas deum,&c.to.2.f.600. col.1.

27 Ecce odor filij mei,ſicut odor agri pleni, &c. to.2. fo.178.c.1.& 289. col.1

28 Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, &c.tom.2. fol.486.c.1.& 510.c.2

29 Puteus grandi lapide claudebatur.tom.2.fol.232 colum.2.

32 Dimitte me,iam enim aſcendit aurora,&c.to.2.fo. 284. c.1

Et benedixit ei in eodem loco,&cęt. tom.2.f.287. colum.2.

Vidi dominum facie ad faciem,& ſalua facta eſt anima mea.to.1. f.395.c.2

34 Die tertia quando grauiſſimus dolor vulnerum erat &c.to.2. fo.194.c.2

36 Iſte eſt Ana,qui inuenit aquas calidas in ſolitudine.to.2. fo.201.c.1

37 Vidi per ſomnium Solem,& Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.to.1. fol.42.c.1

Vide vtrum tunica filij tui ſit,an non.to.2.fo.361. col.2.

38 Atq; in ipſa effuſione infantium,vnus pertulit manum,in qua obſtetrix ligauit coccinum.to.1. fol. 52. c.1

44 Inuenit ſcyphum in ſacco Beniamin.to.2.fol.507. col.1.

49 Lauabit in vino ſtolam ſuam,&c.to.2.fol.599.c.1

50 Fiat Dan Coluber in via,Ceraſtis ia ſemita, &c.to. 1.fol.49. col.2.

## EXODI.

C.3. ET videbat,quòd rubus arderet,& non combureretur.to.2. f.283.c.1

1 Solue calceamentum de pedibus tuis.tom.1. fol.472.c.1.& to.2. fo.409.c.1

Ego ſum qui ſum.to.2.fo.363.c.1.& 410.c.1.& 2. fol.411. c.2

5 Quare Moyſes,& Aaron ſolicitatis populũ ab operibus ſuis.to.1. fol.408.c.1

7 Sed ego indurabo cor eius.to.2. fol.600.c.1

13 Mementote diei huius,in qua egreſſi eſtis de Aegypto.to.2. fol.78.c.2

16 In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, &c. to.2. fo.106.c.2

17 Cumq; leuaret Moyſes manus,vincebat Iſraël,&c. to.2. fol.95.c.1

19 Vos ipſi vidiſtis quid fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum,&cęt.Et ſequitur.Vos eritis mihi regnum ſacerdotale,&c. to.2. fol.246.c.1

20 Ego ſum dominus Deus tuus,qui eduxi te de terra Aegypti,&c.to.2. fo.616.c.1.& 2

Non aſſumes nomen domini Dei tui in vanũ,to.2. fol.619. c.2

Memento vt diem ſabbati ſanctifices.to.2.fo.620. col.1.& 2.

Honora Patrem tuum,& Matrem tuam, &c.to.2. fol.621. c.2

Non occides,non mæchaberis,non furtum facies,

non

non loqueris cõtra proximum tuum falſum teſtimonium, non domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius. to.2.f.623.c.2.& inde per totum, & f.625.c.1.cum ſeq.
Non aſcendes per gradus ad altare meum. to.2. fol. 330.c.2
24 Sub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphyri to.2. fol. 599.c.1
25 Facies quoq; vectes,&c.qui ſemper erunt in circulis,&c.to.1. f.479.c.2
Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.to.1.fo.438.co.1.& to.2. fol. 370.c.2
27.& 28.Non ſolidum, ſed inane, & cauum intrinſecus facies illud. to.1.f.205.c.2.&f. 228. col.2
28 Sumeſque duos lapides onichinos,&ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael,&c.to.1. f.36.c.2
Duos quoque Cherubin aureos, &c.reſpiciantq; ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium. to.1 f.23.col.1.& to.2. f.634.c.2
Rationale quoque iudicij facies,&c.Poneſq; in ea quatuor ordines lapidum,&c. to.2.f.645.c.2
30 Sume tibi aromata primæ myrrhæ,& electæ, &c. to.2. f.234.c.2
32 Aut dimitte noxam hanc populo tuo, aut ſi non facis,dele me,&c.to.1. f.277.c.2
33 Non videbit me homo,& viue.to.2. f.397.c.1
Mittam præcurſorem tui Angeli,&c.tom.1 f.485 col.1
Poſteriora mea videbis,&c.to.2. f.598.c.1
37 Corona aurea per gyrum.to.1. f.76.c.2

LEVITICI.

C.2. IN omni oblatione offeres ſal.tom.2.fol.95.c.2 & fol.645. col.2
6 Ignis autem in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos,&cæt.tom.2.fol.126.c.1.& fol.142.c.2 & fol.649. col.1
11 Omne quod habet pennulas, & ſquamas tam in mari,quam in fluminibus & ſtagnis comedetis. to.1. f.351.c.1
18 Quando ingreſſi fueritis terram,& plantaueritis in ea pomifera ligna,&c.to.2. f.64.c.2
24 Sumetisque die primo fructus arboris pulcherrimæ.to.2. fol.264.c.1
25 Dabo vobis benedictionem meam anno ſexto, & faciet fructus trium annorum.to.2. f.295.c.1
26 Si non audieritis vocem meã,& non feceritis omnia mandata mea,&c.to.2. fol.614.c.2

NVMERORVM.

C.4. AAron,& filij eius intrabunt,&c. to.2.f.645. col.2.
Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo veſtimento.to.2. f.498.c.1
6 Tunc radetur Nazareus ante oſtium tabernaculi, &c.to.1. f.458.c.1
Si quis autem & mundus eſt,& in itinere non fuit, & tamen non fecit Phaſe,&c to.2. f.301.c.1
15 Inuenit germinaſſe virgam Aaron,&c. to.2.f.289 col.2
19 Vas quod non habuerit operculum, vel ligaturam deſuper,immundum erit.to.2. f.101.c.2
20 Ingreſſuſq; Moyſes,& Aaron, dimiſſa multitudine,in tabernaculum fœderis,&c.to.1. f.375.c.1

DEVTERONOMII.

NOn accipietis cuiuſquam perſonam.to.2. fol.187. col.2
6 Audi igitur Iſrael Deus tuus,Deus vnus eſt. to.2. fol. 363.c.2
9 Deditq; mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei.to.2. f.208.c.1
10 En Domini Dei tui cœlum eſt,& cœlum cœli. to.2. f.590.c.2
11 Omnis locus,quem calcauerit pes veſter, veſter erit.to.2.fol.215.c.1.&f.452. c.1
En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem,& maledictionem,&c.to.2. f.614.c.2
14 Te elegit,vt ſis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus,&c.to.2. f.494.c.1
15 Omnino indigens,& mendicus non erit inter vos. to.1. f.419.c.2
Non operaberis in primogenito bonis, & non tondebis,&c.to.2. f.547.c.2
18 Perfectus eris,& abſq; maculâ cum Domino Deo tuo.to.1. f.342.c.2
23 Non abominaberis Idumęum,quia frater tuus eſt, nec Aegyptium,&c.to.1. f.206.c.1
24 Non accipies loco pignoris inferiorem, & ſuperiorem molam.to.2. f.222.c.1
Cum repetes a proximo tuo rem aliquam,&c.to.1. fol. 206.c.2
30 Conſidera,quòd propoſuerim in conſpectu tuo vitam,& bonum,&c.to.2. f.625.c.1
33 De benedictione Domini terra eius, de pomis cœli, & rore,atque abyſſo ſubiacente,de pomis fructuum Solis,& Lunæ,de vertice antiquorum mõtium,&c.to.1. f.57.c.2
Immolabunt victimas iuſtitiæ, qui inundationem maris,quaſi lac ſugent.to.2. f. 114.c.1
Cœliq; caligabunt rore.to.2. f.501.c.2

IVDICVM.

C.2. DEdit ergo ei Caleb irriguum ſuperius,& irriguum inferius.to.2. f.291.c.2
5 Stellę manentes in ordine,& curſu ſuo,aduerſus Siſaram pugnauerunt.to.1.f.65.col.1.& to.2.f. 65. col.1.&f.281. c.2
Benedicta inter mulieres Iahel.to.2. f.277.c.1
6 Extendit Angelus Domini ſummitatem virgę,&c. to.2. f.485.c.2
7 Qui manu,& lingua lambuerint aquas,ſicut ſolent canes lambere,&c.to.1. f.61.c.2
9 Ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens,illiſit caput Abimelech.to.2. f.200.c.1
15 Benedixerunt eam omnes vna voce dicentes: Tu gloria Hieruſalem.to.2.fol.291.col.1.& fol.293. col.1

RVTH.

C.1. NOn vocetis me Noemi,ſed vocate me maria, &c.to.2. f.268.c.2
2 Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi. to. 2.fol.273.c.2.& f. 275. c.1
3 Benedicta es a Domino filia,& priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti. tom.2.fol.280.c.2.& fol.290. c.1

PRIMI REGVM.

C.11. IN hoc feriam vobiſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrum oculos dextros. tom.2.fol.219 col.2
15 Pœnitet me,quòd conſtituerim Saul regem. to.2. fol.600. c.1
17 Percuſſit Philiſtęum in fronte eius,&c.to.2.f. 442 col.2
25 Benedictum eloquium tuum,& benedicta tu, quæ prohibuiſti me,ne irē hodie,&cæter.to.2.fol.290 col.1.& f.292. col.1

25 Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. to. 2. f. 282. c. 1

SECVNDI REGVM.

C. 6. ET habitauit arca domini in domo Obededon, & cæter. & benedixit Dominus, &c. to. 2. fol. 289. c. 2
23 Sicut lux auroræ, oriente Sole mane abſque nubibus rutilat. to. 2. f. 283. c. 1

TERTII REGVM.

C. 1. QVæramus Domino noſtro regi adoleſcentulam virginem. to. 2. f. 252. c. 2
6 Salomon fecit in ingreſſu oraculi duo oſtiola de oliuis to. 2. f. 233. c. 2
10 Et ingreſſa Hieruſalem multo cum comitatu, &c. to. 2. f. 287. c. 1. & 2
Videns autem Regina Sabba omnem ſapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos menſæ eius, &c. to. 1. f. 372. c. 2
Non habebat vltra ſpiritum. to. 2. f. 375. c. 2
Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grãde. to. 2. f. 491. c. 2. & f. 510. c. 1
Non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis. to. 2. fol. 200. c. 2
18 Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto. to. 2. fol. 644. c. 2
Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna. &c. to. 2. f. 502. c. 2

QVARTI REGVM.

C. 2. ET pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percuſſit aquas. to. 2. f. 507. c. 1
3 Iuit itaque mulier, & clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper filios ſuos, &c. to. 2. f. 277. c. 2
5 Lauare ſepties in Iordane, to. 2. f. 234. c. 1
6 Et quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq; argenteis. to. 2. f. 201. c. 1
18 Transferam vos in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis, &c. to. 2. f. 298. c. 2
19 Quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda mittet rad ices deorſum, & faciet fructum ſurſum. to. 2. f. 295. c. 2
25 Et muros Hieruſalem in circuitu deſtruxit. tom. 2. fol. 637. c. 1

PRIMI PARALIPO.

C. 16 POnet mare & plenitudo eius. tom. 2. fo. 277 col. 1
28 Aurum puriſſimum dedi, vt fieret ex eo ſimilitudo Cherubin. to. 2. f. 490. c. 1

SECVNDI PARALIPO.

C. 15 ET non diſſoluantur manus veſtræ, & cætera. to. 2. f. 643. c. 2
28 Vocauerunt locum illum vallem benedictionis. to. 2. f. 291. c. 2

ESDRÆ.

C. 2. NOs ipſi faciamus opus, & media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcenſu aurore, donec egrediantur caſtra. to. 2. f. 291. c. 2

TOBIÆ.

C. 6. EXentera hunc piſcem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. to. 2. f. 498. c. 2
13 Et per vicos eius alleluia cantabitur. to. 1. fol. 375.

ESTHER.

C. 1. FEcit Rex regum cõuiuium in veſtibulo horti cõſiti ad modum denſi nemoris, tom. 2. fol. 511. c. 2
2 Adamauit eam Rex pluſquam omnes mulieres, &c. Et poſuit diadema regni in capite eius, &cęt. to. 2. fol. 273. c. 2. & f. 276. c. 1
10 Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in lucem, &c. to. 1. f. 44. c. 2
15 Aſſumpſit duas famulas, & ſuper vnam quidem innitebatur, &c. to. 2. f. 269. c. 2. & f. 285. c. 2

IOB.

C. 1. ERat vir ſimplex & rectus, &c. to. 2. fol. 381. col. 1.
Ibant filij eius ſeptem, & faciebant conuiuiũ per domos. to. 1. f. 335. c. 2
Et benedixerunt Deo in cordibus ſuis. to. 1. f. 293. col. 2.
Boues arabant, & aſinę paſcebantur iuxta eos. to. 1. fol. 489. c. 1
3 Obtenebrentur ſtellę caligine eius, expectet lucem & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ. to. 2. f. 282. c. 2. & f. 503. c. 1
Antequam comedam ſuſpiro. to. 2. fol. 346. c. 2. & fol. 402. c. 2
4 Porro dictum eſt ad me verbum abſconditum, &c. to. 2. f. 383. c. 2
5 Viſitans ſpeciem tuam non peccabis. to. 2. fol. 230. col. 2.
6 Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, &c. to. 2. f. 574. c. 1
Inuolutæ ſunt ſemitæ egreſſuum eorum, &c. to. 1. fol. 289. c. 2
7 Si dormiero, dico, quando conſurgam? & rurſum, &c. to. 2. f. 548. c. 2
Suſpendium elegit anima mea, & mortem oſſa mea to. 2. f. 365. c. 2. & f. 369. c. 1. & f. 388. c. 2. & f. 389. col. 2.
10 Tædet animam meam vitæ meæ, dimittam aduerſum me eloquium meum, loquar in amaritudine, &c. to. 2. f. 284. c. 2. & f. 492. c. 2
11 Excelſior cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, &c. to. 1. f. 597. c. 2
12 Deridetur enim iuſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. &cęt. to. 1. f. 468. col. 2.
Auris verba dijudicat, & fames comedentis ſapo rem. to. 1. f. 343. c. 2. & to. 1. f. 416. c. 1
14 Putas ne mortuus homo rurſum viuat? tom. 1. fol. 279. c. 2.
18 Conſumat brachia illius primogenita mors. to. 2. fol. 195.
Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius. to. 2. f. 415. c. 1
20 Gaudium hypocritæ inſtar puncti. tom. 2. fol. 237. c. 1. & 245. c. 1
Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua viperæ. to. 1. 205. c. 2
Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri. to. 2. f. 415. c. 1
24 Perfodiam in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem, ſi ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. tom. 2. fol. 284. c. 2
25 Nunquid eſt numerus militum eius? to. 1. fol. 370. col. 1.
26 Et appendit terram ſuper nihilum. tom. 2. fol. 228. col. 2.

Spi-

Spiritus eius ornauit cœlos. tom. 2. fol. 501. c. 2. & fol. 507. c. 2

29 In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. to. 2. f. 454. c. 1

30 De conuallibus iſta rapientes, cum ſingula repetiſſent, &c. to. 1. f. 252. c. 2

31 Semper creuit mecũ miſeratio, & ab vtero egreſſa eſt mecum. to. 2. f. 460. c. 1

33 Videbit faciem eius in iubilo. to. 2. f. 415. c. 2

35 Suſpice cœlum, & intuere, & contemplare ęthera, &c. to. 2. fo. 501. c. 1. & 2

36 Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ. tom. 1. f. 278. col. 2

38 Nunquid poſt ortum tuum pręcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum? tom. 2. f. 383. colum. 2.

Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiadas? &c. to. 1. f. 77. col. 1

Nunquid noſti ordinem cęli, & pones rationẽ eius in terra? to. 2. fo. 187. c. 2. & 501. c. 2

39 Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? vbicunque fuerit cadauer, ſtatim adeſt. to. 1. fo. 25. c. 1

40 Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. to. 2. f. 194. c. 1. & 447. c. 1

41 Per gyrum dentium eius formido. to. 1. fol. 76. c. 2

Halitus eius prunas ardere facit. to. 2. fo. 93. c. 2

Et ſternet ſibi aurum quaſi lutum. to. 2. f. 447. c. 1

## PSALMORVM.

C. 1. ET erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. to. 2. f. 399. c. 1

4 In cubilibus veſtris compungimini. to. 2. f. 639. colum. 2.

A fructu frumẽti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt. tom. 2. fo. 294. c. 2

7 Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcũ ſuum tetendit, &c. to. 1. f. 56. c. 1

8 Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. to. 1. f. 35. c. 2

9 In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. to. 2. fo. 379. c. 2

Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis, &cet. tom. 2. f. 648. c. 1

Oblitus eſt Deus, auertit faciem ſuam, &c. to. 2. fol. 600. col. 1

15 Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectũ. to. 1. fol. 20. c. 2

Prouidebam, dominus in conſpectu meo ſemper quoniam a dextris, &c. to. 2. f. 540. c. 2. & 649. c. 2

17 Inclinauit cœlos, & deſcendit, &c. to. 2. fo. 509. c. 2. & 599. col. 2

Volauit ſuper pennas ventorum. to. 2. fol. 499. c. 2

Et poſuit tenebras latibulum ſuum. tom. 1. fol. 63. colum. 2.

Cum ſancto ſanctus eris, &c. tom. 1. fo. 319. col. 1. & 393. col. 1

Quoniam in te eripiar a tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum, &c. & ſeq. Qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorum. tom. 2. fol. 376. colum. 1. & 386. c. 2

18 Non eſt qui ſe abſcondat a calore eius. to. 2. fo. 541 colum. 1.

19 Apud dominum miſericordia, & copioſa apud eũ redemptio. to. 1. fol. 511. c. 2

20 Poſuiſti Domine in capite eius coronam de lapide pretioſo. to. 2. f. 253. c. 1

22 Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, q tribulant me, &c. to. 1. f. 363. c. 2

30 Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. tom. 1. f. 343 colum. 2. & to. 2. f. 225. c. 1

Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ a conturbatione hominum. to. 2. f. 397. c. 1

31 Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino. to. 2. f. 203. c. 2

Nolite fieri ſicut equus, & mulus, &c. tom. 1 fol. 358. col. 2

32 Verbo Domini cęli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. to. 1. f. 36. c. 2

Congregans, ſicut in vtre aquas maris. tom. 1 fol. 44. col. 2

33 Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. to. 1. fol. 198. col. 2. & 358. col. 2. & to. 2. f. 453. c. 1. & f. 552. c. 1

Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. tom. 2 f. 227. c. 1. & f. 394. c. 2. & f. 465. c. 2

Non eſt inopia timentibus eum, &c. to. 1. f. 418 colum. 1

36 Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. tom. 2. f. 541. c. 1

Non vidi iuſtum derelictum nec ſemen eius quærens panem. to. 1. f. 418. c. 1. & to. 2. f. 91. c. 2

Declina a malo, & fac bonum. to. 2. f. 637. c. 1

Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. to. 2. f. 253. c. 1

37 Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meę a facie inſipientiæ meæ. to. 1. f. 155. c. 2

Cor meum conturbatum eſt in me, &c. tom. 2. fol. 100. col. 1

Quoniã ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. to. 2. f. 260. c. 1

38 In meditatione mea exardeſcet ignis. tom. 2. f. 282 c. 1. 387. c. 1. 448. col. 2

Veruntamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens. to. 2. f. 92. c. 2

Veruntamen in imagine pertranſit homo. to. 1. fol. 369. col. 1

39 Ego autem mendicus ſum, & pauper. tom. 1. fol. 415. col. 2

40 Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. to. 1. f. 289. c. 1

43 Exurge, quare obdormis Domine. tom. 2. fol. 600. colum. 2

44 Eructauit cor meum verbum bonum. tom. 2. fol. 598. col. 2

Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. tom. 1. f. 1. c. 2. & to. 2. f. 598. c. 1.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. tom. 2. fol. 274. c. 1 & 289. col. 1

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. to. 2. f. 525. c. 1

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, &c. to. 1. f. 640. c. 1

45 Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum. tom. 2. fol. 529 colum. 1

Venite & videte opera Domini quæ poſuit prodigia ſuper terram, auferens bella, &cæt. to. 2 f. 120 colum. 2

46 Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. tom. 2. fol. 599. col. 2

48 Homo cum in honore eſſet, non intellexit, &c. tom. 2. f. 601. c. 1

52 Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent. to 2. f. 69. c. 1

54 Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. to. 2. fol. 386. c. 2. & 550. c. 1


55 Ma-

57 Manus ſua slauabit in ſanguine peccatoris. tom. 2. fol. 513. c. 2
Si vtiq; eſt fructus iuſto, vtiq; eſt Deus iudicans eos in terra. to. 2. fo. 298. c. 1
59 Commouiſti terram, & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, &c. to. 1. fo. 187. c. 1
62 Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. to. 2. fo. 450. c. 1
Contribulaſti capita draconum in aquis. tom. 2. fol. 232. c. 2
64 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. to. 2. fol. 290. col. 2
65 Qui dominatur in virtute ſua in æternum. tom. 1. fol. 2. col. 2
Tranſiuimus per ignem, & aquam. tom. 2. fol. 246. colum. 2.
67 Cœli diſtillauerunt a facie Dei Sinai, &c to. 2. fol. 505. col. 1.
Si dormiatis inter medios cleros. to. 2. fo. 129. c. 1
Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem. to. 2. fol. 599. col. 1
Viderunt ingreſſus tuos Deus. &c. tom. 2. f. 599. c. 1
71 Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiā. to. 2 f. 494. c. 2
72 Fui flagellatus tota die. to. 2. f. 143. c. 2
Velut ſomnium ſurgentium Domine, imaginem ipſorum ad nihilum rediges, to. 2. f. 92. c. 2
Mihi autem adherere Deo bonum eſt, pone in Domino Deo ſpem meam. to. 1. f. 347. c. 2
73 Rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ. to. 1. fo. 11. c. 1.
Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu fabricatus es Auroram, & Solem, &c. to. 2. f. 284. c. 2.
75 Factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. to. 2. f. 288. c. 2
Vbi diuitiarum. to. 2. fo. 197. c. 2
Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtū agent tibi. to. 2. f. 369. c. 1
Vouete, & reddite. to. 2. fo. 189. c. 2
76 Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei & delectatus ſum, &c. to. 1. fo. 352. c. 1. & fo. 357. c. 2. & to. 2. f. 417. c. 1. & f. 491. c. 1
Meditatus ſum nocte cum corde meo, & excitabar, &c. to. 1. fol. 387. c. 1
77 Et recordatus eſt, quia caro ſunt, ſpiritus vadens, & non rediens. to. 1. fo. 195. c. 1. & to. 2. fo. 230. c. 2
79 Oſtende nobis faciem tuam, &c. to. 2. f. 598. c. 1
81 Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes to. 2. f. 241. colum. 2.
83 Etenim paſſer inuenit ſibi domū, & turtur nidum ſibi vbi ponat pullos ſuos. to. 2. f. 412. c. 2
Ibunt de virtute in virtutem, &c. to. 2. fol. 390. c. 1
Melior eſt dies vna in atrijs tuis, ſuper millia. to. 2. fo. 354. c. 2. fo. 456 c. 1
84 Audiā quid loquatur in me Dominus Deus. to. 2. f. 132. c. 1. & f. 303. c. 1. & f. 386. c. 1
84 Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. to. 2. fo. 293. c. 2
85 Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. to. 2. f. 356. c. 2
86 Glorioſa dicta ſunt, de te ciuitas Dei. to. 1. fo. 338. col. 2. & to. 2. f. 242. c. 2
87 Pauper ſum ego, & in laboribus a iuuentute mea. to. 2. f. 423. c. 1
88 Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine. tom. 2. fol. 303. col. 2
Iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ. to. 2. fol. 439. c. 2
Beatus populus qui ſcit iubilationē. to. 2. f. 346. c. 1
89 Thronus eius, ſicut ſol, in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta, &c. to. 2. f. 492. c. 1
Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. tom. 2. fol. 202. col. 2
90 Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. to. 2. f. 244. c. 2
Cum ipſo ſum in tribulatione. to. 2. f. 540. c. 1
91 Iuſtus, vt palma florebit. to. 2. f. 252. c. 2
Et bene patientes erunt, vt annuncient. tom. 2. fol. 507. c. 1
92 Parata ſedes tua ex tunc. to. 2. f. 510. c. 1
Domum tuam decet ſanctitudo Domine, &c. to. 2. f. 281. c. 1
93 Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. to. 2. f. 137. c. 1
95 Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius, &cęt. to. 1. f. 273. c. 2
Moueatur mater, & plenitudo eius. to. 2. f. 277. c. 1
103 Extendens cœlum ſicut pellem. to. 2. f. 507. col. 2. & fol. 534. col. 2
Qui ponis nubem aſcenſum tuum, qui ambulas ſuper pennas ventorum. to. 2. f. 579. c. 1
De medio petrarum dabunt voces. to. 1. fol. 38. c. 1
De fructu operum tuorum ſatiabitur terra. to. 2. fol. 295. c. 1
Petra refugium herinacijs, to. 2. f. 573. c. 1
Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuā vſque ad veſperam. to. 1. f. 349 c. 1
106 Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. to. 1. f. 44. c. 2. & to. 2. f. 99 colum. 1
107 In Idumæam extendam calceamentum meū, &c. to. 2. f. 599. c. 1
108 Perſecutus eſt hominem inopem, & mendicum, &c. to. 1. f. 386. c. 2
109 Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, &c. to. 2. f. 270. c. 1
Ex vtero anſe Luciferum genui te. to. 2. f. 600. c. 1
Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. tom. 2. fol. 600. c. 1
110 Initium ſapientiæ timor Domini. to. 2. fol. 224. c. 1
Intellectus bonus omnibus facientibus eum. to. 2. fol. 227. c. 2
113 Montes exultauerūt, vt arietes, & colles ſicut agni ouium. to. 2. f. 389. c. 2
115 Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. to. 1. f. 369. c. 1
Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. to. 2. f. 463. c. 1
117 Dextera Domini fecit virtutem. to. 2. f. 593. c. 2
118 Bonitatem, & diſciplinam & ſcientiam doce me. to. 1. f. 17. c. 1
Ordinatione tua perſeuerat dies, &c. to. 2. f. 546. c. 2
Super omnes docentes me intellexi, &c. tom. 1. fol. 279. col. 2
A mandatis tuis intellexi. to. 1. fol. 547. c. 1
Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. to. 2. f. 142. c. 1
120 Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. to. 2. f. 457. c. 1
123 Anima mea, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium. to. 2. f. 549. c. 2
124 Magnificauit Dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes. to. 1. f. 353. c. 2
126 Ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris. to. 2. f. 294. c. 2. & f. 296. col. 1
129 Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. to. 2. fol. 573. c. 1
130 Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. to. 2. fol. 16. c. 1
131 Surge domine in requiem tuam, tu, & arca ſanctificationis tuæ. to. 2. f. 267. c. 2

132 Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron &c.to.1. f.99.c.1
132 Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion. to.2. f.477.c.2
135 Fecit Solem in poteſtatem diei, Lunã, & ſtellas in poteſtatem noctis.to.2. f.496.c.2
137 Super flumina Babilonis, illic ſedimus, & fleuimus, &c.to.2. f.232.c.1
138 Nox illuminatio mea in delitijs meis.to.2.fo.442. col.2.& f.458. col.1

## PROVERBIORVM.

C.1. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. to.2. fo.152.c.1
2 Si quæſieris ſapientiam quaſi pecuniam, & ſicut Theſauros effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini.&c.to.1. fol.365.c.2
3 Omnes ſemitæ illius pacificę.to.2. f.235.c.1
4 Arripe illam, & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cũ illam fueris amplexatus, &c.to.2. fo.306.c.1
4 Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem.tom.1.fo.346. col.1
6 Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.to.2.fo.421. colum.2.
5 Sit vena tua benedicta.to.2. fol.292.c.2
7 Non eſt enim vir in domo ſua, abijt via longiſſima, &c.to.2. f.276.c.2
7 Ignorans quòd ad vincula ſtultus trahatur. tom.2. fol.194. col.2
8 Ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.to.2. fol.451.c.2
9 Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem.to.1. f.16.c.2
9 Venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis, &c.to.1. fol.367.c.1
9 Da occaſionem ſapienti, & addetur ei ſapientia, to.2. fol.638.c.2
11 Mulier gratioſa inueniet gloriam. tom.2.fol.273. colum.2.
11 Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos. tom.2. fol.643.c.1
11 Fructus iuſti, lignum vitæ. tom.2.fol.294.col.2.& fol.299. c.2
12 De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis. to.2.fo.297.c.1.& f.298. col.2
12 Non cōtriſtabit iuſtum, quicquid ei acciderit.to.2. fol.543. c.2
13 Qui parcit virgæ, odit filium.to.2. fo.645.c.1
15 Reſponſio mollis frangit iram.to.2. f.643.c.1
16 Diuinatio in labijs eius.to.2. fol.398.c.2
16 Melior eſt patiens viro forti; & qui dominatur animo ſuo, &c.to.2. f.524.c.2
19 Qui negligit vitam ſuam, mortificabitur. tom.2. fol.189. c.2
20 Pondus, & pondus: menſura, & menſura; vtrunque abominabile, &c.to.1. f.288.c.2
22 Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationib. & ſcientia, &c.to.1.f.148.c.1.& to.2. 366.c.1
24 Septies enim in die cadet iuſtus, & reſurget. tom.2. fol. 243.c.2
24 Per agrum hominis pigri tranſiui, & ecce totum repleuerant vrticæ.to.2. fol.198.c.2
25 Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum.to.2. f.287.c.1
25 Mel inueniſti, comede quod tibi ſufficit, ne forte ſatiatus euomas illud.to.1. fo.62.c.1
25 Cœlum ſurſum, & terra deorſum, ſic cor regum inſcrutabile.to.2. f.504.c.1
26 Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, & magis illo ſpem habebit ſtultus.to.2. fol.648.c.1
28 Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus.to.2.fo.327. col.2.& to.2.f.224.c.2.& f.555. c.1
29 Qui delicate nutrit ſeruum ſuum ab adoleſcentia ſua, poſtea illum ſentiet contumacem. to.2.fo.97. c.1.& f.103. c.2
30 Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia hominum.
30 Omnis ſermo Domini ignitus, clypeus eſt, &cęt. tom.2. fo.506.c.1
30 Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, &cęt.to. 1.f.467.c.2.& fo.480.c.2.& fo.481.c.1
30 Sanguiſugæ duæ ſunt filię: dicentes affer, affer.to.2. f.199. c.2
30 Tria mihi difficilia ſunt, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cœlo; viam colubri ſuper petram: viam nauis in medio maris: & viam viri in adoleſcentia.to. fol.35.c.2
30 Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus, &c.to.2. fo.222.c.1
31 De fructu manuum ſuarum plantauit vineam, to. 2.fo.299. c.1
31 Byſſus, & purpura indumentum eius.to.2.fo.222. colum.2.
31 Multę filię congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.to.2.fo.267.c.2.& f.279.colum.2.& fo.288. col.2

## ECCLESIASTES.

C.1. Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibiq; renaſcens gyrat luſtrãs vniuerſa in circuitu, &c.to.1.f.73.c.2.& f.77 col.1.& to.2.f.502.c.2.& f.508. c.2
1 Omnia flumina intrãt in mare, &c.to.2.f.268. c.1
2 Sapientis oculi in capite eius.to.2. f.67.c.1
7 Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus Solem.to.1. f.480.c.2
7 Noli eſſe iuſtus multum.to.1.fo.330.c.1.& tom.2. fol. 548.c.1
7 Qui timet Deum, nihil negligit.to.1.fo.338.c.2.& to.2. f.99.c.2
10 Si ſpiritus poteſtatem habētis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.to.2. f.487.c.1
12 Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo.to.2. f.656.c.1

## CANTICORVM.

C.1. Oſculetur me oſculo oris ſui.to.1.f.362.c.2
1 Oleum effuſum nomen tuum.to.2.f.581. colum.2.
2 Curremus in odorem vnguētorum tuorum.to.2. fol.380.c.2.& f.416.c.1.& f.460. c.1
1 Introduxit me rex in cellaria ſua.to.2. f.346.c.2
1 Filij matris meæ pugnauerunt contra me. tom.2. fol. 404.c.1
1 Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, &c.to.1. 350.c.1
1 Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi, &c.to.2. fo.337.c.1
1 Pulchræ ſunt genę tuę ſicut turturis: collum tuum, ſicut monilia.to.1. fol.10.c.1
1 Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, &c.tom.2. fol.385.c.2.& f.473.c.1.& f.551.c.1.
1 Lectulus noſter floridus.to.2.f.286.c.1.& f.394 c. 1.& f.547. col.2
2 Ego flos campi.to.2. fol.286.c.2
2 Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. to.2.f.202.c.1.& f.215.c.2.& f.253. c.1

2 Fructus eius dulcis gutturi meo. to.2.fol.413.c.3

2 Introduxit me rex in cellam vinariam; ordinauit in me charitatem,&c.to.1.fol.198.c.2.& fo.367. col.2.& fol.368.c.1.& to.2.fo.188.c.1.& f. 396. colum.1.

2 Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo,to.2.f.108.c.2.& f.443.col.2. & fo.556. colum.2.

2 Leua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me.to.2. f.416.c.2

2 Surge propera amica mea, columba mea,formoſa mea,& veni,&c.to.2.fo.378.c.2.& fo. 381.c.2.& fo.387.c.1.& fol.397.c.1.& fo.408.c.2.& f.412. c.2.& f.417.c.1.& fol.421. col. 1

2 Flores apparuerunt in terra noſtra.to.2. fo.286. colum.1.

2 Ficus pertulit groſſos ſuos.to.2. f.417.c.1

2 Columba mea in foraminibus petræ,in cauerna maceriæ.to.2. fol.550.c.2

2 Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis,& facies tua decora.to.2.fo.384.c.1.& f. 441. c.1.& fo.459.c.1.& fo.550. col.2

3 In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea,&c.to.1.fo.354.c.2. & tom.2.f.445.c.2.

3 Surgam,& circuibo ciuitatem;per vicos, & plateas quæram,&c.tom. 1.fol.262.col.1.& to.2.fo.403. colum.2.

3 Inueni eum,'nec dimittam, donec introducam illum,&c.to.1. fo.348.c.1

3 Adiuro vos filiæ Hieruſalem,per capreas,&c.to.2. fo.395.c.2.& fol.550. col.1

3 Quæ eſt iſta,quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi?&c.to.2.fo.285. col.1

4 Veni de libano ſponſa mea, veni de libano,veni, &c.to.2. fol.421.c.2

4 Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum,& in vno crine colli tui.to.1.fo.20.c.2.& to.2.f.388.c.2.& fo. 397.c.1.& fo.404.c.1.& fo.460. col.2

4 Fauus diſtillans labia tua ſponſa,mel & lac ſub lingua tua,&c.to.2. f.281.c.2

4 Hortus concluſus ſoror mea ſponſa,hortus concluſus;fons ſignatus,&c.to.1.f.55.c.1.& fol.71.c.1. & to.2.fo.216.c.1.& fo.446. col. 1

4 Emiſſiones tuæ paradiſus.to.2. fol.511.c.2

4 Surge Aquilo,& veni Auſter.tom.2.fo.326.c.1.& fol. 422.c.1

5 Comedi fauum cum melle meo.to.2.fo.374.c.1.& fol. 415.c.1

5 Bibi vinum cum lacte meo.to.1.f.368.c.2. & to.2. fol.237.c.2.

5 Ego dormio,& cor meum vigilat.tom.1. f.20.c.1. & fo.350.c.1.& fo.362.col.2.& to 2.f. 129.c.1.& fol.396. c.1

5 Vox dilecti mei pulſantis,aperi mihi ſoror mea, amica mea,columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore,&c.to.2.f. 396.c.1. & f.415.c.2.& f.446. col.1

5 Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos?tom.2. fol.376.c.1.& f.409. col.1.

5 Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. to.1. f.357.c.2

5 Adiuro vos filiæ Hieruſalem,ſi inueneritis dilectũ meum,vt annuntietis ei,quia amore langueo,&c. to.1.f.341.c.2.& f.358.c.1.& to.2.fo.402.c.2.& fol. 405.c.1

6 Pulchra es amica mea,ſuauis,& decora ſicut Hieruſalem Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. tom.1.fo.65.col.1.& fo.71.c.1.& f.133.col.2. & fol.184. col.2

6 Auerte a me oculos tuos,ipſi me auolare fecerunt. to.1. f.20.c.2

6 Quæ eſt iſta,quæ progreditur,quaſi aurora conſurgens,&c.tom.1.f.65.co.1.& tom.2.fo.282.c.2.& fol.283.c.1.& fo.287.c.1.& f.416.c.1.& fo.511. colum.1.

6 Comedite amici,& bibite,& inebriamini chariſſimi.to.1.fo.366.col.2.& f.368. col.1

6 Reuertere reuertere Sunamitis,&c.to.2.f.194.c.1. & fol.241. c.2

6 Quid videtis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? to.1. f.64.c.2

7 Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis,filia Principis?to.1. f.380.c.2

7 Quam pulchra es,& quam decora chariſſima in delitijs,&c.to.1. fo.368.c.1

7 Aſcendam ad palmam,&c.to.2. f.501.c.2

8 Dabo tibi poculum ex vino condito.to.1.fol.367. col.2.& to.2. f.236.c.2

8 Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, &c.to.2. fol.582. c.1.

8 Fortis eſt vt mors dilectio. to.1 fo.20.c.1.& to.2. fol.218 c.1

8 Vir affert pro fructu eius mille argenteos. tom.2. fol.298. c.2


## SAPIENTIÆ.


C.1. IN maleuolam animam non introibit ſapientia, &c.to 2. f.300.c.2

3 Iuſtorum autem animæ in manu Dei ſunt,&c. to.2.fo.253. col.1

3 Et non tanget illos tormentum mortis.to.1.f.196. colum.2.

4 O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Alias cum charitate.to.1.f.330.c.2.& to.2.f.246 col.2.et f.253. c.2

5 Laſſati ſumus in via iniquitatis,& perditionis, &c. to 1. f.497.c.1.

6 Potentes potenter tormenta patientur.to.2.f.538. colum.1.

7 Inuocaui,& venit in me ſpiritus ſapientię,&c.to.1. fol.366. c.1

7 Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.to.2. f.454.c.2

7 Vapor eſt enim virtutis Dei;& emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſyncera,&c. Candor eſt enim lucis ęternæ.&c.tom.1.fo. 12.c.2.& f.31.c.2.& fo.438. colum.1

7 Eſt enim hæc ſpecioſior ſole,& ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum.tom.1.f.46.c.1.et to.2.f.268. colum.2.

9 Sapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominetur creaturæ,etc.tom.2. f.493.c.2.

9 Corpus quod corumpitur,aggrauat animam,et terrena inhabitatio,etcęt.tom.2. fol.446.c.2

9 Quę in proſpectu ſunt,iuuenimus cum labore,etc. tom.2. f.505.c.1

10 Et dedit illi ſcientiam ſanctorum, to.1.fo.348.c.1.

11 Omnia in menſura,et numero,et pondere diſpoſuiſti.tom.1. f 197.c.2

13 A magnitudine enim ſpeciei,et creaturæ,cognoſcibiliter poterit horum creator videri.to.2.fo.357. c.2.et f.484. col.2

16 Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas,etc.to 2.fol.253. col.2

18 In veſte enim ponderis quam habebat, totus erat orbis terrarum,et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta,etcęt.tom.1.fol. 48.c.1.et fol.373. colum.2

## ECCLESIASTICI.


1 Altitudinem cœli,& latitudinem terrę,& pro fundum abyſſi quis dimenſus eſt? to. 1. fol. 35. col. 1.& to. 2. fol. 272. c. 2
1 Initium ſapientiæ timor Domini. to. 1. f. 342. c. 1.& fol. 344. col. 2
1 Timor Domini expellit peccatum. tom. 1. fol. 254. colum. 1.
6 Fili audi,& accipe conſilium meum, & ne abijcias illud,&c. to. 1. f. 356. c. 1
12 Benefac humili,& ne dederis impio. tom. 2. fo. 207. colum. 2.
13 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. to. 1. f. 264 colum. 2.
15 In medio Eccleſiæ aperiet os eius,& adimplebit illum ſpiritu ſapientiæ. to. 1. f. 9. c. 1
18 Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. to. 1. fol. 108. c. 1
18 Ante orationem præpara animam tuam,& noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum. to. 2. fol. 72. c. 2
19 Qui ſpernit modica, paulatim decidet. tom. 2. f. 99. colum. 2.
19 In omni ſapientia diſpoſitio legis. to. 1. fol. 6. colum. 1.
21 In corde ſapientium os illorum. tom. 2. fol. 101. c. 2
22 In lapide luteo lapidabitur piger. to. 2. fol. 214. colum. 1.
24 Ego in altiſſimis habitaui,& thronus meus in colũna nubis. to. f. 135. c. 2.& f. 44. c. 2
24 Gyrum cœli circuiui ſola. to. 1. f. 76. c. 1
24 Omnium excellentium, & humilium corda virtute calcaui. to. 2. f. 462. c. 2.
24 In Hieruſalem poteſtas mea. to. 2. 279. c. 1.
24 In plenitudine ſanctorum detentio mea. to. 2. fol. 278. c. 1
24 Sicut cinnamomum,& balſamum aromatizãs,&c. to. 2. f. 278. c. 1.& f. 289, c. 2
24 Et quaſi Libanus non inciſus euaporaui, &c. to. 2, fol. 510. c. 1
24 Ego quaſi terebynthus extendi ramos meos, &c. to. 2. f. 272. c. 2
24 Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris. to. 2. fol. 294. c. 2.
24 In me gratia omnis vitæ,& veritatis. tom. 2. f. 274. col. 1.
24 Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me,&c. tom. 1. f. 60. c. 1
24 Spiritus enim meus ſuper mel dulcis. tom. 2. f. 228. col. 1.
24 Qui edunt me adhuc eſurient. tom. 1. fol. 322. c. 2
26 Gratia mulieris ſedulę delectabit virum ſuum,&c. to. 2. f. 273. c. 2
26 Gratia ſuper gratiam mulier pudorata,& ſancta. to. 2. f. 275. c. 2
26 Sicut Sol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus eius. to. 1. f. 64. c. 1
27 In monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & erumpet vt germen,&c. to. 2. f. 299. c. 1
30 Miſerere animæ tuæ placens Deo. tom. 2. fo. 208. col. 1.
31 In operibus tuis eſto velox. to. 2. f. 50. c. 1
32 Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum,&c. to. 2. f. 101. c. 2.
32 Sine conſilio nihil facias,&c. to. 2. fol. 226. c. 1
33 Pannis,& diſciplina,& opus ſeruo. to. 2. fol. 91. c. 1
34 Ipſe eſt firmamentum virtutis, regimen ardoris, & vmbraculum,&c. to. 2. f. 509. c. 1
36 Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſsio. to. 2. f. 201. col. 2.
38 Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis,& qui minoratur actu, ſapientiam percipiet. to. 2. fol. 540. c. 2.& f. 554. c. 1.
40 Gratia ſicut paradiſus in benedictione. to. 2. f. 217. col. 1.& f. 288. c. 2.& f. 292. col. 2
40 Vinum,& muſica lætificant cor, & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ. to. 1. f. 16. c. 2
40 Fili in tempore vitæ tuæ ne indigeas. to. 1. fol. 418. col. 1.
42 Melior eſt enim iniquitas viri, quam mulier benefaciens. to. 1. fol. 75. c. 1.& f. 312. c. 1.& to. 2. fol. 63. colum. 2.
42 Sol illuminans per omnia reſpexit,& gloria Domini plenum eſt opus eius. tom. 1. fol. 46. c. 1.& to. 2. f. 268. c. 1.& f. 278. col. 1
43 Sol in aſpectu annuntians, in exitu vas admirabile, opus excelſi, in meridiano exurit terram, & in cõſpectu ardoris eius, quis poterit ſuſtinere? & quæ ſequuntur. to. 1. fo. 63. c. 2.& to. 2. fol. 230. c. 1. & f. 278. col. 2
43 Tripliciter Sol exurens montes,&c. tom. 1. fol. 25. col. 2.& f. 68. c. 1.& f. 335. c. 1.& f. 352. c. 2
43 Luna in omnibus in tempore ſuo, oſtenſio temporis,& ſignum æui, a Luna ſignum diei feſti, luminare quod minuitur in conſummatione,&c. to. 1 fol. 64. col. 1
43 Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ,&cæt. to. 1. fol. 76. c. 2
44 Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. to. 2. f. 19. c. 2
45 Corona aurea ſuper mitram eius. tom. 2. fol. 241. col. 2.
50 Quaſi ſtella matutina in medio nebulę,& quaſi Luna plena. to. 1. f. 65. c. 1


## ISAIAE.


C. 1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ,& aſinus præſepe domini ſui. to. 1. f. 51. c. 1
1 Vinum tuum miſtum eſt aqua. to. 2. f. 109. col. 1.
2 Ingredere in petram, abſcõdere in foſſa humo, &c. to. 2. f. 550. c. 2
4 Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, &c to. 2. f. 264. c. 1
6 Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium, &c. vſque ibi. Plena eſt omnis terra gloria eius. tom. 1. fol. 2. col. 2.& to. 2. f. 247. c. 1.& f. 260. c. 1.& f. 489. c. 1. & f. 510. c. 2.& f. 650. c. 2
6 Volauit ad me vnus de Seraphin. to. 2. fo. 488. col. 1.
7 Si non credideritis, non permanebitis. to. 2. fo. 414. col. 1.
7 Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum,& eligere bonum. to. 1. f. 517. c. 2
8 Pro eo quod abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ currunt cum ſilentio,&c. to. 1. fol. 61. c. 1
9 Et vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, &c. to. 2. f. 23. c. 1
10 Aſſur virga furoris Domini. to. 2. fol. 96. columna. 2.
11 Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet,&c. tom. 2. fo. 285. col. 1.& fol. 285. colum. 1.
11 Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, &c. to. 1. fol. 127. col. 1.& fol. 182. c. 1.
11 Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes,&c. to. 1. f. 44. c. 2
12 Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. to. 2. f. 142. c. 2


14 Erunt

14 Erunt capientes eos,qui ſe,cæperant,ſubijcient exactores ſuos.to.2. f.101.c.1.
14 Sedebo in monte teſtamenti,in lateribus Aquilonis.to.2. f.538.c.1
16 Præparabitur in miſericordia ſolium eius. tom.2. fol. 280.c.1
19 In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan,&cęt.to.1.fol. 70. col.1.
19 Erit Iſrael tertius Aegyptio, & Aſſyrio; benedictio in medio terræ,cui benedixit Dominus, &c. to.2. f.290.c.1
24 Sicut emens,ſic ille qui vendit.tom.2. fol.194. col.2.
25 Os Domini locutum eſt.to.2. f.598.c.1
26 Tollatur impius,ne videat gloriam Dei. tom.2. fol. 459.c.1
27 Iſte omnis fructus,vt auferatur peccatū eius.to.2. fol. 297.c.2
28 Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum?ablactatos a lacte,auulſos ab uberibus.to.1. fol.21.c.1
31 Qui ambulatis,vt deſcendatis in Aegyptum, & os meum non interrogaſtis.to.1. fol.44.c.1
31 Sicut aues volantes,ſic proteget Dominus exercituum Hieruſalem protegens, & liberans, tranſiens,& ſaluans. to.1.f.177.c.1.& to.2.f.247.c.2
32 Erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium. to.2. f.140.c.2
33 Væ qui ſpernis,nonne & ipſe ſperneris? tom.2. fol. 648.c.1
35 Exultabit ſolitudo,& florebit quaſi lilium. tom.2. fol. 286.c.1.
38 Reuerſus eſt Sol decem lineis per gradus,quos deſcenderat,&c.to.2. fol.626.c.2
38 Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.to.2. fol.44.c.2
38 Meditabor vt columba.to.2. fol.387.c.1
38 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.to.2. fol.202.c.1
40 Quis menſus eſt pugillo aquas:& cęlos palmo ponderauit?quis appendit tribus digitis molem terræ?to.1. fol.36.c.2
45 Aperiatur terra,& germinet Saluatorem. tom.2. fol. 277.c.1.
45 Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator.to.2. f.329.c.2
48 Elegi te in camino paupertatis. tom.1. fol.467 col.1.
50 Induam cœlos tenebris, & ponam ſacrum operimentum eorum.to.2. fol.507.c.1
51 Brachia mea populos iudicabunt.to.2. fol.598. col.2.
52 Mundamini qui fertis vaſa Domini.tom.2.fol.45. col.2.
53 In humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Actorum.8.alias. De anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt.to.2. fol.138.c.2
57 Creauit fructum labiorum pacem.tom.2.fol.297. col.2.
59 Non eſt iudicium in greſſibus eorum.to.2.fol. 50. col.2
60 Tunc videbis,& afflues,& mirabitur,et dilatabitur cor tuum.tom.1. fol.24.c.2
63 Quis eſt iſte, qui venit de Edon tinctis veſtibus, etc.tom.2. fol.599.c.1
63 Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? to.2. fol. 243.c.2
66 Vermis eorum non morietur, etc.tom.2.fol.459. col.1.

## HIEREMIAE.

C.2. Arguet te malitia tua,et auerſio tua increpabit te,ſcito,et vide,quia malum et amarū eſt,etc.tom.2. fol.447.c.2
4 Iurabis in nomine Domini in veritate, & iudicio, & iuſtitia.to.2. fol.619.c.1
23 Faciet iudicium,& iuſtitiam in terra,&c.to.2. fol. 247. col.1
31 Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitię, mōs ſanctus.to.2. fol.289.c.1.
31 Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.to.1.f.45.c.1.& to.1.fol. 208. col.1
46 Polite lāceas, induite vos loricis.to.2.fol.284.c.2. & f.286. c.1

## THRENORVM.

C.1. Viæ Sion lugent, eo ꝙ non ſit qui vadat ad ſolennitatem.to.2. fol.438.c.1
1 Dederunt pretioſa quæque pro cibo.to.2. fol. 434.c.2
1 De excelſo miſit ignem in oſſibus meis,&c. to 2. fol.502. c.1
1 Poſuit me,quaſi deſolatam,tota die mœrore confectam,to.2. f.632.c.1
2 Conſurge lauda in nocte, in principio vigiliarum tuarum.to.2. f.540.c.2
2 Effunde ſicut aquam cor tuum.to.2. fol.202. col.2.
3 Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuabit ſe ſupra ſe.to.2. f.141. c.1

## BARVCH.

C.3. Stellæ dederunt lucem in cuſtodijs ſuis,& lætatę ſunt,vocatę ſunt,& dixerunt,adſumus, & luxerunt cum iucunditate. to.1. fol.6. colum.2.

## EZECHIELIS.

C.1. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone,& nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius;& de medio eiꝰ quaſi ſpecies electri:id eſt,de medio ignis, & ex medio eius ſimilitudo quatuor animalium, & hic aſpectus eorum,ſimilitudo hominis in eis. to.1. f.13.c.1.
1 Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis.to.1.f.44 c.2.& fol.97. c.2
1 Vbi erat impetus ſpiritus,illuc gradiebantur,&cęt. to.2. f.407.c.2.
1 Ibant, & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.to.2.f.501.c.1.& f.502. c.2
1 Et ſimilitudo ſuper capita animalium, firmamenti,quaſi aſpectu cryſtalli.to.2.f 501.c.1. & f.502. c.1.et f 508.c.1.
1 Et ſuper firmamentum,quod erat imminens capiti eorum,quaſi aſpectus lapidis ſapphyri ſimilitudo throni,etc.to.2.f.288.c.1.et f.491.c.2.et f.504. c.1.et f.508.c.1.
1 Et vidi quaſi ſpeciem electri.etc.to.2. f.309 c.1
2 Et ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber,et expādit illum coram me,qui erat ſcriptus intus,et foris.tom.1. f.43.c.2
3 Quodcunque inueneris comede,comede volumen iſtud,etcęt.tom.1. fol.6.c.2
3 Et factum eſt in ore meo ſicut mel dulce. tom.1. fol.363. c.2
3 Vt adamantem,et vt ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas eos.tom.2. fol.494.c.2

3 Benedicta gloria Domini de loco ſuo.'to.2.f.290. col.2.
9 Ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris. to.2. f.197.c.1
10 Cherubin autem ſtabant a dextris domus, &cęt. to.2 f.491.c.1
10 Cumq; ambularent Cherubin, ibant pariter, & rotæ, &c.to.2 f.491.c.1
13 Dic ad eos, qui liniunt abſq; temperatura, q caſurus ſit.to.2 f.645.c.1
14 Si fuerint in ciuitate hi tres viri (hoc eſt Daniel, Noe, & Iob) num liberabunt animas ſuas? &cęt. to.2. f.487.c.2
23 Duæ mulieres filiæ vnius matris fuerunt. tom.2. fol. 196.c.1
26 Comportabis aggerem in gyro.to.1. f.77.c.1
42 Gazophylacia templi fuerunt in ſuperioribus humiliora.to.1. f.373.c.2
44 Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, &cęt. to.1. fol. 473.c.2

DANIELIS.

C.2. Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, to.2. 283.c.2
3 Angelus Domini deſcendit in fornacem. to.2. 486.c.1
7 Et ecce alia quaſi Pardus, & alas habebat quaſi auis, quatuor ſuper ſe.to.1. f.161.c.1
7 Et antiquus dierum ſedit, &c.to.2. f.598.c.1
7 Thronus eius flammæ ignis.to.2. f.491.c.1
10 Ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti, &c.to.2.f.498.c.2.& f.500. c.1

OSEAE.

C.2. Dvcam eam in ſolitudine, & ibi loquar ad cor eius.to.2. f.385.c.1
Ipſi regnauerunt, & non ex me, &cęt.to.1. fol. 25 r.c.1
9 Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt. to.1. f.196.c.2
11 In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.to.2. f.404.c.2

IOEL.

C.1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. to.2. f.200.c.2
2 Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti, & lignum attulit fructum ſuum.to.2. f.298.c.1

MICHEAE.

C.6. Indicabo tibi homo quid ſit bonum, & quid Dominus requirat a te, &c.to.2. fol.367 col.1.
6 Humiliatio tua in medio tui.to.1. f.199.c.2

HABACVC.

C.3. Stetit, & menſus eſt terram.to.2. f.599.c.2
Incuruati ſunt colles mundi ab itineribus ęternitatis eius.to.2. f.378.c.2
3 Ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. tom.2. fol.502. c.1

SOPHONIAE.

C.1. Hieruſalem ſcrutabitur in lucernis.to.2.f.470. col. 1

ZACHARIAE.

C.1. Vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit germen ſuum, & cœli dabunt rorem ſuum, &c.to.2. f.503.c.1
11 Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederant, occidebant, &c.to.2. f.184.c.2
12 Ponam duces Iuda, ſicut caminum ignis in lignis. &c.to.2. f.502.c.1

MALACHIAE.

C.3. Ego Dominus, & non mutor.to.2. fol.597 col.2.

PRIMI MACHABAEORVM.

C.6. Et vt refulſit ſol in clypeos aureos & æreos, ſplenduerunt montes ab eis, & reſplenduerunt, ſicut lampades ignis.to.1. f.63.c.2

MATTHAEI.

C.3. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. to.1.fol.199.c.1.& f.247.c.1.& to.2.f.228. c.2.& f.526. c.2
4 Cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c.to.1. f.451.c.1
5 Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites, &c. Beati qui lugent, &c.to.1.fol.183.c.1.& f.288.c.1.& f.322. c.2.& f.440.c.1.& to.2.f.105.& f.231.c.2.& fol. 256.col.1.
5 Vos eſtis ſal terræ.&c. Vos eſtis lux mundi, &cęt. to.2. f.246.c.2
5 Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.to.1.fol.3. col.2.
5 Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cęlorum.to.2. f.13.c.2.
5 Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te.to.2. f.259.c.1
5 Ego autem dico vobis, non iurare omnino.to.2. fol.619. c.2
5 Qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, &c.to.2. f.447.c.2
6 Cum facis elemoſynam, noli tuba canere ante te, &c.to.2. f.380.c.2
6 Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, &c.to.2. f.142.c.1
6 Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, &cęt. Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos a malo.to.2.fol.101.c.2.& f.365.c.2.& f.264.c.2.& fol.443. c.1
6 Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. to.2. f.402.c.2.
6 Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.to.2.f.637.c.2.& f.647. c.2
6 Reſpicite volatilia cœli, &c.to.1. f.410.c.1
6 Et hæc omnia adijcientur vobis.to.1. f.448.c.1
6 Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum.to.1. fo.395 col.1.
7 Nolite iudicare, & non iudicabimini.to.1.fol.153. col.2.
7 In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. tom.1. fol. 253.col.1
7 Nolite ſanctum dare canibus.to.1. f.220.c.1
7 Arcta via eſt, quæ ducit ad vitam.to.1.fol.354.c.2
7 Non poteſt arbor bona fructus malos facere, &c. to.2.f.102.c.2.& f.176. c.1
7 Nunquam noui vos.to.2.fol.600. c.1

9 Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? &c. tom.2 fol.533.c.1
9 Si tetigero tantum veſtimentum eius, ſalua ero. to.2 f.533.c.2
10 Gratis accepiſtis,gratis date. to.1.fol.15.c.1
10 Nolite poſſidere aurum,neque argẽtum, neque pecuniam,&c. to.1.fol.381.col.2.& 453.c.2
10 Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. tom.2 fol.252.c.2
10 Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes,to.2.fol.232 col.2. & 252.c.2
10 Qui potum dederit vni ex minimis iſtis.&cæt.to.1 457.c.1. & 484.c.1
11 Ecce ego mitto Angelum meum, &c. tom.2. fol. 485.c.2
11 Qui habet aures audiendi,audiat.to.1.fol.355.c.2 & to.2. fol.383.c.1.& 415.c.2
11 Abſcondiſti hęc a ſapientibus,et prudentibus,et reuelaſti ea paruulis. to.1.fo.437.c.1
11 Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius,&c. tom.1.fol.9 c.2
11 Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati eſtis, &c.To.2. fo.256.c.1.& 446.c.2
11 Iugum enim meum ſuaue eſt,& onus meum leue. to.2. fol.447.c.1.& 483.c.2
12 Non remittetur ei neque in hoc ſęculo,neque in futuro. to.2.f.190.c.2. & 196.c.1
12 Omne verbum otioſum,quod locuti fuerint homines,&c. to.2.fol.101.c.2.& 141.c.1
12 Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, &c. to.2.fol.223.c.1
15 Non quòd intrat in os,coinquinat hominem. to.2. fol.16.c.2
15 Et ecce mulier Chananæa,&c. tom.2.fol.541 colum. 1
16 Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. to.2. fol.238.c.2
16 Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, &c.to 1.fol.374.c.2. & to.2.115.c.2
18 Quicunq; ergo humiliauerit ſe,ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regnõ cęlorum. to.1.fo.467.c.1
18 Angeli eorum in celis ſemper vident faciem patris, &c. to.2.fol.486.c.1
18 Si autem peccauerit in te frater tuus. to.1.fo.306 c.2. & to.2.fol.180.c.2
19 Si autem vis ad vitam ingredi,ſerua mandata. to.2 fol. 613.c.2
19 Si vis perfectus eſſe,vade,vende omnia,&cæt.to.1 fol.455.c.1. et to.2.f.115.c.2
19 Diues difficile intrabit in regnum cęlorum. tom.1 fol. 441.c.1
19 Centuplum accipiet,& vitam æternam poſſidebit. to.2. fol.542.c.1
20 Simile eſt regnum cęlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam,&c. To.1.f.50.c.2
22 Omnia parata,venite ad nuptias. to.2.f.144.c.2
22 Et vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. to.2.f.218.c.2
22 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. to.2.f.144.c.2.& 601.c.2.& .615.c.1
23 Nolite vocari rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter, &c. to.2.f.262.c.2
24 Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & Aquilæ. to.2.f.327.c.2
25 Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis, &c. to.2.fol.233.c.2
26 Bonum erat ei,ſi natus non fuiſſet homo ille. to.1 fol. 219.col.2
26 Si poſſibile eſt,tranſeat a mę calix iſte. tom.1 fol. 435.c.2
26 Veruntamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu. to.1.f.122.c.1. & to.2.f.565.co.1.2
26 Diſcipuli,relicto eo,fugerunt. to.1.fo.443.c.2


## MARCI.


C.4. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. to.2.fol.108.c.1.& 2
8 Miſereor ſuper turbam,quia ecce iam triduo ſuſtinent me. to.2.f.536.c.2
10 Difficile qui pecunias habẽt in regnum Dei introibunt. to.1.f.457.c.1
13 Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro,quem qui inuenit homo vadit.&c.tom.2 fol. 456.c.1
14 Reiecta ſyndone,nudus profugit ab eis. to.2 fol. 443.c.4
16 Linguis loquentur nouis,ſerpentes tollent, &c. tom. 2.fol.22.c.1


## LVCÆ.


C.1. NOmen Virginis Maria. to.2.fol.268.c.1
1 Dominus tecum. to.2.fol.278.c.2
1 Inueniſti enim gratiam apud Deum. to.2.f.271 colum.2
1 Ecce ancilla Domini. tom.2.fol.270.c.2 & 281.col.2
1 Exurgens autem Maria abijt in montana cum feſtinatione,&c. to.2.f.270.c.2
1 Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me?&c. to.2.f.281.c.2
1 Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis,&c. to.2.f.515.c.2
2 Gloria in altiſſimis Deo,et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. to.2.fol.637.c.2
2 Vocatum eſt nomen eius Ieſus,&c. tom.2 fol. 481.col.1
2 Et in ſignum,cui contradicetur,&c. tom.2 fol. 215.col.1
2 Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. to.2 fol. 271.col.1
3 Facite fructus dignos pęnitentiæ.to.2.fol. 636.c.2
5 Duc in altum,& laxate retia veſtra in capturam. tom.1.404.c.1. & to.2.f.11.c.1
6 Menſuram bonam,& confertam,& coagitatam,& ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. tom. 2.f.454.c.2
8 Vobis datum eſt noſce myſterium regni Dei,ceteris autem in parabolis. to.1.fol.437.c.1
6 Nihil tuleritis in via,neque virgam,&c. tom.1 fol. 45.c.1.& 481.c.2
9 Siquis vult poſt me venire,abneget ſemetipſũ,&c. tom.2. fol.76.c.2
10 In eadem autem domo manete edentes, & bibentes,quæ apud illos ſunt. tom.1.fol.445.c.1 & 456.col.2
10 Dignus eſt enim operarius mercede ſua. tom.1 fol. 385.col.1
10 Veruntamẽ in hoc nolite gaudere,quia ſpiritus vobis ſubijciuntur. to.2.f.25.c.2
10 Et ipſe intrauit in quoddam caſtellum,& mulier quędam,&c. to.2.fol.546.c.2.& 552.c.2
10 Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima, &c. to.2.fol.395.c.1
10 Porro vnum eſt neceſſarium. tom.1.fol.363.c.2 & 371.col.2.& to.2. fol.38.c.2
10 Maria optimam partem elegit, &c.tom.2.fol.555 c.2.& 637. col.2
11 Amice commoda mihi tres panes.to.2.f.264.co.2


11 Si in

11 Si in digito Dei eijcio dæmonia.tom.2.fol.598.c.2
11 Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum.tom.2. fol. 206.c.1
11 Decimatis mentam,& rutam,& omne olus,& præteritis iudicium,&c. to.2.fol.640.c.2
12 Deſtruam horrea mea,& maiora faciam. tom.2. fol. 116.c.2
12 Ignem veni mittere in terram,&c.tom.1.f.335.c.1 & to.2. fol.219.c.1
14 Et cęperunt ſimul omnes excuſare,primus ei dixit, Villam emi,&c. to.2.f.215.c.1
14 Compelle intrare. to.2.f.87.c.2.& 236.c.1
14 Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum,&c. tom.2. f.622.c.2
14 Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, &c. to.1. fol.409.c.2.& 465.c.1
15 Quæ mulier habens dragmas decem, ſi perdiderit dragmam vnam,&c. to.2.f.205.c.1
16 Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. to.1. f.415.c.1.& 461.c.1
17 Regnum Dei intra vos eſt. to.1.f.344.c.1.360. c.1.& to.2. f.418.c.2
17 Duo in lecto vno;vnus aſſumetur,& alter relinquetur,duæ erunt,&c. to.2.fol.470.col.1.& 448 colum. 1
18 Quoniam oportet ſemper orare, & non deficere. tom.1. f.391.c.1.& to.2.fol.72.c.2.& 538.c.2
21 Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula,&c. to.2.f.637.c.1
22 In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. to.1. f.344.c.2.& 353.c.2
22 Hoc facite in meam commemorationem. to.2. fol. 471.c.1
22 Vos eſtis,qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis,& ego diſpono vobis,&c.to.1.fol.369.co.2. & 370.c.2.& to.2. fol.152.c.2
22 Sed nunc qui habet ſacculum,tollat ſimiliter & peram,&c.to.1.fol.383.c.1.& 2.& 412.c.2.& 460. colum. 1
24 Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?&c. to.2. fol. 396.c.1
24 Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. to.1.fol.355.col.2.& to.2.413.c.2

IOHANNIS.

C.1. ERat lux vera,quę illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum.tom.2.f.383. colum. 1
1 Non ſum dignus,vt ſoluam eius corrigiam calceamenti. to.2.432.c.1.& 461.c.1
2 Quid mihi,& tibi eſt mulier? to.2.fol.245.c.2 & 531. col.2
2 Implete hydrias aqua. to.1.fol.61.c.1
2 Omnis homo primum bonum vinum ponit,&cęt. tom.2. f.109.c.1
3 Qui enim de terra eſt,de terra loquitur. tom.2. fol. 385.c.2
4 Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. to.2. fol. 535.c.2
4 Qui biberit ex hac aqua,ſitiet iterum,qui vero biberit ex aqua,quam ego dabo ei,&c.to.1.fol.57. colum. 1
4 Aqua,quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquę ſaliētis in vitam æternam. to.2.fol.387.c.2
4 Spiritus eſt Deus,& eos,qui adorāt eum,in ſpiritu, & veritate oportet adorare. to.3.fol.374.col.2
5 Vis ſanus fieri? to.2.fol.543.c.1
6 Operamini non cibum,qui perit,ſed qui permanet in vitam ęternam. to.1.fol.358.c.2
6 Eum qui venit ad me,non eijciam foras. tom.2. fol. 377.c.2
6 Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. to.2.fol.455.c.1
8 Inclinans ſe deorſum,digito ſcribebat in terra.to.1. fol. 560.c.1
8 Vade,& amplius noli peccare tom.1. fol. 219.c.1
8 Si ergo filius vos liberauerit,vere liberi eritis.to.2. fol. 455.c.2
8 Qui ex Deo eſt,verba Dei audit,&c.to.1.fol.35. colum. 1
8 Antequam Abraham fieret,ego ſum. to.2.f.410. colum. 1
9 Fecit lutum ex ſputo,& liniuit lutum ſuper oculos eius. to.2.fol.111.c.1
9 Vade,laua in natatoria ſiloe,&c. to.1.f.57.c.1
9 Peccatores Deus non audit. to.2.fol.22.c.1
10 Ego ſum oſtium,per me ſi quis introierit ſaluabitur,&c.tom.1.362.c.1.& to.2.f.373.c.2.& 414. colum.2.
10 Et ingredietur,et egredietur, & Paſcua inueniet. to.2. fol.600.c.2
11 Domine quem amas,infirmatur. tom.2.f.559. colum. 1
11 Sed quia fur erat,et loculos habens. to.1.fo.459. colum. 2
12 Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael. to.1.f.466.c.2
12 Qui amat animam ſuam,perdit eam. tom.2. fol. 399.c.1
12 Si quis mihi miniſtrat,me ſequatur.tom.1.f.454. colum. 1
13 Si non lauero te,non habebis partem mecum.to.1. fol. 229.c.1
13 Qui lotus eſt,non indiget,niſi vt pedes lauet. to.2. fol. 376.c.1
13 Domine quis eſt qui tradet te? tom.2.fol.562 colum. 2
14 In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.tom.1 fol. 370.c.1
13 Ego ſum via veritas,et vita. to.2.fol.422.c.1
14 Spiritum veritatis,quem mundus non poteſt accipere,&c. to.1.fol.339.c.2
14 Si quis diligit me,ſermonem meum ſeruabit,etcæt. to.1.f.356.c.1. & to.2.f.401.c.1
14 Venit enim Princeps mundi huius,& in me non habet quicquam. to.1.fol.72.c.1
15 Hoc eſt præceptum meum,vt diligatis inuicem,ſicut dilexi vos. to.2.f.252.col.2
15 Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animā ſuam ponat quis,etc.tom.1.fol.442.col.2.et tom. 2. fol.252.c.1
16 Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. to.1.f.361.co.1.
16 Modicum,et nō videbitis me,et iterum modicum et videbitis me. to.2.f.537.c.1
16 Hæc locutus ſum vobis,vt in me pacem habeatis, in mundo præſſuram habebitis. tom.2.f.455 colum. 2
17 Ego te clarificaui ſuper terram. to.1.fol.361.c.2
17 Vt omnes vnum ſint,ſicut tu Pater in me,et ego in te,etc. to.1.f.130.c.1
19 Conſummatum eſt. to.2.fol.63.col.2
20 Noli me tangere. to.2.fol.575.c.1
21 Dixit eis Simon Petrus,Vado piſcari.to.1.fol.458 colum. 2
21 Simon Petrus cum audiſſet,quia Dominus eſt,tunica ſuccinxit ſe.Alij autem diſcipuli nauigio venerunt. to.1.fol.373.c.2

21 Sic cum

21 Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere, &c. to.2.f.395.c.2

## ACTORVM.

C.1. IN omni tẽpore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus. to.2.f.644.c.1
4 Sederant illis omnia communia. to.1.f.458.c.2
12 Petrus ad ſe reuerſus dixit. to.2.f.375.c.2
17 In Deo enim viuimus, & mouemur, & ſumus. to.1 fol. 22.c.1
20 Beatius eſt magis dare quam accipere. to.1.f.418 c.1. & 483.c.1

## EPISTOLÆ AD ROMA.

C.1. INuiſibilia enim Dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, &cęt. tom.1.f.22.c.2.& to.2.f.227.c.1.& 393.c.2. & 484.colum.2.
5 Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem. tom.1 fol. 179.c.2
6 Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quòd ſimul etiam viuemus cum Chriſto. tom.2. fol. 50.c.2
6 Habetis fructum noſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam. to.2.f.250.2
7 Nam velle adiacet mini: perficere autem bonũ non inuenio. to.1.f.398.c.2
7 Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. to.1.f.194.c.1
8 Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. to.2.f.250.c.2.& 381.c.1
8 Exiſtimo enim, quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, &c. to.2.fol. 250.c.1. & 351. colum.1
8 Quid oremus ſicut oportet, neſcimus. tom.1. fol. 153.c.2
8 Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. to.2.fol.543.c.2
8 Quos autem predeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit. to.2.fol. 254 c.1
9 Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis. to.2.fol.122.c.1
11 Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. to.1. fol. 10.c.1
12 Vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. to.2.fol.72.c.1
12 Non plus ſapere, quam oportet ſapere, &c.tom.2. fol. 248.c.1
12 Odientes malum, adhærentes bono, &c. tom.2. fol. 248.c.1
12 Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, &c.to.2. fol. 248.col.1
13 Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. to.1.fol.420.c.2.& to.2.fol.623.c.1
13 Qui enim diligit proximum. legem impleuit.to.2. fol. 248.c.1
13 Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, &c. to.2.fol.247.c.2
14 Tu qui es, qui alienum ſeruum iudicas? tom.1. fol. 153.c.1
14 Non eſt enim regnum Dei eſca, & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. tom.1. fol. 344.c.1.& 357.c.1
14 Omne quòd non eſt ex fide, peccatum eſt. tom.1. fol. 153.c.2
15 Deus autem ſpei repleat nos omni gaudio, &c. tom.2. fol.247.c.2

## PRIMÆ AD CORIN.

C.1. COnfirmabit vos vſque in finẽ ſine crimine. to.2. fol.251.c.2
2 Spiritualis autem iudicat omnia. to.2.fol.173.c.1
3 Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. to.2.fol.644.c.1
3 Sapientia enim huius mũdi ſtultitia eſt apud Deũ. tom.1. fol.364.c.1
4 Nolite ante tempus iudicare, &c.to.2.fol.247.c.2
4 Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. to.1.f.306.c.1
6 Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. to.2. fol. 101.c.2
6 Qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. to.2. fol. 178.c.1
6 Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. to.1. fol.269.c.1
9 Neſcitis, quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? to.1.fol.427.c.1
9 Diſpenſatio mihi credita eſt. to.1.fol.420.c.2
9 Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci.&c. to.1.fol.417.c.2
9 Sic currite, vt comprehendatis. to.2.fol.248. c.2
10 Vt non ſimus concupiſcentes malorum. tom. 2. fol. 250.c.2
10 Tentatio vos non apprehendat, niſi humana. to.2. fol. 149.c.1
11 Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. tom.2. fol. 645.c.1
11 Caput vero Chriſti Deus. to. 1.fol.11.c.1
11 Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, &c.to.1.fol.219. c.2 & 229. col.1
12 Diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus. to.2.f. 250.c.2
12 Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, &c.exinde gratias curationum, opitulationes, &c. to.1.f.422.c.1
13 Charitatem autem non habuero, nihil ſum. to.1. fol. 277.c.2
13 Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. to.2.fol. 108. c.1.2. & 248.c.2
13 Non quærit quæ ſua ſunt. to.1.f.319.c. 1.& to.2. fol. 61.c.2
13 Charitas nunquam excidit. to.2.f.377.c. 2
13 Cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. to.2.f.168.c.2
13 Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, &c. tom.1. f.224.c.1
13 Nunc cognoſco ex parte, &c. to.2.fol.552.c.1
13 Maior autem horum eſt charitas. to.2.f.411.c.1
15 Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit. to.2.f.251.c.1

## SECVNDÆ AD CORIN.

C.3. SVfficientia noſtra ex Deo eſt. tom.2.f.231. colum. 1
3 Nos vero omnes reuelata facie gloriã Domini ſpeculantes, &c. to.1.f.40.c.1.& to.2.478. c.1
4 Aperiamur, ſed non deſtituimur. to.1.fol.413. colum. 1
9 Sine mente excedimus Deo, &c. to.2.f.463.c.1
6 Adiuuantes, autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipietis, &c. to.1.f.13.c.2
6 Vt caſtigati, & non mortificati. to. 2. f.244.c.2
6 Quoniam inhabitabo mitis, & inambulabo. to.2. fol. 599.c.2
7 Sæculi autem triſtitia mortem operatur. tom.2. fol. 90.c.1


11 ſplen-

11 Ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis. to.2.fol.80.c.1
11 In itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum. to.1.f.559.c.1
12 Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus, &c. tom.1.fol.37. c.2
12 Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis &c. to.2. fol.37.c.2
12 Quando enim infirmor, tunc fortior ſum. tom.2. fol. 420.c.2

## AD GALATAS.

C.1. SI adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. to.1.f.153.c.2
2 Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. to.1. fol.344.c.1.& to.1.f.403.c.1
3 Lex propter tranſgreſſores poſita eſt. to.2.fol.251. col.1
4 Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factũ ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. to.2 fol.3.c.2
4 Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius, &c. to.2.f.247 col.2
4 Eijce ancillam, & filium eius. to. .f.249.c.1
5 Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres. tom.2. fol. 174.c.2
5 Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. to.2.fol.251.c.1
5 Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, &c. to.1.f.59.c.2
5 Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerũt cum vitijs, & concupiſcentijs. tom.1.fol.313. colum.1
6 Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c. to.2. fol.646.c.1
6 Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. to.2.fol.251.c.1
6 Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. to.2.fol.524.c.2
6 Mihi mundus crucifixus eſt, et ego mundo. tom.2. fol. 397.c.1

## AD EPHESIOS.

C.3. MIhi omniũ ſanctorũ minimo data eſt gratia hęc in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare oẽs, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in Deo, qui omnia creauit, vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei. to.1.fol.18.c.2
3 Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo, &c. to.1.fol.97.c.1.& to.2.f.337 colum.1.
3 In charitate radicati, & fundati. to.2.f.251.c.2
3 Vt poſſis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, &c. to.1.fol.322.c.1
4 Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, to.2. fol.251.c.1
4 Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit, &c. tom.2. fol. 538.c.1
4 Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret. to.2.f.251.c.2
5 Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, &c. to.2.fol. 248.c.2
5 Omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus.) to.1.fol.157.c.2
5 Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. tom.2. fol. 251.c.2
6 State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, etc. to.2. fol.252.c.2
6 Et calciati pedes in præparatione Euangelij pacis. to.1.fol.431.c.1

## AD PHILIPENSES.

C.1. REpleti fructu iuſtitię per Ieſum Chriſtum in gloriam, & laudem Dei, &c. to.2.fol.251.c.2
1 Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. tom.1.fol. 443.col.1
2 Humiliauit ſemetipſum factus obediens, &c. to.2. fol. 249.c.2
3 Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, &c. tom. 1.fol.195.c.1.& to.2.fol.252 colum.1
3 Noſtra autem conuerſatio in cęlis eſt. to.2.fol.375. colum.1
4 Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. to. 2.fol. 247.c.2.& 260.c.2
4 Non quia quęro datum, ſed requiro fructum abundantem. to.1.fol.418.c.2

## AD COLOSSENSES.

C.1. IN omni tempore bono fructificantes. tom.2. fol. 252.c.1
3 Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. to.1. fol.16.c.1
3 Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, etc. to.2. fol. 248.c.1
3 Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, &c. to.2.fo.642.c.1

## PRIMÆ AD THESSALONIC.

C.1. QVę eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos? &c. to.1.fol 17.c.2.
4 Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. to.2. fol.248.c.2
4 Nullius aliquid deſideretis. to.1.f.418.c.2. & 482 colum.1
5 Omnia probate, quod bonum eſt, tenete, &c. to.2. fol. 644.c.2

## SECVNDÆ AD THESSALON.

C.3. SI quis non vult operari, nec manducet. to.1. fol.1. 419.c.1
3 Audiuimus enim inter vos, quoſdam ambulantes inquiete, nihil operantes, &cæt. tom. 1. f. 424 col.2.& 429. col.1

## PRIMÆ AD TIMO.

C.1. FInis autem pręcepti eſt charitas de corde puro, &c. tom.1.fol.19.c.2.& 439.c.1.fol. 244 colum.1 to.2.f.247.c.1
1 Regi autem ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, &c. to.2.fol.247.c.2.
4 Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt. tom.1.fol.345.c.2. 346.c.1. & to.2.fol.82.c.1
6 Nihil enim intulimus in hunc mundum, &c. to.1. fol. 260.c.2
6 Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. to.2.fol.481.c.1

SECVN-

## SECVNDÆ AD TIMO.

C.2. NEmo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus. to.2.fol.256.c.1
2 Laborantem agricolã oportet primum de fructibus percipere. to.1.fol.421.c.1
3 Inſtabunt tempora periculoſa. tom.1. fol.404 colum.1
4 Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. tom.2.fol.224 colum.1

## AD TITVM.

C.2. IN omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, &c. to.2.fol.644.c.2
2 Vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, & iuſte, & pie viuamus. to.1.fol. 66.c.1.& to.2.f.260. col.2

## AD HEBRÆOS.

C.1. QVi cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. to.1.fol.438.c.1
1 Et adorent eum omnes Angeli Dei. to.2.fol. 517.col.2
1 Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ipſius in miniſterium miſſi, propter eos, &c. tom.1.fol.170 colum.2
2 Sancti per fidem vicerunt regna. tom.2.fol. 253 colum.1
4 Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. to.2.fol.375.c.1
5 Didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, obedientiam. tom.1. fol. 174.c.2
7 Aſſimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum. to.1.fol.253.c.1
7 Si ergo conſummatio per ſacerdotium Leuiticum erat, &c. to. 1.fol.461.c.1
9 In qua vrna aurea habens manna; & virga Aaron, &c.to.1. fol.330.c.1
9 Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta. to.1.fol.249. col.1
10 Voluntarie enim peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis, iam nõ relinquitur noſtra pro peccatis. to.1.fol.219.c.2

## IACOBI.

C.1. SI quis autem veſtrum indiget ſapiẽtia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter. to.1.f. 365 colum.2
1 Vnuſquiſq; vero tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus: deinde concupiſcentia, cum conceperit, parit peccatum, &c. tom.1.fol.115 colum.1
1 Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a patre luminum, &c.tom.1.fol.14.colum.1.& 93.colum.2.& 334 colum.2
1 Sit autem omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum, &cæt. tom.2. fol.249.c.2
1 Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. tom.2.fol.614 colum.1
1 Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem, hæc eſt, viſitare pupillos.&c.tom.2.fol. 249 colum.2
2 Quicunque autem totam legem ſeruauerit, offendit autem in vno, factus eſt omnium reus.tom.1. fol.217.c.2.& to.2.fol.623. col.2

## PRIMÆ PETRI.

C.2. VOs autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, &c.tom.2.f.246.c.2.et f. 494.col.1
2 Obſecro vos, tanquam aduenas, & peregrinos, &c. tom.2. fol.249.c.2
2 Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exẽplum, &c, to.2.fol.249.c.1
3 Si quid patimini propter iuſtitiam, beati. tom.2. fol. 250.c.1
4 Si quis miniſtrat, tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus. to.2.fol.249.c.2
5 Humiliamini ſub potenti manu Dei, &c. to.2.fol. 250.col.1

## PRIMÆ IOAN.

C.2. OMne quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis, &c. to.2.fol.84.c.2
3 Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. to.2. fol. 250.c.1
4 Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. to.2.fol.451.c.1
4 Perfecta charitas foras mittit timorem. tom.1. fol.342.c.1.2. & to.2.fol.402.c.1
4 Hoc mandatũ habemus a Deo, vt qui diligit Deũ, diligat & fratrem ſuum. to.2.fol.108.c.2.& 250 colum.1
5 Mandata eius grauia non ſunt. tom.2.fol.614 colum.2
5 Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. to.2.fol.249.c.1
5 Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cęlo; Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus; & hi tres, vnum ſunt: Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra; Spiritus, aqua, & ſanguis.tom.1.fol.35.c.2.to.2.fol.34.c.2

## SECVNDÆ IOAN.

C.1. VIdete voſmetipſos, ne perdatis quę operati eſtis. to.2.fol.647.c.2

## APOCALYPSIS.

C.1.21. & 22. EGo ſum α, & ω principium, & finis.to.2. fol. 635.c.2
1 Fui in ſpiritu in dominica die. tom.2.fol.376.c.2
1 Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis, &c. to.2.fol. 234.c.1
2 Habeo aduerſum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. to.2.fol. 78.c.2
3 Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit. tom.1.fol.324.c.1 & 25. col.1
3 Quia dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, &c. to.2.fol.197.c.2
3 Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, &c .to.2. fol. 384.c.1
3 Collyrio inunge oculos tuos, vt videas.to.2.f.232 colum.1
4 Sedes poſita erat in cœlo, &c. Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectu lapidis, &c. to.2.fol.491.c.2
4 Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis ante, & retro, &cæt. to.1.f.45 colum.2
5 Et vidi in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus, & foris. to.1.fol.111.c.1
5 Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et vidi, & ecce

& ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum Agnum ſtantem, tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnē terram. to. 1. f. 12. c. 1. & 16. c. 1
5 Dignus es Domine accipere librum & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus eſt, &c. tom. 2. fol. 246. c. 1. & 371. c. 1. & 474. c. 1
6 Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus. to. 2. fol. 424. c. 2
6 Et cœlum receſſit, ſicut liber inuolutus; & omnis mons, & inſulæ, &c. to. 2. f. 506. c. 2
7 Vidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui, &c. tom. 1. fol. 73. c. 1 & 74. col. 2
7 Benedictio, & claritas, & ſapientia, &cet. tom. 2. fol. 245. col. 2
8 Væ, væ, væ habitantibus in terra. to. 2. fol. 266. c. 2. & 267. col. 1
12 Signum magnum apparuit in cœlo; mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, &c. to. 1. fo. 65. c. 2 & 69. c. 1. & 72. c. 2. & tom. 2 fol. 350. c. 1. & 510. colum. 2
14 Nemo poterat dicere canticum, niſi illa cētum quadraginta quatuor millia, &c. to. 2. f. 247. c. 1
14 Opera enim illorum ſequuntur illos. to. 2. fol. 420 colum. 2
16 Vidi de ore Draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudo prophetæ, &c. to. 2. f. 618. c. 2
17 Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. to. 2. f. 245. c. 1
18 Vidi angelum alium deſcendentem de celo, habentem poteſtatem magnam, &c. to. 2. f. 269. c. 1
20 Libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. to. 1. f. 43. c. 1
21 Vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam, &c. to. 1. fol. 241. c. 2
21 Suſtulit me in ſpiritu, &c. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ ſunt per ſingulas, &c. tom. 1. fol. 39. c. 1
22 Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum, &c. to. 1. f. 1. c. 1. & to. 2. f. 501. c. 1
22 Lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium. tom. 1. fol. 60. c. 1. & to. 2. fol 298. c. 1
22 Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni, vt ſit poteſtas eorum, &c. to. 2. f. 356. c. 1

INDEX AVCTORITATVM SACRAE PAGINAE per Seraphicum Doctorem S. Bonauenturam, in vtroque ſuorum opuſculorum volumine expoſitarum finitur.

# D. BONAVENTVRÆ SERAPHICI DOCTORIS PARVORVM OPVSCVLORVM PARS PRIMA.

## ET PRIVS IN SACRAE SCRIPTVRAE Libros principium.

### Sacræ paginæ nobilitatem, excellentiam, atque primatum appoſitiſsimis ſententijs probat.

OStendit mihi dominus fluuiū aquæ, ſplendidum tanquam cryſtallum, in medio plateæ Hieruſalem, procedentem de ſede Dei & agni; Et ex vtraque parte fluminis lignum vitę, afferēs fructus duodecim. Probatiſſimæ perfectiſſimæque legis integritas circontionatur ex multifaria nobilitate cauſarum, quas ſanctus enumerat Iſid. ſic inquiēs. Erit lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem patriæ, loco temporique conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta, † ne aliquid per obſcuritatem incautum captione contineat, nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta. Iſtis conditionibus legem legum, quæ à rege regum inſtituta eſt, eſſe præeminentiſſimè venuſtatam, ſacram. ſ. ſcripturam, Beatus Ioannes Apoſtolus & Euāgeliſta & Propheta aſſerit, ſibi diuinitus eſſe reuelatam, cum dicit. Oſtendit mihi Dominus, &cæt. Quoniam autem in deſcriptione rerum excellentiſſimarum mentis humanæ acies inualida, quæ (vt dicit Auguſt.) in excellenti luce non figitur, vtitur ſenſibili manuductione rerum naturalium, pro eo quod ſe habet intellectus noſter ad manifeſtiſſima naturæ, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis, vt philoſophus dicit in primo primæ philoſophiæ libro, Hinc eſt quòd Propheta lucem diuinæ ſapientiæ contemperat obtutibus noſtris, notificando eam tranſumptione ſymbolica, ſeu ſub metaphora, vtitur ſenario rerum numero ad inſinuandam eius perfectionem, comparando eam rebus.

Apoc. 21.

Ethym. li. 5.c.21. Diſtin.4. erit autem lex.

† Videlicet, ne alicui p eius obſcuritatem laque' paretur.

De Trinit. lib.1.c.1.

Scripturæ Sacræ perfectio ſex rebus comparatur.

| | |
|---|---|
| Eminentiſſimis. | Efficaciſſimis. |
| Affluentiſſimis. | Specioſiſſimis. |
| Perſpicuiſſimis. | Communiſſimis, |

Eminentiſſimis, propter altitudinem dignitatis,
Quid diuino ſolio eminentius?
Affluentiſſimis, propter plenitudinem bonitatis;
Quid fluuio affluentius?
Perſpicuiſſimis, propter certitudinem veritatis;
Quid aqua viua clarius, & cryſtallo tranſlucentius?
Efficaciſſimis, propter magnitudinem virtutis, vel poteſtatis; Quid ligno vitæ efficacius?
Specioſiſſimis, propter pulchritudinem claritatis.
Quid ſplendore ſpecioſius?
Communiſſimis, propter amplitudinem charitatis,
Quid medio plateæ communius?

*Eſt enim Sacræ Scripturæ.*

Inattingibilis altitudo, propter auctoritatem inuiolabilem.
Inexhauſtibilis plenitudo, propter profunditatem imperſcrutabilem.
Infallibilis certitudo, propter proceſſum irrefellibilem.
Impretiabilis valetudo, p.p fructum inæſtimabilem.
Incontaminabilis pulchritudo, propter puritatem impermixtibilem.
Incoarctabilis amplitudo, propter diffuſionē irreſtringibilem.
Inattingibilis altitudo auctoritatis inuiolabilis, commēdat efficientem.
Inexhauſtibilis plenitudo profunditatis imperſcrutabilis, extollit materiam.
Infallibilis certitudo proceſſu irrefellibilis, vel inconfutabilis, commendat formam.
Impretiabilis valetudo fructus inæſtimabilis, commendat finem extra.
Incontaminabilis pulchritudo aſcenſus interminabilis commendat finem ſupra.
Incoarctabilis amplitudo diffuſionis vniuerſalis, commendat finem intra.

Oēs alias ſciētias excellit ſacra ſcriptura, omniumque cauſarum perfectiones in ſe aggregat.

2.Pet.1.
Pſal.44.

Vt ſcientiis ſecularibus, inflatricibus cordium, obductricibus intellectuum, nulla ſuperſit occaſio gloriandi aduerſus ſcripturam ſacram, cum ab ea excedantur in omnium nobilitate cauſarum. Nam ſubiectum ſanctarum ſcripturarum eſt ſubiectum increatum, agens increatum, finis increatus. Forma, quæ eſt modus agendi, eſt ſtylus Spiritus ſancti, ſtylus inſpiratus. Calamus ſcribæ velociter, &cæt. Et ſi quæ ſunt nobilitates degeneres, vt antiphraſice loquar, in mundanis ſcientiis, non collectim, ſed ſparſim reperiuntur in ſingulis. Nam metaphyſicam inouiunt mundi ſapientes, eſſe ſcientiarum ſuarum nobiliſſimam, propter vniuerſalitatem ſubiecti. Nam eſt de ente ſecundum quod ens. i. de ente ſecūdum omnem entis differentiam, quæ eſt ſubſtantia, accidens, idem, & diuerſum, actus, & potentia, vnum, & multa. Ens enim primum in prima philoſophia ſubiectum eſſe non poteſt, quia philoſopho primo ens primum inquiritur. De ſubiecto autem in ſcientia præcognoſcendum eſt, & quid eſt, quòd dicitur per nomē, &

quia eſt,& nullo modo debet inquiri, vt philoſophus dicit. Scientiam mathematicam dicunt eſſe nobiliſſimam,propter certitudinem modi.Sciētiam de amima, propter nobilitatem ſubiæcti.Moralem propter vtilitatem finis,qui eſt beatitudo creata, id eſt miſera, quam dicit ille,eſſe actum perfectum ſecundum virtutem.

Sed omnium nobilitates cauſarum aggregantur in diuina ſcientia.

Nam in quantum eſt progreſſio quædam,& ſcaturigo fontis ęterni,habet ex efficiente nobiliſſimo auctoritatem inuiolabilem.Et hoc notatur cum dicitur procedere de ſede Dei,& agni.

Inquantum vero eſt fluuius aquę viuæ,habet ex ſubiecto nobiliſſimo profunditatem imperſcrutabilem.

Inquantum vero oſtenſus, reuelatus,& inſpiratus,habet ex nobiliſsimo modo proceſſum incōfutabilem.

Inquantum ſplendidus,habet certitudinem infallibilē.

Inquantū cryſtallinus, pulchritudinē incōtaminabilē.

Inquātum lignum vitæ afferens fructus duodecim, habet ex fine nobiliſſimo fructum deſiderabilem.

Inquantum in medio plateæ Hieruſalem, habet amplitudinem incoarctabilem.

Quantum neceſſe fuerit in editione legis inattingibilis,altitudo auctoritatis inuiolabilis, liquet interius perſcrutanti.Si.n.in cognoſcibilibus, ſeu opinabilibus illud, quod auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur,qua probatur,vt Hierony.dicit; Niſi fuerit euidenti ratione ſuffultum,hoc multo magis poſſet in agendis accidere, maximè cum ſenſus, & cogitatio humani cordis prona in malum ab adoleſcētia ſua,ſemper nitatur in vetitum,& repugnet his etiam,ad quæ rationis naturalis inſtinctus inclinat. Licet autem locus ab auctoritate concludens,infirmus,& inartificialis appelletur,pro eo quòd nō proprio argumento, ſed aliunde parato teſtimonio vtatur,qui arguit, vt Boetius docet, plerunq; tamen auctoritates proborum, ratio ſuæ credulitatis aſſenſum citius exhibet, quā diſputatione communi,vt pulcherrimè docet Tul. Et hoc quidem in notitia fidei manifeſtum eſt,vbi cū ratio veriſſima, licet profundiſſima lateat,ſecundum Ricar.ipſa tamen vis auctoritatis ad aſſentiendum indicat,quia,ꝙ ſcim⁹, & intelligimus rationi,ꝙ verò credimus, debemus autoritati,dicit Auguſt.Sic etiam in operabilibus conſueuit accidere,vt pondus auctoritatis inclinet ad actum, pręcipuè ſi graue ſit, ꝙ pręcipitur, vel ratio præcepti legis occulta,aut cum voluntas informandi per legem, eſt à legis manuductione remota.Et certe legis diuinæ præcepta erant maximi ponderis, & vſq; adeo latentia quòd in pleriſq; locis veteris teſtamenti videbantur expertia rationis.Tanta inſuper erat cordium Iudaicorū duritia,tanta perfidia,ꝙ neceſſe fuit,pondus auctoritatis adhiberi,ꝙ corda obdurata,& obfirmata cōfringeret.Et huius inuiolabilis auctoritatis pondus inſinuatur,cū diuina lex dicitur ab arce deitatis.i. à ſede Dei, & agni procedere. Oſtendit mihi fluuium,procedentem de ſede Dei,& agni.Nomen.n.Dei ſecundum formalem nominis impoſitionem,ſignat auctoritatis præſidentiam.† Dicitur enim Deus græcè ſecundum Damaſc.à thein, vel theryn vel theathæ ſeu theaſaſtai ꝙ ſonat videre,conſiderare,circuire, circum fouere. Et hoc quidem ex hebraica veritate manifeſtius eſt; Nam quando debebat inſinuari inexcogitabilis ſuperexcellētia auctoritatis diuinæ eſſentiæ, quę nihil eſt eorum, quæ ſunt,vt Dionyſius dicit,ſed ſuperexiſtēs,& ſuperdea.Hoc nomen Deus,nequaquam communibus literis ſcribebatur, ſed exarabatur illis caracteribus, quę nomen magnum Dei tetragammaton efficiunt, vt docet Origenes. Quod nomen tantę auctoritatis, tantęque venerationis erat apud hebręos, quòd ipſum nomen ineffabile dicebatur non,quòd ſenſibibilibus verbis exprimi nō poſſet,ſed quia ſenſu,& intellectu creaturę,ſignificatum eius diffiniri non poterat, ſecundum Bedam.Iſtius ſanctiſſimi nominis ſignificatum incomprehenſibile,tria comprehendit,in quibus ſuperexceſſiua Dei dignitas omnem auctoritatem excedit.ſcilicet.

Hieron. in Matth.

Gene.8.

Lib. 2. Topic.c. 5.

Lib.2.Retho.

De Tr. li. 1.

Lib. 1. ortho. fidei. † Tex. Damaſceni ſic habet, Deus dicitur theos à thein, i.currere, & diſponere vniuerſa,vel ab athein vrere; vel à theaſthai, .i.ab intuē do omnia.

De Diui. nomi.

Super lib. num.c.22.

Sup exod cap. 28.

Primitatem inanteibilem.

Vniuerſalitatem illimitabilem,ſiue poteſtatem.

Aequitatem inobliquabilem.

Tria Dei nomen cō præhēdit.

Si enim omnipotens Deus,à cuius fonte manat fluuius ſcripturarum,nō haberet primitatem in eſſendo, & principalitatem in dominando,inciperet vtiq;, tam eſſe, quàm habere. Omne autem,quod incipit,incipit per motum,vel mutationem,vt probatur in 8. phiſicorum. Deus autem eſt mouens immobile omnino ,vt vult philoſophus in eodem,ergo non incipit nec eſſe, nec habere.Habet igitur primitatem omnino inprincipiabilem.

Probatur:Omne illud in cuius ſubſtantia admiſcetur potentia,ſecundum id quod habet de potentia,poteſt non eſſe,quia quod poteſt eſſe, poteſt non eſſe, vt philoſophus probat & Damaſc.Deus autem non poteſt non eſſe.In Deo igitur non eſt potentia ad eſſe,nō igitur incipit eſſe,nec per motum, nec per mutationē, quia motus eſt actus entis in potentia ſecundum quòd huiuſmodi.Hinc eſt,quòd propheta Dauid Spirituſancto afflatus,videns in Deo authoritatem inuiolabilem propter primitatem imprincipiabilem dicebat. Deus qui dominatur in virtute ſua in ęternum.Si enim eſſentia & virtus ab eſſentia fluens, comparantur ad idem principium,& ad eandem cauſam,quia quod eſt cauſa eſſentiæ eſt cauſa virtutis,& quod eſt cauſa virtutis,eſt etiam eſſentiæ,vt dicit Damaſcen.& philoſophus;Cōſequens eſt,vt qui dominatur virtute ſua, & non aliena,ſit etiam virtute ſua. Propterea frequentiſſime in ſcriptura ad inſinuandam Dei primitatem,dicit; Deus Deorum,rex regum,dominus dominantium. Includit etiam nomen Dei, non tantum primitatem imprincipiabilem,verum etiam poteſtatem, ſiue vniuerſalitatē illimitabilem,per quam euidens efficitur inuiolabilis diuinæ maieſtatis auctoritas.Hæc autem Dei poteſtas eſt illimitabilis,& incoarctabilis. Incoarctabilis quidem,quia vniuerſitatem creatorum includit.Illimitabilis verò,quia terminum durationis excludit. Nam in Iudith legitur.Deus cęlorū:Creator aquarum, & Dominus vniuerſę creaturæ.Quantum ad vniuerſitatis ſubiectorum incluſionem.Et in Exo.Dominus regnabit in æternum & vltra. Quantum ad termini durationis excluſionem.Cum.n.in omnibus agentibus hoc ſit vniuerſaliter verum, quod quanto agens perfectius habet formam qua agit,tanto ipſum eſt potentius in agēdo,vt quanto aliquid eſt calidius, tāto potentius eſt in calefaciendo.Et ſi calor eſſet infinitus in calido, haberet vtique calidum potentiam infinitam ad calefaciendum, ex quo diuina eſſentia per quam intelligimus Deum agere,eſt infinita,neceſſe eſt,potentiam eſſe infinitam.Omnes philoſophi attribuerunt infinitum principio,vt dicit Ariſtot.

9. Metaphy.

Pſal. 65.

Deute. 10

1. Thi. 6.

Apoc. 19

Iudith. 9.

Exodo. 15

Phiſi. 3.

Comprehendit tertio incomprehenſibile nomen Dei inobliquabilem æquitatem,per quam oſtenditur immobilis,& inflexibilis diuinæ auctoritatis iuſtitia.Si enim formali probatione Deus eſt veritas per eſſentiā, vt in Io.dicitur.Ego ſum via veritas & vita,& nomina in abſtracto eſſentiam ſignificantia dicant impoſſibilitatem permixtionis oppoſitorū, nihil eſt conuenientius,quàm vt rectitudo diuinæ iuſtitiæ reprehendi nō poſſit.Fouet autem diuina iuſtitia & approbat bona, delet & ordinat mala,ſecūdum quòd Moyſes teſtatur, Deus magne miſericors & clemens; patiens & multæ miſerationis & verax; qui cuſtodis miſericordiam

Ioā. 14.c.

Exod. 34.

in millia,

in millia,& auſers iniquitatem, ſcelera atque peccata, nulluſque apud te per ſe innocẽs eſt. Et Sap. 12. Cum iuſtus ſis, iuſtè omnia diſponis, virtus enim tua iuſtitię initium eſt. Has excellentiſsimas auctoritates & conditiones ſoli Deo proprias, ſuccincto & ſubtili ſermone complectitur Dionyſius, ſic inquiens. Dominatio Dei non ſubditorum excellentia tantum eſt, ſed bonorum & optimorum perfectiſsima, & omnimoda poſſeſsio, vera & immutabilis firmitas.

Sap. 12.

De diuin. nominib. cap. 12.

Vera & immutabilis firmitas, arguit æquitatem inobliquabilem.

Omnimoda poſſeſsio, vniuerſalitatem illimitabilem.

Perfectiſsima vero dominatio, primitatem imprincipiabilem.

De his conditionibus Moyſes ait. En domini Dei tui cœlum eſt, & cœlũ cœli, & terra & omnia quæ in ea ſunt. Ecce poteſtas vniuerſalis. Dominus Deus noſter, ipſe eſt Deus deorum, & dominus dominantium. Ecce imprincipialis primitas. Qui perſonam non accipit, nec munera. Ecce inobliquabilis æquitas. Ex iam dictis elucet inuiolabilis diuinæ maieſtatis auctoritas. Nam virtus auctoris, & pondus auctoritatis ſemper æquantur. Vnde diuina auctoritas vendicat ſibi infinitam abſolutionem, & abſolutam infinitatem. Propter quod dicit Auguſtinus, quod maior eſt diuinæ legis auctoritas, quam humani ingenii perſpicacitas, cũ tamen anima rationalis capax ſit infiniti obiectiuè, non tantum in affectu per dilectionem, ſed etiam in aſpectu per apprehenſionem.

Deu. 10. c.

Super Ge. Lib. 2. c. 2.

Quamuis aũt lex omnis ordinata, cauſam efficientem & exemplarem habeat Deum, qui eſt ars plena omnium rationum viuentium, vt dicit Auguſt. Nam æterna & ſumma lex eſt, a qua omnis lex inferior, quę iuſtitiam habet, emanat, vt docet idem Aug. lib. 1. de libero arbit. Et ſecundum illud Prou. 8. Per me reges regnant & legũ conditores iuſta decernũt. Lex tamen ſacræ ſcripturæ peculiariſsimo nomine, & prærogatiua ſpecialiſsima, dr̃ procedere de ſede Dei. Oſtendit (inquit) mihi fluuium procedentẽ de ſede Dei. Eſt. n.

6. de Trin.

Prou. 8.

Lex Dei qualiter nobis tradita ſit.

Per verbum increatum edita & inſtituta.

Per verbum inſpiratum recitata.

Per verbum incarnatum conſummata.

Per verbum authenticatum promulgata.

Eccl. 1. & 37.

Dicitur enim verbum Dei, verbum verbi incarnati.

Verbum veritatis & ſapientiæ.

Verbum virtutis & potentiæ.

Verbum vitæ. & Verbum gratiæ.

Heb. 1. Ioan. 1. Luc. 4.

Cum. n. lex humana ſit conſtitutio populi, quã maiores natu ſanxerunt cum plebibus, ſecundum Iſidor. Legem ſcripturæ ſacræ ſapientia Dei ſolius inſtituit, nihil adinuentionis humanæ permixto, populi tñ hebraici de ſuſcipienda lege requiſito conſenſu, ipſius legis imponendæ nõ expreſsis articulis, vt patet in Exo. Et quod plus eſt, lex Moſaica quo ad principaliorem eius partem, a Deo per angelicum miniſterium, toti populo ſenſibilibus verbis expreſſa, donec ad vocẽ domini territus populus rogaret, vt ab ore Moyſi reſiduum legis audiret, ſecundum ꝙ patet in Exod. Quæ tandem ob perpetuitatem memoriæ in tabulis lapideis legitur fuiſſe conſcripta digito Dei viui.

Li. 6, ethy. c. 10.

Exo. 19.

Exod. 20. 32. & 34.

Fuit tertio, verbo virtutis, ſignis & prodigiis confirmata. Signis.

Legem præcedentibus. Legem concomitantibus. Legem ſubſequentibus.

Signa legem præcedentia præſagiebant legis approbationem.

Signa legem concomitantia ſanciebant legis inſtitutionem.

Signa legem ſubſequentia conferebant legis inſtitutæ, & approbatæ promulgationem, ſicut habetur in Exodo diffuſè per totum.

Fuit quarto per verbum incarnatum conſummata, & verbo verbi incarnati promulgata, in conſummatione plenitudinis temporũ, Chriſto moralia legis exequente, iudicialia temperante, cœremonialia m veritatem exhibente, figuralium veritatẽ elucidante. Et hoc quando miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret. Similem namque non habens in legiſlatoribus Deus, ſupra debitum ſe legi ſponte ſubdidit, non tantũ quã tum ad moralium præceptorum executionem, verum etiam ad quorundam figuralium ſuſceptionẽ, circuncisionem namque ſuſcepit, & ſecundum legem Moyſi cum typico ſacrificio præſentatus fuit in templo.

Legis conſummatio atq. perfectio per Chriſtum

Ad Gal. 4. Iob. 36.

Luc. 2.

Et quamuis legamus in veteribus hiſtoriis, quoſdã legibus ſe propriis ſubdidiſſe, vt ad inſtitutæ legis obſeruantiam ſubditos vinculo fortiori conſtringerent, cum tamen de lege communi conſtiterit, legiſlatores & principes non eſſe legibus propriis de neceſsitate ſubiectos, Hoc tamen nullo modo, facto Chriſti comparabile eſt, quia illi delinquere poterant, ac per hoc correctione legis egebant, & honeſtum eſt, vt lator legis præ cæteris ſecundum leges viuat. Chriſtus autem, qui legi ſeſe ſubdidit, in deitate ſummè bonus, in humanitate, ſecundum capacitatem creaturæ, ſummè ꝑfectus, nec ad malum poterat declinare, nec ſecundum virtutum intenſionem quo ad ipſum in gratiæ bono proficere. Propter quod regimine nullius legis egebat, vnitum, ſibi perſonaliter habens ius diuinum, vel legis æternæ, & ius naturale virtutum omnium vltima cõpletione firmatum. Aliter autem Chriſtus moralia legis impleuit, conſilia perfectionis addendo, & ſupplẽdo, quæ non exprimebantur in lege, ſcilicet paupertatis, caſtitatis, &c.

25. q. 1. ca. rdeo. §. his ita.

25. q. 1. ca. cõfidimus

Qualiter autem Chriſtus iudicialia temperauerit, & per conſequens amplioris charitatis oſtenſione perfecerit, patet in Mathæo, vbi de lege talionis faciens mentionem, tam in damno rerum, quam corporũ, docet non vinci a malo, ſed vincere in bono malum. Cæremonialia & figuralia Chriſtus adimpleuit euacuando, & euacuauit adimplendo, quãdo ſignificati ſui veritatem exhibuit, & abſcondita produxit in lucẽ. Propter quod dicit Auguſt. Verum Dei verbum omnia gentis illius promiſſa, omnes prophetiæ, ſacrificia, ſacerdotia, & cuncta omnino ſacramenta ſonuerunt, venit Chriſtus, & adimpleta ſunt omnia. Et idem ait Hoc ſacramentum, hoc ſacrificium, hic ſacerdos, hic Deus, antequam veniret factus ex fęmina.

Matthe. 5.

Epiſto. ad Voluſi. 3.

4. de Trin.

De omnibus his modis adimpletionis, & conſummationis legis a Chriſto loquitur idẽ Saluator, in Mattheo, dicens. Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Ibi. n. lex accipitur pro omnibus, quæ in veteri teſtamento contenta ſunt, vt Origenes dicit.

Matthe. 5.

Veriſsimè ergo fluuius ſacræ ſcripturæ dicitur procedere de ſede Dei. Vnde Rab. Hæc, inquit, ſola eſt, quæ vocatur lex Dei. Quę enim ſunt præter illam, opera ſunt humanarum adinuentionum. Sic ergo deſcribitur origo ſcripturæ ſub metaphora rerum eminentiſſimarum, propter altitudinem dignitatis, cuius eſt inattingibilis altitudo, propter auctoritatem inuiolabilem, ex qua miro modo commendatur efficiens.

Super lib. num. 18.

Secundo tranſmittitur ſcripturæ ſacræ materia ſub metaphora rerum affluentiſſimarum, propter plenitudinem bonitatis. Eſt enim eius inexhauſtibilis plenitudo, propter profunditatem inſcrutabilem. Vñ & fluuius aquæ viuæ dr̃. Oſtendit, inquit, mihi dominus fluuium, &c. Licet autẽ abyſſalis profunditas ſãcrarum ſcripturarũ nobis inſcrutabilis ſit, diſpenſatiuè tamen a ſpiritu ſancto actũ eſt, vt in fluuiis, ſcripturarũ agnus peditet, & elephas natet, ſecundum Gregor.

Scripturæ ſacræ mira profunditas.

In prolo. morali.

Eſt autem iſte fluuius.

Voluptuoſiſſimus, propter doctores ſuauisſimarũ delectationum.

Luminoſiſſimus, propter odores limpidisſimarũ ſpeculationum.

Diuinæ & prophanæ ſcientię antitheſis. Ignitisſimus, propter feruores ardentisſimarum inflã mationum.

Impetuoſisſimus, propter vigores ſublimisſimarum eleuationum.

Et hinc eſt, quod in ſcriptura dicitur. Fluuius voluptatis, fluuius veritatis, fluuius charitatis ſeu igneus, & fluuius rapidus.

Econtra fluuius mundanæ ſcientiæ eſt,

Fluuius torridus, exſiccans flumina gratiarum.

Fluuius turbidus, obfuſcans ſplendores intellectuũ.

Fluuius tepidus, tepefaciens amores affectuum.

Fluuius turgidus, tumefaciens expresſiones affatuum.

Lib. de ſacræ ſcript. inſtõne. Quam mulcebres, & quam dulces ſuauitates hic fluuius effluat, docet Casſiodorus, ſic inquiens. Intuemini ſodales egregii. Quam mirabilis, quam dulcis ſit ſapor diuinarum ſcripturarum, deſiderium ad cœleſtia ſemper erigens, ſatietas ſine fine, eſuries glorioſa bonorum, Quid enim in illis literis ſuauitatis pariter, & vtilitatis non inuenietis, ſi intendatis in eis purisſimo lumine veritatis? Modo ſiquidem charitatem Dei, & proximi monet, Modo vt ſęculi peritura contemnas inſinuat: Modo vt illam patriam recorderis, in qua es perpetuo menſuras infundit, patientiam prædicat, ſpẽ tribuit, humilitatem proficuam laudat, ſuperbiam ſẽper ruinoſam accuſat, Modo eleemoſynas creberrimè fieri perſuadet. Quot ſunt ibi verba, tot præmia: Hæc Casſiodor⁹. Hic eſt ille fluuius, qui egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, & fidelis animæ, & militantis eccleſiæ: Qui inde diuiditur in quatuor capita, ſcilicet. Geneſi. 2. Scripturarum fluui⁹, 4. c. habet.

Riuos hiſtoriarum. Anagogiarum.

Allegoriarum, & Tropologiarum.

Riui Hiſtoriarum, retrahunt animam a terreſtrib.

Riui Anagogiarum, refouent animam in cœleſtib.

Riui Allegoriarum, dirigunt animam in credendis, ſeu credibilibus.

Riui Tropologiarum, ordinant animam in agendis, ſeu agilibus, ita, vt verisſimè dictum ſit per Eccle. Eccl. 39. Benedictio illius ſcilicet ſacræ ſcripturæ, quaſi fluuius inundans. Hæc eſt menſa æternarum epularum. Vbi ſi Sap. 16. quæras, quis cibus? Panis, habens in ſe omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem. Si quæras, quis Pſalm. 39. potus? Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Hic eſt ortus plantationis diuinæ. Rigabo ortum plantationis meæ, & inebriabo partus mei fructum. Eccl. 24. Propter quod Dionyſius ſcribens ad Titum dicit: Scriptura ſacra alimẽtum perfectum eſt eorum, quæ aluntur, indigentiam adimplens, infirmũ curans, refloreſſere faciens, & renouans bonum, affectum donans, a triſtitia liberans, & lætitiã largiens.

Auguſt. de ciuita. Dei lib. 22. Eſt etiam fluuius ſanctarum ſcripturarum tam luminoſus, & fulgidus, vt contentiuus ſit clarisſimarum ſpeculationum, quod admirans Auguſt. Quam certa dicit ipſe, & quam ſpecioſa omnium rerum ſcientia, vbi Dei ſapientia de ipſo ſuo fonte putatur. In ſcriptura enim vir ſapiens profunda fluuiorum perſcrutatur, & abſcondita producit in lucem. Huic ſcientię nullam Iob. 28. ſcientiam aliam eſſe comparabilem oſtendit Auguſtinus ſcribens ad Voluſia. dicens: Tanta eſt christianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte ætate, vel pueritia, vſque ad decrepitã ſenectutẽ, maximo ocio, meliori ingenio conarer addidiſcere, non quod ad ea, quæ neceſſaria ſunt tanta in eis perueniatur difficultate, ſed cum quiſq; fide tenuerit, ſine qua piè recteque nõ viuitur, tam multa, tam multiplicibus myſteriorum vmbraculis opacata, intelligenda proficientibus reſtant, tantaque in eis lucet altitudo ſapiẽtiæ, vt annoſisſimis, acutisſimis, fragrantisſimis cupiditate diſcendi, hoc congruat quod eiuſdem ſcripturæ quodã loco habetur, cũ Eccl. 18. conſummauerit homo, tunc incipiet. Iſte eſt. n. fons paruus, qui creuit in fluuium, & in lucem, ſolemq; cõuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit. Vnde Gre Heſter. 10 gor. ſuper Ezechielem, ait. Sacra eloquia viſioni maris ſimillima narrantur, quia in eis ſunt magna volumina ſententiarum, & cumuli ſenſuum. Niſi enim eam ſimilem mari propheta cerneret, non diceret. Repleta eſt terra ſcientia domini, ſicut aquæ maris opulentes. Et Auguſtinus. Quanto minor eſt auri argentique Libr. 3. de copia, quam de Aegypto ſecum ille populus abſtulit, Doct. christiana. c. 4. comparatione diuitiarum, quas poſtea in Hieruſalem Exod. 22. conſecutus eſt, quæ maxime in rege Salomone oſtenduntur, tanta ſit cuncta ſcientia collecta de libris gen- 3. Reg. 10. tilium, ſi diuinarum ſcripturarum ſciẽtiæ cõpararetur.

Eſt etiam fluuius ſacrarum ſcripturarum, fluuius ignitisſimus, propter feruores ardentisſimarum inflãmationum. Vnde & dicitur fluuius charitatis, Hunc Daniel. 7. fluuium videbat Daniel egredi a facie domini, cum diceba. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius, id eſt antiqui dierum. Huius fluuij finis eſt amor 1. Timo. 1. diuinus, quia finis præcepti eſt charitas, dicit Apoſtolus. Vnde Auguſt. lib. de doctrina chriſtiana, non præcipit, inquit, ſcriptura niſi charitatem, non culpat niſi cupiditatem. De doctr. chriſtiana Cap. 4. Ad iſtum charitatis paradiſum nos excitat. Damaſc. ſic inquiens. Pulſemus in paradiſo ſcripturarum. Damaſ. 4. lib.

Qui odoriferus eſt.

Dulciſſimus, & ſpecioſiſſimus.

Qui intellectualium volucrum cantibus amœniſsimis, circumſonat aures noſtras, qui tangit cor noſtrũ, Pſalm. 67. & contriſtatum conſolatur, ſicut columba deargentata, cuius poſteriora in pallore auri.

Eſt etiam fluuius impetuoſiſſimus, propter vigores ſublimisſimarum eleuationum. De quo fluuio dicit Iob. Fluuius ſubuertit fundamenta impiorum. Fluminis impetus, &c. Fons ortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano. Iob. 22. Pſalm. 45. Cant. 4.

Quam torridi, & quam tepidi, quam turbidi, & quã turgidi ſint fluuii areſcentes mundanarum ſcientiarũ, liquet ex eo, ꝙ Hugo libro didaſcalicõ, diuidit prima diuiſione ſcientias, in ſcientias ſacras, & ſciẽtias ethnicas. Scientia ethnica, in ſcientiam ſuperſtitioſam, & illicitam, & ſcientiam licitam. Scientiarum ſuperſtitioſarum, quales ſunt magicæ. Profanarũ ſcientiarũ proprietates.

Alia eſt Pyromantia. Alia Hydromantia.

Alia Aeromantia. Alia Geomantia.

Et id genus reliqua.

Quarum ſciẽtiarum profeſſores nefandi anathematizati, & excommunicati a iure canonico, & a iudice Deo, ſunt inſtrumenta diaboli, demergẽtes, & animas ſuas, & animas proximorum in barathrum infernale, eo quod perquirant auguriis, auſpiciis, & profanis ſortilegiis, ea quæ contraria ſunt, & diuinis præceptis, & diuinis conſiliis.

Iſtarum quatuor non ſcientiarum, ſed inſaniarum, Inferni fluuii. fluuii infernales ſunt, ſtix, lethes, Cocytus, Phlegeton. Stix, odium, lethes, obliuio, flegethon, ardẽs, cocytus, luctus. Et illæ inſaniæ ducunt in obliuionem diuinorum beneficiorum, & præceptorum. In ardores prurientium concupiſcentiarum. In algores odiorum, Et in luctus æternorum ſuppliciorum.

Scientiarum autem ethnicarum licitarum, ſunt.

Logica, Phyſica, Ethica,

Secun-

Secundum Hieronymum, & ſecundum Auguſtinum ad Voluſianum.

Scientia Logica cum ſit ſcientia de ſermone. Alia Grammatica. Alia Dialectica. Alia rethorica. Harum duæ abſq; dubitatione, cum plus ſint modi ſcientiarum q̃ ſcientiæ, fundamẽtaliter faciunt ad intelligentiã diuinorũ. Tertia vero Rhetorica cum buccis tumentibus, plus eſt inflatrix intellectuum, quàm illuminatrix.

Scientia verò phyſica extenſo nomine.

Alia eſt Metaphyſica. Alia Mathematica.

Alia Naturalis.

Scientia metaphyſica cum conſideratione quidditatum nudiſſimarũ, & abſtractiſſimarum, ac per hoc & inſipidiſſimarum, nullum ſaporem dat effectui.

Scientia verò mathematica cum conſideratione magnitudinum, quæ abſtrahunt à materia, & à motu, nec ſenſum deuotionis, nec motum bonæ operationis dat affectui.

Scientia verò naturalis, quæ motum concernit, & materiam, & ſua obſcuritate obfuſcat intellectum, & propter dubietatem cauſarum naturaliũ penè in omnibus naturalibus contriſtat affectum. Vnde & Ariſtoteles harum ſcientiarum, vel inuentor, vel profeſſor præcipuus, propter latentiam cauſæ fluxus, & refluxus maris, in profundum maris (vt de eo legimus) ſe ſubmerſit.

Scientia verò ethica.

Alia eſt monaſtica. Alia Oeconomica.

Alia Politica.

Et iſtarum ſcientiarũ vnus eſt finis. ſ. beatitudo creata plena miſerijs, quæ quidem beatitudo non eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, ſed econtrà, eſt motus omnis veri boni conſolatione priuatus, Contra iſtorum vnumquemq; inuehit Hieremias propheta. Et quid tibi (inquit) vis in via hac, vt bibas aquã turbidam. Vnde Auguſtinus de vera religione. Omiſſis (ait) & repudiatis nugis theatricis, & poeticis diuinarum ſcripturarum cõſideratione paſcamus animum, atque potemus vanæ curioſitatis fame & ſita feſſum, & æſtuantem, & phantaſmatibus, tanquam pictis epulis, refici ſatiariq; capientem. Tranſite (inquit) ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Nulla.n. ſcientia mũdana adimplere poteſt animam, quia in eis docetur tantum veritas creata. Omnis autem creatura vanitati ſubiecta eſt. Vanum autem eſt, quod nõ confert ad plenitudinem continentię. Et hæc de materia ſcripturæ ſacræ dicta ſufficiant.

Hier.c.2.

Eccleſ. 24.

Roman.8.

Comparat tertio forma ſanctarum ſcripturarum rebus perſpicuiſſimis, propter certitudinem veritatis, & rebus ſpecioſiſſimis, propter pulchritudinẽ claritatis. Eſt.n. ſacræ ſcripturæ infallibilis certitudo, propter proceſſum inconfutabilem. Et incontaminabilis pulchritudo, propter lucem inobfuſcabilem. Et hoc notatur, cum dicitur. Splendidum tanquam cryſtallum. Dicitur autem forma, quæ eſt modus agendi, forma cryſtallina, quia ſecundum Iſidorum cryſtallus oppoſitus ſolis radijs, adeo rapit flammam, vt aridis fungis ignem præbeat; & ſtilus Spiritus Sancti in traditione ſcripturarum ſuccendit corda torpentia, vel tepentia, Virtus etiam cryſtalli eſt contra ſitim & ardorem, & ſtilus ſcripturarum refocillat corda arentia. Cryſtallus inſuper tritus, & melle potatus, lacte replet vbera. Et ſtilus Spiritusſancti melle deuotionis imbibitus, lacte gratiæ replet mentis vbera, ideſt intellectum & affectum. Per puritatem autem & paruitatem cryſtallinam, congrue tranſumitur forma ſcripturarum, quia ſicut illa omnem impuritatem excludit, ita forma ſacræ ſcripturæ omnes reprehenſiones elidit, & ipſos reprehenſores refellit.

Ethy. 16.

Impij ſacræ ſcri-

Solent autem in ſcripturam ſacram quatuor genera defectuum homines infelices impingere. ſ. Iniuſtitiæ, inſipientiæ, inhoneſtatis, & ſuperfluitatis.

pturæ detrahere ſolent.

De primo errore fuerunt quidam profeſſores veteris teſtamenti, ſecundum q̃d in Ezec. ſcriptum eſt. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt: non eſt æqua via Domini. Huius erroris ex lege diuina ſumebatur occaſio, Deo dicente in Exo. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, & zelotes, vindicãs iniquitatem patrum in filios, vſq; in tertiã, & quartam generationem. Propter hęc & ſimilia quidam legem Moſaycam opinantur iniuſtam, & à Deo bono & iuſto minime datam fuiſſe, mentiuntur vt Marchioniſtæ, & Cerdoniani, ſecundum q̃d recitat Damaſc. Hunc errorem diffuſe pertractat Auguſt. contra Fauſtum & contra aduerſarium legis, & prophetarum. Legis autem iuſtitia, tam in nouo, quàm in veteri teſtamento commendatur. In Eccleſiaſtico quippe ſcriptum eſt. Legem mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarum. Et Sapientiæ 6. nominatur lex iuſtitiæ. De ipſa etiã dicit Apoſtolus. Itaq; Lex quidem ſancta & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Legis etiam diuinæ iuſtitia] velut à populi ore probatur, per humanarum rerũ iuſtitiam, quæ à diuina lege deriuatur, ſecundum quòd aperte docet Origenes. Adducitur etiam ad hoc idem pro ſigno. Quod nonnullæ leges veteris teſtamenti tanguntur in iure ciuili. Cum tamen leges Romanorum cæperint à Numa Põpilio, qui ſucceſſerat Romulo, ſecundum Iſidorum lib. 5. in principio. Hic Romulus mille annis fuiſſe probatur poſterior Moyſe, vt dicit idem Iſidorus lib. 5. in fin. Cõcordat autem iſti ſententiæ, quod veterũ legum, in quibus multa legi Dei fuere cõtraria, iam nullus vſus eſt à tempore Cõſtantini Imperatoris Chriſtiani, nouis incipientibus, & poſtea per Theodoſium Imperatorem etiam Chriſtianum; ad ordinem conuenientẽ redactis, ſecundum q̃d docet Iſidorus codẽ lib. quo ſupra. Hæc ergo omnimoda ſigna ſunt, q̃d ius ciuile ſecũdũ legem diuinam regulatur, & ordinatur, quamuis adhuc aliqua reperiãtur in eo, quæ à iure diuino diſcordent, ſicut de vſuris, & concubinis, & quibuſdam alijs paucis, ſecundum q̃d patet in canone, quæ omnino vel abrogata ſunt, vel abroganda, quia lex, quæ obuiat ſacræ ſcripturæ, & decretis Papæ, & moribus bonis, nullius debet eſſe momenti. Alij ſunt, qui inſipientiam in ſacram ſcripturã impingunt, ſecundum quòd inſinuat Apoſtolus. Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt. Impingunt autem inſipientiam rei verbi, & modi. Rei, quoniam de rebus humilibus videtur agere, vtpote de iugulatione pecorum, de lepra domorũ, vel veſtium, de contextione genealogiarum, & quibuſdã alijs, quæ parum, aut nihil ad ſapientiam animi, vel bonitatem conferre videntur, cum tam ars, quàm virtus conſiſtant circa arduum, & difficile. Talem ſe fuiſſe confitetur Aug. ante ſuam plenam conuerſionem ad Chriſtum dicens. Itaque inſtitui animum meum intendere in ſcripturas ſacras, vt viderem quales eſſent. Et ecce video rem non compertam ſuperbis, neq; nudatam pueris, ſed inceſſu humilem, ſucceſſu excelſam, & velatam myſterijs. Et non eram ego talis, vt intrare poſſem in eam, aut ceruicem inclinare ad eius ingreſſum. Sed viſa eſt mihi indigna, cum dignitati Tullianæ compararem, tumor enim meus refugiebat modum illius, & acies mea non penetrabat interiora eius. Veruntamen illa erat, quæ creſceret cum paruulis, ſed ego dedignabar eſſe paruulus.

Ezech. 18.

Exod. 20.

Lib. de hęreſi

Eccle. 24.

Rom. 7.

Lib. Numerorum cap. 27.

Attamen ſecundum veriorem chronographiam ſeptingentis annis ferè probatur poſterior.

Ius ciuile per legem diuinã regulãdum.

Diſt. 10. c. lege Imperatorum.

Diſtin. 12. Non licet.

1. Cor. 1.

Leuit. 5.

Ibidẽ. 14.

Auguſ. 3. conf.

Simplicitatis, & inſipientiæ verbi, lex diuina frequenter arguitur, ſed ab illis, qui poſt quarundam literarum ſecularium verboſam potius, quàm fructuoſam eloquentiam, ad ſacram ſcripturam recenter accedunt, ſecundũ q̃ de ſeipſo beatus Hier. ſcribit ad Euſtochiũ.

Hie. in ep. de cuſtodia virgi. ad Euſt.

Itaq; miser ego lecturus Tullium ieiunabam, & poſt cebras vigilias Plato ſumebatur in manibus. Si quando in memetipſum conuerſus, ꝓphetas legere voluiſsem, ſermo horrebat incultus, & quia lumẽ cæcis oculis nõ videbã, non oculorum putabam culpam eſſe, ſed ſolis.

Rab. c. 94.

Modum aũt tractandi, quo ſacra ſcriptura contexitur, repræhendunt indocti, ſecundũ Rabanum. Procedit.n. narrando, precipiendo, prohibendo, comminando, promittendo, qui modus potius ad legem pertinet, quam ad artem quæ procedit per modum quæſtionis, reſponſionis, oppoſitionis, ſolutionis nunc, diffiniens, nunc diuidens, nunc arguens, nunc concludens.

Methodus procedẽdi ſacræ ſcripturę.

Confutantur impiorum errores pretacti.

Erroris primi & tertij deſtructio eſt, quia ſcriptura ſacra eſt de Deo tanquã de ſubiecto nobiliſſimo & arduiſſimo, vnde theologia dicitur. Deſtruitur etiam per hoc, ꝙ omne genus veritatis & ſapientiæ in ſcriptura ſacra reperire contingit, ſecundum Auguſ. Ait.n. ſic. Quidquid homo extra ſacram ſcripturã didicerit, ſi noxium eſt ibi dãnatur, ſi vtile ibi inuenitur. Et cum ibi quis inuenerit omnia, quæ vtiliter alibi didicerit, multo abundantius ibi inueniet ea, quæ nuſquã alibi, ſed illarum tantũmodo ſcripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate diſcuntur. Idem etiam epiſtola 3. ad Voluſianum, quòd in ipſa omnis philoſophia reperitur, logica, phyſica, ethica. Iſidorus etiam de libris exẽplificat in quibus ſpecialiter prædicta tractantur, dicens. In his tribus generibus philoſophiæ, logicæ, phyſicæ, ethicæ, etiam eloquia diuina conſiſtunt. Nam aut de natura diſputari ſolet, vt in Geneſi & Eccleſiaſte, aut quantum ad rerum naturalium generationem, & corruptionem, & alterationem, Aut de minoribus, vt in Prouerbijs, & in omnibus ſapiẽtialibus libris, Aut de logica, pro qua noſtri Rhetoricam ſibi vendicant, vt in Canticis & Euangelijs. Caſſiodorus ſuper Pſalm. Ad veritates in ſpeciali deſcendit, oſtendens, ex quibus locis ſcripturarum ſacrarum philoſophi veritates libris ſuis inſertas acceperunt, nunc de topic. Ariſtot. nunc de geometria Euclidis, nunc de alijs philoſophis faciens mentionem. Vnde libro de ſacræ ſcripturæ inſtitutione ſic dicit in prologo. Conſtat quidem in origine ſpiritualis ſapiẽtiæ, ſcilicet ſcripturæ ſacræ, aut diſciplinarum, aut artium liberalium initia ſeu indicia fuiſſe ſeminata, quæ poſtea doctores ſecularium literarum, ad ſuas literas prudentiſſimè tranſtulerunt. Quod apto loco in expoſitione pſalterij fortaſſe declarabimus. Rectè ergo dicitur in Eccleſiaſtico. In omni ſapientia diſpoſitio legis. Et non immerito, quia in diſpoſitione Angelorum data eſt. Actuum 7. De libro Iob ſic dicit Hierony. ꝙ omnes leges dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, confirmatione determinat, cuius verbi Caſſiodorus, vbi prius faciens mentionem, ſic ait. Si ita eſt, immo quia aliter eſſe non poteſt, quod tanti viri probat auctoritas. Vbi ſunt qui dicunt artem dialecticam à ſcripturis ſanctiſſimis non incepiſſe. Contra iſtos loquitur Baſilius. Nullus argumentationem illorum qui de Cœlo diſputant, diſputationi ſpiritualium velit conferri ſermonem, quantum enim caſte viuentium mulierum pulchritudo, meretricæ formoſitati præponitur, tantum noſter ſermo dignoſcitur prælatus eſſe illorum doctrinæ. Vnde in libro Sapientiæ dicitur. Candor eſt lucis æternæ, & cætera.

De doctr. chriſt. li. 2.

Iſid. Ethi. li. 2. c. 24.

Caſſiodo. in pſalm.

Idem Caſſiodorus.

Eccleſ. 19.

Hier. epiſtola. 3.

In Exame ron. ho. 3.

Sap. 7.

Contra ſecundos ſcripturam arguentes de ſimplicitate dicendi, & defectu eloquentię, loquitur Auguſ. Vbi literarum ſacrarum auctores intelligo, non ſolum nihil eis ſapientius, verum etiam nihil eloquentius mihi videri poteſt. Et audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt, quod illi loquuntur, ſimul intelligere, non aliter eos loqui debuiſſe. Sicut enim eſt quædam eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, quam ſenilem, nec iam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non conueniat eloquentis ita eſt, quæ viros ſumma auctoritate digniſſimos planeque diuinos decet. Hac illi locuti ſunt, nec ipſos decet alia, nec alios ipſa. Poſſem quidem ſi vacaret, omnes virtutes, & ornamenta eloquentiæ, de quibus inflantur illi, qui linguam ſuã auctorum noſtrorum linguæ præponunt, in literis diuinis oſtendere.

Aug. 4. de doctrina Chriſ. c. 1.

Tertium genus maculæ, quod in ſacram ſcripturam impingunt, eſt inhoneſtas, ſecundum quod patet per Auguſt. Dicebat enim Fauſtus, ꝙ Hebreorum ſcriptores tanquam lepram, aut ſcabiem, abominanda, & turpiſſima præcepta ſcilicet verbis Dei, commiſcebant in lege. Et eſt erroris huius occaſio, quòd tam de corporalibus immundicijs, quàm ſpiritualibus, mentio fit in lege diuina. Hunc errorem tangit Rab. nobilis expoſitor ſuper Leuitic. vbi de prædictis immunditijs diffuſe tractatur, ſic inquiens. Multi cum in ſcripturis ſacris talia audiunt, abominantur, auertunt auditum, & penè ſi audiant legem diuinam, quòd in ea talia ſcripta ſunt, repræhendere nituntur. Contra quos idem alibi inuehitur. Vt quid nos temeraria preſumptione arguimus lucem, quæ noſipſos nobis oſtendit, arguimus verbum Dei, quod ſine vitio vitia noſtra reprehendit. Quid agis humana ſuperbia? tantæ ſunt ſordes tuæ, in has feces deuoluta es, vt ſermo Dei qui curam tui ſuſcepit, non aliter tibi ſubuenire poſſit, niſi in ſtercora tua quodammodo manus mitteret, vt tibi ſordes detrahat, ſi dici fas eſt, ipſe contrahat. Sicut tamen radius ſolis incontaminatus cloacas penetrat. Sic ſtilus Spiritus ſancti attingit vbique propter ſui munditiam, & nihil inquinatum incurrit in illum. Scriptura ſacra quaſi tibi potio temperata eſt. Si eius amaritudo palatum tuum contriſtat, quid accuſas medicum? Deus magnus medicus, magnũ ſuſcepit ægrotum vniuerſum genus humanum. Huic languido, quia diuerſi ſunt mores, variæ egritudines, varias in verbo ſuo temperauit confectiones, quod non prodeſt tibi, prodeſt alteri. Neque enim tuum tantummodo in ſcriptura ſacra geritur negotium. Omnium eſt ibi ſalus repoſita. Si igitur ſentis te talem non eſſe, qualem ſcriptura deſcribit, gratias age Deo, qui à talibus reſeruauit. Alijs tamen adhuc languentibus, ne velis ſubtrahi medicinam. Omnis ergo, quę in volumine legis inuenis, comede, ſecundum quòd in Ezechiele ſcriptum eſt. Nil ducas ſpernendum, nil æſtimes abijciendum, ex hoc enim quod ſacra ſcriptura deteſtando narrat enormia; non ſolum non vituperari, verum etiam extolli meretur, ſecundum Auguſtinum, qui de ſpeculo, & luce ponit ad idem exemplum, ſic dicens. Peccatũ Loth, cui prohibitum eſt antequam peccaret iuſtitię teſtimonium; non modo non decolorat deitatem Dei, vel ſcripturę illius veritatem, verum etiam laudandum, diligendumque commendat, quòd tanquam ſpeculi fidelis nitor admotarum ſibi perſonarum, non ſolum, quæ pulchra, atque integra, ſed etiam, quę deformia ſunt atque vitioſa indicat. Nunquid cuiuſquam membra diſtorta deprauant lucem? ſic nec cuiuſpiam maledicta malam ſcripturam faciunt, qua prodente legentibus innoteſcunt. Veruntamen non ſemper cum turpium facit mentionem, verbis vtitur manifeſte turpibus, ſed iuxta periphraſim loqui conſueuit, quę figura circuitu, & circumlocutione verborum fœditatem euitat, ſecundum Iſidorum. Vnde & Rabanus ſic ait. capitulo de materia. Loquela Hebręa vocata fuit loquela ſanctitatis, illud autem non putes, quod fuerit, propter electionem noſtram, ſed rectè vocatum fuit hoc linguagium. In ipſo nanque non inuenies nomen vnum proprium fornicationis, nec

Contra Fau. 22. ca.

Raba. ſup Leui. c. 18.

Li. 16. c. 6.

Ezech. 3.

Contra Fau. lib. 2.

Scriptura ſacra honeſtè turpia narrat.

Ethymol. lib. 14.

inuenies

inuenies nomen impoſitum alicui membro, quod turpe eſt nominare,ſed loquuntur de eis per verba tranſumptã,& accommodata.Merito ergo vocatur lex diſciplina in Eccleſiaſt. ac ſanctiſsima ,& grauiſſima in Mach.

Eccleſ.45. 2. Macha. cap.6.

Tertius error circa modum procedendi, deſtruitur à Caſſiodoro ſuper Pſalm.in principio.Scriptura multis modis genera ſuæ locutionis exercet, diffinitionibus ſuccincta,ſchematibus decora,verborum proprietate ſignata, ſyllogiſmorum complexionibus expedita,diſciplinis irrutilans.Hæc proprie relucent in ſcriptura,& ab aliis ſanctis vſurpãtur,vt cũctis appareat prius ad exprimendam veritatem, iuſtis mentibus datum, quod poſtea gentiles humanæ ſapientiæ aptandum putauerunt. Vnde Iſidorus dicit, quod Apoſtolus ſæpe proponit,aſſumit,confirmat,atque concludit.

Ethymol. lib.2.c.3.

Sed præter illum modum tractandi ſcientialem habet ſcriptura modum ſibi proprium, quẽ beatus Gregor.eleganter deſcribit,ſic inquiens. Quamuis omnem ſcientiam, atque doctrinam ſcriptura ſacra abſque vlla comparatione tranſcendat, vt taceam, quòd vera prædicat,quòd ad celeſtem patriam vocat,quòd à terrenis deſiderijs ad ſuperna amplectenda cor legentis immutat,quòd dictis obſcurioribus exercet fortes,paruulis humili ſermone blanditur,quòd nec ſic clauſa, vt pauesci debeat, nec ſic aperta, vt vileſcat,quòd vſu faſtidium tollit,quòd legentis animum humilibus verbis adiuuat,ſublimibus ſenſibus leuat.Quod aliquo modo cum legentibus creſcit,quòd à rudibus lectoribus ſemper quaſi vetus recognoſcitur,& tamen doctis ſemper noua reperitur.Vt ergo de rerum pondere taceam, ſciẽtias omnes atque doctrinas ipſo locutionis ſuæ more tranſcendit,quia vno eodemque ſermone dum narrat textum, prodit miſterium, & ſic ſcit præterita dicere, vt eo ipſo nouerit futura prædicare.Propterea dicit Auguſt. quòd ſacra ſcriptura ſic loquitur, vt altitudine ſua ſuperbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos paſcat, affabilitate paruulos nutriat.

20.lib.mo

In Geneſ. lib.5.

Quartus defectus,quem errantes in ſcripturam ſolent impingere,eſt ſuperfluitas,dicunt enim, quòd genea logias ſuperfluas texit,& hiſtorias ꝓductas ponit, & multa inutiliter repetit.

Hunc errorem tangit,& reprobat Rabanus,dicens. Verba quædam de archanis legis ſunt, in quibus errauerunt multi.Hęc autem ſunt hiſtoriæ,& narrationes, quæ repetuntur in lege, & rememoratio generationum filiorum Noe. Et ſubiungit in fine cap.Sed ſcito, quòd cuiuſcunque rei rationem non aduertis in lege, res illa cauſam habet fortem, ſecundum quòd dixerunt ſapientes,nõ eſt aliquid fruſtra in nobis.i.in ſapiẽtia tradita nobis,quòd ſi fruſtra eſt,ex nobis eſt,id eſt, ex defectu ſcientiæ noſtræ.Nam iniuſtis,ſacra ſcriptura videtur iniuſta.Inſipientibus, ſtulta.Obſcenis, immunda.Vanis,ſuperflua.Sic è contra,ſapientibus videt omnis ſapientiæ contentiua: Propter quod Gregorius comparat eam mannæ.

In Geneſ. cap.171.

Moral.32.

Quod verò aliena ſit à ſcriptura ſuperfluitas omnis,manifeſtum eſt teſtimonio Saluatoris cum dicit. Amen quippe dico vobis, iota vnum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant,&c.Non ſolum ergo minima littera iota ſuperfluit, ſed nec littera minor apex,qui litterarum ambiguitatem diſtinguit, quanto magis nulla ſcripturæ ſacræ ſyllaba,vel dictio, vel ſentẽtia ſuperfluere poteſt?Propter quod de libris illis, qui maxime videntur narrare ſuperflua, Dicit Hierony. in Leuitico.Singula ſacrificia,immo ſingulæ penè ſyllabæ,plenæ ſunt ſenſibus.Numeri vero nõne totius arithmeticæ myſteria continent?Liber paralippomenon tantus eſt,quòd ſine eo ſcientiam ſcripturarũ ſiquis voluerit ſibi arrogare,ſeipſum irrideat.Per ſingula quoq; nomina,iuncturaſq; verborum,& prætermiſſæ in lib.Regum narrantur hiſtoriæ,& inumerabiles explicantur Euangelii quæſtiones.Vnde Caſſiodorus.In ſcripturis ſanctis nimietas non arguitur, ſed magis importunitas crebra laudatur.Et meritò, quia quanto notitia rerum ſalutarium plus diſcitur, tantò amplius credentibus atq; operantibus æterna vita pręſtatur,præterita ſine falſitate deſcribuntur, præſentia, priuſquam videantur,oſtenduntur.Futura,quaſi perfecta narrantur.Vbiq; in eis veritas regnat.Vbiq; diuina virtus irradiat.

Matth. 5. Nihil in diuinis litteris ſuperfluum.

Epiſt. 33.

Lib.de ſacræ ſcript. inſtit.

Vbiq; panduntur humano generi profutura.

Cõparatur ergo ſcripturarum ſacrarũ origo rebus eminentiſſimis, ꝓpter altitudinẽ dignitatis.Eſt.n.eius inattingibilis altitudo, ꝓpter auctoritatẽ inuiolabilẽ.

Comparatur ſcripturarum ſacrarum materia rebus affluentiſſimis propter plenitudinem bonitatis. Eſt enim eius inexhauſtibilis plenitudo,propter profunditatem imperſcrutabilem.

Cõparatur ſcripturarum ſacrarũ forma,ſiue modus agendi rebus perſpicuiſſimis,propter certitudinem veritatis.Eſt.n.eius infallabilis certitudo,propter proceſſum inconfutabilem.

Comparatur ſcripturarũ ſacrarũ forma(quę eſt modus loquendi) rebus ſpecioſiſſimis,propter pulchritudinem honeſtatis.Eſt enim eius incontaminabilis pulchritudo,propter claritatem inobfuſcabilem.

Cõparatur ſcripturarũ ſacrarũ finis rebus efficaciſſimis,propter magnitudinem virtutis.Eſt.n. eius imprætiabilis valetudo, propter fructum ineſtimabilẽ. Et ex vtraq; parte fluminis lignum vitę,&c.

Comparatur ſcripturarum ſacrarum finis extrinſecus rebus cõmuniſſimis,propter amplitudinem charitatis. Eſt.n.communiſſima habitudo, propter communicationem interminabilem.

Notatur aũt mirabilis vtilitas, tam in fructu ligni vitę,ꝗ etiã in numero fructuum.Lignum illud ex vtraque fluminis parte plantatum,Chriſtus eſt, qui eſt finis noui,& veteris teſtamẽti,quia finis legis Chriſtus eſt ad iuſticiam omni credenti. Lignum vitę legitur plantatum in medio paradiſi,in principio canonis.

Chriſtus autem fuit medium ſeptiforme.

Medium eſſentię,quod eſt de cõſideratione metaphyſici.

Medium naturę,quod eſt de conſideratione phyſici.

Medium diſtantiæ,quod eſt de conſideratione mathematici.

Mediũ doctrinę,quod eſt de cõſideratione dialectici

Mediũ modeſtię,quod eſt de conſideratione ethici.

Medium iuſtitiæ,quod eſt de conſideratione politici.

Medium concordiæ,quod eſt de conſideratione theologi.

Chriſtus nobis multiplex medium.

Medium eſſentiæ,eſt Chriſtus origine primarium.

Medium naturæ,virtuali connexione perualidum.

Medium diſtantiæ,centrali infinitate profundum.

Mediũ doctrinæ,ratiõabili manifeſtatione clariſſimũ.

Medium modeſtiæ,diſcreta electione præcipuum.

Medium iuſtitiæ iudiciali ſeueritate præcelſum.

Medium concordiæ,perfecta conciliatione pacatum.

Primum medium eſſentiæ,eſt Chriſtus in ęterna generatione.

Medium naturæ,in incarnatione.

Medium diſtantiæ,in paſſione.

Medium doctrinæ,in reſurrectione.

Medium modeſtię,in aſcenſione.

Medium iuſtitię,in iudicii examine.

Medium concordiæ in ſempiterna beatitudine.

De iſto ligno benedicto domino Ieſu Chriſto, eſt tota ſcriptura ſub ratione medij ſeptiformis. Nam de

Deo,ſeu verbo incarnando eſt vetus teſtamentum, de Deo incarnato,totum nouum teſtamentum, ita qđ in veteri teſtamento verbum Dei erat medium naturarum vniendarum, ſcilicet diuinæ & humanæ. In nouo eſt medium naturarum iam vnitarum. Sed quoniam in vno quoq; prius quod carnale eſt, deinde quod ſpirituale, ideo vetus teſtamentum præmittitur.

Cur vetus teſtam. nouum præceſſerit.

Verbum Dei in veteri teſtamento humanandum.

Præfigurabatur. Præmonſtrabatur.
Promittebatur. Prædocebatur.&
Prophetabatur.

Præſagiebatur figuris. Præmonſtrabatur exemplis. Promittebatur patribus. Prædocebatur ſapientialibus documentis. Prophetabatur oraculis.

Verus teſtam.quadripartitũ.

Lib. Geneſeos figurę.

Idcirco vetus teſtamentum quadripartitum eſt, in libros legales, hiſtoriales vel exemplares, prophetales, ſapientiales. Præfigurabatur autem verbum Dei incarnandum, ſeu humanandum in legalibus figuris remotis, remotiorib. remotiſſimis. In Ge. quidem figuris remotiſſimis præſagiebatur, ortus, occaſus, triumphus, cultus. Ortus in ligno vitæ plantato in medio paradiſi, i. verbo Dei diuinæ & humanæ naturis inſerto in medio militantis eccleſiæ ſecundum Glo. occaſus paſſionis in Abel, triumphus reſurrectionis in Noe, cultus pietatis in Abraam. Aug. in quodam ſermone. A dã dixit illud verbum poſt ſoporem, benedicta filia tua dño.

Lib. exodi figuræ.

In Exodo vero figuris remotioribus præfigurabat verbum humanãdũ naſciturum in Moyſe, natum occultandum, propter Pharaonem, ſic Chriſtus propter Herodem reuelandum, ad populi captiuati liberationem, populi captiuantis interemptionem, liberati inſtructionem per legem, vt exercitatus in lege veteri, aſſueſieret ad legem Euangelii. Varietas ſacrificiorum libri Leuitici ſecundum Originem vnum verum ſacrificium quod offerendum in fine temporum, præmonſtrabat, ſcilicet Chriſtum qui eſt ſacerdos, & hoſtia.

Oĩa vetera ſacrificia portendebant Chriſtum.

Liber vero Numerorum ordinem, & connexionem membrorum Corporis Chriſti myſtici ſubtilitate mirabili præfigurabat, & ordinem eccleſiaſticæ hierarchiæ proficiſcentis in via, & peruenientis ad patriam.

In Deuteronomio, qđ eſt denuo legis repetitio, ad memoriam reducuntur beneficia Dei omnipotentis, vt arctius infigatur memoriæ incarnatio verbi, q̃ eſt beneficium beneficiorum, vbi de ſemine Iudæ prophetam ſuſcitandum commemorat, ſicut Iacob in ſuis benedictionibus commemorat. Ioſue Chriſtum, & re prę ſignat, & nomine, præcipue quantum ad diſtributionẽ terræ, quam funiculo diſtributionis diſtributurus eſt Chriſtus, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Multitudo iudicum ſibi inuicem ſuccedẽtium, vnum verum iudicem præſagiebat Chriſtum, potiſſime quantum ad triumphum reſurrectionis. Nam Samſon maximus iudicum, primo clauſus, & obſeſſus à Philiſteis, qui nocte media victis hoſtibus portas cõ fregit, figurat Chriſtum, qui nocte media cum deſcendiſſet in infernum, liberatis patribus, portas inferni confregit, cuius etiam incontaminata mater & virgo, ſignificabatur in vellere Gedeonis.

Geneſ. 49.

Act. 10. Iudices Iſrael, Chriſti Typum gerebant. Iudic. 16.

Copula maritalis Booz Iſraelitæ, & Ruth alienigenæ, ſignat coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, de gentibus quam diſcalciatus ille contempſerat. Liber regũ illum ſignificat, in cuius femore ſcriptum eſt. Rex regnum, & dominus dominantium. Qui cum ſit rex & ſacerdos, in primò libro præſignatur, vt euacuaturus ſacerdotium legale in diſpoſitione ſeu extinctione Heli, & ſubſtituturus ſacerdotium nouum in ſubſtitutione Samuelis qui non fuit de ſtirpe Aaron, tranſlaturus etiam regnum ab Iſrael in reprobatione Saulis, & confirmatione Dauid. In libro ſecundò promittitur Chriſtus de ſemine Dauidico naſciturus. In tertiò libro in figura pacifici Salomonis, præfiguratur Chriſtus, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, cuius etiã corporis myſtici typus, fuit materiale templum Salomonis. In quartò libro Regum præfiguratur Chriſtus, vt euacuaturus omnem gentilitatis ritum in interemptione pſeudoprophetarum per Eliam, & vt ſuſcitaturus mortuos in Eliſeo, vt confecturus Euchariſtiæ Sacramentum in pane ſubcinericio, vt aſcenſurus in cœlum in tranſlatione Heliæ in curru igneo. In libro Paralip. in confirmatione reperitur in primò tranſlatio ſacerdocii. In ſecundo translatio regni. Liber Eſdrę & Nehemiæ Chriſtum præfigurant quantum ad feruorem zęli, quo Chriſtus inardeſcebat ad reædificationem templi veri, quod ſumus nos. In libro Iob p̄monſtrabatur Chriſtus, vt exemplar ſummę patientiæ. In Thobia, vt exemplar ſummæ modeſtiæ. In Iudith, vt exemplar ſummæ pudicitiæ. In Heſter, vt exemplar ſummæ clementiæ. In Machabeorum, ſummæ conſtantiæ.

In libris Regum adumbratus Chriſtus.

Pulcher excurſus.

Libri ſapientiales Chriſtum redolent, vt doctorem vniuerſalem, ſicut liber Eccleſiaſticus, vt doctorem ſpecialem ad virtutis initiationem, in Prouer. Ad contemptum vanitatis, in eccleſiaſte. Ad guſtum ſuauitatis, & exemplum charitatis, in canticis. Ad ſpeculamina veritatis, in ſapientia. In Prophetis Chriſtus prænunciabatur, & poſtulabatur. Poſtulabatur quidem, per orationis inſtantiam in prophetia Pſalm. Dauid. Prænunciabat Iſaias incarnationis myſterium. Hieremias, a propriate loquendo paſſionis remedium. Ezechiel reſurrectionis trophæum. Daniel retributionis iudiciũ. Duodecim Prophetæ, in anguſtia vnius voluminis coarctati Chriſtum præſagierunt, ſicut ipſum duodecim Apoſtoli prædicauerunt, vt numerus teſtium eſſet non tantum ſufficiens, ſed abundans. Nouum teſtamentũ quia continetur in veteri ſicut rota in rota. Nihil enim eſt aliud nouum teſtamentum, quam vetus ſpiritualiter expoſitum, diuiditur conformiter veteri teſtamento. Continet enim ſeu agit de verbo incarnato Chriſto, qui eſt gigas geminę ſubſtantiæ quantum ad naturam. Geminæ potentiæ, quantum ad efficaciam ſeu officium, ſcilicet Deus, homo, rex, ſacerdos.

Libri ſapientiales Chriſtum vbique redolent.

Prophetæ eundẽ promittunt.

Nouum teſtamẽtum eũdem exhibet.

Primum eſt Euangelium ſecundum Mattheum, in quo agitur de Verbi incarnati humanitate.

Secundum eſt Euangelium ſecundum Marcum, in quo agitur de eius regia poteſtate.

Tertium ſecundum Lucam, in quo agitur de eius Sacerdotali dignitate.

Quartum ſecundum Ioannem, in quo de eius Deitate. De Chriſto autem quo ad iudicii diſtrictionem, & ſempiternam beatificationem agitur in Apocalipſi, qui eſt liber propheticus.

De Chriſto quãtũ ad corporis ſuis myſtici tribulatione, in actibus. Quantum ad corporis myſtici totius eruditionẽ vniuerſalem, in canonicis epiſtolis. Quantum ad corporis myſtici membrorum eruditionem ſpecialem, in epiſtolis Pauli.

Sunt libri no. teſtam. ſi partiales epiſtolæ numerentur inſolidum lib. 27. qui numerus eſt ſecundus cubicus ter, tria, ter.

Aliter ſunt octo. Et quanto amor eſt perfectior timore, & paucitas amabilior multitudine, tanto nouum teſtamentum perfectius, & amabilius veteri teſtamento.

Qui octonarius eſt primus cubicus.

Finis principij Seraphici D. Bonauenturæ, in libros ſacræ ſcripturæ.

SANCTI

# SANCTI BONAVENTVRAE Doctoris Seraphici.

## Ordinis minorum, ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalis, & Epiſcopi Albanen.

Super Gen. liber, qui luminaria Eccleſię intitulatur, ſiue illuminationes, ſiue de quinque viſionibus.

*Sermo primus, quòd Eccleſia eſt congregatio rationaliũ. Synagoga uero brutaliter viuentium, & quod multiplex eſt medium.*

Eccl. 15. IN medio Eccleſiæ aperiet os eius, & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, &c. In verbis iſtis docet ſapiens prudentem, quibus debet ſermonem depromere. Vnde incipere.

Vbi terminare.

Matth. 7. Primò, quibus debet loqui, quia Eccleſiæ, non enim dandum eſt ſanctum canibus, nec margaritæ ſpargendæ ſunt inter porcos.

Secundò, vbi debet incipere, quia à medio, quod eſt Chriſtus, quod medium ſi negligatur, nihil habetur.

Tertiò vbi terminare, quia in plenitudine, ſeu ad impletionem ſpiritus ſcientiæ, & intellectus.

Sed primò loquendum eſt de nobiſipſis, & videndum quales eſſe debemus. Si enim oculo infirmo exponatur radius, potius excecatur, quam illuminatur. Loquendum eſt ergo Eccleſiæ, quæ quidem eſt conuocatio rationalium. Synagoga autem eſt congregatio gregum, & hominum brutaliter viuentium. Eccleſiæ loquendum eſt, quæ quidem eſt vnio rationalium vniformiter, & concorditer vnitorum.

Per concordẽ, & vniformem cuſtodiã diuinæ legis.
Per vnionem, & concordẽ cohærentiã diuinæ pacis.
Per vniformem, & concordem conſonantiam diuinę laudis.

Hæc autem ordinata ſunt, quia laus eſſe non poteſt, vbi non eſt pax, nec diuina pax, vbi non eſt obſeruatio diuinæ legis.

De concordi, & vniformi cuſtodia diuinæ legis ſcribitur primò ad Timot. 3. Vbi dicitur.

Hæc ſcribo tibi fili Timothee, vt ſcias, quomodo oporteat conuerſari in domo Dei, quæ eſt eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. Eccleſia dicitur columna, & firmamentum, & quia mentis illuſtramentum, & quia virtutis ſtabilimentum, quia venientes ad eam illuſtrantur per fidem, & ſtabiliutur per virtutis conſtantiam. Et hæc duo facit lex diuina. Vnde eſt columna filiorum Iſrael, per cuius motum apparent omnia, quomodo agendumẽ, & quomodo quieſcendũ. In hoc n. omnes eccleſiæ concordant, vt cuſtodiant legem Dei, vt olim totus populus motum nubis aſpiciebat. Qui ad hanc non aſpicit ſemper, non eſt de vnitate eccleſiæ, vt ſi non eam intelligas, & ſi intelligas, & non ſequaris. (Lex Dei ẽ colũna fidelium.)

Eccl. 3. Iterum loquendum eſt eccleſiæ rationalium vnitorum per conformem, & conordem cohærentiam diuinæ pacis. Vnde dicitur in eccleſiaſtico; Filii ſapientiæ, eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia, & dilectio. Eccleſia enim ratio diligens ſe eſt. Dilectio enim naſcitur ex legis impletione. Lex. n. præcipit dilectionẽ, dicẽte Apoſtolo. Finis præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Et alibi. Qui diligit proximum legem impleuit. Et probatur per verbum Saluatoris dicentis. In his vniuerſa lex pendet, & (1. ad Thimot. 1. Rom. 13. Matth. 22.)

propheta. Oportet ergo, vt legis obſeruatores ſint amatores, dicente Ioan. In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem, & Apoſtolus. Non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis. (Ioan. 13. 1. Cor. 14.)

Item, loquendum eſt eccleſiæ rationalium vnitorũ, per vniformem, & concordem conſonantiam diuinæ laudis, vt in Pſalmo. Apud te laus mea in eccleſia magna. Sicut ex multitudine vocum vnitarum (ſecundum quandã proportionẽ, & armoniam) dulcedo fit cantus, ſic ex multorum affectione, armonia ſpiritualis placẽs Deo altiſſimo, auctore pſalmographo. In eccleſiis benedicite Deo domino de fontibus Iſrael. Qui autem ſunt obſeruatores diuinæ legis, ſunt amatores diuinæ pacis, & perſolutores diuinæ laudis. His debet fieri ſermo. (Pſal. 21. Pſal. 67.)

Qui autem rapitur à gratia, eſt extra eccleſiam, & illi ſermo non decet. Rapitur autem ſpiritus carnalitatis, & cupiditatis, contra primum. Hi duo ſpiritus auertunt hominem a lege Dei, & excecant duos oculos mentis. Lex enim Dei præcipit bonum commune, & bonum ſpirituale, & retrahit ab amore fœdo, qui eſt carnalitatis, & ab amore priuato, qui eſt cupiditatis. Lex quippe odioſa eſt, & carnalitatis, & cupido, nec vterque vnquam audire vult. Sunt. n. ſicut canis, & porcus. Canis ſemper cupidus, & nunquam communicare volens. Porcus autem in loco ſemper eſſe vult immundo.

Item contra cohærentiam pacis, ſpiritus malignitatis & crudelitatis, inuidus, & iracundus. Et hi duo totũ peruertunt. Inuidus omne bonum cõuertit in malum. Iracundus omne malum in bonum, etiam ipſam redditionem mali reputat bonum. Et ideo dicit Iſa. Ponunt tenebras lucem, vel lucem tenebras. Vnde non ſunt idonei ad audiendum legem Dei. (Iſa. 5.)

Iterum contra conſonantium diuinæ laudis ſpiritus præſumptionis, & curioſitatis, ita quod preſumptuoſus Deum nõ magnificat, ſed ſe laudat. Curioſus autem deuotionem non habet. Vnde multi ſunt tales, qui vacui ſunt laude, & deuotione, & ſi habeant ſplendores ſcientiarum. Faciunt enim tales more veſparum, quæ nõ habent fauum mellis, ſicut apes, quæ mellificant. Talibus enim iam dictis non eſt faciendus ſermo, quia ſunt domus exaſperans. Et aliquando propter indiſpoſitionem auditorum, facit dominus linguam adherere doctorum palato. Sed loquendum eſt, vt fratribus. Narrabo nomẽ tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Et vt viris ſpiritualibus, vt à ſapientia mundana trahantur ad ſapientiam chriſtianam. Præceſſit enim impugnatio vitæ Chriſti in moribus per malos theologos, & doctrinæ Chriſti, per falſas opiniones & per argumenta Ariſ. Non enim redeundum eſt in Ægyptum, per deſiderium vilium ciborum, alliorum, porrorũ, peponum, & dimittendus cibus cęleſtis. Et ſic patet primum. (Pſal. 21.)

Circa ſecundum nota, quod incipiendũ eſt à medio, quod eſt Chriſtus. Ipſe eſt enim mediator Dei, & hominum, tenens medium in omnibus. Vnde à Chriſto incipiendum eſt, vt veniatur ad ſapientiam Chriſtianam. Cuius probatio eſt, quia nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, &c. Sicut ergo ſpecies ducit in cognitionem obiecti, ita verbũ, ſeu filius, qui eſt ſpecies patris, ducit in patris cognitionem. Vnde ſignantiſſime dicebat Philippus. Oſtẽde nobis patrem, & ſufficit nobis. (Matth. 11. Ioan. 14.)

Alia ratio eſt, quia ab illo incipiẽdum eſt, a quo duo maximi inceperunt, Moyſes diuinæ ſapientiæ inchoator, Ioannes diuinæ ſapientiæ terminator. Moyſes dixit. In principio creauit Deus cœlum, & terram, id eſt in filio ſecundum Auguſtin. Ioannes vero intonuit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & hoc erat in principio apud (Gen. 1. Ioan. 1.)

Deum

Deum,omnia per ipſum facta ſunt.Si ergo ad notitiam creaturæ perueniri non poteſt, niſi per id quod factum eſt,neceſſe eſt,vt ante omnia verbũ verax præcedat te.

Eccl. 37. Col.2.

Tertia ratio eſt,quia in Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ,& ſcientiæ Dei abſconditi.Ergo Chriſtus eſt medium omnium ſcientiarum.

Eſt autem ſeptiforme medium.

Chriſtus ſeptiforme medium.

Eſſentiæ,quod eſt metaphyſicum, & æternali originatione primarium.

Naturæ,quod eſt phyſicum, & eſt virtuali diffuſione perualidum.

Diſtantiæ, quod eſt mathematicum, & eſt centrali profuſione profundum.

Doctrinæ,quod eſt logicum, & eſt rationabili manifeſtatione præclarum.

Modeſtiæ, quod eſt ethicum, & eſt morali electione præcipuum.

Iuſtitiæ, quod eſt politicum, & eſt iudiciali examinatione præcelſum.

Concordiæ,quod eſt theologicum,& eſt vtili conciliatione pacatum.

Medium eſſentiæ fuit Chriſtus in æterna gñatione.
Medium nature fuit Chriſtus in incarnatione.
Meditim diſtantiæ fuit Chriſtus in paſſione.
Medium doctrinæ fuit Chriſtus in reſurrectione.
Medium modeſtiæ,fuit Chriſtus in aſcenſione.
Medium iuſtitiæ,erit Chriſtus in futuro examine.
Medium concordiæ,erit Chriſtus in ſempiterna beatificatione.

Primum ergo medium eſt eſſentiæ, æternali generatione primarium. Eſſe autem conuenit primo enti ſecũdum rationem triformem.

Habet.n.primum ens. Eſſe ex ſe ipſo,ꝙ eſt in ratione principij originantis. Pater eſt huiuſmodi.

Habet eſſe ſecundum ſeipſum, quod eſt in ratione medij exemplantis.Verbum eſt huiuſmodi.

Habet etiam eſſe propter ſe ipſum, quod eſt in ratione termini quietantis.Spiritus ſanctus eſt huiuſmodi.

Ad Rom. 11.

Hunc triphariũ modum eſſendi tangit Apoſtolus, cum dicit.Ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Hæ tres perſonæ æqualiſſimæ nobilitatis ſunt, quia æquæ nobilitatis eſt Spiritui ſancto perſonas terminare, ſicut in patre perſonas originare, & in filio omnia præſentare. Licet autem metaphyſicus ex conſideratione principiorũ ſubſtantiæ particularis, & creatæ ad eſſentiã vniuerſalẽ,& increatam aſſurgat, vt habet rationem principij ſummi, & finis vltimi, non tamen in ratione patris,& filij,& ſpiritus ſancti.Metaphyſic.enim aſſurgit, ad illud eſſe conſiderandũ in ratione principij omnia originantis.Et in hoc conuenit cũ phyſico,qui origines rerũ conſiderat. Aſſurgit ẽt ad æternũ ens conſiderandum,rõne vltimi finis.Et in hoc conuenit cũ morali,ſiue ethico,qui reducit omnia in vnũ finẽ,ſiue vnũ ſummũ bonum, conſiderando fœlicitatem practicam, ſeu ſpeculatiuam,& ſic conſiderat fœlicitatem, ſicut finem vltimũ,licet veram fœlicitatem non nouerit. Sed inquantũ metaphyſicus conſiderat primum ens, in ratione omnia exẽplantis, cum nullo cõicat, & eſt verus metaphyſi.Pater enim ab æterno dixit ſe,& dicendo ſe, genuit ſpeciem ſimillimam ſibi. Et hæc ſpecies eſt expreſſa a patre,& expreſſiua totius paternæ ſciæ, & potentiæ.Iſtud eſt medium,in quo relucẽt omnia,ſpecies, forma,exemplar,verbum,imago, ſimilitudo,ars,filius. Ars plena omnium rationum viuentium.Dicit Auguſ. Iſtud eſt mediũ,quod eſt veritas, liber lucis illius,quæ veritas dr̃. Vnde Chriſtus habens cathedram in cœlo, docet interius in animo. Nec aliquo modo aliqua veritas ſciri poteſt,niſi per inſplendentiam æternæ veritatis. Huius quidem prima ratio eſt, quia eadem ſunt principia eſſendi & cognoſcendi.Secunda ratio eſt, quia ſcibile eſt æternũ ſecundum philoſophum, & nihil ſcitur,niſi immutabile.Neceſſe eſt ergo,vt ſciatur per veritatem immutabilem,incõcuſſam,& incoanguſtatam.Iſtud eſt medium perſonarum neceſſario, quia perſona eſt,quæ producit,& non producitur, & perſona quæ producitur,& non producit,neceſſaria eſt perſona, quæ producitur,& producit.

Aliter Metaphyſic⁹, aliter Theologus de Deo diſſeruit.

6. De Tri. c.27.

Hæc eſt ergo veritas ſola mente perceptibilis,in qua addiſcunt angeli,prophetæ, philoſophi,quæ vera dicũt de iſto medio. De iſto medio legitur in Gene. Produxit Dñs Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendũ ſuaue, lignum etiã vitæ in medio paradiſi.Docet Aug. ꝙ de omnibus productis dictũ eſt,fiat, fecit,factum eſt,præterquam de luce.Ratio autem eſt, quia primo producta fuit ab æterno, in arte æterna.Secundo in creatura intellectuali. Tertio in mundo ſenſibili.Hoc eſt contra errores gentiliũ,qui credunt mũdũ productum ab æterno,quia enim mentes noſtræ cognatæ ſunt æternis luminib.putant, vt ſicut res productæ ſunt in arte æterna ab æterno,ſic etiam ab æterno creatæ ſunt in mundo iſto.Et ſicut mundus ab æterno ſcriptus eſt in arte eterna, ſic deſcriptum putant in materia. Intelligitur autem preaſſignata auctoritas de paradiſo terreſtri, de intellectu angelico, de intellectu humano,de intellectu diuino. Paternus.n.intellectus dicẽdo ſe,genuit verbum omnium expreſſiuum, quod eſt ſimile ſibi,immo ſimilitudo ſua. Quod quidem exprimit ipſum patrem, & res quæ per ipſum factæ ſunt, & fiendæ,& factibiles, & eſt principaliter ductiuũ ad patris vnitatem fontaliſſimam. Et ſecundum hoc,filius Dei eſt lignum vitę plantatum in medio paradiſi.Quia per hoc medium reddimus,& viuificamur in fonte vitę. Si vero curioſitate temeraria trinitatem immenſam ſecundum rerum naturalium experientiam metiamur, ſi altiora nobis quęſierimus, ſi ſcrutemur maieſtatem, opprimemur à gloria. Tunc guſtamus de ligno vetito, ligno ſcilicet ſcientię boni & mali.Hoc mõ guſtauit lucifer de vetito. Si enim lucifer contemplando illam veritatem, de notitia creaturę reductus fuiſſet ad patris vnitatem, feciſſet de veſpere mane diei, & guſtaſſet de ligno vitę.Sed quia cecidit in delectationem, & appetitum excellentię,fecit de mane veſpere. Simili modo, Adam miſit manum ad lignum ſcientię, & amiſit lignum vitę.Verbum Dei eſt medium faciens ſcire,quia eſt veritas per eſſentiam,& eſt lignum vitę. Veritates autem vaniſſimę interdum ſunt occaſiones mortis, quãdo impellunt hominem in amorem pulchritudinis creaturę.Ve eis,qui nutus tuos pro te amant, & oberrant in veſtigijs tuis,ait Augu. Prima veritas, quę eſt, verbum Dei,eſt finaliſſimum, & formaliſſimum cognitionis obiectum, & eſt ratio ducens in cognitionem. Vnde dominus dicit apud Ioan. 16.Exiui a patre,& veni in mundum,iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.Et verus Metaphyſicus dicit.Exiui à te domino,cauſa prima,& ſumma,& venio ad te cauſam ſummam,per te cauſam ſummã Hæc eſt tota noſtra metaphyſica,de emanatione,de exemplatione, de conſummatione.Igitur radijs ſolis ęterni illumineris,& reducaris ad ſummum,& eris verus metaphyſicus. Secundum medium eſt medium nature, virtuali diffuſione perualidum. Et iſtud eſt de conſideratione phyſici, qui conſiderat mobile,& generationem, ſecundum influentiam corporum cęleſtium in elementa. Et ſecundum ordinationem elementorum ad formam mixtionis.Et ſecundum ordinem formæ mixtionis, ad formam complexionis. Et ordinem formæ complexionis,ad animam vegetabilem.Et ordinem animæ vegetabilis,ad ſenſibilem. Et ordinem animę ſenſibilis,ad rationalem,& ibi eſt finis,quia anima rationalis creata eſt in orizonte æternitatis & temporis. Conſiderat

Gene. 2.

Philoſophi vnde opinati ſũt mũdi ęternitatem.

Gen. 2.

Prou. 25. Ligni vetiti guſtus, curioſa inveſtigatio myſteriorum fidei.

In li. conf. Verbũ diuinum finale,& formale noſtrę cognitionis obiectum Metaphyſica chriſtiana.

autem

Phyſica chriſtiana.

autem phyſicus duplex medium. ſ. medium minoris mundi,& mediũ maioris mundi. Medium maioris mũdi, eſt ſol. Mediũ minoris mundi, eſt cor. Sol eſt in medio planetarum,& eſt maximæ diffuſionis, exufflans,& porrigẽs radios ad omnem poſitionis differentiam. Secundum huius ſolis allationẽ in obliquo circulo, fiunt generationes & regulat phyſicus generationẽ. Similimodo, cor eſt in medio animalis, à quo eſt, & deriuatur

Spiritus triplex vitalis, animalis naturalis,& vnde hi originẽ trahunt.

vniuerſalis influentia, quicquid medici fabulentur. Nã ſpiritus vitalis à corde diffunditur per arterias; Spiritus autem animalis à corde diffunditur per neruos, licet complementum recipiat in cerebro. Spiritus autem naturalis à corde diffunditur per venas, licet complementum recipiat in epate. Tale medium fuit Chriſtus in incarnatione. De hoc naturæ medio dicebat Ioannes. Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Et ſequitur.

Ioan. 1.

Qui miſit me baptizare, ille mihi dixit. Super quem videris Spiritum ſanctum deſcendentem ſicut columbam, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Scriptura quandoque dicit Chriſtum medium, quandoque caput,

Chriſtus eſt caput, & mediũ.

Caput dicit, quia ab eo deriuatur omnis ſenſus deuotionis,& omnis motus ſanctæ operationis, & fluunt ab eo omnia chariſmata gratiarum, influit autem Chriſtus caput meritoriè, ſecundũ ꝙ vnitum eſt membris per conformitatem naturę, influit etiam Chriſtus effectiuè,

1. Cor. 11.

ſecundum ꝙ Deus. Caput. n. Chriſti Deus. Similiter Chriſtus caput, ſecundum ꝙ Deus & homo. Diffundit ergo ſpiritum in mẽbra eccleſiæ ſibi vnita, non ſeparata. Vnde ſicut in corpore phyſico non eſt diffuſio à capite in membra, niſi ſint vnita, ſic in corpore myſtico. Dicit etiam ſcriptura Chriſtum medium. Eſt autem Chriſtus medium, vt cor. Vnde dicebat Abacuc. In medio duorũ animalium cognoſceris.

Abacuc. 3.

Eſt etiam Chriſtus medium vt ſol. Vnde ſecundum aliam tranſlationem dicitur in medio annorum. Totum enim tempus eccleſię decurrit, ſecundum quòd iſte ſol deſcendit per decem gradus in horologio Achaz. Chriſtus ergo eſt in medio animalium, & quę pręibant, & quæ ſequebantur ſecundum ſeptuaginta tranſlationem.

Chriſtiana. Mathematica.

Tertium medium eſt medium diſtantię, quod eſt centrali poſitione profundum. Et hoc medium eſt de conſideratione mathematici. Cuius quidem, licet prima conſideratio ſit circa menſurã terræ, vltima tamen eius conſideratio eſt circa motus corporum ſuperiorum, quæ habent diſponere hæc inferiora ſecundum influentiam. Hoc medium diſtantię fuit Chriſtus in crucifixione. Vnde propheta dicebat. Rex noſter ante

Pſal. 73.

ſecula operatus eſt ſalutem in medio terrę. Terra. n. ſphærica eſt, infima eſt, quia in centro eſt, reſpectu circunferentię modica eſt propter ſphęricitatem, infirmitatem, modicitatem, recipit omnium corporum cæleſtium influentias. Et inde accidit, quod fiunt mirabiles pullulationes terrę naſcentium, mirabiles generationes corporum homœometerorum. Sic filius Dei ſphęricus paupertate, infimus humilitate, modicus humanitate, limum noſtrum ſuſcipiens, de humo factus, non ſolum venit ad ſuperficiem terræ, ſed in profundo centri,& in ventre ceti, in corde terrę ſalutem operatus eſt, quia per crucifixionem anima ſua ad infernum deſcendit, & reſtaurauit cœleſtium ſedium vacationes. In hoc profundo medio ſalus eſt, quia recedens à medio humilitatis, damnatur. Vnde Chri-

Luc. 22.

ſtus dicebat. Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.

Matt. 18.

Et in Euangelio ſecundum Mathe. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. In medio nempe humilitatis crucis Chriſtus ſalutem operatus eſt. Sed proh dolor, caligo ſubintrauit, quia chriſtiani locum extremum eligunt, & medium relinquunt. Quid eſt impugnatiuum ſalutis humanæ? neſcire ſe metiri. Sed quid prodeſt homini, ſcire metiri alia, & neſcire metiri ſeipſum? Si quis intrans per portam caput erigat, lęditur, vt dicit Bernardus,

Cognitio ſui, ſalutis initiũ eſt.

Qui autem ſe inclinauerit, non læditur. Reſponſum fuit Antonio, quòd ſolus humilis erat euaſor laqueorum hoſtis antiqui. Sed quid eſt, quòd humilitas non habetur, nec lumen ſapientię? quia ignis non cuſtoditur in medio cinerum, ſed lãterna noſtra exponitur omni vento, & extinguitur lucerna. Oſtentare ſtatim volumus, ſi quid boni in nobis eſt. Sed mirabilis fuit diuina ſapientia, quę per cinerem humilitatis operata eſt ſalutem. Medium cum amiſſum fuerit in circulo, reinuenitur per duas lineas ſe orthogonaliter interſecantes.

Dialectica chriſtiana.

Quartum medium eſt, medium doctrinę, quod eſt rationabili manifeſtatione pręclarum. Et eſt de conſideratione dialectici. Ad hoc ordinatur omnis ſermo rationalis, vt per ipſum tanquam per medium exprimamus quod eſt apud nos. Vnde Plato dicit, quod

Plato in Thimeo.

ſermo datus eſt, vt fiant præſto mutuæ voluntatis indicia. Igitur ſermo ordinatur ad ſimplicem orationem. Oratio autem ordinatur ad argumentationem ſecundum ſpecies ſuas. Argumẽtatio ad ſyllogiſmum. Syllogiſmus ad perſuadendum. Medium ergo per ſuam euidentiam & conuenientiam cum extremis, compellit rationem ad aſſentiendum, vt quia prius extrema conueniebant inter ſe realiter, manifeſtè per virtutem medij cum vtroque extremo conuenientis, inter ſe conueniunt. Hoc medium fuit Chriſtus in reſurrectione, quam probauit multis argumentis.

Duplex argumẽtum Chriſti, & Diaboli.

Eſt autem quoddam argumentum Chriſti, quoddam argumentum diaboli. Argumentum diaboli eſt paralogiſmus deſtructiuus, ducens ad infernum. Argumentum Chriſti eſt ſyllogiſmus conſtructiuus, & reparatiuus. Hoſtis antiquus paralogizans primum hominem, ſuppoſuit quandam propoſitionẽ in corde eius, quaſi per ſe notam, quæ eſt. Creatura rationalis debet appetere ſimilitudinem creatoris, quia eſt creatoris imago. Vnde in damnatis. erit maxima pœna, quia cum imago ſit animę eſſentialis, talis appetitus erit eſſentialis in damnatis. Appetitus inquam explebilis habitu, inexplebilis potentia. Minor propoſitio erat iſta. Si comederis, aſſimilaberis, ergo bonum eſt comedere de vetito, vt aſſimileris. Per iſtum paralogiſmum peccãt omnes, quia vt dicit Dionyſ. Nullus malum facit, ad malum aſpiciens, fallitur autem homo, quia falſam ſimilitudinem boni accipit pro vera. Per iſtum paralogiſmũ hoſtis antiqui introduxit hominem in paſſibilitatem naturę, in neceſſitatem impotentię, in mortalitatem vitę. Econtra, argumentum Chriſti fuit ſaluatiuum & conſtructiuum ſalutis, & deſtructiuum damnationis, Hoſtis antiquus hominem diſſimilauerat, quem aſſimilare promiſerat. Neceſſe igitur fuit verbum Dei ſimile eſſe, vt hominem Deo aſſimilaret. Chriſtus ergo habuit inquantum Deus cum patre conformitatem naturę, ęqualitatem potentię, immortalitatem vitę. In his ergo tribus coniunctus fuit patri. Neceſſe eſt ergo his tribus oppoſitis coniungi homini. Aſſumpſit ergo verbũ dei paſſibilitatem naturę, neceſſitatẽ penurię, mortalitatẽ vitę. Prima tria habuit verbũ Dei per eſſentiam, tria aſſumpſit. Oportuit ergo vt tria vincerentur à trib. Sed vita per eſſentiam ſuperari nõ potuit a morte, nec infinita potentia à penuria, nec immaterialis impaſſibilitas à paſſibilitate. Neceſſe ergo fuit vt homo tranſirent a mortalitate in immortalitatem, à defectu in opulentiam, de paſſibilitate ad coronam. Maior propoſitio in argumento Chriſti fuit ab ęterno. Nam ab ęterno fuit verbum Dei conforme patri in potentia & natura, Aſſumpta vero fuit in cruce, videlicet penuria, paſſibilitas,& mors.

Concluſio

Concluſio fuit in reſurrectione. Iudæi credebant Chriſtum confudiſſe, & ſibi improperabant. Si filius
*Matth. 27.* Dei eſt, deſcendat de cruce. Chriſtus vero dicebat. Si nite me pœnam aſſumere, & alteri extremitati veraciter copulari. ſ. pati & mori. Et tunc ſequitur concluſio. ſ. impaſſibilitas paſſibilis. Immortalitas mortalis, Opulentia inops. Iſta ſunt argumenta quibus Chriſtus vtebatur, per quadraginta dies apparens eis. Nōne
*Luc. 24.* oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam?
*Ioan. 20.* Luc. 24. De hoc medio dicit Ioan. Cum eſſet ſabbatum die illo, ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum, & ait illis. Pax vobis. Duo oſtendit Euangeliſta. ſ. gloriæ ſublimitatem eo ꝙ impaſſibilis & immortalis clauſis ianuis intrauit tanquā Deus. Poſt oſtendit eis manus & latus, & confeſſionem extorſit à Thoma. Dominus meus, & Deus meus. Vide proceſſum mirabilem. Primo intrat vt Deus, & hæc fuit propoſitio maior. Deinde oſtendit eis manus & latus, & hæc fuit aſſumpta minor. Tertiò concluſionem extorſit. Dominus meus & Deus meus. Non ſine cauſa ſignatur liber ſe-
*Apoc. 5.* ptem ſigilis. Ecce vicit leo de tribu Iuda, aperire librum & ſoluere ſeptem ſignacula eius.

Iſta ſunt ſeptem media in Chriſti reſurrectione.

Primum medium eſt reſeratio ſepulchri. Et hæc ſignificat appertionem libri.

Secundum eſt remotio linteaminum. Et ſignat reuelationem myſteriorum.

Tertium eſt teſtimonium Angelorum ſedentium in dextera.

Quartum eſt reſurrectio ſanctorum, & qui introierunt in ſanctam ciuitatem.

Quintum eſt terrificus pauor cuſtodum.

Sextum eſt malitioſa corruptio iudæorum

Septimum continet in ſe denarium apparitionum.

Hic debet eſſe logica noſtra & noſtra ratiocinatio contra hoſtem antiquum, qui quotidie contra nos diſputat. Sed nota, ꝙ tota vis conſtituenda eſt in aſſumptione minoris. Sed nos nolumus crucifigi & pati, in quo conſiſtebat minor propoſitio. Et tamen ad hoc tota noſtra ratio ordinatur, vt aſſimilemur in hoc Deo.

Hoſtis antiquus parū reputabat argumentum Chriſti, cum videbat eum patientem. Sed in paſſione Chri-
*Iob. 40.* ſtus illuſit ei. Nunquid illudes Leuiathan quaſi aui,
*Ioan. 12.* aut ligabis eum ancillis tuis? Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.

Quintum medium eſt medium modeſtiæ, morali electione præcipuum. Modeſtia virtus eſt. Virtus autem conſiſtit in medio. Tale medium conſiderat ethi-
*Exod. 24.* cus. Medium modeſtiæ fuit Chriſtus in aſcenſione, iuxta quod in Exod. ſcriptum eſt. Ingreſſus Moyſes mediū nebulæ fuit ibi 40. diebus, & 40. noctibus. Et hoc fuit Chriſtus in aſcenſione, quando nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Conformiter chriſtianus debet aſcēdere de virtute in virtutē, non ſtatuendo terminum virtutis, quia ſic deſineret eſſe virtuoſus. Fundamen-
*Fides fundamētum, ac mediū virtutis.* tum aūt virtutis fides eſt. Fidem ponimus vt fundamentum, & vt mediū. Nam mediū eſt, vt recta ratio determinat, dicit ethicus. Fides eſt ſtella matutina in medio nebulæ. Ad huius mediū nebulæ aſcēdit Moyſes. i. chriſtianus aſſumptus de aquis baptiſmi, & intrat caliginē, quæ quidē caligo fides eſt cum lumine & ænigmate. Hoc fundamentum eſt, per quod fundatur in nobis Chriſtus, per fidem proficit anima ad virtutes politicas. Et hoc eſt ad radices montis aſcendere, vbi Moſes fecit 12. holocauſta. 12. articulos ſignificantia. Dein-
*Exod. 24.* de per fidē proficit anima ad virtutes purgatiuas, quaſi ad medium montis. Deinde per fidem proficit anima ad virtutes purgati iam animi, quaſi ad ſupercilium montis, vbi aptus eſt homo ad contemplandas & exercendas virtutes, quarum fontalis origo eſt ſapientia,

Eſt. n. vapor omnipotentis Dei & emanatio ſincera;
quantum ad munditiam. Candor lucis æternæ, & ſpe- *Sap. 7.*
culum, quantum ad prudentiam. Attingens a fine vſq; *Quadruplex prudentia.*
ad finem fortiter, propter fortitudinē. Diſponens omnia, propter iuſtitiam. Nota tamen ad intelligentiam virtutum purgatoriarum quod eſt.

Quædam prudentia politica.

Quædam prudentia purgatoria.

Quædam prudentia purgati animi.

Quædam prudentia exemplaris.

Prudentia politica eſt ad rationis normam, quæ cogitat quæq; agit vniuerſa dirigere, ac nihil præter rectū velle vel facere, humaniſque actibus tanquam arbitris prouidere. Hæc prudentia fuit in Petro.

Prudentia purgatoria eſt mundum iſtum, & omnia quæ in eo ſunt, diuinorum contemplatione deſpicere, omnemq; animi cogitationem in ſola diuina dirigere. *Matth. 10.*
Hæc prudentia fuit in Apoſtolis, vt in Mathe. dicitur. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.

Prudentia purgati animi eſt diuina, non quaſi in electione præferre, ſed ſola noſſe, Et hæc tanquam nihil aliud ſit, intueri. Hæc prudentia fuit præcipuè in Apoſtolo Paulo & Beato Franciſco.

Prudentia exemplaris eſt ipſa mens diuina, ipſa ſapientia increata, perpetua, mundū ratione gubernans, terrarum, cœlique ſatrix.

Nota inſuper, quòd conformiter eſt accipere. *Quadruplex fortitudo.*

Fortitudinem politicam.

Fortitudinem purgatoriam.

Fortitudinem purgati animi.

Fortitudinem exemplarem.

Fortitudo politica eſt, animum ſupra periculi metū agere, nihilque niſi turpia timere, tolerare fortiter, vel
proſpera, vel aduerſa. Hæc fortitudo fuit in Eleazaro *2. Mach. 6.*
ſene 2. Mach. & potiſſimè in martyribus Chriſti.

Fortitudo purgatoria eſt, non terreri animam a corpore, quodammodo ductu philoſophiæ recedentem, nec altitudinē profectæ ad ſuperna conſcenſionis horrere. Hæc fortitudo fuit in Daniele propheta, & Ioan. Euang. in Apocalypſi.

Fortitudo purgati animi eſt, paſſiones per impaſſibilitatem ignorare, non modo vincere, vt neſciat iraſci, cupiatq; nihil. Hæc fortitudo fuit præcipuè in virgine glorioſa, & virginibus martyribuſque ſacris Agnete, Agatha, Lucia, Cecilia, Catherina, Priſca, Chriſtina.

Fortitudo exemplaris eſt virtus infinita, quæ ſemper eſt eadem, nec aliquando mutatur.

Inuenimus etiam.

Temperantiam politicam. *Temperantia quadruplex.*

Temperantiam purgatoriam.

Temperantiam purgati animi.

Temperantiam exemplarem.

Temperantia politica eſt, nihil appetere pœnitendum, in nullo moderationis legem excedere, ſub iugo rationis cupiditatem domare. Hæc temperantia fuit in Ozia, qui continentiæ propoſitum tenuit in iudaiſmo, corpuſq; & animā tradere cōtentus pro perſeuerantia.

Temperantia purgatoria eſt, omnia relinquere (inquantum natura patitur) quæ corporis vſus requirit, vt patet in Antonio, & Paulo primo heremita.

Temperantia purgati animi eſt, terrenas cupiditates non reprimere, ſed penitus obliuiſci. i. non ſentire vt patet in contemplatiuo fratre Ægidio.

Temperantia exemplaris eſt, quæ in ſeipſā perpetua intentione conuerſa eſt. Et hæc eſt ſola diuina.

Simili modo eſt accipere. *Iuſtitia quadruplex.*

Iuſtitiam politicam. Iuſtitiam purgatoriam.

Iuſtitiam purgati animi. Iuſtitiam exemplarem.

Iuſtitia politica eſt, ſeruare vnicuiq; quod ſuum eſt.

Iuſtitia purgatoria eſt, ad vnam ſibi huius propoſiti viam

viam conſentire vniuſcuiuſque virtutis obſequium.

Iuſtitia purgati animi eſt,ita,cum ſupera diuina mẽte ſuperare,vt ſeruet perpetuum cum ea fœdus imitãdum.

Iuſtitia exemplaris eſt, quæ perenni lege a ſempiterna operis ſui continuatione non flectitur.

Sextum medium eſt medium iuſtitiæ iudiciali recompenſatione pulchrum ſeu præcelſum. Hoc mediũ conſiderat politicus ſiue iuriſta, vt fiat retributio ſecũdum merita. Medium iuſtitiæ erit Chriſtus in iudicio. Hæc iuſtitia totum vniuerſum pulchrificat. Nam primo,iuſtitia deformia facit pulchriformia. Secundo,iuſtitia pulchra,facit pulchriformia. Tertio,iuſtitia pulchriformiora facit pulchriformiſsima. Vnde ſecundũ Auguſtinum. Lamentum damnatorum in inferno erit pulcherrimum carmen,propter decorem iuſtitiæ, ordinantis in culpa dedecus culpæ. De hoc iuſtitiæ medio prophetauit Ezechiel cap. 1. ſic inquiens. Vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone,& nubes magna,& ignis voluens, & ſplendor in circuitu eius, & de medio eius quaſi ſpecies electri.i.de medio ignis, & ex medio eius ſimilitudo quatuor animalium. Vidi miram extremi examinis deſcriptionem, quantum ad qualitatem naturarum in iudicante, In electro & auro diuinitatis,& humanitatis argento.

*Pulchritudo iuſtitiæ vniuerſum decorat.* — *Ezech. 1.*

Cominationem terrificarum impreſsionum,per vẽtum,turbinem,& nubem.

Cõflagrationem elementorum,per ignem inuoluẽtem.

Examinationem,& denudationem conſcientiarum per ſplendorem.

Confeſsionem aſsiſtentium per quatuor animalia. In quatuor enim animalibus,intelliguntur,quatuor ordines aſsiſtentium,in leone,ordo martyrum, in boue, ordo confeſſorum,in homine,ordo virginum,& in aquila,ordo doctorum, propter contemplationis acumẽ. Sic in iudicio fiet ſeparatio puri ab impuro, agnorum ab hædis.

*Animalia Ezec. quid deſignent.*

Septimum medium eſt medium concordiæ, vniuerſali conciliatione pacatũ. De hoc medio agit theologus,qui conſiderat,quod mundus creatur a Deo ſicut a principio,reducitur in Deum ſicut in finem. Licet enim agat theologus de operibus cõditionis, principaliter agit tamen de operibus recõciliationis. Agit ergo theologus de ſalute animæ,quomodo inchoatur in fide. Promouetur in virtutib. Conſummatur in dotibus. De hoc medio ſcriptum eſt. Non eſurient neque ſitient amplius,quoniam agnus,qui eſt in medio throni reget eos,& deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Vidit etiam Ioannes fluuium in medio plateæ procedentem a ſede Dei,& agni. Agnus enim Dei deducet nos,vt videntes corpus,& animã,& diuinitatem,paſcua inueniamus ſiue ingrediendo, ſiue egrediendo. Hic ſcilicet agnus eſt ſuper corpus, & animam mediũ beatificans. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Procedens a ſede Dei,& agni,ſ.Spiritusſancti. Et nullus defectus interior erit,quia non eſurient,neque ſitient,per defectum pabuli,per quem deficit vita. Neque cadet ſuper illos Sol, per extrinſecam perturbationem. Iſta ſeptem media ſunt ſeptem candelabra, in quorum candelabrorum medio eſt Chriſtus. Iſta ſeptem media ſunt ſeptem illuſtrationes ſapientiales, ſ. metaphyſica,&c. Iſta ſeptem media ſunt ſeptem oculi agni. Iſta ſeptem media ſunt ſeptem oculi ſuper lapidem vnum. Iſta ſeptem media ſunt ſeptem dies, quos fecit prima lux.

*Apoc. 7. — Ibid. 22. — Pſalm. 45. — Apoc. 7. — Ibid. 5. — Zach. 3. — Geneſ. 1.*

Finis Seraphici D. Bonauenturæ ſuper librum Gene. qui luminaria Eccleſiæ dicitur.

## SERMO SECVNDVS de ingreſſu ad ſapientiam.

Et de ſapientia,& faciebus eius,& eius vtilitate, & intellectu Scripturæ.

IN medio Eccleſiæ aperuit os eius,&c. Hic incipit ſecũda collatio. Oſtẽſum eſt ſupra, quibus debet doctor ſermonem depromere, oſtẽſum eſt a quo medio debet incipere, oſtẽdẽdum eſt modo, vbi debet doctor ſermonẽ terminare. Debet autem terminare ſermonem in plenitudine ſapientię. *Eccl. 13.*

De ſapientia autem nota quatuor.

| | |
|---|---|
| Quis ortus. | Quæ porta |
| Quæ domus. | Quę forma. |

De duobus primis etiam dicitur in collationibus donorum,vbi habetur quod ſapientia eſt lux deſcendẽs a patre luminum,& radians in animam,facit eam deiformem,& domum Dei. Illuſtrat enim intellectiuã, inflammat vel lætificat affectiuam,& roborat operatiuam. Verum quia origo ſapientiæ eſt a gratia, Apoſtolus ad gratiam hortatur,ſic inquiens. Hortamur vos,ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. *Sapientia.* — *2. Cor. 6.*

Dirigamus igitur ſermonem ad Chriſtum dicentes. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Sicut enim ex præcedentibus & ſubſequentibus liquet,ſermonem hunc propheta dirigit ad Chriſtum. Antecedẽter.n.cf. Specioſus forma præ filiis hominum. Conſequenter annectitur. Sedes tua deus in ſæculum ſæculi. Verum quidẽ eſt,quod in Ioanne ſcribitur. Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ad ſalutem duo ſunt neceſſaria. *Gratia. Pſalm. 44.* — *Ioan. 1.*

*Ad ſalutẽ duo præcipuè neceſſaria.*

| | |
|---|---|
| Cognitio veritatis. | Hæc habetur per legem. |
| Exercitatio virtutis. | Hæc habetur per gratiã, |

quia virtus eſt bona qualitas mentis.

Lex ſe habet ad gratiam dupliciter.

Quemadmodum virtus apprehenſiua ad motiuã. Videns cęlum,ſine virtute alarum non poteſt pertingere ad cœlum.

Quemadmodum inſtrumentum ad virtutem operatiuam. Artifex habens inſtrumentum, & non habens vim operatiuam,non agit. O iudæe perfide,legem habes in manu,niſi habeas vim motiuam,quę eſt a gratia,non ſaluaberis per legem. Supplico quod verba mea gratiæ deſeruiant, & intentio mentis meæ, ſi gratiam habeat,corroboretur in verbis,vnde Apoſtolus dicit. Hortamur vos, &c. Apoſtolus in hoc breui verbo excitat. *2. Cor. 6.*

Ad diuinam gratiam ſuſcipiendam, Recipiatis inquit.

Ad ſuſceptam cuſtodiendam, Ne in vacuum,inquit.

Ad cuſtoditam multiplicandã, Ait.n. tempore,&c.

Vt autem hæc exhortatio impleatur in nobis, tria ſunt circa gratiam conſideranda.

| | |
|---|---|
| Quis ſit gratiæ ortus. | Quis ſit gratiæ vſus. |
| Quis ſit gratiæ fructus. | |

Si igitur conſideremus ortum gratiæ & eius originale principium,dico ex canonica Iaco. Ponens maiorem vniuerſalem. Omne datum optimũ & omne donum perfectum,deſurſum eſt, deſcendẽs a patre luminum,apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. *Gratiæ ortus & deſcenſus. Iaco. 1.*

Minorem probandam aſſumo. Gratia eſt datum optimum,& donum perfectum. Concludo. Ergo gra-

tia

tia deſurſum eſt,deſcedens a patre luminum. Sed per quam viam ſpargitur lux gratiæ,diuiditur æſtus amoris ſuper terram.

Deſcendit gratia ſup mētes rationales via triformi.
Per verbum incarnatum. Per verbū inſpiratum.
Per verbum,crucifixum.

Huius probatio eſt,quia ſecundum Iacob. Iac. 1. Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initiū aliqđ creaturæ eius. Quod autem per verbum incarnatum Ioan. 1. deſcendat in nos copia gratiarum,oſtendit Ioa. ſic inquiens. Verbum caro factum eſt,& ſequitur. De plenitudine eius omnes accepimus gratiā pro gratia. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre, plenum gratiæ. Certū eſt, ꝙ originale gratiæ principium,quod Deus eſt,qñ creauit hominem in ſtatu innocentię ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, creauit ipſum ita propinquū, ꝙ hō per verbum increatū erat informabilis ad gratiam. Poſt lapſum vero vſus eſt Deus via dignatiuæ condeſcenſionis. Et per verbū incarnatum aptauit hominem ad gratiam. Verum quia Luc. 1. carnem ſumpſit in vtero Virginis glorioſæ, dictū eſt ei. Aue gratia plena dñs tecum. Paulus etiā ſuadet vo- Heb. 4. lentibus gratiam Virginem adire. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur,& gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ecce occurrit nobis pater miſericordiarum cum gratia. Mater miſericordiarum cum gratia. Filius qui eſt lux miſericordiarum cum gratia. Ergo prima originatio gratiæ in nobis fit per verbum incarnatum. Infelices qui ignorant verbum, & ignorant gratiam. Benedictus pater. Benedicta mater. Benedictus filius. Benedicti qui hoc cognoſcunt. Benedicta gratia, quæ eſt datum optimum,& donum perfectum.

Secundo,deſcendit gratia in nos per verbum crucifixum. Nō.n. tantummodo eramus inepti ad gratiam propter ignorantiam diuinorum præceptorum,verūetiam propter noſtram infirmiſſimam impotentiam. Vt ergo ſaluberrimis vnguentis ſanarentur languores noſtri,deſcendit diuina gratia in nos per verū cru- Iſai. 53. cifixum,vnde Iſaias dicit. Vere dolores noſtros ipſe tulit,& languores noſtros ipſe portauit. Et Apoſtolus Ephe. 2. ſcribit. Deus, qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam,qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccati,cōuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia ſaluati ſumus. Nam Chriſtus de morte triumphauit per mortem,quia non potuit mors abſorbere vitā, ſed fons vitæ abſorbuit mortem. Vnde Oſeæ dicitur. Oſeæ. 13. O mors ero mors tua, morſus tuus ero inferne. Et Apoſtolus dicit. Non abiicio gratiam Dei. Si.n. ex lege iuſtitia,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Mortuus er- Gal. 2. go Chriſtus,vt mortuos ſuſcitaret, & participes faceret vitæ glorioſæ. Ergo gratia influitur in nos, per verbum crucifixum,de cuius latere exit profluuium gra- Eccl. 24. tiarum habens vim ſanatiuam. Ego quaſi fluuius dorix exiui de paradiſo.

Tertio datur gratia per verbum inſpiratum. Miſit quidem Deus filium ſuum in carnem. Verum niſi crediderris ipſum crucifixum,non conſequeris gratiā. Vn- 1. Timo. 3. de Apoſtolus dicit. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos,ſed ſecūdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis,& renouationis Spiritusſancti, quem effudit in nobis abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius,hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Spiritus ſanctus,qui eſt dator formarū, & diſtributor chariſmatum,amor eſt procedens a patre,& filio. Quicquid igitur agat pater,quicquid patiatur filius,nō proficit ad ſalutem ſine Spiritu ſancto. Secundo Spiritus ſanctus eſt nexus patris,& filii, nectens nos patri,& fi- 3. Cor. 13. lio. Vnde Apoſtolus dicit. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti,& charitas Dei, & communicatio Spiritusſancti ſit cum omnibus vobis,amen. Si igitur vis habere amorem paternalis principii,& amorem verbi prolati a principio,& amorem Spiritus Sancti ſpirati a duobus vno principio,habeas gratiam. Vnde igitur oritur gratia? Certè per verbum incarnatum,per verbum crucifixum, & per verbum inſpiratum. Nobilis influentia,quæ a verbo incarnato habet originem. Cuſtodi igitur temet ipſum,& animam tuam ſolicitè. Abiici- Deut. 4. tur gratia,quæ eſt vita animæ, de medio per peccatū. Peccatum eſt ſua ſponte introductum in thalamum animæ,pretioſum gratię theſaurum exhauriens. Cum quis per gratiam dignus effectus eſt vita æterna, efficitur per peccatum dignus morte æterna. Vnde Apo- Heb. 10. ſtolus dicit. Irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione ſub duobus,aut tribus teſtibus moritur, quanto deteriora putatis mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit,& ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit,& ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Nota. Et ſequitur. Rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. Pro toto vniuerſo non deberet homo peccatum mortale committere peremptiuum nobiliſſimæ vitæ. Eccl. 21. Voluit filius Dei tentari, vt doceret vias repulſiuas peccatorum. Vnde Eccleſ. dicit. Quaſi a facie colubri fuge peccata,& ſi acceſſeris ad illa,apprehendent te. Gratiæ vſus. Vidiſti ergo quis ſit ortus gratiæ, vide quis ſit vſus gratiæ. Vſus autem gratiæ eſt promotiuus in profectum meritoriarum operationum. Requiritur autem ad huiuſmodi promotionem,quod vſus gratiæ ſit.

Fidelis reſpectu domini,virilis in ſe, & liberalis in proximum.

Galat. 1. Debet igitur vſus gratiæ fidelis eſſe reſpectu Domini. Vnde Apoſtolus dicit. Cum placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ,& vocauit per gratiam ſuam,vt reuelaret filium ſuum in me, vt euāgelizarem illum in gentibus,continuo non acquieui carni,& ſanguini. Quando quęris aliquid præter Deū quod non quæris propter Deum,non es fidelis Deo. Vnde Aug. in lib. confeſſio. ait. Vbi ſupra. Minus te amat, qui tecum aliquid amat,quod non propter te amat. Ideo dicit Apoſtolus. Non acquieui carni,& ſanguini.i. non quæſiui humanā gloriā,ſed diuinā. Perſpectiui dicūt,ꝙ ſi radius perpendicularis cadat ſuper corpus terſum, & politū, neceſſe eſt,quod per eandem viam, & per eundem inceſſum reflectatur in ſuum principium,non ſic de radio incidentiæ. Influxus gratiæ gratis datæ,eſt ſicut radius incidentiæ. Nota. Influxus gratiæ gratum facientis, eſt ſicut radius perpendicularis. Qui gratiam Dei ſuſcipit,neceſſe eſt,vt Deo gratiam, & gloriam reddat,origo fontium mare. Origo virtutum,& ſcientiarum eſt Chriſtus,ait Bern. Eccl. 1. Gratiarū atque ſciētiarum origo ē Chriſtus. Ad locum vnde exeunt flumina,reuertuntur,vt iterum fluant,inquit Eccle. Sicut fons nō habet durationem,niſi habeat continuam coniunctionem cum ſua origine, ſic nec lux gratiæ poteſt vigere in anima,niſi per reuerſionē in ſuum originale principium. Hanc reuerſionem, & coniunctionem cōſeruat humilitas,& diſſoluit ſuperbia, quia Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus aūt dat gratiam. Iaco. 4. Humilis omnia bona attribuit ſuo originali principio. Superbus attribuit ſibi. Humilis continuatur cum ſua origine,ſuperbus diſcontinuatur. Lucifer recedens a ſuo originali principio,tenebriſer factus. Chriſtum,qui ſemper ſe reduxit per humilitatem in ſuum originale principium,clarificauit pater. Quanto maior es, humilia te in omnib. Eccl. 3. & coram Deo inuenies gratiam,dicit Eccl. Si rex ditaſſet aliquem,& ille nollet recognoſcere,infideliſſimus, & ingratiſſimus eſſet. Aliqui exaltari per Deum eriguntur contra Deum,dicentes. Manus noſtra excelſa, Deut. 32. & non Dominus fecit hæc omnia.

Secunda

Secunda differentia vſus gratiæ eſt, quia debet eſſe virilis in ſe. Optimũ eſt gratia ſtabilire cor, nõ eſcis, quę non profuerunt ambulantibus in eis. Qui vult habere brachia fortia, oportet ꝙ exerceat ſe in operibus virtutum. Vnde Apoſtolus, ſic inquit. Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua nõ fuit. Sequitur, abundantius omnibus laboraui, nõ ego, ſed gratia Dei mecum. Vide quam virtuoſos facit gratia Spiritus ſancti. Samſon capillatus fortiſſimus fuit, In ſeptem capillis fortitudo eius. i. in ſeptiformi gratia Spiritus ſancti, Quando vero attonſus eſt per Dalidam, factus eſt imbecillis, ſicut cæteri homines. Des vnum ſine gratia qui poſſit ſuſtinere quod Laurentius ſuſtinuit? nihil poſſumus facere ſine gratia, nihil ita durum, quod non poſſimus ſuſtinere cum gratia. Sine me nihil poteſtis facere, dicit Chriſtus. Omnia poſſum in eo, qui me confortat, dicit Apoſtolus.

Heb. 13. 1. Co. 15. Iud. 16. Philipp. 4. Matt. 10.

Gratis impartiẽdũ, quod gratis acceptum eſt.

Tertiò vſus gratiæ debet eſſe liberalis in proximum. Gratis accepiſtis, gratis date, ait Dominus. Quare non vendis ô Sol lucem tuam? Gratis accepi, gratis communico. Quare non vendis Rhene aquam tuam? Gratis accepi, gratis fundo. Solus miſer homo vendit gratiam ſibi collatam. Venit autem hæc venditio primo à Simone mago. Heu Simon mage, verticem Apoſtolorum Petrum voluiſti facere ſimoniacum, pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri. Petrus dicit. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Diony. determinat vſum gratiæ in Angelica hierarchia, dicens, quod ſi ſuperiores Angeli nollent influere in inferiores, clauderẽt ſibi viam influentiæ à ſuperiori. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatẽ habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

Act. 8. Petri 4. Ioan. 3.

Triplex gratię fructus.

Habet autem gratia fructum triformem.
Primus fructus eſt remiſſio culpæ.
Secundus fructus eſt plenitudo iuſtitiæ.
Tertius fructus eſt perpetuatio vitæ beatæ.

Primus ergo fructus gratiæ eſt remiſſio culpæ, Vnde Apoſtolus. Iuſtificati per fidem pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem acceſſum habemus ad Deum, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ Dei. Dicunt philoſophi, quod non mutatur quis de vitio ad virtutem, niſi per aſſuefactionem ad contrarium habitum. Ita nec remittitur culpa in æternum, niſi per gratiam. Nota tamen, quod ethicus conſiderat vitium, ſecundum quòd dicit de ordinatione circa perſonam ſingularem, vel circa rem familiarem, vel circa rem ciuilem. Theologus conſiderat in peccato diuinam offenſam. Tu ergo qui per præuaricationem legis Deum inhonoras, ſubiacebis ſeueritati vltricis pœnæ, quia non eſt dedecus culpę ſine dedecore iuſtitiæ. Verum culpa eſt infinita, quia tanta eſt offenſa, quantus is, qui offenditur. Infinite inquam non intenſiue, ſed proceſſiuè, neceſſe eſt igitur pœnam eſſe æternã, quòd ſi remittatur æternitas pœnæ, hoc erit per influẽtiam gratię. Igitur gratia liberat a ſeruitute peccati, & diaboli.

Rom. 5.

Secũdus fructus gratię eſt plenitudo iuſtitię. Trifurcatur autem iuſtitia, ſecundum quod homo eſt iuſtus in ſe. Iuſtus quò ad Deum. Et iuſtus quò ad proximum. Sunt autem (vt docet Auguſt.) duę partes iuſtitię, declinare à malo, & facere bonum. De hac iuſtitia, quę eſt fructus gratię dicit Apoſtolus. Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes impietatẽ, & ſecularia deſideria, ſobriè, iuſtè, & pie viuamus in hoc ſeculo, expectãtes beatam ſpem, & aduentum glorię magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Hęc eſt gratia, quę cuncta mala pellit, cuncta bona tribuit. Igitur in gratia eſt plenitudo iuſtitię. Vnde ſapientia increata dicit. Ego mater pulchrę dilectionis, & timoris & agnitionis, & ſanctę ſpei. In me omnes gratia vitę, & veritatis, in me omnis ſpes vitę, & virtutis. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Qui volunt eſſe pleni gratia, tranſeant ad Chriſtum. Tranſire autem non poſſunt niſi inſurgant contra ſe, & eleuentur ſupra ſe, & diligant Deum ſuper omnia, & inimicum ſicut ſe ipſos. Hoc autem eſſe non poteſt ſine gratia vitę, & virtutis diligere ſolum amicum non eſt virtus gratię. Nam ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quę gratia? &cet.

Auguſt. Tit. 2. Eccl. 24.

Tertius fructus gratiæ, eſt aſſecutio fœlicitatis æternæ. Nam ſtipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Peccatum eſt arbor mortis. Gratia eſt arbor vitæ. Stultus eſſet, qui in orto ſuo plantaret arborem mortis, in qua deberet ſuſpendi. Peccatum eſt arbor, in qua debet peccator ſuſpendi.

Rom. 6.

Notandum ergo, quod ſecũdum triplicem fructum gratiæ, diſtinguitur triplex gratia.

Gratia triplex.

Gratia curans, quæ datur in ſeptem ſacramentis, contra ſeptemplicem morbum.

Gratia corroborãs, quæ cuſtoditur in iuſtis per exercitia iuſtitiæ, de quibus agitur in ſeptem pœnitentialib. pſalmis.

Gratia conſumans, quæ perficitur in ſeptem dotibus, & ſeptem beatitudinibus.

Gratia curans initiatur in ſacramentis, perficitur in ſeptem operibus miſericordiæ.

Gratia corroborans per modum rectificantis, eſt in ſeptem virtutibus. Per modum expedientis, eſt in ſeptẽ donis Spiritus ſancti.

Gratia conſummans conſummatione viæ conſiſtit in ſeptem beatitudinibus, conſummatione patriæ in ſeptem dotibus, quarum tres ſunt in anima. Viſio. Tentio. & Fruitio, quæ reſpondent tribus virtutibus theologicis, quatuor in corpore, quæ reſpondent quatuor virtutibus Cardinalibus. Claritas reſpondet prudentiæ, quia clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia. Subtilitas temperantiæ. Agilitas fortitudini. Impaſſibilitas iuſtitiæ, quia iuſtitia perpetua eſt, & immortalis. Igitur audi tacens, & accedet tibi bona gratia. Non gratia gratis data, quæ ſtat cum crimine. Nam fallax gratia, & vna eſt pulchritudo. Sed gratia gratum faciens, quæ non patitur crimen.

Sap. 6. Sap. 1. Eccl. 32. Prou. 31.

Hanc gratiam deſcripſi tripliciter quantum ad ortũ. Eſt enim datum optimum, & donum perfectum, deſcẽdens a patre luminnm, per verbum.
Incarnatum, Crucifixum, & inſpiratum.

Iac. 1.

Per hoc verbum reducimur in primum principium, quod notat Dionyſius tractans hoc verbum. Omne datum optimum, dicens. Omnis a Patre manifeſtationum proceſſus, in nobis largè ac benè prouenien, vnica virtus nos replet, & conuertit nos in patrem luminum.

Gratiam deſcripſi tripliciter quantum ad vſum qui debet eſſe Fidelis, virilis, & liberalis.

Gratiam deſcripſi tripliciter quantum ad fructum, qui eſt Remiſſio culpæ. Plenitudo iuſtitiæ, & Aſſecutio fœlicitatis æternæ.

Gratiæ diffinitio.

Ex his colligitur deſcriptio gratiæ talis.

Gratia eſt datum optimum, & donum perfectum, deſcendens a patre luminum per verbum incarnatum, crucifixum, & inſpiratum.

Curans à malo, confirmans in bono, conſummans in optimo.

Gratia curans datur in ſeptem exercitiis iuſtitiæ, & ſeptem operibus miſericordiæ.

Gratia

Gratia corroborans datur in ſeptem habitibus virtutum,& ſeptem donis Spiritusſancti.

Gratia conſummans datur in ſeptem beatitudinibus,& ſeptem dotibus.

Iſti ſunt ſeptenarii,qui ſunt in anno iubilei.

Septem dona Spiritusſancti enumerat Iſaias. Ioan-
Iſai.ca.11. nes etiam in Apocalypſi vidit in medio throni, & qua
Apoc.c. 5. tuor animalium ſeptem cornua, & ſeptem oculos,qui
ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram. Dona ſancti Spiritus dicuntur cornua ventilãtia peccata, dicuntur oculi,habentes vim expeditiuam ad bona.

Verum quia donum ſapientiæ eſt præcipuitate pri
mum,occurrit verbum apoſtolicum. Si conſurrexiſtis
Col.3. cum Chriſto,quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus
eſt in dextera Dei ſedens, Quæ ſurſum ſunt ſapite: nõ quæ ſuper terram.

Hortatur ergo nos Apoſtolus in verbo propoſito.

Ad acquirendam ſapientiam veram.

Quæ ſurſum ſunt ſapite.

Ad relinquendam ſapientiam vanam.

Non quæ ſuper terram.

Ad imitandam ſapientiam primam.

Si conſurrexiſtis cum Chriſto.

Ad exercendam ſapientiam rectam.

Quæ ſurſum ſunt quærite.

Inſinuat Apoſtolus duplicem animæ aſpectum.

Aſpectum ad æterna,& inuiſibilia, qui dicitur intellectus,vel intelligentia.

Aſpectum ad temporalia,& corruptibilia, qui dicitur ratio.

Secundum duplicem aſpectum eſt duplex animæ affectus,ex quo naſcitur duplex ſapientia.

Affectus æternorum: Ex quo oritur ſapientia,quæ deſurſum eſt.

Affectus terrenorum, Ex quo oritur ſapientia,quæ deorſum eſt.

Sapientiam, quæ deorſum eſt,deſcribit Iacobus,ſic in
Iacob.3. quiens. Nolite gloriari,& mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens,ſed terrena,animalis,& diabolica.

Inquantum eſt cum affluentia tẽporaliũ,terrena eſt.

Inquãtum eſt cum delectatione nepharia animalis eſt.

In quantum eſt cum ambitione ſuperba, diabolica eſt.

Iſti ſapientiæ comminatur dominus per prophetam
Iſai. 29. & ſic inquiens. Perdam ſapientiam ſapientium, & pruden
33. tiam prudentium reprobabo, Et Hierem.dicit. Sapien-
Hierem.4. tes ſunt,vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt.
Sapientiæ Ad ſapientiam mundi perdendam aporiatus eſt Chri-
mundanæ ſtus: Humiliatus eſt Chriſtus: Crucifixus eſt Chri-
euerſio p ſtus. Nonne ſtultam facit Deus ſapientiam huius mun
Chriſtum. di? Elegit Chriſtus in cruce contraria ſapientiæ mun-
1.Corin.1 di. Tu magnipendis temporalium ſuauitates, Amaricatus eſt Chriſtus: Tu magnipendis honores,vilificatus eſt Chriſtus. Vicit tamen Chriſtus, quia quod ſtultum eſt Dei ſapientius eſt hominibus. Vnde ſcriptum eſt. Stultiſſimus ſum virorum,& ſapientia ho-
Prou.30. minum non eſt mecum. Stultus reputatus fuit Chri-
9.30. ſtus,quando receſſit ab appetitu aliorum. Stultior quã-
2. Cor. 1. do voluit affligi: Stultiſſimus, quando voluit crucifigi. Et tamen hæc eſt ſapientia ſanctorum. Gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quia non in ſapientia carnali,ſed in ſapientia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat,vt ſit ſapiens, Multi ambulant quos ſæpe di
1. Cor. 1. cebam vobis,nunc autem, & flens dico, inimicos cru-
Philip.3 cis Chriſti. Quorum Deus venter eſt, quorum finis
interitus,& gloria in confuſione eorum,qui terrena ſa-
1. Cor. 1. piunt. Non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti.

De ſapientia autem,quæ deſurſum eſt dicit Eccleſia
ſtes,ꝙ tantum differt ſapientia à ſtultitia, quantum dif Eccleſi. 2.
fert lux à tenebris. In hoc, inſinuatur ortus ſapientiæ,
quia lux eſt, Lux inquam deſcendẽs à patre luminum, Sapientia
à quo eſt omne datum optimum,& omne donũ perfe- cœleſtis
ctum. Deſcendit autem hæc lex ſapientiæ radio trifor- lux eſt cun
mi,ſecundum triformem affluentiam. ctas a...
Ad potentiam intellectiuam illuminandam, deſcendit tentia ...
à ſummo Deo in intellectum. dians.

Ad potentiam amatiuam lætificandam,deſcendit ab intellectu in affectum.

Ad potentiam operatiuam fortificandam,deſcendit ab affectu in effectum.

De deſcenſu lucis ſapientiæ in intellectum ſcribitur in ſapientia. Candor eſt lucis æternæ,& ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis,& imago bonitatis illius,per nationes in animas ſanctas transfert amicos Dei, & prophetas conſtituit.

De deſcenſu lucis ſapientiæ in affectum, ſcribitur in
Eccleſiaſtico. Vinum,& muſica lætificant cor, & ſu- Eccl.40.
per vtraque dilectio ſapientiæ. Vinum,& muſica ſignificant ſpecies impreſſas,quæ non ſunt veritas,ſed ſimilitudo veritatis. Iſtæ non vere,ſed phantaſticè lætificant animam. Veritas autem increata replet animam. Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute mea,& præpoſui illam regnis,& ſedibus,& diuitias nihil eſſe duxi in compara
tione illius. Super ſalutem, & pulchritudinem dilexi Sap.8.& 7.
eam. Inæſtimabilis eſt delectatio ſapientiæ.

De deſcenſu lucis ſapientiæ in affectum in Eccleſ. di
citur. Sapientia confortabit ſapientem ſuper decem Ecclesi. 7.
principes ciuitatis. Nulla virtus, nec angelica,nec humana tantum fortificat, vt ſapientia. Sapientia intra-
uit in animam viri iuſti, & ſtetit contra reges horren- Sap..10.d.c
dos in ſignis,& portẽtis, & dedit illi certamen forte, vt vinceret,& ſciret,quoniam omnium potentior eſt ſapientia. Hæc ſapientia diſponit, vt anima ſit domus Dei.

Videamus igitur,quæ ſit domus ſapientiæ, Chriſtus Matthe. 7.
dicebat,qui audit verba mea,& facit ea,ſimilis erit vi- Domus ſa
ro,qui edificauit domum ſuam ſupra petram. Hec do- pientiæ
mus principaliter ædificatur à ſapiẽtia,quia deliciæ ſa quæ.
piẽtiæ ſunt eſſe cum filiis hominum. In prouerbiis quo Prou.8. 9
que legitur: Sapientia ædificauit ſibi domum,excidit columnas ſeptem. Has ſeptem columnas numerat Iacob.
ſic inquiens. Sapiẽtia,quæ deſurſum eſt,primum qui- Iaco. 3.
dem pudica eſt,deinde pacifica,modeſta,ſuadibilis,bonis conſentiens,plena miſericordia, & fructibus bonis iudicans ſine ſimulatione.

Igitur domus ſapientiæ. Domus ſa
Prima columna eſt,pudicitia in carne. pientiæ ſe
Secunda columna eſt,ſimplicitas in mente. ptem fulci
Tertia columna eſt,modeſtia in ſermone. tur colum
Quarta columna eſt,ſuadibilitas in affectu. nis.
Quinta columna eſt,liberalitas in effectu.
Sexta columna eſt,maturitas in iudicio.
Septima columna eſt,ſanctitas in intentione. Sapit.

Prima ergo columna, per quam ſtabilitur domus ſapientiæ eſt pudicitia in carne. Nam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Caſtitas & humilitas, ſunt pe-
diſſequæ ſapientię,iuxta viſionem Gregorii Nazianze- Greg.Na-
ni. Si vis me, quæ ſum ſapientia, ſerua pediſſequas zian.
meas. Munditia ergo cum humilitate eſt principalis columna ſapientiæ. Vnde luxurioſa res vinum, & tu-
multuoſa ebrietas,quicunque his delectatur,non erit ſa Prou. 20.
piens. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.
Diuina permiſſione apoſtatauit Salomon vſq; ad ido- Eccleſ. 19
latriam propter mulieres. In taberna mundi venditur vinum, quod hominem ducit in obliuionem ſapientiæ.

Secunda

Secunda columna ſapientiæ eſt ſimplex innoſcentia in mente, quod notatur cum dicitur, deinde pacifica. Auguſt.dicit,quòd pax eſt tranquillitas ordinis. Vnde quando quis reuerenter ſe ſubijcit ſuperiori,æquanimi ter ſe habet ad parem,diſcrete regit inferiorē, talis pax Prou. 14. Iac. 3. diſſipat omne malum,cauet omne diſſidium. Qui patiens eſt,multa gubernatur prudentia,qui autem impatiens eſt,exaltat ſtultitiam ſuam.Quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos,oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam,in manſuetudine ſapientiæ.

Tertia columna ſapientiæ eſt modeſtia in ſermone, & hoc notatur cum dicitur,Modeſtia. Sapiens expectabit vſque ad tempus,ſtultus autem, & imprudens non expectabit tempus. Summa inſipientia eſt, eodem detractionis gladio ſeipſum trāſuerberare, & proximum. Tanta quoque eſt vicinitas taciturnitatis,& ſapientiæ, quòd ſtultus quoque ſi tacuerit ſapiens reputabitur. Prou. 17. Verba oris ſapientis gratia. Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt, vt præſtet ædificationem audienti. Sermo veſter in gratia ſemper ſale ſit conditus.Sedetur ad menſam, hoſtis antiquus nititur paſcere veneno.Mors,& vita in manibus linguæ.

Quarta columna domus ſapientię eſt ſuadibilitas in affectu,quod notatur cum dicitur.Suadibilis, bonis cō ſentiēs.Nullus eſt ſuadibilis in bono,niſi benignus. Vn Sap. 1. de dicitur.Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ. Quantò homo ſapientior,tāto ſuadibilior in bono. Inauris aurea, & margarita fulgens,qui arguit ſapientē,& aurem obedientem.Sicut inauris ornat aurem.Margarita in coro- Prou. 25. na ornat faciem,ſic verbum bonū ornat ſapientem. Qn̄ ſapientis diſciplina corrigeris, ornaris ornamento pulcherrimo. Quando diſciplinam contemnis, margari- Prouer. 9. tam conculcas.Noli arguere deriſorem, ne oderit te,ar gue ſapientem,& diliget te.

Quinta columna eſt liberalitas in effectu. Sapientia vult habere miſericordiam, non ſolum in affectu, ſed etiam in effectu. Et notatur ibi, plena miſericordia, & fructibus bonis. A fructibus eorum cognoſcetis Matth. 7. eos. Os ſuum aperuit ſapientiæ, & operuit manum Prou. 30. ſuam inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. Vult ſapientia, quòd homo faciat opera non lubrica, ſed fructuoſa. Bonorum laborum glorioſus eſt fru- Sap. 3. Act. 6. ctus: Conſiderate viros boni teſtimonij, & ſapientiæ, quos conſtituamus ſuper hoc opus diſpenſandum. Sicut miſericordia eſt amica ſapientiæ, ſic im- Gal. 5. miſericordia inimica. Quæ ſeminauerit homo, hæc Iob. 31. & metet. Si terra mea contra me clamat,& pro ea ſul ci eius defluent. Contra auarum diſpenſatorem terra clamat.

Sexta columna eſt maturitas in iudicio, quod notatur ibi.Iudicans ſine ſimulatione.Iudex ſapiens iudica- Eccleſ. 10. bit populum ſuum. Suum inquam, ſuper quem habet auctoritatem.Quia ſi auctoritatem tranſcendat, nō eſt iudex ſapiens. Debet autem iudex non temerè iudicare,ſed habeat in iudicio.

Rectitudinis æquitatem,Notitiæ claritatem.

Propter æquiſſimę rectitudinis zelum dicit propheta. Os iuſti meditabitur ſapientiam,& lingua eius lo- Pſalm. Pro.15.20. quetur iudicium. Iudex recto zelo motus reprobat mala, approbat bona. Rex qui ſedet in ſolo iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo. Illum quem odis, iudicare non potes, quia oculus odientis obductus Laertius in Platone. tenebra odij, tenebroſa reputat opera exoſi. Iratus Plato ſuſpenſo flagello, non præſumpſit iudicare ſeruum.

Debet autem iudex habere notitiæ claritatem.Cauſam quam neſciebam diligētiſſime inueſtigabam.Amici Iob arguebat eum dicentes. Deus iuſtum non punit,te autem punit.Ergo tu non iuſtus.Iob reſpōdebat Conuertimini ad me omnes,& venite, & nō inueniam in vobis vllum ſapientem,Apoſtolus dicit.Nolite iudicare,& non iudicabimini.Nolite ante tempus iudicare, quoadvſque veniat dominus,qui & illuminabit abſcōdita tenebrarum.

Septima columna ſapientiæ eſt ſancta ſimplicitas in intentione, iudicans ſine ſimulatione. Rex Salomon 2. Paral. 9. fecit thronum grandem,ad quem aſcendebatur ſex gradibus. Vltimus gradus ſeptenarij columnarum ſapientiæ eſt ſanctitas ſimplicitatis in intentione. Hoc gradu attingitur culmen cœli, propter quod dicitur Col. 3. Quæ ſurſum ſunt ſapite, &c. Quid habet amplius ſtul- Eccleſ. 6. to ſapiens,niſi vt pergat illuc,vbi eſt vita? Huius ſapiē- 1. Cor. 3. tiæ Chriſtus fuit fundator,& conſummator. Vt ſapiēs architectus fundamentum poſuit. Fundamentum autem aliud nemo poteſt ponere,præter id quod poſitum eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus. Et in Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ,& ſcientiæ abſconditi. Oculi ſapien- Eph. 12. tis in capite eius,ideſt in Chriſto, quia hęc vita ęterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Viſo ſapientiæ ortu, viſa ſapientiæ domo, videnda Ianua ſapiētiæ. eſt ſapientię ianua. Eſt autem ſapientię porta concupiſcentia eius, & vehemens deſiderium. Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Per attractum deſiderij, Pſalm. 80. deſcendit in me ſapientia. Per iter deſiderij, pergo ad ſapientiam. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo. Vbi vera ſapientia, 2. Ioan. 4. ibi vera complacentia, Vbi autem ſumma complacentia,imo neceſſariò præcedet ſumma concupiſcentia. Fili concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi.Obſeruantia iuſtitiæ diſponit ad ſapientiam, ſicut appetitus materiæ ad introductionem formæ.Inclinat enim appetitus,vt vniatur in forma materiæ mediantibus diſpoſitionibus, non quòd illę diſpoſitiones permittantur, ſed magis perficiantur. Quis eſt ergo modus adipiſcendi ſapientiam? Reſpondetur. Sapient. 7. Initium enim illius veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcētia,cuſtodia diſciplinæ dilectio eſt, & dilectio cuſtodia legum illius eſt, cuſtodia autem legum, conſummatio eſt incorruptionis. Incorruptio autem facit eſſe proximum Deo. Concupiſcentia autem ſapientiæ, deducet ad regnum perpetuum. Concupiſcentia ergo ſapientiæ, generat concupiſcentiam diſciplinæ.Diſciplina au- Diſciplina duplex. tem,duplex eſt, ſcilicet ſcholaſtica, monaſtica. Neutra ſufficit ad perfectam ſapientiam, quia non audiendo ſolum,ſed obſeruando fit homo ſapiens. Vnde Dauid dicebat. Bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam Pſal. 118. doce me, quia ſcientia non habetur, niſi præcedat diſciplina,nec diſciplina,niſi præcedat bonitas, & ſic per bonitatem,& diſciplinam, ineſt nobis ſcientia. Ægrotus etiam non ſanatur, audiendo medicum, ſed præcepta eius ſeruando. Quia ergo pauci vadunt per iſtam viam ſapientiæ,ideo pauci perueniunt ad veram ſapientiam. Concupiſcentia enim diſciplinæ vbi eſt, parit dilectionem, dilectio virtutem,quæ ſit liberalis, non ſeruilis, ex amore, non timore, ſic autem cum diligis bonum, legem cuſtodis,vt dictum eſt, quia finis pręcepti 1.Timo. 1. eſt charitas de corde puro. Quando autem cuſtodis legē,ſanctificaris,& efficeris plenus Spiritu ſancto, quia per dilectionem Dei abſtrahitur homo ab omni amore, qui Deus non eſt. Et ſic ſanctificatur homo, quia ſanctitas eſt ab omni labe libera,& perfecta,& omnino immaculata munditia,vt ait Dionyſius. Sanctitas Li. de diui. nomini ca 12. facit hominem deiformem. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Vnde & ſpiritus ſeraphici clamant. Sāctus,ſanctus,ſanctus.Homo ſanctus in ſapientia manet,ſicut ſol.

Et ſic patet quomodo ſeptuplex eſt ianua ſapientiæ, ſcilicet.

Concupiſcentia. Diſciplina. Bonitas.
Scientia. Dilectio. Oratio.

De ianua inuocationis,ſiue orationis ſcriptum eſt.

Prou. 8.

Optaui,& datus eſt mihi ſenſus, inuocaui & venit' in me ſpiritus ſapientiæ. Salomon poſtulauit ſapientiam, & venit in eum,ſed non niſi,quia amauit, & optauit eā, quia enim ſummè bonum eſt', ſummè amanda eſt, & quia commune bonum eſt,vniuerſaliter appetenda eſt, Quod patet exemplo Salomonis, qui non petiuit aurum,& argentum,ſed cor docile,& venit in eum. Vnde

Iac. 2.

Iacobus ait. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo,qui dat omnibus afluenter,& non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans.

Sap. 8.

Hanc amaui, & exquiſiui à iuuentute mea, & quæſiui eam mihi ſponſam aſſumere,& amator factus ſum formæ illius.

Hæc eſt ergo porta orationis.

Forma ergo ſapientiæ eſt mirabilis, & nullus eā aſpicit ſine admiratione,& extaſi,vt oſtēdit Eſther. Et ideo mirabilis,quia eſt de eo cuius facies plena eſt gratiarū.

3.Reg.10.

Vniuerſa terra deſiderabit videre vultum Salomonis. & Regina Saba venit à finibus terræ audire ſapientiā

Matth.12.

Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic. Chriſtum habemus intra nos,& nolumus eum audire. Proh dolor,filia regis pulcherrima offertur nobis in ſponſam, & magis eligimus copulari meretriculis ſcenicis,ſcilicet humanæ,& mundanæ philoſophiæ,& volumus reuerti in Ægyptum ad cibum viliſſimum, dimittendo cibum cœleſtem.

Forma ergo ſapientiæ mirabilis eſt.

Nam diuina ſapientia eſt.

Mirabiles ſapię proprietates.

Modò vniformis, In regulis diuinarum legum,
Modò multiformis, In myſterijs diuinarum ſcripturarum.
Modo omniformis, In veſtigijs diuinorum operum.
Modò nulliformis, In ſuſpendijs diuinorum exceſſuum.

Fiſt ergo ſapientia modò vniformis in regulis diuinarum legum. Apud ſapientiam increatam non eſt trāſmutatio,nec viciſſitudinis obūbratio. Clara eſt, & quæ

Iacob. 1.
Sap.6.

nunquam marceſcit ſapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam,& inuenitur ab his, qui quærūt illā. Præoccupat qui ſe concupiſcunt,vt ſe illis prior oſtendat. Vide immutabilitatem in regulis diuinarum legū, quæ nos ligant,& neceſſitatis intellectum. Regulę iſtę mentibus rationalibus inſplendētes,ſunt omes illi modi,per quos ratio dignoſcit,& iudicat id quod eſt neceſſarium,& aliter eſſe non poteſt,vtpotè; Quod ſummè primum,ſummè venerandum. Quod ſumme verum, ſummè credendum,& aſſentiendum. Quod ſummè bonum,ſummè deſiderandum,& diligendum. Hę diuinarum legum impreſſiones,deſcriptę fuerunt in prima tabula ſecundum ternarium præceptorum. Docet autē

Li. de vera relig.

Auguſtinus.quòd hæ regulæ ſunt infallibiles, indubitabiles,iniudicabiles. Iudicamus enim per illas,non de illis. Et ideo iſta ſapientia data eſt. Sunt etiam incommutabiles,incoarctabiles,& indeterminabiles. Et ideo hæc ſapientia nunquam marceſcet. Hæ regulæ intantum certæ ſunt,vt nullo modo ſit eis cōtradicere ad interius rationem. Radicant autem in luce æterna, & ducunt in eam. Non eſt autem verum, quòd fundetur in lumine creatæ intelligentiæ,quę illuminet mentes,quia cum illæ regulæ ſint coarctabiles, quia mentibus omnium ſe offerunt,tunc ſequeretur,quòd intelligentia eſſet incoarctabilis,& creatura eſſet actus purus. Et qui hoc dicit,eneruat fontem ſapiētiæ,& facit idolum Deū. Sed hæc ſapientia radiat ſuper animam, quę aſſiſtit prę foribus.

Modo apparet ſapientia multiformis in myſterijs diuinarum ſcripturarum. Hanc multiformitatem myſteriorum oſtendit Apoſtolus,ſic inquiens. Mihi omniū ſanctorum minimo,data eſt hæc gratia in gētibus euāgelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare oēs, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in Deo,qui omnia creauit,vt innoteſcat principibus,& poteſtatibus celeſtibus in eccleſiam multiformis ſapiētia Dei. Innoteſcere autem eſt angelorum miniſterio clareſcere,& nobis illuceſcere,ſicut dicitur,lex data per Angelos,hoc eſt,miniſterio Angelorum. Neceſſe autem fuit, diuinarum ſcripturarum ſapientiam eſſe multiformem in multitudine figurarum, varietate ſacramentorum, pluralitate ſignorum, vt veletur ſuperbis, reueletur humilibus. Hæc velamina claudunt Chriſtū, occultant ſapientiam ſapientibus, & immundis. Vnde dicit Saluator, Confiteor tibi pater domine cœli,& terræ,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Optimè ergo dicit Paulus. Mihi omnium ſanctorum minimo, &c. Sed quæritur quomodo Paulus euangelizat inueſtigabiles diuitias gratię Chriſti? Reſpondeo. Ipſe dicit. Manent fides,ſpes,charitas tria hæc. Triplex autem refulget intelligentia in ſcripturis.

Epheſ. 4.

Matt. 11.

1. Cor. 13.

Triplex doctrina ſcripturę ſacrę

Prima docet quid credendum,quantum ad fidem.
Secunda docet quid expectandum,quantum ad ſpē.
Tertia docet quid operandum,quantum ad charitatem,quæ operatur magna,ſi eſt, vt dicit Greg. & Ioan. Si quis diligit me ſer.me.ſer.

Ioan. 16.

Refulgentia quantum ad fidem eſt allegoria,quæ bifurcata eſt,ſed ſecūdum iuncturam capitis,& corporis. Allegoria ſpectans ad caput Chriſtum,fertur ad ipſum natum,paſſum,& mortuum. Allegoria ſpectans ad corpus,fertur ad eccleſiam ſecundum ſtatum primitiuum, mediatiuum,& finitiuum. Nam & his modis tribus cōmendat ſponſus ſponſam in cant.

Allegoriā duplex.

Can. 6.

Quæ eſt iſta inquit,quæ aſcendit, quaſi aurora conſurgens,pulchra vt luna,electa vt ſol? &c.

Triformis commedatio ſponſæ. à ſponſo.

Quæ eſt iſta,quæ aſcendit per deſertum,ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,& thuris, & vniuerſi? &c.

Can. 3.

Quę eſt iſta,quæ aſcendit de deſerto delicijs afflués, & innixa ſuper dilectum ſuum.

Can.8.

1.Cor. 10.

Inſuper de Chriſto capite dicit Paulus. Nolo vos ignorare fratres,quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube,& in mari, & omnes eandē eſcā ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra,petra autem erat Chriſtus. De allegoria pertinente ad corpus Chriſti myſticum dicit idē. Scriptū eſt,quoniam Abraham duos filios habuit; vnū de ancilla,& vnum de libera. Sed qui de ancilla ſecundū carnem natus eſt,qui autem de libera per repromiſſionem,quæ ſunt per allegoriam dicta. Hęc enim ſunt duo teſtamenta,nō oportuit,vt amplius explanaret, quia p illam intelliguntur duo populi. Iuxta intelligentiā, quę declarat quid eſt expectandum per ſpem,ſumitur Anagogia. Eſt autem duplex Anagogia.ſ.cœleſtis, & ſuper cœleſtis. Anagogia celeſtis,vt quando dictūm eſt Abrahæ. Suſpice cęlum, & numera ſtellas ſi potes, ideſt cœleſtes intelligentias. Nunquid noſti ordinem cęli, aut rationem eius pones in terra? Anagogia ſupercœleſtis eſt,quando Abraham tres vidit,& vnum adorauit. Eſt etiam in duobus Angelis miſſis ad ſubuerſionem ſodomorū. Hi Angeli ſunt filius,& Spirituſſanctus, qui mittuntur. Pater autem non mittitur, & hinc eſt,quòd ſolum duo Angeli nominantur, eo quòd pater nuſquam miſſus legitur. Quia verò apparuit vt docet Hugo. Hinc eſt, quòd in viſione Abrahæ dicitur. Tres vidit,& cętera. Iuxta tertiam intelligentiam,quæ declarat

Gal.4.

Anagogia duplex.

Gene. 19.

Iob. 33.

quid

Tropologia duplex. quid agendum per charitatem, ſumitur Tropologia. Eſt autem Tropologia duplex, vna quæ ſpectat ad actiuam, ſcilicet quæ docet quid agendum: Alia ſpectat ad contemplatiuam, quę docet quomodo contemplandum, quomodo anima feratur in Deum, nec tamen eſt Anagogia, quia Anagogia eſt ſurſum actio animæ in Deum: Sed Tropologia contemplatiua facit, quod feratur, & docet modum ferendi. Hęc ſapientia eſt velata ſuperbis, qui nequeunt ſcripturas intelligere quarum myſteria intelligi non poſſunt niſi ſciantur volumina decurſuum vniuerſi, & diſpoſitio eius per antitheta. Vide pulcherrimam ſapientiam in myſterijs, & pluſquàm primo modo. Si enim laudo ſponſam, quòd verax eſt, & pulchra, non afficitur animus. Sed dum dicit ſcriptura. Pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis, collum tuum, ſicut monilia, commendat caſtam, & honeſtam, & dat cauſam caſtitatis, quia propter amorem ſponſi. Turtur enim auis eſt amoroſa, & caſta, & propter amorem comparis nulli coniungitur, nec in vita eius, nec poſt mortem; Sponſa igitur honeſta non eſt, quia caſta, ſed quia honeſta propter amorem ſponſi. Igitur pulcherrimæ ſunt genæ tuæ, quæ ſunt prominentes, in quibus primitus apparet pulchritudo.

Diuina ſapiētia ſuperbis eſt inacceſſa.

Can. 4.

Collum, per quod vox emittitur veritas eſt. Monilia, quæ ornant pectus, & ſtringunt, diſcretio eſt; quia ſiquis dicat veritatem, non quando debet, vel vt non debet, vel vbi non debet, vel quibus non debet, non ſunt ſeruatæ circunſtantiæ verum loquendi. Hæc ſapientia ſurgit ex multis myſterijs, ſicut ex multis ſpeculis fiunt multiplicationes radiorum, & ignium. Hęc ſunt ſpecula mulierum, ex quibus fit labium æneum, Hæc eſt ſcriptura, vt reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformemur à claritate in claritatem tanquam à domini ſpiritu. A claritate Allegoriæ, in claritatem Anagogiæ, & Tropologiæ. Hæc ſapientia tribuitur ſecundum menſuram fidei, quia ſecundum gradus captiuationum intellectualium, eſt gradus effuſionum ſpiritualium, & ſapientialium. Huius ſapientiæ Paulus ſe profitetur profeſſorem, quando dicitur in euangelio. Poſitus ſum prædicator, & magiſter gentium. Moſes autem poſuit figuras nubiloſas, & ideo habuit faciem cornutam, ſed Apoſtolus reuelatam.

Exo. 30.

2. Cor. 3.

2. Tim. 2.

Tertia facies, & forma ſapientiæ eſt omniformis in veſtigijs diuinorum operum. Vnde Eccleſiaſt. dicit. Radix ſapientiæ cui reuelata eſt, & manifeſtata, & ingreſſus illius quis agnouit? Vnus eſt altiſſimus creator omnipotens. Ipſe creauit illam in ſpiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & dimenſus eſt, & effudit illam ſuper omnia opera ſua. Hæc ſapientia ideo manifeſtata eſt, quia ſapientia clamitat, in plateis dat vocem ſuam. Et tamen nos non inuenimus eam, ſicut laicus tenens librum, & neſciēs literas, non curat de eo, vnde ſcriptura eſt nobis græca, barbara, & hebrea. Hæc ſapientia diffuſa eſt in omni re, quia res omnis ſecundum omnem ſui proprietatem habet regulam ſapientiæ, & oſtendit ſapientiam diuinam, & qui ſciret omnes proprietates, manifeſtè videret illam ſapientiam. Ad harum rerum proprietates conſiderandas, cor ſuum dederunt philſophi, & etiam ipſe Salomon. Sed, quia curioſe ſcrutabatur, ideo dixit, Cuncta luſtraui in ſapientia, dixi, ſapiens factus ſum, & ipſa longius receſſit à me.

Eccleſi. 1.

Sapientia vbique ſed nō omnib. peruia.

Prou. 1.

Eccleſ. 7.

Dicitur autem opus Dei tripliciter.

Primo modò dicitur eſſentia, quæcunque ſit iſta, ſiue in genere ſubſtantiæ, ſiue accidentis.

Secundò modò dicitur res ex ſuis completa principijs, ſicut ſubſtantia.

Tertio modò dicitur opus Dei creatura ad imaginem Dei facta. Super hoc triplex opus effundit altiſſimus ſapientiam ſuam. Deus enim creat omnem eſſentiam in menſura, numero, & pondere. Et dando ei hæc, dat modum, ſpeciem, & ordinem. Modum quo conſtat. Speciem, qua diſcernitur. Ordinem, quo congruit. Non enim eſt aliqua eſſentia, quę non habeat menſuram, numerum, & inclinationem, Et in his attenditur veſtigium. Hoc veſtigium ducit in illam ſapientiam, in qua eſt modus ſine modo, numerus ſine numero, ordo ſine ordine. In ſubſtantia eſt altius veſtigium ſapientiæ, & diuinæ eſſentiæ. Habet enim omnis ſubſtantia materiam, formam, & compoſitionem. Habet ſubſtantia originale principium, formale complementum, glutinum. Habet res omnis completa, ſubſtantiam, virtutem, & operationem. Et in his repræſentatur myſterium Trinitatis. Pater, origo. Filius, virtus & forma. Spiritusſanctus, vnio & compago. Verè autem originale principium à formali complemento diſtinguitur, non quid eſt diſtinctione hypoſtatica, qualis eſt in diuinis, nec accidentalis, ſed reali diſtinctione principiorum, quorum vnum actiuum, alterum paſſiuum. Et hoc tollere à creatura, eſt tollere ab ea repræſentationem Trinitatis. Nec valet, quod dicunt falſo philoſophantes, quòd Angelus, & anima idcirco compoſita dicuntur, quia ſunt ab alio. Nam eſſe ab alio, non facit compoſitionem, tunc enim filius, cùm ſit à patre, eſſet compoſitus, & Spiritusſanctus, qui eſt ab vtroque. Igitur ſolum eſſe diuinum eſt ſimplex, in quo non differt eſſe, bene eſſe, & ſic eſſe. Et hæc eſt ratio, quare eſſe, eſt nomen Dei, quia eſſe Dei, eſt omne illud, quod in Deo eſt. In creatura autem differt eſſe, bene eſſe, & ſic eſſe. Veſtigium huius ſapientiæ eſt ſubſtantia, virtus, & operatio. Nam virtus eſt à ſubſtantia, operatio verò à ſubſtātia mediante virtute, ſicut filius à patre, Spiritusſanctus à patre mediante filio. Res ſubſtantifica à ſubſtantia habet eſſe, à virtute habet tangere, & agere, ab operatione habet efficere. Nota etiam, quod virtus non videtur accidentalis ſubſtantiæ. Licet enim philoſophus dicat, quòd naturalis potentia ſit qualitas, tamen loquitur ſecundum quòd naturalis potentia dicit modum conſequentem ſubſtantiam, ſicut apparet in duro, & molli, ſanatiuo & ęgrotatiuo. Eſt etiam reperire creaturam rationalem ad imaginem Dei factam. Et hęc habet Imaginem naturalem, quæ conſiſtit in memoria, intelligentia, & voluntate, in quibus relucet Trinitas. Hac autem imagine Trinitatis ſigillatur anima. Et in hac ſigillatione recipit.

Sap. 12.

Modus ſpiritus & ordo quid in rebus.

In prædicamentis.

Immortalitatem, ſecundum quod in memoria tenetur æternitas.

Sapientialitatem, ſecundum quod in intelligentia refulget veritas.

Iocunditatem, ſecundum quòd in voluntate delectat bonitas.

Habet etiam anima imaginem quandam gratuitam quæ conſiſtit in fide, ſpe, & charitate. Et hęc ſolum reperitur in ſubſtantijs reformatis. Igitur totum vniuerſum eſt ſpeculum plenum luminibus repræſentantibus diuinam ſapientiam, & eſt ſicut carbo ignitus effundes lucem.

Quarta facies, & quarta forma ſapientiæ eſt difficillima, quia eſt nulliformis. Sed hoc videtur deſtructiuum precedentium, non tamen eſt. dicit enim Apoſtolus. Loquimur ſapiētiam in myſterio abſconditam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Spiritus autem omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei, Hanc ſapientiam docuit Paulus, Dionyſius, & Tymotheus. Oportet ergo nos perfectos eſſe, vt ad hanc ſapientiam veniamus. Quæ retrò ſunt (inquit) obliui-

1. Cor. 2.

Philoſo. 3.

obliuiſcẽs,ad interiora me extendo, ſi quo modo comprehendam. Sed quo modo ſapientia comprehẽdetur, ſi in cor hominis non aſcendit,& eſt nulliformis? Reſpondeo. Hic eſt ſtatus & finis ſapientię chriſtianę. Vnde cũ Dionyſi. multos libros feciſſet, conſumauit hanc ſapientiam in myſtica theologia, vbi dicit, Tu autem (o Timotee amice) circa myſticas viſiones forti actione, & contritione ſenſus derelinque, vult enim dicere, quòd oportet, legentem eſſe ſolutum ab omnibus, quæ ſibi inimicantur, & omnia dimittat, quia ille, quem vult intelligere, eſt ſuper omnem ſubſtãtiam, & cognitionem. Ibi enim eſt operatio ſecretiſſima tranſcendens intellectum, quam nemo ſcit niſi qui experitur. In anima ſunt multę virtutes appræhenſiuæ, ſenſitiua, imaginatiua, æſtimatiua, intellectiua, omnes has oportet relinquere, ſed in vertice eſt acies amoris tranſcendens omnes. Eſt ergo beatitudo diſpoſitiuè & materialiter in intellectiua, libatiuè, & conſumatiuè in amatiua. Hæc contemplatio fit per gratiam, tamen ad hoc iuuat induſtria, vt ſeparetur homo ab omni eo, quod Deus non eſt, & et à ſeipſo. Hæc eſt ſuprema vnitio per amorem. Quòd autem ſolum per amorem fiat, dicit Apoſtolus. In charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprænhendere cũ omnibus ſanctis, quæ ſit lõgitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum. Iſte amor tranſcendit omnem intellectum & ſcientiam. Sed contra, ſi ſcientiam tranſcendit, quomodo poteſt iſta ſapientia comprænhendi? Reſponſio. Propter hoc addit Apoſtolus, ei autem, qui potens eſt facere ſupra quam petimus, aut intelligimus, & cætera. Nulla eſt apprehenſio iſtius ſapientiæ niſi Deus reuelet. Vnde Apoſtolus dicit. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Cum vero mens in illa vnitione commendata fuerit Deo, dormit quidem vno modo, & alio modo vigilàt. Ego dormio, & cor meum vigilat. Sola affectiua tunc vigilat, & ſilentium omnibus alijs potentijs imponit, & tunc homo alienatus eſt à ſenſibus, & in extaſi poſitus, & audit verba, quæ non licet homini loqui, quia tantum eſt in affectum. Vide rationem. Exprimi non poteſt ſi quod concipitur. Concipi non poteſt, niſi quod intelligitur. Igitur quod ſupra intellectum eſt, exprimi non poteſt. Verum, quia ad hanc ſapientiam non peruenitur niſi per gratiam, vt dicit ſapiens. Quæcunque ſunt abſconſa, & improuiſa didici, omnium enim artifex docuit me ſapientia. Eſt enim in illa ſpiritus multiplex, vnicus ſubtilis. Iſte ſpiritus ſublimat animam, & vngit eam. Hic ſpiritus eſt digitus Dei, ad quem Magi Pharaonis, ideſt intellectus noſtri non poſſunt attingere. Nota tamen quòd iſte amor extaticus eſt.

*Miſtica Theologia conſumatio eſt ſapientiæ.*

*Cõtemplationis vis.*

*Eph.3.*

*1.Cor.2.*

*Cant.5.*

*Sap.7.*

Sequeſtratiuus ab omni adulterino affectu, propter ſponſi affectum vnicum.

Soporatiuus propter quietationem omnium potentiarum.

Surſum actiuus, propter anagogias cœleſtium deſideriorum.

Interemptiuus, propter iugulationes carnalium impedimentorum. Non enim videbit me homo, & viuet. Fortis eſt vt mors dilectio. In tali amore virtus animæ in vnum colligitur, & vnitur, omnis aũt virtus vnita plus eſt infinita. Et ſic intrat animal in ſuum intimũ per hoc in ſuum ſummum aſcendit, quia idem eſt ſummum & intimum in anima, dicit Auguſti. De hoc dulci ſopore mulcebris quietis dicit ſpõſus in Canti. Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas ceruosq; camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Ad iſtum ſoporẽ iuuat ſuperferri omnibus ſenſibilibus, omnibus operationibus intellectualibus, quæ ſunt cum phantaſmatibus, tranſire etiam angelicas intelligentias, vt poſſit ſponſa dicere. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea. Sic docet Diony. relinquere ſenſibilia, intellectualia entia, & non entia. Vocat autem non entia temporalia, quæ ſunt in continua variatione. Docet inſuper intrare radium tenebrarum. Vocat autem diuinam intelligentiam tenebram propter incompræhenſibilitatem: Vocat autem eam radioſam, quia anima intuens eam ſummè illuſtratur. Et quia hoc non habetur niſi per orationem, ideo Dion. incipit ab oratione, & dicit etiam quòd trinitas eſt ſuperſubſtãtialis, & ſuperdea, & ſuperbonitas, intellige reſpectu noſtri intellectus, quia magis ſubſtantia, magis Deus, magis bonitas, quam intellectus capiat. Addit etiam quòd debemus habere mentes non habẽtes oculos, quia mens oculis intellectualibus diuinam eſſentiam aſpicere non poteſt, & ideo amouendi ſunt. Iuxta illud quod ſcribitur in Cant. Auerte à me oculos tuos, ipſi me auolare fecerunt. Tunc Chriſtus recedit, quando mens oculis intellectualibus nititur ſupernam ſapientiam aſpicere. Non enim intrat ad illam intellectus, ſed effectus. Vnde in Canti. ſcribitur, Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorũ, & in vno crine colli tui. Oculus iſte eſt affectus penetrans vſque ad profundum: Crinis eſt eleuatio mentalium conſiderationum. Fit autem iſte aſcenſus per vigorem, & commotionem fortiſſimam Spiritusſancti, ſicut de Helia dicitur. Ecce ſpiritus conterens petras & montes. Ignis iſte non eſt in poteſtate noſtra, ſed ſi Deus dat, ſacerdotum eſt nutrire ignem, & ſubijcere ligna per orationem. Igitur aſcenſus iſte fit.

*Amoris extatici proprietales.*

*Exod. 33.*

*Can.8.*

*Can.2.*

*Can.3.*

*Li. de myſtica theolo.*

*Can.6.*

*Can.4.*

*3.Reg.19.*

Per fortiſſimam commotionem, ſecundum quòd dictum eſt.

Per aſtructiuam affirmationem, à ſummo vſque ad infimum.

Per deſtructiuam ablationem, ab infimo vſque ad ſummum.

*Aſcenſus mentis in Deum, quibus inſtrumẽtis fiat.*

Eſt autẽ modus ablatiuus congruentiſſimus ad aſcẽdendum in Deum aſcenſu inquiſitiuo. Vt verbi gratia. Non eſt Deus hoc, nec eſt illud, nec auffertur à Deo qđ ſuum eſt, ſed attribuitur ei nobiliori modo quod ſuum eſt, quam intellectus intelligat. Sequitur autẽ amor, & aſcenſus ablationem. Vnd. Moſes primo à ſenioribus ſequeſtratur. Secundo aſcendit in montem. Tertio intrat caliginem. Exemplum optimum ponitur in ſculptura. In figura inciſionis ſculpens nihil ponit, ſed remouet, & tamen relinquit formam nobiliſſimam. Ita notitia Dei per ablationem relinquit in nobis nobiliſſimam diſpoſitionem in intellectu. Trãſitum ad iſtud ſummum ſignificat tranſitus mortis Chriſti, tranſitus maris rubri, tranſitus in terram promiſſionis. Vnde ignis Spiritusſancti duxit Moſen ad interiora deſerti. Et inde accepit illuſtrationes mentales. Iſta eſt ergo forma ſapientiæ. Iſti ſunt ſublimes exceſſus.

*Exod. 19.*

*Exod. 3.*

### *Sermo tertius, de dono intellectus.*

IN medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientię, & intellectus. Dictum eſt de dono ſapientiæ, dicamus modo de dono intellectus, de quo dicetur in collationibus bonorum. Loquitur autem pulchre David de dono intellectus ſic inquiẽs. Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum. Explicat autem donum intellectus a Spiritu ſancto infuſum, quantum ad

*Eccleſ. 1.*

*Pſalm. 15.*

Suſcipientis gratitudinem humilem, &

Largientis diffuſionem liberalem.

Suſcipientis humilis gratitudo notatur, cum dicitur. Qui tribuit mihi intellectum. Donum datum requirit, hominem eſſe gratum.

Conſi

Conſiſtit autem gratitudo.

Gratitudinis ſortes. 5.

In cognoſcendo ſeipſum, ſicut miſerũ, & incapacem.

In cognoſcendo Deum,& hoc gratias agendo ei.

In cognoſcendo donum, refundendo pulchritudinem doni in auctorem doni.

In cognoſcendo doni principium,& hoc ſit quando non impugnatur dans donum.

In cognoſcendo doni finem vltimum, & hoc fit quando ſcitur ad quid diſtribuitur donum.

Ad Donũ intellectus triplex diſpoſitio.

Diſponimur autem ad donum intellectus.

Syncerrimè viuendo.

Intelligentiam captiuando.

De ſynceritate vitæ diſponẽtis ad intellectũ,dicit Iſa. Quem docet ſcientiam,& quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte,auulſos ab vberibus. Lac ſignat dulcedinem illecebrarum, quibus paſcuntur,qui ſequuntur motus infantiles. Danieli,& ſynceribus ſociis dedit Deus intelligentiam: Delectatio circa tactũ maxime impugnat donum intellectus: ebrietas ex parte anteriori,& luxuria ex parte poſteriori.

Eccl. 5.

Secundo diſponitur homo ad donum intellectus p mitiſſimæ manſuetudinis tractabilitatem. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei,vt intelligas. Concupiſcentia obnubilat intellectum,furor impedit intelligentiam, quia impedit ira animum,ne poſſit cernere verum. Quando aqua quieta eſt,videt homo clare faciem ſuam,turbata minus videre ſolent. In huius ſignũ legiſlator fuit mitiſſimus. Sed quid eſt quod dicit Iſa. Sola vexatio dabit intellectum auditu.? Reſponſio ex multiplicatis vexationibus mundi cognoſcimus,quod non eſt in mundo requies. Ex tortura conſcientiæ nouimus, quod non eſt pax impiis. Igitur vexatio diſponit ad intellectum ad cognoſcẽdum,quia ita eſt. Mititas diſponit ad cognoſcendum propter quid ita eſt. Vetatio diſponit ad intellectum, ſicut ſyllogiſmus ducens ad impoſſibile. Mititas ſicut ſyllogiſmus oſtenſiuus.

Iſa. 28.

Iſa. 8. 2. Cor. 10.

Tertio diſponitur homo ad donum intellectus dignè recipiendum per intelligentiæ captiuationẽ. Vñ Iſa. dicit. Niſi credideritis non intelligetis. Et apoſtolus dicit. Captiuantes omnem intellectũ in obſequiũ Chriſti. Qui ſecundum lumen intelligẽtiæ ſuæ ſcripturam ſacram indagant, incidunt in abyſſum errorum, paruuli ſumus,& oportet addiſcẽtem credere,quia eſt. Primus Angelus præſumẽs errauit. Liberalitas ex parte dantis tangitur]cum dr̃. Qui tribuit mihi intellectũ, omnis.n.radioſitas intelligentiæ,a fonte,qui eſt eſſentialiter intellectus,deriuatur. Eſt autem radioſitas multiformis,vt dicebatur in collationibus donorum.

Donũ intellectus triformiter explicatur.

Intellectus eſt regula circunſpectionum moralium.

Intellectus eſt ianua conſiderationum ſcientialiũ.

Intellectus eſt clauis contemplationum cœleſtium. Iſte triformis intellectus eſt propriè donũ ſpiritusſancti. Igitur ab intellectu inchoemus,vt ad ſapientiã veniamus. Is.n.eſt ordo. In ſapientia legimus. Cibauit illum Dñs pane vitæ,& intellectus,& aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. A cibo incipiẽdum eſt, non a potu. Niſi.n.homo exerceatur in dono intellectus, non proficit in potu ſapientiæ,quæ potata ab anima effundit flumina in eam, & fit ei fons aquæ ſalientis in vitã æternam. Donum intellectus eſt ſolidus cibus,vt panis,qui,vt dicebat beatus Franciſcus, multis laboribus habetur. Primo.n.granum ſeritur. Secundo ſatum moritur. Tertio mortuum,germinat. Quarto germinans, nutritur. Quinto nutritum augetur. Sexto auctũ,in ariſtis protenditur. Septimo in tecis, maturatur. Octauo maturatum,metitur. Nono meſſũ, excutitur. Decimo excuſſũ,ventilatur. Vndecimò ventilatũ,molitur. Vltimo in maſſam panis cõpingitur. Simili mõ eſt de dono intellectus. Nã intellectus eſt regula circunſpectionũ moraliũ. Vnde dicebat Deus ad Dauid intellectũ tibi dabo,& inſtruã te in via hac qua gradieris,firmabo ſuper te oculos meos, Noli ergo fieri ſicut equus,& mulus,quibus non eſt intellectus. Deus intellectũ promittit,recipiendi modum oſtendit, qñ dicit,firmabo ſuper te oculos meos. Diuina complacentia accepta quod facimus approbando in præſenti, & remunerando in futuro. Si vis ergo regulari ſecundum regulam intellectus,non ſit beſtialis,ſed regularis, non dirigaris ſecundum impetum ſenſus, ſed ſecũdum iudicium rationis,alioquin accidet tibi quod accidit Adę,qui cõtempta regula veritatis,ſecutus eſt inſtinctum mulieris,& mulier inſtinctum ſerpentis. Homo cum in honore eſſet non intellexit. Intellectus prudentialis inſtruit hominem ſecundum dictamen diuinæ legis in tribus.

Nota.

Pſal. 31.

Pſal. 48.

Donum intellectus tria principia docet.

Quid euitandum,quia omne malum.

Quid exequendum,quia omne bonum.

Quid expectandum,quia ſummum bonum.

Primo intellectus prudentialis docet,quid euitandum quia omne malum. Vnde dicit ſapiens. Si inclinaueris cor tuum prudentiæ,& quaſi pecuniam quæſieris illã, & effoderis quaſi theſaurum, tunc intelliges timorem Domini,& ſcientiam Dei inuenies. Sap. 1.

Qui intellectum iſtum vult habere,debet quærere cum deſiderio cordis,& cum ſtudio operis. Tunc inueniet homo timorem Domini,& ſcientiam Dei; Oĩs hõ,qui vult in bonum dirigi, debet timere Deum, vt vitet malum,quia ſanctum, & terribile nomen eius, initiũ ſapientiæ timor Domini. Intellectus bonus omnib. facientib. eum. Ecce timor Dñi ipſe eſt ſapientia, & recedere a malo intelligentia. Igitur intellectus prudentialis,docet quid vitandum,quia omne malum. Pſal. 110.

Secundo intellectus prudentialis, docet quid agendum,quia omne bonum,ſecundum viam interioris cogitatus,& exterioris actus,& labilioris affectus. Scriptum eſt,non declines a lege, vt intelligas cuncta quæ agis. Callidi eſt intelligere viam ſuã. Si eſt tibi intellectus,rñde proximo tuo,Sin autem,ſit manus tua ſuper os tuum. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugit fictum,& aufert ſe a cogitationibus., quæ ſunt ſine intellectu, Ambroſius dicit,quod nihil debemus loqui,vel agere, de quo non poſſimus reddere rationem. Prou. 14. Eccl. 5. Pſalm. 31.

Tertio inſtruit intellectus prudentialis, quid expectandum,quia ſummum bonum. In prouerbiis legitur. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis, quocunque ſe verterit prudenter intelliget. In omnibus agendis,& imitandis debet homo vti cõſilio finis. Grata,immo gratiſſima gemma,eſt bonum æternum. In Baruch legitur. Diſce vbi ſit prudentia,vbi ſit intellectus,vt ſcias vbi ſit lumen oculorum,& pax. Quo contra dicitur in Deu. Gens abſque conſilio eſt,& ſine prudentia,vtinam ſaperent,& intelligerent,ac nouiſſima prouiderent. Tangit triplicem ſpeciem intelligentiæ. Intellectus iſte regula eſt circunſpectionum moralium,vt homo cum deſiderio cordis, & proſecutione operis conſideret quid vitandum, quid agendum, quid expectandum. Prou. 17. Finis in oĩb. ſpectãd. Baruch. 3. Deu. 32.

Iſte intellectus eſt donum ſpiritusſancti, huic dicit. Pſal. Intellectum tibi dabo,& inſtruam te, &c. Alius eſt intellectus,qui eſt ianua conſiderationum ſcientialium. Scribitur in eccleſiaſtico, In theſauris ſapientiæ intellectus diſciplinę,hoc eſt dicere, quod theſauri abſconditi,vel conſiſtunt in cognitione cauſarum altiſſimarum,vel concluſionum,vel principiorum. Oportet ergo hominẽ per ſtudium veritatis fodere, vt ad theſaurum ſapientiæ perueniat. Iſte intellectus, qui eſt ianua conſiderationum ſcientialium. Eccl. 1. Sap. 1.

Intellectus ſcient alis ex trib. acquiritur.

Partim eſt a dictamine naturæ, ſiue a lumine interiori.

Partim ex certitudine experientiæ ſiue a lumine exteriori.

Partim ex illuſtratione lucis æternæ, ſiue a lumine ſuperiori.

Quod ſit partim ex dictamine naturæ, patet in Eccleſiaſtico. Vbi dicitur. Deus de terra creauit hominē, & ad imaginem ſuam fecit illum, creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi, & cor ad cogitandum dedit illi, diſciplina, & intelligentia impleuit illam. Docet Eccleſiaſticus, quod anima rationalis tres habet operationes. Vnam qua, propter immunitatem a materia eſt reflexiua ſui ſuper ſe. Secundam, qua propter naturam perfectionis, & formæ, eſt conuerſiua ſui ſupra corpus adminiſtrandum. Tertiam, qua, traſcendens corpus, & ſe, eſt eleuatiua ſui ad Deum contemplandum. Eſt autem hic intellectus ſecundum dictamen naturæ, quod patet in Adam, quia omnibus rebus ſecundum ſpecificas differentias nomina impoſuit. Anima autem noſtra habet ſupra ſe quoddam lumen naturæ ſignatū, per quod habilis eſt ad cognoſcendum principium, & illa ſemiplenè, quia principia cognoſcimus inquantū terminos cognoſcimus. Secundo intellectus iſte eſt a frequentia experrientiæ. In prouerbiis legitur. Vir in multis expertus multa recognoſcit. Et Philoſoph. docet, quod ex multis ſenſibus, fit vna memoria, & ex multis memoriis, vnum experimentū, & ex multis experimentis, vnum uniuerſale, quod eſt principium artis, & ſcientiæ. Tertio iſte intellectus eſt ab illuſtratione lucis æternæ. In Dan. legitur. Dat ſapientiam ſapiētibus, & ſciētiam intelligentibus diſciplinam. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Quærit Aug. vbi ſcriptæ ſunt leges iuſtitiæ, ſecundum quas iudicat impius? Et reſpondet, quod ſcriptæ ſunt in libro lucis æternæ, quæ deſcendunt in animā non migrando, ſed imprimendo, ſicut imago annuli ceræ imprimitur, & annulum non relinquit. Homo & Angelus docent miniſterialiter, & adminiculatiuē, ſicut, qui feneſtram aperit, dr̄ domum illuminare. Solus Deus docet effectiue, ſolum cathedram habet in celis, qui docet hominē in terris. In Deo viuimus, mouemur, & ſumus. Dicit Aug. ꝙ Apoſtolus loquitur non tm̄ de vita temporali, ſed intellectuali, ſecundum quod Deus eſt omnibus cauſa eſſendi, ratio intelligendi, & ordo viuendi. Circa hæc tria, tres cauendi ſunt errores in ſciētiis. Vnus eſt contra cauſam creandi, ſecundus eſt contra rationem intelligendi, tertius eſt contra ordinem viuendi. Primus eſt de æternitate mundi, ſecundus de neceſſitate fatali, tertius de vnitate intellectus humani. Iſti errores ſignificantur in Apo. in numero nominum beſtiæ, quæ ſunt 666. Primi fundunt ſe ſuper circulum motus & temporis, ſecundi ſupra motum ſyderum, tertii ſupra intelligentiam vnam corpus ingrediētem, & egredientem. Primus error refellitur per id quod ſcriptum eſt. In principio creauit Deus, &c. aut enim ſentis, Deum eſſe cauſam omnium ſecundum totum, aut ſecundum partem. Si ſecundum partem, ergo auferſ a Deo principalitatem cauſandi. Si ſecundum totum, ergo creat de nihilo. Dixit ſancta mulier. Reſpice omnia, quia de nihilo creauit illa Deus. Secundus error refellitur, quia ſi neceſſitas fatalis eſt, liberum arbitrium non eſt. Tertius error refellitur, quia ſi homo aliquid diſtinctum eſt, habet principia eſſentiæ ſuæ propria, & diſtincta.

Eccl. 17.

Eccl. 34.

Dan. 2.

Io. 1.

Apo. 13.

2. Maca. 7.

Intellectus triplex reſpectu cœleſtium.

Tertio intellectus eſt clauis contemplationum cœleſtium. Eſt autem iſte intellectus triplex, ſ.

Intellectus verbi increati, per quod omnia creātur.

Intellectus verbi incarnati, per quod omnia reparantur.

Intellectus verbi inſpirati, per quod omnia reuelantur.

Niſi enim quis poſſit conſiderare a quo res orian tur, & qualiter in finem reducantur, & qualiter in eis Deus reluceat, intelligentiam habere non poteſt. De primo dr̄ ad Romanos. Inuiſibilia Dei a creatura mūdi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas. Sēpiterna quoque virtus Dei per effectum intelligitur, quia eſt cauſa omnium. Hoc eſt contra philoſophos, qui dicunt, quod idem manens idem, non eſt aptum facere, niſi idem. Nam ab vniſſimo Deo manant multiformia, ab æterno temporalia, ab actualiſſimo poſſibilia, a ſtabiliſſimo mutabilia, a ſimpliciſſimo compoſita, a ſublimiſſimo infima. Sed hic eſt quæſtio, cum effectus debeat aſſimilari cauſæ, quid eſt, quod cauſa contrariatur effectibus in prædictis conditionibus? Sed nota, ꝙ horum oſtium eſt intellectus verbi increati, quod eſt radix intelligentiæ. Qui non habet oſtium, intrare nō poteſt. Philoſophi habent pro impoſſibilibus, quæ ſūt ſummè vera, quia oſtium eis clauſum eſt. Quomodo autem prædicta intelligantur docet Paulus, dicens. Fide intelligimus aptata ſæcula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Summus ſpiritus cum ſit purus actus & ſi non tantum intelligens, ſed & intellectus, non poteſt ſe non intelligere. Cum igitur intellectum æquetur intelligenti, intelligit quicquid eſt, & quicquid poteſt, ergo & ratio intelligentis, æquatur intellectui, quia ſimilitudo eius eſt. Hæc autē ſimilitudo verbum eſt, quia ſecundum Auguſt. & Anſelm. Similitudo mentis conuertentis ſe ſuper ſe, quæ in acie mentis eſt, verbum eſt. Si ergo hæc ſimilitudo æqualis eſt, Deus eſt. Igitur ſpecies originata repræſentat originantem, ſecundum omne quod eſt, & ſecundum omne quod poteſt, ergo repræſentat multa. Item, cum virtutem patris repræſentet, repræſentat virtutem immēſiſſimam. Hæc autem virtus quanto magis vnita, tanto plus infinita, ergo illa ſimilitudo repræſentat infinita. Igitur in ea ſunt omnia intelligibilia, & factibilia, ergo neceſſe eſt, quod ab vno ſint multa. Si ergo verbum intelligit omnia factibilia, ideo Iudæus non poteſt intelligere. Hoc eſt, quod dicit ſcriptura, dixit Deus, fiat, & factum eſt, id eſt verbum genuit, in quo omnia diſpoſuit, & diſponendo fecit. Verbo tuo tibi coæterno facis quæcunque facis, nec aliter, quam dicēdo facis, non tamen ſempiternè facis, quæ ſempiternè dicis. Ait Auguſtinus. Si vnitas haberet vim cognoſcitiuam totius ſui poſſe, cognoſceret omnes numeros, & punctos in centro, omnes lineas, vnitas tamen, cum ſit eſſentialis numero, pars numeri, plus eſt principium, quam punctus. Punctus enim eſt principium, ſed nō pars, neutrum tamen eſt actiuum principium. Igitur cum ſummus intellectus ſit actiuum principium, in ſimilitudine ſua omnia diſponit, omnia exprimit, omnia agit.

Rom. 1.

Quæſtio.

Reſpōſio.

Heb. 1.

Lib. cōfeſ.

Vidiſti, quomodo ab vno ſunt multiformia, vide quomodo ab æterno producūtur temporalia. Quæ. n. a patre procedunt, ordinatè procedunt, & vnum eſt cauſa alterius ordine naturæ, & temporis, ergo verbū ſic repræſentat res ſicut producuntur in eſſe, quia in prouidentia mea poſſunt eſſe multa futura, quorum vnum diſtantius eſt alio, & in memoria multa præterita, quorum vnum magis diſtat quam aliud, nec tamē ſequitur, quod cum eueniūt ſit mutatio in memoria, vel in prouidentia. Sic in verbo Dei non eſt mutatio cum ab æterno dicat, & ex tempore creet. Sicut ſi velle meū eſſet poſſe, ſi vellem modo, creaſſem fieri, non eſſet mutatio in me ſi fieret, eſſet autem mutatio ſi de non volente, fierem volens. Iterum ab actualiſſimo fiunt poſſibilia, ſiue materialia.

Pater

Triplex rõ- principiandi, eſt in patre.

Pater intelligitur principium principians de ſe.

Pater intelligitur principians de nihilo.

Pater intelligitur principium principians de aliquo materiali.

Verbum patris exprimit patrem, vt principium principians de ſe, & hoc modo eſt repræſentans productionem eternorum, ſ. Spiritusſancti, & ſuam.

Verbum patris exprimit patrem, vt principium principians aliquid de nihilo, & ſic repreſentat productionem ſpiritualium creatorum euiternorum, vt angelorum, & animarum.

Verbum patris exprimit patrem, vt principium principians aliquid de aliquo materiali, & ſic repreſentat productionem corporalium diſtinctorũ. Illud. n. quod fit de alio, prius erat in potentia, quàm fieret, ergo de neceſſitate repreſentat poſſibilia. Ab actualiſſimo ergo fiunt poſſibilia. Hæc ſimilitudo ſiue verbũ eſt veritas, que quidem veritas eſt adequatio intellectus, & rei illius, intellectus dico, qui eſt cauſa rei, non mei, qui non eſt cauſa rei. Tunc eſt vera adequatio, quando eſt res ſecundum hanc ſubſtantiam, tanta, talis, ordinata, agens, patiens, ſituata ſecundum differentias predicamentorum, tunc enim vere res ſunt, quando ſunt in re, vel in vniuerſo, ſicut ſunt in arte eterna, vel ſicut ibi exprimuntur.

Quid ſit veritas.

Res autem vera eſt ſecundum quòd adequatur intellectui cauſanti. Quia verò perfectè non equatur, ſed adequatur rationi, que exprimit eam, quam tamen non adequat, ideo omnis creatura mendacium eſt, ſecundũ Aug. Res autem adequata nõ eſt ſua adequatio, ergo neceſſe eſt, vt in verbo Dei, quod eſt adequatio, ſit veritas creature, & in creatura ſimilitudo veritatis. Vnde licet Angelus magis participet verbo in conditionibus nobilibus, tamen quantum ad rationem exemplaritatis, ſiue exprimẽtis, non excedit Angelus vermiculũ. Ita. n. ratio vermiculi exprimit vermiculum, ſicut ratio Angeli Angelũ. Vides ergo quomodo ab actualiſſimo ſunt poſſibilia, à ſtabiliſſimo mutabilia, à ſublimiſſimo infima. Et ſicut lux facit multiformitatem colorum, ita verbum multiplicitatem rerũ, & varietatem, ideo nõ contingit intelligere, niſi per verbũ. Hec clauis anime purgate per fidem neceſſaria eſt, quia mentis humane acies inualida, in tam excellenti luce non figitur, niſi per iuſtitiam fidei emundetur. Vnde omnes, qui non habent fidem, habent manum amputatam. Vnde Pſal. Ipſe dixit, & facta ſunt, &c.

Oẽ creatu mendaciũ.

Augu. libr. de Trin.

Secũda clauis eſt intellectus verbi incarnati, ꝑ quod omnia reparãtur. Vnde Chriſtus dicebat. Hec ſunt verba, que locutus ſum vobis, cum adhuc eſſem vobiſcũ, quoniam oportet impleri, que ſcripta ſunt in lege, & ꝓphetis, & pſalmis de me, tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, loquitur verbum Dei, de quo dicit Io. Verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Vbi oſtendit duas naturas in vna perſona. Hanc ſcripturarũ impletionem docet Paulus, quando dicit. Finis legis eſt Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. In lege ſcriptũ eſt, quòd duo Cherubin verſis vultibus in propitiatorium ſe reſpiciebant. Duo Cherubin duo teſtamenta, quorũ aſpectus erit in Chriſtum. Per hanc clauem verbi incarnati ſcripture habent intelligi, que ſunt principaliter de operibus reparationis. Niſi enim intelligas originem, & ordinem reparationis, ſcripturam intelligere non potes. Nomen autem reparatoris eſt verbum Dei, quod deſcribit Iſaias ſic inquiens. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperiũ ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis. conſiliarius: Deus fortis, Pater futuri ſeculi, princeps pacis. Iſte puer reparauit hierarchiam cœleſtem, & ſubcœleſtem, quæ tota corruerat. Ergo neceſſe fuit vt tangeret cœlum, & tangeret terram. Iſte hierarcha debet eſſe præcelſus, qui ſolus poſſit ſaluare. Vnde dicitur admirabilis. Multipharie enim olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, qui cum ſit ſplendor gloriæ &c. vſque purgationẽ peccatorum faciens, &c. Ab iſto admirabili procedunt mirabilia. Vnde & in ſuæ temporalis natiuitatis exordio, fecit miraculum miraculorum, quod omnia alia miracula reſpiciunt. Habuit enim naturam corpoream, & naturam incorpoream, naturam diuinam, naturam humanam, naturam temporalem, naturam æternam, Matrem, & Virginem. Vnitum eſt primum vltimo, ſummum imo, Deus limo. Vide arcum, qui habet multiformitatem colorum & naturarum, & benedic, qui fecit illum, quia valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Hic eſt ſol, qui deſcendit per nouem gradus in horologio Achaz, ideſt verbum incarnatum per nouem ordines Angelorum vſque ad hominem, qui decimus computatur. In hoc miraculorum miraculo, ſcilicet quod Deus eſt homo, fides accipit vires ſuas. Vnde Moyſ. poſtquam minauit gregem ad interiora deſerti, vidit rubum, qui ardebat, & non comburebatur. Vadam (inquit) & videbo viſionem hãc magnam. Et ibi fuit illuſtratus. Rubus ſpinoſa paſſibilitas carnis, flamma, anima Chriſti plena luminibus, & igne charitatis: Lux, diuinitas, lux coniuncta rubo mediante flamma, eſt diuinitas coniuncta carni mediante anima. Vt ergo poſſit hierarcha de mortuis facere viuos, de hominibus dei filios, neceſſe eſt, vt ſit præcelſus, & admirabilis. Secundò neceſſe eſt, vt hic hierarcha noſter ſit ſenſatus, iuxta triplicem ſapientiam.

Lucæ vlt. Ioan. 1. Rom. 10. Exod. 25. Iſa. 9. Admirabilis hierarchia ẽ Chriſtus. Heb. 1. Miraculũ miraculorũ, quod. Eccl. 43. Iſa. 38. Eccle. 1.

Triplex ſapientia in Chriſto.

Sapientiam innatam, quam habuerunt Angeli, & primus homo, & per hanc ſcit omnia, quæ poſſumus per habitum ſcire.

Sapientiam infuſam, per quam comprehẽdit glorioſa, & infinita, quia ſapientiæ eius non eſt numerus.

Sapientiam æternam, per quam comprehendit omnia, tam poſſibilia fieri, quam diſpoſita.

Decebat enim, vt qui reparaturus erat vniuerſum, ſciret vniuerſum. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax. Sequitur. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quẽ nobis ſermo. Sed quæritur, quæ neceſſitas fuit, vt haberet ſapientiam niſi diuinam? Reſpondeo, vt quæ nouerat per ſcientiam, ſciret per experientiam. Non enim habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine, abſque peccato. Vnde eſt ſimul aduocatus pro nobis, & iudex contra nos. Iſte conſiliarius adeo fuit ſapiens, quòd omnes ſcripturæ ſapientes non fuerunt niſi ſimulachra huius ſapientis Ad hanc referuntur omnia eloquia ſapientiæ. Vnde de Chriſto intelligitur. Specioſus forma præ filijs hominum, licet Iudæi accipiant de Salomone, ſimiliter & illud de Chriſto intelligitur. Sit nomen eius benedictum in ſecula: & ideo dicit: conſiliarius, & ideo dicit, Deus. Tertiò neceſſe fuit, vt hierarcha noſter eſſet acceptiſſimus Deo. Talis dicebat, vt eſſet nobis pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ.

Hebr. 4. Pſal. 42. Pſal. 71. Hebr. 7. Ioann. 5.

Habuit autem gratiam triformem.

Triplex gratia in Chriſto.

Gratiam ſingularis perſonæ, per quem ille homo gratus fuit.

Gratiam capitis per quam influit.

Gratiam vnionis, quæ ex vna parte infinita fuit. Fuit ergo acceptiſſimus, non ſolum quia Deiformis, ſed quia Deus. Et ſicut à ſapientiſſimo illuxerunt documenta certiſſima, ita à Deo exempla ſanctiſſima. Vnde emanationes, & flumina paradiſi, & ſcaturitiones fontium hunc Deum de Deo ſunt exprimentia. Quarto neceſſe fuit, quòd hierarcha noſter eſſet victorio-

chriſti triũphus.

ctorioſiſſimus. Expolians enim principatus,& poteſtates,traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Chriſtus autem vicit mundum. Vnde Pſal. dicit. Attollite portas principes veſtras,&c. *[Col. 2.] [Pſalm. 23.]*

Spoliauit infernum. Quis eſt iſtę rex glorię? Dominus fortis,& potens. Dominus potens in prælio.

*[Philipp. 2.]* Reſtaurauit paradiſum. Quis eſt iſte rex glorię? Dominus virtutum,ipſę eſt Rex gloriæ.

*[Eſai. 63.]* Neceſſe eſt ergo, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur,cęleſtium, terreſtrium,& infernorum. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Ego, qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum, ad ſaluãdũ. Et ideo dicitur fortis,à quo manant fortia pręſidia. Vnde montes in circuitu eius, & omnia bella ſcripturarũ referuntur ad victoriam Chriſti. Quinto oportet,quòd hierarcha noſter ſit largifluus, propter magnitudinem influentiæ. *[Eph. 4.]* Vnde ad Ephe. ſcribitur. Vnicuique noſtrũ data eſt gratia,propter quod dicit. Aſcẽdens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Vnde ſicut nubes aſcendit,vt poſtmodum pluat,ſic Chriſtus, vt dona ſua mittat. Exiſtens enim in terra, dedit ſpiritum ſanctum occulte,aſcendens,manifeſte.

Fuit autem Chriſtus per miſſionem Spirituſſancti.

*[Act. 2.]* Hierarcha purgans. Factus eſt repente de cęlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis,ecce purgatio.

Hierarcha illuminans. Apparuerunt illis diſpertitæ lingue,tanquam ignis,ecce illuminatio.

Hierarcha conſumans. Seditque ſuper ſingulos eorum,ecce perfectio.

Ab hoc largitore manant dona gratuita,& quicquid inuenitur in ſcriptura diffuſionis in ſole, vel alijs,referuntur ad largitorẽ huius ſpiritus, qui Spirituſſanctus dr ſpiritus,quia purgans,ſanctus,quia inſtruens,ſpecici domus diuidere ſpolia. *[Iſai. 9.]* Et Iſa. dicit. Lętabuntur coram te,ſicut exultant victores capta preda, quando diuidũt ſpolia. Alij datur per ſpiritum gratia ſermonum,alij genera linguarum. Vnde dicit Pater futuri ſęculi. Pater eſt *[Iacob. 1.]* principium influentiarum,per quas viuimus in futuro ſeculo,quia omne datum optimum, & omne donũ perfectum de ſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Sequitur. voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creature eius. Modo ſumus initium creature,tunc erimus ſimplex creatura.

*[Chriſti iuſtitia.]* Iſte Pater eſt largiſſimus. Amen dico vobis. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, &c. Aperis tu manũ tuam,&c. Homines, & iumenta ſaluabis. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, &c. Sextò debet hierarcha noſter eſſe ſumme iuſtus propter multitudinem iuſtitie,& æquitatis.

Infallibiliter inquirentis.
Irrepræhenſibiliter diſcutientis.
Irreuocabiliter ſententiantis.

*[Iſai. 11.]* Iſa. dicit. Erit iuſtitia cingulum lumborum eius,non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, &c. Ergo eſt Deus,quia purus homo non iudicat, niſi ſecundum audita. Ad iſtum iudicẽ referuntur omnia iudicia ſcripturarũ. Et ideo dicitur princeps pacis. Vnde ab eo manãt *[Apoc. 3.]* iuſta iudicia. Chriſtus eſt Dauid,qui habens clauẽ aperit,& nemo claudit,claudit,& nemo aperit. Clauis iſta eſt myſterium vnionis. Tertia clauis eſt intellectus verbi inſpirati,non.n.fit reuelatio,niſi per verbum inſpiratum. Danieli reuelauit Deus ſermonem, & intelligẽtia opus eſt in viſione. Niſi enim verbum inſpiratum ſonet in aure cordis, niſi ſplẽdor verbi luceat in oculo mẽtis, niſi vapor, & emanatio omnipotentis Dei inſtillet guſtum ſuauitatis,niſi ſempiternitas impleat animam, nõ *[Dan. 5.]* eſt homo aptus ad intelligentiam viſionum. Sed Danieli dedit Deus intelligentiam omnium viſionum, & ſomniorum per verbum inſpiratum.

Viſio autem triplex eſt,ſcilicet. *[Viſio trifaria.]*

Corporalis, quę ſine intellectuali non profuit Balthaſari in inſcriptione manus. *[Dan. 5.]*

Imaginaria,quę ſine intellectuali nõ profuit Pharaoni in ſpicis,& bobus. *[Gene. 41.]*

Intellectualis,hæc profuit Danieli,& Ioſeph. Ioanni reſpondet Ioſeph. Daniel Paulo.

Pręter has viſiones fit viſio ſex modis, quę reſpõdet operibus ſex dierum, quibus perficitur minor mundus,ſicut maior mundus perfectus eſt. *[Item viſio ſextuplex.]*

Prima eſt viſio intelligentiæ per naturam inditę.
Secunda eſt viſio intelligentię per fidem eleuatę.

Hę ſunt multorum.

Tertia eſt viſio intelligentię per ſcripturam eruditę.
Quarta eſt viſio intelligentiæ per raptum in Deum abſorpte.

Hę ſunt paucorum.

Quinta eſt viſio intelligentiæ per prophetiã illuſtratæ,
Sexta eſt viſio intelligentiæ per raptum in Deum abſorptę.

Hę ſunt pauciſſimorum.

Ad has ſequitur viſio anime beatificatę, quas omnes habuit Paulus.

Intelligentię indita, quę non excedit limites rationis,intelligitur per primam diem in qua facta eſt lux. Hęc eſt lux,de qua dicit Propheta. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. *[Pſal. 4.]* Sine lumine indito nõ habetur fides,non habetur gratia, non habetur ſapientia. Et ita prima die diuiſa eſt lux à tenebris.

Intelligentia ſublimata per fidem intelligitur per ſecundam diem,qua factum eſt firmamentum in medio aquarum. Hoc firmamẽtum eſt fides,quæ eſt origo ſapientię,& origo ſcientiæ. Et ſiue ſit de temporalibus, ſiue de æternis,fides non diſcordat à ſcientia.

Intelligentia per ſcripturam erudita, intelligitur per diem tertiam,qua congregatæ ſunt aquæ, & apparuit arida,terra eſt ſcriptura habens intelligentias ſpirituales,quę mirabilibus expoſitionibus pullulat, & in his proditur herba virens,& lignum paradiſi.

Intelligentia per contemplationem ſuſpenſa, intelligitur in opere quartę diei,quando facta ſunt ſol,& luna,& ſtellæ. Qui non habet contemplationem, non habet ornamentum ſolis,lunę,& ſtellarum. Debet anima Sunamitis amiciri ſolę,luna,& ſtellis.

In ſole, intelligitur contemplatio hierarchię ſupercœleſtis. *[Contẽplatio triplex.]*

In luna,intelligitur contemplatio hierarchię ſubcęleſtis.

In ſtellis, intelligitur contemplatio hierarchiæ cœleſtis.

Vnde Iſa. tunc videbis,& afflues,& mirabitur,& dilatabitur cor tuum. *[Iſa. 60.]* In quo notatur, quòd ſpecięs contemplationis ſunt tres,ſcilicet.

Admiratio. Mirabitur,inquit.

Dilatatio. Dilatabitur inquit. Comederunt, & biberunt,& viderunt Deum Iſrael.

Alienatio. Affluens inquit.

Intelligentia per prophetam illuſtrata intelligitur in opere quintę diei. Vident Prophetæ prophetata in ſpeculo ęternitatis. Et licet prophetatum ſit contingens,tamen prophetia eſt infallibilis, propter veritatis ęternæ infallibilitatem. Iſti ſunt piſces, qui propter multitudinem pennularum feruntur in verbo.

*[Intelligentia per raptum.]* Intelligentia per raptum in Deum abſorpta reſpondet ſextę diei. De hoc raptu dicit Apoſtolus. Scio hominem ante annos 14. ſiue in corpore, ſiue extra corpus,neſcio,Deus ſcit raptum huiuſmodi. Hic raptus facit animam ſimillimam Deo,quantum eſſe poteſt in ſtatu vię. *[2. Cor. 12.]* Rapti autem non habent habitum glorię, ſed actum. Et ſicut raptus eſt in confinio vię,& patrię, ita

eſt in

eſt in cõfinio vnionis, & ſeparationis a corpore. Ideo
dicit Apoſtolus. Siue in corpe, ſiue extra corpus, neſcio.
Vnde ergo preſumit alius determinare, quod Paulus ne
ſciuit. Tunc adimpletur, quod ſcribitur. Faciamus homi
nem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, quia talis
dignus eſt, vt preſit volatilibus, & piſcibus maris. Quan
to.n. quis eleuatior, tãtò humilior fit, vt Paulus poſt ra
ptum, quia etiam cubile matrimonij determinandum
Iob. 39. deſcendebat per humilitatem. Vnde dicitur in Iob. Nu
quid ad preceptum tuũ eleuabitur Aquila, & in arduis
ponet nidum ſuum, vbicunque fuit cadauer ſtatim ad-
eſt. Mirabilia primo dixerat de Aquila, & poſtea humi
lia, ſic eſt de raptu, ille enim qui in raptu fuit maior, ma
gis eſt humilis, & ſic neceſſe eſt, quia ſi ſuperbiret, poſſet
amittere, gratiam, & cadere in reprobum ſenſum, & vix
vnquam ſurgeret, quia quanto magis nouit, tanto ma-
gis ſciret ſoluere omnia, quę dicerentur ſibi, & ideo nõ
ſine cauſa fuit datus Apoſtolo ſtimulus carnis. Ne ma-
2. Cor. 12. gnitudo (inquit) reuelationum extollat me. Ille (inquã)
qui ad talem ſtatũ peruenit, poteſt alios ordinare, & re-
gere, vt Paulus fecit, qui ordinauit eccleſiam ſecundum
exemplar, quod ſibi mõſtrabatur. Septimus dies eſt ab-
ſolutio a corpore. De qua dic Salua. ait. Hodie mecum
Lucę. 23. eris in paradiſo. Quę dies non habet veſperam. Et poſt
ſequitur octaua dies, quę non eſt alia à precedentib. ſed
reiteratio prime diei, quando anima reſumpſerit cor-
Apoc. 3. pus ſuum. Hec eſt ergo clauis Dauid, que docet verbũ
inſpiratum, illud (inquam) verbum, quod eſt in ſinu pa-
tris increatum, incarnatum in vtero virginis, inſpiratũ
in corde tuo, vbi habitat per fidem, illabitur mentes an-
gelicas, & humanas intrans, in eis facit intelligere has
viſiones, quia eſt intellectus purus, ſed alio & alio mo-
do, quia ſunt maiores profundationes, ſecundumquod
anima intime inducitur, vel meditatur in ſe, & hoc fit p
diuinum radium, vt dicit Dio. de Angelica hierarchia.
Ergo Ieſum inuocantes primum lumen, &c. Et ſicut di
Dionyſius cit Dion. de Eccleſiaſtica hierarchia. Lex diuinitatis eſt,
infima p media ad ſuprema reducere. Ille thearchichus
radius deſcendens in celeſtem hierarchiam, illam illumi
nat, & per illam Eccleſiaſticam, vel ſubceleſtem, totum
tamen facit radius, quia Angeli ibi nihil faciunt niſi oc-
caſionaliter. Sicut ſi aliquis vellet, quòd radius illumina
ret multas domos, aperiret feneſtras, & tamẽ radius om
nes partes domus illuminaret, & ſicut ſi quis prępararet
multa ſpecula ad recipiẽdum lumen. Deinde ordine re
ſolutorio ille radius nos reducit in contemplationem cę
leſtium, deinde ſuper cœleſtium.

*Sermo Quartus, quod veritas lux eſt intellectus, & de eius ſpeciebus, & de viſione intelligentię per naturam indita, & de triplici veritate.*

Conſideratio prima.

VIdit Deus lucem, ꝙ eſſet bona, & diuiſit lucem à
Gen. 1. tenebris, &c. In omnibus operibus ſex dierũ prę
terquam ſecundę, dictũ eſt. Vidit Deus, ꝙ eſt bo-
num, & in fine dicit, vidit Deus cũcta q̃ fecerat, & erant
valde bona. Videre dicitur Deus, quia videre nos fa-
cit. Prima viſio aię, eſt per naturam intelligentię indi
Pſalm. 4. tę. Vnde dicit Pſa. Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui
Domine. Et hic poſſunt explicari omnes difficultates
philoſophię. Philoſophi dixerunt nouem ſcientias, &
polliciti ſunt dare decimam, ſ. cõtemplationem, ſed mul
Philoſophorũ ſciẽtia imperfecta valde. ti Philoſophi dum ſe voluerunt diuidere à tenebris er-
roris, magis ſe erroribus immiſcuerunt, dicentes.n. ſe ſa
pientes, ſtulti facti ſunt, ſuperbientes de ſua ſcientia lu-
ciferiani facti. Apud Aegyptios dẽſiſſime tenebrę erãt,
ſed ſanctis tuis maxima erat lux. Oẽs, qui fuerunt in le
ge naturę, vt Patriarchę, prophetę, Philoſophi, filij lucis
fuerunt. Lux anime veritas eſt. Hęc lux neſcit occaſu, Exod. 10.
ita.n. fortiter irradiat ſuper animam, vt etiam non poſ-
ſet cogitare non eſſe, nec exprimi quare hõ ſibi contra-
dicat, quia ſi veritas non eſt, verum eſt ueritatem nõ eſ-
ſe, ergo aliquid eſt verum, & ſi aliquid verum eſt, verũ
eſt veritatẽ eſſe, ergo ſi veritas non eſt, veritas eſt. Super
omnia.n. pręualet veritas. Emittit autem hęc lux tres ra
dios primos. Vnde in Eccl. ſcriptum eſt. Tripliciter ſol 2. Eſd. 3.
exurens montes. Eſt.n. ueritas rerum, ueritas ſignorum,
ſeu vocum, & veritas morum. Veritas rerum, eſt indiui Eccl. 43.
ſio entis, & eſſe, veritas ſermonum eſt adęquatio vocis,
& intellectus, veritas morum, eſt certitudo viuendi. Et
iſtę ſunt tres partes philoſophię, quas philoſophi non
inuenerunt, vt eſſent, ſed quia iam ſecundum veritatem
eſſent, omnino aduerterunt, ſecundum Auguſ. Hęc tri-
plex veritas conſideratur ex parte principij originãtis,
ex parte ſubiecti ſuſcipientis, & ex parte obiecti termi-
nantis. Reſpicit autem originans principium in ratione
triplicis cauſę, originantis, exemplantis, & terminantis.
Nam ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ergo ve-
ritas indicat, quòd mens noſtra fertur naturali inclina-
tione ad veritatem ſecundum quod eſt cauſa eſſendi, ra
tio intelligendi, & ordo viuendi. Secundum cauſam eſ-
ſendi, veritas rerum, ſecundum rationẽ intelligendi, ve- Rom. 11.
ritas vocum, ſecundum ordinem viuendi, veritas morũ,
Ex parte autem anime omnis irradiatio veritatis ſuper
intelligentiam noſtram, aut fit ſuper ipſam abſolute, &
ſic pertinet ad notitiam rerum ſpeculandarum, aut in
comparatione ad interpretatiuam, & ſic eſt veritas vo-
cum, aut in comparatione ad affectiuã, & motiuam, &
ſic eſt veritas operabilium, Ex parte obiecti ſic. Omne
quod eſt, aut eſt à natura, aut à ratione, aut à voluntate.
Secundum primam, eſt notitia, quę eſt de rebus, ſecun-
dò modo de ſermonibus, tertio modo de moribus. Er-
go ſecundũ principium, ſubiectum, & obiectum, eſt tri
plex radius veritatis in anima, per quem poſſit aĩa non
ſolum eleuari ad perpetua, ſed etiam in cauſas omniũ,
ſed ſi addatur condimentum fidei, tunc poteſt eo faci-
lius, vt cauſa eſſendi attribuatur patri, ratio intelligendi
filio, ordo viuendi ſpiritui ſancto. Viſio ergo intelligen
tię per naturam inditę, vt conuertitur ad res, eſt veritas,
Vult autem anima totum mundum deſcribi in ſe. Mun Conſideratur mundus tripl.
dus conſideratur tripliciter quantum ad eſſentiam, na-
turam, & figurã. Iſte autem radius dirigit ad quiddita-
tum differentias occultas conſiderandas, ad figurarum
proportiones manifeſtas, ad naturarũ proprietates ex
vtroque permixtas. Naturalis permixta conſideratio
eſt, quia modo de cauſis, q̃ ſunt occultę, vt qualiter ignis
calidus, qualiter herba calida, quia hoc habent à ſpecie
ſua, quę occulta eſt, modo de quãtitate, & influentia cor
porum. Et ſic de quantitate ſecundum quidditatum dif
ferentias occultas, ſit entis diuiſio ſex modis ad preſens,
in ſubſtantiam, & accidens, in vniuerſale, & particulare
in potentiam, & actum, in vnum, & multa, in ſimplex,
& compoſitum, in cauſam, & in cauſatum.
Hęc ſunt ſex lumina, quę diſponunt animam ad ſciẽ Sex diuiſiones.
dum, & benefaciendum, vel ſentiendum. Diuiſio ſub-
ſtantię, & accidentis patet, ſed quędam ſunt, quę redu-
cuntur ad iſtam, & in his eſt maximus error. Dicit ille.
Creatio nõ eſt, quare, quia impoſſibile eſt accidens prę
cedere ſubſtantiam. Creatio accidens eſt. Dico creatio,
quę eſt paſſio, accidens non eſt, quia relatio creaturę ad
creatorem non eſt accidentalis, ſed eſſentialis, ſimiliter
potentia materię non eſt accidens materię ſed eſſentia-
lis, quia hoc ipſo, quòd eſt, ad alterum eſt, ſimiliter diffe
rentię ad genus reducũtur, vt merę priuationes ad ſuos Secunda diuiſio.
habitus. Secunda diuiſio eſt in vniuerſale, & particula-
re, & circa hoc magnus fuit error. Aliqui dicunt, quòd
vniuerſale nihil eſt, niſi in anima. Plato poſuit ſolum in
Deo,

Vniuerſale multiplex.

De [...] alijs, quòd ſolum in anima. Iſti nimis abſtrahunt. Dico, quod eſt vniuerſale vnum ad multa, vnū in multis, vnum præter multa. Vnum ad multa eſt in potentia materiæ, quod non eſt completum, vnum in multis partibus, & vnum præter multa in anima: vnum autem ad multa, & vnum in multis, & vnum præter multa, in arte æterna ſunt, per illam enim artem, & rationem conſiſtit in re, planum eſt enim, quòd duo homines aſſimilantur, & nō homo, & aſinus. Ergo neceſſe eſt, vt illa ſimilitudo fūdetur, & ſtabiliatur in aliqua forma ſtabili, nō quæ eſt in altero, quia illa particularis eſt, ergo in aliqua vniuerſali, ratio autem vniuerſalis non eſt tota in anima, ſed in re ſecundum proceſſum generis ad ſpeciē, vbi conueniemus primò in ſubſtantia, vt in generaliſſimo, deinde in alijs, vſque ad formam hominis vltimatam.

Tertia diuiſio.

Tertia diuiſio eſt potentiæ, & actus, & in hoc ſunt multi errores, Dicunt quidā quod actus nihil addat ſuper potentiam, niſi modum eſſendi, ſecundum completum, & incompletum. Non loquimur de potentia purè paſſiua, ſed de illa, quæ producitur ad actū. Neceſſe eſt enim cum in omni creatura potentia actiua coniuncta ſit potentiæ paſſiuæ, quòd illę duæ potentiæ fundentur ſuper diuerſa principia rei. De potentia, quæ eſt ratio ſeminalis, hæc eſt vis, quia potentia talis ſuper actum alicubi addit partem eſſendi, vel eſſentiæ, vt ſuper rationem corporis addit animatum ſecundum rem, & ſuper animatum addit ſenſibile, ordinatum tamen ad ſenſibile, & ſic vſque ad hominem. Sic ſimiliter de potentijs animæ, quòd ſicut tetragonus addit vnum angulum ad trigonum, & pētagonus ad tetragonum, ſic ſenſitiuum ad vegetatiuum, & rationale ad ſenſitiuum. Aliquando autem addit ſolum modum eſſendi, vt de vno in potentia fiat vnum in actu, addit ſolum modum eſſendi, quia vnum non coniungitur materiæ ſimpliciter, ſed materiæ habenti vitam in potentia radicali, vnde inſanū eſt dicere, quòd vltima forma addatur materiæ primæ ſine aliquo, vel quòd ſit eius diſpoſitio, vel in potentia ad illam, vel nulla forma interiecta.

Quarta diuiſio.

Quarta diuiſio eſt in vnum, & multa, & de illa multi ſunt errores. Quidam dixerunt, quòd omnia ſunt vnum, vt ſicut vna eſt materia, ita vna forma radicalis, & poſtmodum multiplicatur, & ſecundum modum eſſendi variatur, & hoc nihil aliud eſt dicere, quàm quòd illa ꝑpoſitio, homo eſt aſinus, ſit vera per ſe, falſa per accidens. Vnde intellige, quòd rationale, & irrationale non ſolum differunt per accidens, ſed etiam eſſentialiter.

Quinta diuiſio.

Quinta diuiſio eſt in ſimplex, & compoſitum, & de hac ſunt etiam multi errores. Quidam dicūt, quod aliqua creatura ſit ſimplex, & tunc ſequitur, quòd eſt purus actus, quod eſt ſolius Dei, & attribuere, quòd eſt Dei creaturæ, periculoſum eſt. Minus ergo eſt periculoſum dicere, quòd Angelus ſit compoſitus, etiam ſi verū nō ſit, quàm quòd ſit ſemplex, quia hoc ego attribuo Angelo, nolens attribuere quòd eſt Dei, propter pietatem, quam habeo ad reuerētiam Dei, ſed ſecundum veritatem ſic videtur, quia dicit Boetius. Forma ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt: ergo Angelo nihil accideret tunc, nec lętitia, nec triſtitia.

Sexta diuiſio.

Sexta diuiſio eſt in cauſam, & cauſatum, & de hac ſunt multi errores. Quidam enim dicunt mundum ab æterno fuiſſe, quia in hoc conueniunt ſapientes, quòd non poſſit aliquid fieri de nihilo, & eſſe ab æterno, quia neceſſe eſt, quod ſicut quādo res reddit in nihilum, eſſe deſinit, ſic quando fit de nihilo, incipit eſſe. Sed aliqui videntur poſuiſſe materiam ingenitam, & ſic ſequitur, ꝙ Deus nihil facit, quia materiam nō facit, quia ingenita, nec formam, quia aut fit de nihilo, aut fit de aliquo, non de materia, quia eſſentia formæ non poteſt fieri de eſſentia mateſiæ, nec de nihilo, vt ſupponunt, eò quòd Deus nihil poteſt facere de nihilo, ſed abſit, quòd potētia Dei ſulciatur fece materię, hæc ſunt fundamenta fidei, quæ omnia examinat.

Cōtemplatio circa quātitatē.

Secunda irradiatio intelligentiæ per naturam inditæ, eſt ad conſiderandas quantitatum proportiones manifeſtas, & illæ ſunt valde manifeſtæ, quia offerunt ſe ſenſui, & libenter homo negociatur circa iſta, quæ cadut in imaginatione, quia imaginatio eſt fortis in nobis, & ratio obſcuratur, & ideo homo multum in his detinetur, & iſta ſciētia certiſſima eſt, quia ad oculum patet. Vnde omnes aliæ ſcientię, præter iſtam, quaſi ſunt occultæ. Hec conſideratio mathematica eſt circa ſex, vt circa numeros in ſua puritate, & ſic eſt arithmetica, aut circa numeros prout conſiderantur in ſonis, & ſic muſica, aut in quantitate continua, & circa proportiones dimenſiuas generaliter, & ſic geometria, aut per additionem de linea viſuali, & ſic perſpectiua, aut ſecundum quantitatem vtranque, & ſecundum diſcretiones numerales, & ſubſtantiales, vel continuas, & diſcretas, & ſic aſtronomia, & illa eſt duplex, vna de corporibus regulatis per motum, & ſic aſtronomia, alia de influentia, & hæc partim ſecura eſt, & partim periculoſa, & hęc aſtrologia periculoſa eſt, propter iudicia, quæ ſequuntur, & ab hac fluūt geomantia, vel chiromantia, & cæteræ ſpecies diuinationis.

Aſtronomia iudiciaria periculoſa.

Hæ ſcientiæ diſponunt ad intellectum ſcripturæ, vt patet de numeris perfectis, de vnitate excreſcente, vt patet de perfectione ſenarij, qui de ſe perfectus eſt. Non enim (vt dicit Auguſtin) ſenarius ideo perfectus, quia in eo numero Deus fecit mundum, ſed ideo fecit Deus mundum in illo numero, quia perfectus eſt.

Augu.

Numerus cubicus.

Similiter de duobus numeris cubicis primis. ſcilicet 8. & 27. quia bis duo bis, octo faciunt, ter tria ter, ſunt 27. qui ligari non poſſunt minus quàm per duos numeros quadratos, ſcilicet 12. & 18. Sic enim ſe habet 12. ad 18. vt 18. ad 27. quia in ſexqui altera proportione quæ tenet totum, & eius medietatem.

Trinitatis myſteriū.

Similiter patet de triangulo, quādo ducit in cognitionem trinitatis. Certum eſt enim quòd quantus eſt Filius, tantus eſt Pater, & quantus eſt pater, tantus eſt Spirituſſanctus, & Filius. Et inde triangulum conſidera, cuius quilibet angulus totam ſuperficiem includit.

Triāgulus.

Similiter perſpectiua de radio directo, qui fortior eſt, ſicut ſi tu proijcias directè deorſum lapidem magnum, ſonum facit, ſi autem ex obliquo, non tantum. Reflexus radius eſt à corpore terſo, & polito, virtute terſionis, & ibi accipit ſpeciem, radius fractus eſt in introitu alterius perſpicui.

Cōtemplatio circa ꝓprietates rerum.

Tertio irradiatio animæ, ſeu intelligentiæ per naturam inditæ, eſt ad inueſtigandum naturarum permixtas proprietates, ſcilicet partim occultas, & partim manifeſtas. Philoſophus enim conſiderat omnia per motum, conſiderat enim de motu, de principijs motus, & cauſis, vt locum, & tempus, conſiderat autem naturas corporum cœleſtium, ſiue corpora ætheralia, & metheoricalia, elementaria, vegetabilia, ſenſibilia, rationabilia, Cęleſtia in lib. de cœlo, & mundo, vbi reducit omnem motum ad motum perfectum, ſcilicet localem, iſte autem localis eſt triplex, aut circa medium, vbi non eſt contrarietas, & ſic circularis, aut à medio, & ſic leuium motus, aut ad medium, & ſic motus grauium, ſiue motus rectus. Metheorica, vt in lib. metheororum, vbi dicit de impreſſionibus, & mineralibus. De elementaribus, vt de generatione, & corruptione, & de vegetabilibus, vbi ſunt mirabiles conſiderationes, aut de ſenſibilib. vt in lib. de animalibus quem totum non habemus, aut de rationabilibus, vt in libr. de anima cum ſuis appenditijs, ſcilicet de ſenſu, & ſenſato, & de memoria, & reminiſcentia, de ſpiritu, & anima, de ſomno & vigilia, de morte & vita.

Illuminatio in ſcientijs ſermocinalibus.

Secundus radius veritatis informat ad cōſiderationem, locutionem, & argumentationum, perſuaſionum rationabilium, vt homo habeat triplicem artem per eum ad locutiones congruè indicantes mentis cōceptus, ad argumentationes trahentes omnes mentis aſſenſus, ad perſuaſiones inclinātes omnes mentis affectus. Ratio enim

cogitat

cogitat facere quicquid in ſe eſt, in alio, & quicquid eſt in alio, facere in ſe, hoc autem nō fit niſi per ſermonem. Quicquid ergo eſt in anima, aut eſt per modū conceptus, aut per modum aſſenſus, aut per modum affectus. Ad indicandum cōceptum eſt grammatica, ad indicandum aſſenſum, eſt logica, ad indicandum affectum eſt rethorica. Secundum grammaticum omnis pars orationis ſignificat mentis cōceptum, habet enim partem ſignificantem ſubſtantiam, & qualitatem, & ſic eſt nomen, hēt partem ſignificantem motum, & ſic eſt verbum, quod dicit inclinationes, vt indicatiuus, q habet modum ſignificādi, vt in rationali imperatiuus, vt in iraſcibili, optatiuus, vt in concupiſcibili, ſubiunctiuus, partim vtrūque infinitiuus quaſi materialis. Et ad has differentias omnes reducuntur ſecundum Priſcianum. Similiter determinant de litera, de ſyllaba, de dictione, de oratione. Quia.n. varii ſunt modi ſignificandi, & terminandi ſecundum diuerſas linguas, vt terminatum in a, fœminini generis, vt in plurib. in vs, maſculini generis, & ſic de aliis. De litera determinat, ſed ad hanc non poteſt deſcendere niſi per ſyllabam. Vltimo cōſiderat de connexione dictionum, ſed poſtea determinat de ꝓſodia ſimiliter, & dyaſinthetica. Exprimit autem omnia per octo partes orationis. Ad litterā autem deſcēdit per ſyllabā, & poſtea de proſodia, & metrica, & huiuſmodi referuntur ad primum. Cōſiderat ſimiliter modos, vt accidētia, vt in quibus accidentib. nominatiuus conſtruatur cum verbo ſingularis numeri, vt non dicatur homo currunt, quia ab vna ſubſtātia non egreditur niſi vnus actus. Similiter, vt poſt verbū tranſitiuum nō ponatur nominatiuus, ſed accuſatiuus, qui dicit terminum, non principium actus, vt nominatiuus. Vnde grammatica à rebus naturam trahit, nec poteſt eſſe bonus grammaticus, niſi ſciat res. Alia directio eſt, quæ illuſtrat ad argumētationes inducētes ad mentis aſſenſum, quod fit per ſolidam argumentationem, vt quæcunque vni, & eidem ſunt, &c. Hæc argumentatio habet formam grammaticalem, & ſpecialē in materia neceſſaria, ſolida, & ideo eſt prima analiſis, & ſecunda analiſis de ſyllogiſmo. De ſyllogiſmo neceſſario, id eſt, reſolutorio in cauſam inferēdi, vt in prima analiſi, id eſt, reſolutione, & ſecunda analiſi, id eſt, reſolutione in cauſam inferendi, & eſſendi, & quia ſemper non poteſt eſſe inductio per neceſſariam argumentationem, ideo inueniuntur loci, & habitudo localis, quæ procedit per probabilia, vt loci topici, & quia in his cadit deceptio, adduntur loci ſophiſtici, vt ſciat homo diſſoluere. Vnde diſſoluens nō eſt ſophiſticus, ſed verus reſpondens, quia & iſti modi trahunt originem à natura rerū, vt patet, fumus eſt, ergo ignis fuit, locus ab effectu. Ideo adducuntur decem prædicamēta, adduntur etiam per enunciationes. Tertius radius, in quo mens illuſtratur ad perſuadendum, vel inclinādum animum, hoc fit per rhetoricam. Vnde rhetor oportet, vt prouideat ciuili vtilitati, vbi poteſt eſſe periculum propter diſſenſionem animorū. Procedit autem ſecūdum tria attributa, & triplex genus cauſæ, ſcilicet demonſtratiuū, & deliberatiuum, & iudiciale. Demonſtratiuum perſonæ, vt ad laudem, vel vituperiū, ergo, vel eſt laus quā'ū ad bona animæ, quæ ſunt tria, ſcilicet virtus, ſcientia, veritas, vel eſt laus quantum ad corpus, ſcilicet pulchritudo, fortitudo, &c. vel de bonis fortunæ, vt diuitiæ, parentela, patria. Deliberatiuū eſt reſpectu rei fiēdæ, & tūc perſuadetur. ſi adeſt ſecuritas, vtilitas, honeſtas, vel perſuadetur nō fieri, ſi ſequitur damnū, periculum, inhoneſtas. Genus iudiciale reſpōdet rei factæ, quæ habet conſtitutionem coniecturarum, dubitationem legitimam. Iudicialis conſtitutio eſt, feciſti, non feci, quæ apud alios litis conteſtatio vocatur, Coniecturalis, cum aliquid producitur ad probandum, legitima dubitatio iudicialis, eſt deſcriptio iudicialis, quando factum conceditur, ſed defendit ſe quòd nō ſit reus, vel quia potuit facere de mādato Domini, vel quia debuit. Ad hoc autē, quòd ſit potēs orator, neceſſe eſt, quòd habeat exordium ad captandum beneuolentiā nō nimis prolixum, non nimis obſcurū, non nimis exquiſitū, quod habeat rationem, vt factū narret, poſtea vt negocium diſtinguat, & caueat multitudinem partium, poſtea partem ſuā confirmet per rationes, poſtea aduerſarium cōfutet & rationes ſuas oſtēdat friuolas, poſtea cōcludat. Item neceſſe eſt, vt habeat inuētionem, diſpoſitionem, elocutionem, memoriam, & pronuntiationem.

Conſideratio circa rethoricam.

*Sermo Quintus. De medio, & virtutibus, & de radijs lucis veritatis, ac de triplici veritate, ſcilicet rerum, morum, & ſermonum.*

VIdit Deus lucem, quòd eſſet bona, & diuiſit lucē à tenebris. Dictum eſt ꝙ intellectualis lux eſt veritas, quæ eſt radians ſuper intelligētiam, ſiue humanam, ſiue angelicam, quæ inextinguibiliter irradiat, quia non poteſt cogitari non eſſe. Irradiat autem aliquid tripliciter. Vt veritas rerum, vt veritas vocum, vt veritas morum, vt veritas rerum eſt indiuiſio entis, & eſſe, vt veritas vocū, eſt adæquatio vocis, & intellectus, vt veritas morum eſt rectitudo viuendi, quod patet ex parte principii, quod irradiat ex parte ſubiecti, quod irradiationem ſuſcipit, ex parte obiecti ad quod irradiat, inquantum eſt hæc lux cauſa eſſendi, eſt lux magna, inquantum eſt ratio intelligendi eſt lux clara, inquantum eſt ordo viuendi eſt lux bona.

Gen. 1.

Veritatis ſubtilis digeſtio.

Vidit, inquit, Deus lucem, quod eſſet bona. Vt lux magna irradiat, ad comprehenſionem ſubſtantiarū, ſiue eſſentiarum, figurarum, & naturarum mundaliū, vt lux clara ad comprehenſionem locutionum, cōprehenſionum, argumentationum, perſuaſionum rationabilium, vt lux bona irradiat ſuper intelligentia, vel illuſtrat, ad comprehenſionem modeſtiarum, induſtriarum, iuſtitiarum.

Ad comprehenſionem modeſtiarum, quantum ad exercitationes conſuetudinales.

Ad comprehenſionem induſtriarum, quantum ad ſpeculationes intellectuales.

Ad comprehenſionem iuſtitiarum, quantum ad leges politicas.

Primo habenda eſt modeſtia, ſecundo induſtria inquirenda, tertio exercenda iuſtitia. Et hic oſtenditur prælatus qualis eſſe debet, ſ. perfectus in actione, & contemplatione, accipere debet leges. Vbi? In monte contemplationis cum Moſe, vt ſit modeſtus, & induſtrioſus, non beſtialis, quia in montem talis aſcendere non poteſt, Beſtia enim, quæ tetigerit montem lapidabitur.

Qualis debeat eſſe Prælatus.

Exod. 19.

Primo igitur irradiat, ſiue illuſtrat ad apprehenſionem, quantum ad exercitationem conſuetudinalium virtutum. Vnde Philoſophus ponit duodecim medietates in libro 4. Ethicorum. Fortitudinem circa timores, & audacias, temperantiam circa delectationes, & triſtitias, liberalitatem circa dona mediocria, magnificentiā circa dona magna, magnanimitatem circa appetitum honoris, philotomiam circa amicitias, manſuetudinem circa iras, veritatem circa locutionem, entropologiā circa ludum, delectationē, & amicitiā circa duo media paſſionum, vt verecundia, & nemeſis, quæ eſt nulli obeſſe, & alicui prodeſſe. De his aūt ſex eligemus præcipuas, ſ. primo temperantiam, ſecundo magnificentiam, tertio fortitudinem, quarto manſuetudinem, quinto benignitatem, ſexto magnanimitatem. Primo incipiendum a temperātia. Hæc neceſſaria eſt

Illuſtratio circa ethicam.

Tēperantia.

in

in primis,non enim ſtatim tēperatur homo a timore
mortis,ſed ſtatim, quando natus eſt delectationē req
rit ſecundum guſtum,vnde puer appetit dulce ſecun-
dū guſtum,& poſtea delectabile ſecundum tactū quā
do magnus eſt,hanc paſſionem contemporaneam no
bis,quæ incipit in pueris, & terminatur in ſenib.opor
tet primo domare,iſta eſt concupiſcentia,alia eſt cupi
ditas.Puer enim.Primo appetit manducare, & poſtea
pecuniā.Vnde mirabiliter delectatur in illa, & ſi pue
ro offeras panem,& denarium,accipit denarium,& re
Paupertas linquit panem,hoc inficit homines. Cōcupiſcūt enim
laudabilis. habere,& retinere.Appretiari hæc,vt fœlicisſima,ma
litia eſt aſpernari,vt execrabilia,malum eſt,dicunt qui
dam,totaliter pauperes non tenent medium. Reſpon
deo,immo vero tenent medium. Hæc enim medietas
non eſt circa res, ſed circa appetitum animæ, ſi enim
appetis hęc,vt ſuſtenteris tuis,vel alienis,medietatem
tenes,ſi appretiaris,vt fœlicitas ſit in eis, vnum extre-
mum eſt , ſi aſpernaris,vt profanum,alterum extre-
mum eſt,ſicut Manichæi profanum putant cū mulie-
re iacere,vel vxore,ſiue cum alia,ſimiliter dixerunt,ꝙ
Lucæ.9. nihil pōt homo habere.Et dicit Aug ꝙ hoc non fuit
præceptū,licet Apoſtolis dixerat Dominus.Nihil tule
ritis in via.Medium eſt ergo ſuſtentari ſiue ſuis, ſiue
alienis.Et dicebat beatus Franciſcus,ꝙ pauper magis
poteſt eſſe largus,quam diues, quia diues ſi dat quic-
quid hēt deficiet,& confuſus eſt,ſi vero non dat cum
hēat,licet vellet dare,ſi ſibi nō deficeret, voluntas bo
na eſt,ſed non reputatur pro facto ſibi,quia adhuc ha
bet ſubſtantiam,ſed pauper,qui nihil hēt, qui vellet
dare pauperi,& nihil habet quod det,& vellet ædifica
re hoſpitalia,non tamen habet, vnde voluntas pro fa
cto reputatur.Quod autem dicunt,quod nimis paupe
res non tenent medium, ſimile eſt illi qđ dicebat q̄dā
medicus Federici,qđ ille qui abſtineret ab omni mu-
liere,nec erat virtuoſus,nec tenebat mediū.Et ad hoc
ſequitur,quod ſi omnem mulierem cognoſcere,& co-
gnoſcere nullam extrema ſunt,ergo medietatem om-
nium mulierum cognoſcere medium eſt.Hæc cupidi-
tas domari debet per munificentiam,quæ comprehē
dit in ſe largitatem,& magnificentiam.Iſte eſt fons,q
aquas refundit. Fons non retinet in ſe aquas ſecundū
philoſophū. Difficile eſt ab hac perfectè curari,quia
hoc valde delectabile eſt,quia per hanc reputat ſe hō
magnum,& alii reputant.Si homo luxuriatur,dolet ce
rebrum,ſed in diuitiis homo delectatur, quia eſt ibi
4.Reg.5. præſumptio,& delectatio,& reputatio.Vnde hæc cu-
piditas,infecit Giezi,& leproſus factus eſt, quia cucur
rit poſt Naaman. Iſti ſimoniaci hodie reputant ma-
Act.8. gnam curialitatem.Venit Simon magus dixit Petro.
Accipe de pecunia,& da mihi, vt per impoſitionem
manus poſſim dare ſpiritumſanctum, ſed Petrus non
reputauit curialitatem,nec habuit patientiam.Pecunia
tua,inquit,tecum ſit in perditionem. Tertia medietas
eſt fortitudo,quę eſt circa timores,& audacias, hæc
eſt neceſſaria homini, vt non puſillanimis,neq; teme
rarius ſit,ſed ſuſtinendo terribilia, ēt ſit paratus mori,
aliquando.n.cadunt in ignauiam, & puſillanimitatē.
Iob.6. Vn̄ Iob dicebat. Nunquid fortitudo lapidum fortitu-
do mea,aut caro mea ænea eſt,fortitudo. n. in anima
eſt,non in carne. Melior eſt ſapiens,arrogante, & vir
Proue. 16. patiens, expugnatore vrbium.Vnde ſpūalis hō multū
dēt cauere de mæſtitia.Hæc virtus facit animam nobi
lem,quia foris aliqn̄ dedignatur contra aliquos, ideo
neceſſaria eſt manſuetudo,quæ eſt quarta medietas,&
eſt contra iraſcibilitates,& iracundias,non vt penitus
Ioan.11. homo non iraſcatur,ſed vbi debet,& quando dēt:Vn
de debet habere,& faciem hominis,& faciem leonis.
Vnde putant aliqn̄ hominem manſuetum, qui tacet
Ioan.2. alio peccante,hęc non eſt manſuetudo. Quid igitur di

citur de Ieſu,qui turbauit ſemetipſum,& fecit flagellū
de funiculis.Vnde in libro Machabeor. ſcriptum eſt. 1.Macha.2.
Væ mihi,ut quid natus ſum videre mala gentis meæ,
& ſanctorum? Vnde Chriſtus eſt agnus & leo.Quinta
medietas eſt benignitas,ſiue nemeſis, ſiue amicitia,q̄ Benigni-
nihil hēt malignitatis,ſed hō vult bonum alii homini, tas.
& oportet quod hæc ratio hominem dirigat.Et ſi di-
cat philoſophus,quod oportet amicis benefacere, ini-
micis malefacere:Chriſtus tamen dicit, vt omnis hō
diligatur,vt conferat vtilia,& nō nociua.Si ergo te di-
ligo,& do tibi, vel dignitatem vel libertatem, & tu
male vteris ea,ſi dem tibi,vt ſim benignus, non ſum,
ſed magis malignus:Vn̄ nō dabo tibi,benignus habeo
amicum habeo inimicum, amicus male vtitur aliqua
prælatione,vel dignitate ad damnum ſuū,& reipubli-
cæ,ſi dem ſibi,benignus non ſum.Inimicus meus vti-
tur econtrario,ſibi dabo, & faciam bonum meum de
malo ſuo.Pater non blanditur filio, nec dicit verbum
dilectæ filiæ,ne ſuperbiat. Mundus hodie ignorat iſtā
benignitatem,vnde totus mundus in maligno poſitus
eſt,quia modo non diligit niſi bonum priuatum. Sex- Magnani-
ta medietas eſt magnanimitas vt appretietur magna, mitas.
& deſpiciat vilia. Hęc eſt humilitas,quæ deſpicit appa
rentia magna,& appretiatur ea, quæ videntur eſſe par
ua,ſunt tamen magna verè.Notandum ꝙ philoſoph.
dicit, quod magnanimus eſt in appetitu honoris,
quicquid dicat ipſe,hoc non docet veritas,niſi cū ho
nor eſt æternorū.Sed ecōtra,quidam appretiatur vnā
viliſſimā laudē alicuius, cum tn̄ veritas dicat in mente
ſibi,ꝙ eſt ipſe peſſimus,& nequam,& tn̄ ipſe effert ſe.
Hæ ſex medietates ſufficiunt.Aliæ.n.quædam inno-
minatę ſunt:Has autem philoſophus manifeſtè ponit,
& in his rō veritati ſubſternitur fidei. Hæ.n.medieta- Virtutū aſ
tes remouent vitia,ſiue carnalia,ſiue ſpūalia,vt tempe ſiduitate
rantia gulam,& luxuriam, munificentia auaritiam cu expellūtur
piditatem,& rapacitatem,fortitudo accidiā, ignauiā, vitia.
pigritiam,mãſuetudo iracūdiam, odium,impatientiā,
benignitas inuidiam,magnanimitas ſuperbiā,arrogā
tiam,vanitatem,iactantiam.Secundus veritatis radius
illuſtrat ad apprehenſionem induſtriarum ſecundum
ſpeculationes intellectuales.Hæ ſunt quinque,ſ.ſcien- Illuſtratio
tia,ars,prudentia,ſapientia,intelligētia. Speculatio au circa intel-
tem conſiſtens in ſe,aut tranſit in effectū, aut affectū. lectualia.
Primus modus nō pertinet ad moralem, ſed magis lo
gici eſt,ſecundus autem ſpectat,quia virtuoſus,& ideo
quia faciliter ſpeculatiuus fit practicus, ideo facile ex
ſpeculatiuo fit virtuoſus. Notitia autem tranſiens in ef
fectum eſt ſapientia, quæ eſt cognitio cauſarum altiſſi
marum,& per cās altisſimas, notitia autem tranſiens
in effectum extrinſecum,eſt ars,quæ eſt habitus cū ra
tione factiuus,& hac iungitur notitia cum faciēte,præ
uia tn̄ affectione:Medium inter hęc eſt electio,quæ iū
gitur affectui,& ordinatur ad opus. Quod.n.quis eli-
git,amat,& dirigit ad opus,]& hæc eſt prudentia,]quæ
eſt media inter ſapientiam,& artem,intelligentia aūt
eſt in aſcendendo a prudentia ad ſapientiam, quæ eſt
cognitio principiorum,'& regularum certarum, neceſ
ſe eſt ſimiliter deſcendere ad artem per ſcientiam.Chi
rurgicus,niſi habeat regulam medici, interficit homi
nē,vt aliquid inciditur, & ille eſt diſpoſitus ad febrē.
Dicebatur ēt de quodā mathematico,qui faciebat op
timas campanas,& illas faciebat ſecundum proportio
nes muſicales, tn̄ illas habuit a quodā muſico,q dede
rat ſibi formam longitudinis,& ſpisſitudinis, & mar-
tellum proportionatum ad pulſandum.Nec eſt intelli
gendum propter hoc,ꝙ cū,ꝙ virtutes quædā ſunt in
tellectuales,quædam conſuetudinariæ,ꝙ ꝓp hoc vir-
tutes ſint in parte aliqua,niſi in rationali,quia eſſentia
omnis virtutis eſt in rationali,ſed quædam ſunt in ra
tionali ſecundū ſe,& ſecundum quod eſt ſpeculatrix,
quæ-

quædam ſecundum quòd eſt exterioris hominis guber
Illuſtratio circa moralia.
natrix. Tertius radius veritatis illuſtrat ad morales iu-
ſtitias ſecundum dictamen legum politicarum. Hic nõ
debeo loqui, vt theologus, nec ſicut iuriſta, ſed ſicut
philoſophus loquitur. Hæc autẽ eſt circa quatuor. Nul
lus autem philoſophorum dedit hanc, ſed ſi fuerit colle
ctũ, aliquid ex multis proueniet. Attenditur autẽ quã
tum ad ritum colendi, quantum ad formam cõuiuendi,
quantum ad normam præſidendi, quantum ad cenſurã
iudicandi. Ad cenſuram iudicandi non peruenitur, niſi
per normam præſidendi, nec ad normam præſidendi, ni
ſi per formam conuiuendi, nec ad iſtam, niſi per primã.
Socratis mos laudabilis.
Omnes veri philoſophi vnum Deum coluerunt. Vnde
etiam Socrates, eò quòd prohibebat ſacrificium fieri
Apollini, interfectus fuit, cum coleret vnum Deũ. Ve-
rum eſt, quòd Plato ſuaſit ſibi fugam. Abſit (inquit) So
crates, vt negem veritatem, quàm aſſerui, & ideo Pla-
to non interfuit morti eius, erubeſcẽs, quòd ſuaſiſſet ſi
bi fugã. Cultus Dei pietas eſt fidei. Vnde dicit Tullius,
quòd pietas conſiſtit in cultu Deorũ. Non placet, quòd
dicit Deorum. Scriptura nunquam dicit angelos Deos,
ne venerentur ſicut Dij, ſed homines vocãtur Dij. Vn-
de Pſalmus. Deus ſtetit in ſynagoga Deorũ .i. homi-
num, non angelorum. Cultus autem Dei cõſiſtit in lau
Cult᷒ Dei.
de, & ſacrificio. Quomodo autem ſacrificium introdu-
ctum ſit, videtur quòd per fidẽ Abel obtulit ſacrificiũ,
& Noè de quo dicitur. Odoratus eſt dominus odorem
Gene.
ſuauitatis. Et figurabãt hæc ſacrificia ſacrificiũ Chriſti,
quod in cruce fecit, & ideo dicitur Dominus odorare,
vt Dominus placaretur per mortẽ vnigeniti. Demones
autem propter ſuperbiam ſuam volunt coli, vt Deus,
vt habeant in terra, quod non habere potuerunt in cœ
lo. Et quia maximè alienantur homines à Deo, ſangui-
nẽ Dei offert, qui facit talia ſacrificia, eò quod effuſus
fuit ad placandum patrem, ſacrificium autem laudis in
corde, naturale iudicatorium dictat, & eſt dictamẽ na-
turæ, & in hoc conſenſerunt omnes veri philoſophi,
vnde dicit ille, quòd qui dubitat vtrum parentes hono
randi ſint, & Deus venerandus, pœna dignus eſt. Secun
dus modus eſt forma conuiuendi, vt quod tibi non vis
fieri, non facias alteri. Hoc in corde ſcriptum eſt per le
gem ęternam. Ex hac naturali lege emanant leges, & ca
nones pullulationes pulchræ. Sed ſi arguitur. Tu nõ vis
ſuſpendi, ergo latronem ſuſpendere non debes. Dicen-
dũ, quod latro prius debet ſuſpendi, quàm vt reſpubli-
ca lędatur, & ideo Ionas contra ſe dedit ſententiam, vt
Ionę. 1.
proijceretur in mare. Tertia eſt norma præſidendi qua
liter princeps ad populum, & econuerſo ſe debet habe-
re, & hæc emanat à veritate prima, quia populus debet
aſſiſtere præſidenti, & punienti, princeps non debet ſuã
vtilitatẽ quærere, ſed reipublicæ. Philoſophus. 5. Ethi.
dicit, quòd differt tyrannus, & princeps, quia tyrannus
De regimine principiũ.
qrit propriam vtilitatem, ſicut Herodes, qui timẽs pri-
uari regno ſuo, ſæuit in pueros. Princeps autem cõmu-
nem intendit vtilitatem. Vnde hodie magna abomina-
tio eſt in h,s, qui præſunt, quia in naui non ponitur re-
ctor, niſi habeat artem gubernandi. Quomodo ergo in
republica ponitur ille, qui neſcit? Vnde quando per ſuc
ceſſionem præſunt, male regitur reſpublica. Dauid fuit
ſanctiſſimus, Salomon, & ſi lubriciſſimus, tamen ſapien
tiſſimus, Roboam ſtultus, quia diuiſit regnũ, Roma-
ni elegerũt Diocletianum per artem diuinationis, ſiue
Diaboli. Debebant eligere comedentem ſuper mẽſam
ferream, & inuenerunt comedentem illum ſuper vome
rem, qui poſtmodum multa mala fecit. Vnde quandiu
Ratio iudicandi.
Romani illos, qui præeſſent, elegerunt ſapientiſſimos,
tunc bene gubernata fuit reſpublica, ſed vbi poſt ad ſuc
ceſſionem venerunt, totum fuit deſtructum. Vltimum
eſt cenſura iudicandi, vt homo ſciat quid de quacunq;
re ſit iudicandum, quod ſpectat ad perſonas, ad res, ad
modum agendi. Hæc omnia manant à veritate prima.
Sed in his omnibus luxuriata eſt ratio, luxuriata eſt ma
thematica, quia quidam poſuerunt mundum æternũ,
quia ſi cauſa ęterna, effectus ęternus eſt, & iſti malè ſen
ſerunt de cauſa prima. Similiter mathematici primo po
ſuerunt numeros, & poſtea ad influẽtias, & ſecreta cor-
dium peruenerũt. Naturales ſciunt, & de corporalibus,
& mineralibus, & dixerunt. Ars imitatur naturam, &
nos ſcimus ſecreta nature, ergo nos faciemus aurum, &
argentum. Similiter grãmatici poeſibus, & fabulis ſuis
tenuerunt totum mundum, quouſque venerunt ſancti
contra eos. Similiter logici cum ſuis ſophiſmatibus, &
ſuis falſis poſitionibus fecerũt mundum inſanire. Simi
liter rethores adeo delectabãtur in colore ſermonis, vt
non aliud regnum dicerent Dei, tamen ſublata eſt mo-
do de medio. Ars moralis non ita luxuriata eſt, quia nõ
in ſola ſpeculatione ſtat, ſed ſcientia iuris multum luxu
riata eſt propter lucrum, & cauſæ, quæ deberent termi
nari per ius, modo per allegationes, & ſubtilitatem iu-
ris fiũt immortales, cum tamen intentio iuris ſit cauſas
reſcindere. Hæc ſunt nouem lumina illuſtratiua anima
Epilogus dictorum.
rum, ſcilicet puritas rerum, vocum, & morum. Rerum
.ſ. eſſentiarum, figurarum naturarum, quãtum ad quid
ditates occultas, quantum ad quantitatum proportio-
nes manifeſtas, quantũ ad naturarũ ꝓprietates miſtas.
Primò metaphyſica, ſecundò mathematica, tertiò na-
turalis, ſeu phyſica. Veritas vocum triplex. Primò quã
tum ad locutiones, argumentationes, perſuaſiones, pri-
mo indicantes mentis conceptus, ſecundo quantum ad
argumentationes trahentes omnes mentis aſſenſus, ter
tiò quantum ad perſuaſiones inclinãtes mẽtis affectus,
primò grammatica, ſecũdo logica, tertiò rethorica. Ve
ritas morum triplex, quãtum ad modeſtias, induſtrias,
iuſtitias. Modeſtias quantum ad exercitationes cõſue-
tudinales, induſtrias quantum ad ſpeculationes intelle-
ctuales, iuſtitias quantum ad leges policitas. Primò vir
tus cõſuetudinalis, ſecundò virtus intellectualis, tertiò
virtus iuſtitialis. Has nouas ſcientias dederunt philoſo
phi, & illuſtrati ſunt. Deus enim illis reuelauit. Poſtmo
dum voluerunt ad ſapientiam peruenire, & veritas tra-
hebat eos, & promiſerunt dare ſapientiam, hoc eſt bea
titudinem, hoc eſt intellectum quo adepto quantum
promiſerunt diſcipulis ſuis impletum erat.

Quarta ergo conſideratio eſt, quomodo venerũt ad
Separatio lucis a tenebris miſtica.
hoc, in quo lux ſeparata eſt à tenebris, ſeparando enim
ſe à tenebris, cõuerterunt ſe ad lucem. Sed hoc fit vt ani
ma conuertat ſe ſuper ſe primò. Secundò ſuper intelli-
gentias ſpirituales. Tertiò ſuper rationes æternales. Pri
mò ergo oportet ſe conſiderare, non ſicut oculus car-
nis, qui non videt ſe, niſi per quandam reflexionem à
ſpeculo, ſed ſicut oculus mentis, qui primo videt ſe, &
poſtmodum alia. Sed adhuc oportet, vt conuertat ſe &
poſtmodum alia. Sed adhuc oportet, vt cõuertat ſe ſup
Tres aĩæ potentiæ.
potentias Animalem, intellectiuam, & diuinam, ſecun-
dum triplicem oculum carnis, rationis, contemplatio-
nis. Primus videt, ſecundus caligat, tertius excæcatus
eſt. Potentia animalis duplex eſt, vel in obiecta ſen-
ſuum particularium, vel ſenſus communis, ſiue in phã-
taſmata ſenſibilium. Et ſic ſenſus eſt imaginatio. Intel-
lectualis autem eſt duplex, aut vt conſiderat vniuerſa-
les rationes abſtractas, vt abſtrahit à loco, à tempore, &
à manſione. Secundò vt eleuatur ad ſubſtantias ſpiri-
tuales ſeparatas, & ſic ſunt duæ potentiæ, ſcilicet ratio,
& intellectus, per rationem confert, per intellectum co
gnoſcit ſe, & ſubſtantias ſpirituales, & tunc ingerit ſe
intelligentiis, vt tũc intret æuiternum earum. Similiter
operatio, vel potentia diuina duplex eſt. Vna, quæ ſe
conuertit ad tuenda diuina ſpectacula. Alia, quę ſe con
uertit ad deguſtanda diuina ſolatia. Primum fit per in-
telligentiam. Secundum fit per vim vnitiuam, quæ ſe-

cunda

certa eſt, de qua parum, vel nihil nouerunt. Ergo triplex eſt potentia, & ſex operationes, & quando hæc omnia obiecta videt anima ſic rediens ſuper ſe, fit ſpeculum quoddam pulcherrimum terſum, in quo videt quicquid eſt fulgoris, & pulchritudinis, ſicut in ſpeculo polito videtur imago. Sed adhuc requiritur opacitas naturalis, vel artificialis. Naturalis, vt in ſpeculo de calibe. Artificialis, vt in plumbo ſuperpoſito vitro. Poſtea requiritur politio, per quam formam vel imaginem recipit. Tertio requiritur ſpendor, quia in nocte nihil reddit. Similiter in anima ſunt virtutes inferiores tenentes lumen ne defluat. Mediæ ſunt ſicut politiones. Supremæ ſunt, ſicut ſplendores ſuperuenientes, & ſic eſt anima ſpeculum. Sed oportet, vt habeamus ſecundum gradum, quòd opponatur pulchris formis, ſicut luminibus cœlicis ſibi proportionatis, vt Angelis, quia ſi ſtatim eleuaret ſe ad diuinos fulgores, reuerberaretur. Angeli autem ſunt & lumina, & ſpecula, ad quos contemplandos tripliciter eleuatur anima. Habent enim Angeli virtutes infimas, per quas regulant motus nobilium corporum, & influunt in mundialia. Et hoc eſt poſitio philoſophorum. Conſtat enim quòd cauſa nobilior eſt ſuo effectu. Et cõſtat, quòd ad influentiam corporum cœleſtium fit, vel generatur viuum, & animatum, ergo anima. Si ergo animatum nobilius eſt non animato, ergo neceſſe eſt, vt habeat aliam cauſam quàm illa corpora. Et illa eſt influentia Angelica cum influentia corporum cœleſtium.

Angeli motores cœlorum.

Vnde per regimen ſubſtantiæ intellectualis influentis ſuper motum orbis, quem regit fit hoc. Alij poſuerunt, quod Angeli eſſent numerati ſecundum numerum motuum, propter inclinationem naturalem ad motum. Alij poſuerunt decem intelligentias ſolum conſiderantes earum influentias, & fecerunt inſanias, & contentiones. Angelus bene poteſt eſſe ſine motu. Item ſunt virtutes in Angelis ad animas rationales, per quas regunt homines. Sunt enim delatores luminum, & eleuatores intellectuum ad ſuſcipiendas illuminationes. Eſt ergo in eis virtus delatiua, quia ſunt lumina quædam, & quoddam peruium, & contemperant in ſe nobis diuinum radium, vt proportionetur nobis. Secundo modò eſt in eis virtus eleuatiua, per quam nos aptant per condeſcenſionem, & eleuationem ad illum radium ſuſcipiendum non tanquam perficientes. Item eſt in eis virtus ſuprema, qua ſe ad Deum conuertunt in ſuſceptione ſplendorum æternæ lucis, quam amant, & omnia reducunt ad ipſam, vt tendant in Deum per amorem, & laudem.

Iob. 38.

Vnde in Iob dicitur. Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Et hoc totum ſenſerunt philoſophi. Item Angeli ſunt ex hoc gratiarum actionem facturi ſiue acturi, quãdo hoc viderint anima ingerit ſe Angelis, & intrat ſpeculum ipſorum.

Conſideratio cauſæ & cauſati.

Tertius gradus eſt, quod ipſe intellectus conſiderans conditiones entis ſecundum relationem cauſæ ad cauſatum, transfert ſe ab effectu ad cauſas, & tranſit ad rationes æternas. Differt cauſa à cauſatis, quia prima cauſa eſt ens primum, & à ſe cauſatum productum. Cauſa prima eſt ens ſimplex. Cauſatum ens compoſitum. Cauſa prima ens purum. Cauſatum ens proximũ, Cauſa prima ens fixum, cauſatum ens variatum. Cauſa prima ens abſolutum, & cauſatum ens allegatum. Cauſa prima ens perfectum, Cauſatum diminutum. Hæc ſunt certiſſima. Intelligentia fertur in hanc lucem tripliciter.

triplex modus ratiocinandi.

Ratiocinando, experiendo, intelligendo, ratiocinabiliter, experimentaliter, intelligentialiter. Per viam rationis ſic. Si eſt ens productum, ergo eſt ens primum, quia effectus ponit cauſã. Si enim eſt ens ab alio, ſed aliud, & propter aliud, ergo eſt ens à ſe, ſecundum ſe, & propter ſe.

Item ſi eſt compoſitum, oportet eſſe ſimplex, à quo habet eſſe, quia omne quod recedit à ſimplicitate, cadit in compoſitum. Item ſi eſt ens proximatum, neceſſe eſt eſſe ens purum, creatura autem nulla pura. Item ſi eſt ens ſecundum ſe variatum, neceſſe eſt eſſe fixum, quia mobile reducitur ad immobile. Mota enim manu ſtat cubitus, & moto cubito, ſtat humerus, Et ſic quod mouetur, mouebitur per aliquod fixum. Item ſi dare eſt alligatum, ergo abſolutum. Omnis creatura alligata eſt alicui generi prædicamentorum. Sed quod alligatum eſt non mutuum dat alteri eſſe, ergo neceſſe eſt abſolutum eſſe, à quo recipiet eſſe. Item ſic eſt ens diminutum, neceſſe eſt eſſe ens perfectum. Et hac via procedit philoſophus ad oſtendendum mundum æternũ, quia omnem motum, & motionem præcedit motus localis circulariter, quia perfectus eſt. Sed reſpondendum, quòd verum eſt, quod perfectus eſt ante diminutum, loquendo de perfecto ſimpliciter, ſed non de perfecto in genere, qualis eſt motus localis. Et ſic fertur intelligentia ratiocinando, fertur ſimiliter experiendo. Sic productum reſpectu primi defectiuum eſt. Similiter compoſitum reſpectu ſimplicis: Similiter, permixtum reſpectu puri, & ſic de alijs, ergo dicuntur priuationes: Sed priuationes non cognoſcuntur, niſi per habitus ſuos. Iudex eſt enim rectus ſui, & obliqui: Et ſi omnis cognitio fit ex præexiſtenti cognitione. Ergo neceſſario intelligentia experitur in ſe, quòd habeat aliquod lumen, per quod cognoſcat primum eſſe. Sic igitur his præſuppoſitis, intellectus intelligit, & dicit, primum eſſe nulli vere eſſe conuenit, niſi primo eſſe, & ab ipſo omnia habent eſſe, quia nulli ineſt, niſi primo eſſe, ſimiliter ſimplex eſſe eſt ſimpliciter perfectum: Ergo eſt quod nihil intelligitur melius. Vnde Deus non poteſt cogitari nõ eſſe, vt probat Anſelm.

Inueſtigatio Dei per creaturas.

Quando anima videt hoc, eſt familiaris. Primò ratiocinando: Secundo experiendo: Tertiò intelligendo, ibi poteſt quieſcere. Vnde ratiocinando infert per oppoſitum: Si eſt poſterius, eſt prius. Si eſt compoſitum, eſt ſimplex. Experimentaliter, quia priuationes non cognoſcuntur, niſi impoſitione cauſæ, & illa videntur per modum defectus, & priuationis. Intellectualiter, quia non poſſunt latere animam, vbi primum eſſe eſt ſimplex eſſe. Item conſiderat illud eſſe, vt habet virtutem, ſubſtantiam, & operationem, vt puriſſimam, ſimpliciſſimam, & ſic de alijs ſex. Et eſt in eo vnitas, bonitas, & veritas, vt pura, vt puriſſima, vt abſolutiſſima, & ſic de alijs ſex. Vt habeat ſpecioſitatem, infirmitatem, & bonitatem, vt puram, puriſſimam. Vt habet memoriam, intelligentiam, voluntatem, ſecundum illa ſex. Vt habet vitam, ſapientiam, iucunditatem, ſecundum illa ſex, & tunc intelligit bonum per eſſentiam. Et omnia per illud deificantur, & ideo ſummè appetibilis, & ſummè debet appeti, & hoc faciẽdo conquieſcit.

Epilogus dictorum.

Primò ergo anima videt ſe, ſicut ſpeculum, deinde angelos, ſiue intelligentias, ſicut lumina, & ſicut mediũ delatiuum, ſiue videt ſe, ſicut in ſpeculo in intelligentia, ſicut in medio delatiuo lucis æternæ, & contemperatiuo, deinde in luce æterna tanquam in obiecto fontano, quantum ad illas ſex conditiones dictas, & rationabiliter, & experimentaliter, & intelligibiliter, vel intelligentialiter. Dum hæc ergo percipit, conſurgit ad diuinum contuitum, & dicit ſe habere intellectum adeptum, quem promiſerunt philoſophi, & ad hoc veritas trahit. Sed tamen per virtutes oportet deuenire, ſicut venerunt philoſophi, quando viderunt, quòd tam altè non poſſent peruenire, niſi per virtutes, conuerterunt ſe ad docendum illas, vt fecit Socrates. Vnde reputatur minus bene dixiſſe, eo quod tantum de illis dixit, ſed hoc fecit, quia videbat, quod ad illum intellectum non poſſet perueniri, niſi anima ſit purgata.

*Sermo ſextus de virtutibus Cardinalibus, & de virtutibus animi iam purgati.*

Gen. 1.

VIdit Deus lucem, quòd eſſet bona, & diuiſit lucẽ à tenebris &c. Propter primam viſionem intelligẽtiæ per naturam inditæ ſumptum eſt verbum illud. Vidit Deus, &c. id eſt, videre fecit. De hoc ſuprà in duabus collationibus, & per conſiderationem ſcientialem. Vt veritas rerum, vt veritas vocum, & vt veritas morum. Et fuerunt diſtinctę nouem partes doctrinæ partiales, quarum tres principales ſunt radij, & ſunt ex dictamine lucis æternę ſecundum Anſelm. vel Auguſt. Item quòd vidit, id eſt, videre fecit per contemplationem ſapientialem, illuminando animam in ſe tanquam in ſpeculo. In intelligentia tanquam in medio delatiuo. In lucem increatam, tanquam in obiecto fontano. Secundũ illas ſex conditiones quas imprimit menti, & ſecundum has conſurgit anima in illam lucẽ Ratiocinando, Experiendo, Intelligendo, vt dictum eſt. Et ad hoc venerunt philoſophi, & nobiles eorum, & antiqui quòd eſſet principium, & finis, & ratio exemplaris. Diuiſit tamen lucem à tenebris, vt ſicut dictum eſt de Angelo, dicatur de philoſophis. Sed vnde aliqui tenebras conſecuti ſunt? ex hoc, quia licet viderint omnes primam cauſam, omnium principium, omnium finem, in medio tamen diuerſificati ſunt. Nam aliqui negauerunt in ipſa eſſe exẽplaria rerum, quorum princeps videtur eſſe Ariſto, qui & in principio metaphyſice, & ĩ fine, & in multis alijs locis execratur ideas Platonis. Vnde dicit, quòd ſolum nouit ſe, & non indiget notitia alicuius alterius rei, & mouet vt deſideratum, & amatum. Ex hoc poſuit quòd nihil, vel nullum particulare cognoſcit. Vnde illas ideas principaliter pręcipuus impugnat Ariſtotel. in Ethic. Vbi dicit, ꝙ ſummum bonum non poteſt eſſe idea, & nihil valent rationes ſuæ, & commentator ſoluit eas, Ex iſto errore ſequitur alius error, quòd Deus non habet pręſcientiã, nec prouidentiam, ex quo non habet rationes rerum in ſe, per quas cognoſcat. Dicunt etiam, quòd nulla veritas de futuro eſſe, niſi veritas neceſſariorum. & veritas contingentium non eſt veritas. Et ex hoc ſequitur, qđ omnia fiant a caſu. Ideo inducunt neceſſitatem fatalem arabes, ſcilicet quòd illę ſubſtantiæ mouentes orbẽ ſunt cauſæ omnium neceſſariæ. Ex quo ſequitur veritas occultata, ſcilicet diſpoſitio mundialium ſecundum pœnam, & gloriam. Si enim illæ ſubſtantiæ mouent non errantes, nihil ponitur de inferno, nec quòd ſit dæmon, nec Ariſtotel. vnquam poſuit dæmonem, nec beatitudinem poſt hanc vitam, vt videtur. Iſte eſt ergo triplex error, ſcilicet occultatio exemplaritatis, diuinę prouidentiæ, diſpoſitionis mundanæ. Ex quo ſequitur talis cæcitas, vel caligo, ſcilicet de æternitate mundi, vt videtur dicere Ariſtote. ſecundum omnes docto. Græcos, vt Gregor. Nyſſenum, Gregor. Nazanzenum, Damaſcenum, Baſilium. & commentatores omnium Arabum, qui dicunt, quod Ariſt. hoc ſenſit, & verba ſua ſonare videntur. Nunquam inuenies, quòd ipſe dixerit, vel dicat, quòd mundus habeat principium, vel initium. Immo redarguit Platonem, qui ſolus videtur poſuiſſe tempus incœpiſſe, & illud repugnat lumini veritatis. Ex iſto ſequitur alia cecitas de vnitate intellectus, quia ſi ponitur mundus ęternus, neceſſariò aliquod illorum ſequitur, vel quòd animæ ſunt infinitæ, cum homines fuerint infiniti, vel quòd anima eſt corporalis, vel quòd eſt tranſitio de corpore in corpus, vel quòd intellectus ſit vnus in omnibus., qui error attribuitur Ariſtot. Ex his duobus ſequitũr, quòd poſt hanc vitam non eſt fœlicitas, nec pœna. Hic ergo ceciderunt in errores, nec fuerunt diuiſi à tenebris, & iſti ſunt peſſimi errores. Nec adhuc clauſæ ſunt claues putei abyſſalis. Hæ ſunt tenebræ Aegypti. licet enim magna lux videretur in eis ex præcedentibus ſcientijs, tamen omnino extinguitur per errores prędictos. Et alij videntes, quòd tantus fuit in aliis, & ita dixerit veritatem, credere non poſſunt, quin & in iſtis dixerit. Dico ergo, quòd illa lux æterna eſt exemplar omniũ, & quod mens eleuata, vt mens aliorum nobilium philoſophorum antiquorum ad hoc peruenit. In illa ergo primo occurrunt animæ exemplaria virtutum. Abſurdum eſt enim ſecundum quod dicit Plotinus, quòd exemplaria aliarum rerum ſint in Deo, & non exemplaria virtutum. Apparent ergo primo in luce æterna virtutes exemplares, ſiue exemplaria virtutum, ſcilicet celſitudo puritatis, pulchritudo claritatis, fortitudo virturis, & rectitudo diffuſionis. De quibus Philo diſertiſſimus iudeorum loquens in libro Sapientiæ, vt Philoſophus, ſic inquit. Vapor eſt enim virtutis Dei. & emanatio eſt claritatis ſyncera, & ideo nihil inquinatum in illam incurrit. Ecce celſitudo puritatis. Candor eſt lucis æterne, & ſpeculum ſine macula diuine maieſtatis illius, & imago bonitatis illius. Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata inuenitur prior. Ecce pulchritudo claritatis. Vbi enim eſt ſpeculum, & imago, & candor, neceſſario eſt repræſentatio. Pulchritudo nihil aliud eſt quam æqualitas numeroſa. Ibi enim ſunt rationes numeroſæ ad vnum reductæ. Et quia ſpecioſiſſima, ideo attingit vbique propter ſui munditiam. Ex quo ſequitur, quòd ſit fortiſſima, Ideo dicitur. Sapientiam non vincit malitia. Attingit à fine vſque in finem fortiter. Ecce fortitudo virtutis, attingit à ſummo, vel ſupremò vſque ad infimum, ab intrinſeco vſque ad extrinſecum, à principio vſque ad vltimum, quia vbique eſt centrum ſuæ potentiæ, ideo virtus eius eſt infinita. Ex hoc habet rectitudinem diffuſionis, ecce iuſtitia. Et ideo dicit. Diſponit omnia ſuauiter. Et quia loquitur, vt Philoſophus, vt amator ſapientie. Ideò dicit. Hanc amaui, & exquiſiui, & cetera non ſolum propter ſe, ſed quia ab illa immediate conſequenter fluunt tales conſimiles proprietates. Vnde poſt ſtatim ſequitur. Sobrietatem enim & prudentiam, & iuſtitiam, & virtutem docet, quibus nihil eſt vtilius in vita hominibus. Hæc imprimuntur in anima per illam lucem exemplarem, & deſcendunt in cognitionem, effectiuam, & in operatiuam. Ex celſitudine puritatis imprimitur ſynceritas tẽperantiæ. Ex pulchritudine claritatis ſerenitas prudentiæ. Ex fortitudine virtutum ſtabilitas conſtantiæ: Ex rectitudine diffuſionis ſuauitas iuſtitiæ. Hæc ſunt quattuor virtutes Cardinales, de quibus tota ſacra ſcriptura agit, & Ariſtotel. nihil de eis ſenſit, ſed antiqui, & nobiles philoſophi.

Ariſtoteles execratur ideas Platonis.

Errores Philoſophorum.

Tenebræ Ethnicorum.

Exod. 10.

Concluſio catholica.

Sap. 7.

Sap. 7. & 8

Cardinales dicuntur tripliciter, vel quia per ipſas eſt ingreſſus ad acquirẽdum omnes virtutes, vel quia ſunt principia in quibus integratur omnis virtus, vel quia omnis ratio vitæ humanæ habet dirigi, & regulari per eas in quatuor cardinibus mundi minoris ad ſimilitudinem mundi maioris, quantum ad actiuam, & contemplatiuam. Philoſophus dicit, quòd virtus eſt medium duarum extremitatum, ſecundum quòd ſapiens determinabit. Eſt enim immediate conſiſtens. Virtus enim ſecundum Auguſtinum libro de modo, non eſt aliud, quàm modus. Hunc modum prudentia inuenit, vt in omnibus non excedas, ſed circa centrum conſiſtas, Vnde prudentia auriga eſt virtutum. Vnde dicit prudentia, Ego inueni modum. Et temperantia cuſtodit, & dicit, & hoc volebam ego. Iuſtitia deſcribit, vt non tantum velit ſibi, ſed alteri, & quia poſtmodum

Vnde dicatur 4. virtutes Cardinales.

multę

multæ aduerſitates eueniunt,foi titudo defendit, ne per datur modus.Item ſecundò dicuntur Cardinales, quia ſecundum actus accipiuntur integrantes virtutes, qui ſunt quatuor:Modificare per appoſitionem circunſtantiarum, rectificare ( Eſt enim recta ratio ducens in finem)coęquans legibus,ordinare,ſtabilire. Ab hoc dicitur virtus,quia eſt robur mētis ad bonum faciendū, & malum euitandum. Temperantia modificat. Prudentia rectificat,& iuſtitia ordinat, Fortitudo ſtabilit, & omnes ſe circum incedunt. Oportet enim quòd temperantia ſit prudens.Iuſtitia fortis. Item quòd prouidētia ſit ſobria.Fortitudo iuſta,Gregor. Quomodo pōt eſſe fortis,niſi prudens ſit?fortis temerarius eſt, quomodo aggreditur virtuosè,ſi ſuprà virtutes eſt, & ideo virtutes ſunt connexæ?

Optima Analogia á virtutib. Item tertio modo dicuntur Cardinales, quia omnis vita hominis his quatuor gubernatur, ſicut ſol habet quatuor aſpectus ad quatuor partes mundi, ſcilicet Orientem, Meridiem, Aquilonem, & Occidentem, in quibus habet quatuor proprietates, à ſole autem omnis vita: In Oriente purificatur, In Meridie illuminatur, In Aquilone ſtabilitur, In Occidente conciliatur, Sic Sol prius in Oriente mentis ponit ſynceritatem temperantiæ, In Meridie claritatem prudentiæ, In Aquilone virtutem conſtantiæ, In Occidente ſuauitatem iuſtitiæ. Et hoc modo in Apocalip. Ioan. deſcribit quatuor latera ciuitatis, ſecundum quatuor virtutes Cardinales. Et ordinantur quatuor tribus iuxta tabernaculum. Temperantia ſic deſcribitur a Tullio. Temperantia quæ eſt in Oriente, eſt in libidinem aliosque animi motus non rectos firma, & moderata dominatio, Partes illius ſunt ſobrietas in guſtu, Caſtitas in tactu, Modeſtia in cæteris ſenſibus, quàm modeſtiam vocant theologi diſciplinam. Serenitas prudentiæ a meridie,quæ ſic deſcribitur. Prudentia eſt bonorum,& malorum ſcientia,& vtrobique diſcretio,cuius partes ſunt memoria, intelligentia, prouidentia de præſentibus,præteritis,& futuris. Fortitudo ab Aquilone,quæ ſic deſcribitur. Fortitudo eſt aggreſſio periculorum, vel ſuſceptio, & eorundem conſtans, & laborioſa perpeſſio,Cuius partes ſunt,Fiducia, Patientia, perſeuerantia,Fiducia in agendo, Patientia in ſuſtinendo, Perſeuerantia in perſeuerando. Item in occidente ſuauitas iuſtitiæ, quæ ſuauitas eſt in exhibitione pietatis. Volunt enim penas leges mitigare. Vnde finis iuſtitiæ non eſt ſeueritas, ſed benignitas, quæ ſic deſcribitur. Iuſtitia eſt habitus communi vtilitate ſeruata ſuam vnicuique tribuens dignitatem, Partes eius ſecundum Tullium ſunt ex lege a natura, ex conſuetudine ſecundum nos,vna ordinat ad ſuperiores, alia ad inferiores, tertia ad pares. Hoc totum eſt per regulam rationis, & ſicut ſol tranſiens per 12. ſigna dat vitam, ſic ſol ſapientialis in noſtræ mentis hemiſpherio correſpondet ſimile, radians, & tranſiens per has duodecim partes virtutum ordinat vitam noſtram, & quantumcunque homo habeat alias ſcientias, niſi habeat virtutes, non habet vitam. Sicut quantumcunque habeas ſtellas,niſi habeas ſolem in duodecim ſignis,nunquam habebis diem. Hæ ſunt tantæ nobilitatis, quòd diſpoſitio mundi his correſpondet. Virtutes enim configurantur quatuor lucis influentijs, quatuor elementorum proprietatibus, quatuor cauſarum efficacijs, quatuor vitæ ſalubritatib. Primò quatuor lucis principalibus influentijs lux purgat, illuminat, perficit, & ſtabilit. Temperantia purgat. Prudentia illuminat. Iuſtitia conciliat: Fortitudo roborat. Item quatuor elementorum proprietatibus. In terra eſt ariditas cum adornatione. In aqua perſpicuitas cum intenſione lucis. In aere ſubtilitas cum mulcebritate.In igne virtuoſitas in actione.Prima eſt temperantia, quæ aridum reddit, & tamen ornat,& veſtit terram floribus, Prudentia reſpondet aquæ perſpicuitati, quę quaſi incorporata eſt luci: Iuſtitia reſpondet mulcebritati aeris,Aer.n. aſcendit,& deſcendit, ad dexteram, & ſiniſtram mouetur.Fortitudo reſpondet vigori ignis. Vnde ille loquens de fortitudine dicit.Fortis eſt, vt mors dilectio, lampas ignis atque flammarum.

Apoc. 21.

Hemiſphe rio.

Effect' virtutum.

Item quatuor cauſarum efficacijs, efficiens, forma, finis,& materia integrant rem. Fortitudo debetur efficienti. Prudentia formæ.Iuſtitia fini,quæ regulat.Temperantia materiæ,quę defluat. Item quatuor vitæ ſalubritatibus. Subtilitati ſpirituum temperantia. Viuacitati ſenſuum prudentia, Robori virium fortitudo. Coæquationi qualitatum iuſtitia. Hæ virtutes fluunt à luce æterna in Hemiſpherium noſtræ mentis, & reducunt animam in ſuam originem,ſicut radius perpendiculariter, vel directus eadem via reuertitur, qua inceſſit. Et hæc eſt beatitudo. Vnde primò ſunt politicę, ſecundò purgatoriæ, tertio animi iam purgati. Politicę ſunt in actione. Purgatòriæ in contemplatione. Animi iam purgati in lucis viſione. Et de his agit Salomon ( vt dicit Origenes ) De politicis in prouerbijs. De purgatoriis in Eccleſiaſtic. De animi iam purgati in canticis canticorum. Et in notitia iſtarum venerunt nobiles Philoſophi. Vnde Macrobius narrans ſententiam Plotini dicit ſic. Qui æſtimarunt nullis,niſi philoſophantibus ineſſe virtutes, nullos præter Philoſophos bonos pronunciant. Agnitionem enim rerum diuinarum ſapientiam propriè vocantes. eos tantummodo dicunt ſapientes, qui ſuperna acie mentis requirunt, & quærendi ſagaci diligentia comprehendunt, & quantum viuendi perſpicuitas præſtat imitari, & in ſolo dicunt eſſe exercitium virtutum. Quarum ſic officia diſpenſant. Prudentiæ eſt, mundum iſtum, & omnia quæ in mundo ſunt diuinorum contemplatione deſpicere, omnem animi cognitionem in ſola diuina dirigere. Temperantiæ, omnia relinquere inquantum natura patiatur, quę corporis vſus requirit. Fortitudinis,non terreri animam à corpore quodammodo ductu philoſophiæ recedentem, nec altitudinem perfectæ ad ſuperna aſcenſionis horrere. Inſtitię, ad vnam huius propoſiti viam conſentire, vniuſcuiuſque virtutis obſequium ſeruare,atque ita fit, vt ſecundum hec tam rigidæ diffinitionis abruptum, alij rerum publicarum rectores boni omnino eſſe non poſſunt. Sed Plotinus inter philoſophiæ profeſſores cum Platone princeps in libro de virtutibus gradus earum vera, & naturali diuiſione, & ratione compoſitas per ordinem dirigit. Quatuor ( inquit ) ſunt quaternarū genera virtutum, ex his primæ politicæ vocantur, ſecundæ purgatorię, tertiæ animi iam purgati, quartæ exemplares. Et ſunt politicæ hominis, quia ſociale animal eſt, his boni viri reipub. conſulunt, vrbes tuentur, his parentes venerantur, liberos amant, proximos diligunt, his ciuium ſalutem gubernant: his ſocios circunſpecta prouidentia protegunt, iuſta liberalitate deuincūt, hiſque ſui memores alios facere merentur. Et eſt politici prudentia ad rationis normam, quæ cogitat quecunque agit vniuerſa dirigere, ac nihil præter rectum facere, humaniſque actibus, tanquam diuinis arbitris, prouidere. Prudentiæ inſunt ratio, intellectus, circunſpectio, prouidentia,docilitas, cautio. Fortitudinis eſt animum ſupra periculi metum agere, nihilque, niſi turpia timere, tolerare fortiter,vel proſpera, vel aduerſa.Fortitudo præſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem. Temperantiæ eſt nihil appetere dimittendum, in nullo legem moderationis excedere, ſub iugo rationis cupiditatem domare. Temperantiam ſequitur modeſtia, verecundia, abſtinentia, caſtitas, honeſtas, mode-

Can. 8.

Macrobi'

Plotinus philoſophus.

Quatuor genera virtutum.

moderantia, vel moderatio, parcitas, ſobrietas, pudicitia. Iuſtitiæ eſt, ſeruare vnicuique quod ſuum eſt. Et de iuſtitia venit innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio affectus, humanitas. His virtutib. vir bonus primũ ſui, atque deinde reipublicæ rector efficitur, iuſtè ac ꝓuidè gubernans, humana nõ deſerens. Secũdæ, quas purgatorias vocãt, hominis ſunt, qui diuini capax eſt, ſolũque aĩum eius expediunt, qui decreuit ſe à corporis cõtagione purgare, & quadã humanarum fuga ſolis inhęrere diuinis. Hę ſunt ocioſorum, qui à rerum publicarũ actibus ſe ſequeſtrant, Harum quid ſingulæ velint ſuperius expreſſimus, cum de virtutib. philoſophantium diceremus, quas ſolas quidam æſtimauerunt eſſe virtutes. Tertiæ ſunt purgati iam defęcatiq; animi, & ab omni huius mundi aſpergine, preſſè, purèq; deterſi. Illuc prudentia eſt diuina, nõ quaſi in electione præferre, ſed ſola noſſe, & hæc tanquam nihil aliud ſit intueri. Temperantiæ eſt terrenas cupiditates non reprimere, ſed pęnitus obliuiſci. Fortitudinis eſt, paſſiones ignorare, non modo vincere, vt neſciat iraſci, cupiatq; nihil. Iuſtitiæ eſt ita cum ſuperna, & diuina mentę ſociari, vt ſeruet cũ ea perpetuum fœdus imitando. Quartæ ſunt, quę in ipſa diuina mẽte conſiſtunt, quas diximus noym vocari, ad quarum exemplar reliquæ omnes per ordinem defluunt. Nam ſi rerum aliarum, multo magis virtutum ideæ eſſe in mente diuina creduntur. Illic prudentia eſt ipſa mens diuina. Temperantia, quod in ſe perpetua intentione conuerſa eſt. Fortitudo quod ſemper idem eſt, nec aliquando mutatur, iuſtitia autem, quòd perenni lege à ſempiterna operis ſui continuatione non flectatur. Hæc ſunt quatuor genera virtutum, quæ præter cetera, maximam in paſſionibus habent differentiam ſui vſque ad explicandum poſſę intelligentiæ. Hucuſque Plotinus,

### *Sermo ſeptimus. De virtutibus informatis per charitatem.*

Gen. 1. VIdit Deus lucem, qđ eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris, &c. Ad explicandũ viſionẽ intelligentiæ, ſ̃m naturam inditæ, ſumptum eſt verbum

Recapitulatio dictorum.

hoc, & quantũ ad hoc ꝙ eſt bona, nos videre fecit, & per conſiderationem ſcientialem & contemplationem ſapientialem. Per conſiderationem ſcientialem inquantum illuſtrat, vt lux, vt veritas rerum, vt veritas vocũ, & vt veritas morum. Per cõſideratione ̃ſapĩalẽ inquãtum illuſtrat per influxum radij à luce æterna in aĩam, vt videat illam lucem in ſe, vt in ſpeculo. In intelligentia ſe parata, vt in medio quodam delatiuo. In luce æterna, vt in obiecto fontano. Dictum etiam fuit, ꝙ diuiſit lucem à tenebris, ꝙ quidam ideas impugnauerunt, ex quo triplex intelligentia veritatis occultatur, ſ. Veritas artis æternæ, veritas dininæ prouidentiæ, & veritas ruinæ angelicæ. Quod ſequitur ſi Angelus perfectionem ſuam non habet niſi per motum. Ex quo ſequitur triplex cęcitas, ſ. de æternitate mundi, de vnitate intellectus, de pęna, & gloria. Primum videtur ponere Ariſtot. vltimum ẽt, quia nõ inuenitur quod ponat fęlicitatem poſt hanc vitam. De media autem dicit commentator, quia ipſe hoc ſenſit. De æternitate mundi excuſari poſſet, quòd intellexit, vt philoſophus, loquens vt naturalis. ſ. qđ per naturam non potuit incipere. Quod intelligentię habet perfectionem per motum, idcirco potuit dicere hoc, quia non ſunt ocioſæ, quia nihil ocioſum in fundamento naturæ. Item ꝙ poſuit, fœlicitatem in hac vita, quia licet ſentiret æterna, de illa ſe non intromiſit, quia forte non erat de cõſideratione ſua. De vnitate intellectus Dei poſſet dici, qđ intellexit, quod eſt vnus intellectus ratione lucis influentis, nõ ratione ſui, quia numeratur ſecundum ſubiectum. Sed quicquid ſenſerit, alij philoſophi illuminati poſuerunt ideas, qui fuerunt cultores vnius Dei, qui omnia bona poſuerunt in optimo Deo, qui poſuerunt virtutes exemplares, à quibus fluunt virtutes cardinales, primo in vim cognitiuam, & per illam in affectiuam, deinde in operatiuam ſecundum illud ſcire, & velle impermutabiliter operari, ſicut poſuit nobiliſſimus Plotinus de ſecta Platonis, & Tullius ſectæ Accademicæ. Et ita iſti videbantur illuminati, & ſentire hominem poſſe habere fœlicitarem per ſe. Sed adhuc iſti in tenebris fuerunt, quia non habuerunt lucem fidei, nos autem habemus lucem fidei. Vnde ait Petrus. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eis, qui vos in tenebris vocauit in admirabile lumen ſuum. Illi autem præcipuì philoſophi poſuerunt, ſic etiam illuminati (tamen ſine fide) per defluxum in noſtram cognitionem, virtutes cardinales. Quæ primo dicuntur politicæ, inquantum docent conſeruationem in mundo. Secundò purgatiuæ quantum ad ſolitariam contemplationem. Tertio purgati animi vt animam, qui erant in exemplari. Dixerunt ergo per has virtutes animam modificari, purgari, & reformari. Sed adhuc in tenebris ſunt, quia neceſſe eſt, vt hæ virtutes prius habeant tres operationes, ſcilicet animam ordinare in finem, ſecundò rectificare affectus animæ, tertiò quod ſanentur morbidi. Has autem operationes non habuerunt in ipſis. Probatio. Dicit Auguſtin. in lib. de Tri. quod vera virtus nõ eſt, quæ non dirigit intentionem ad Deum fontem, vt & ibi quieſcat ęternitate certa, & per pacem perfectam. Certa æternitas eſſe non poteſt, quæ amitti poteſt, perfecta pax non eſt niſi in reunione corporis, & animę, & hoc eſt certum. Si enim anima eſſentialem inclinationem habet ad corpus, nunquam anima plenè quietatur, niſi ſibi corpus reddatur, Philoſophi autem ignorauerunt certam æternitatem. Poſuerunt enim & ipſi, qđ anima aſcendebat per capricornum, & deſcendebat per cancrum, deinde tranſiens per lacteum circulum quem nos galaxiam vocamus, obliuiſcebatur, quæ ſuperius fiebant, & vniebatur corpori miſero ſibi aptato, quouſque iterum ſuperius rediret. Hæc autem eſt falſa beatitudo ſcilicet qđ anima eſſet in beatitudine, & poſtea reuerteretur. Pacem etiam perfectam non cognouerunt, quia non cognouerunt, quod mundus haberet finem, & quod corpora pulueriza ta reſurgant. Nec mirũ quia cum inueſtigatores eſſent ſecundum potẽtiam rationis, ratio autem non poteſt ad hoc peruenire, vt corpora reſurgant, vt elementa contraria poſſint conciliata ſic in cęlo ſine reflexione permanere. Non referebãt ergo ad illam vitam, ſed in abeuntem quandam circulationem ponebant animam. Ignorabãt ergo fidem, ſine qua virtutes non valent; vt dicit Auguſtin. in libro de Trinit. Secundo oportet affectus ordinatos rectificare per virtutes iſtas. Affectus autem quatuor ſunt, ſcilicet timor dolor, lætitia, & fiducia. Iſti aũt non rectificantur niſi ſit timor ſanctus dolor iuſtus, lętitia vera, fiducia certa. Si aũt ſit timor ſuperbus, dolor iniuſtus, lætitia inepta, fiducia præſumptuoſa, tunc affectus ſunt obliqui. Virtutes autem iſtæ per ſe rectificari non poſſunt. Fiducia. n. ſiue ſpes, eſt de hoc, quod non videtur, vt de beata vita. Beata aũt vita non datur, niſi dignis, dignus autem nullus eſt, niſi habeat merita ſufficientia. Hæc per vires liberi arbitrij haberi non poſſunt niſi per condeſcenſionem Dei per gratiam. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, inquit Apoſtolus. Tertiò oportet affectus ſanari, vt rectificentur. Non ſanatur autem aliquis, niſi cognoſcat morbũ, & cauſam, medicum, & medicinam. Morbus autem eſt deprauatio affectus. Hic eſt autem quadruplex, quia contrahit anima ex coniunctione animæ ad cor-

Philoſophi ẽt ſummi tenebras paſſi ſunt.

1. Pet. 2.

Æternitas ignota philoſophis.

Li. 15. c. 1. Affectuũ habenę virtutes.

Rom. 7.

Morb. peccati ignot' philoſophis.

ad corpus, infirmitatem, ignorantiam, malitiã, & cõcupiſcentiam. Ex quibus inficitur intellectiua, amatiua, operatiua: & tunc infecta eſt tota anima. Has omnino non ignorauerunt, nec ſciuerunt omnino, videbant hos defectus; ſed credebãt eos eſſe in phantaſia, non in potentijs interioribus. Credebant enim quod ſicut ſphera mouetur contra ſpheram, ſic phantaſia moueret & inclinaret ad exteriora, ſed intellectus naturaliter ad ſuperiora, & tamen decepti fuerunt, quia hæ infirmitates in parte intellectuali ſunt, non ſolum in ſenſitiua; intellectiua, amatiua, idcirco ſunt infectæ vſque ad medullam. Morbum neſcierunt, quia cauſam ignorauerunt. Secundum enim vt dicunt philoſophi. Anima naturaliter vnitur corpori, & non contrahit morbum. Aliter Deus res diſſiparet, non conſeruaret. hoc tamen fit per culpam à principio, ſcilicet originali Adam. Hoc autem, ſcilicet quod Adam comedit lignum vetitum per rationem ſciri non poteſt, niſi per auditum. Et ideo fides neceſſaria eſt. Ad cauſam ergo morbi non venerunt, quia prophetis non crediderunt, vt dicit Auguſti. Illi gentium philoſophi præcipui, qui inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpicere potuerunt, tamen quia ſine mediatore, id eſt, ſine homine Chriſto philoſophati ſunt, quem nec venturum prophetis, nec veniſſe Apoſtolis crediderunt, veritatem neſciuerunt. Item medicum non cognouerunt, cum enim morbus fuerit ex crimine lęſæ maieſtatis, punitio debuit eſſe grauiſſima. Nullus ergo potuit ſanare, niſi eſſet Deus, & homo, qui poſſit ſatisfacere, in quo nec fuit concupiſcentia, nec natus per legem naturæ, ſed de virgine. Quod autem ille eſſet medicus, oſtendit per exempla virtutis, per documenta veritatis, per incitamenta amoris, per remedia ſalutis. Iſte medicus ſanat omnia. Nec herba, nec malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus verbum incarnatum, crucifixum, paſſum, & poſt miſit ſpiritum ſanctum, qui illabitur cordibus noſtris. Hæc eſt ergo medicina, gratia ſpirituſſancti. Hunc medicum, & hanc gratiam philoſophi non poſſunt attingere. Quid ergo gloriaris, qui neſcis per ſcientiam tuam, nec infirmitatem tuam, nec eius cauſam, nec medicum, nec medicinam? Iſti philoſophi habuerunt pennas ſtruthionum, quia affectus non erant ſanati, nec ordinati, nec rectificati, quia non fit hoc niſi per fidem. Vnde primo poſuerunt falſam beatitudinis circulationem. Secundò falſam præſentium meritorum ſufficientiam. Tertiò internarum virium perpetuam incolumitatem. In has tres tenebras inciderunt. Ergo fides purgat tenebras, docet morbum, ſanat animam, ponẽdo meritorum radices in Deo cui placeat, & ſic proficit per fidem in ſpem certam per meritum Chriſti non præſumptuosè. Sanat ergo, rectificat, & ordinat, & hoc modo poteſt anima modificari, reſtificari, & ordinari. Has radices ignorauerunt philoſophi. Fides ergo ſola diuiſit lucem à tenebris. Vnde Apoſtolus. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Fides enim habens ſpem, & charitatem cum operibus, ſanat animam, & ipſam ſanatam purificat, eleuat, & deiformat. Modo ſumus in vera luce, non ſicut illi, qui ſomniant, qui accipiunt falſa pro veris, vt idolum pro Deo. Notandum autem, quòd ſola charitas ſanat affectum. Amor enim (ſecundum Aug. de Ciuit. Dei) radix eſt omnium affectionum, ergo neceſſe eſt, vt amor ſit ſanatiuus, alioquin omnes affectus ſunt obliqui, Non ſanantur autem niſi per diuinum amorem, qui amor diuinus eſt purus, prouidus, pius, & perpetuus. Purus reſpectu temperantiæ, prouidus reſpectu prudentiæ, pius reſpectu iuſtitiæ, & perpetuus reſpectu fortitudinis. Charitas ergo eſt finis, & forma omnium virtutum, & fundatur ſuper ſpem de corde puro, & fide non ficta. Hæ ergo virtutes informes, & nudæ ſunt philoſophorum, veſtitæ autem ſunt noſtræ. Veſtiri autem debent auro amoris, quia omnes parietes templi veſtiti erant auro, ſimiliter oleo vnctionis, quia omnia vaſa oleo vnctionis ſanctificata erant, & ſic non diuiduntur. Nox præceſſit, dies autem appropinquabit, induamur arma lucis, ſcilicet quatuor virtutes, fide originatas, ſpe ſubleuatas, & charitate completas. Hæ quatuor virtutes ſic veſtitæ, deſignantur per quatuor flumina paradiſi, per quatuor latera ciuitatis, per quatuor ornamenta tabernaculi, & hoc, vt ſunt originatæ, informatæ, & ſtabilitę. Per quatuor flumina paradiſi, inquantum originantur à fide. Flumẽ eſt gratia ſpirituſſancti, diffuſi in has quatuor virtutes. Phiſon reſpondet temperantiæ, Gion prudentiæ. Tigris fortitudini. Eufrates iuſtitiæ. Phiſon reſpondet rationali, Gion concupiſcibili, Tigris iraſcibili, Eufrates toti animæ. Item inquantum informantur charitate, deſignantur per quatuor ornamenta tabernaculi, quæ erant quatuor, cortinæ, pelles hyacinthinæ, ſaga cilicina, & pelles arietum rubricatę. Cortina reſpondet temperantiæ, pelles hyacinthinæ cœleſtis coloris prudentiæ, ſaga cilicina iuſtitiæ, pelles arietum rubricatæ fortitudini. Vel ſicut in ornamento templi fuerunt quatuor colores, byſſinus in quo temperantia, hyacinthinus in quo prudentia, purpureus, indumentum regale, iuſtitia, coccineus, hoc eſt flammeus, fortitudo. Ornant ergo domum per quatuor latera: Item ſtabiliunt, & introducunt per portam, per quatuor latera ciuitatis ſtabilitæ per ſpem ad normã ęqualem, Adiunctis ergo tribus virtutibus, ſcilicet fide, ſpe, & charitate, conſurgunt in ſeptenarium deſignatum per ſeptem ſtellas, per ſeptem mulieres, & per ſeptem panes euangelicos, & hoc inquantum ſunt fulgidæ, fœcundæ, vigoroſæ. In quantum ſunt fulgidæ, per ſeptem ſtellas. Vnde dicitur in Iob. Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas pleiades, aut gyrum Arcturi diſſipare? Pleiades ſunt illæ ſeptem ſtellæ coniunctæ, quas vulgo gallinam cum pullis vocant. He virtutes faciunt gyrum imperturbabilem. Secundò, ut fœcundæ, per ſeptem mulieres. Vnde in Iſa. dicitur. Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum, &c. Virum, quia faciunt hominem virilem, & vnum, quia non diuidunt eum, ſed ſtabilem faciunt, & fœcundum. Tertiò, inquantum vigoroſæ, deſignantur per ſeptem panes euangelicos, ex quibus paſcitur vniuerſitas electorum, in philoſophis hę quatuor virtutes ſunt lapides, ſed modo ſunt ſeptem panes vitæ. Panes Moyſi fuerunt quinque ordeacei, ſed ſeptem frumenti in doctrina euangelica ex adipe frumenti. Item quatuor cardinales ducas in tres theologicas, & ſic ſunt duodecim, quia prudentia debet eſſe fidelis, amans, & ſic de alijs. Et deſignantur per duodecim fontes, per duodecim lapides precioſos in veſtimento pontificis, per duodecim portas ciuitatis, & hoc inquantum inchoant, promouent, & perducunt. Primò per duodecim fontes, quia vt ſe circum incedant, faciunt animam mundam. Secundò per duodecim lapides, quia ornant animam in omni virtute, in pectore, ſicut illi lapides in pectote pontificis. Tertio per duodecim portas, in quantum introducunt, nam ad Orientem ſynceritas temperantiæ, ad Meridiem ſerenitas prudentiæ, ad Aquilonem ſtabilitas conſtantiæ, ad Occidentem ſuauitas iuſtitiæ. Vlterius iſtę virtutes duodecim germinatę in proſperis, & aduerſis, deſignantur per 24. horas, duodecim in nocte aduerſitatis, & duodecim in die proſperitatis. Item per actiuam, & contemplatiuam. Et ſic per 24. ſeniores, qui modo voluuntur ad actionem, modo ad cõtemplationem, quia faciunt ſenſatum, & maturum. Item per contemplatiuam practicam, & ſpeculatiuam, & ſic per 24. alas quatuor animalium.

Marginal notes (left column): de Ciuit. li. 13. c. 19. — Sapien. 16. — Philoſophi nec medicum, nec medicinam cognouerũt. — Fides ſanat intellectum. — Epheſ. 5.

Marginal notes (right column): Chriſtus eſt finis, & forma virtutum. — Rom. 13. — Quatuor virtutes, ſunt quatuor flumina. — Ornamenta tabernaculi. — Septenaria virtutũ. — Iob. 38. — Iſa. 4. — Duodenarius virtutum.

Sermo

*Sermo Octauus de ſublimitate fidei, & quomodo comparatur firmamento. Ac de viſione intelligentiæ per fidem ſubleuatæ.*

Conſideratio ſecunda.

Gene. 1.

VOcauit Deus firmamẽtum cęlum, &c. Sequitur opus ſecundæ diei, quæ eſt ſecunda viſio intelligentię per fidem ſubleuatæ, & de ea non dicitur

Cœli proprietates.

vidit, ſed vocauit, ad literam hoc cœlum eſt ſublime, ſtabile, & ſpectabile. Sublime, quantum ad ſitum: ſtabile,

Prou. 25.

quantum ad formam: & ſpectabile, quantum ad claritatem. De primo dicitur in Pro. Celum ſurſum, terra deorſum, hoc ipſo, quod cęlum eſt nobile in ordine vniuerſi ſuperiorem locum obtinet, & terra infimum. Eſt etiam ſtabile quantum ad formam, quia mouetur non mutando locum, ſed in loco, & circa medium. Vn-

Iob 37.

de in Iob. dicebatur, Tu forſitan cum eo fabricatus es Cœlos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt? Eſt etiam

Iob. 26. Eccleſ. 43. † vel à cauo deriuatur, ſecundum Var. κοῖλον. n. cõ cauũ dicitur quod & in ſculptura exigitur, & hac ratióe cum œ diphthõgo ſcribi debet.

ſpectabile quantum ad multitudinem ornatuum, ſicut in eodem dicitur. Spiritus eius ornauit celos. Et in Eccleſiaſtico. Species celi, gloria ſtellarum.† Ab iſta conditione vltima denominatur cœlum à cœlando, non ab abſcondendo, ſed a ſculpendo, quia ſcribitur per œ, diphthongũ, quia ornatum, vel ſculptum luminarib. Per firmamentum autem intelligitur viſio fidei. Fides enim reddit ſublimem animam intellectiuam, quia tranſcendit omnem rationem, & inueſtigationem rationis, reddit ſtabilem, quia excludit dubitationem, & vacillationem, reddit ſpectabilem, quia multiformem oſtendit claritatem. Vocatur ergo fidei firmitas cęlum, quia facit intelligentiam ſublimen per inueſtigationem, ſtabilem dum ſtabilit in veritate: ſpectabilem dum replet eã multiformi lumine. Nã ait Dan. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamẽti, ſed nemo doctus eſt

Daniel. 12 Io. 14. & 6

niſi doceatur a Deo, quia nemo venit ad Patrem, niſi ꝑ me, ait Saluator. Et iterum dicit apud Io. Erunt omnes docibiles Dei. Ad fidem nullus docetur, niſi per Deũ, & quia venit à Deo, ideo dicitur, Vocauit Deus firmamentum cęlum. Vnde non dicit vidit Deus, ſed vocauit Deus, quia firmitas fidei magis eſt in credulitate, q̃ in contemplatione. Credulitas autem per auditum,

Rom. 10.

quia fides ex auditu, ſicut ait Apoſtol. Corde creditur ad iuſtitiam. Fides autem magis eſt in confeſſione veritatis, quam in communicatione lucis. Vnde Ore fit cõfeſſio ad ſalutem. Vnde fides quodammodo videt. quodammodo non videt, vnde non videre eſt fidei meritum, credere autem fidei lumen. Eſt ergo firmamentum cęlum, quia ſubſtantia ſperandarum rerum, & eſt lumen, quia argumentum, vnde habet lumen, & habet nubem. Vocauit ergo firmamentum cœlum. Nam in

Eccleſ. 43.

Eccleſiaſtico ſcriptum eſt. Altitudinis firmamentum ſpecies celi in viſione glorię. Et hęc tria tangit hic, ſcilicet ſublimitatem, ſtabilitatem, & ſpecioſitatem. Eſt enim hæc viſio fides, alta, firma, & ſpecioſa. Hæc fides nobiliſſima eſt, firmiſſima, & ſpecioſiſſima. Multi tamen habent hanc fidem, & eam non cognoſcunt, quia fides habet faciem velatam. Vnde habet quoddam velamen nigrum ante faciem. Facit enim de turpibus animabus altiſſimas, & ſpecioſiſſimas. Fide purificans cor-

Actuum 4.

da eorum. Altitudo autẽ fidei in omnibus eſt. In altitudine ſublimitatis, & in altitudine profunditatis. De pri-

Eccleſi. 1.

mo Eccleſiaſticus dicit. Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profunditatem abyſſi, quis dimenſus eſt? quaſi diceret, ſuper omnem humanam rationem eſt noſſe ſublimitatem fidei, dilationem charitatis, venera-

Eccleſi. 7.

tionem Diuini timoris. De ſecundo, in eodem loco dr̃. Eſt alta profunditas, quis inuenit eam, ſ. per rationem tranſcendit enim inueſtigationem noſtram. Et licet altitudo, & profunditas in corporibus idẽ ſint, diſtinguũtur tñ per rationẽ. Et Apoſtolus diſtinguit, cũ dicit, vt

Epheſ.

poſſitis cõprehendere, quæ ſit longitudo, ſublimitas, & profundum. De his duob. Eccl. dicit. Ego in altiſſimis

Eccleſ. 24.

habito, & Thronus meus in columna nubis. Altitudo fidei conſiſtit in cognitione æterni Dei. Profundum autem in cognitione Dei humanati. De primò ſcriptum

Altitudo fidei, latitudo, ſublimitas & ꝓfundum. Pſal. 138.

eſt. Excelſior cęlo eſt, & quid facies? Profunditas, ſ. Dei humanati, quæ tanta eſt, quod ratio deficit. Altitudo inueſtigabilis eſt. Vnde Pſal. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam. Item in altiſſimis dicit: inquantum fides docet Deum æternum, & Thronus eius in col. nu. dicit: inquantum do-

Roma. 11.

cet Dei humanitatem. De his duobus ad Ro. Apo. di. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, &cæ. Sapientia quantum ad notitiã Dei ęterni. Scĩa quantũ ad notitiam Dei humanati. Vnde firmamẽtum factum eſt in medio aquarum, hoc eſt fide cognoſcat anima q̃ ſuper firmamentum, & ſub firmamento ſunt, & hæc ſapientia notitia eſt diuinarum rerum, & ſcientia humanarũ. Incomprehenſibilis eſt ſapientia, per quam iudicat omnia, ſed maximè incomprehenſibilis, quæ facit vias incõprehenſibiles, & inueſtigabiles. De primo in

Prouer. 30. Quatuor difficilia. Alias adoleſcentula.

Prou. dr̃. Tria mihi difficilia ſunt, & quartum pœnitus ignoro. Viã Aquilæ in celo, viam colubri ſupra petrã, viã nauis in medio mari, & viã viri in adoleſcentia ſua. Via Aquilæ in cęlo fuit Chriſtus in aſcenſione: Via colubri, in reſurrectione, q̃a coluber in petra renouatur, vbi dimittit vetuſtam pellem: Via nauis in mari, in paſſione: Via viri in adoleſcentia in incarnatione, quam pœnitus ſe dicit ignorare, & verum eſt ſecundum humanam rationem, ſed per fidem credimus. Eſt ergo du-

Duplex altitudo firmamenti. Iſai. 9.

plex altitudo firmamenti, vna per quam ſuprema reſpicit, altera per quam infima. Vna ꝑ quam docet cognoſcere Deum trinum: altera, Deum incarnatum. De his duobus dicitur in Iſa. In viſione, quæ omnium viſionũ ſuarum fuit radix, Inquit. Vidi Dñm ſedentem, &c. vſque ibi, plena eſt omnis terra. Et ſtatim ſequitur excecatio Iudæorum, & illuminatio gentium. Vnde dicit Io. Hęc dicit Iſa. quando vidit Dominum. Et ſequitur. Excæca cor populi huius, & aures aggraua. Vnde illuminatio gentium, fuit excæcatio iudæorum. Et de hoc

Rom. 11.

exclamat Apoſtolus. O altitudo diuitiarum, &cæ. Ego vidi, ſ. viſionẽ intelligentiæ, per fidẽ ſubleuatæ, & ſtabilitæ in ſublimitate ſapientiæ æternæ, ꝑ quã eſt duplex lumẽ, inflãmatiuũ, & ſeraphicũ, qđ quidẽ ſeraphicũ facit clamare tripl̃r, & facit fides duplici ſeraphicatione animam ſeraphicã, & facit mentes alatas ſenis alis. Intellectus. n. noſter ſm̃ fidẽ illuminatus clamat tripliciter

Duo Seraphin in nobis.

ſanctus, ſanctus, ſanctus. Sunt. n. duo Seraphin in nobis ſtabiliti per fidem, & quodlibet clamat triplici exclamatione, tamen non niſi ſemel Dominus Deus Notitia. n. Dei eſt notitia trium perſonarum cum vnitate eſſen-

1. Ioan. 21.

tiæ. Vnde tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritusſanctus, & hi tres vnum ſunt.

Clamor triſagij.

Intellectus ergo Seraphicus, i. illuminatus, & inflammatus per fidem clamat ter ſanctus. Alter Seraph. reſpõdet, ſanctus, ſanctus, ſanctus, quia ſicut in Deo eterno eſt trinitas perſonarum cum vnitate eſſentiæ, ita et in Deo humanato ſunt tres naturæ cũ vnitate perſonæ, & iſti ſunt tres radices fidei, quas qui ignorat vix credit, vt corpus, anima, deitas: ſanctus Chriſtus, ſanctum habet corpus: ſanctus Chriſtus, ſanctam habet animã: ſanctus Chriſtus ſanctam habet diuinitatẽ. Sanctus interius, ſc̃tus exterius, ſanctus inferius, ſanctus ſuperius. Hæ ſunt duę cognitiones fidei illuminantes, & ardẽtes triformiter ad vnitatẽ reductæ. Clamare autem dicuntur propter admirationem, quia vtrunq; eſt admirabi-

Pſalm. 8.

le. Vnde dicit Pſalm. Domine Dominus noſter quã admirabile, &cæt. Et minuiſti eum paulominus ab Angelis. Et vere admirabile nomen quantum ad Deum

trinum, quia ibi eſt vera diſtinctio perſonarum cũ vnitate eſſentiæ, per quam ſunt ſummè coæquales, coæterni, conſubſtantiales, coeſſentiales. Item eſt admirabile, quoniam tres naturæ coniunctæ ſunt, ſupremum cum infimo ſine depreſſione, primum cum vltimo ſine innouatione, ſimplex cum compoſito ſine compoſitione. In his tribus omnia mirabilia radicantur, & ſunt iũcta, cognitio diuinitatis, & humanitatis, quia incarnatio non cognoſcitur, niſi cognoſcatur diſtinctio perſonarum. Si non cognoſcas trinitatis diſtinctionem, ita bene Pater incarnatus eſt, vt Filius, & Pater paſſus eſt, vt Filius, & es Sabellianus, & Patripaſſarius. Itẽ ſi ponis Trinitatẽ, & non incarnationem, teſtimonium habes in celo, & non accipis in terra: cum tamen tres ſint, qui

1. Ioan. 5. teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. In ſpiritu diuinitas, in aqua humanitas, in ſanguine verò eſt vita. Anima per ſanguinem intelligitur. Per ſanguinem enim Chriſti ſpiritus aquæ iungitur, quia mediante anima diuinitas coniungitur humanitati. Habemus ergo duo Seraphin clamantes, & admirantes. Reſtat quare ſex alas habent, & tunc videtur fides. Fides enim

Sex alæ Seraphin. eſt in Deum æternum, & humanatum. Fides in Deum trinum eſt vna illuſtratio ſenarum alarum, & hoc dupliciter, aut quantum ad diſtinctionem perſonarum, aut quantum ad diffuſionem trinitatis in creaturam, ſecundum eſſentiam, virtutem, & operationem. Primo modo ſunt tres articuli, ſcilicet patris ingeniti, Filij vnigeniti à ſolo patre, Spirituſſancti ab vtroq; ſpirati. Iſti ſunt tres alæ in latere dextro, ſcilicet in æternitate, & non poteſt addi, nec minui ad emanationem, vt ſcilicet producens tantum, & non productum, quia ſic eſſet infinita ex parte ante, nec ſit productum tantum, & non producens, quia ſic eſſet infinitas ex parte poſt, ergo neceſſe eſt ponere producens, & productũ. Similiter, vt adinuicem cohereant, aliter in diuinis eſſet diſtinctio ſine ordine, diſtinctio autem ſine ordine confuſio eſt. Vnde neceſſe eſt, quod Spirituſſanctus ꝓcedat ab vtroque, & hoc dicunt omnes Sapientes Græci, nec eſt controuerſia, niſi de nomine, & per conſequens iſte fit error in fatuis Græcis. Similiter in ſiniſtra ſunt alæ inquantum ab vna eſſentia, virtute, & operatione eſt diffuſio in creaturam. Et ſecundum hoc eſt triplex ope-

Ioan. 5. ratio. Inquantum vnus eſt creator, ſanctificator, præmiator, quia omne quod ab ipſo emanat, aut eſt natura, aut gratia, aut gloria Et ſic Pater, & Filius, & Spirituſſanctus vnus creator per naturam, & vnus ſanctificator per gratiam, vnus præmiator per gloriam. Primum autem eſt ante tempus, ſecundum in tempore, tertium poſt omne tempus. Primum eſt in initio temporis, ſecundum in decurſu, vltimum in conſummatione. Eſt etiam creatio animæ in decurſu temporis, quia Pater meus vſque modo operatur, & ego operor, ait Saluator. Præmiatio etiam fit in medio temporis, vel ſanctificatio animarum, ſed poſt fiet perfecta. Item creatio attribuitur Patri, quia potens, & ſanctificatio ſpirituiſancto, quia bonus, præmiatio Filio, quia iudicabit, & Rex apparebit.

Rñdentia vnius alæ ad alterã. Sed quomodo reſpondebit ala alæ. Dicendum quod ſanctificatio, aut conſideratur quãtum ad veniam, quæ quidem fit per redemptionem, & ſic attribuitur Filio, aut quantum ad gratiam, & ſic Spirituiſancto. Similiter præmiatio conſideratur ſecundum iudicium ſententiãtis, & ſic attribuitur filio, aut quantum ad amorem præmiantis, & ſic Spirituiſancto. Media autem operatio peruenit ad vltimum, ſic tres alæ diſponuntur.

Alter Seraph. propinquior eſt nobis, & habet ſimiliter ſex alas, tres ſecundum deſcenſum, & tres ſecundum aſcenſum, veniendo ab ala ſuper caput, per medium, ad alam ſuper pedes. Hi ſunt tres articuli ſecundum incarnationem, crucifixionem, & deſcenſum ad inferos ſecundum animam. Incœpit à ſummo, quia neceſſe fuit, vt vniret ſibi naturam, in qua appareret, & ꝓ quam deſcenderet, quia ipſe de ſe immutabilis eſt, deinde venit ad crucem, deinde ad infernum. Hæ alæ in ſiniſtro, Similiter tres ſupra aſcendendo. Prima de inferis in mundum aſcenſio, de mundo in cœlum, & poſt iudicium ab Eccleſia militante in triumphantẽ, & ſpolia inferni in reſurrectione, apertio paradiſi in aſcenſione, conſummatio regni in iudicio, his nihil certius. Hæ

Duodeci alę ſunt duodecim articuli fidei. ſex alę primę, ſex conſiderationes ſunt perfectæ Dei in tribus perſonis, & tribus operibus. Sex alæ aliæ ſecundæ ſex conſiderationes ſunt Dei incarnati. In his ergo 12. eſt fides, cuius prædicatores ſunt 12. Apoſtoli. Ala enim ſubleuat ad volandum, quia eorum conſideratio

tranſcendit omnem humanam rationem. Sine hac duplici conſideratione nullus eſt cultor Dei. In cuius deſignatione pontifex in ſuperhumerali habebat lapides duos, vnum in dextero latere, & alterum in ſiniſtro. Et in illis ſcripta erant 12. nomina filiorum Iſrael, ſex nomina in lapide vno, & ſex in altero, & erant in lapide onichino lucido, & ardenti, & in quo fides humanitatis, & diuinitatis exprimitur, quæ ſimiliter exprimũtur in ſymbolo à 12. Apoſtolis compoſito, & in fide hac ſacrificium placet Deo. In lapidibus ordinabãtur nomina ſecundum natiuitatem eorum, in ſymbolo ſecundum dicta Apoſtolorum. Vnde. Credo in Deum patrẽ omnipotentem creatorem, &c. Ecce vnus articulus Patris ingeniti. Et in Ieſum Chriſtum filiũ eius vnicum Dominum noſtrum. Ecce ſecundus, filij geniti à Patre. Deinde ſequuntur ſex ad humanitatem pertinentes. Qui conceptus eſt de ſpirituſancto, natus ex Maria virgine, tertius articulus. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus, quartus articulus. Deſcendit ad inferos, quintus. Tertia die reſurrexit a mortuis, ſextus. Aſcendit ad cęlos ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, ſeptimus. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, octauus. Credo in ſpiritum ſanctum, nonus. Sanctam Eccleſiam catholicam, decimus. Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, vndecimus. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam, duodecimus. Amen. Et ſecundũ quod Spirituſſanctus inſtituit, vnit, purificat quantum ad tres vltimas operationes propter vltimum ſequitur. Exod. 28.

*Sermo. 9 De fidei altitudine, & firmitate.*

VOcauit Deus firmamentum celum, & cętera. Dictum eſt ſupra, quod altitudo fidei in duob. conſiſtit. In altitudine ſublimitatis, & in altitudine profunditatis. De altitudine fidei dictum eſt, nunc dicendum eſt de eius firmitate. Sed ſi alta, quõ certa? quia res quanto altior tanto minus nota, & quanto minus nota, tanto magis dubitabilis. Ideo intelligendum, quod huius fidei firmitas eſt triplex. Prima eſt ex teſtimonio veritatis expreſſæ per verbum increatum. Secunda ex teſtimonio veritatis expreſſe per verbum incarnatum. Tertia ex teſtimonio veritatis expreſſe per verbum inſpiratum. De primo dicit Ioann. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spirituſſanctus, & hi tres vnum ſunt. A tribus datur teſtimonium, ſed exprimitur per Verbum, quia Verbum, & Patrem, & ſeipſum exprimit, & omnia alia dicente Dauid. Verbo Domini cœli firmati ſunt. Cœli id eſt, cœleſtes per fidem, verbo Dei firmati ſunt. Et iſto verbo firmantur, & cœleſtes, & ſubceleſtes. Vnde dicit. Ex ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Vnde ſcriptura explicãs myſteriũ hierarchiæ cęleſtis, & ſubcęleſtis, in alio loco dicit. In æternum Dñe verbum tuum ꝑmanet in cęlo. ſ. trinitatis. Super hoc verbũ fundata eſt eccleſia. ſ. terra. Vnde dr in Iſa. Quis mẽſus eſt pugillo aquas

Gene. 1. — Fides etſi altiſſima, eſt certiſſima. — 1. Ioan. 5. — Pſalm. 32. — Pſal. 118. — Iſai. 40.

aquas, & cęlos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ? Hoc facit verbum, per quod facta ſunt omnia. Manus eius per quam cuncta creantur, formantur, ſeu diſtinguuntur, & ornantur, & trib. digitis leuat, & ſuſpendit terram, ſcilicet eccleſiaſticam hierarchiam, quam creat diſtinguit ornat. Hæc manus metitur aquas, & omnia tenet in manu, ſicut in pugillo res tenetur. Hæc eſt manus verbi æterni, hoc teſtimonium tranſcendit nos. Vnde animalia volatilia demittebant alas ſuas, cum fieret vox ſuper firmamētum. Quo
Iob. 26. modo nos audiemus tonitruum, ſi ſermonis eius ſcintillam vix apprehendimus. Condeſcendit autem nobis, quia ſe exprimit per verbum incarnatum, & ſecundum
Io. 3. teſtimoniũ Ioannis. Qui de terra eſt, de terra loquitur, qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Teſtimonium Chriſti, maius teſtimonio Ioannis fuit, quia non alio ſupponente loquitur, quia anima eius omnia vidit, & qui de celo eſt, celeſtia narrare poteſt. Vnde dixit Nicodemo.
Ibi. 3. Ibi. 2 Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis? Huic filio pater teſtatur in voce, ſpiritusſanctus in columbæ ſpecie, vt teſtimoniũ eius ſit ſolidiſſimum, quia pater quod dedit mihi, maius eſt omnibus his. Huius autem fidei Chriſtus fun-
1. Corin. 3. damentum, & nemo poteſt aliud fundamentum ponere, præter id quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus. Ille eſt la-
Iſa. 28. & 1 pis angularis, de quo facit Iſa. & Petrus mentionem. Ec
Pe. 2. Ep. 8 ce ponam in fundamentis Syon lapidem angularem, ꝓbatum, ſpecioſum. Et Apoſtolus. Super ædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, id eſt, ſuper Chriſtum. Tertia firmitas eſt ex teſtimonio veritatis expreſſæ per verbum inſpiratum, & hoc fuit in omnibus prophetis. Et nos audiuimus hoc verbum, quo ſpiritusſanctus teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Aliqui viderũt eum in carne. Vnde dicitur in Luca. Beati oculi, qui vi-
Lu. 10. dēt, quę vos videtis. Dico vobis, quod multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderũt. Radiauit autem ſpiritusſanctus in cordibus omnium predicatorum ad omnem veritatem prædicandam, & ſcribendam, dicente Apoſtolo. Multipharie
Heb. 1. multiſque modis olim Deus loquens patribus, & poſtea dicitur. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt, &cæter. & ſequitur, qui cum initium accepiſſet enarrari per Deum, concedente Deo in ſignis. Et exemplificatur hic triplex firmitas fidei. Prima, vt expreſſa per verbum increatum, ibi multipharie, & qui cum ſit ſplendor gloriæ. Secundò, vt per verbum incarnatum, ibi purgationem peccatorum faciens. Tertiò, vt per verbum inſpiratum, qui cum initium accepiſſet enarrari per Deum. Hic ſpiritusſanctus mentibus electorum facit ſcripturas, & dat firmitatē fidei Chriſtianæ. Et, quia ſpecialiter in Apoſtolis, ideo dicuntur 12. fundamenta ciuitatis. Vidi ciuitatem de cęlo. &c. & dr̄,
Apo. 21. quod in fundamento 12. nomina Apoſtolorum fuerũt ſcripta. Non tantum autem teſtimonium Apoſtolorũ, ſed varia teſtimonia ſpiritusſancti in multis, in quibus ſunt 12. rationes firmitatis fidei, quæ ſunt 12. fundamēta, per concurſum diuerſorum teſtimoniorum ſpiritusſancti fidem formauit inconcuſſam licet vexata fuerit
Fides Eccleſiæ incõcuſſa. hæc firmitas in principio eccleſiæ, vbi cruciabatur martyres ab idolatris. Similiter fuit vexata in medio tempore diuerſis hæreſibus, vexabitur maxime in fine eccleſię per tormenta, per argumenta, per miracula. Vnde
Luc. 21. ve prægnantibus in his diebus, hoc eſt, vt teneris in fide. Oportet ergo, quod fides firmetur per verbum inſpiratum. Conſurgit autem hæc firmitas ex quatuor, quaſi ex quatuor lateribus ciuitatis, ex teſtificantiũ notitia certa, ex teſtificantium fama præclara, ex teſtificātium concordia plena, & ex teſtificantium ſententia firma. Quia ſi ſit notitia certa, non ſit autem fama bona, non credimus ſibi, ſed quando bonus eſt homo, ſcitur, quod veritatem dicit, & ſi habet certam notitiam, & famam claram, ſed ſibi multi contradicunt, adhuc poteſt eſſe dubitatio. Si autem hæc tria habeat, & notitiam, & famam, & concordiam, & tamen non habet ſententiam firmam, dubitatio eſſe poteſt. De notitia certa dicitur. 2. Cor. 12.
Scio hominem raptum vſque ad tertium cęlum, & audi. arch. hoc eſt, certa notitia, per aſcenſum vſque ad tertium cęlum, & iterum per deſcenſum vſque ad tertium cęlum, & per illuſtrationes omniũ cęlorũ. Vnde in Eccl. dicitur. Ego feci, vt oriretur in cęlis lumē indeficiēs, Eccleſ. 24.
i. in cęleſtibus viris lumen fidei firmum. Per triplex cœlum, triplex viſio intelligitur, nempe, intellectualis pura, intellectualis adiũcta cũ viſione imaginaria, & intellectualis cum viſione corporali manifeſta. Prima inuenit in mentib. Angelicis. Secunda in mentib. propheticis. Tertia in mentibus Apoſtolicis. Harum viſionũ cõcurſus eſt certitudo ſcripturæ. Viſio intellectualis pura in mentibus Angelicis eſt in legiſlatore. Lex enim per Angelos ordinata eſt. Angeli eam dederunt, Angeli eā Gal. 3.
ſcripſerunt, qui puram veritatem videbant in luce æterna. Ad hanc viſionem fuit Moyſes ſubleuatus vl- Numer. 12
tra omnes prophetas, quia ſcriptum eſt. Si fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, palam, & non per ænigmata Deum videt, & ore ad os loquor ei. Et in ſignum huius ieiunauit quadragintadiebus, & quadraginta noctibus. Qui etiam vi- Exo. 3.
dit Angelum, qui in rubo apparuit ei. Et exponit Bea- Act. 7.
tus Stephanus, quia non fuit ibi Dominus, niſi per ſubiectam creaturam, ſed Angelus fuit. Secunda certitudo fuit in mentibus propheticis, habentes firmiorem propheticum ſermonem cui benefacitis, attendentes quaſi 2. Viſio.
lucernę lucēti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Hoc primum in- 2. Pet. 1.
telligentes, quod omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia ſed ſpiritusſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. Viſiones enim prophetarum fuerunt imaginariæ, vt Iſaiæ, Danielis. Tertia 3. Viſio.
eſt certitudo ex viſione intellectuali iuncta cum corporali. Hæc fuit in mentibus Apoſtolicis dicente Ioan. Quod fuit ab initio, quod vidimus, & manus noſtrę cõ Io. 1.
trectauerunt de verbo vitę, & non aliud, quam quod vidimus, annũciamus vobis. Vnde Thomas tangere voluit. Quia vidiſti me Thoma credidiſti, & alibi. Qui vi- Io. 20.
dit, teſtimonium perhibuit. Et in actibus, præcepit no- Io. 19.
bis teſtificari. Et Beata virgo Maria doctrix Apoſtolo- Act. 10.
rum, & Euangeliſtarum contrectauit hoc verbum in vtero, & in ſinu. Hæ tres viſiones ſiue certitudines cõcurrentes, Angelicę, propheticæ, Apoſtolicę, dant certitudinē fidei, & ſcripturæ, Has tres Paulus habuit, quando Chriſtum corporaliter vidit. Nouiſſimè inquit tanquam abortiuo viſus eſt, & mihi. Qui etiam ad ſupremam viſionem fuit ſublimatus, tandem ad intellectua- 1. Cor. 15.
lem. Bene ergo dictum eſt. Ego feci in cęlis, vt oriretur lumen indeficiens. Secunda firmitas eſt ex teſtificantium fama præclara. Eccleſ. 24.

Hæc in tribus conſiſtit.

In præclaritate meritorum, miraculorum, & martyriorũ, præclaritas meritorum fuit in Patriarchis. Vnde. Teſtiũ ſcript. ſacræ ꝓclara merita & fama.
Laudemus viros glorioſos. Patriarchæ miracula nõ fecerunt, ſed famoſi fuerunt meritis. Hi fuerunt initium Eccl. 44.
ſcripturæ, quia agit de apparitionibus illis factis. Preclaritas meritorum, & miraculorum fuit in legiſlatore. Vide magna miracula, in flagellatione Aegypti, in tranſitu maris, in deſerto, vt quia ꝑ quadraginta annos non ſunt attrita calciamenta, nec veſtimenta, manna de cœlo pluit illis, vide Ioſue, qui ſolē fecit ſtare, qui aquas di

uiſit in ingreſſu terræ promiſſionis, & aquæ reuerſæ ſunt in ſuam originem. Adiunge his Eliam, & Eliſeum. Qui Elias cœlum claudebat, pluuiam dabat, cibum augmentabat, qui in curru igneo aſcendit cœlum. Eliſeus, qui viuens mortuum ſuſcitauit, qui mortuus etiam mortuum ſuſcitauit, qui homines cupiebat ante legem, ergo & poſt legem. Et in datione legis facta ſunt miracula, & non niſi in hoc populo. Ex quo ſequitur, quod iſti viri amantiſſimi, & chari Deo, fuerunt in veritate fundati. Hæc eſt ergo certitudo fidei. Tertia preclaritas eſt miraculorum, & martyriorũ. Et hæc certitudo veritatis apparet, quando homo vult mori pro veritate, quam prædicat, vt Iſa. & alij prophetæ.

Act. 7.

Quem prophetarum non proſecuti ſunt patres veſtri? Si dicant hæretici, quod ipſi pro veritate moriuntur, & habent merita, tertium tamen non habent, miracula, ſcilicet. Nunquam auditum eſt, quod hęreticus vel ante, vel pòſt mortem faceret miracula.

Pſalm. 8.

De iſtis cœlis legitu'r. Quoniam videbo cœlos tuos digitorũ tuorum, ſcilicet viros cœleſtes, in quibus videmus hanc triplicem claritatem, quæ ſunt opera digitorum Dei.

Exod. 8.

In iſto digito tertio miraculi, ſcilicet, deficiunt magi Pharaonis.

Teſtificantiũ fidem concordia.

Tertia firmitas fidei eſt ex teſtificantium concordia plena, quæ eſt in tribus, in eloquijs ſcripturarum, in decretis conſiliorum, in documentis ſanctorum.

Pſal. 103.

De primò legitur. De medio petrarum dabunt voces, hoc eſt de medio duorum Cherubin, de quibus loquebatur Dominus, ſiue de quorum medio, ſcilicet de medio duorum teſtamentorum, Iſa. dicit.

Iſa. 7.

Ecce virgo concipiet. Alius dixit. Morietur Chriſtus, & Euangeliſta occiditur.

Can. 9.
Iſa. 19.

Quicquid ergo dictum eſt per prophetas, impletum eſt per Chriſtum, & Iſa. dicit. Aſcendit Dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & mouebuntur ſimulachra, hoc factum eſt per Chriſtum. Nunquam inuentus eſt aliquis propheta, vel philoſophus, qui idolatriam potuit remouere, quòd tamen Chriſtus fecit per Apoſtolos, vbique terrarum. Hi vero teſtes ſunt ſcripturæ, prophetæ, & Apoſtoli. Nec poteſt dici, quod Apoſtoli ſubordinauerint prophetas, vt ſic dicerent, ſicut euenit in Chriſto. Si enim eodem tempore fuiſſent, poſſet haberi ſuſpicio, ſed illi præceſſerunt. Veritas ergo iſta eſt infallibilis. Si enim contingens dicatur firmiter eſſe futurum, & cognoſcatur certitudinaliter, impoſſibile eſt, quod videatur aliter, niſi in veritate certa. Vetus ergo teſtamentum, & nouum in magna conſonantia, & harmonia conueniunt, & ſunt ſicut 24. ſeniores circa thronum Chriſti, vt nulla ſit dubitatio. Secunda firmitas eſt in decretis conciliorum, quia illa, quæ in dubium veniebant, ibi confirmata ſunt. Arrius dicebat, quod pater maior erat filio, ſecundum eſſentiam, & per hoc nitebatur oſtendere, non eſſe filium æqualem Patri.

In Concilio Nicæno interfuit Beatus Nicolaus.

Et in primo concilio, vbi fuerunt viri ſanctiſſimi Beatus Nicolaus fuit ibi, vbi dico fuerunt. 318. Epiſcopi, vbi fides confirmata eſt catholica, ſcilicet vniuerſalis. Et factum eſt auctòritate Petri, & aliorum Patrum. Vnde quatuor concilia principalia fuerunt, quæ dant teſtimonia huic fidei.

Doctorũ caterua.

Tertia eſt in documentis doctorum, & ſapientum, in mundana ſapientia, & diuina, vt Dionyſ. Gregor. Nazianz. Greg. Niſſe. Damaſcen. Baſil. Anſel. Chriſoſt. Latini ſimiliter, Hila. Greg. Auguſ. Amb. Hierony. Documenta iſtorum concordant, & idem dicunt, idem ſapiunt. De his dicit Iob.

Iob. 38.

Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? Hæc eſt cõcordia ſcripturarum, conciliorum, & doctorum.

Firmitas teſtium.

Quarta ratio firmitatis fidei, eſt ex teſtificantium ſententia firma, quæ firmitas habetur ex hoc, quod conſentit rationi, quia ratio non poteſt contradicere fidei. Iudicium enim rationis illuſtratæ eſt, quod de Deo ſumme eſt ſentiendum, & altiſſimè. Hoc autem tripliciter ſentiendum de Deo eſt. Altiſſimè, & pijſſimè. Altiſſimè, & veriſſimè. Altiſſimè, & optime. Ratio ergo dictat, quod de Deo altiſſimo eſt ſentiendum altiſſimè, & pijſſimè, quòd illa eſſentia nobilis eſt nobiliſſimo modo. Cum enim forma vniuerſalis nobilior ſit particulari, quia in multis. Particularis autem nobilior vniuerſali, quia particularis in vno non numerata, ſed vniuerſalis in multis eſt numerata, ergo eſſentia diuina habere debet, quod nobilitatis eſt in creatura, vt ſit vna in multis non numerata. Sentiẽdum eſt etiam pijſſimè, quod illa eſſentia eſt origo omnium creaturarum, creans omnes res, & quod immediate ab ipſa omnes res procedunt. Niſi tu ſentias, quod totalitas rei ab ipſa procedit, non ſentis de Deo pijſſimè. Plato commendauit animam ſuam factori: Sed Petrus commendauit animam ſuam creatori. Secundò eſt ſentiendũ de Deo altiſſimè, & veriſſimè, quia ipſe eſt veritas; omnia gubernans, omnia illuſtrans, omnia rectificans, omnes diſponens, dicente Dauid.

Pſalm. 26.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Non ergo gubernatio eſt attribuenda aſtris. Tertio ſentiendum eſt de Deo altiſſimè, & optime, quod ſit optimus, ex quo ſe ſummè diffundit, & diligit. Vnde proprio filio non pepercit, & donando nobis illum, dedit quicquid ſciuit, quicquid potuit.

Ioan. 16.

Omnia (inquit filius) quæcunque pater habet, mea ſunt. Dedit autem pater nobis filium natum, dedit nobis paſſum pro nobis, reſuſcitatum propter nos, quia propter nimiam charitatem qua dilexit, & cætera. Vnde per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. Intima Dei bonitas facit, quòd ſummè diligat, ſummè miſereatur. Hæc omnia apparebunt in reſurrectione, quia per ſummam pietatem, qua omnia creauit, omnia reſtaurauit, per ſummam veritatem omnia iudicabit, per ſummam benignitatem omnia glorificabit. Ex hoc ſenſu naſcitur in anima triplex influxus ab illa luce, per quam ſtabilitur anima in Deum, primus eſt robur virtutis, ſecundus eſt zelus veritatis, tertius exceſſus amoris. Robur virtutum eſt primus, quia nihil difficile eſt animæ habenti fidem inconcuſſam, quia ſi poteſt credere, omnia poſſibilia ſunt credenti, quia paratus eſt ſuſtinere omnia propter Deum, quia per fidem, & virtutem ſtabilitur.

Ex zelo bono in anima naſcitur triplex influxus.

Secundus influxus eſt veritatis zelus, vt homo indignetur contra omne malum, & afficiatur ſtatim ad omne bonum, dedignetur omne malum, ſicut Elias, qui pphetauerat de Achab, & Iezabel, quod comederent ex eis canes dixit Achab.

3. Reg. 21.

Nũquid inueniſti me inimicum tibi? Reſpondit Elias. Inueni, quia venundatus es, vt faceres malum in conſpectu Dei, quia ſi diceret, quicunque eſt contrarius Deo, eſt contrarius mihi. Tertius influxus eſt exceſſus amoris, quando anima in vituperijs, & tribulationibus ſemper ſentit iucunditatem amoris, hoc maximè eſt, quando ardens ſentit, quod Dominus facit guſtare panem Angelorum. Et hunc reputant omnes ſtultum, & ipſe reputat omnes ſtultos, & ſecundum veritatem ſunt. Et hoc eſt ſummum fidei, & apex, vt per experientiam inebrietur, & iam nil curet de mundo. Hęc enim defendet tempore Antichriſti. Vnde mittet illis Deus operationem erroris.

2. Theſ. 2.

De apice fidei, quæ amor eſt, Apoſtolus dicit.

Rom. 8.

Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? vſque huc, qui erat in Chriſto Ieſu, & alibi.

Eph. 3.

In charitate radicati, & fundati hoc firmamentum cœli.

Pſal. 88.

Vnde Pſalmiſta dicit. Confitebuntur cœli mirabilia tua, ſcilicet animæ mirabilia, quæ in ſe ſentiunt. Hæ enim experientiæ faciunt fidem ſtabiliſſimam. Quando ergo homo ſentit de altiſſimo pijſſimè, veriſſime, & optimè, tunc zelo, & exceſſu amoris rapitur anima ad tertium cœlum, & ſi non ita excellenter, vt Paulus, & tunc domus fundatur ſupra firmam Petram.

Sermo

*Sermo Decimus. De fidei ſpecioſitate qua cœlo comparatur.*

Gene. 1.

VOcauit Deus firmamentum celum, &c. De altitudine fidei, & eius firmitate dictum eſt. Nunc de ſpecioſitate dicendum. Dicitur enim cœlum quaſi cœlatum, ideſt, ſculptum luminibus. Quomodo ſpecioſa ſit hæc fides dicitur in Geneſ. Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes, ſic erit ſemen tuum. Pollicitatio ſeminis carnalis facta eſt ad Abraam, quia ſic erit ſemen tuum, pollicitatio ſimiliter ſeminis ſpiritualis ei facta eſt, eo quod Pater multarum gentium per fidem futurus erat. Caro Abraam generauit ſemẽ, & multiplicatum eſt multiformiter, eius generatio ſpiritualis fuit, & generauit ſpiritualiter mente fęcundata pullulationes ſpeculationum orientium ex fide, tranſcendentes claritatem ſyderum. Vnde ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum, & vidi Hieruſalem deſcendentem. Et quod habebat duodecim portas, & ſuper quamlibet portam margarita vna, & portæ ex ſingulis margaritis. Hę ſpeculationes fidei, comparantur ſyderibus, & comparantur duodecim margaritis. Licet enim ſint ſtellæ illæ innumerabiles, tamen ſunt duodecim ſigna, per quæ Sol currit. Iſta duodecim ſigna nihil aliud ſunt, niſi, quod ſtellæ ſecundum varias figuras, & varietatem luminum habent diuerſas influentias, & ſol illius coniunctus temporibus varijs, ſecundum diuerſas influentias, habet vitam miniſtrare in mundo. Hæ autem (vt dictum eſt) orientes ſpeculationes ex fide cõparantur claritati margaritarum, quia ſunt fulgidæ, viuificæ, iucundæ, ad modum margaritę, quę habet fulgorem, ſiue fulget, confortat per efficaciam, cor iucundat. Secundum hoc igitur ingrediuntur ad contemplationem, nec poteſt ad viſiones Apocalypſis homo nudus accedere, niſi intelligat iſta. Cum igitur ſit alia claritas ſolis, alia ſtellarum, nos ſublimati per fidem transformamur à claritate in claritatem, & hoc reuelata facie, vt ſimiles ſimus duodecim ſtellis, & duodecim margaritis. Duodecim ſpeculationes ſunt, quas habemus ex fide. Credere Deum primum, Deum trinũ, & vnum & exemplar rerum, vt creantem mundum, vt formantem animam, dantem ſpiritum, Deum carni vnitum, Deùm crucifixum, medelam mentium, vitale pabulum, vltorem ſcelerum, præmium æternum. Nota etiã, quod quædam ſunt credibilia, ſiue intelligibilia per rationem, vt Abraam genuit Iſaac, ſiue facta particularia, quædam autem credibilia non ſunt intelligibilia, & q̃n intelliguntur rationes ſolidas habent. Ad ſufficientiam horum duodecim, Nota, quod claritas fidei ſpeculanda eſt, vt veritatis preexiſtentis, vt veritatis efficientis, vt veritatis reficientis, vt veritatis perficientis. Vt veritatis præexiſtentis, tripliciter, vel quantum ad eſſentiam, vel quantum ad excellentiam, vel quantum ad refulgentiam. Eſſe enim Dei primum eſt, quod venit in mente. Vnde dicitur Moyſi quærenti, quod nomen Dei eſſet. Reſpondit. Ego ſum, qui ſum. Et in hoc comprehendit, quidquid eſt ſiue bonum, ſiue potens. Secundò quantum ad excellentiam, vt Deus vnus, trinus, & verus. Tertiò quantum ad refulgentiam, vt exemplar rerum. Si autem conſideratur, vt claritas efficiens, hoc eſt tripliciter, aut inquantum inchoat naturam, ſiue mundum, illuſtrat induſtriam, inſpirat gratiam. Inchoat naturam, ſiue mundum, quod non ſolum eſt credibile, ſed etiam intelligibile, vt illuſtrat induſtriam, & ſic format animam ſecundum intellectum humanum, & Angelicum, & ſic Deus eſt obiectum intellectus, & hinc eſt, quòd habet rationem perpetui, quantum ad imaginem creationis, reparationis, ſimilitudinis, quia imago eſt eſſentialis dependentia, & relatio, Vt inſpirat gratiam hic eſt conſummatio, & hoc eſt credibile, & intelligibile. Voluntas enim non perficitur, niſi per donum Spirituſſancti infuſum. Si autem claritas veritatis conſideratur, vt reficiens, ſimiliter triplex claritas refulget in anima, aut quantum ad humanæ, & Angelicæ reparationis principium, vel quantum ad precium, vel quantum ad effectum. Primum eſt ſpeculari Deum carni vnitum, quod eſt credibile, & intelligibile, ſi vt precium ſic cruci affixum, ſi vt effectus, ſic Deus medicina eſt animæ. Eſt ergo principium noſtræ creationis, reparationis, præmiationis Si vt confirmans, ſiue perficiẽs ſic tripliciter, vt vitale pabulum Eccleſiæ militantis, & triumphantis, vt vltorem ſcelerum, vt finale præmium. Oportet Deum eſſe præmium, ergo eſt credibile, & intelligibile, & hoc ſecundum influentiam, ſecundum legem iuſtitiæ, clementiæ, & concordiæ. Secundũ primũ, vt virtus, ſecundum ſecundũ vt veritas, ſecundum tertium, vt influentia. Hæ ſunt duodecim portæ, de quibus dicit Pſalmiſta. Aperite mihi portas iuſtitiæ. Iuſti intrabunt in eam, quia iuſtus ex fide viuit. Primum ſpeculabile circa Deum eſt, quòd primum nomen Dei eſt eſſe, quòd manifeſtiſſimum, & perfectiſſimum, ideo nihil manifeſtius, nihil p̃fectius, quia quicquid de Deo dicitur, reducitur ad eſſe, hoc eſt propriè proprium nomen Dei. Deus non dixiſſet Moyſi, ſiue latori legis. Ego ſum, qui ſum, niſi eſſet primus, poſtea dixit, Deus Abraam, Deus Iſaac, Deus Iacob, in quo myſterium Trinitatis expreſſit. Tertiò dixit, qui fecit os hominis. & linguam, in quo explicauit, ſe eſſe exemplar. Deum eſſe primum, manifeſtiſſimum eſt, quia ex omni propoſitione ſequitur eſſe Deum, etiam ſi Deus nõ eſt, Deus eſt, quia omnis propoſitio infert ſe affirmatiuam, vel negatiuam, vt ſi ſortes non currit, verum eſt ſortem non currere. Conſideratur etiam hæc veritas quaſi in ſpeculo quodam, quod confortat, & dat viſum. Omnis enim creatura concurrit ad hoc ſpeculum faciendum, & iungitur in hoc ſpeculo, ſecundum viam ordinis, originis, completionis. Primo tripliciter, ſecundum rationem poſterioris ad prius, & inferioris ad ſuperius, & temporis ad æuum, & æui ad æternitatem. Manifeſtum enim eſt, ſi eſt poſterius, eſt prius, ergo & primum, ergo in iſto ordine per poſteriora ad priora, & ad primum peruenitur. Omnia enim vel ſunt poſteriora, vel media, vel prima. Secundò eſt ordo inferioris ad ſuperius, & ſuperioris ad ſummum, quæ habent eſſentialem ordinem, & dependentiam, ſecundum ordinem naturę: Et non dicitur hic ſuperius, & inferius ſecundum lineam prædicamentalem, ſed ſecundũ magis nobile, & minus. Tertiò eſt ordo temporis ad æuum, & æui ad æternitatem, quia ſi eſt aliquid propter aliud creatum, & illud creatum erit propter increatum, & increatum erit propter ſe, vt ſi eſt res temporalis, propter animam, & anima propter Deum, neceſſario ergo Deus per ſe eſt, ſecundum ordinem ergo cauſalitatis, dignitatis, finis, omnia declarant eſſe primum, & vltimum in ratione producendi, ſed vltimum in ratione faciendi, hoc ergo ſecundum rationem ordinis. Alio modo creatura dicit Deum eſſe ſecundum rationem originis, vt ſi eſt ens creatum, eſt ens increatum, & ſi eſt ens per participationem, eſt ens per eſſentiam. Si eſt ens per cõpoſitionem, eſt ens per ſimplicitatẽ. Et ſi eſt ens per multiformitatem, eſt ens p̄ vniformitatem, vel identitatem. Primò dicendum, quod omne creatũ ponit cãm, & vniuerſitas cauſatorum ponit cauſam primam vniuerſalem. Tũc quæro de cauſa illa, aut eſt creata, aut non, ſi ſic, eſt abire in infinitum, ſi nõ, habeo propoſitum. Item ens per participationem ab eo habet eſſe, quod eſt ens per eſſentiam, quia fluit ab eo. Similiter omne compoſitum eſt à componentibus, ſimiliter & partes cum ſint deponentes, ſunt ab aliquo ſimpliciſſimo abſoluto, ſimiliter de multiformitate,

Gene. 15.

Apoc. 21.

Credibiliũ difficilia.

Sufficientia credibilium duodecim probatur.

Exo. 3.

Pſal. 117.

Primũ nomen Dei eſt eſſe.

Exod. 3.

Creatura vt creatura clamat Deũ eſſe.

ſi enim eſt ens per multiformitatem, eſt ens per vniformitatem, vt in numeris, quia neceſſe eſt deuenire ad vnitatem. Hoc ergo ratione originis. Tertiò modo ratione completionis, ſi eſt eſſe potentiale, eſt eſſe actuale. ſi eſt eſſe mutabile, eſt eſſe immutabile. Si eſt eſſe ſecundum quid, eſt eſſe ſimpliciter. Si eſt eſſe depēdens, eſt eſſe abſolutum. Si eſt eſſe in genere, eſt eſſe extra genus. Ens autem potentiale venit ex actuali eſſe neceſſario in diuerſum, ſed in eodē eſſe potentiale prȩcedit eſſe actuale. Similiter mutabile eſt fluens ab immutabili fixo. Similiter creatura eſſentialiter dependens à primo, & materia, & forma, & etiam accidēs magis dependet à Deo quam à ſuo ſubiecto, quia Deus poteſt facere, vt ſit ſine ſubiecto, vt in ſacramento altaris, ſed non, quod non dependeat ab eo. Similiter ſi eſt ens ſecundum quid, erit ens ſimpliciter. In his quæ nata ſunt eſſe ſimpliciter, vt ſi eſt ſapiens ſecundum quid, eſt ſapiens ſimpliciter. Similiter, vt remoueatur inſtantia. Eſt albus dente ergo eſt albus ſimpliciter. Si eſt ens in genere, eſt ens extra genus. Ens enim in genere habet differentias coarctantes, & tale non habet poſſe eſſe, & agere vniuerſaliter. Vnde Deus eſt ens extra genus, & ſupra genus. Hæ igitur ſpeculationes ordinis, originis, & completionis, dicunt ad illud eſſe primum, quod repræſentāt omnes creaturæ. Hoc enim nomen ſcriptum eſt in omnibus rebus. Et ſunt hæ conditiones entis, ſuper quas fundantur certiſſimæ illationes. Vnde dixit auctor lib. de cauſis, prima rerum creatarum omnium eſt eſſe, ſed ego dico prima rerum intelligentiarum eſt eſſe primum.

Nomen Dei ſcriptū in omnib. rebus.

*Sermo vndecimus. Qualiter Trinitas ſpeculum eſt pulcherrimum.*

2. Cor. 3.

NOs autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes &c. Dictum eſt de ſecunda viſione, ſ. intelligentiæ per fidem eleuatæ, quæ intelligitur per cœlum vel firmamentum, quod eſt altum, firmum, ſpecioſum. Dictum eſt de duobus primis, & incæptum de tertio, ſcilicet ſpecioſitate, quæ eſt multiformis ſpeculatio fidei. De qua dictum eſt Abrahę hoc eſt credenti. Suſpice cęlum, & numera ſtellas ſi potes. Dictum eſt à Ioann. Suſtulit me in montem, & per duodecim ſigna per quæ currit ſol intellectualis in Hemiſphario noſtræ intelligentiæ, & facit dies, & annum fidei. Et per duodecim portas ex ſingulis margaritis, intelliguntur duodecim ſpeculationes principales ad quas aliȩ reducuntur, & ſecundum quas aliæ regulantur, & dirigūtur. Et illæ ſunt fulgidæ, viuificæ, iucundæ. Prima erat, ſpeculari Deum eſſe primum. Secunda Deum eſſe trinum, & vnum. Circa has procedunt ſancti, & doctores, ſed ſancti per viam ſpeculationis, doctores per viam inueſtigationis. Dictum eſt ergo de primo ſpeculo, ſcilicet quod eſſe eſt nomen Dei manifeſtiſſimum, & perfectiſſimum, quia omnia quæ ſunt Dei, comprehenduntur in hoc nomine. Ego ſum, qui ſum. Hoc nomen Dei eſt propriè proprium, de quo dictum eſt, quoniam res omnes repræſentant ipſum per viam originis. Hoc ſpeculum componitur ex omnibus creaturis, vt patuit, Hoc nomen in anima ſcriptum, illuſtrat eam. Auguſt. enim ſic explanat. Nos aut reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, non à prope, ſed de longe ſcilicet à ſpeculo, ſed hoc ſpeculum eſt cum ænigmate adhuc, quia ſi videretur ſine ænigmate, eſſet homo beatus. Hoc ſpeculum format Auguſtin. qui volens oſtendere vnitatem & trinitatem Dei, dicit ſic. Neque enim diuinorum librorum auctoritas tantummodo prędicat eſſe Deum verum, ſed omnis quæ nos circunſtat, ad quam nos etiam pertinemus, vniuerſa rerum natura proclamat, ſe habere prȩſtantiſſimum conditorem, qui nobis mentem rationemq; dedit, qua viuentibus non viuentibus, ſenſu prædita non ſentientibus intelligentia non intelligentibus, immortalia mortalibus, impotentia potentibus, iniuſtis iuſta, ſpecioſa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, beata miſeris præferenda videamus. Et per hoc quoniam rebus creatis creatorem ſine dubitatione præponimus, oportet vt eum, q̄ ſummē viuere, & cuncta ſentire, atque intelligere & mori, & corrumpi, mutarique non poſſe, nec corpus eſſe, ſed ſpiritum omnipotentiſſimum, & ſpecioſiſſimum, & optimum, veriſſimumque fateamur. Duodecim ponit conditiones, æternus, immortalis, incorruptibilis, immutabilis, ecce quatuor. Item viuus, ſapiens, potens, ſpecioſus, & ecce quatuor. Item iuſtus, bonus, beatus, ſanctus ſpiritus, ecce quatuor. De primo quaternario accipiatur vnum nomen, ſcilicet ęternus, quod alia tria comprehendit, quia ſi eſt æternus, eo ipſo eſt immortalis, & ſi immortalis, eo ipſo incorruptibilis, & ſi incorruptibilis, eo ipſo immutabilis. De ſecundo quaternario accipiatur ſapiens, ergo viuus, ſi viuus ergo potens, ſi potens, ergo ſpecioſus, quia ſapientia eſt forma pulcherrima. Vnde ſapiens dicit. Amator factus ſum formę illius. De tertio quaternario accipiatur illud nomen beatus, quod comprehendit alia tria, quia ſi beatus, ergo bonus, ergo iuſtus, ergo ſanctus ſpiritus. In his ergo tribus, ſcilicet æternitate ſapientia, & beatitudine, vna relucet Trinitas, æternitas Patri, ſapientia Filio, beatitudo Spirituiſancto. Adhuc etiam redigit ad vnum hæc tria, & accipit ſapientiam, & oſtendit trinitatem, quia neceſſe eſt, ſi eſt ſapiētia, vt ſit mens, quæ cognoſcat ſe, & diligat ſe, & alia. Nec tamen intelligendum, quod ita ſit Pater mens, q̄d filius non ſit, immo eſt inſania, immo quia Pater mens, Filius eſt mens, Spirituſſanctus eſt mens. Itē Filius notitia, Pater notitia, Spirituſſanctus notitia, & ſic de alijs. Hoc autem anima non eſt, quia mens non eſt notitia. Sapientia ergo in cognitione eſt, vbi ergo eſt cognitio, neceſſe eſt, vt ſit emanatio, ſiue generatio verbi, ex qua generatione ſequitur productio amoris nectentis. Et ſi producens eſt Pater, verbum eſt Filius, nexus Spirituſſanctus, in quibus eſt Trinitas vere diſtincta, vt in ſapientia, & in mente ſi eſt in anima, hoc eſt ex veritate ſapientiæ. Et hoc dicit Anſelmus Monologion. Ex hoc enim quod Summus ſpiritus intelligit, Filius generatur, Spirituſſanctus ſpiratur. Hoc eſt ſpeculum trinitatis: vnde Auguſtin. Sed nos cum Ruth colligamus ſpicas ſecundum doctores noſtros. Eſt autem duplex ſpeculum Trinitatis, vnū intellectuale, quod facit intelligere nomina dicta de Deo intellectualia, ſecundum eſt magis materiale, quod fit per nomina tranſumptiua. Prima ſpeculatio non eſt, quod intelligentia per fidem eleuata, dicit Deum eſſe trinum, & vnum propter quatuor, quæ ſunt in diuino eſſe, ſcilicet propter conditionem perfectionis, propter conditionem productionis, productiuę diffuſionis, diffuſiuę dilectionis, & vnum ſequitur ex altero. Eſt enim ibi ſuprema perfectio, ex qua ſic primum principium habet perfectionem originis, ordinis, indiuiſionis. Eſt autem origo originans, perfectior quam non originans, & perfectior eſt origo originans originantem, quam originans non originantem. Ergo ſi ibi eſt perfecta origo, neceſſe eſt eſſe Patrem producentem, Filium originantem, & Spiritum ſanctū originatum. Item à parte ordinis ſic. Vbi eſt perfectus ordo, ibi eſt ratio principij, medij, & vltimi, alioquin inordinatio accideret in diuinis, ſicut ſupra dictum eſt. Oportet ergo p̄ rōnem ordinis, vt ſicut ibi tres perſonæ ſunt ex parte indiuiſionis, ſic neceſſe eſt, ibi eſſe indiuiſionem, alioquin reduceretur à perfectione, & ab vnitate. Eſt enim indiuiſio vnitas. Vnitas autem eſt in principijs, & principiatis, in vniuerſalibus, & par-

Epilog' dictorum..

Gene. 15.
Apoc. 21.

15. libr. de Trin. ca. 4.

12. conditiones Dei iuxta Auguſti.

Sap. 8.

Trinitatis ſpeculum duplex.

Vnitas multiplex.

& par-

& particularibus, in voluntate, & natura. Vnitas in principijs eſt ſimplicitatis, in cõpoſitis, ſiue principiatis, totalitatis ſeu plenitudinis. in vniuerſalibus conformitatis, in particularibus innumeroſitatis, in voluntate vnanimitatis, in natura inſeparabilitatis. vnitas ſimplicitatis in principijs eſt defectiua, quia licet quodlibet principium ſit ſimplex, non tamen de ſe ſufficiens eſt ad aliud producendum ſine alio principio.

Item vnitas totalitatis, ſiue plenitudinis in principiatis deficit, quia non eſt ex ſe, nec ſimplex.

Item vnitas in vniuerſalibus deficit, ſ. conformitatis, quia numeratur cum alia. Et licet eſſentia vniuerſalis ſit in pluribus, numeratur tamen in illis

Item vnitas in indiuiduis deficit, quia cum materia numeratur forma. Item vnitas voluntatis deficit, quia non ita coniunguntur animi, quin ſeparari poſſint per diſcordiam. Item vnitas inſeparabilitatis in natura in Deo ponenda eſt. Item in primo eſſe, eſt ratio perfectæ productionis, & productio ſimilis, & diſſimilis, æqualis, & inæqualis, cõſubſtantialis, & eſſentialiter differentis. De neceſſitate ſi eſt productio diſſimilis, præintelligitur productio ſimilis, quod ſic patet. Simile habet ſe ad diſſimile, ſicut idem ad diuerſum, ſicut vnum ad multa, de neceſſitate tamẽ idem pręcedit diuerſum, & vnum, multa ergo productio ſimilis præcedit productionem diſſimilis. Sed creatura producitur a primo ineſſe, & eſt diſſimilis, ergo de neceſſitate producitur ſimile, quod eſt Deus. Item ſecundum Boethium inęqualitates oriuntur ab æqualitatibus. Si ergo producitur a Deo, quod eſt inæquale, ſ. creatura, neceſſario procedit productio æqualis, quod eſt Deus.

Item ſi producitur a Deo eſſentialiter differens, neceſſario producitur ſubſtantialiter idem. Quia autem aliquando extrinſecum eſt intrinſecum, in illis quę habent intrinſecum, & extrinſecum, vt patet, quia verbũ dicentis extrinſecum præcedit mentis conceptus intrinſecus, ergo ſimiliter a ſubſtantia eterna differẽs nõ manat, niſi producatur ſubſtantialiter idem. Ergo in Deo prius eſt productio ſimilis, æqualis, conſubſtantialis, quã diſſimilis, inæqualis, eſſentialiter differẽtis. Sed q̃d dices? Nunquid intelligendo primum eſſe vnum ſuppoſitum, vt gentiles, adhuc intelligunt ſubſtantiam, virtutem, & operationem, ergo ſi ita eſt, non intellecta Trinitate, vel emanatione, eſt intelligere productionem? Reſpondeo. Intellectus duplex eſt, perfectus, & plenus, & plenè reſoluens. Et tali intellectu non eſt intelligere. Secundus eſt ſemiplenus, ſic intelligere ſemiplene poteſt intellectus creatus, ſic quod reſoluat in plura, quæ in Deo ſunt vnum, aliter non.

Item tertia ratio ſpeculi eſt, quia in Deo eſt ratio ꝓductiuæ diffuſionis. Sic illud eſſe ſumme bonum eſt, ergò ſummè diffundit ſe, ſ. tripliciter, diffuſione actualiſſima, integerrima vltimata vel vltimatiſſima. Quia actualiſſima ſemper eſt, ſemper fuit, ſemper erit, ſemper genuit, ſemper generat, ſemper generabit. Hoc non poteſt habere creatura, quod ſemper ſit, ſemper fuerit, & ſemper futura ſit, ergo neceſſe eſt, vt emanet æternus. Item integerrima non eſt hæc diffuſio in creatura, quia Deus non creat totum decorem exemplaris creaturæ. Vnde hoc non dat niſi generando filium. Vnde omnia (inquit filius) quæ habet pater, mea ſunt, hoc non dicit aliqua creatura.

Ioannis 6.

Itẽ hæc diffuſio eſt vltimata, vt det producens quicquid poteſt. Creatura autem recipere non poteſt, quicquid Deus dare poteſt. Vnde ſicut punctus ad lineam nihil addit, non etiam mille millia punctorum. Sic bonitas creaturę bonitati Creatoris nihil addit, quia finitũ infinito nihil addit. Ergo neceſſe eſt, vt hæc diffuſio, ſecundum totum poſſe ſit ab aliquo, quod omni creatura maius cogitari poteſt, & etiam ipſa creatura maior ſe cogitari poteſt. Sed in filio productio eſt, ſicut in Patre eſt. Si ergo Patre nihil maius cogitari poteſt, ergo nec Filio. Si pater etiam vltimata diffuſione non ſe diffunderet, perfectus non eſſet. Quarta diffuſio eſt per rationem dilectionis, neceſſario oportet, quod vbi beatitudo eſt, quod ibi ſumma ſit dilectio. Eſt autem dilectio reflexa, connexiua, charitatiua, Connexiua dilectio perfectior eſt, qua alterum diligo, quam reflexa qua me diligo. Charitatiua autem perfectior ceteris eſt, quæ habet dilectum, & condilectum, ergo hæc eſt in diuinis. Hac ergo dilectione Pater diligit Filium, & eſt infinitus ardor. Item eſt ibi dilectio gratuita, debita, permixta. Item eſt ibi dilectio pura, plena, perfecta, vt effluens, & effluxa in Filio, vt refluxa in Spiritu ſancto, Ex iſtis rationibus omnibus fit ſpeculum nobile. Eſt autem aliud ſpeculum congregatum ex paruis. Vnde nota, quod licet tota Trinitas ſit lumen intelligendi verbum, tamen naturaliter habet rationem exprimendi. Omnis autem creatura clamat generationem æternam, & hanc exprimunt, & repræſentant 12. generationes. Eſt enim primus modus per diffuſionem, ſecundus per expreſſionem, tertius per propagationem. Per diffuſionem vt ſplendoris à luce, vel caloris ab igne, vt fluuius a fonte, vt imbris a nube plena, ſiue rorida. In prima diffuſione deficit equalitas, quia ſplendor non equatur luci. In ſecunda deficit intimitas, quia calor non eſt intimus igni, ſiue vt informanti, ſiue vt originanti, eſt enim accidens. In terra deficit ſimultas, quia fons diffundit ſe per partes, non totus inſimul. In quarta deficit integritas, quia non tota pluuia excutitur à nube, immo per guttas; Iungas has quatuor conditiones, ad vnam diffuſionem, quæ ſit ſplendoris, habentis æqualitatem caloris, habentis intimitatem, & ſubſtantialitatem riuuli, ſiue fontis, habentis ſimultatem imbris, habentis integritatem. Et ſic habes veſtigiũ generationis æternæ. Vnde filius aliquando comparatur ſplendori, dicente Pau. Qui cum ſit ſplendor glorię. Aliquando rubo Moyſi, vbi fuit expreſſa perſona filij. Aliquando fluuio, vel fonti, vt Gen. fons aſcendebat de terra, & fluuius egrediebatur de loco. Aliquando imbri, vt in Eſaia. Quomodo deſcendit imber de celo, & illic vltra non reuertitur, ſed inebriat eam, & ſequitur. ſic erit verbum quod egreditur de ore meo, ſcilicet de corde pàtris. Secundus modus eſt per modum expreſſionis, vt ſpeciei ab obiecto, vt imaginis à ſigillo, vt ſermonis a loquente, vt cogitatus à mente, & hic eſt defectus. In prima deficit rei veritas, quia ſpecies in oculo, vel in anima non eſt veritas rei. In ſecunda deficit ſimplicitas, quia imago ſiue figura non eſt in puncto, vel in ſimplici, ſed partes habet. In tertia vero deficit ſtabilitas, quia ſermo tranſit, & non manet. In quarta deficit ſubſtantialitas, quia conceptus mentis non eſt ſubſtantia, vel hypoſtaſis. Auferas hos defectus, & pone expreſſionem, quæ ſit ſpeciei ab obiecto, habentis veritatem, vt imaginis à ſigillo, habentis ſimplicitatem, vt ſermonis à loquente, habentis ſtabilitatem, vt conceptus à mente, habentis conſubſtantialitatem. Et tunc haberes alteram partem ſpeculi. De primo dicit Pſalm. Eructauit cor meum verbum bonum, ſequitur. Specioſus forma prę filijs hominum. De ſecundo dicit ſapiens. Candor eſt lucis æternę, & ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius. Et Apòſtolus. Qui eſt imago viſibilis Dei. De tertio, Iob, Semel loquitur Deus, & id ipſum non repetit. Vnde pone in filio, quòd ſemper ſit, & non deficit, nec reuertitur. Quarto pone ſtabilitatem, conceptus enim mentis eternæ eſt hypoſtaſis conceptus nobiliſſimus, mentalis, perfectiſſimus. Vnde in Prouerb. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. Aliquando ergo vocatur filius ſpecies, imago, verbum manens in ęternum, conceptus

Sicut punctus ad lineã ita creatura ad Creatorẽ.

Dilectio in diuinis.

Generatio ęterna repreſentatur in creaturis.

Heb. 1.

Eſai. 55.

Pſal. 44.

Sap. 7.

Col. 1.

Iob 33.

Prouer. 8.

ceptus vero non inhærens,ſed ſubſtantialis,& hypoſta
ſis.Sic ergo habes quatuor.Tertia generatio eſt per ꝓ
bationem,& hoc quadrupliciter,vt germinis a ſemine,
vt arboris à radice, vt prolis conceptæ à ventre,vel vte
ro materno,vt filij a patre principiante.In prima gene-
ratione deficit formoſitas,quia in ſemine eſt forma cõ
fuſa,& occulta,ſed non ſic filius.In ſecunda deficit con
formitas, licet enim ſit vna radix,tamen differt in for-
ma a ramis,licet vnam arborem faciat. In tertia deficit
actualitas,quia mater eſt principium, & ſi aliquo mo-
do actiuum prolis,potiſſimè tamen paſſiuũ. In quarta
deficit coæuitas. Aufer ergo hos defectus,& pone pri-
Eſa. 4. mò formoſitatem, Vnde Eſaias. Erit germen Domini
in magnificentia,& gloria,& fructus terræ ſublimis.Se
cundo pone conformitatem,ſic filius eſt conformis pa
tri,vt lignum vitæ in medio paradiſi.Vnde dicitur. Li-
Prou. 3. gnum vitæ eſt his,qui apprehenderint eam.Tertio po-
ne actualitatem.Vnde Pſalmus.Tecum principium in
Pſal. 109. die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum,& cęter.Ex
Pſalm. 2. vtero dicit,vbi eſt ratio fouendi in ſinu patris,à quo nõ
receſſit.Quarto pone coæuitatem.Pſalmus.Ego hodie
genui te,& hoc in æternitate,hoc eſt in meo hodie ęter
no.Has duodecim conditiones aggrega,& habebis ſpe
culum ad contuendum exemplar diuinum, ſiue verbũ
quod omnia repræſentat, vt ſplendor procedens à luce
cum perfectione ęqualitatis,& ſic de alijs per has con-
ditiones ſoluuntur omnia argumenta Arij,per quæ ar-
Gen. 37. guit à generationibus imperfectis. De his duodecim
dicitur in Gen.Vidi per ſomnium ſolem, & lunam, &
ſtellas 11.adorare me. Iſte eſt ille Ioſeph pulcherri-
mus,quem adorãt omnes,& clamãt temporalia ꝑ lunã,
ſpiritualia per ſolẽ,& vndecim ſtellæ generationes crea
turarum ſunt,ſecundum 11.conditiones deficiente 12.
quæ eſt in generatione filij Dei,ideo ponuntur hic vn-
decim ſtellæ in numero deficiẽte à duodenario, qui eſt
numerus excreſcens, quia reſpectu illius generationis
habent defectum,& inclinant omnia ad generationem
verbi.Omnia enim indicant generationem verbi. Vn-
de quando videtur ſplendor à luce transferenda, eſt
mens ad conſiderandam generationem æternam, & ſic
de alijs.Et ibi eſt magna delectatio dicente Dauid. De
Pſalm. 91. lectaſti me Domine in.&cet.Dicit ergo nos reuelata fa
cie gloriam Domini ſpeculantes.Alio modo ſic, & ma
gis proprie eſt generatio ꝑ diffuſionem, vt ſplendoris,
vel luminis à luce,& ibi eſt coæuitas,deficit tamẽ ęqua
litas,quia ſplendor non æquatur luci.Item eſt diffuſio,
vt ignis ab igne,ibi eſt æqualitas, vt patet quando vna
candela incenditur ab alia, quòd tantum eſt lumen in
vna ſicut in alia,& quotquot accendantur,deficit tamẽ
conſubſtãtialitas.Itẽ eſt diffuſio riui a fonte, & hæc eſt
conſubſtantialitas,& intimitas, quia eadem aqua,quæ
eſt in fonte, eſt in riuo, ſed deficit nobilitas ortus,
quia in riuo per quoſdã meatus & collationẽ, de aqua
ſalſa fit dulcis. Itẽ eſt diffuſio imbris à nube, & ibi eſt
nobilitas ortus,quia habet virtutes cęli per quas infun
dit in imbrem nubes,deficit tamen formæ decor, quia
videtur nubes cœlum obſcurare, & deturpare. Iunge
quod nobilitatis eſt,vt coæuitatem, æqualitatem,con-
ſubſtantialitatem, formę decorem, & homines vnam
partem ſpeculi.Item eſt generatio per expreſſionem,vt
ſpeciei ab obiecto,& hic eſt formæ decor,quod deficie
bat in generatione imbris,& hoc eſt mirabile quomo-
do ſpecies generatur,quia non de materia aeris quia cũ
Quælibet eum non dicat eſſentiã ſed modum eſſendi, ſufficit, vt
ex natura habeat principium originatiuum,medium inter princi
li fœcundi pium materiale,& principium effectiuum. Vnde Deus
tate produ dedit virtutem cuilibet rei, vt gigneret ſimilitudinem
cit ſui ſpe- ſuam ex naturali fęcunditate.Vnde ſecundũ, quod ob-
ciem. iectum gignit ſimilitudinem ſuam,ſic repræſentat gene
rationem æternam. ſecundum quod intentio animę eã
oculo vnit,ſic repræſentat incarnationem verbi. Hæc
generatio ſpeciei deficit, quia non eſt ibi formæ fixio,
ſed vario modo habet generari, ſecundum quod patet
in ſpeculis,& diuerſimode habet repræſentare prope,
vel longe.Item eſt generatio per expreſſionem,vt figu-
ræ ſigillo,& hoc eſt formæ fixio, quod deficit in pręce
dẽti,deficit tamen vitæ vigor.Item generatio ſermonis
a dicẽte,vbi eſt vitę vigor,quia ſermo quandam vim vi
tę ſecum habet,vt patet,quod duobus dicentibus ean-
dem veritatem,vnus melius exprimit alio, & imprimit. In prolo-
Vnde Hieron.Habet neſcio quid latentis energię viuę go Biblie.
vocis actus,&c.Vnde verba Chriſti nõ dubium,quòd
ꝓlata,& audita de ore eius maioris virtutis, & poteſta
tis erant,quàm ſcripta.Hic tamen deficit vitæ manſio,
quia ſermo tranſit.Item eſt generatio conceptus à men
te,& ibi eſt vitæ manſio, quia omnes cogitatus in me-
moria manent.Sed ibi deficit conſubſtantialis fęcundi
tatis virtus,quia ille cogitatus non eſt conſubſtantialis
virtus. Hæc quatuor iungantur,ſcilicet,formæ decor,
formæ fixio,vitæ vigor,vitę manſio, & habes ſecundã
partem ſpeculi.Item eſt generatio per propagationem,
vt germinis a ſemine, & hoc eſt virtus ſubſtantialis in
qua deficit vltimum, ſimiliter deficit vitæ robur.Item
eſt generatio,vt ſurculi à radice, & hæc eſt vitę robur,
ſed deficit viuax ſenſus,non enim ſentit,vel producens
productum,vel productum ſuam originem. Item eſt
generatio,vt fętus a ventre,vel vterò, hic eſt viuax ſen-
ſus,ſed deficit virtus actiua,quia neutrum eſt actiuum,
ſed receptaculum potius,quam actiuum.Item eſt gene
ratio, vt filij a patre,& ibi ſunt omnes dictæ conditio-
nes preter vnam,ſcilicet lucis, quæ eſt coæuitas, quæ
eſt ponenda in generatione filij Dei, & ab illa vltima
generatione, ſcilicet filij a patre denominatur genera-
tio æterna.Et hæc ratificauit Chriſtus cum dixit. Ite, Matth. 20.
docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine pa-
tris,& filij,& ſpiritusſancti,non dixit in nomine lucis,
& ſplendoris.Hæ ſunt vndecim ſtellæ adorantes filium
pulcherrimum, ſcilicet vndecim conditiones nobiles,
iam dictæ,quarum duodecima,ſcilicet coæuitas, eſt in
filio Dei.

*Sermo 12. Qualiter Deus exemplar eſt omnium rerum, & quod ſcriptura dicitur os Dei.*

NOs autem reuelata facie gloriam Domini ſpecu-
lãtes,&c.Dictum eſt de altitudine fidei,quia ex-
cedit inueſtigationem rationis, vt patet ex duo-
decim articulis ſignatis per duodecim ſtellas, & per
duodecim alas Seraphin.Dictum eſt de firmitate eius,
deſignata per duodecim fundamenta ciuitatis.Item de
ſpecioſitate deſignata ꝑ duodecim portas ciuitatis, &
per duodecim margaritas, quæ ſunt ſpeculationes fi-
dei,& ſunt fulgidæ,& viuificæ,& iucundæ,quãtum ad
duas portas orientales, ſcilicet ſpeculari diuinum eſſe
puriſſimum,ſecũdo Deum trinum,& vnum. Sequitur
de tertia porta, quòd ſit exemplar omnium rerum. 2. Cor. 3.
Supponendum enim eſt per fidem, quod ſit conditor Tertia por
omnium rerum, gubernator actuum, doctor intelle- ta, ſiue ſpe
ctuum, iudex meritorum.Et ex hoc intelligitur, quod culatio.
eſt cauſa cauſarum,& ars præſtantiſſima originãs, dux
prouidiſſime gubernans,lux manifeſtiſſimè declarans,
vel repræſentans,ius rectiſſimè præmians. Et primum
oſtenditur ſic.Creatura egreditur a creatore, ſed non
per naturam, quia alterius naturæ eſt,ergo per artem,
cum non ſit alius modus emanandi nobilis, quam per
naturam, vel per artem, ſiue ex voluntate, & ars illa
non eſt extra ipſum; ergo eſt agens per artem, & vo-
lens: ergo neceſſe eſt, vt habeat rationes expreſſiuas.

Si enim

Si enim dat formam huic rei per quam diſtinguitur ab alia re, vel proprietatem per quam diſtinguitur, neceſſe eſt, vt habeat formam idealem, immo formas ideales. Sic enim in plurali vocantur à ſanctis. Item quia eſt cauſa conſeruans, eſt dux gubernans. Præeſt enim ad dirigendum omnes actus ſecundum quod gubernabiles ſunt, non ſicut artifex domum dimittit, ſed res conſeruat, & dirigit. Ideo habet apud ſe normas directiſſimas. Nec eſt idem modus, vt creatura manat à creatore ſecundum formas expreſſiuas, & ſecundum quod à mente diuina emanant regulæ, ſecundum directionem æternarum regularum. Item quia doctor eſt, ipſe docet infallibiliter, & certificat, ſic quod impoſſibile eſt aliter ſe habere, ſecundum ſententiam omnium doctorum. Chriſtus eſt doctor internus, nec ſcitur aliqua veritas, niſi per ipſum, non loquendo ſicut nos, ſed interius illuſtrando, & ideo neceſſe eſt, vt habeat clariſſimas ſpecies apud ſe, non tamen ab alio accipit. Ipſe enim intimus eſt omni animæ, & ſuis ſpeciebus clariſſimis refulget ſuper ſpecies intellectus noſtri tenebroſas, & ſic illuſtrantur ſpecies illæ obtemperatę, admixtę obſcuritate fantaſmatum, vt intellectus intelligat. Si enim ſcire, eſt cognoſcere rem aliter impoſſibile ſe habere, neceſſarium eſt, vt ille ſolus ſcire faciat, qui veritatem nouit, & habet in ſe veritatem. Item eſt ius rectiſſimæ remunerationis per leges iuſtiſſimas. Si ergo iuſte præmiat, neceſſe eſt, vt habeat leges iuſtiſſimas. Loquitur ergo ſcriptura de ipſo, vt eſt exemplar, vt omnis creatura viuit in formis æternis: vnde Ioannes (Ioan. 1.) Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Viuit autem per cognitionem, & amorem, & qui hoc negat, negat prædeſtinationem æternam. Nam ab æterno nouit Deus creaturam, & amat eam, quia præparauit eam gloriæ, & gratiæ. Item habet normas directiſſimas: vnde Apoſtolus, & Hierem. (Heb. 5. Hier. 31.) Dabo leges meas in viſceribus eorum, & in corde ſuperſcribam eas. Superſcribit enim primò in natura. Secundò in induſtria, ſeu in progreſſu. Tertiò in gratia. Quartò in gloria. In quocunque ſtatu dat normas ſuas, ergo neceſſe eſt, vt in ſe habeat eas. Item quia eſt lux illuſtrans ſapientia, eſt enim ſpecioſior ſole, quia licet ſol habeat rationem radiandi: non tamen ſpecies in ſe deſcriptas habet, & ideo illud exemplar eſt pulchrius, quia cum hoc quod lucet, habet ſpecies claras. Item eſt ius per ſe iudicans: vt in Apocalyp. (Apoc. 20.) Libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, ſcilicet liber vitæ & liber conſcientiæ. Per librum vitæ habet anima viuere, & iudicare, & ſi liber conſcientiæ concordat cũ libro vitæ, approbatur, ſi autem diſcordat, reprobatur: vnde Pſalmus (Pſal. 138.) imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo oẽs ſcribentur, id eſt manifeſtabũtur ſcripti, non de nouo ſcribuntur, in hoc libro ſcribentur omnes leges æternæ. Deus ergo eſt exemplar æternum, & hæc eſt fides, quæ credit Deum eſſe conditorem rerum & cetera. Et ſuper hoc fertur ſpeculatio, vt ſit ars præſtãtiſſimè repræſentans. Hęc autem ars, & eſt vna, & multiplex, quomodo autem hoc eſſe poteſt? videri non poteſt, niſi veniat illuminatio à montibus æternis, & tunc turbabuntur inſipientes corde, & ſtulti. Oportet enim altè ſentire de Deo, eſt autem multiformis, quia multa repræſentat, & certitudinaliter. Vnde melius video me in Deo, quam in meipſo. (Perfectius res videtur in Deo quã in ſeipſa.) Eſt tamen ſummè vna. Ad hoc notandum, quod cauſa prima eſt prima, & immediata, quia prima ideo nihil habet ab alio, ſed omnia ab ea. Et eſt immediata, quia cauſa immediata nobilior eſt mediata. Quia ergo prima, ideo potentiſſima, ergo multa poteſt. Item quia immediata, ideo eſt actualiſſima, quia cauſa immediata in actu eſt etiam actualiſſima, eo quod immediata, quia actus immediatior quam potentia, non autem eſt actualiſſima ſecundum efficientiam, ſiue ſecundum actum extrinſecum, quia non ſtatim facit quicquid poteſt, ergo eſt actualiſſima ſecundum actum intrinſecum, qui eſt dicere. Vnde ab æterno dixit hoc faciendum, & hoc in tempore fit, hæc cauſa eſt, quia eſt vna, & ſummè ſimplex, & in eo quod ſummè ſimplex, eſt infinita, quia virtus, vel cauſa quanto magis vnita, & ſimplex, tanto magis infinita, non quidem diſtenſione molis, ſed virtutis. Hæc eſt lux inacceſſibilis, & tamen proxima eſt animæ, ſummè etiam pluſquam ipſa ſibi eſt. Eſt etiam inalligabilis, & tamen ſummè intima. Hoc autem videre non eſt, niſi hominis ſuſpenſi vltra ſe in alia viſione, & quia volumus videre ſimplici intuitu, quomodo illa ars eſt vna, & tamen multiplex, quia immiſcet ſe fantaſia, cogitare non poſſumus, quomodo infinita ſit, niſi per diſtenſionem, & ideo videre non poſſumus ſimplici intuitu, niſi ratiocinando, quia ergo illa ars eſt cauſa, ſequitur, quod in illa arte eſt repræſentatio cauſabilium cauſaliter, quia rationes illæ cauſæ ſunt. Ideo ſunt in cauſante, & hinc eſt, quod cauſæ ſunt contingentium infallibiliter. Quod enim contingens eſt, infallibiliter repræſentat, exprimit enim modum, qui accidit infallibiliter in re, quia ſecundum quòd in ſe, & apud ſe eſt, exprimit. Vera enim eſt contingentia à parte rei, ita & infallibilitas ex parte Dei. Item mutabilium immutabiliter, materialium immaterialiter, quia illæ rationes non ſunt materiales, poſſibilium actualiter, partibilium impartitè, quia non eſt maior ratio montis quam milij, nec etiam in anima noſtra, accidentium ſubſtantialiter, ſed illæ rationes ſunt in Deo, ſubſtantia quę eſt Deus, corporalium ſpiritualiter, tẽporalium ſempiternè, diſtantium indiſtanter, etiam in anima, diſſonantium indiſſonanter, vt ratio albi, & nigri, deficientium indeficienter, quia quicquid eſt ibi, vita viuit. Ad hos ſplendores exemplares ratio duxit, & fides. Sed vlterius triplex eſt adiutorium ad conſurgendum ad exemplares rationes, creaturę ſcilicet ſenſibilis, creaturæ ſpiritualis, & ſcripturę ſacramentalis, quæ continet myſteria. Quantum ad primum totus mundus eſt vmbra, via, veſtigium, & eſt liber ſcriptus forinſecus. In qualibet enim creatura eſt refulgentia diuini exemplaris, ſed cum tenebris permixta. (Similitudo diuinę influentię.) Vnde ſicut quædam opacitas admixta lumini eſt via, intantum eſt via ducens in exemplar, ſicut tu vides, quod radius intrans per feneſtram diuerſimodè coloratur, ſecũdum colores diuerſos diuerſarum partium vitri, ſic radius diuinus in ſingulis creaturis diuerſimodè, & in diuerſis proprietatibus refulget. Vnde ſcriptum eſt. In vijs ſuis oſtendit ſe. Item eſt veſtigium ſapientiæ Dei. (Sap. 3.) Vnde creatura non eſt niſi quoddam ſimulachrum ſapientiæ Dei, & quoddam ſculptile. Et ex his omnibus eſt quidam liber ſcriptus foris, (Liber foris ſcriptus.) quando ergo anima videt hæc, videtur ſibi, quod deberet tranſire ab vmbra ad lucem, à via ad terminum, à veſtigio ad veritatem, à libro ad ſcientiam veram, quæ eſt in Deo. Hunc librum legere eſt altiſſimorum contemplatiuorum, non naturalium philoſophorum, quia ſolum ſciunt naturam rerum, non vt veſtigium. Aliud adiutorium eſt ſpiritalis creaturæ, quæ eſt vt lumen, vt ſpeculum, vt imago, vt liber ſcriptus intus. Omnis ſubſtantia ſpiritualis lumen eſt. Vnde Pſalmus. (Pſal. 4.) Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. (Subſtantia ſpũalis lumen eſt.) Simul etiam cum hoc eſt ſpeculum, quod recipit omnia, & repręſentat, & habet naturam luminis, vt iudicet de rebus. Totus etiam mundus deſcribitur in anima, & etiam eſt imago, quia ergo eſt lumen, & ſpeculum habens rerum imagines, ideo eſt imago, ex hoc eſt liber ſcriptus intus. Vnde ad intimum animæ nullus poteſt intrare, licet ſit ſimplex, hoc autem eſt intrare ad potẽtias, quia ſecundum Auguſtin. Intimum animæ eſt eius ſummum, quanto potentia intimior, tanto ſublimior. Hęc duo habent magi Pharaonis. Sed tertium adiutorium

Scriptura, ſ. os Dei. &c. rium eſt ſcripturæ ſacramentalis. Eſt autem omnis ſcriptura cor Dei, os Dei, lingua Dei, calamus Dei, liber ſcriptus foris, & intus: vnde Pſalmus. Eructauit cor
Pſalm. 44. meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Cor Deus, Os Pater, Lingua Filius, Calamus ſpiritusſanctus. Pater enim loquitur per verbum ſeu linguam, ſed qui complet, & memoriæ commendat, eſt calamus ſcribe. Scriptura ergo eſt os Dei. Vnde Eſaias Ve qui deſcē
Eſa. 31. ditis in Aegyptum, ſcilicet ad ſæculares ſcientias, & os domini non interrogaſtis, ſcilicet ſacram ſcripturam. Non enim debet ad ſcientias alias deſcendere, vt ſciat certitudinem, niſi habeat teſtimonium in monte ſcilicet Chriſti, Heliæ, Moyſi, hoc eſt noui teſtamenti, prophetarum, & legis. Item eſt lingua: vnde Mel & lac ſub lingua eius. Quam dulcia faucib. meis eloquia tua. Hęc
Pſalm. 118 lingua cibos ſaporat. Vnde ſcriptura comparatur panibus, qui habent ſaporem, & reficiunt. Item eſt calamus Dei, & hoc eſt ſpiritusſanctus, ſcilicet ſicut ſcribens poteſt præſentialiter ſcribere præterita, præſentia, futura. Vnde eſt liber ſcriptus foris, quia habet pulchras hiſtorias, docet etiam rerum proprietates. Scriptus eſt intus, quia habet myſteria, & intelligentias diuerſas.

***Sermo 13. De multiplici intelligentia ſacræ ſcripturæ, & de eius theoriis, & figuris. Ac de diuiſione intelligentię per ſcripturam eruditę. Conſideratio tertia, & bene notanda.***

Gen. 1. Congregentur aquæ quę ſub cęlo ſunt, & appareat arida. Factumq; eſt ita, & vocauit Deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria, & vidit Deus quod eſſet bonum & ait. Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram, &cæ. Hęc viſio tertiæ intelligentiæ per ſcripturā eruditæ, quæ intelligitur in opere tertiæ diei. Et ſicut in operib. diei eſt additio ſecundæ ad primam, & tertiæ ad vtranque, ſic ex prima, & ſecunda viſione oritur tertia. Iſta viſio eſt nobilior, & maior precedentibus. Et licet videatur inconueniens adaptatio, & correſpondentia cum opere tertiæ diei, quod terra eſt pro eo infimum elementorum, optime tamen aſſignatur, quia quicquid cœlum continet in quadam excellentia, terra tenet, & ſuſcipit, vel habet in quadam viuacitate. Vnde ſuſcipit cęli in
Intelligentia ſcripturarum circa tria verſatur. fluentias, & facit pulcherimas pullulationes. Conſiſtit autem hæc viſio circa tria, ſcilicet ſpirituales intelligentias ſenſuum, ſiue ſenſus. Circa ſacramentales figuras. Circa multiformes theorias inde elicitas, Ad hæc tria omnis ſcriptura reducitur. Primæ dantur intelligi per congregationes aquarum ſcilicet ſpirituales intelligentiæ, Secundæ ſcilicet ſacramentales figuræ per pullulationes terre, ibi. Vidit Deus quod eſſet bonum & ait. Tertię ſcilicet multiformes theoriæ intelliguntur per ſemina, ibi. Cuius ſemen ſit in ſemetipſo, &cæter. Quis poteſt ſcire infinitatem ſeminum, cum tamen in vno ſunt ſiluæ ſiluarum, & poſtea infinita ſemina, ſic ex ſcripturis elici poſſunt infinitæ theoriæ, quas nullus poteſt
Immēſa fæcūditas ſcripturæ. comprehendere, niſi ſolus Deus. Sicut etiam ex plantis noua ſemina, ſic ex ſcripturis nouæ theoriæ, & noui ſenſus, & ideo ſcriptura ſacra diſtinguitur. Vnde ſicut ſi vna gutta de mari extrahatur, ſic ſunt omnes theoriæ, quæ eliciuntur, reſpectu illarum, quæ poſſunt elici. Primò ergo dicendum de intelligentijs ſpiritualibus, & poſtea de ſignis, & poſtea de theorijs, quia ſigna

nil valent, niſi res intelligantur. Sic ergo primo congregauit aquas, deinde produxit arbores, deinde ſemina. De congregatione maris, dicit Pſalmus. Congregans ſi- Pſalmus. 1
cut in vtre aquas maris. In vtre congregauit aquas maris, quando in corio ſcripturæ congregauit vniuerſalitatem intelligentiarum ſpiritualium. Quæ bene comparantur mari propter tres rationes, ſcilicet propter ſpiritualium intelligentiarum præeminentium primitiuam originationem. Propter intelligentiarum ſpiritualium profundiſſimam altitudinem. Propter intelligentiarum ſpiritualium profluentiſſimam multiformitatem. De prima. Omnia flumina intrant in mare & mare non, redundat ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur Eccl. 1.
vt iterum fluant. Sic omnes intelligentiæ ſpirituales dicuntur flumina, & viri intelligentes, quia originem habent à ſcriptura, & per ſcripturam confirmantur, & per illas aliæ intelligentiæ habentur: vnde dicitur: Eleuauerunt flumina Domine eleuauerunt flumina vocem Pſalm. 91.
ſuam. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos a vocibus aquarum multarum, quare mirabiles elationes maris? quia mirabilis in altis Dominus. Vox Dei debuit eſſe magna. Secunda ratio propter profundiſſimam altitudinem: dicente Pſalm. Qui deſcendunt mare in naui- Pſalm. 101
bus, ſcientes operationes in aquis multis. Ille deſcendit cum nauibus in mari, qui cum ſpiritu ſumme reuerentiæ accedit ad exponendum ſcripturas. In nauib. deſcēdit, qui habet manuductionem lignum crucis, quia qui ſine iſto ligno vult intrare mare ſcripturæ, ſubmergitur, in maximos errores cadens. Niſi enim ſit Petrus, demergitur. Alta profunditas, quis inueniet eam? ſapientia gloriatur, quæ profundum abyſſi penetrauit, & vidit mirabilia Dei in profundo, vnde dicitur Eccle- Eccleſ. 24.
ſi, Ego in altiſſimis habito, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuiui ſola, & in profundum abyſſi penetraui. Hęc dicit ſapientia incarnata, Ego in altiſſimis habitaui, in creatione, & thronus meus in columna nubis, in incarnatione, & in fluctibus maris ambulaui in paſſione, Profundum abyſſi penetraui, in penetratione ſcripturarum, quia aperuit ſenſum poſt reſurrectionem, vt intelligerent ſcripturas. Propter fidem crucis Petrus ſuper mare ambulauit. Tertia ratio eſt, propter profluentiſſimam multiformitatem materiæ. Profluentia eſt ab aquis, a fluminibus, à fontibus, & a mari omnia ſunt. Si quæris quomodo per varios meatus, & per varios motus, ſic reſpondet nubes, ſic fluuius, ſic fons: vnde Eſai. Repleta eſt terra Eſa. 11.
ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes. Et procedit. Non occident, nec nocebunt in monte ſancto meo. Et hoc potiſſimè refertur ad tempus noui teſtamenti, quando ſcriptura manifeſtata eſt, & maxime in fine, quando ſcripturæ intelligentur, que modo non intelliguntur. Tunc erit mons ſcilicet, Eccleſia contemplatiua, & tunc non nocebunt, quando fugient monſtra hæreſum ſapientiæ vſum. Sed hodie mons Syon propter vulpes diſperijt, ideſt propter expoſitores prauos, doloſos, & fœtidos. De iſto tertio Eſther Eſther. 10
dicitur. Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in lucem ſolemque conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit. Scriptura fuit fons paruus in legis datione, quia paruus eſt liber legis præceptorum, ſed poſt creuit in fluuium magnum in libro Ioſue, Iudicum, Regum, Eſdræ, Iudith, Thobiæ, Eſther, Machabeorum. Et poſt conuerſus eſt in lucem prophetarum. Nam prophetia lux eſt, & poſt in ſolem, ſcilicet in Euangelio. Et multæ intelligentiæ poſtea elicitæ ſunt, & in aquas plurimas redundauit. Iſtam multiformitatem vidit Ezechiel clarius, qui vidit In medio Ezechiel.
(inquit) ſimilitudo quatuor animalium, & primum animal habebat faciem hominis, & ſecundum faciem leonis, tertium faciem bouis, & quartū faciem aquille.

Et

Et vnumquodque quatuor facies habebat. Et poſt apparuit rota in medio rotæ, & poſtea dicit, quod aſpectus rotarum, & opus quaſi viſio maris, & quod rota erat in rota. Et poſtea dicit, ſe audiuiſſe ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, & quaſi ſonus ſublimis Dei. Per quatuor animalia ſecundum omnes intelliguntur ſcriptores ſcripturæ ſacræ, maximè prophetæ, & euangeliſtæ, ſecundum Gregorium, per rotas duas habentes quatuor facies, hæ ſunt ſcriptura habens vetus, & nouum teſtamentum, & quatuor facies, ſunt quatuor intelligentiæ principales, ſcilicet Literalis, Allegorica, Moralis, Anagogica. Aſpectus autem quaſi viſio maris propter profunditatem myſteriorum ſpiritualium, & volatus audiuntur, quando mentes excitantur, & fit ſonus ſublimis Dei, quia omnia ſunt à Deo, vnde dicitur. Et vox quam audiui, ſicut vox aquarum multarum propter multitudinem intelligentiarum, vox cytharedorum, propter concordantiam illarum intelligentiarum, quia miro modo concordant, & mira eſt harmonia. Habet autem ſcriptura multos intellectus, quia talis debet eſſe vox Dei, vt ſit ſublimis. Ceteræ ſcientiæ ſint contentæ ſub vno ſenſu, ſed in hac eſt multiformis. Et in hac ſignant voces, & res, in alijs autem ſolæ voces, quia vnaquæque doctrina determinatur per ſigna ſibi conuenientia. Vnde literæ, & voces ſunt ſigna intellectuum. Et quia intellectus proportionati, & determinati ſunt, ideo nomine ſemel poſito, non eſt vtendum æquiuocè. Deus autem cauſa eſt, & animarum, & vocum formatarum ab anima, & rerum quarum ſunt voces. Ideo primus ſenſus literalis, deinde quia res ſignificant, ſunt tres ſenſus. Deus enim manifeſtat ſe in qualibet creatura tripliciter, ſecundum ſubſtantiam, & operationem, & virtutem. Et omnis creatura repræſentat eum, qui eſt trinitas, & qualiter peruenitur ad Deum. Et quia per fidem, ſpem, & charitatem peruenitur ad Deum, ideo omnis creatura inſinuat quid credendum, quid expectandum, quid operandum. Et ſecundum hoc eſt triplex intelligentia, ſpiritualis, Allegorica, quid credendum: Anagogica quid expectandum: Tropologica quid operandum: Charitas facit operari. Intelligentia literalis eſt quaſi facies naturalis ſcilicet hominis. Aliæ ſunt facies miſticæ. Per leonem qui habet magnificentiam allegoria, ſiue quid credendum. Per faciem bouis qui trahit aratrum, & ſulcat terram ad fructificandum, tropologia, ſiue moralis. Per aquilam, quæ in altum volat, Anagogia. Prima facies ſcilicet literalis aperta eſt. Secunda allegoria magnificentiæ alte leuata. Tertia Tropologia eſt fructuoſa. Quarta irre uerberatis oculis Solem intuetur. Hæ quatuor ſunt viſio maris propter ſpiritualium intelligentiarum primitiuam originationem, profundiſſimam altitudinem, & profluentiſſimam multiformitatem. Vnde ſicut ſunt tres perſonæ in vna eſſentia, ſic tres intelligentiæ in vna ſuperficie literæ.

Apoc. 14.

Sacra ſcriptura fœcunda ſenſibus.

Triplex manifeſtatio Dei p creaturas.

Notandum autem, quod mundus ſi ſeruit homini quantum ad corpus, potiſſimè quantum ad animam, & ſi ſeruit quantum ad vitam, potiſſimè quantum ad ſapientiam. Certum eſt, quod homo ſtans habuit cognitionem creaturarum, & per illarum repræſentationem ferebatur in Deum, ad ipſum laudandum, venerandum, amandum, & ad hoc ſunt creaturæ, & reducuntur in Deum. Cadente autem homine, cum amiſerit cognitionem, non erat qui reduceret eum in Deum. Vnde iſte liber, ſcilicet mundus quaſi mortuus, & deletus erat. Neceſſarius autem fuit alius liber, per quem iſte illuminaretur, vt acciperet metaphoras rerum. Hic autem liber eſt ſcripturæ, qui ponit ſimilitudines, proprietates, & metaphoras rerum in libro mundi ſcriptarum. Liber ergo ſcripturæ reparatiuus eſt totius mundi, ad Deum cognoſcendum, laudandum, amãdum. Vnde ſi quæras, quid tibi valet ſerpens de quo tibi ſeruit? plus valet tibi quam totus mundus, quia docet te prudentiam, vnde Salomon. Vade ad formicam ò piger, & diſce ſapientiam. Item Dominus. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Hæ quatuor intelligentiæ, ſunt quatuor flumina maris ſcripturæ, à qua deriuantur, oriuntur, & reuertuntur. Vnde ſacra ſcriptura eſt illuminatiua omnium, & reductiua in Deum, ſicut prius fuit creatura. Sed quomodo habet quatuor facies quęlibet intelligentia dicta, quia dicitur, quòd vnumquodque quatuor facies habeat. Interrogemus amicum ſponſi ſcilicet Ioannem, & dixit hic iſte, ſcilicet iſtius ordinis ſpecialiter in Apocalyp. Quod quatuor animalia erant circa thronum Dei, & quod animal primum habebat faciem leonis, ſecundum faciem bouis, tertium faciem hominis, quartum faciem aquilæ, & non dixit quod vnumquodque haberet quatuor facies. Ezechiel dicit, quod animalia ibant, & iſte, quod ſtabant. Ezechiel dicit, quod animal primum habebat faciem hominis. Iſte quod faciem leonis. Item iſte dicit, quod clamabant ſanctus, vnde videtur comprehendere viſionem literæ Eſa. & Ezechiel. Ad hoc notãdum quod Ezechiel intendit de cribere intelligentias iſtas per ordinem principalem, ideo incipit à naturali facie hominis, quæ ſignat intellectum literalem. Ioannes intendit deſcribere quatuor intelligentias non principales, ſecundum quatuor facies, quæ ſunt quatuor intelligentiæ, ſcilicet literalis, allegorica, tropologica, & anagogica, cuiuſlibet quatuor. Omnis doctrina veteris teſtamenti, aut eſt legalis, vt in Moyſe, aut hiſtorialis, vt in libris hiſtorialibus, aut ſapientialis, vt in libris ſapientialibus, aut prophetalis, vt in Pſalmis, & in duodecim prophetis minoribus, & quatuor maioribus. Noui teſtamenti ſcriptura ſimiliter, aut eſt legalis, vt in Euangelio, vbi ponuntur precepta hiſtoriali aut, vt in Actibus Apoſtolorum, aut ſapientialis, vt in epiſtolis Pauli coniunctis canonicis, aut prophetalis, vt in Apocalyp. quanquam epiſtolæ ponantur poſt euangelia, tamen actus Apoſtolorum ſequuntur Euangelium. Primum quidem ſermonem feci de omnibus, quæ cœpit Ieſus facere, & docere. Legalis reſpondet leoni ꝓpter magnificẽtiam, & auctoritatem. Hyſtorialis boui, qui trahit aratrum propter ſimplicitatem, & quia terram ſulcat. Sapientialis reſpondet homini. Prophetalis reſpondet faciei aquilæ. Intendit enim ſcriptura reducere ad originale principium per reformationem. Aut ergo deſcribit æterna, quæ ſunt leges, & Euangelia, vnde Pſalmus. Præceptum poſuit Dominus, quod nõ præteribit, & ſic eſt fundata ſupra firmam petram mulieris. Hæc mulier eſt eccleſia. Non enim intelligendum eſt, quod lex tranſeat, ſiue precepta, immo melius ſeruabuntur in patria. Non enim eodem modo ſeruantur in lege veteri, & noua, ſed melius in noua, completius in patria. Deus enim viuit ſecundum leges quas dedit. Si autem ſcriptura agat de temporalibus, aut ergo de præteritis, & ſic eſt hiſtoria, aut de præſentibus, & ſic ſunt ſapientialia, aut de futuris, & ſic prophetalia. Sunt ergo mandata exempla, documenta, reuelationes. Hæc prima intelligentia quatuor habet facies, ſi ordinemus ſecundum ordinem Ezechielis. Tunc habetur rectus ordo in ſe, ſed nos debemus ſecundum naturam ferre oculum ad æterna, quæ principalia ſunt. Anagogia autem eſt de ſupernis. Allegoria autem eſt de his, quæ facta ſunt. Tropologia de his, quæ fienda ſunt. Anagogia etiam eſt pars allegoriæ, ſecundum Hugonem, quæ eſt de credendis, in ſenſu autem Anagogico quatuor ſunt facies, ſcilicet æterna Dei trinitas, exemplaris ſapientia, angelica ſublimitas, eccleſia triumphans.

Mũdus ſeruit homini nõ ſolum quo ad corpus, ſed magis quo ad animam.

Prou. 6.

Matth. 10.

Scriptura & illuminat, & reducit in Deum.

Apoc. 4.

Veteris teſtamẽti diuiſio.

Item noui teſtamẽti.

Act. 1.

Pſal. 148.

Præcepta magis ſeruanda in patria.

Quando

Quando ergo ſcriptura loquitur de illis, hoc pertinet ad Anagogiam. In allegorico ſenſu ſunt quatuor, ſcilicet humanitas aſſumpta, quantum ad natiuitatem & paſſionem, quæ ſunt principales Allegoriæ. Secunda eſt Mater Dei Maria, quia mira dicuntur de ipſa in ſcripturis, quia in omnibus ſcripturis refertur relatione ad filium. Et quod dicunt aliqui, quare ita pauca dicuntur de beata Virgine? nihil eſt, quia multa dicuntur de ea, quia vbiq; de ipſa, & plus dicitur de ipſa, quam ſi vnus tractatus fieret. Tertia eſt eccleſia militãs, vel mater eccleſia, quæ miras laudes habet in ſcriptura. Quarta eſt ſacra ſcriptura, quæ de ſe multa dicit, vt patet de rotis, patet de micis, patet de menſa, patet de candelabro, patet de Cherubin. In ſenſu tropologico ſimiliter quatuor facies habet.

Sẽſus tropologicus.

Prima eſt ſpiritualis gratia, & virtus, & omnis intellectus influentia. Secunda ſpiritualis vita, in actiua, & contemplatiua, & omnis modus viuendi. Tertia ſpiritualis cathedra, vt magiſtralis, prælationis, pontificalis. Quarta ſpiritualis pugna, quomodo ſit pugnãdum contra dęmones, mundum, & carnem. Iſtæ ſunt quatuor facies, quadruplicatæ in quolibet ſenſu. Ponamus exemplum in vno veſtigio de omnibus his, in ſole ſcilicet per quem aliquando Trinitas, aliquando ſapientia exemplaris, aliquando angelica diſpoſitio, aliquando Eccleſia triumphans ſignantur. De Trinitate dicitur. Sol illuminãs per omnia reſpicit, & gloria Domini planum eſt opus eius.

Eccleſ. 42.

Sol habet ſubſtantiã, ſplendorem, & calorem. Sic Deus habet principium originans patrem, ſplendorem filium, calorem Spiritumſanctum. Idem Sol in cęlo quantum ad ſubſtantiam, idem in oculo quantum ad lumen, idem in corpore quãtum ad calorem. Sicut perſuadebatur cuidam cœco, qui aliquando viderat ſolem, & ſtabat ad ſolem, nec poterat intelligere, nec credere Trinitatem. De ſecunda anagogia ideſt de exemplari ſapientia, dicitur. Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnem ſtellarum diſpoſitionem, & cæter.

Sap. 7.

Eſt enim ſpecioſa ſapientia, quia lux, ſed ſpecioſior ſole, quia ſol intra ſe radium ſuum generare non poteſt. Sol autem æternus intra ſe radium generat pulcherrimum. Quidam autem fatuus dixit, quod ſol erat radius ſolis. Quidam aſtrologi dicunt, quod omnes ſtellæ, & luna recipiunt lumen a ſole, & veritatem iſtius quæſtionis nullus ſcit. Veruntamen tam ſtellæ, quam luna aliquod lumen habent, & ſtellæ non ſic obumbrantur, vt luna, quia hoc habet luna per vicinitatem ad nos, & motum ſuum, ſic in anima influit ęterna ſapientia. Vnde dicitur. Dulce eſt lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem.

Nota de Sole, & alijs aſtris.

Eccleſ. 11.

Tertia anegogia, quia per ſolem intelligitur Angelica ſublimitas. Tripliciter ſol exurens montes, radios igneos exufflans, quia radius diuinus vnus idemque triformiter ſuſceptus tres hierarchias facit.

Eccleſ. 43.

Quarta anagogia eſt de Eccleſia triumphante, quæ etiam intelligitur per ſolem. Vnde: Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, quando anima, & corpus glorificantur, & tunc vadunt in luce ſagittarum multarum propter ſubitas operationes ſuas in virtute Dei fulgida, & ſubita.

Abac 3.

In allegoria ſimiliter per ſolem intelligitur Chriſtus. Oritur ſol, & occidit. Oritur in natiuitate, occidit in morte. Gyrans per meridiem in aſcenſione, flectitur ad aquilonem in iudicio.

Eccleſ. 1.

De primò. Orietur enim vobis, & cæter. De ſecundò dicitur. Occiditur eis ſol in meridie. In meridie ſol occidit Iudæis. Quando enim Chriſtus fuit in maiori ſua virtute ſcilicet poſt reſurrectionem, & aſcenſionem. Iudæi fuerunt excæcati. De iudicio dicit Iacob. Exortus eſt ſol cum ardore, & cecidit flos, & fœnum aruit.

Mal. 4.
Amos. 8.
Iacob. 1.

Secunda allegoria de beata Maria, dicitur in Pſalmis. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Vnde eſt pulchra, vt luna, electa, vt ſol, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Vnde eſt vas luminis ſuſceptiuum, ſicut ſol vas admirabile opus excelſi Dei de cœlo.

Pſalm. 18.
Can. 6.

Tertia allegoria de Eccleſia, dicitur in Eccleſiaſt. Sicut ſol oriens in mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ. Ita eſt Eccleſia. Hæc eſt Eccleſia contemplatiua, & actiua, quæ circa multa occupatur.

Eccleſ. 26.

Quarta allegoria eſt de ſacra ſcriptura. De qua dicitur. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare minus, vt præeſſet nocti ſcilicet vetus teſtamentum, & luminare maius vt præeſſet diei, ſcilicet nouum teſtamentum. Sicut luna lumen habet a ſole, ſic vetus à nouo.

Gen. 1.

Quando ergo ſol ſtat in oriente, & luna oppoſita ſibi in occidente (Sol inquit Ioſue ne mouearis contra Gabaa, & luna contra vallem Haiion) Tunc vetus teſtamentum illuminatur, aliter intelligi non poteſt niſi per nouum.

Ioſue 10.
Malac. 1.

In tropologia ſimiliter intelliguntur quatuor facies. Primo Spiritusſancti gratia, vt habetur. Sol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, ſcilicet quando Deus per gratiam habitat in nobis. Vnde ſicut ſol continuè illuminat, ſic anima continuè debet recipere illuminationes à gratia Spiritusſancti.

Eſther 11.

Secundo per ſolem intelligitur ſpiritualis vita. Vnde dicitur. Homo ſenſatus in ſapientia manet, vt ſol. Nam ſtultus, vt luna mutatur, ſicut ſol vadit directè per eclipticam, nec retrogradus, nec ſtationarius eſt.

Eccleſ. 27.

Tertiò intelligitur ſpiritualis cathedra, ſiue doctrinæ, ſiue prælationis, ſiue iudiciaria. Vnde dicitur iuſtitia eius, ſicut ſol in conſpectu meo ſemper, & ſicut luna perfecta. Prælatus eſt ſicut ſol quantum ad documenta veritatis, luna, quantum ad exemplar virtutis. Vel ſol ſapientiæ, luna ſcientiæ, vel ſol inquantum iudicat, luna inquantum miſeretur.

Pſalm. 88.
Prelatus aſſimilat Soli, & Lunę.

Quarto per ſolem intelligitur ſpiritualis pugna. De quo, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, Quando pugna inter Chriſtum, & Antichriſtum erit, quando inter doctrinam veritatis pugna erit, & doctrinam falſitatis, tunc ſol erit ſicut ſaccus cilicinus, & ars doctorum veritatis, vel prælatus ſecundum veritatem obſcurabitur per errorem. Alij autem ſtabunt fortiſſimi, & ſi videantur obſcuri quantum ad reputationem. Hæ ſunt quatuor facies animalium, & duodecim lumina, ad quæ reducuntur omnia, quæ in ſcriptura continentur.

Matt. 24.
Apoc. 8.

*Sermo Decimus quartus. De myſterio ſacrę ſcripturæ ante legem ſub lege, & poſt legem; & de figura ſacrę ſcripturæ.*

GErminet terra herbam virentem facientem ſemen, & cæt. Dictum eſt qualiter per congregationes aquarum intelliguntur ſpirituales intelligentiæ ſcripturæ. Modo dicendum qualiter per germinationem terræ intelliguntur figuræ ſacramentales. Non enim ſine ratione per germinationem terræ intelligitur ſcriptura ſacra, ſecundum quod habet figuras multipliciter germinantes, & producentes pullulationes in anima.

Gen. 1.

Germinatio enim terra eſt viuida, vberrima, venuſta, & vigorem habens. Ideo germinauit terra herbam virentem, & in hoc oſtenditur, quod ſacramenta ſcripturæ, quæ exterius videntur arida, intus ſunt viua. Et hoc dixit Saluator Iudæis. Scrutamini ſcripturas in quibus vos putatis vitam habere. Nulla alia ſcriptura vitam dat niſi hæc. Vnde. Viuifica me ſecundum eloquium tuum. Et Petrus. Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Vnde non ſunt figuræ aride, quia in nobis ſunt per eas germinationes viuę. Et in Eccleſiaſt. Gratiam, & ſpeciem deſiderabit oculus tuus, & ſuper hoc

Germinantis terrę proprietates myſtice in ſcriptura reperiūtur.
Io. 5.
Pſal. 118.
Ioan. 6.
Eccl. 40.

hoc virides ſationes. Item germinatio eſt vberrima.
Pſalm. 64. Viſitaſti terram & inebriaſti eam, &cæter. Flumen Dei
repletum eſt aquis, & cetera, & valles abundabunt fru
mento. Hæc terra viuit, viget, abundat. Vberrima eſt ſa
Deute. 11. cra ſcriptura, per hoc quod Deus viſitat eam ſua in-
fluentia, producens pullulationes vberrimas. Terram
qnam intrabis poſſidendam non eſt ſicut terra Ægy-
pti, quæ irrigatur, ſed de cœlo, &cæter. Non enim eſt ſi
Deute. 32. cut cæteræ ſcientiæ, ſed eam Deus viſitat. Attende cœ-
lum, & audiat terra? cõcreſcat vt pluuia doctrina mea,
fluat vt ros eloquium meum. Quaſi imber ſuper her-
bam, &cæter. Rectè iſte eſt ros, influentia gratiæ ſpiri-
tuſſancti, qui viſitet ſcripturam, & in qua inuenies fru-
Gen. 27. ctum. Vnde dicitur. Ecce odor filij mei ſicut odor agri
ibid. pleni. Item det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedi-
ne terræ abundantiam. Iacob dixit ille vir ſpiritualis eſt
doctus in ſcriptura, ex quo odor procedit, qui per ſcri-
pturam abundat cuilibet intellectui. Fructificat quan-
tum ad allegoriam vini, quãtum ad tropologiam, olei,
quantum ad anagogiam, frumenti. Item hæc eſt germi-
natio venuſta. Verum eſt quod ipſa ſcabroſitas exte-
rior facit eam reputari deformem, & tamen ex hoc eſt
pulcherrima, & ſpecioſa. Nigra ſum, ſed formoſa. Vn-
Gene. 2. de dicitur in Gene. Plantauerat Deus paradiſum volu-
pt. a principio, in quo poſuit hominem, quem forma-
uit. Produxitque Dominus Deus omne lignum pul-
cherrimum viſu, & ad veſcẽdum ſuaue. Lignum etiam
vitæ in medio paradiſi, lignum etiam ſcientiæ boni, &
mali. Per ligna ſuauia, & pulchra intelliguntur ſacra-
menta ſcripturarum, quæ magnam habent pulchritu-
dinem, tamen non apparent pulchra, niſi ex conformi-
tate repræſentantis ad repræſentata, tamen iſta ligna
Longe alia eſt phraſis ſacræ ſcripturę, quã prophanæ. ſunt pulchra & etiam ordinata. Putant aliqui, quod
iſta ſacramenta & hæc ſcriptura ita ſit poſita, vt homo
ponit ſententiam, poſt ſententiam, qui literas facit. Nõ
eſt ita quia ordinatiſſima, & ordo eius conſimilis eſt
ordini naturæ, in germinatione terræ. Ibi enim eſt pri-
mò fixio radicum. Secundò productio viridantium fo-
liorum. Tertiò pullulatio vernantium florum. Quartò
plenitudo reficientium fructuum. Sic in ſcriptura pri-
mò fixio radicalium virtutum, vt in patriarchis, qui
ſunt quaſi radices omnium quæ dicuntur in ſcriptura.
Vnde in electione eorum eſt plantatio prima, ſed po-
ſtea in inſtitutione præceptorum, & ſacrificiorũ eſt pro
ductio viridantium foliorum. Vitis frondoſa Iſrael.
Poſtea in manifeſtatione viſionum prophetalium, eſt
pullulatio florum. Poſtmodum in diffuſione chariſma
tum ſpiritualium eſt plenitudo reficiẽtium fructuum.
Vnde primò fuit vnus patriarcha ſicut radix, ſcilicet
Abraham, poſtea alter, vt Iſaac, poſtea Iacob, & ille
duodecim patriarchas generauit, & ab illis duodecim
tribus. Poſt hanc plantationem ſecuta eſt lex, vt produ-
ctio virida foliorum quæ vmbram habebat. Et quia
non ſemper debet durare folium, ſed venire flos, ideo
ſubſecuta eſt prophetia cum odore, & pulchritudine.
Et quia oportuit, quod celi rorarent, ideo quartò ſub
Chriſtus fructus legis. ſecutus eſt fructus in Chriſto, qa Chriſtus fructus eſt
legis, & conſumatio. De primò dicit pater ad ſapien-
tiam incarnatam. In electis meis mitte radices, & radi-
Eccl. 24. caui in populo honorificato. Hæc eſt productio ligni,
quod eſt ad veſcendum ſuaue. De ſecunda productio-
Num. 24 ne foliorum, dicitur. Quam pulchra tabernacula tua
Iacob, & valles nemoroſæ, quæ ſunt ſcilicet myſteria
ſacræ ſcripturæ. Quis poteſt cogitare amenitatem my-
ſteriorum ſacræ ſcripturæ, de quibus dicitur. Sedebat
3. Reg. 4. vnuſquiſque ſub ficu ſua, & ſub vite ſua. Vnde pulchra
eſt arbor, ſed ſterilis, palus ſerpentis erectio, & vmbra,
ſed arbor crucis eſt fructuoſa. Tertia eſt productio pro
phetarum pullulatione florum. De quibus dicitur flo-
res apparuerunt in terra noſtra, & vox turturis audita Can. 1.
eſt. Flores apparuerunt, quando ille dixit. Egredietur Iſai. 11.
virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet. Sed
vox turturis audita eſt, quando dictum eſt. Quomodo Tre. 1.
ſedet ſola ciuitas, & cetera. Turtur gemitum habet pro
cantu. Quartò plenitudo reficientium fructuum, vn-
de legitur. Erit germen Domini in magnificentia, & Iſa. 4.
gloria, & fructus terræ ſublimis. Et hoc fuit, quando il-
la dixit. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fru- Lu. 1.
ctus ventris tui. Terra fructificat primò herbam, ſe-
cundò ſpicam, tertiò granum. Hoc eſt tempus an-
te legem, ſub lege, poſt legem. Hunc ordinem ſequi-
tur ſcriptura. Ad hoc ſciendum eſt, quod propter Propter 4. tradit ſcriptura.
quatuor traditur ſcriptura. Primò ad gratiam com-
mendandam. Secundò ad introducendam fidem. Ter
tiò ad reſerandam ſapientiam, quæ ſolum eſt in iſta.
Vnde in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſa-
pientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædica-
tionis ſaluos facere credentes. Quartò ad reſtau-
randum ſalutem, quæ in illa ſolummodo eſt, & in nul-
la alia ſcientia eſt falſus. Et propter illud quartum eſt Sap. 16.
principaliter. Salus enim non eſt niſi per ſapientiam,
vnde dicitur. Et neque herba, neque malagma, ſed
ſermo tuus, & cetera. Sapientia diuina non reſeratur,
nec habetur niſi per fidem, quia non plus ſapere, quam
oportet ſapere, & vnicuique ſicut diuiſit Deus men-
ſuram fidei. Fides autem non habetur niſi per gra-
tiam Spirituſſancti. Traditur autem ad commendan-
dum gratiam Spirituſſancti. Gratia autem Spirituſſan
cti non eſt niſi in homine grato. Gratus autem eſſe non
poteſt, niſi cognoſcit ſuam indigentiam. Indigentia au-
tem eſt in nobis triplex, ſcilicet, virtutis cognitiuæ, ama
tiuæ, operatiuę, quia cęci ſumus, infirmi, maligni.
Oportet ergo, vt homo primo cognoſceret cęcitatem,
infirmitatem, malignitatem, quàm ſalus fieret, & gra-
tia daretur, ergo fuit tempus, in quo fuit cœcitas, vt in
tempore ante legem, vbi nõ cognoſcebat quis Deum,
immo lapides, & opera manuum ſuarum pro Deo co-
lebant, & ideo neceſſe fuit, quod homo conuinceretur
de ignorantia, poſtea data fuit lex illuminans, & tamen
ſunt multiplicatæ infirmitates eorum, & occaſio fuit
lex maioris tranſgreſſionis, quia occaſione accepta,
peccatum per mandatum operatum eſt concupiſcen-
tiam, & ideo conuinci debent de infirmitate ſiue im-
potentia. Ideo fuit tempus prophetarum, qui eis
manifeſte oſtendebant non poſſe ſaluari per legem,
vnde Solennitates veſtras odiuit anima mea. Holo- Iſa. 1.
cauſta arietum, & adipem pinguium, & taurorum, &
hircorum nolui. Et ipſi eos interficiebant, & non ſo-
lum ipſos ſed ipſis adhærentes, & Prophetas falſos re-
cipiebant, & in hoc apparuit eorum malitia. Et ſic con-
cluſit ſcriptura omnia ſub peccato, quia primò p ignο- Scriptura oĩa conclu dit ſub peccato.
rantiam, ſecundò per infirmitatem, tertiò per ma-
litiam, vt Chriſtus veniens omnium miſereretur, &
hoc etiam admiratur Apoſtolus, & allegat auctorita-
tem Pſalm. Omnes declinauerunt, & cætera. Secundò
ſcriptura traditur ad introducendum fidem, quæ eſt Rom. 3. & Pſalm. 13.
credulitas rerum arduiſſimarum, & difficillimarum,
ideo oportuit, quòd promiſſa miracula, & ſigna multi
formia præmitteret, ſicut materia primò adaptatur, ſe-
cundo introducitur forma, ſic primò aliqua fauilia Pa-
triarchis fecit, vt promiſſa, vt quod Abrahæ filius naſce
retur, & quòd etiam gentes ſibi obedirent, quod crede-
ret, quòd filius interficeretur, quòd poſſet reſurgere,
& quòd Deus poſſet eum reſuſcitare. Vnde ibi per pro Homo per promiſſio nes adductus eſt ad fidem.
miſſa ductus eſt homo ad fidem. Poſt per myſteria, &
miracula in deſerto, & per ſigna maxima, vt patet
in tranſitu maris, & flagellatione Ægypti. Poſt per
oracula prophetarũ qui prædicabant eis ventura, vt de

Chriſti

Chriſti reſurrectione,& paſſione,& ipſi eis credebant. Quia ex quo videbant,quod eis eueniebant,quæ eis ꝓphetabant,& de Chriſto venturo,eis credebant, homo ſic diſpoſitus eſt ad fidem recipiendam. Vnde ſi primo dixiſſet Chriſtus, Venite, & credite in me, ego ſum Chriſtus,quia reſpondiſſent,non poſſumus credere, iō ſic manuducendi erant.Tertiò ſcriptura data eſt ad referandam ſapientiam, quæ habet duas radices ſcilicet,

Timor,& amor radices ſapiæ.

timorem,& amorem.Prima radix timor,quia prius eſt homo animalis,poſtea ſpiritualis, & quando per timorem eſt affectus, tunc fit ſpiritualis, Et ideo ſecundum has duas radices ſunt duo teſtamenta. Vnum vetus in ſeruitutem generans.Alterum nouum in amorem generans. Teſtamentum vetus in ſeruitutem generans, promittit temporalia, timorem incutiens per pœnam, Neceſſe autem fuit,vt in veteri teſtamento eſſet promiſſum,quia ſi ſemper homo plecteretur pena, & nihil ſibi promitteretur, fugeret, ideo adiuncta eſt promiſſio repromiſſionis terræ. Teſtamentum autem nouum promittit ſpiritualia,ſcilicet vitam æternam. Vnde timor non potuit incuri,nec aliquod temporale promitti niſi genti iam multiplicatæ,ideo antè legem oportuit eſſe tempus naturæ.Lex ſimiliter in infirmitatem generabit promittens temporalia,& quia non eſt facilis tranſitus à temporali ad æterna, ab animali ad ſpirituale. Ideo medium fuit tempus prophetarum, ad aptandum homines ad ſpirituale teſtamētum.Ad hoc ergo quòd homo haberet veram ſapientiam,neceſſe erat, vt teſtamentum vetus præcederet nouum. Et Patriarcharum tempus præcederet legem,& ſic eſt in quolibet homine,Primò eſt ſenſibilis totus deditus ſenſibus,vt pueru lus,deinde fit animalis cum incipit loqui, & fantaſmata incipiunt eum occupare,deinde rationalis cum incipit legere,& conſiderare,deinde intellectualis, cum fit ſapiens.Quartum ad reſtaurandum ſalutem,quæ non niſi per Chriſtum reſtauratur.Non enim reſtauratur niſi ſit deſiderata,amata,cuſtodita.Ideo delata eſt, vt cuſtodiretur,& deſideraretur,quia ſecundum Auguſtin. ideo fit dilatio ſponſæ,vt charior habeatur. Similiter ſalus promiſſa eſt in Patriarchis,figurata in lege,prænūciata à Prophetis, perſoluta à Chriſto. Vnde oportuit, vt prius fieret Patriarcharum fixio.Deinde legaliū productio. Tertiò prophetarum pullulatio. Vltimò fructus Euangelij,& ſalutis per Chriſtum plenitudo.

Oportuit teſtm̄ vet⁹ præcedere nouum.

Notafiguram.

Secundum hoc ergo nota,quòd in ornamento ſummi Pōtificis quatuor erant ordines lapidum, In veſte(inquit) ponderis, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor otdinibus lapidum erant ſculpta, & in illis ſunt quadriformes ordines myſtetiorū,quibus plantatæ ſunt ſcſipturæ. Et in primo ordine,ſeu tempore,tria ſunt myſterla,ſcilicet conditionis rerum, purgationis ſcelerum,vocationis patrum. Conditio rerum reſpondet prudentiæ patris,purgatio ſcelerum ſapientiæ filij,quia iudicat,vocatio patrum bonitati ſpirituſſancti.

Sap.8.

Nota de ordine librorū veteris teſta.

Similiter ſub lege tria ſunt myſteria, ſcilicet myſterium lationis legum in quatuor libris Moyſi.ſcilicet tribus,in quibus deſcribitur latio legis,& in quarto eſt reparatio legis Geneſis autem datur tempori naturæ,vbi,& in quo ſunt magna myſteria, quia vberrimus eſt myſterijs.Myſterium ſecundum eſt proſtrationis hoſtium in Ioſue.Tertium eſt promotio iudicum, vt in libro iudicum, & Ruth. Primum myſterium reſpondet patri, ratione auctoritatis. Secundum filio, quia eſt verbum mundans,& purgans. Tertium ſpirituiſancto ratione gratiæ. Hoc tempus dicitur legis, quia adhuc Prophetæ non apparuerunt. Tempus prophetiæ à Samuele incepit,quod habet ſimiliter tria myſteria. Primum inunctionis regum,vt in libro Regum, & Para. Secundum fuit reuelationis Prophetarum, vt in Pſalm.& duodecim Prophetis minoribus, & quatuor maioribus. Tertium reſtaurationis principium, & ſacerdotum,& illud eſt Eſdræ,Neemiæ, & Machabæo.In quarto tempore ſunt tria myſteria,primum redemptionis hominum in euangelio, ſecundum diffuſionis chariſmatum in actibus Apoſtolorum,& epiſtolis Pauli, & canonicis, vbi oſtenduntur ſeptem dona ſpirituſſancti. Tertium referationis ſcripturarum in Apocaly.Poſt quod non poteſt eſſe aliud.In his duodecim myſterijs eſt tota ſacra ſcriptura. Iob autem, & Eſter,Thobias, Iudith,cohęrentes ſunt alijs, quia Iob cohæret legi, & Prophetis. Alij tres cohęrent libris reſtaurationis. Vnde dixit Hieronym.aliquādo, quod liber.Iob tantæ auctoritatis fuit apud Iudæos, vt poneretur in archa cum virga, hæc ſunt vigintiduo ligna pullulantia in paradiſo, in quolibet iſtorum ſunt duodecim lumina trium intelligentiarum ſcriptu rarum,ſcilicet allegoria,anagogia,& tropologia,& duodecim duodecies ſunt 144. & reſultat numerus ſignatorum,& numerus ciuitatis. Vnde dicitur. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. De his lignis volo ædificare, & erigere tabernaculum in corde.

Hierony.

Pſal. 118.

Tabernaculum myſticè erigēdū ī corde.

In paradiſo fuit lignum vitæ, & lignum ſcientię boni,& mali, quia in omnibus myſterijs explicatur Chriſtus cum corpore ſuo, & Antichriſtus cum corpore ſuo,& diabolus. Et hoc modo Auguſtin.fecit librum de Ciuit.Dei,vbi incipit à Cain,& Abel. In primis quatuor libris agit de Deo, & reprobat idolatriam. Et in quatuor alijs de initio Eccleſiæ In alijs quatuor de progreſſu.In vltimis quatuor de Eccleſiæ conſummatione. Omnes enim ſancti præſignauerunt Chriſtum tam facto,quam verbo,vt Iob etiam magis facto,quam verbo,vt dicit Gregor. Dicamus de Chriſto quod eſt lignum vitæ in medio paradiſi, qui ſignatur in quatuor, quæ ſunt in primo myſterio ab illo loco,in principio creauit,vſque ibi,corrupta eſt.Signatur igitur per luminare maius per lignum vitæ,per Adę cōnubium,maxime per Abel occiſum,quia Chriſtus interfectus eſt à fratribus ſuis,& ſignum poſitum eſt Iudeis,vt non interficiantur,ſed ſint vagi,& profugi ſuper terram.

Oēs ſancti preſignauerūt Chrm̄ & factis,& verbis.

3. Moral.

Typi de Chriſto.

In ſecundo myſterio ſcilicet purgationis ſcelerum ſignatur per Noë ierarcham, qui habuit tres filios,& ſignat Chriſtum, qui habuit tres filios ſcilicet Græcos,Iudeos,& Latinos,quia ſcriptus erat titulus literis Grecis,Hebraicis,& Latinis. Signatur etiam per archam fabricatam,quæ reſpōdet corpori Chriſti principaliter, ſecundario Eccleſię, ſignatur per arcum in nubibus,qui eſt ſignum fœderis,ſignatur per Noe nudatum iacentem in tabernaculo ebrium, inebriatus fuit Chriſtus amore ſponſæ ſuæ, & nudatus in cruce, quem deriſit ille peſſimus Cham, in myſterio vocationis ſignatur per quatuor.Per ſacrificium Iſaac, quia ꝓprie per Abraam Deus pater ſignatur. Per Iſaac filius, qui ſicut ligna in oculo portauit,ſic lignū crucis Chriſtus,ſignatur per Iacob fœcundantem vxores. Per Iudam,qui habuit duos filios,Zarā,&Phares,de quo multa dicuntur in benedictionibus ſcilicet Catulus leonis Iuda, &cęte. Vnde etiam legiſlator interſeruit figuram illam de duobus filijs Iuda de Thamar, ſignatur etiam per Ioſeph rectiſſimè,qui venditus à ſuis exaltatus fuit inter alienos. Hæ ſunt duodecim myſteria principalia ante tempus legis Moyſi. Sub lege in myſterio lationis legis ſignatur per virgam Moyſi, per quam flagellatur Aegyptus, qua ſiccauit maria, quæ eſt virga virtutis. Signatur per archam teſtamenti per multa in ea recondita,ſignatur per ornatum pontificis mitram, ſuper humerale, in cuius mortem debebant redire ad propria. Signatur etiam per ritum ſacrificij, per agnum, arietem, vitulum, quæ omnia referuntur in Chriſtum.

Myſteria tpe legis.

Chriſtum. In myſterio proſtrationis hoſtium ſimiliter Chriſtus ſignatur per Ioſue ingreſſum, qui diuiſit Iordanem, vbi datur forma baptiſmi, & aquas quæ deſcendebant in mare mortuum fecit redire in ſuam originem, hoc eſt, animas, ſignatur per ſuum conflictum, ſignatur per ſuum triumphum, qui deſtruxit Hierico, ſuſpendit reges, & poſt funiculis terram diuiſit, & eſt introductor in terram promiſſionis. Ita Chriſtus introducit nos in cœlum per ſuum introitum. In myſterio promotionis iudicum ſignatur per Caleb, cui virtus durauit, qui explorator terræ fuit de tribu Iuda. Per Othoniel, qui propter victoriam Axé, habuit vxorem. Per Gedeon. de quo Iſa. dicitur. Sicut in die Madian, per Sampſon, qui in omnibus refertur ad Chriſtum, per interfectionem leonis, per portas aſportatas, qui etiam plures interfecit in morte, quàm viuus. Per amiſſionem capillorum ſignare nō poteſt Chriſtum ſed ſignat Chriſtianum, qui amittit ſeptiformen gratiam ſpiritusſancti. Vnde quando non poteſt aliquid myſticari in capite, transferendum eſt ad membra. In myſterio inunctionis regum ſignatur per Dauid, per Salomonem, per Ezechiam, per Ioſiam. Per Dauid ſignatus eſt in multis, Salomon ſignat Chriſtum præterquā in mulieribus, in quibus nullum bonum ſignificare poteſt. Vnde in Can. vbi dicitur. Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum, &c. De vxoribus non loquitur ad literam, immo myſterialiter ponūtur, ibi, in quibus ſignantur animæ perfectæ & imperfectæ, Signatur per Ezechiam. Ego (inquit) dixi, in dimidio dierum meorum vadam, &cæter. Ioſias etiam ſignat Chriſtum, de cuius morte factæ ſunt lamentationes. Quomodo ſedet ſola ciuitas, &cæt. Melius autem dicitur ſic, quia Chriſtus oſtenditur per viſum, per ſignum, per factum. Per viſum ſicut vidit Hieremias ollam ſuccenſam, & ſic de alijs. Per ſignum, ſicut de Heliſeo, & Giezi, qui portauit baculum ſuper puerum, & nō reuixit, & poſtea ipſe incubuit ſuper ipſum & ſecundū Gregorium ſignat legem, & CHRISTVM. Per verbum quod audiebant, & non videbant, ſicut dicebant, verbum quod locutus eſt Dominus, &cæt. Per factum vt Ionas. In myſterio reuelationis Prophetarum ſignatur per cantum armoniæ. Etiam in Pſalterio decacordo, vbi Dauid addiſcit prophetare. Per lumen ſapientiæ in libris ſapientialibus. Per canticum lætitiæ, quòd eſt ſpōſæ CHRISTI. in Can. per viſum Prophetiæ, quod eſt diuerſimode. Vnde ſicut virgam vigilantem vidit Chriſtum. Alius ſuper Solium excelſum. Alius veſtitum. In myſterio reſtaurationis, primum ſignatur per Eſdram, qui ſcripturam, & literas reparauit. Per Neemiam, qui ciuitatem reparauit. Per Zorobabel, qui templum reparauit. Per Ieſum filium Ioſedech, qui ritum colendi reparauit. In myſterio redemptionis hominum ſignatur Chriſtus, vt homo manſuetus Matthæus. Vt Leo triumphans Marcus. Vt vitulus occiſus Lucas. Vnde fuit in diebus Herodis ſacerdos, & oculum habet ad paſſionem. Vt aquila volans ad diuinitatem, Ioann. In myſterio diffuſionis ſignatur per Ioannem vt doctor, vt diffuſor largus in actibus cum dedit ſpiritum ſanctum, vt diffuſor pius vt in Paulo, in quo conſumantur actus Apoſtolorū. Vnde Lucas pauca dicit de alijs Apoſtolis, & ſtatim trāſit ad Paulū, qui dedit ſpiritum ſanctum, ſicut patet de illis duodecim, qui batptizati erant in baptiſmo Ioan. nec mirum, qa ipſe Beniamin, vt lupus rapax vltimus Apoſtolorum, per quem ſignatur ordo futurus. Signatur vt diffuſor prudens in canonicis, vt diffuſor ſapiens in epiſtolis Pauli. In myſterio reſerationis ſcripturæ, ſignatur per modum præſidentis, vt patet per filium hominis in medio candelabrorum, qui habebat ſeptem ſtellas, & ſeptem Eccleſias. Per modum prælientis, vt agnus cum beſtia, cum dracone. Per modum triūphantis, quia habebat gladium, & falcem acutum. Per modum beatificantis, quia vidit cœlum nouum, & terrā nouam. Hæc ſunt myſteria circa lignum vitæ. ſ. ſcripturæ, quæ incipit ab eternitate, & terminata eſt ad æternitatem. In principio creauit Deus cœlum & terram. In fine vidit Deus cœlum nouum, & terram nouam. Hæc 48. tabulæ tabernaculi 20. in vno latere, & 20. in alio, in poſteriori octo, in quibus ponitur archa. ſ. Chriſtus, continens in ſe omnes theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ, in quem Cherubin reſpiciunt. Hæc ſunt duodecim ligna circa lignum vitæ.

Iſa. 9. — Can. 6. — Ezechia 38. — Pſal. 143. — Myſteria in nouo teſtamento. — Gen. 1. — Exod. 39.

*Sermo 15. De myſterio ſcripturæ & corpore Chriſti, & de Antichriſto.*

PRotulit terra herbam virentem. Dictum eſt, ꝙ in 12. myſterijs principalibus oſtenditur Chriſtus, per oppoſitum oſtenditur Antichriſtus, ꝙ ſic manifeſtatur. Primum myſterium eſt cōditionis rerum, & ibi oſtenditur per Lamech, qui primus introduxit bigamiam, & fuit tranſgreſſor legis naturæ, & fuit luxurioſiſſimus, & inde videntes filij Dei filias hominum, ꝙ eſſent pulchræ, &c. propter quod inductum fuit diluuium. Et inde colligitur, qualis erit Antichriſtus, quia immundiſſimus, & inde oſtenditur eius ſignificatio, quia interficiet illum in quo poſitum eſt ſignum, ſcilicet inter Iudæos, qui per Cain ſignificantur. Et ideo de Lamech vitio dabitur ſeptuagies ſepties, quia maius erit peccatum eius, quam Iudæorum. in ſecundo myſterio. ſ. punitionis ſcelerum ſignatur in Nēbroth, qui primus ſe fecit Imperatorem, cuius auctoritate ædita eſt turris, quæ tangeret cœlum, per quod intelligitur ꝙ Antichriſtus erit ſuperbiſſimus, ita vt extollatur ſuper omne, quod dicitur Deus. In tertio myſterio, ſ. vocationis, vel electionis patrum, ſignatur per Dan. Et aliqui volunt dicere, ꝙ ad literam erit de tribu Dan. Vtrum autem ita ſit, non auderem affirmare, attamen in Apo. nō ſignatur tribus Dan. De iſto Dan dicitur in Gene. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, qui abſcōdit ſe in zabulo, vt capiat aues circa volantes, & in hoc oſtendit, ꝙ erit fraudulentiſſimus. Mordet autem vngulas equorum, vt cadat aſcenſor eius retrorſum. Certum eſt, ꝙ per equum ſignatur prædicator veritatis. Per vngulam perfectio euangelica, quam Antichriſtus impugnabit. Equus. n. ſi non habet fixionem vngulæ, non valet. Ioſeph enim erat cum filijs ancillarum, qui vendiderunt fratrem ſuum. Dan autem primogenitus fuit ancillarum. In quarto. ſ. myſterio lationis legis, ſignatur Balaam, qui dedit peſſimum cōſilium, qui fuit idolatra, licet multa bona diceret, tamen aras ædificabat & auguria quærebat, & in hoc ſignatur, ꝙ erit peſſimus idolatra, & inuocator dœmonum, nec Deum magnum adorabit in loco ſuo. In quinto myſterio, ſcilicet proſtrationis hoſtium ſignatur per Achior, qui furatus fuit de anathemate, & mortuus excommunicatus, & in hoc ſignatur, quod erit auariſſimus. In ſexto myſterio, ſcilicet conſtitutionis, vel promotionis iudicum ſignatur per Abimelech, qui ſeptuaginta fratres meliores ſe interfecit, & in hoc ſignatur, quòd erit crudeliſſimus. In ſeptimò myſterio, ſcilicet vnctionis regum ſignatur per Goliam armatum, qui exprobrabat agminibus filiorum Iſrael. Erit. n. magnificus in exterioribus, loquetur blaſphemiam contra populum Dei. In octauo myſterio, ſcilicet reuelationis prophetarum, per regem imprudentem, quia ſciet argumenta, & rationes vltra humanum modum, & erit intelligens propoſitio-

Gen. 1. — Geneſ. 4. — Antichriſtus qualis futurus ſit — Apoc. 7. — Gen. 49. — Num. 23. — Ioſuę 7. — Iud. 9. — 1.Reg. 17.

nes,& aſtutiſſimus. In nono myſterio,ſcilicet reſtaurationis principum,ſignatur per Antiochum, qui interprætatur ſilentium paupertatis,qui deſtruxit omnes leges volens vnam facere,qui illos ſeptem fratres interfe-
2.Mach.7. cit.Fecit enim,quòd facere nullus auſus fuit,ſcilicet deponere legem Iudæorum. Verum eſt, quòd Aman attentauit Iudæos diſperdere,ſed non prçualuit. In decimò myſterio,ſcilicet redemptionis hominum ſignatur per Iudam proditorem. Erit enim maligniſſimus. In myſterio vndecimò,ſcilicet diffuſionis chariſmatum, ſignatur per Symonem Magum,qui voluit emere ſpiritumſanctum,& in altum aſcendit, & corruit,quia de-
Act. 8. mones inuocauit.

Erit enim mendaciſſimus,vt veniat in ſignis,& prodigijs mendacium,&cæt. In myſterio duodecimo,ſcilicet reſerationes ſcripturarum, ſignatur per beſtiam abyſſalem,ſiue aſcendentem de abyſſo,quæ omnia cõcultat. Erit enim confirmatus in omni malitia. Habebit enim ſeptem capita,id eſt omnia genera tentandi,& omnes modos,nunc per diuitias, nunc per falſa miracu-
Iob.40. la,nunc per metum. Vnde Iob dicitur. Strinxit caudam quaſi cedrum,quia in eo conflabuntur omnes malitiç, & ſicut Chriſtus habuit omnia chariſmata, vt natura aſſumpta potuit accipere,ſic ille omnes malitias, ſic ergo ſcriptura explicat paulatim procedendo, quomodo Antichriſtus primò erit immundiſſimus. Vnde iuxta lignum vitæ erit lignum ſcientiæ boni, & mali, quia promittet bona, & dabit mala. Vnde efficitur ſerpens draco,& beſtia. In omnibus enim myſterijs correſpondentia eſt patri,& filio,& ſpirituiſancto, quia Trinitas debet maxime refulgere in operibus horum myſteriorum. Sequitur de ſeminibus, & fructibus. Protulit
De ſeminibus,& fructibus: terra, &cæt. Sicut enim in congregatione aquarum ſignatur multiformitas intelligentiarum, & in germinatione terræ multiformitas ſacramentalium figurarum, ſic in ſeminibus oſtendit ſe habere infinitatem quandam cœleſtium theoriarum, quæ ſignantur per ſemina. Intelligentiæ enim principales,& figuræ in quodam numero certo ſunt, ſed theoriæ quaſi infinitæ, quia ſicut refulſio radij, & imaginis à ſpeculo fit modis quaſi infinitis, ſic à ſpeculo ſcripturæ, quis poteſt ſcire,quot ſunt media inter angulum rectum, & obtuſum,& inter angulum obtuſum, & acutum. Sicut enim in ſeminibus eſt multiplicatio in infinitum,ſic multiplicantur theoriæ. Vnde legitur. Pertranſibunt plu-
Dan.12. rimi, & multiplex erit ſcientia,quia varie inſpicit hic, & ille in ſpeculo. Hæc conſideratio theoriarum, inter
Conſideratio theorica, vbi ſit. duo ſpecula duorum Cherubin, id eſt duorum teſtamentorum,quæ refulgent in inuicem, vt transformetur homo de claritate in claritatem: Hæc autem germinatio ſeminum dat intelligere ſecundum diuerſas temporum coaptationes, diuerſas theorias, & qui ipſas ignorat,iſtas ſcire non poteſt. Non enim ſcire poteſt futura, qui præterita ignorat. Si enim non cognoſco cuius arboris ſemen eſt, non poſſum cognoſcere, quæ arbor debet inde eſſe. Sed cognitio futurorum dependet ex çognitione præteritorum. Moyſes enim prophetans de futuris narrauit præterita per reuelationem.

Eccleſia ſuas habet ætates. Notandum autem,quòd ſicut Deus ſex diebus mũdum fecit, & in ſeptimo requieuit, ita corpus Chriſti myſticum ſex habet ætates, & ſeptimam, & octauam quæ currit cum ſexta. Hæ ſunt rationes ſeminales, ad cognoſcendum ſcripturas.

Deductio ętatum Eccleſiæ. Prima ætas quaſi infantia ab Adam vſque ad Noe.

Deus enim in principio quaſi in ſemine poſuit, quod poſtea pululauit in facto myſtico, vel opere.

Prima dies ſignat primum tempus,quo datur homini lux,& cognitio, & hæc eſt infantia, quæ obliuione deletur,ſic quicquid actum eſt vſque ad tempus, quo per diluuium deletum eſt omne animal, præter illa,quæ fuerunt cum Noe. Secundum tempus reſpondet ſecundæ diei, vt ætati pueritiæ, quia tunc factum eſt firmamentum in medio aquarum,& in tempore illo factum eſt fœdus per archam, ne homines deleantur per aquas inferiores, & per arcum ne vlterius per diluuium perirent. Et ſicut in pueritia pueri loquuntur, & diſcunt loqui, ſic in tempore ſecundo diuiſæ ſunt linguæ. Et hæc ætas durat à Noe vſque ad Abraham. In tertia die terra germinauit,& in tertia ætate, ſcilicet adoleſcentia, homo potens in generare.

Et in tertia ętate, quæ durat ab Abraam vſque ad Dauid, tunc cœpit Synagoga in Abraam, & per circuncisionem factam in carne eius florere. In quarta die facta ſunt luminaria cœli, & adornatum eſt cęlum, & reſpondet quartę ætati, ſcilicet iuuentuti, quia illa ætas apta eſt ſapientiæ, & in quarta ætate, quæ durat à Dauid vſque ad traſmigrationem Babylonis, viguit & floruit regnum,& ſacerdotium, quaſi duo luminaria,& ſtellę fuerunt prophetę.

Quinta die facti fuerunt piſces, & reſpondent ſenectuti,vbi iam incipit calor diminui, & in quinta ætate ſcilicet, à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum, tunc Synagoga incœpit deficere,& ſenuit,& perdidit auctoritatem. Sexta die factus eſt homo princeps beſtiarum,& reſpondet ſenio,quæ ætas eſt matura,& apta ſapientiæ,& reſpondent ſextæ ętati,quæ durat à Chriſto, vſque ad finem mundi,& in ſexta ætate Chriſtus natus eſt,& ſexta die crucifixus, ſexto menſe conceptus poſt conceptionem Ioannis,ſeptimo menſe natus. Sapientia ergo ſexta ætate incarnata. Septima ętas currit cum ſexta, ſcilicet requies animarum poſt Chriſti paſſionem. Ad has ſequitur octaua ætas, ſcilicet reſurrectio mortuorum,de qua Pſalmiſta ait. Mane Pſalm. 5.
aſtabo tibi,& videbo,&cçt. Et eſt reditus ad primum, quia poſt ſeptimam diem regreſſus eſt ad primũ. Hæc ſunt ſemina iactata ad intelligentiam ſcripturarum,quę producuntur de illis arboribus ſecundum expoſitionem communem aliquorum; & ſic tempus diuiditur in octo ætates. Secundum alios reducitur tempus ad Aliter cõputantur ætates.
quinque,& hoc ponit Chriſtus, qui ponit quinque vocationes. Simile eſt regnum cęlorum patrifamilias, qui exijt conducere operarios ſuos in vineam ſuam hora Matth.20.
prima ſcilicet,mane,tertia,ſexta,nona,vndecima. Mane fuit initium creaturæ,quia vocauit Deus hominem de paradiſo, & præcepit, vt operaretur, & cuſtodiret illum.

Ad huc tamen lignum non habebat ſurculum, de lignis tamen facere poterat,quæ ſibi obediebant. Secunda vocatio fuit per flagellũ,quod pręd icabat ſub Noe, vt cauerẽt à peccato. Tertia ſub Abraham, qui fuit cul Tertia cõputatio.
tor Dei,& erector altarium, & hoc vſque ad Moyſen. Quarta ſub Moyſe per legem,& miracula,& hoc vſque ad Chriſtum. Quinta ſub Chriſto,& per Chriſtum per pœnitentiam ad quam nos vocauit,ad nuptias. Secundum ſanctos modernos,& antiquos diſtinguuntur tria tempora,ſcilicet legis naturę, legis ſcriptæ,& legis gratiæ. Septenarius appropriatur ſpirituiſancto propter chariſmata gratiarum ſeptem. Quinarius filio propter quinque ſenſus ſpirituales. In huius ſignum Cherubin in ala habebat quinque cubitos. Ternarius patri,quia ternarius eſt principium numerorum perfectorum. Item omnis probatio neceſſario à ternario incipit, & eſt prima. Item pater tres habet notiones, eſt enim generans, innaſcibilis, ſpirans. Triplex eſt lex,intra ſcripta, vt conſcientiæ,extra propoſita, vt legis ſcriptæ,deſuper infuſa, vt gratia. Hæc ſunt ſeminaria

naria;quæ qui ignorat,ſcilicet hæc tempora,non poteſt
venire ad myſterium ſcripturarum. Iunge ſeptem æta-
tes,quinque vocationes, tria tempora, & habes quin-
decim,qui numerus myſterium habet, vt oſtendit Hie
ronym.per deſcenſum Spiritusſancti ſuper centum vi-
ginti credentes. Per iſtos quindecim gradus habet ſol
intelligentiæ aſcendere ſuper noſtrum hemiſphærium
in vna hora,quia ſi dies naturalis viginti quatuor ho-
ras habet.& quodlibet ſignũ triginta gradus, & quoli-
bet die voluuntur duodecim ſigna, neceſſe eſt,vt in ho
ra vna eleuetur ſol ſuper hemiſpherium noſtrum quin
decim gradibus,& illud eſt mane reſurrectionis,quan-
Pſalm. 5. do erimus in fine ſæculi.Pſalm.Mane aſtabo tibi, & vi-
debo. Hæc ſeminaria abſolute conſiderata ſunt. Item
comparatur, quòd oritur ad ſemen de quo oritur &
ad arborem de qua ſemen oritur. Si comparatur nouũ
teſtamentum ad vetus, vt arbor ad arborem, & litera
ad literam,& ſemen ad ſemen. Et ſicut arbor de arbo-
re, & ſemen de ſemine, ſic litera de litera, & teſtamen-
Collatio ſeminum ad ſua principia. tum de teſtamento. Secundum hoc aſſignatur conue-
nientia duorum teſtamentorum ſex modis, ſecundum
differentiam vnitatis, qualitatis, ternarij, quaternarij,
quinarij,& ſenarij, & addita vnitate ſecundum rationẽ
vnitatis,duo ſunt teſtamenta, vnum in ſeruitutem ge-
nerans,alterum in libertatem. Vnum ſecundum amo-
Prima collatio noui ac veteris teſt. rem,alterum ſecundum timorem. Vnum ſecundum li-
teram,alterum ſecundum ſpiritum. Vnum ſecundum
figuram, alterum ſecundum veritatem.Sic diſtinguun-
tur iſta duo tempora,& dies,& nox. Vnde Pſalm. Dies
Pſal. 8. diei eructat verbum, & nox nocti, &cæt. In nocte illa
lex fuit,vt luna,& patres, vt ſtellæ,ſecundum Greg. ſed
cum venit ſol ideſt nouum teſtamentum, tunc fuit cla-
ra dies. Alia diſtinctio ſecundum rationem qualitatis.
Vetus teſtamentum habet duo tempora, tempus ante
legem,& tempus ſub lege. Sic nouo teſtamento reſpon
Secunda collatio. det duplex tempus, tempus vocationis gentium, quòd
reſpondet primò,& tempus vocationis Iudæorum, quod
reſpondet ſecundò. Hoc tempus erit, & nondum eſt,
quia tunc implebitur illud Iſaiæ.Non leuabit gens con
Iſa. 2. tra gentem gladium,nec exercebuntur vltra ad præliũ,
quia hoc nondum adimpletum eſt, cum adhuc vigeat
vterque gladius. Adhuc enim ſunt diſceptationes hæ-
reſes; Iudæi enim quia hoc ſperant, credunt nondum
Iſa. 10. Roma. 6. veniſſe Chriſtum. Quod autem Iudæi conuertantur
certum eſt per Iſaiam,& per Apoſtolum, qui eius alle-
gat auctoritatem.Si fuerit numerus filiorum Iſrael, &
addit item Apoſtolos. Cæcitas ex parte contingit in
Iſrael donec plenitudo gentium ſubintraret. Et hoc
oſtendit Iſa.dicens, Verbum miſit Dominus in Iacob,
&cæt. Verbum miſſum in Iacob, eſt filius Dei naturæ
aſſumptæ de Iacob, vnitus,quia fuit de eius ſamine,ſed
cecidit in Iſrael verbum ſpirituale. Nos ſumus filij
Iſrael, & filij Abraham ſecundum repromiſſionem,
Iſa. 6. qua ſumus imitatores fidei Abrahæ. Vnde dicitur. Co
gnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domi
ni ſui. Iſrael autem,&cæt.Bos ordo Apoſtolicus.Vn-
Rom. 1. de Paulus dicit ſe Hebræum ex Hebræis. Iſti fuerunt
Boues, proſcindentes terram tam ſcripturæ,quàm cor-
Iſa. 1. dis noſtri. Aſinus fuit populus Gentilis. Et Iſa. Ve-
nite aſcendamus in montem Domini, & ad Domum
Dei Iacob, ſequitur. Non leuabit gens contra gen-
Phil. 3. tem. Contradicunt Iudæi, quoniam nondum hoc im-
pletum eſt. Sed propheta non loquitur de primò ad-
Iſa. 2. uentu.vel prima vocatione,ſed pro vltima,quando dies
Domini erit ſuper omnem arrogantem, nec eſt intelli-
Tertia collatio vet. & noui teſtamenti. gendum,quòd illos ſic dimittat Deus. Tertia compa-
ratio veteris, & noui teſtamenti eſt ſecundum rationẽ
ternarij, quia eſt tempore Synagogę initiatæ, promo-
tæ,deficientis.Sic in nouo teſtamento eſt Eccleſiæ ini-
tiatæ,Eccleſiæ primitiuæ, dilatatæ, conſumatæ. Vnde Triplex cõmendatio Eccleſiæ.
in Can. tripliciter laudatur Eccleſia, nec ſunt nec poſ-
ſunt eſſe plures. Laus Eccleſiæ initiatæ. Quæ eſt iſta,
quæ aſcendit per deſertum ſicut virgulta fumi? Secun-
dò Eccleſiæ dilatatæ. Quæ eſt iſta quæ progreditur, Can. 3.
quaſi aurora conſurgens,pulchra vt luna, electa vt ſol?
Tertiò Eccleſiæ conſumatæ. Vnde dicitur. Quæ eſt Can. 6.
iſta,quæ aſcendit de deſerto,delitijs affluens,innixa ſu- Can. 8.
per dilectum ſuum? Neceſſe eſt enim quòd Rachel
pariat filios in finali Eccleſia. Vnde in Apoc. Manaſ- Apoc. 7.
ſes ponitur ante patrem, & ſexto loco, & Ioſeph vnde-
cimò,vltimo Beniamin,& nõ ſine cauſa. Quarta com- Quarta collatio vet.& no. teſtamẽti.
paratio veteris, & noui teſtamenti ſecundum coopta-
tiones temporum eſt, quia quatuor tempora in veteri
teſtamento reſpondent quatuor ordinibus circa taber-
naculum duodecim tribuum. Reſpondet etiam qua-
tuor lateribus ciuitatis & hoc quatuor animalibus cir-
ca ſedem Dei. Primum tempus eſt vocationis patriar-
charum. Secundum inſtitutionis Iudicum. Tertium
inunctionis regum. Quartum illuſtrationis prophe-
tarum. Et his quatuor in nouo teſtamento reſpondet
tempus Apoſtolorum,martyrum, confeſſorum, virgi-
num. Quinta comparatio eſt ſecundum rationem qui-
narij,vt ſit manus dextra, & ſiniſtra habens quinque
digitos. Primum tempus eſt conditionis naturarum.
Secundum inſpirationis patriarcharum.Tertium inſti-
tutionis legalium. Quartum illuſtrationis propheta-
rum.Quintum reſtaurationis miſericordiarum.In no-
uo teſtamento reſpondet mane, tertia, ſexta, nona, vn-
decima.Mane reſpondet conditioni naturæ. Vnde Po-
ſuit Deus Adam in paradiſo,vt operaretur,& cuſtodi-
ret illum. Primum tempus in nouo teſtamento eſt dif-
fuſionis chariſmatum, quod reſpondet eſſe creaturæ.
Secundum vocationis gentium,quod reſpondet ſecun-
do. Tertium inſtitutionis Eccleſiarum ſecundum le-
ges,quod reſpondet tertio. Quartum religionum mul-
titudinis,quod reſpondet quarto,maximè Rechabitis,
qui morabantur circa Iordanem, qui pauperes erant.
Quintum in fine reſtaurationis collapſorum. Oportet
quòd veniat Helias, qui reſtituet. Beſtia autem vincet
illos duos teſtes. Vnde neceſſe eſt, vt prius ruant, &
fiat ruina,& poſtea reſtauratio, tandem erit tribulatio, Hier. 35.
vt in errores inducantur, ſi fieri poteſt etiam electi.

### *Sermo 16. De ſtatu Eccleſię, & ætatibus ſex cum quibus currit ſeptima ætas, & de theoriis ſacræ ſcripturę.*

PROTVLIT terra herbam virentem, & affe-
rentem ſemen iuxta genus ſuum,lignumque pomi
ferum, & habens fructum vnumquodque ſecundum
ſpeciem ſuam,&cæt.Dictum eſt circa viſionem intelli-
gentiæ per ſcripturam eruditæ,de intelligentia ſpiritua-
li, quæ intelligebatur per congregationem aquarum.
Item ſacramentali figura,quæ intelligebatur per germi
nationem terræ. Dictum eſt etiam de theorijs,quę in-
telliguntur per ſemen, & fructum. Habent enim theo-
riæ ſementinam multitudinem, & refectiuam ſuſtenta-
tionem. Ideo intelliguntur partim per ſemen; partim
per germinationem fructuum,quantum ad ſemen con-
ſiſtunt in coaptationibus temporum, ſecundum quòd
ipſa ſibi inuicem ſuccedunt, quantum ad arboris fru-
ctum, ſecundum quod tempora correſpondent ſecundum
comparationem arboris,vel ſeminis, tempora ſibi mu-
tuo ſuccedunt,ſecundum comparationem germinis ad
germinans mutuo ſibi correſpondent,vt iã patebit.Di-
ſtinguuntur autem tempora ſecundum rationem ter-

narij. videlicet ſecundum tres leges, intra ſcriptam, exterius diſpoſitam, ſuperius infuſam, ſecundum rationem quinarij. Manè, tertiæ, ſextæ, nonæ, vndecimę, quę ſunt ſex vocationes, vſque ad finem mundi. Et ſecundum hæc diſtinguntur ſex ætates, ſeptima autem currit ſecundum omnes cum ſexta.

Nouum teſtamẽtum vltimũ, & æternum.

Poſt nouum teſtamentum non erit aliud, nec aliquod ſemen nouæ legis ſubtrahi poteſt, & ideo teſtamentum æternum eſt, ipſa tempora ſibi mutuo ſuccedunt, & multa eſt in eis correſpondentia, & ſunt ſicut germinatio ſeminis ex ſemine, vt de ſemine arbor, & de arbore ſemen. Aſſignantur autem tempora, vt ſibi mutuo correſpondent. Primò ſecundum rationem vnitatis, vt comparatur vnum

Collationes temporum.

tempus noui teſtamenti, ad vnum tempus veteris teſtamenti, ſecundum correſpondentiam literæ, & ſpiritus promiſſionis, ſolutionis, figuræ, & veritatis, promiſſionis terrenæ, & cœleſtis timoris, & amoris. Item duo tempora ad duo in veteri teſtamento, tempus ante legem, & tempus ſub lege. In nouo ante tempus vocationis gentium, & Iudæorum quæ erit in fine. Et iſta ſignata eſt in duobus filijs Iudæ, ſcilicet

Gene. 38.

Zaram, & Phares, Zaram primo extendit manum & obſtetrix ligat coccinum, & poſtea retrahit manum, & exiuit Phares, qui diuiſit materiam. Iudæi primo crediderunt, & ſtatim manum retraxerunt, in prima Eccleſia, ſed poſtquam plenitudo gentium ſubintrauerit, tunc Zaram exibit, & populus Iudæorum conuertetur. Item trium temporum ad tria, vt Synagogæ promotæ, initiatæ, & vltimatæ. Et in Eccleſia tempus Eccleſiæ initiatæ, dilatatæ, & conſumatæ. Vnde in canticis tres ſunt admirationes. Quæ eſt iſta, &c. Et econtrario tres deplorationes in lamentationibus. Vnde non ſine cauſa totiens repetitur alphabetum. Item quatuor ad quatuor, vt poſui ſupra præcedenti collatione. Item quinque digitorum ad quinque in veteri teſtamento conditionis naturarum, inſpirationum, Patriarcharum, inſtitutionis legalium illuſtrationum, prophetalium, & reſtaurationum ruinarum. In nouo teſtamento donationis chariſmatum, vocationis gentium, Inſtitutionis Eccleſiarum, multitudinis religionum, reſtaurationis omnium collapſorum.

Matth. 17.

De quo dicitur, quod Helias dum venerit, reſtituet omnia.

Ezech. 49

Sequitur de comparatione ſenarij addita vnitate. Et ſic accipitur menſura illius, qui habebat calamum habentem ſex cubitos, & palmam ad menſurandum templum. Septenarius ſecundum Gregor. eſt numerus vniuerſitatis in maiori mundo, & in minori, & in Deo. Iſte enim mundus ſenſibilis, conſtat ex quatuor elementis ſuſceptiuis influentiarum cœleſtium in tribus orbibus influxiuis, & motiuis.

Collatio maioris, & minoris mundi.

Minor mundus conſtat ex quatuor elementis, quatuor humoribus, quatuor complexionibus, quatuor qualitatibus, & tribus viribus vitalibus perfectiuis, ſcilicet vegetabili, ſenſibili, rationali. Vnde illa, quæ ſunt in mundo ſenſibili in minori mundo, colliguntur in quadam puritate. Vnde ſecundum aliquos (& non irrationabiliter) dictum eſt, quòd orbis ſydereus diſponit ad ſuſceptionem vegetabilis. Orbis chryſtallinus ad ſuſceptionem ſenſibilis. Orbis empyreus ad ſuſceptionem rationalis. Et ſecundum Hugonem, quaternarius correſpondet corpori. Ternarius autem ſpiritui. Septenarius autem magnum myſterium habet. Omnis autem proportio, & proportionalitas eſt ſecundum rationem ternarij, & quaternarij, quia neceſſe eſt, vbi eſt proportionalitas, vt ſit in quatuor terminis, vel ſecundum rem vel ſecundum rationem.

Lib. 6. muſicę.

Vnde Auguſt. oſtendit, proportionem aſcendere vſque ad quatuor, quæ ex partibus quaternarij generatur.

Mundus archetypus, vbi ſunt rationes cauſales.

Iſte autem ſeptenarius ſiue in mundo ſenſibili, ſiue in mundo minori ortum habet à mundo archetipo, vbi ſunt rationes cauſales ſecundum rationem ſeptenarii. Deus enim habet rationem triformis cauſæ originantis, exemplantis, finientis, nec poteſt eſſe pluribus modis. Vnde Apoſtolus. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.

Rom. 21.

Ratio autem cauſandi eſt ſecundum quatuor, ſublimitatem potentiæ, profunditatem ſapientiæ, latitudinem beneuolentię, longitudinem æternitatis. Vt poſſitis (inquit Apoſtolus) comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, &c.

Epheſi. 3.

Potentia creat, ſapientia gubernat, beneuolentia perficit, æternitas conſeruat. Iſte numerus vniuerſitas in mundo, in homine, in Deo eſt myſterialis. Secundum hunc numerum facit Deus currere mundum iſtum, & ſcriptura, quæ explicat decurſum mundi ſecundum hunc numerum tradi debuit explicatiuè.

Diſtinctio temporum quadrimẽbris.

Diſtinguit ergo ſcriptura tempora originalia, figuralia, gratioſa ſeu ſalutifera. Tempora originalia conſiſtunt in primis ſeptem diebus. Figuralia, ab initio mundi, vſque ad CHRISTVM. Vbi nouum tempus incipit, licet Salomon dicat nihil nouum ſub ſole, verum eſt ſecundum naturam, ſed hoc eſt ſuper naturam.

Eccleſ. 51.

Et poſt ſunt tempora gratioſa. A temporibus originalibus incœpit Moyſes, & ita debuit facere, quia ſcriptura debuit facere ſeminaria tanquam terra germinans, & poſt arbores figuratum, & poſtea fructum, ponuntur ergo ſeptem dies, vt tempore originalia. Primus dies lucis formatæ. Secundus dies aquę diuiſæ. Tertius dies terræ fœcundandæ. Quartus lucis ſidereæ. Quintus motiuæ vitæ. Sextus humanæ formæ. Septimus quietis primæ. Septem autem ſunt tempora figuralia. Tempus naturæ condite, purgandæ culpæ, gentis electæ, legis ſtatutę, regalis gloriæ, vocis propheticæ, quietis mediæ. In nouo teſtamento ſimiliter ſunt ſeptem tempora gratioſa.

7. tẽpora gratioſa in nouo teſtamento.

Tempus collatæ gratiæ, baptiſmi in ſanguine, normæ fidei catholicæ, normæ legis iuſticiæ, ſublimis cathedræ, claræ doctrinæ, pacis poſtremæ. Accipe correſpondentiam. Formatio lucis eſt ſeminarium formationis naturæ, & formatio naturæ collationis gratiæ. Tempus aquæ diuiſæ reſpondet tempori purgationis culpæ, baptiſmi in ſanguine. Quia ſicut diuiditur aqua aquis, ſic purgatio in aqua facta formam baptiſmi gerit ſecundum beatum Petrum; tam baptiſmi ſanguinis, quàm fluminis, quàm flaminis. Dies terræ fœcundæ, tempus gentis electæ, normę fidei catholicæ. Terra germinauit Abraham, & Abraham Iſaac genuit, & Iſaac Iacob, &ce. Et Eccleſia normam fidei ſtatuit, ſecundum quam ſuccedunt fideles fidelibus. Dies lucis ſydereæ, tempus legis ſtatutæ, tempus normæ iuſtitiæ. Lex enim diſtincta fuit per ſolem, lunam, & ſtellas, hoc eſt ſecundum ritum Dei colendi, ceremoniam, cenſuram iudicandi, formam viuendi, ſiue ſecundum moralia, iudicialia, ceremonialia, ſic in Eccleſia canones, deinde leges per Iuſtinianum in vnum corpus redactæ, quæ primo erant paganorum, factæ ſunt Chriſtianorum, & regulæ monaſticæ, vt beati Benedicti. Canones reſpondent cœremonialibus, leges iudicialibus, monaſtica morabilibus. Dies vitæ motiuæ, tempus regalis gloriæ, tempus ſublimis cathedræ, reſpondent. Sicut enim vna pars vitæ motiuæ fuit repentium, altera volatilium. Sic in Eccleſia vna pars eſt Regum, & Pontificum, alia ſubditorum. Dies humanæ formæ, tempus vocis propheticę, tempus claræ doctrinæ, in quo eſſet vita prophetica reſpondent. Et neceſſe fuit, vt in hoc tempore veniret. &cętera. vnus ordo, ſcilicet habitus propheticus ſimilis ordini Ieſu Chriſti, cuius caput eſſet Angelus, aſcẽdens ab ortu Solis conformis Chriſto. Et dixit, quod iam venerat dies quietis ſabbati, tempus quietis

mediæ,

mediæ, temporis quietis ſiue pacis poſtremæ. Tempus quietis mediæ fuit, quando Prophetæ nihil ſcripſerũt, & tunc fuit ſilentium Prophetarum, medium inter primam quietem, & vltimam. Fuit etiam tempus quietum, quia tunc in maxima pace fuit mundus totus, vnde & per duodecim annos templum Rom. iam clauſum fuit ante aduentum Chriſti (quod tempore belli ſemper apertum fuit, & tempore pacis clauſum.) Vnde etiam portæ ruinoſæ factæ ſunt. Vnde & imperator deſcribi fecit mundum, & Deus ponebat hoc in corde Pagani, vt deſcriberetur mundus, vt virgo iret in Bethleem, & ibi pareret in diuerſorio. Et frequentiſſimè inculcabam, quòd non ſunt à caſu, & a fortuna iſta, & conſimilia poſita in ſcriptura, ſed maxima ratione, maximo myſterio, ſed qui non conſiderat, nihil intelligit. Fuit etiam nox in ſuo curſu, quia tunc erat ſumma idolatria. Secundum hoc ergo, tempus naturæ conditæ, durat ab Adam, vſque ad Noe. Tempus culpæ purgandæ, à Noe, vſque ad Abraam. Tempus gentis electę, ab Abrahã, vſque ad Moyſen. Elegit enim Deus Abraham, non Loth, Iſaac, non Iſmael, Iacob, non Eſau, & Iudam, de quo natus eſt Chriſtus, non fratres alios. Tempus legis ſtatutæ à Moyſe, vſque ad Samuelem, qui vnum Regem reprobum, & alium electum inunxerat. Tempus Regalis gloriæ, à Dauid, vſque ad Ezechiam, in quo tranſmigratio decem tribuum facta eſt. Tempus vocis propheticæ ab Ezechia ſtricte loquendo, large ab Ozia, qui fuit leproſus, vſque ad Zorobabel. Sub Ezechia factum eſt illud miraculum, quòd dies habuit triginta duas horas per reuerſionem ſolis. Tempus pacis, & quietis à Zorobabel, vſque ad Chriſtum. In nouo teſtamento tempus collatæ gratiæ, à Chriſto, & Apoſtolis, comprehendendo mortem Ioannis vſque ad Clementem Papam. Tempus baptiſmi in ſanguine, à Clemente vſq; ad Syluestrum, quia ſub Clemente incœpit magna perſecutio, quando Iudęi venditi fuerunt, expulſi de Hieruſalem, & Clemens miſſus eſt Cerſonam cum populo in exilium in Græciam. Et in illo tempore medio à Clemente, vſque ad Syluestrum fuerunt decem maximę perſecutiones. Tempus normæ catholicę à Syluestro, vſque ad Leonem primum, ſub quo datum eſt ſymbolum. Tempus legis iuſticiæ à Leone, vſque ad Gregorium doctorem, in quo ſtatutæ ſunt leges iuſticiæ, & canones, & regulæ catholicæ, & monaſticæ, in quo beatus Benedictus fuit, qui etiam prophetauit de beato Gregorio, & benedixit matrem prægnantem. Tempus ſublimis cathedræ, à Gregorio, vſque ad Adrianum ſub quo mutatum eſt Imperium ad Alemãnos, & diuiſum in Conſtantinum, Carolus in Eccleſia Rex Siciliæ fuit primus Imperator, & Rex Italiæ de Francia, quia cum inſultum alienarum gentium non poſſent ſuſtinere, fecerunt eum Regem Italiæ, & pugnauit contra Regem Longobardorum, & præualuit. Tempus claræ doctrinæ ab Adriano. Sed quantum durabit, quis poteſt dicere? Certum eſt, quòd in illo ſumus. Certum eſt etiam, quòd durabit vſq; ad deiectionem beſtiæ aſcendentis de abyſſo, quando confundetur Babylon, & deijcietur, & poſt dabitur pax. Primum tamen neceſſe eſt, vt veniat tribulatio, & non eſt ponendus terminus, quia nullus ſcit, quantum tempus illud pacis duret, quia cum dixerint pax, & ſecuritas, repente veniet ſuper eos interitus. Tempus autem ſeptimum, ſcilicet, vltimæ quietis incipit à clamore Angeli, qui intrabit per viuentem in ſæcula ſæculorum, quòd tempus amplius non erit, ſed in diebus ſeptimi Angeli conſumetur. Sed hæc tempora ſeptem Ioan. in Apoc. comprehendit in ſeptẽ viſionibus, quælibet illarum eſt ſeptiformis, & conſurgit ad numerum iubilei. Hæc ſeptem tempora clauduntur in Pſalterio, vbi ſunt tres quinquagenę. Accipe ad hæc corriſpondentiam temporis figuralis, & ſalutis. In tempore naturæ conditæ tria fuerunt. Primò formatio hominis de terra. Secundò tentatio, tranſgreſſio, nudatio, tertium eiectio. Vnus enim filius interfecit alium, & ideo omnes filij qui nati ſunt de Cain male fecerunt, & omnes perierunt.

Cum per Auguſtũ deſcriptus eſt mũdus.

Dies 32. horarum ſub Ezechia rege.

Computatio temporum in nouo teſtamento.

Pontificatus B. Gregorij prædictus fuit per Benedictum.

Nota hiſtoriam.

Apoc. 17.

Non eſt temere pronunciandũ de fine mundi.

Apoc. 10.

Nota correſpondentiã duorũ temporũ.

In nouo teſtamento poſt ſcripturam prophetalem, & temporum curſus, formatus eſt CHRISTVS, ſicut homo ſexta die qui præſit volatilibus cœli, & piſcibus maris, ſicut dicit in Pſalm. Quid eſt homo quòd memores eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſos, inſuper & pecora campi. Volucres cœli & piſces maris, & cæter. Et quod intelligatur de CRISTO, Apoſtolus dicit. Minuiſti eũ paulominus ab angelis gloria & hon. &c. Homò deductus de terra virginea, quæ nondum ſanguinem ſuſceperat, ſignat CHRISTVM de virgine natum. Sicut Eua de latere Adæ formata eſt, ſic Eccleſia de CHRISTI latere. Sed cum CHRISTVS nunquam præuaricatus fuerit quomodo ſibi correſpondet tranſgreſſio Adæ? hoc transferri debet à capite ad membra. Notandum, quod eccleſia poſita fuit in paradiſo quaſi primus homo, vt operaretur, cum nullus aliquis ſuum eſſe dicebat. Incedit enim in magna perfectione, quod modo in religioſis conſeruatur, quia amor CHRISTI adhuc recens erat, & multa turba ſacerdotum obediebat fidei. Hæc Eccleſia, ſcilicet quæ incepit in iudeis, quia conuertebatur modo quatuor milia, modo quinque milia, habuit lignum vitæ, lignum ſcientiæ. Lignum vitæ, ſcilicet fidem, quia iuſtus ex fide ſua viuit. Habuit lignum ſcientiæ, ſcilicet legem quæ remanſit ſibi ad videndum, & legendũ, non ad veſcendum immo in quo die comederis, morte morieris. Vnde lignum ſcientiæ potes videre, non manducare, quia deſtrueres quicquid CHRISTVS fecit, & neceſſe eſſet ſubintrare mortem, quia litera occidit. Vnde Paulus dixit. Ego Paulus dico, quòd ſi circuncidimini, CHRITVS nil vobis proderit. Doctores autem illi ſignantur per Adam fœcundantem, qui incumbentes ſuper legem, quaſi amantes vxorem, comederunt de ligno ſcientiæ, vt legem obſeruarent, & conſenſerunt ſerpenti, qui ſuadebat legem obſeruandam, & inde orta eſt hæreſis Ebionitarum, qui dixit, quòd lex obſeruanda cum euangelio eſſet, & fuit tantus zelus legis, quòd Petrus iret in illam ſimulationem, ſed gratia Dei ipſum liberauit, & inde ſequitur eiectio, quòd Deus ab eis receſſit, & diſperſi ſunt, & maledicti in opere ſuo, & quaſi à duobus vrſis Tyto, & Veſpaſiano deuorati ſunt. Et ſic Cain, ſcilicet populus iudeorum occiſor fratris ſui ſignum habuit. In tempore culpæ purgatæ ſimiliter fuerunt tria, fabricatio archæ, oſtenſio arcus, diuiſiò linguarum. Noe per centum annos fabricauit archam, in qua Noe cum ſeptem animabus ſaluatus eſt. Cuius typum gerit baptiſmus, ſecundum quòd dicit beatus Pe. & fluminis, & flaminis, & ſanguinis. In nouo autem teſtamento Clemens in archa collocatus eſt, quia præparatum eſt ſibi templum marmoreum angelicis manibus, & alij ſubmerſi ſunt. Vnde fuit magnum miraculum quòd per tot annos aperiebatur mare, donec pyratæ & latrones aſportauerunt corpus eius. Aliud fuit oſtenſio arcus. Et tũc eduxit Deus Noe, & pepigit cum eo fœdus. Et in nouo teſtamento decem tribulationes fuerunt. Vnde Chriſtiani poterant dicere. Domine ſalua nos, perimus. Et tunc eductus eſt Conſtantinus, & oſtenſum eſt ſibi lignum crucis in cœlo, in quo vincere debebat, & tunc pepigit

Pſal. 2.

Eccleſia inſtar primi hominis poſita fuit in paradiſo.

Act. 6.

Lignũ ſciẽtiæ, 1. legẽ veterẽ, videre oportet, non veſci.

Gal. 5.

Cain populus iudæic' ſanguinarius.

Tẽpus culpæ purgatæ.

2. Pet. 3.

Matth. 2.

fœdus,quod nunquam Romanorum Imperium perſequeretur Chriſtianos. Tunc Imperium Nembroth diſſipatum eſt,& turris Babylonis, ſcilicet Romani,ad quam tunc omnes aſpiciebant. Roma autem in ſcripturis Babylon dicta eſt. Facta eſt etiam linguarum diuiſio, & lingua Hæbræa remanſit in domo Hebræa, & remanſit confeſſio Chriſti in populo Chriſtiano. In

Tẽpus gentis electę.

tempore gentis electæ tria facta ſunt, generatio Patriarcharum, deſcenſus Patriarchalis, ſeminis in Ægyptum,afflictio populi,& liberatio eius. In nouo teſtamento ſimiliter Pontifici Romano datum eſt ſemen doctorum altiſſimorum in græca & latina lingua, qua ſi Patriarchæ 12.Græci,Epiphanius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus. Gregorius Niſſenus, Athanaſius, Chryſoſtomus,Latini, Hieronymus,Auguſtinus, Hylarius,Ambroſius, Oroſius, Gregorius. Poſt Imperator deſcendit Conſtantinopolim,& alij poſt eum,& ibi obtinuerunt bona quæque. Mortuo Conſtantino,ſurrexit Conſtantius,qui ignorabat, Ioſeph peſſimus Arrianus;& poſt Valentinianus,& Iulianus apoſtata peſſimus,& affixerunt populum Dei per hæreſes vſque ad tempus Theodoſij,qui natus eſt in Occidente, qui fuit Chriſtianiſſimus,qui deiecit,& extirpauit Arrianos, &

Tempus legis ſtatutæ.

Eccleſiam exaltauit. In tempore quarto, ſcilicet legis ſtatutæ fuit latio legis, proſtratio hoſtium, diſtributio & vendicatio hæreditatum. In nouo teſtamento à Leone vſque ad Gregorium; lata eſt lex canonica, politica, monaſtica.Leo enim partim ex quatuor concilijs,partim ipſe canones ordinauit. Item proſtratio hoſtium ſimiliter per Iuſtinianum, qui Vandalos, Gothos,Guiſatas, Longobardos, qui illas partes Italiæ inuaſerunt, ſuperauit. Item diſtributio hæreditatis, quando Gallia,Britannia, Germania, conuerſa eſt ad fidem in plenitudine,& dilatata eſt Eccleſia in Occidente, licet adhuc eſſent idolorum templa in Francia, ſed dilatatio fuit in terra promiſſionis non in Ægypto, non circa

Tẽpus regalis glorię

Græcos, ſed circa Latinos. In quinto tempore regalis gloriæ fuerunt tria, ſcilicet deiectio ſuperbi Regis, Ampliatio cultus diuini. Diuiſio decem tribuum à

Concertatio Cõſtantinopolitanæ Eccleſiæ contra Romanã. Gregorius magnus figuratus in Dauid.

duobus. In nouo teſtamento tempore ſublimis cathedræ, à Gregorio vſq; ad Adrianum Patriarcha Cõſtantinopolitanus contendebat cum Romano Pontifice,& dicebat ſe Patriarcham Catholicum, ideſt vniuerſalem, & fuit excommunicatus & humiliatus, & thronus Dauid exaltatus fuit, ſicut Petro promiſerat dominus. Similiter Gregorius adhuc iuuenis, & non dum Pontifex, pugnauit cum Eutice, qui negauit reſurrectionem, & deuicit eum in conſpectu populi, vt Dauid Goliam. Sicut etiam Dauid ampliauit cultum, ſic iſte ordinauit officium. Et ſicut Dauid ducebat Archam cum ſeptem choris, ſic iſte fecit proceſſionem cum ſeptem choris. Et ſicut Dauid vidit Angelum percutientem ſuper Hieruſalem, & promeruit vt ceſſaret,ſicque factum eſt,quòd Græci videntes eccleſiam Romanam exaltari, diuiſi ſunt, & ceciderunt in hæreſim Euticiani,& hoc tempore Eraclij, qui primo fuit bonus,& poſtea cecidit in hæreſim. Poſt illum nũquam fuit Imperator in Oriente. Sicut etiam Aſſirij vaſtauerunt iudæos, ſic Saraceni occupauerunt eccleſiam Antiochænam,Hieroſolymitanam, Alexandrinã,

Nota analogiam.

Conſtantinopolitanam,vſque in Siciliam. Sicut illę decem tribus ceciderunt, & receſſerunt à domo Dauid, ſic illæ eccleſiæ,quia ceciderunt, & receſſerunt à Petro, cui dictum erat. Tibi dabo claues regni, inciderunt in

6. tempus tria continet.

lupos.In ſexto tempore facta ſunt tria. Præclaritas victoriæ, præclaritas doctrinæ, præclaritas vitæ propheticæ, præclaritas victoriæ in Sennacherib, qui venit

4. Ro. 19.

contra Hieruſalem, & Angelus Domini interfecit 185.milia.Et Ezechias contra naturam ſanatus eſt, & ſol retroceſſit. Similiter in tempore Adriani per Carolum qui miraculoſe fecit triumphos, quaſi miſſus Angelus à domino, & Sol id eſt æſtus tribulationis abijt retro, & facta eſt pax eccleſiæ, vt poſtea conſtitueret Archiepiſcopos,Epiſcopos,& cœnobia. Hoc tempore

Carol' magnus literarum reſtaurator.

fuit claritas doctrinæ, quia Carolus vocauit clericos & ſcripſit libros,vt in ſancto Dionyſio Bibliam & in multis locis,& inceperunt legere, & proſperari, religioſos etiam collocauit. Hoc tempore oportuit venire vitam per ordinem,qui haberet vitam propheticam, hoc autem tempus eſt gemituum,ideſt, ſicut in paſſione Domini fuit primo lux, deinde tenebra, poſtea lux, ſic neceſſe eſt, vt primo ſit lux doctrinæ & ſuccedat Ioſias Ezechiæ.Poſtquàm facta eſt tribulatio Iudeorum per captiuitatem,neceſſe eſt, vt ſurgat vnus princeps zelator eccleſiæ,qui eſt, vel erit, vel iam fuit. ( Et additur vtinam iam non fuerit ) priuſquam ſit obſcuritas tribulationum.Similiter Carolus exaltauit eccleſiam, qui

Carolus exaltauit eccleſiam.

videbantur Petri ſucceſſores, oppugnauerunt eam, Nam tempore Henrici quarti fuerunt duo Papæ.Similiter tempore Federici magni,duo Et certũ eſt, quòd aliquis inter eos voluit exterminare eccleſiam, ſed angelus aſcendens ab ortu ſolis,clamauit quatuor Angelis. Nolite nocere terræ, & mari, quouſque ſignemus

Apoc. 7.

ſeruos Dei noſtri, &cæt. Vnde adhuc reſtat eccleſiæ ſegregatio ſeu tribulatio. Et dictum eſt Angelo philadelphiæ, qui ſextus eſt. Hæc dicit ſanctus & verus qui

Apocal. 3.

habet clauem Dauid, qui aperuit, & nemo claudit, claudit,& nemo aperit. Scio opera tua, quia ecce dedi coram te oſtium apertum, & dixit, quòd adhuc intelligentia ſcripturæ daretur, vel reuelatio vel clauis Dauid perſonæ vel multitudini,& magis credo quòd multitudini. In ſeptimo tempore ſcimus quòd hæc facta

7. tpe tria facta notãda.

ſunt, reedificatio templi,reſtauratio cultus, & pax data eſt. In tempore ſeptimo futuro erit reparatio diuini cultus, cum replebitur prophetia Ezechielis. Quando deſcendit de cœlo ciuitas, non quidem illa quę ſurſum eſt,ſed illa quæ deorſum eſt, ſcilicet militans,quando erit conformis triumphanti, ſecundum quòd poſſibile eſt in via, tunc erit ædificatio ciuitatis, & reſtauratio,ſicut a principio, & tunc pax erit. Quantum autem durabit illa pax,Deus nouit. Igitur cum ſint ſeptẽ tempora,& in veteri teſtamento,& in nouo, & in quolibet triforme,vel in quolibet trino ſit ſeptenarius multiplicatus per ternarium bis 42.facit, & iſtæ ſunt quadraginta duæ manſiones, quibus peruenitur ad terram promiſſionis. Et ſic patet, quo modo ſcriptura deſcribit ſucceſſiones temporum, & non ſunt a caſu & fortuna,ſed multa lux eſt in eis intelligentiæ ſpiritualis.

*Sermo decimusſeptimus. Quomodo ſcriptura reficit intellectum,& affectum, & anima quaſi in paradiſo delectatur,& de theoriis ſacræ ſcripturę.*

PRotulit terra herbam virentem, &c. Dictũm eſt q; viſio intelligentiæ per ſcripturam eruditæ verſatur

Gen. 1.

circa tria. Circa intelligentias ſpirituales, quæ intelliguntur per congregationes aquarum; Circa figuras ſacramentales,p germinationẽ herbarũ,vel arborũ; Circa theorias multiformes, p multiplicationẽ ſeminum, & refectionẽ herbarum. Iſtæ theoriæ conſiſtunt in cõſiderationibus tporum ſibi ſuccedentium,quæ ſunt ſeminaria quędã, & in correſpondentia earundem; Aliæ

Deu. 5.

theoriæ conſiſtunt in conſiderationib. ſalutarium refectionum,quia non in ſolo pane viuit homo, cõſiderare debet homo, ex quo paſcatur, quia eloquio ſcripturæ; Vnde eſt lignũ faciens fructũ; Indiget enim intellectus

refectio-

refectione: Indiget & affectus. Primò dicendum de
refectione intellectus. Sed (ſicut dicit apoſtolus) La-
2. Tim. 2. borantem agricolam oportet prius edere de fructibus,
quia oportet quòd prædicator ſit imbutus & dulcora-
tus in ſe, & poſt alijs proponat. Multi tamen volunt
videri prophetæ, & audiri tanquam prophetæ, & pa-
nis eorum inſipidus eſt, vel male coctus & frigidus, &
populum detinent, & parum proficiunt. Notandum
Nota pro prædicatoribus ſimile. quòd ſicut fructus oblectat viſum & guſtũ in fame, ma
ximè tamen principalius viſum oblectat ſua pulchritu-
dine & decore, guſtum verò dulcore & ſuauitate: Sic il
læ theoriæ reficiunt intellectum ſuo decore, & affe-
ctum ſua ſuauitate. Hoc innuit ſcriptura dicens: Plan-
Gen. 1. tauerat autem dominus deus paradiſum voluptatis à
principio, in quo poſuit hominem, &c. Hoc dictum
eſt per recapitulationem, poſt ſeptimam diem, quia
iſta plantatio fuit tertia die. Sequitur. Produxitque om
ne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: Li-
gnum vitæ in medio paradiſi, lignum ſcientiæ boni &
mali, vt intellectum ſuo decore reficeret, & affectum
ſuauitate. Conſeruatio autem erat in ligno vitæ, ſi li-
gnum ſcientiæ caueretur. Terra ergo eſt ſcriptura
Terra eſt ſcriptura. quæ produxit omne lignum pulchrum viſu, & ad ve-
ſcendum ſuaue, ſcilicet multi formes theorias oblectan
tes & reficientes; In paradiſo autem cœleſti non eſt
plantatio niſi rationum æternarum. Et licet ibi ſit re-
fectio de prædeſtinationibus omnium ſanctorum, po-
tiſſimè tamen gaudebo de mea prædeſtinatione, &
Luc 10. hoc innuit Saluator. Gaudete, inquit, quia nomina
veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Paulus potuit loqui de
paradiſo cœleſti, qui raptus fuit vſque ad tertium cœ-
Anima eſt paradiſus. lum. Nos autem neſcimus, ſed loquemur de terre-
Cant. 4. ſtri. Eſt autem anima paradiſus in qua plantata eſt
ſcriptura, & habet innumerabiles ſuauitates & deco-
res. Vnde ſcriptum eſt. Hortus concluſus ſoror mea
ſponſa: Hortus in quo ſunt ſacramentalia myſteria,
& ſpirituales intelligentiæ, Vbi ſcaturit fons ſpiritua
lium emiſſionum: Sed concluſus eſt hortus, & fons
ſignatus, quia non patet immundis, ſed illis, de quibus
2. Tim. 2. nouit deus qui ſunt eius. Hunc ortum æterna ſapien-
tia diligit, & circa eum verſatur, vnde in Eccleſ. dici-
Eccleſ. 24. tur. Ego ſicut fluuius dorix exiui de paradiſo. Item
hunc hortum rigauit ille qui omnes plantat. Quam
enim plantationem ipſe non plantat, illa eradicabitur.
Omnis plantatio (inquit ille) quam non plantauit pa-
Matt. 15. ter &cæt. Sequitur. Dixi, rigabo & inebriabo hortum,
&c. Rigat autem ſanguine, quo aſperſus eſt liber, & om
nis populus. Rigat affluentia ſpiritusſancti manantis
ab ipſo, quam ſcriptura habet, & quam inuenimus in
ſcriptura: Hæc ſunt ergo ligna pulchra viſu &cæt. ratio
ne fructuum pulchrorum & dulcium. De refectione
Refectio intellectus. intellectus dicendum. Sicut enim corpus ſine cibo per-
dit virtutem, decorem, & ſanitatem, ſic intelligẽtia ve-
ritatis ſine ſuo cibo tenebreſcit, infirma, deformis, & in
ſtabilis fit in omnibus, oportet ergo refici. Hinc eſt
quod mens vagabunda non habens cibum, diſcurrit,
& eſt inſtabilis. Peccatum peccauit Hieruſalem, pro-
Tren. 1. pterea inſtabilis facta eſt, & ideo eiecta de paradiſo va-
gatur, & dat quæque præcioſa ad refocillandum ani-
mam. Vnde hæc eſt paſſio miſerrima: Vnde nihil ſa-
nius, niſi vt reſtringantur cogitationes, ne vagentur
in malum. Vnde Ioannes caſſianus venit cum multis
Nota exemplum. ad quendam ſanctum patrem, & conqueſtus eſt de in-
ſtabilitate cogitationis, & quod in nullo poterat firma
re intellectum. Et ille reſpondit, ſi illa quæ nunquam
verſata fuerant in corde, tunc cogitabant. Reſponde-
runt quòd in tantum quòd vix de aliquo alio cogita-
re poterant, dormiendo etiam, dixit quod illud erat
propter conſuetudinem. Vnde oportet aſſueſcere circa
rem aliquam, quę cum in mentem venerit, non ſit ma-
la. Hæc autem eſt ſcriptura, vbi non vnum ſed multa in
ueniuntur, in quibus eſt delectatio ſpiritualis, & ſic nõ
exibimus ortum paradiſi: Sed eſt anima vt operans, &
cuſtodiens, & facit ſibi ex ea ortum paruum in men-
te delicioſum, In hac ſola ſcientia eſt delectatio, non
in alijs, Philoſophus dicit, quòd magna delectatio eſt
ſcire, quòd diameter coſtæ eſt aſſymeter, hæc delecta-
tio ſit ſi ſuo modo comedat illam. Egreditur autem de
ſcriptura quædam lux ſeu illuſtratio in intellectum iun Fœtus ſcripturæ lux quædam perficiens intellectũ.
ctum imaginationi, vt non pateat egreſſus ſapienti, &
hoc aſpicienti intra, extra, infra, ſupra. Proponit ergo
ſcriptura ſuis pullulationibus ſpectacula nobilia, vt ab
intra, extra, infra, ſupra, ante, retrò, dextrorſum, ſiniſtro
ſum, ex oppoſito, in gyro, è lõginquo, è vicino illuſtrat,
quę ſunt radicalia fidei. Illuminat ab intra per interna
ſpectacula, quæ ſunt rationabilia fidei & radicalia: Spe Triplex illuminatio à ſcriptura.
ctacula ab extra, per exempla extrinſeca, de quibus to-
ta ſcriptura eſt plena. Si vis exemplum patientiæ, reſpi-
ce Iob & Thobiam. Si magnanimitatis, reſpice Dauid
contra Goliam, & Iudam machabæum. Si fidei exem-
plum, Abraham, & Mariam, cuius fides tranſcendit fi-
dem Abrahę, Abraham credidit poſſe ſe habere filium
de ſterili ſene, ſed Maria quòd virgo conciperet de ſpi-
ritu ſancto, neque concepiſſet niſi credidiſſet: Si exem- Exo. 32.
plum charitatis, vide Moyſen, qui dixit. Aut dimitte
eis noxam, aut dele me de li. &c. Si exemplum miſeri-
cordiæ, lege in Eccleſ. vbi ſcriptum eſt. Hi ſunt viri Eccle. 44.
miſericordiæ, &c. Si de iuſtitia, fortitudine, pruden-
tia, munditia, de omni virtute honeſta proponit tibi
exempla, quia virtus conſiſtit circa operationes parti-
culares. Ideo non ſufficit regula interius directiua niſi
exemplum adſit particulare: Et ideo ſcriptura vtrun-
que ponit, & de vtroque dedit regulam, vnde in Pro- Proue. 15.
uer. dicitur. Reſponſio mollis frangit iram, vide exem- Illuſtratio quo ad cęleſtia.
plum de Abigail quæ fregit iram Dauid. Item illuſtrat
à ſupra, docet enim ſcriptura de his quæ ſunt ſupra: Vn
de Apoſtolus. Scimus quòd ſi domus noſtra terrena 2. Cor...
diſſoluatur, habitationem non manufactam &cæter. Ioan. 14.
Et in domo patris mei manſiones multæ ſunt, ait Sal-
uator, & in Pſalm. dicitur. Filij hominum ſub vm- Pſalm. 35.
bra alarum tuarum ſperabunt. Inebriabuntur ab vber
tate domus tuæ, & torre. volup. tu. pota. eos, quo-
niam apud te eſt fons vitæ. Et alibi dicitur, delecta-
tiones in dextera tua vſque in finem, proponit ergo no
bis diuina promiſſa. Item illuſtrat ab infra, propo- Illuſtratio quo ad inferna.
nendo inferni tormenta. Pſalm. enim dicit. Pluet ſu-
pra peccatores laqueus, ignis, & ſulphur, & ſpiritus pro
cellarum pars calicis eorum. Et pars eorum in ſtagno Pſalm. 10.
ignis & ſulphuris. Et aſcendit fumus tormentorum in
ſæcula ſæculorum. Hæc proponit ſcriptura a princi-
pio, vbi dictum eſt, quòd tenebræ erant ſuper faciem
abyſſi vſque ad finem. Proponit ergo interna ſpecta-
cula, extrinſeca exempla, cœleſtia promiſſa, inferni ſup-
plicia. Si iſta tibi non ſufficiunt, ſi vis exire, & alibi
quærere refectionem intellectus, adhuc dicitur tibi: ha-
beo alias arbores, alios fructus, in quibus potes refi-
ci. Illuſtrat antrorſum, per præcepta directiua. Re-
trorſum, per diſtricta iudicia, Dextrorſum, per ſeue-
ra ſolatia: Siniſtrorſum, per dulcia ſeu benigna flagel- Illuſtratio quo ad pręcepta, quo ad iudicia, &c.
la. Oportet enim lumen habere ante ſe. Manda-
tum enim lucerna eſt, lex lux, hoc dirigit in cœlum.
Vnde ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata, quibus
adduntur conſilia, hæc proponit nobis ſcriptura vbi-
que. Vnde in illo Pſalmo. Beati immaculati, & Le-
gem pone mihi domine viam iuſtit. tuæ. &cæter. in Math. 19.
omni verſu fit mentio mandati, vel ſub ratione legis,
vel noĩe legis, vel teſtimonij, vel eloquij, vel alicuius no Pſal. 118.
minis. Vnde etiam apud Hæbræos omnis verſus vnius
octonarij ab eadem litera incipit, quod non potuit ſer- Nota.
uari apud nos vt 22. literæ reſpondeant 22. octo-

narijs,& quilibet habet octo verſus. Vnde Auguſti. turbatus fuit circa tantam identitatem,quod tamen eſt magna ſententia, & mira varietas.

Reuelatio facta ab Auguſtino.

Vnde Auguſtinus ſemel vidit vnam arborem pulcherrimam habentem 22.ramos,& quilibet habebat octo ramunculos, & de illis guttæ dulciſſimæ rorabant. Et intellexit, quod illa arbor eſſet Pſalmus.Beati immaculati in via. Vnde meditatio legis ſummè neceſſaria eſt, vnde Pſalm. dicit.

Pſalm. 1.

Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, ſed in lege domini fuit voluntas eius. Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt, &c. & in Eccle.

Eccl. 3.

In multis operibus eius ne fueris curioſus, ſed quæ præcepta ſunt tibi, illa cuſtodi ſemper. Item illuſtrat retrorſum per diſtricta iudicia. Semper enim fecit Deus diſtricta iudicia de tranſgreſſionibus præceptorum, vt de angelo,de Adam,de vxore ſua,de Caym, de illis luxurioſis,ſup quos diluuium venit,de ſuperbis, qui ędificauerunt turrim:de chananæis, de Iſrael. Similiter nouum teſtamentum plenum eſt iudicijs,Iudicium autem eſt retrò, preceptum ante.Iudicium reſpicit præceptum.Si tranſgrediaris,punieris, niſi ſequaris lucem dirigentem gladius percutiet te,vnde dicit Pſa.

Pſal. 7.

Niſi cõuerſi fueritis,gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit,& parauit illum. Et in eũ parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas †.ardẽtes effecit.

†.Al. ardẽtibus.

Arcus ſignat iudicium.

Arcus iudicium ſcripturæ,duritia ligni,vetus teſtamentum,corda que lignũ flectit nouum teſtamentum, Iudicia duriota & leuiora, ſunt ſagittæ, vnde dicit Pſal. Lex domini immaculata conuertens animas,teſtimonium domini fidele ſapientiam præſtans paruulis. Iudicia domini vera, iuſtificata in ſemetipſa &c.

Item dextrorſum illuſtrat per ſeuera ſolatia. Nec ſine cauſa dicũtur ſolatia ſeuera & flagella benigna,quia ſolatia ſunt periculoſa.Vide Adã,Saul,Salomonẽ Hieroboam idolatram,& primum angelum, quibus omnibus ſolatia temporalium, & excellentię fuerunt occaſio ruinæ. Sunt autem occaſio ruinæ quando placent, quando autem non placent,non ſe ingerit homo.Vnde Chriſtus noluit habere ſolatium temporale,quia cadent à latere tuo mille & decem milia à dextris tuis, ait

Pſalm. 90.

Pſalm.Plus debet quis velle eſſe in iſta parte in qua pauciores cadunt.

Item ſiniſtrorſum per benigna flagella illuſtrat. Vnde dominus permiſit Abel iuſtiſſimum interfici, vide Noe qui cum centum annis fabricauit archã, & ponebat ibi quicquid habebat, & tunc totus mundus ipſum deſpiciebat. Et dico hoc quòd rex Franciæ non poſſet hodie talem facere, qui conſiderat eam ſecundũ

Arca Noe miræ magnitudinis

menſuram cubitorum geometricorum. De Abraham ſimiliter Iſaac,& Iacob qui peregrinati fuerunt, & Ioſeph qui exaltari non poterat, niſi præceſſiſſet venditio,incarceratio,& humiliatio, Vide Moyſen, quem deus debebat preponere toti mũdo,quomodo fuit humiliatus,paſcebat oues per 40. annos vnius ſacerdotis. Similiter Dauid quandiu fuit in tribulatione optimus paſtor, & ad regnum venit per tribulationẽ. Et poſtquam fuit in proſperitate multa peccata commiſit. Similiter Ezechias in infirmitate valde humilis fuit, ſed poſtea ſuperbus in aduentu nunciorũ babyloniorum. Vide Heliam pauperculum,qui non habebat ad comedendum niſi quod coruus ſibi miniſtrabat,& illa paupercula, qui tamen cœlum claudebat. Vide ſanctum Ioannem baptiſtam qui ſeptem annorum exiſtens, intrauit deſertum,& ibi ſuper lapides iacebat. Similiter

Heb. 11.

de Chriſto, & de apoſtolis. Vnde dicit Paul. Lapidati ſunt, ſecti ſunt,tentati ſunt &c.Flagella ergo ſunt ſuauiſſima, Aut ergo dominus flagellat,aut non. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Probatum eſt hoc per particularia, ergo debet inferri vniuerſaliter. Adhuc etiam habet ſcriptura arbores ad reficiendum.

Illuſtrat autem ex his quæ ſunt ex oppoſito. Oſtendit enim nobis acies infinitas, contra nos,modo per ſeptem duces,modo vnum bellum,modo multa,illud bellum eſt ab illo die quo Michael & angeli eius præliabantur cum dracone,imminet autem nobis triplex bellum. Bellum domeſticum, bellum ciuile, & bellum campeſtre.

Triplex bellum nobis imminet.

Primum cum carne, quæ habet multas acies.Hæc ancilla ſemper parata eſt apparere ſicut Eua.Vnde dicit Mich. Ab ea,quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui.

Mich. 7.

Item bellum ciuile eſt tentatio mundi. Omnis enim creatura eſt in muſcipula, quia creaturæ pulchritudo trahit homines, vnde Eccl.Vanitas vanitatum,& omnia vanitas.

Eccleſ. 1.

Quid habet homo de vniuerſo labore quo laborat,&c. vane & fruſtra fit, de quo nihil relinquitur,ſed nihil relinquitur homini in morte,& ideo cuncta vanitas, vt in Pſalmo dicitur.

Pſal. 118.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Item eſt bellum campeſtrę hoſtile cum dœmonibus, qui die ac nocte infeſtant. Modo magnificant, vt præſumamus,modo per conſiderationem ſcientiæ,modo per cõſiderationem ſanitatis,modo faciunt hominem iracundum,& ſic diabolicum,& ſic adimpletum ſpiritu malignitatis,& faciũt eum cadere in triſtitiam & deſperationem, & ſic de alijs. Hæc docet fugere ſcriptura. Quæ enim ſcientia docet fugere contrarias poteſtates? nulla. Item illuſtrat in gyro,vt non eſſe fugiendum, quia vndique præſidia habeamus. Habemus, enim ipſum dominum & angelos circa nos, vnde Pſal.

Pſalm.

Montes in circuitu populi ſui. Vnde puero Eliſei clamante propter latrones Syrię qui volebãt eum capere, dixit Eliſeus.Domine aperi oculos pueri huius,& aperuit Dominus.

4. Reg. 6.

Et ecce mõs plenus quadrigis in circuitu Eliſei.Iacob etiam timens fratrem ſuum, vidit angelos. Vnde dixit. Caſtra Dei ſunt hæc, vnde Pſalmus dicit.

Geneſ. 32.

Pſal. 26.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo?& alibi.Niſi quia Dominus erat in nobis,dicat nunc Iſrael, &c.vſque in finem.

Pſal. 123.

Item illuſtrat è longinquo per figurarum ſigna. Facit autem figuras de omnibus,Omnia autem quæ ſunt in mundo reducuntur ad duodecim,quibus vtitur ſcriptura, quæ ſunt ſigna longinqua in ſcriptura.

Illuſtratio per figuras.

Cœleſtes formæ,elemantares,metherologicæ,minerales, naturæ germinum, natatilium,volatilium,greſſibilium,humana organa, humanæ vires, humana opera, humanæque artes. Primum ergo eſt forma cœleſtis. Vtitur enim ſcriptura omnibus cœlis & ſtellis,vnde Pſalmus dicit. Cœli enarrant gloriam Dei,& opera manuum. & Eccleſiaſticus.

Pſalm. 18.

Eccleſ. 43.

Altitudinis firmamentum ſpecies cœli in viſione gloriæ. Formæ elementares, ignea, aerea, aquea,terrea. Omnibus vtitur ſcriptura naturæ, vt nube,pluuia, rore,niue,&cætera. Et luminibus apparentibus in cœlo,fluminibus, ſtagnis, quibus omnibus vtitur. Naturæ etiam ſunt minerales,vt ſeptem metalla principalia, vt lapis precioſus,vt lapis onychinus,& deinde naſcitur aurum,& aurum terræ illius optimum eſt. Item etiam naturæ germinatio arborum, herbarum, plantarum, fructuum, de germinibus tractat, de terra naſcentibus. Sunt etiam naturæ natatilium, vt de Leuiathan,& piſcibus. Sunt naturæ volatilium, vt de accipitre, de aquila, de columba, de paſſere. Et eſt magnum myſterium, quia tantum tria genera volatilium ponuntur in ſacrificio.

Tria volatilium genera apta ad ſacrificium.

Loquitur etiam de auibus lucifugis,& de auibus lucis. Item nec ſine myſterio tria genera volatilium offerebantur. Item de animali greſſibili, de ſerpente, de colubro. Quaſi à facie colubri fuge peccatum.

Eccleſ. 21.

Qualiter permiſit Deus tentationem fieri per ſerpentem. Item de vulpibus, de capra, de porcis, de ceruo, de hinnulo, de bobus. Nec ſine myſterio etiam tria genera greſſibilium offerebantur & ſacrificabantur.

Item

Item de natura hominis,& eius partibus ſcriptura partim ad Deũ tranſlatis, partim ad angelos. Vnde Dionyſius oſtendit quid ſignant membra humana in angelis. Item vires vegetabiles, vires ſenſibiles rationales,quibus omnibus ſcriptura per totum vtitur. Item de operibus humanis, vt conſtructione domorum, agrorum, mercatura, & de omnibus artibus liberalibus, mechanicis. Theologus enim modò vtitur vt arithmeticus, modò vt aſtrologus, modo vt geometer: Videbis modò eum rectorem,modo medicum. In hac decima conſideratione eſt periculum,quia periculum nimis eſt longe recedere à ſcripturæ domo, Puer enim nunquam vult multum recedere a domo, ſic periculum eſt in ſcientijs, quòd tantum diffundat ſe homo per conſiderationes harum ſcientiarum, vt poſtea ad domum ſcripturæ redire non poſſit, melius enim eſt tenere veritatem,quam figuram. Sicut ſi viderem faciem tuam,& rogarem te vt apportares ſpeculum clarum,vt ibi viderem faciem tuam, ſtulta eſſet iſta petitio. Sic de ſcripturis ſanctis, & figuris aliarum ſcientiarum. Item illuſtrat per gratiam dona è vicino, quæ ſupplent omnia, quæ non habet induſtria. Multi enim venerunt hoſpites ad domum noſtram, id eſt ad noſtram induſtriam. Sed in his debet induſtria ponere terminum. Vnde illuſtrat è vicino; vnde non oportet longè ire pro re,quæ prope eſt. Deſcribit enim Spiritusſancti dona ſcriptura per totum, vnde in Ioanne dicit. Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſuper fontem. Sequitur. Qui biberit ex aqua quam ego dabo,fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, aqua eſt notitia veritatis,quæ ſitim extinguit, Vnde duplex aqua deſcribitur, ſcilicet duplex notitia, Vna exterior, de qua qui bibit plus ſitit: Hæc eſt notitia, quæ tantum quærit,vt ſciat, & ibi ſiſtit: Alia interior, quæ ad guſtum procedit, & interius per gratiarum dona reficit, de qua.Qui credit in me,ſicut dicit ſcriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: Hoc dixit de Spiritu ſancto quem accepturi erant credentes in eum. Iſtæ ſunt aquæ de fontibus Saluatoris, ſcilicet notitiæ gratiarum reficientes animas. Iuxta hæc myſteria, eſt myſterium ligni vitæ, & myſterium ligni ſcientiæ boni, & mali. Qui enim tantum quærit notitiam, guſtat de ligno boni, & mali. Et hoc ſignatum eſt Iſaiæ dicens. Pro eo quòd abiecit populus ille aquas Syloe quæ currunt cum ſilentio: adducet Dominus ſuper eos raſin,& cætera. Vnde dicit Hieronymus. Aquæ Syloe currunt cum magno murmure. Ergo videtur quòd intellectus alius ibi eſt. Aquę currentes cum ſilentio ſunt ſacræ ſcripturæ, quæ niſi in ſilentio addiſci non poſſunt,& ibi fit illuminatio. In ſignum huius dictum eſt cæco. Vade laua in natatoria Syloe, quod interpretatur miſſus.Aquæ enim iſtæ per reuelationem ſunt. Sed oportet prius linire oculos luto & ſputo ex puluere facto,ſaliua ſapiẽtia,puluis caro Chriſti, lutum fides de miſterio incarnationis. Qui autem quærunt raſim, & filium Romeliæ, ſunt qui quærunt exteriores ſcientias. Et ideo Princeps Aſſiriorum dominabitur eis, quia dominus voluit. Et hoc notandum eſt,ꝙ filij Iſrael habuerunt vaſa argentea in Ægypti, ſed poſtea nunquam voluit dominus ꝙ reuerterentur Ægyptum.He ſunt illuminationes duodecim intellectuales in paradiſo mentis humanę, ita ꝙ vndecima eſt lignum ſcientię boni & mali,duodecima autem eſt lignum vitę.

Humanis ſcientijs ſobriè vtendum.

Illuſtratio per gratiarum dona.

Ioan.4.

Duplex aqua.

Io. 7.

Iſai.8.

Io.9.

*Sermo decimusoctauus. Qualiter intellectus ordinatur ad effectum, & de fructibus eorum,&c.*

Gen.1.

PRotulit terra herbam virentem &cætera. Dictum eſt ſupra, quòd illæ theoriæ reducuntur ad conſiderationem duplicem, ad conſiderationem ſucceſſiuum temporum, & ſibi mutuo correſpondentium in gubernatione mundi, & ſic intelliguntur per ſemina. Conſiſtunt etiam circa conſiderationem ſalubrium circunſpectionum, vel refectionum, quibus anima reficitur, & ſic intelliguntur per fructus, & ſic ille fructus eſt decorus, ſecundum quòd ipſo reficitur intellectus, & eſt ſapidus, ſecundum quòd ipſo reficitur affectus, ſed hæc refectio adhuc ad aliud ordinatur. Dictum eſt autem, quoniam intellectus illuſtratur per has theorias, vt vltra procedatur ad guſtandum eius fructum.Et hoc neceſſe eſt. Qui enim ad hoc tantum laborat vt ſciat quid, & quomodo loquatur, interius vacuus remanet (vt dicit Gregorius) ab interna deuotione, quia ſecundum Apoſtolum fiunt velut æs ſonans, aut cimbalum tinniens. Illuſtratur autem intellectus duodecim modis vt dictum eſt. Sed in quatuor modis vltimis melius dicetur quàm dicebatur prius,vt idem quod ponebatur in vndecimo loco, ponatur in duodecimo. Illa ergo quatuor, quibus vtitur ſcriptura,& illuſtratur anima, ſunt quatuor ciuiũ præſidia,qui ſunt ſpiritus hierarchici,è directo. Item hoſtium certamina ex obliquo, vt patet de tribus hoſtibus,gratiarum dona è vicino figurarum figura, è longinquo, Hæc eſt illuſtratio vltima, quia per hanc vltimam præcedentes intrant, Ad quam concurrunt formę cœleſtes, elementares, metheorologicæ, minerales:Naturæ greſſibilium,natatilium,volatilium, humana membra, humanæ vires, humana facta, humanæ artes,ex quibus anima aſſurgit in laudem Dei. Et iſte actus eſt affectus qui habet rectificare intellectum. Verum eſt,quòd circa iſta incidit periculũ ligni ſcientiæ boni & mali,vt dimiſſo ligno vitæ, ſcilicet ſuauitate affectus, anima euagetur circa ſcientias alias, & in tantum elongetur,ne redire poſſit, & excludatur à delicijs paradiſi,& non guſtet de ligno vitæ. Edere de ligno vitæ,his illuſtrationibus eſt refici, vt homo nihil quærat, niſi intellectum veritatis, affectum pietatis, delectationem ſuauitatis, & ſolatium contemplationis. Sed quando homo horum obliuiſcitur, & delectatur in ſtudio curioſitatis, vult ſcire tantum, & ex hoc naſcitur ſuperciliũ vanitatis, cum alios deſpicit, ex quo ſequitur litigium contentionis, quia reputat ſe deſpectum quando quis reſpondet ei, Et ſemper paratus eſt contra illos qui reſiſtunt ei.Et per hoc aufertur homini vera vita, & quieta, ſicut Adam vel potius mulier curioſa fuit, & uoluit eſſe ſicut Deus, & ideo conſuerunt ſibi perizomata, & refuderunt culpam in alium: vt Adam in Deum, quia uxorem talem dederat ſibi, mulier autem in ſerpentem. Debent ergo illæ illuſtrationes intrare in affectum, vt intellectus reficiatur, & rectificetur.In hoc horto multa deambulatio eſt, quia ſi non placet ſtare in primo, vade ad ſecundum, & ſic de alijs.Et ſic ſtipatus eſt malis, vnde in Cant. dicitur, Fulcite me floribus, ſtipate me malis, & pſalm. Scuto circundabit te veritas eius.Sicut intellectus ergo ordinatur ad affectum, & fides eſt via ad charitatem, ſic iſtæ illuſtrationes tranſire debent in affectum, vt intellectus ſpeculatiuus fiat practicus. Oritur autem ex his quaternarijs fructus triplex. Ex primis quatuor oritur fructus gratiæ. Ex medijs,fructus iuſtitiæ. Ex vltimis fructus ſapientiæ. De his fructibus in Deuteron.dicitur. De benedictione domini terra eius, dicitur de Ioſeph,de pomis cœli, & rore, atque abyſſo ſubijciente,de pomis fructuum ſolis & lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum. de fructibus terræ,& de plenitudine eius. Tangit iſtũ triplicem fructum ſiue iſtas illuſtrationes, ſecundum quod generant poma refectiua, ſecundum quòd iſte triplex fructus eſt à Chriſto,vnde in Cant. Sicut malus inter-

1. Cor.13. Aliter explicantur prædictę illuſtrationes.

Edere de ligno vitæ quid ſit.

Can.2. Pſalm. 90.

Ex prædictis illuſtrationib⁹ triplex fruct⁹ Deut.33.

Can. 8.

inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius, quem deſiderabam, ſedi, & fructus eius

Pſalm. 84.

dulcis gutturi meo. De fructu gratiæ ſcriptum eſt, Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. De fructu iuſtitiæ in Cant. ſupra, de

Prouer. 3.

fructu ſapientiæ, in Prouer. dicitur, primi & puriſſimi fructus eius. Iſti ergo fructus oriuntur à Chriſto, à Ioſeph benedicto, qui producit poma de cœlo, rore, abyſſo, ſubijciente, ſcilicet chariſmata gratiarum per modum roris in corda humilia. Per poma Solis, & lunæ & verticem montium intelligitur exercitium perfectæ iuſtitiæ, quæ eſt in hoc, quòd homo ſe exerceat ad

Exercitiũ pfecte iuſtitiæ.

mandata Dei implenda ſecundum ſtatum ſubiectionis, prælationis, contemplationis. De pomis ſolis intelligitur quantum ad meritum iuſtitiæ præſidentis, de pomis lunæ, quantum ad meritum iuſtitiæ ſubiacentis, de pomis & vertice montium, per hoc intelligitur ſublimitas apoſtolicorum virorum, qui tenent vitam quam Deus dedit in paradiſo: Nam ſi homo non peccaſſet, nulla fuiſſet agrorum diuiſio, ſed omnia communia: Per poma collium æternorum, intelligitur ſapientia, vel fructus ſapientiæ, quæ eſt in contemplatione æternarum rationum, & in conſideratione cœleſtium ſpirituum ſublimatorum: hinc in Pſalm. dicitur.

Pſalm. 75.

Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis &c. De fructibus terræ, quantum ad conſiderationem diuinarum condeſcenſionum in ordinibus eccleſiaſticorum. De plenitudine eius, quantum ad coniunctionem vtriuſque eccleſiæ militantis, & triumphantis, quo modo Deus poſuit finem eius pacem: quod declarabit ſicut flumen. Sic ergo iſte fructus eſt à Chriſto triplex, quia Ieſus Chriſtus filius Dei, quia Ieſus ab ipſo fructus gratiæ, quia Chriſtus fructus iuſtitiæ, quia filius Dei fructus ſapientiæ. Omnes enim conſiderationes à

Chriſtus principiũ & finis omnium bonorum cogitationum.

Chriſto ſunt, & ad Chriſtum reducuntur. Si conſideras interna ſpectacula luminum, ad Chriſtum reducunt te: Si venis ad exempla, ſummum exemplar omnium virtutum inuenies in Chriſto: Si patientiam conſideras Iob, maior eſt Chriſti patientia. Patientiam Iob audiſtis, & finem domini vidiſtis (dicit ille) Stel-

Iac. 5.

læ enim nihil ſunt in comparatione ſolis: Si ad præmia æterna, hæc non habebimus niſi per Chriſtum, qui ait.

Ioan. 17.

Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum &c. Si de tormentis. Niſi manus domini te teneat, non liberaberis. Puer enim ſi timeat cadere in præcipitium, optimè ſe tenet ad matrem: niſi enim per Chriſti ſanguinem liberatus fueris, non poteris ſaluari. Si conſideras præcepta. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem: Si de iudicio: Chriſtus iudicare habet, & hunc libenter debemus velle habere iudicem, quia nos diligit, vnde debemus ſibi dicere. Domine debes nos iudicare, ſed fac vt ſanguis tuus ſatisfaciat pro nobis. Si conſideras ſolatia ſeuera in Chriſto, non videntur per illum modum ſicut in alijs, ſed per alium, quia ſibi nunquam periculoſa fuerunt, nec temporalia ſola-

Nota.

tia habuit: Miſcuit enim cum ſolatijs amaritudinem, cum fruitione pœnam, anima enim eius, quæ vnita eſt ſemper diuinitati, ſummè delectatur, & tamen ipſe miſcuit amaritudinem, paupertatem, crucem, & è conuerſo miſcuit ſolatia in flagellis, in quibus ſummè delectabatur: Vnde hoc exemplo, in conſolatione iungendus eſt timor, & in triſtitia iungendum eſt ſolatium, exemplo Beati Franciſci, qui quando offerebatur ſibi honor, dicebat ſocio ſuo, quòd ibi erant nil lucrati, ſed quando recipiebat vituperia, tunc lucrabatur. Si conſideres è directo ad ciuium præſidia, hierarcha principalis Chriſtus eſt. Si de pugna, & angeli, &

Pſal. 120.

ſancti iuuant. Vnde Pſalm. Leuaui oculos meos in mon-

Pſalm. 15.

tes &c. Principalis tamen pugnator Ieſus eſt, vnde alibi dicitur. Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.

Act. 7.

Item in Act. video cœlos apertos &c. Si autem conſideras hæc omnia, veniunt de ſede Dei & agni. Vidi (inquit Ioann. in Apoc.) fluuium procedentem de ſe-

Apoc. 21.

de &c. Si conſideres figurarum ſigna, omnia referuntur ad Chriſtum, & etiam ſunt obſcura, niſi ſoluantur per Chriſtum: Vnde omnes conſiderationes remit-

A Chriſto quadruplicis gratiæ fructus.

tuntur ad Chriſtum. A Chriſto ergo eſt fructus gratiæ quadruplicis, Stabilire animam per fidem, ſanctificare per diuinum amorem, ſurſum ferre per ſpem, inclinare per diuinum timorem. De primo Apoſtolus,

Hebr. 13

Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis. Iudæi ſta-

1. Pet. 1.

biliebant ſe ſuper eſcas. De ſecundo Petrus di. Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrij, perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, &c. Sanctificatio enim eſt in eo, quòd virtutes cognitiuæ & amatiuæ (quæ ſunt lumbi mentis) transferuntur in

Tit. 3.

Deum. De tertio ad Tytum dicitur. Iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſumus ſecundum ſpem vitæ æternæ.

Eccleſ. 3.

Et 1. Petr. 1. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam. De quarto dicitur Eccleſiaſt. Quanto maior es, humilia te in omnibus. Per interna ſpectacula diſponitur anima ad primũ actum gratiæ. Quanto enim plus intelligitur in ſcriptura, tanto augetur fides &cæt. & ſic eſt vna refectio affectus. Sanctorum exempla diſponunt ad ſanctifica-

Sanctorũ exempla pmultum iuuant.

tionem animæ, ad ſecundum actum gratiæ. Inter omnia quæ de Ioſeph leguntur, placet illud, quòd ſic fidelitatem ſeruauerit domino ſuo, cum domina ſua pulcherrima eſſet, & non commiſcebatur ſibi: Dauid ſi-

Gen. 39.

militer cum multa fecerit, quæ mouent ad imitatio-

1. Reg. 24.

nem: illud potiſſimè placet, quòd Saul cum potuiſſet interficere, noluit: Qui tamen vt dicit Auguſtinus, nec Deum nec hominem timebat: Hominem non, quia ſopor venerat in omnes: Deum non, quia ille reprobatus fuit, & Dauid ſecundum veritatem rex erat, & tamen ex charitate eum dimiſit, & ſic in omnibus patribus fuit hæc charitas, qui tamen, ſi aliquando ceciderunt, pœnituerunt. Vnde ſi diſplicet tibi caſus Dauid, placeat eius pœnitentia, vt dicit Hieronymus. Vnde de caſu ſuo nullus deſperet, & de ſtatu ſuo nullus præſumat. Gratia autem ſurſum agens habetur per ſpem. Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum (ait propheta) & alibi di. Dixi, tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium, &cæt. vt vel totum re-reſeruetur in aliam patriam, Ideo quod momentaneum eſt, leue tribulationis, æternum pondus gloriæ operatur. Dominus enim delectationes habet in dexte-

Pſalm. 15.

ra, vnde Pſalm. Delectationes in dextera tua vſque in finem. Siniſtra habet diuitias, & gloriam, & conſolationes temporales. Debemus autem adhærere dex-

Pſalm. 62.

teræ, vnde Pſalm. Me ſuſcepit dextera tua domine: Igitur præmia diſponunt ad tertium actum gratiæ. Quarto conſiderationes tormentorum inclinant animam ad diuinum timorem, quia ſicut creſcente ſpe, creſcit gratia ſurſum ferens, ſic creſcente timore, creſcit gratia inclinans deorſum. Sequitur de ſecundo fructu, ſcilicet iuſtitiæ, qui ſimilitur habet quatuor actus. Primus eſt facere bona, ſecundus fugere mala, tertius formidare proſpera, quartus ferre aduerſa. De primis duo-

Pſalm. 33.

Prouer. 24

bus dicitur Pſalm. Declina à malo, & fac bonum, & di. Pſam. Oculi domini ſuper iuſtos: Similiter iuſtus ſemper eſt pauidus ex proſperis. Vnde iuſtus depre-

Prouer. 12.

Ibidẽ. 28.

catur ne ruat, & ſi ruat vt reſurgat, quia ſepties in die cadit iuſtus, & reſurgit. De quarto Prouerb. di. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Et ibidem. Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit. Et Bea-

Matth. 5.

ti qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et

pro

pro iuſtitia agoniza vſque ad mortem. Iſti fructus oriuntur ex quatuor medijs conſiderationibus, ſcilicet antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, vt ſecundum Dionyſium anima moueatur circulariter rectè, & circunflexe. Et dicit Richar. quòd quædam aues ſurſum volant, quædam deorſum, quædam circulariter, quædam ante &c. ſic anima per iſtas conſiderationes. Ex prima conſideratione habetur primus actus, ſcilicet facere bonum, per directionem præceptorum. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: Conſideratio enim mandatorum Dei facit bonum, pręceptum domini rectum eſt in ſe. Iuſtitia enim nihil aliud eſt, quàm rectitudo: Rectitudo autem per ſe eſt in lege, per participationem in ſeruante. Oportet ergo præcepta diuina conſiderare, acceptare, amare, (ſi ſic feciſſet Adam, non cecidiſſet) & fit transformis per amorem. Ex ſecunda conſideratione oritur fructus iuſtitiæ, ſcilicet fugere mala vt per iudicia diſcreta. vnde Eccleſ. Ne ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. Nullus enim vult metere zizaniam vel lolium. Iuxta modum culpæ, erit & plagarum modus. Conſideratio iudiciorum facit fugere mala. Ex conſideratione tertia perſeuera ſolatia oritur fructus iuſtitiæ, ſcilicet formidare proſpera. Oblatis enim honoribus fugit homo, quia timet in culpam incidere. Iſta vitia generant vermes: quia in quolibet grano eſt vermis. In grano honoris elatio. In grano diuitiarum auaritia. In grano deliciarum concupiſcentia. Fructus enim quidam ſunt, qui incipiunt ſtatim vermiculari, vt ceraſa in Italia: Quidam ſunt qui apparent optimi, & tamen vermis eſt intus. Econtra, per dulcia flagella oriuntur fructus iuſtitiæ.

Matth. 19.

Eccl. 7.

Deut. 26.

Toleratia in aduerſis, fructus iuſtitiæ.

Quartus actus iuſtitiæ eſt patienter ferre aduerſa, vide Iacobum, Paulum, Laurentium, Similiter ſapientiæ fructus ex quatuor vltimis antithetis naſcitur. Huius ſunt quatuor actus, quia ſapientia eſt confortans, colluctans, contemplans, collaudans. Cōfortans in bono, vnde Eccleſ. Sapientia confortauit ſapientem ſuper decem principes ciuitatis. Eſt etiam colluctans contra malum, vnde dicitur. Melior eſt ſapientia, quàm arma bellica, & Sapient. Certamen forte dedit illi, vt vinceret, & ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia. Eſt etiam contemplans rectum, vel ſummum bonum ſapientia. Eſt enim ſpecioſior ſole. Facit enim animam guſtare, & vniri. Eſt etiam collaudans ex omnibus Deum. Hic fructus eſt coniunctus gloriæ, hoc opus, hoc munus, hic fructus. Primum iuſtitiæ, ſecundum gratiæ, tertium ſapientiæ. Hæc (inquam) videbimus, amabimus, laudabimus: Hi quatuor fructus ſapientiæ per ordinem oriuntur e directo. Primo per ciuium præſidia diſponitur ad primum actum ſapientiæ, in acie terribilium, in choris caſtrorum: Secundo per hoſtium certamina ex aduerſo oritur ſecundus fructus, ſcilicet colluctari contra hoſtes. Quia homo quādo habet hoſtes, tunc ſatis ſagaciter gerit ſe, & imminens bellum facit hominem ſagacem, & fortem, & ſapientem: Sicut incluſi multas inueniunt vias ad euadendum: vnde tentatio imminens, quaſi ex obliquo fortiorem reddit. Sicut radius ſuper corpus opacum, denſum, ſolidum, poſtea reflexus, maius lumen, & calorem generat, vt patet à ſpeculo ferreo. Similiter magis caſtus quis efficitur, cum diabolus fortiter vult trahere ad luxuriam: Vnde mulier quædam habuit filiam dæmoniacam, quæ vilia loquebatur, & dixit: quòd Franciſcus magnum malum faciebat eis, & quòd bene erant contra ipſum congregati quinque millia ad ipſum decipiendum, & frater qui audiuit dixit Beato Franciſco, tunc ipſe ſurrexit, & dixit, modo fortior ſum. Tertius fructus ſapientiæ eſt contemplari ſummum bonum, quod oritur ex conſideratione è vicino per gratiarum dona, Tanta enim poſſet gratia, quòd homo exiſtens hic eſſet in paradiſo. Videtur enim vicinus fuiſſe, ſicut Beatus Paulus, qui dicit. Sapientiam loquimur inter perfectos & poſt. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſanctum, Sicut enim nemo ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in illo eſt, ita & quę Dei ſunt non ſcimus, niſi ſpiritus Dei intret in nos. De quarto è longinquo nobis innaſcitur collaudatio Dei in omnibus. Omnes enim creaturæ efferunt Deū. Quid faciam? Cantabo cum omnibus. Groſſa corda in cythara non bene ſonat, ſed cum alijs eſt conſonantia. Figurarum ſigna ab omnibus creaturis accipiuntur in ſcriptura ad laudandum Deum, vt patet in Pſal. Laudate dominum de cœlis, & in Pſal. Benedicite omnia opera domini domino, à ſummo vſque deorſum, ſicut homo Deum videns, in omnibus. Deum guſtans, in omnibus tribus viribus ſuis. vnde Pſalm. Iucundum ſit ei eloquium meum, ego vero delectabor in domino, & alibi. Delectaſti me domine in factura tua, & magnificabo eum in laude, ſic in omnibus habet guſtum & refectionem intellectus, & affectus. Ex his omnibus fructibus ſurgat fructus amoris, & charitatis, quæ intenditur in omnibus. Omnis enim ſcriptura ordinatur ad charitatem. Hi 7. fructus ordinantur, & aſcendunt ad charitatem. Deſcendendo autem à charitate fluunt chariſmata 7. quæ ſunt fructus ſpiritus, quos ponit Apoſtolus ad Galat. di. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Gratia enim, & iuſtitia, & ſapientia non poſſunt eſſe ſine charitate vera. Fructus dicitur à frui, Frui autem eſt inhærere alicui rei propter ſeipſam. Vnde nec iuſtitia, nec nunciare futura, nec ſcire myſteria ſine charitate proſunt. Et hoc ſentiunt omnes doctores & ſancti. Sed ecce vna vetula, quæ habet modicum hortum, & quia ſolam charitatem habet, meliorem fructum habet, quàm vnus magnus magiſter, qui habet maximum ortum, & ſcit myſteria, & naturas rerum ſine charitate. Sufficientia enim horum duodecim ſumitur per hunc modum. Quatuor ſunt diligēda in charitate, quibus fruimur, Deo, meipſo in Deo, proximo in Deo, corpore meo in Deo, Deo autem fruor, quando in Deo conquieſco per amorem, delector per gaudium, vnior per pacem, Et hoc tria ordinata ſunt, quia vbi eſt pax, neceſſe eſt, vt ſit gaudium, & vbi gaudium, neceſſe eſt, vt ſit quies. Secundo fruor meipſo in Deo. Anima autem mea fruor, quando illam poſſideo, quia ſi tranſit res in poſſeſſionem alterius, fructum non habeo, Tunc autem poſſideo, quando patienter poſſum ferre aduerſa. Vnde Saluator ait. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Patienter autem ferre aduerſa non debet eſſe à caſu, vel fortuna, ſed intuitu mercedis, & hoc eſt expectare mercedem per longanimitatem. Et tertium eſt condonare iniuriā & offenſam per bonitatem. Et ſi hæc tria ſunt per patientiam, longanimitatem, bonitatem. Patientia eſt aduerſa tolerando. Longanimitas expectando mercedem ex omnibus tribulationibus. Bonitas liberaliter condonando. Quando eſt charitas patiens, longanimitas bona, tunc inundationes maris quaſi lac ſugit. Sicut Laurentius carbonibus, quaſi floribus, &cæt. Hi fructus ſunt in ſpiritu, non in carne. Vnde Iacobus. Omne gaudium exiſtimate, &cæter. Tertiò proximo fruimur in Deo, quando habemus charitatem ad proximum. Et hoc tripliciter. Benignè in anima, & in corde. Manſuetè in contubernio. Fideliter in verbo, vel ſigno. Cor benignum habeo, quando quicquid boni habet proximus, in meum bonum refero. Similiter manſuetudo eſt, quæ hominem facit familiarem, & ſocialem. Aliqui homines valde ſunt boni, & tamen

Eccleſi. 7.
Sap. 10.

Nota egregiam pugna Beati Fracīſci cū 5000. demonibus.

Pſal. 103.
Pſalm. 91.

Aſcens' ad charitatem per duodecim grad'.
Gal. 5.

Sufficientia 12. fructuum oſtenditur.

Luc. 21.

Patientia, & longanimitas differunt.

Luc 12.

valde

valde ſunt duri in ſignis, quòd homo non auderet eis apparere, ſed quando homo familiarem ſe reddit: ſic eſt manſuetus. Similiter fidelitas multum facit amabilem, quia continuat amicitiam. Et hæc facit confidere de homine magis in verbo, quã in corde, quia affectus eſt variabilis. Quartò fruor corpore meo in Deo, & hoc quando mundum ſeruo corpus meum, & eſt quando ſeruatur modeſtia in guſtu, continentia in tactu, caſtitas in omnibus ſenſibus. In guſtu principaliter notatur modeſtia, &cæt. Corpora luxurioſorum, guloſorum, incontinentium, non ſunt in pace ſepulta. Sic ergo deſcendendo ex charitate, quæ eſt vnguentum fluens à capite in barbam. A barba vſque ad oram veſtimenti, fit fruitio Dei. Sicut ergo ſunt duodecim illuſtrationes aſcendendo ad charitatem, ſic ſunt duodecim fructus deſcendendo à charitate. Hoc eſt illud quòd dicitur, ex vtraque parte fluminis eſſe lignum vitæ afferens fructus duodecim per duodecim menſes. Ab vna parte fluminis fructus intellectuales, ab altera affectuales. Ab vna parte fructus aſcendentes, ab altera fructus deſcendentes. Iſte ergo eſt fructus ſcripturarum, ſcilicet charitas. Per hanc ſunt myſteria intelligentię theorię. Vnde Apòc. Beati qui lauant veſtimenta ſua, vt intrent per portam ciuitatis. Foris autem canes, & venefici, ſcilicet à contemplatione ſcripturæ alieni. Et dicebat. Imaginor illas duodecim illuſtrationes primas aſcendẽtes quæ fluunt à Deo, & ad Deum terminantur, & currunt per totam ſcripturam, ſicut duodecim circulos, vt in quamcunque animam intret inueniat ſiluam arborum, & amenitatem fructuum.

Apoc. 22. — Apoc. 22.

*Sermo Decimus nonus. De modo ſtudendi in ſacra ſcriptura, & proficiendi, & de theoriis ſacræ ſcripturę.*

PRotulit terra herbam, &cætera. Dictum eſt de fructibus ſacræ ſcripturę. Et ad hos fructus inuitat nos ſapientia ęterna domini. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & gratiæ. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Si voluerimus tranſire, oportet nos eſſe filios Iſrael, qui tranſierunt Ægyptum, ſed Ægyptij etiam tranſierunt, & ſubmerſi ſunt. Illi autem tranſeunt Ægyptum verè, qui totum ſuum ſtudium ponunt qualiter à vanitatibus tranſeant in regionem veritatis. A veritate in vanitatem tranſiuit Adam, vnde Pſalm. dicitur. Veruntamen in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra conturbatur. Theſaurizat & igno. &cęt. Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat, & tranſeat, veſpere decidat, induret, & areſcat. Quando ergo amatur commutabile bonum, tranſitorium, vanum, tunc homo tranſit &c. Et hunc tranſitum reprobat ſapientia, Hic tranſitus facit omne malum. Sic tranſiuit Lucifer, cui dictum eſt. Veruntamen ad infernum detraheris. Ad quem primo proiectus eſt per culpam. Secundo per iudicium. Sic etiam fecit Adam, poſtquam deſeruerat lignum vitæ abſcondit ſe. Vidit enim ſe nudum ab omnibus habitibus bonis, propter quod abiectus eſt de paradiſo. Sapientia ergo, & charitas ſunt principales fructus, quibus principaliter eſt contraria vanitas in canticis exprimitur ſapientia amoroſa. Non enim poteſt quis diſcedere à falſo, & accedere ad verum ex amore, niſi elongetur à vanitate. Et ideo Eccleſiaſtes præcedit hunc librum, vbi oſtendit vanitatem cum dicit. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Hæc propoſitio vera eſt, & probatur in toto libro. Oportet ergo tranſire ab omnibus uanitatibus ad veritatem, vt non ſit delectatio, niſi in ſolo Deo. Quo modo autem tranſeundum eſt, volunt omnes eſſe ſapientes, & ſcientes. Sed ſcio quod mulier decipit virum. Sapientia autem eſt ſupra tanquam nobilis, ſed ſcientia infra. Et videtur homini pulchra, & ideo volunt ſibi eam coniungi, & inclinatur anima ad ſcibilia, & ſenſibilia, & vult eam cognoſcere, & cogitare, & experiri, & per conſequens vniri. Et ita euaneſcit, vt Salomon, qui voluit omnia ſcire, & diſputauit à cedro, quæ eſt in libano, vſque ad hyſſopum, & oblitus eſt principij, & ideo eſt factus vanus, & oblitus eſt ſui. Non ſimus in hac parte ſocij Salomonis, ſed Dauid patris ſui, quia non eſt ſecurus tranſitus à ſcientiã, ad ſapientiam, oportet ergo medium ponere, ſcilicet ſanctitatem. Tranſitus autem eſt exercitium, exercitatio à ſtudio ſcientiæ ad ſtudium ſanctitatis, & à ſtudio ſanctitatis ad ſtudium ſapientiæ. De quibus ait Propheta. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Incipit à ſummo, quia vellet guſtare quàm bonus, & ſuauis eſt Dominus. Ad ſapientiam autem per ueniri non poteſt, niſi per diſciplinam. Non eſt ergo præferendum vltimum primo. Malus eſſet mercator qui ſtannum præeligeret auro. Qui non præfert ſcientiæ ſanctitatem, nunquam proſperabitur. Auguſt. dicit de Ciuitat. Dei, quòd angeli boni ſunt ſpiritus. Hi enim dicuntur angeli, ſcilicet nuncij, quia de humilitate gaudent. Spiritus nequam vocantur dęmones, id eſt, ſcientes, quia ab illius ſtatu volunt nominari. Sed verendum eſt quòd dicit Iob de Behemoth. Sternet ſibi aurum quaſi lutum. Per Scientiam enim eſt tentatio facilis ad ruinam, vnde eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum, dicit ſerpens. Vnde quidam ſuprema naturæ volunt perſcrutari ſicut de contingentibus. Beatus Ber. dicit de gradibus ſuperbiæ, quòd primum vitium eſt curioſitas, per quod Lucifer cecidit. Per hoc etiam Adam cecidit. Appetitus igitur ſcientiæ modificandus eſt, & præferenda eſt ei ſapientia, & ſanctitas. Qualiter ergo ſtudendum eſt ſcientiæ, & ſanctitati, & ſapientiæ? Oportet ſcire, vt de fructibus ſapientiæ habeatur, & per portas ciuitatis poſſimus introire. Nã ſcriptum eſt. Labor ſtultorum perdet eos qui neſciunt in vrbem pergere, hoc eſt, qui neſciunt ſtudere in quibus oportet. In Geneſi dicitur, quòd creauit Deus hominem, & poſuit in paradiſo, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Oportet operari in ſacra ſcriptura, & exercitari intellectum. Sed multos inueni exercitantes corpus, paucos ingenium. Hæc exercitatio eſt ſpiritus ad pietatem. Vnde in Prouerb. dicitur. Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam, & ecce totum repleuerant vrticæ, & ſpinæ. Hoc fit, quando homo habet bonam diſpoſitionem, & non exercet eam, ſed creſcunt ibi vrticæ malignitatis, ſpinæ cupiditatis, Maceria lapidum virtutum deſtruitur propter diſſipationem cogitationum. Et hinc dicitur in Prouerb. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum.

Modus ſtudendi debet habere quatuor conditiones, ſcilicet, Ordinem. Aſſiduitatem, Complacentiam. Commenſurationem. Ordo diuerſimodè traditur à diuerſis, ſed ordinatè procedere, non vt de primo faciant poſterius, vel è conuerſo, ſunt ergo quatuor genera ſcripturarum circa quæ oportet ordinatè procedere, & exerceri. Primi libri ſunt ſacræ ſcripturæ. In teſtamento veteri ſecundum Hieronymum 22. libri. In nouo teſtamento octo ſunt, ſecundi libri ſunt originalia ſanctorum. Tertij ſententiæ magiſtrorum. Quarti doctrinarum mundialium, ſiue philoſophorum. Qui ergo vult diſcere quærat ſcientiam in fonte, quia apud philoſophos non eſt ſcientia ad dandum remiſſionem peccatorum, nec apud ſummas magiſtrorum, quia illi ab originalibus extraxerunt. Originalia autem à ſacra ſcriptura. Vnde dicit Auguſ. quòd ipſe

Gen. 1. — Eccleſ. 24. — Pſalm. 38. — Iſai. 14. — Vanitas omnis boni impeditiua. — Eccleſ. 1. — Longè diſtant Sapiẽtia, & ſcientia. — 3. Reg. 4. — Pſal. 118. — Augu. — Iob. 40. — Bernar. — Eccleſ. 10. — Gen. 2. — Prouer. 24. — Prou. 24. — Optimus ſtudendi modus. — 4. librorũ genera.

ipſe decipi poteſt, & alij. Sed ibi eſt fides danda, vbi non poteſt eſſe deceptio. Et hoc dicit Dionyſius de diuinis nominibus, quòd nihil aſſumendum eſt, niſi quod ex eloquijs, &cæte. Studere debet Chriſti diſcipulus in ſacra ſcriptura, ſicut pueri primo addiſcunt a, b, c, d, &c. & poſtea ſyllabizare, & poſtea legere, & poſtea quid ſignificet pars. Similiter in ſacra ſcriptura, ſæpe primo quis debet ſtudere in textu, & ipſum habere in promptu, & intelligere quod dicitur per nomen, non ſolum ſicut Iudæus, qui ſemper tendit ad literalem ſenſum. Tota ſcriptura eſt quaſi vna cythara. Et ſi cuti corda per ſe non facit armoniam, ſed cum alijs, ſimiliter vnus locus ſcripturæ dependet ab alio, immo vnum locum reſpiciunt mille loca. Notandum quòd quando Chriſtus fecit miraculum de conuerſione aquæ in vinum, non ſtatim dixit, fiat vinum, vel fecit de nihilo, ſed voluit vt miniſtri implerent hydrias aqua, vt dicit Gregor. ad literam. Quare, ſic fecit, ratio non poteſt reddi, Sed ſecundum ſpiritualem intelligentiā reddi poteſt ratio, quia Spirituſſanctus non dat ſpiritualem intelligentiam, niſi homo impleat hydrias, ſcilicet capacitatem ſuam, aqua, ſcilicet notitia literalis ſenſus, & inde eſſe poteſt, quòd Deus conuertit aquam ſenſus literalis in vinum ſpiritualis intelligentiæ, propter hoc Paulus fuit altus, quia ipſe didicerat legem ad pedes Gamalielis, Vnde qui ſcripturam habet, potens eſt cum eloquijs, & etiam in venuſto ſermone. Vnde beatus Bernar. parum ſciebat, ſed quia in ſcriptura multum ſtuduit, ideo locutus eſt elegantiſſimè. Primum igitur eſt, quòd homo habeat ſcripturam non ſicut Iudæus, qui ſolum vult corticem. Vnde quidam Iudæus ſemel legit illud capitulum Iſai. Domine quis credidit auditui noſtro, &cæt. & legebat ad literam, & non potuit habere concordantiam, vt ſenſum faceret, & ideo proiecit librum ad terram, impræcans, vt Deus confunderet Iſaiam, quia non poterat ſtare quod dicebat. Ad hanc autem intelligentiam non poteſt homo peruenire per ſe, ſed per alios quibus Deus reuelauit, ſcilicet per originalia ſanctorum, vt Auguſt. Hierony. &cæt. Oportet ergo currere ad originalia ſanctorum. Sed quia iſta ſunt difficillima, ideo neceſſe ſunt ſummæ magiſtrorum, in quibus elucidantur difficultates. Sed cauendum eſt de multitudine ſcriptorum. Sed quia iſta ſcripta adducunt philoſophorum verba, neceſſe eſt quòd homo ſciat, vel ſupponat. Eſt ergo periculum deſcendere ad originalia, quia pulcher ſermo eſt originalium. Sermo autem ſcripturæ non ponit ſermonem ita pulchrum. Vnde Auguſtin. Si tu dimittis ſcripturam, & in libris ſuis ſtudeas, pro bono non habet, ſic nec Paulus nomen illorum, qui nomine Pauli baptizantur. Sacra ſcriptura in magna cautela legenda eſt. Maius autem periculum eſt deſcendere ad ſummas magiſtrorum, quia aliquando magnus eſt in eis error, & credunt ſe habere, & intelligere originalia, & non intelligunt, immo eis contradicunt. Vnde ſicut fatuus eſſet qui vellet ſemper immorari circa tractatus, & nunquam accedere ad textum, ſic eſt de ſummis magiſtrorum, In his autem homo debet cauere, vt ſempar adhæreat viæ magis communi. Deſcendere autem ad philoſophiam eſt maximum periculum. Vnde Iſai. dicitur. Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Siloè, quę currunt cum ſilentio, aſſumpſit magis Raſin, & Romelid, &cæt. Non amplius reuertendum eſt in Ægyptum. Notandum de Hierony. qui poſt ſtudiū Ciceronis non habebat ſaporem, ideo flagellatus fuit ante tribunal, hoc autem propter nos factum eſt, vt magiſtri cauere debeant, ne nimis commendent, & apretientur dicta philoſophorum. Ne hac ratione populus reuertatur in Ægyptum: & exemplo eorum

Diony.

Scriptura ſacra eſt velut cythara.

Io. 2.

Notan.

Iſa. 53.

Nota ſcholaſtice.

Iſa. 7.

dimittant aquas Syloè, in quibus eſt ſumma perfectio, & vadant ad aquas philoſophorum, in quibus eſt periculoſa deceptio: Signatum fuit hoc in Gedeone, vbi illi qui probati fuerant ad aquas, qui ſcilicet lambuerunt ſicut canes, pugnauerunt, & vicerunt, & illi qui flexo poplite, & curuati biberunt, reuerſi ſunt. Sed vincentibus datæ ſunt tubæ, & lagenæ, ac lucernæ. Cum clangore buccinæ, & compoſione lagenarum vicerunt. Iſti ſunt prædicatores, qui clangunt in prædicatione buccina. Lagenæ ſunt exempla, lampades ſunt miracula. Qui enim pro veritate ſunt mortui, miraculis corruſcauerunt, & ſuperauerunt hoſtes. Iſti autem qui bibunt lingua, & lambunt attrahendo ſicut canes, qui lingua aquam hauriunt, iſti ſunt qui de philoſophia parum ſumunt, ſed iſti ſunt qui flexo poplite bibunt, qui totaliter ſe ibi incuruant, & illi curuantur ad errores infinitos, & inde fouetur fomentum erroris. Vnde Oſeę dicitur. Quieuit ciuitas donec fermentaretur totum. Et fouet oua aſpidum, & quod cō fotum fuerit, erumpat in regulam. Nota de Beato Franciſco qui prædicabat Soldano. Cui dixit Soldanus, quòd diſputaret cum ſacerdotibus ſuis. Et ille dixit, quòd ſecundum rationem de fide diſputari non poterat, quia ſupra rationem eſt, nec per ſcripturam, quia illam non reciperent illi, ſed fieret ignis, & ipſe & illi intrarent. Non enim tantum miſcendum eſt de aqua philoſophiæ in vinum ſacræ ſcripturæ, quòd vinum fiat aqua, hoc enim peſſimum miraculum eſſet. Et legimus quòd Chriſtus de aqua fecit vinum, ſed non è conuerſo, In eccleſia primitiua etiam libros philoſophiæ comburebant, vt Dionyſ. Non enim panes in lapides commutari dicunt. Eſt ergo ordo, vt prius ſtudeat homo in ſcriptura ſacra quantum ad literalem ſenſum, poſt in originalibus, & iſta ſubijciat ſacræ ſcripturæ, ſimiliter in ſcriptis magiſtrorum, & in ſcripturis philoſophorum, ſed tranſeundo, & furando, quaſi ibi non permanendum, Quid lucrata fuit Rachel, quòd furata fuit idola? tantum fuit lucrata, quòd mentita fuit, & ſimulauit infirmitatem, & ſedit deſuper, ſic quando quaterni philoſophorum abſconduntur. Aquæ enim noſtræ non debent deſcendere ad mare mortuum, ſed in ſuam primam originem. Secundo oportet habere aſſiduitatem. Impedimentum enim maximum lectio vagabunda, quaſi placens modo hoc, modo illud, modo legere, modo aliud facere. Vagatio exterior ſignum eſt vagationis animæ, & ideo talis non poteſt proficere, quia non figitur in memoria, ſicut ponit exemplum Gregor. Quando homo vidit faciem hominis ſemel, non ita perfectè poſtea cognoſcit, ſed quando frequenter vidit, poſtea cognoſcet. Sic de ſacra ſcriptura, quia primò faciem obſcuram habet. poſtea quando frequenter videtur, efficitur familiaris. Tertiò oportet habere complacentiam, ſicut enim Deus proportionauit guſtum, & cibum, quia cibus dat ſaporem guſtui, qui habet vim diſcretiuam, & ex his duobus cibus incorporatur, ſic primò oportet ſumere ſcripturam, poſtea maſticare, deinde incorporare. Ad quid homo bibet aquam turbidam? Quid tibi in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? ſed bibe aquam ſalutarem ſapientiæ. Nota quòd animal quod non ruminat; immundum eſt. Ruminatio enim fit in eo quòd animal habet duos ventres, accipit cibum ad os, & totum ruminat, & protritum in alium ventrem vlteriorem proijcit. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo, dicebat Pro. Non diligas meretricem, ne dimittas ſponſam tuam. Vnde Sapient. dicitur. Hác amaui & exquiſiui eam. Non accipias glandes, & ſiliquas porcorum, & ſuſpendaris cum Abſalon per capillos, ſcilicet affectus tuos. Doctrinæ ſæculares ſunt

Figura Gedeonis. Iud. 7.

Oſeæ 7. Iſa. 59.

Beati Franciſci prædicatio apud Soldanum.

Figuræ, Gene. 31.

Aſſiduitas in ſtudendo.

Simile.

Hierem. 2.

Pſal. 118.

Sapient. 8.

Doctrinæ ſeculares.

quercus

quercus altæ, proceres inflexibiles. Noli comedere pepones Ægypti, & porros; & allea, ſed mana de cœlo. Sed non nauſeas ſuper cibo iſto, non ſis carnalis ſicut filij Iſrael, & hi non inueniebant niſi vnum ſaporem, ſed alij ſpirituales inueniebant omnem ſaporem ſuauitatis. Quartum eſt commenſuratio, vel non plus ſapere, quàm oportet. Vnde ait ſapiens. Mel inueniſti comede quod tibi ſufficit, ne fortè ſatiatus, euomas illud. Ne plus extendas quàm ingenium tuum poteſt aſcendere, nec infra manes. Videtur in deſignationibus huius (vt dicit Dionyſius) quòd Seraph. mediis volabant alis, vt nec ſiſtat homo infra quam poteſt; nec aſcendat ſupra illud quod poteſt. Sicut illi qui cantant vltra vires nunquam bonam faciunt harmoniam, vt dicit Auguſt. Illi qui non ordinant ſtudium, ſunt ſicut pulli equorum, qui modo currũt huc, modo illuc, ſed iumentum plano paſſu vadit. Tantum proficit vnus durus, dummodo ordinaret ſtudium ſuum, ſicut ingenioſus, & inordinatè ſtudens. Qui autem vult in hoc ſtudio proficere, oportet quòd habeat ſanctitaté, vt poſſit ſtudere ad vitam timoratam, impollutam, religioſam, ædificatoriam. Primò hæc eſt vita ſanctorũ timorata, vt in his quæ agit ſemper timeat; ſiue vadens ad miſſas, ſiue ad menſam, ſiue ſtans, ſiue ſedens, quia in omnibus poteſt eſſe peccatum. Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. Optimum ſignum eſt timor, & peſſimum eſt audacia, quia talis nunquam corrigitur. Secundò vita impolluta, quòd totum faciat propter amorem Dei, non propter amorem alicuius rei, quia omnis amor ſuſpectus eſt, niſi verbi Dei. Vnde dicit Auguſt. & Bernar. in quadam epiſtola ad quendam monachum, quod dilectio Apoſtolorum, in corpore Chriſti impediebat aduentum Spiritusſancti, quid vero de amore creaturarum? Ideo dicit Pſalm. Renuit conſolari anima mea, &cæt. Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi. Pupilla non bene cuſtoditur munda, quando eſt vapor, vel puluis, vel humor in ea. Tertiò quòd ſit vita religioſa clauſa, ſicut maceria vineæ, ſic oportet quòd homo faciat ſibi perfectionem guſtui linguæ. Sanè ſi quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, &cæt. Sepi aures tuas ſpinis. Vita noſtra non debet eſſe data loquelis, ſed lachrymis. Quarto quòd ſit vita ædificatoria proximi, vt ſit paratus omnes ædificare, & doleat ſi quis ex ipſo ſcandalizatur, & debet cauere damna alterius, quia ſi ego ſolus bene comederem, & alij ieiunarent, male factum eſſet. Et iſte eſt fructus aliorum. Item ſequitur ex his ſcilicet ex ſcientia, & ſanctitate ſtudium ſapientiæ, quod conſiſtit in quatuor, quæ ſunt neceſſaria, ſcilicet recognitio internorum, & externorum defectuum. Vnde in fronte Apollinis ſcriptum erat. Recognoſce teipſum, quia ſine hoc impoſſibile eſt deuenire ad ſapientiam. Vnde quanto ſapiens plus proficit, tanto plus ſe deſpicit. Vnde malus mercator eſt, qui ſe decipit, quod facit qui ſe appretiatur pluſquam valet, ſed alios appretiari, & ſe deſpicere hoc eſt principaliſſimum ſtudium ſapientiæ vt ſibi perſuadeat homo ſuos defectus, & fiat humilis in oculis ſuis. Secundum ſtudium eſt caſtigatio paſſionum, quæ ſunt ſepté affectiones animæ, quatuor principales, & tres annexę, ſcilicet timor, dolor, ſpes, gaudium, deſiderium, verecundia, odium. In omnibus his contingit excedere. Puer enim quando nimis clamat compeſcitur, ſic homo cenſura quadam iudiciali debet domare, & reſtringere huiuſmodi paſſiones. Vt quando venit dolor dicatur ſibi, ſta in pace, & ſic de alijs, & præſertim debet deferre iſtas principales & pueriles affectiones. Pueri enim inſecutores ſunt paſſionum. Maledictus enim puer centum annorum. Tertium ſtudiũ eſt ordinatio cogitationum. Vnde ſcriptum eſt, quòd ſtultus per feneſtram proſpicit in domum proximi. Et hæc eſt maior difficultas ordinare phantaſmata noſtra, vt quando ſumus in eccleſia, nil cogitemus niſi de officio noſtro, & ſic de ijs, & neceſſario oportet ordinare has cogitationes ad hoc quod Spiritusſanctus intret per ſapientiam, quia ſpiritus ſapientiæ effugiet fictum; & aufert ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Ideo oportet habere certas materias, circa quas nos exerceamus. Quartum ſtudium eſt deſiderij ſurſum actio, hoc facit alia ſtudia valere, & poſteriora obliuiſci. Extendamus nos, &cęt. Sapientis oculi in capite eius. Cor ſapientis in dextera eius. Hoc ſtudium ſapientis, vt non declinet ſtudium noſtrum, niſi ad Deum, qui eſt totus deſiderabilis. Hęc quatuor ſunt difficilima, niſi habeantur prima ſtudia, & cum his ſunt facillima. Vnde facile eſt tunc habere dominium ſupra paſſiones. Vnde dicitur de quodam philoſopho, qui dixit ſeruo ſuo, quomodo te affligerem, ſi non eſſem iratus.

Marginal notes (left): Num. 11. — Sap. 16. — Prou. 25. — Iſa. 6. — Studioſi volentisq; proficere conditiones. — Iob 9. — Pſalm. 76. — Studium ſapientiæ 4. requirit. — 7. affectiones animæ moderandæ. — Iſa. 65.

Marginal notes (right): Eccleſ. 21. — Sap. 1. — Eccleſi. 1. — Ibid. 10. — Hic fuit Architas Taretinus vt refert Plutarch' qui ſimile etiam narrat de Platone.

*Sermo xx. De contemplatione, quę fit per modum diuerſum, ideo Soli, & Lunæ, & Stellis comparatur. Ac de viſione intelligentię per contemplationem ſuſpenſę.*

Conſideratio quarta.

DIxit quoque Deus, fiant luminaria in firmamento celi, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos, & diuidant diem, ac noctem. Et fecit Deus duo luminaria. Luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti & ſtellas. Et poſuit illas in firmamento, & vidit Deus quòd eſſet bonum, & factum eſt veſpere, & mane dies quartus. Dictum eſt ſupra, quòd Deus dedit Danieli intelligentiam omnium viſionum. Ex occaſione huius, diſtinctæ ſex viſiones correſpondentes operibus ſex dierum. Nunc dicendum eſt de quarta, ſcilicet ſpecie intelligentiæ, ſiue viſione per contemplationem ſuſpenſæ, Sed intelligendum, quòd hanc viſionem nullus habet, niſi ſit vir deſideriorum, nec poteſt eam habere, niſi per magnũ deſiderium. Vnde ait Propheta. Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Primò dicit, guſtate. Guſtus enim ſauuis, non eſt, niſi præcedat appetitus guſtabilis ad guſtabile ſuſcipiendum. Hæc autem intelligentia ſuſpenſa debet intelligi per opus quartæ diei, in qua luminaria facta ſunt. Anima autem illa ſola per contemplationem ſuſpenſa eſt, quæ habet Solem, & Lunam, & Stellas in firmamento ſuo. Conſidera. Si modo non eſſet Sol, & Luna, & Stellæ in firmamento, quid eſſet mundus, non eſſet niſi quædam maſſa tenebroſa, & horribilis. Sic eſt de anima. Quæ non habens gratiam contemplationis, eſt ſicut firmamentum ſine luminaribus, ſed quæ habet, eſt firmamentum ornatum luminibus. Et ſicut differt celum non habens luminaria à cœlo habente, ſic anima non habens, ab anima diſpoſita ad hoc, vnde differt ſicut angelus à beſtia. Beſtialis eſt homo carens his, & habés faciem ad terram ſicut animal. Sed plenus luminibus eſt totus angelicus. In quarto die fecit Deus Solem, & Lunam, & Stellas: Et hæc viſio eſt principaliter circa tria. Circa luculentam conſiderationem cœleſtis monarchiæ. Circa luculentam conſiderationem militantis eccleſiæ. Circa luculentam conſiderationem mẽtis humanę hierarchizatę. Niſi enim ſpeculetur ſummã monarchiam, & contueatur deſcenſum eccleſiæ militãtis ab ea, & ſuam ipſius hierarchiæ adornationem nunquam erit contemplatiua. Et tunc habebit lucem ſolarem, lunarem, ſtellarem. Prima conſideratio comparatur luci ſolari, Secunda luci lunari, Tertia ſtellari: Hæc

Marginal notes (right): Gen. 1. — Dan. 1. — Viſio per cõtemplationem ex deſiderio naſcitur. — Pſalm. 33. — Qualis eſt anima ſuſpenſa per cõtemplationem. — Circa tria ſpecialiter verſatur cõtemplatio.

Lux ſolaris.

Hæc anima eſt fœlix, quæ ſe contuetur ornatam, & conformem illi Hieruſalem, & hierarchiam illuſtratam ſcilicet angelicam, & hierarchiam illuſtrantem, ſcilicet diuinum principatum, perſonarum luculentam diſtinctionem. Ergo conſideratio cœleſtis monarchiæ aſſimilatur luci ſolari, propter triplicem rationem, propter fulgorem puritatis præcipuæ, propter fulgorem limpiditatis preclaræ, propter fulgorem inflammationis viuificæ. Hæc tria habet illa conſideratio ratione primæ, & eſt ſummæ dignitatis, & excellentiæ, quæ habet puritatem, & elongatur ab omni fece corruptionis.

Sapientia.

De illa puritate, ſcriptum eſt. Sicut Sol Oriens in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ, ſpecies in ornamentum domus ſuæ. Hæc conuenit æternæ ſapientiæ, & menti ęterna ſapientia illuſtratę. Eſt enim ſicut Sol pura, quia Sol non eſt altior omnibus planetis localiter, ſed Sol dicitur altiſſimus ratione altiſſimæ puritatis, actiuitatis, & luminoſitatis. Vnde eſt ſecundum Iſidorum: Sol quaſi ſolus lucens. Hæc ſapientia eſt æterna, quæ vbique attingit propter ſummam munditiam. Comparatur autem mulieri bonæ, non propter aliquod fœdum, ſed ratione fœcunditatis ad concipiendum, producendum, pariendum, quicquid eſt de vniuerſitate legũ, & exemplarium. Omnes rationes concipiuntur ab æterno in vulua æternæ ſapientię ſeu vtero, & maxime prędeſtinationis. Vnde, quia ab æterno rationes prædeſtinationis concepit, non poteſt nos non diligere, & ſicut ab æterno concepit, ſic in tempore produxit, ſiue peperit, & poſtea in carne patiendo parturiuit. Et qui poteſt hoc intelligere, intelligit, & habet altiſſimam contemplationem. Eſt ergo hæc conſideratio illius eſſe puriſſimi, puriſſimum autem, quia ſimpliciſſimum, ſimpliciſſimum autem quia ſumme vnum. Ideo dicitur Iſrael viro contemplatiuo. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt. Similiter anima contemplatiua intelligitur per mulierem illam. Et dicuntur animæ contemplatiuæ filiæ Hieruſalem, quia formoſæ, & fœcundæ. Et formoſitas eſt fœcunditas, quia quanto plus concipiunt lumina, tanto formoſiores ſunt. Vnde Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Vnde per puritatem, non rationem, oportet nos introire in contemplationem. Et ideo cum ſimplicibus ſermocinatio eius, qui habent mentes puras, non excæcatas propter malitiam ſuperuenientem. Animæ ergo quæ ſunt formoſæ, & fœcundæ, dicuntur filiæ Hieruſalem, & intelliguntur per Solem ratione formoſitatis, per mulierem ratione fœcunditatis. Secundo Soli comparatur, propter fulgorẽ limpiditatis præclaræ, vbi maior fulgor, ibi maior claritas, & limpiditas. Vnde in Eccleſ. dicitur. Sol illuminans per omnia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt opus eius. Vnde Gregor. Quid eſt quod non videant, qui videntem omnia vident. Anima Beati Benedicti bene fuit cõtemplatiua, qui totum mũdum vidit in vno radio Solis. Non multum ſtuduerat ipſe, nec libros habebat, quia ipſe 13. anno mundum dimiſerat, & latitabat inter fruteta cum illis beſtijs, ſicut vna fera. Vnde etiam paſtores crediderunt eum feram. Et dicit Grego. Mundus non fuit coanguſtatus in vno radio Solis, ſed eius animus dilatatus, vbi vidit omnia in illo cuius magnitudine omnis creatura anguſta eſt, & parua, & modica. Sic enim ait Sapient. Momentum ſtaterę eſt ante te orbis, & ſicut gutta roris antelucani, & alibi. De hac præclaritate dicitur. Eſt enim ſpecioſior Sole, & ſuper omnem diſpoſitionem Stellarum, luci comparata inuenitur purior. Conſidera quòd in anima contemplatiua deſcribitur vniuerſus orbis, & quilibet ſpiritus celeſtis, qui in ſe habet deſcriptum totum orbem. Deſcribitur etiam radius ſuperſubſtantialis, qui & vniuerſum orbem, & vniuerſum ſpiritum continet, Ergo in anima contemplatiua mira ſunt lumina, & multa pulchritudo. Sic ergo mundus pulcher eſt à ſummo ad imum, ab initio ad finem. Deſcriptus in anima facit ſpeculum, & quilibet ſpiritus in ſpeculum, & ſic in anima eſt numeroſitas, ſummus ordo, ſumma proportionalitas. Pulchra ergo eſt numeroſitas ſpirituum, quia quoties in anima ſic relucet cognitio orbis terrarum, & ſpirituum bonorum, & radij ſuperſubſtantiales, & toties in ea eſt mira refulgentia. Et ex hoc eſt ſpecioſior Sole. Rurſus radius, qui continet omnem diſpoſitionem, & repreſentat vel continet omnes theorias eſt in anima, & in illo anima abſorbetur per mentis transformationem in Deum. Et ideo eſt anima ſuper omnem diſpoſitionem Stellarum. Tertio hæc conſideratio comparatur luci ſolari, propter fulgorem inflammationis viuificantem mirificè. Eſt enim radius Solis ad viuificandum, nõ ad conſummandum, niſi per accidens ex quibuſdam diſpoſitionibus. De hoc calore inflammante. Scriptum eſt. Sol in aſpectu annuncians, in exitu vas admirabile, opus excelſi. In meridiano exurit terram, & in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? Tripliciter Sol exurens montes radios igneos exufflans, & refulgens, radijs ſuis excæcat oculos. Vult dicere, quòd quando Sol aſpicitur, quòd ipſe Sol ſic annunciat, quæ ſunt apud ſe, & in ſe, & oritur ſuper hemiſphærio mentis, quòd in meridiano exurit, & in conſpectu ardoris eius, non poteſt aliquis ſuſtinere. Animæ enim non ſubleuatæ ſunt quaſi in hieme. Sed quæ ſunt eleuatæ ad mediocrem contemplationem, ſunt quaſi in vere. Sed quæ eleuatæ ſunt, ad exceſſus, ſunt ſicut in æſtate, & percipiunt fructus autumnales, quia quieſcunt. Tunc enim in autumno colligunt fructus, & faciunt, & celebrant ſolennitates in autumno, ſed vbi exurit in meridie? quando in maxima virtute eſt, hoc eſt in cœlo. Ibi enim perfecta eſt contemplatio, & illos inflammante ardores, quos emittit in animas illas, quæ habent exceſſus mentales nullus poteſt explicare. Si enim ſecundum Apoſtolum gemitus ſunt inexplicabiles, quibus poſtulat pro nobis ſpiritus, quot ſunt exceſſus? quot ardores? Vnde quis ex vobis poterit habitare, cum ardoribus ſempiternis? Et tamen Sol exurit tripliciter, quia Sol æternus terram illam hierarchicam, & iſtam humanam irradiat, & inflammat, triplici, & triformi amore, & ſurſum agit in Deum, vt quòd illam tentionem viſionem & fruitionem, hanc charitatem de corde puro, conſcientia bona, fide non ficta, hierarchiam dico, ſecundum trinas hierarchias collatam. Sed quid eſt quòd iſte radius excæcat, cum potius deberet illuminare? Sed iſta excæcatio eſt ſumma illuminatio, quia eſt in ſublimitate mentis, vltra humani intellectus inueſtigationem. Ibi intellectus caligat, quia ibi non poteſt inueſtigare, quia tranſcendit omnem potentiam inueſtigatiuam. Ergo eſt ibi caligo inacceſſibilis, quæ tamen illuminat mentes, quæ perdiderunt inueſtigationes curioſas. Et hoc eſt quòd dicitur Dominus inhabitare in nebula. Et poſuit tenebras latibulum ſuũ. Hæc eſt ergo conſideratio luculenta, cœleſtis hierarchiæ: propter hæc ergo tria dicitur Sol, & de hoc poteſt accipi quod ſcribitur. Refulſit Sol in clipeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis, ſicut lampades ignis. Clipei ſunt rationes æternæ, prædeſtinationum æternarum, quæ habent rationem armaturæ, & rationem fulgoris incomparabilis. Sol æternus, ſcilicet ſapientia æterna, refulget in clipeis, quando ſublimat Deus mentem contemplatiuam, ad percipiendum fulgorem veritatis æternæ. Illarum rationum etiam montes reſplendent, quia Sol iſte per iſtas rationes, quaſi per clipeos aureos, illuminat montes, hoc eſt ritus in æter-

Deus ſum mè vnus. Deu. 6.

Matth. 5.

Eccleſ. 42.

De anima Beati Benedicti.

Sap. 11.

Sapient. 7.

Eccleſ. 43.

Subtilis expoſitio.

Pſalm. 17.

2. Mach. 6

Notabilis expoſitio.

æternitate firmatos, & ſublimatos, qui reſpiciunt primo orientales radios primaria viſione. Meridionales, perfecta illuſtratione, Occidentales, poſtrema tentatione. Hi radij tripliciter oriuntur à Sole, & ſplendent ſicut lampades ignis, quia eſt ibi i inflammatio per maxima. Et hoc eſt tota cauſa inflammationis, contemplationis, quia nunquam venit ad contemplationem radius ſplendoris, quin etiam inflammans. Et ideo in canticis loquitur Salomon per modum amoris, & per modum cantus, quia ad illos fulgores non poteſt perueniri niſi per amorẽ. Item contemplatio conſiſtit in conſideratione luculenta, militantis eccleſię. Hæc conſideratio intelligitur per lucem lunarem, qui non nouit hãc, non poteſt quicquam comprehendere. Vnde non eſt ornatum cœlum, niſi habeat luminare maius, & luminare minus. Vnde Ioan. dicit. Vidi ciuitatem Hieruſalem non ſolum ſtantem, immo etiam deſcendentem à Deo formatam, & ornatam. Sicut enim radius Solis per Lunam illuminat noctem, ſic radius diuinus per eccleſiam illuminat ipſam animam cõtemplatiuam. Radius enim diuinus, in cęleſti hierarchia vmbram non habet, ſicut lux Solis non habet tenebroſitatem in ſe, ſiue in ſuo fonte, ſed in Luna quæ habet obſcuritatem, & non eſt ſimpliciter clara. Sic in eccleſia militante, in qua eſt radius in figuris, & in ænigmatibus. Comparatur eccleſia militans Lunæ, propter refulgentiam obſcuram, ſiue ſimbolicam, propter refulgentiam exceſſiuam, ſiue extaticam, & propter refulgentiam ordinatam. Prima ergo refulgentia in eccleſia e ſt obſcura, & ſimbolica ſacramentorum, & figurarum, per quæ decurrit eccleſia à principio vſque ad finem. De hoc dicitur. Luna in omnibus in tempore ſuo, oſtenſio temporis, & ſignum æui. Duo dicit, quòd Luna eſt manifeſtatio temporũ, & per medium ſignationis, & hoc eſt in eccleſia per ſimbola, quia aliter non eſt poſſibile nobis lucere diuinum radium, niſi anagogice circumueletur, ſecundum Dionyſ. Vnde Lunam videre poſſumus, non Solem, quia radius Solis contemperatur nobis per Lunam. Sic radius æternus, non poteſt aſpici in ſe, ſed ſi nos aſpicimus illum radium, vt eſt in eccleſia, velatus per ſacramenta & figuras, poſſumus aſpicere, qui nobis oſtendit quæ ſunt facta, & fienda, quæ in æternitate, quæ ſunt facta per allegoriam, quæ ſunt facienda per tropologiam, quæ in æternitate per anagogiam. Intelligimus enim aliquo modo figurarum doctrinam, quibus teſtamentum vetus; & nouum plenum eſt, vt patet per Apoſtolum, quòd paſſio Chriſti & veritas fuit, & figura, ſimiliter reſurrectio, & ideo figuræ nondum explanatæ ſunt, ſed quando Luna erit plena, tunc erit apertio ſcripturarum, & libri aperientur, & ſeptem ſigilla ſoluentur, quæ adhuc non ſunt aperta. Credite mihi, tunc videbimus, quaſi per plenilunium, quando noſter Rex Leo de Tribu Iuda, ſurget, & aperiet librum, quando conſummabuntur paſſiones Chriſti, quas corpus Chriſti patietur. Oportet enim ſurgere Herodem, ſub quo deludatur Chriſtus, & Petrus incarceratur. Item ſecundo comparatur Lunæ propter refulgentiam exceſſiuam, ſiue extaticam. Vnde in Eccleſ. dicitur. A Luna ſignum diei feſti, luminare quod minuitur in conſummatione menſis, ſecundum nomen eius eſt, creſcens mirabiliter in conſummatione. Duo dicit de Luna, & quòd mirabiliter creſcit in conſummatione, & mirabiliter diminuitur. Et hoc verum eſt, ſiue in couſummatione in coniunctione eius cum Sole, ſiue in oppoſitione. Quando enim eſt in plena oppoſitione ad Solem, tunc diſtat ab eo magis quàm poteſt, & tunc minus illuminatur ſecundum veritatem, quàm in alio tempore. Quod ſic probatur. Regula eſt in perſpectiua, quòd quando corpus ſphericum luminoſum eſt maius, quàm corpus opacum ſphericum, quod illuminat. Quanto magis appropinquat corpus ad corpus, tanto magis illuminatur corpus opacum, quia baſis corporis luminoſi eſt maius, & angulus radiorum maior, quando vero diſtat, angulus minor eſt, & baſis minus de corpore opaci attingit. Sed quando eſt in plena oppoſitione, eſt ibi in maxima diſtantia, ergo tunc minus illuminatur ſecundum veritatem, & plus ſecundum apparentiam, quia tunc vocatur Luna plena. Item apud coniunctionem eſt econuerſo, quia tunc illuminatur magis ſecundum veritatem, & minus ſecundum apparentiam noſtram, quia tunc nihil videmus de Luna. Ergo ſiue conſummatio intelligatur, vel quantum ad oppoſitionem, vel quantum ad coniunctionem, vtrunque verum eſt, & quòd mirabiliter creſcit, & quòd mirabiliter minuitur, in cõſummatione. Luna quæ creſcit, & minuitur, ſignat hominem in vita actiua, & contemplatiua, ſicut ſtella matutina, quæ aliquando præcedit Solem, & tunc ſignat contemplatiuam, & aliquando ſequitur, & tunc ſignat actiuam vitam. Hæc Luna eſt eccleſia, vacans & contemplationi, & actioni. Quando vacat contemplationi, tunc ſummè illuminatur fulgoribus cœleſtibus. Quando verò actioni vacat, tunc minus illuminatur. Et non viuit homo, qui non minuatur quando dat ſe actioni, excepto Chriſto qui fuit perfectus in actione & contemplatione. Vnde nullus homo ſapiens vnquã deſcendit ad actionem, maxime pręſidentium, niſi quadam neceſſitate, quia ſecundum Greg. in paſtoral. Pollens virtutibus inuitus accedit, carens virtutibus accedit non coactus, quia ex hoc minuitur, lumen id, quòd eſt maximæ illuminationis, ſcilicet contemplationis. Sed econtra, ſicut ſponſa deſiderat ſponſum, & materia formam, & turpe bonum, ita anima appetit vniri per exceſſum contemplationis, & tunc quando hemiſphærium animæ totum luminibus plenum eſt, tunc homo exterius fit totus deformis, tunc homo fit ſine loquela. Vnde tunc habet veritatem illud in Cant. Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol, quia tunc maxime coniungitur luminibus interioribus. Vnde dicitur. Ex quo locutus es ad ſeruũ tuũ impeditioris, & tardioris linguæ factus ſum. Similiter Iacob Iſrael vir fortis in vita, fortificatus fuit in lucta angeli, emarcuit tamen neruus femoris eius, & factus eſt claudus. Quia hæc contemplatio facit nigram animam apparere hominibus, quando ſummo Soli coniungitur. Hæc eſt ſicut Eſther, quæ non quærit mundum muliebrem, ſed contenta eſt naturali pulchritudine, nec quærit iſtos ornatos meretricios. Nam dicebãt Beatus Franciſcus, quia dico vobis quòd nunquã qui vult apparere, poteſt venire ad contemplationem. Tertio comparatur Lunæ, propter refulgentiam ordinatam. Vnde dicitur. Vas caſtrorum in firmamento cœli reſplendet. Dicitur de Luna. Omnia enim quæ ſunt in eccleſia, ſunt ſecundum rationem ordinis ordinatione, robuſta, pulchra, iucunda. Propter primum dicitur. Vas caſtrorum, acies ordinata. Quid videtis in ſunamite, niſi chorus caſtrorum, quia iſte ordo totus eſt ad pugnandum, contra vniuerſitatem hoſtium. Item habet iucunditatem, ideo dicit. Reſpondet. Et hæc eſt gloria, quæ eſt formoſitas cum iucunditate. Vnde & diuites, oſtendunt gloriam ſuam, incedendo in gloria veſtium, & lętitiam ſicut in nuptijs, & feſtis. Hæc eſt ſecunda pars contemplationis, conſiderare, ſcilicet eccleſiam, ſecundum quòd eſt ſuperueſtita, figuris, & theorijs, & ſecundum quòd illuſtrata à Sole, & ſecundum quòd eſt ordinata ad pugnandum, & ſic eſt Luna in firmamento animæ, vt conſideratur per theoriam ſymbolicam, per theoriam propriè dictam.

Apoc. 21.
Eccleſ. 23.
De Ange. Hierar.
Futura reuelatioq
Apoc. 5.
Eccleſ. 43.

Crementũ & decrementũ Lunæ quid.
Nota ambitioſe, & caue.
Can. 1.
Exo. 4.
Gene. 32.
Eſther 2.
Sententia B. Frãciſci.
Eccleſ. 43.
Can. 7.

dictam. Tertia pars contemplationis eſt in conſideratione luculenta, mentis humanæ hierarchizatæ, & hæc intelligitur per Stellas, ſiue per lucem ſtellarum, quæ quidem habet radiationem manſiuam, decoram, & iucundam. Anima quæ habet hæc tria, eſt hierarchizata. De radiatione manſiua, quæ eſt in anima hierarchica, dicitur in lib. Iudic. Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo, pugnauerunt contra Siſaram. Sicut enim Stellæ ſunt fixæ in cęlo, ſic oportet, quòd contemplatiuus ſit fixus, & manſiuus, non vacillans, non habens oculos tremulos, ſed aquilinos. Vnde Dionyſi. Habens oculos, ſcilicet inueſtigationis rationis, debet eſſe fixus fixione ſyderea manens. Non manet autem, niſi habeat curſum, & ordinem. ſ. hierarchicorum graduum, & virtutum, & poſt modum currat inceſſanter per illos de virtute in virtutem, & hoc eſt pugnare contra diabolum. Mens. n. fixa in ſtabilitate graduum hierarchicorum, & virtutum hierarchicarum, non eſt tædioſa, ſed dormit homo exterius, & vigilat interius, hoc autem eſt hominum viuacium, ſtabilitorum infatigabiliter. Hæ conſiderationes faciunt animas robuſtas. Item habet radiationem decoram. Vnde Eccl. dicit ſpecies cœli gloria Stellarum. Cœli ſunt animæ cęleſtes ſpecioſæ, decoræ, ſed in gloria Stellarum. ſ. in glorioſa refulgentia, quæ conſiſtit in conſideratione decora. Vnde debet eſſe manens in Deo, creſcens de virtute in virtutem, vt attentiſſime attendat ad illos fulgores, vt non dormiat cor ſuum, ſed vigilet perſpicaciter. Multi enim ſunt, qui amant pulchritudinem. Pulchritudo autem non eſt in exterioribus, ſed effigies, Vera autem pulchritudo eſt in illa pulchritudine ſapiētiæ. Tertio aſſimilatur luci ſtellarum, propter radiationem iucundam. Baruch dicit. Stellæ dederunt lucem in cuſtodijs ſuis, & lætatæ ſunt, vocatę ſunt, & dixerunt, aſſumus, & luxerunt cum iucūditate, ei qui fecit illas. His anima comparatur, quando vocatur à Deo per inſpirationem, & ipſa currit per deſiderium, ſicut habetur in Pſal. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domū Domini ibimus. & in Matth. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in celis. Quia ex gaudijs illis luminibus naſcitur lumē indeficiens. vt in Pſ. Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam, et ſtellas, que tu fundaſti. Quæ radiantur, radiatione manſiua, contēplatiua, & hierarchica. Sed deberent eſſe pulcra cū virtute, & decora cum iucūditate. Vnde in Can. dicitur Pulchra es amica mea ſuauis, & decora, quia iucunda, ideo ſuauis, quia decora, ideo pulchra, quia māſiua, ideo terribilis, vt caſtrorū acies ordinata. Fecit ergo Deus die quarto Solem, & Lunam, & ſtellas, quia dedit Deus aīæ, vt habeat conſiderationem ſuiipſius, & eccleſiæ militātis, & cœleſtis monarchiæ. Vnde, quæ eſt iſta quæ aſcendit, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt Sol, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Aurora eſt, quando conſurgit in conſiderationem ſui, Luna in conſiderationem eccleſiæ militantis, Sol quando in Deum abſorbetur, & ex his eſt terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. De viro contemplatiuo dicitur in laudem Symonis Oniæ filij. Quaſi ſtella matutina, in medio nebulæ, & quaſi Luna plena, in diebus ſuis lucet, & quaſi Sol refulgens, ſic ille refulſit in templo Dei, quaſi arcus refulgens, inter nebulas glorię. Stella eſt in conſideratione proprij adornatus, ſed in medio nebulæ, propter humilitatem, quæ eſt neceſſaria viro contemplatiuo, non vt Lucifer, ſed vt magis dicat. Quoniam tu illuminans lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Quaſi Luna per conſiderationem eccleſiæ militātis, conſiderando eius principium, medium, & finē. Vnde non habetur illuminatio, niſi quando eccleſia conſideratur ſecundum ſua tempora. Rachel parturiet, & Beniamin naſcetur. Sicut Sol refulſit, quando. ſ. eleuata eſt in contemplatione, et tunc eſt Luna plena, quando illos ſplendores pulcherrimos, præclaros ab illa preclara luce ſuſcipit, & tunc talis anima fit ſicut arcus, quia conciliatrix Dei, & hominis, ſicut lumina apportabat Moyſes à Deo ad populum. De quo Ioann. dicit. Vidit ſignū magnum in cęlo. Mulier amicta Sole, & luna ſub pedib. eius, & in ea eſt corona duodecim ſtellarum. Prima viſio eſt de candelabris, & filio hominis, & ſeptem ſtellis. Secunda de ſeptem ſigillis. Tertia de Angelis tuba canentibus. Quarta quando apertum eſt templum, & ſignum magnum apparuit de muliere amicta. In prima manifeſtatur fulgor ordinis præſidentium. In ſecunda pugnantium, vt martyrum. In tertia fulgor docentium, per clangorem tubę. In quarta fulgor contemplantiū, qui habent Solem, & lunam, & Stellas. Ex conſideratione cœleſtis monarchiæ eſt amicta Sole, quia eſt conſideratio ſecundum principale. Sed quando deſcendit anima ad conſiderationem eccleſiæ militantis, habet lunā ſub pedibus non ad conculcandum, ſed quia ſe fundat, & ſuſtentat ſuper eccleſiam. Non enim eſt anima contemplatiua, niſi per eccleſiam ſuſtentetur, quaſi ſuper baſim. Poſt conſiderationem hierarchicarum illuminationum eſt quaſi habens ſtellas duodecim. Stellæ ſunt duodecim myſteria reſeranda, quę per duodecim ſignificationes in futuro ſignantur, quę ſunt ſignificationes electorum, Nota quòd duodecim ſignificationes, ſunt ſub ſexto ſigillo, & ſub ſexto Angelo, & menſuratio ciuitatis, & oſtenſio ciuitatis, & apertio libri, & ſexto Angelo, ſcilicet philadelphę, quæ interpretatur, conſeruans hæreditatem.

*Quando anima ſit hierarchizata.* — *Iud. 5.* — *Eccleſ. 43.* — *Baruc. 3.* — *Pſal. 121.* — *Matthe. 5.* — *Pſal. 8.* — *Can. 6.* — *Eccl. 50.* — *Pſal. 16.* — *Apo. 12.* — *Apo. 1. 5. 8. 11. 12.* — *Sub ſexto ſigillo duodecim myſteria.*

Dictum eſt de claue Dauid, de quo dicitur, qui vicerit, ſcribam ſuper eum nomen meum, & nomen ciuitatis nouę Hieruſalem, hoc eſt dabo notitiam ſcripturarum iſti ſexto Angelo, ſed amaricabitur venter eius, & in ore eius erit dulce tanquam mel, & iſte ordo intelligitur per Ioannem, de quo dictum eſt. Sic eum volo manere donec veniam, & dicebat, quòd in cūctis obtrectātoribus neceſſe eſt impleri in hoc ſexto tempore, in quo fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, & addebat. Videte vocationem veſtram, quia magna eſt, & dicebat, quòd volentibus ipſis, iudicium Deus pauperibus tribuet, vt ſint iudicantes duodecim tribus Iſrael, & in hac vita talibus debetur contemplatio. Contemplatio enim non poteſt eſſe, niſi in ſumma ſimplicitate, & ſumma ſimplicitas non poteſt eſſe niſi in maxima paupertate, & hoc eſt huius ordinis, cuius intentio eſt habere ſummam paupertatem. Et dicebat quoniam multum retroceſſimus à ſtatu noſtro, & permittit nos Deus affligi, vt per hoc perducamur ad ſtatum, qui debet habere terram promiſſionis. Magna promiſit Deus Iſraeli, & magni ex illis electi ſunt, vt Apoſtoli ſui. Iudęi fuerunt excęcati, iſti illuſtrati.

*Ioan. 21.* — *Dicta B. Patris noſtri Franciſci.*

Sed illi dederunt ſe carni, qui volunt dare loculos Chriſto. Nota etiam, quòd pauci intrauerunt terram promiſſionis. Et illi qui diſſoluerunt cor populi, non intrauerunt.

### *Sermo vigeſimusprimus de perſonarum trinitate, & de eſſentiæ vnitate, & appropriatis, & lege triplici, & de hierarchiarum ordinatione.*

*Gen. 1.*

FEcit Deus duo magna luminaria, &c. Dictum eſt, quòd cœleſtis contemplatio conſiſtit in luculenta conſideratione cœleſtis monarchię. In luculenta conſideratione militantis eccleſiæ. In conſideratione luculenta, mentis humanæ hierarchizatę ſiue

ſiue hierarchicè ordinatæ. Prima intelligitur per Solem. Secunda per Lunam. Tertia per Stellas. Primò dicendũ de Sole. Sol æternus, pater, & filius, & Spirituſſanctus. Pater. ſ. ſumme vigens, filius ſumme fulgens, ſpiritusſanctus ſumme calens. Pater lux ingenitiſſima. Filius, ſplendor, pulcherrimus, & fulgentiſſimus. Spirituſſanctus, amor ardentiſſimus. Sicut iſte Sol cuncta viuificat, cuncta illuſtrat, cuncta calefacit. Et ſicut iſta tria, vigor, ſplẽdor, calor, ſunt vnus Sol, & tamen habent diſtinctionem, nec ſunt tres Soles. Sic pater, filius, ſpirituſſanctus, ſunt vnus Deus. Et ſicut vigor eſt ſplendens, & calens, in iſto Sole viſibili, ſplendor eſt vigens, & calens, calor vigens, & ſplẽdens. Sic pater eſt in ſeipſo, & in filio, & in ſpiritu ſancto. Et filius eſt in patre, & in ſe & in ſpiritu ſancto. Et ſpirituſſanctus eſt in patre, et in filio, et in ſeipſo. Secundum rationẽ. n. circumincessionis, quæ notat identitatem, cum diſtinctione. In hac conſideratione eſt quædam ratio exemplaritatis diuinæ, reſpectu omnium illuminationum. Sed quædam illuminatio, reſpondet patri ſecundum quòd eſt in ſeipſo, & alia vt eſt in filio, & alia vt eſt in ſpiritu ſancto Et alia eſt filij, vt eſt in ſeipſo, alia vt eſt in patre, & alia vt eſt in ſpiritu ſancto. Et alia eſt ſpirituſſancti, vt eſt in ſe, & alia vt eſt in patre, & alia vt eſt in filio. Et ſecundum hunc nouenarium, habent illuminationes eſſe. Hæ illuminationes habent eſſe dupliciter. Primo accipiendo abſolute perſonas in ſeipſis, vt pater in ſe, filius, ſpirituſſanctus in ſe, & ſic ſunt tres illuminationes. Secundo modo ſunt ſex, in cõparatione perſonarum ad inuicem, propter quod ſexies in Geneſi dicitur. Dixit Deus fiat, & factum eſt, in operibus ſex dierum. Intelligendum ergo, quòd in Deo, trino, & vno, fiunt appropriationes, proprietatum eſſentialium, ſecundum hunc numerum nouenarium. Quædam reſpiciunt trinitatẽ, vt originans principium. Quædam vt gubernans medium. Quædam vt finale complementum. Vt beatificans omnia. ſ. beatificalia. Vnde trinitas eſt Sol vniuerſorum, principium originatiuum, gubernatiuum, conſummatiuum, vel beatificatiuum. Secundum quòd eſt origo originans, ſic ſunt tria appropriata. ſ. potentia, ſapientia, voluntas. Hęc tria ſunt neceſſaria, principio originanti. Sapientia. n. & bonitas, fundantur in aliqua potentia. Si enim potentiam non haberet, nihil poſſet producere, ſi haberet potentiam, & ſapientiam non haberet, non produceret ſapienter. Quia potentia ſine ſapientia, præceps eſt. Item ſi haberet potentiam, & ſapientiam, & nollet, tunc aut nihil produceret, aut inuidus eſſet, & ſic eſſet miſer. Et ſic patet, ꝙ voluntas, reducit principium in actum. Et quia in his etiam eſt ratio principiationis æternæ, & appropriantur hæc tria ipſis, non ſolum vt principium originans aliorum, ſed etiam reſpectu perſonarum. Secunda appropriatio eſt ſoli æterno, ſecundum ꝙ eſt medium cuncta gubernans, et ſecũdum hoc ſunt tria appropria. ſ. pietas, veritas, ſanctitas. Quia omnis gubernatio, & omnis legiſlatio (dicẽte Apoſtolo) eſt pia, vera, ſancta. Itaque lex ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Ab his. n. tribus manant tres leges, nec poſſunt eſſe plures. ſ. naturæ, ſcripturæ, & gratiæ. Lex naturæ, appropriatur patri. Lex ſcripta verbo. Lex gratiæ ſpiritui ſancto. Lex naturæ, eſt lex pietatis. Pietas videtur ineſſe omni creaturæ, naturæ etiam inſenſibili. Radix enim totum quicquid recipit, mittit ad ramos. Fons quicquid haurit, mittit ad riuulos. Similiter in beſtijs, pietas videtur eſſe patris ad prolem, et quicquid guſtãt, & ſumunt præter neceſſarium, & etiam de neceſſario, hæc conuertunt in nutrimentum prolis. Lex ſcripta eſt lex veritatis, quia eſt in quadam vera promiſſionis pronũciatione. Lex ſanctitatis, ait Apoſtolus, eſt gratiæ. Lex ſpiritus liberabit me. Per hæc tria. Deus trinitas, ſcilicet Pater, & filius, & ſpirituſſanctus, eſt pius, verus, ſanctus. Dans legem piam naturę, legem veram ſcripturæ, legem ſanctam gratiæ. Per has tres gubernat mundum, & ſecundum hæc tria imprimit leges in mente rationali.

Sol æternus pater filius et ſpirituſſanctus.

Rom. 7. Triplicis legis appropriatio.

Rom. 8.

Omnis enim moralis lex eſt ſecundum hæc tria, ſiue ſecundum has tres. Sed in lege naturæ ſunt minus diſtinctę, & explicitæ. In lege ſcripta magis explicitæ, & perfectæ, vnde dicit Dominus. Nõ veni ſoluere legem, ſed adimplere Et ſecundum hæc tria, Deus eſt pius cultor ſui, verus profeſſor ſui, ſanctus amator ſui, & qualibet perſona habet ſe ad ſe, piè, verè, ſanctè, & ad alterã, vt Pater piè ad ſe, piè ad Filium, piè ad Spiritum ſanctum. Similiter verè, & ſanctè, & ſic de alijs. Et ex hoc quòd eſt ſui pius cultor, ſui verus profeſſor, ſui ſanctus amator, deſcendit de cœlis, radius in mentem ſecundum tria mandata primę tabulæ. Creatura debet ſe habere ad Deum, piè, verè, ſanctè. Piè Deum colere, & ſic eſt primum præceptum. Non adorabis Deos alienos, ſed vnum ſolum. Verè Deum profiteri. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Sanctè Deum amare. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Hæc tria imprimit Sol in ſupernam partem animæ, & quia inferior formatur ex ſuperiori, & datur ſibi adiutorium, Ideo neceſſe eſt, vt inferior habeat precepta, per quæ conformetur ſuperiori, vt piè, verè, ſanctè ſe habeat. Piè ad ſuperiores, maximè ad parentes, & ſic honora patrem tuum, & matrem. Verè & iuſtè ad pares, & ſic non occidas, vbi prohibetur omnis inimicitia. Sanctè ad inferiores, & ſic nõ adulterabis, vbi prohibetur omnis actus impudicitiæ. Hęc autem tria non poſſumus habere ad alterum, niſi prius habeamus apud nos. Ideo ſunt alia tria precepta. Vnum quod rectificat omnes actus. Aliud quod rectificat omnes ſermones. Aliud quod rectificat omnes affectiones. Quod rectificat actus, & ſic. Non furtum facies. Vbi ſcilicet non ſolum prohibetur alienum, immo præcipitur, vt de ſuo det. Et ſic accipitur, quod dicit Apoſtolus. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret manibus ſuis, vt habeat, vnde tribuat neceſſitatem patienti. Quod autem rectificat ſermones ſic. Non falſum teſtimonium dices, vbi prohibetur omnis falſitas ſiue in ſe, ſiue in alio. Loquimini veritatem, vnuſquiſque cum proximo ſuo. Quod rectificat omnes affectiones eſt. Non concupiſces vxorem, & cetera. Auguſtinus. Bona eſt lex, quæ dum concupiſcentiam prohibet, omnia mala prohibet. Concupiſcentia autem duplex eſt, carnalitatis, & cupiditatis. Et hæc vltima eſt radix omnium malorum. Vnde legiſlator in hoc precepto deſcendit ad particularia, vt ad aſinum, ſeruum, ancillam. Et in hoc præcepto eſt conſummatio præceptorum Dei, velit, nolit mundus, ſic enim affirmabat (ſcilicet in abdicatione omnis cupiditatis.) Vnde ſicut nouenarius cumuletur, & perficitur, per additionem vnitatis, ſic nouem precepta per abdicationem cupiditatis, qui eſt amor priuatus, repugnans bono communi. Et iterum, ſicut charitas eſt finis, & perfectio præceptorum. Sic abdicatio cupiditatis (quæ charitati opponitur) perfectio eſt præceptorum. Et illa tria oſtendit Apoſtolus ad Titum. Sobriè, piè, & iuſtè viuamus in hoc ſeculo. Sobriè ſcilicet ſanctè, piè ſcilicet benignè, iuſtè ſcilicet verè. Deus ergo dat leges non voluntate, ſed maxima ratione.

Matthe. 5.

Qualiter creatura debet colere Deum.

Exod. 20.

Ibidem.

Exod. 20.

Diſpoſitio præceptorum ſecundæ tabulę.

Eph. 4.

1. Timo. 6

Videlicet ipſe legiſlator.

Titi. 2.

Tertia appropriatio eſt Deo, vt eſt in ratione beatificantis. Et ſecundum hæc ſunt tria, ſcilicet eternitas, formoſitas, iucunditas. Aeternitas in Patre. Formoſitas in prole. Iucunditas nexus vtriuſque.

Secundum appropriationem Hilarij. Aeternitas in Patre, ſpecies in imagine, vſus in munere. Anima igitur efficitur beata, dum fit particeps æternitatis, quando in memoria Deum habet per tentionem, formoſitatis per viſionem, iucunditatis per fruitionem.

Hæc

Nouẽ cõſiderationes ſol. Deo ꝓpriæ.

Hæc appropriata reſpiciũt Deum, non ſolum in ſe, ſed vt eſt principiũ & origo originans, gubernans, beatificans: Ex primis luminibus æternitatis ſecundum ꝙ eſt in ſeipſo, & ad alias perſonas, accipiuntur nouẽ cõſiderationes, quæ ſunt in primo Monarcha, & in nullo alio inueniuntur omnes. Iſte ergo, qui eſt ſumme vigens, ſumme fulgens, ſumme calens, iſte ſolus eſt princeps æternitatis, qui eſt principium in producendo, medium in gubernando, finis in beatificando, in oĩb. primatum tenens. Ad hoc autem, ꝙ ſit verus Monarcha, debet eſſe ſumma celſitudine pollens, ſumma fortitudine præſidens, ſumma dulcedine paſcens. Primum patri, ſcḋm filio, tertium ſpirituiſancto. Summa. n. celſitudine pollens Pater in ſe ſumma celſitudine pollet in filio, ſimiliter in Spiritu ſancto. Idem de fortitudine, & ſumma dulcedine. Habemus ergo Monarchã ſumme pollentem, ſiue præſidentem, & dulciſſime paſcentem. Ad hoc autem ꝙ ſit ſumme pollens, neceſſe eſt, vt ſit ſumme ſanctus, ſumme ſapiens, & ſumme potens. Summe ſanctus in diligendo bona. Summe ſapiẽs in diſcernendo vera. Summe potẽs, ſeu ſtabilis, in exequendo iuſta. Summa ſtabilitas, conuenit Patri ſecundum ꝙ eſt ſumme in ſe. Sapientia ſumma, ſecundũ ꝙ eſt in filio. Summa ſanctitas, ſecundum ꝙ eſt in ſpiritu ſancto. Ad hoc autẽ ꝙ ſit ſumma fortitudine præſidens, neceſſe eſt ꝙ ſit Monarcha, ſumme authenticus in præcipiendo, præualidus in proſequẽdo, inuictus in triumphando. Authenticus in inſtituendo leges, præualidus, vel virilis in miniſtrando vires, inuictus in ſuperando hoſtes. Nobilitatis eſt, ꝙ Deus habeat hoſtes, vbi appareat victorioſus. Auctoritas conuenit Filio, ſcḋm ꝙ eſt Filius in patre, virilitas in ſeipſo, triumphus, vt in ſpiritu ſancto. Et in his conſiſtit media Monarchia Angelica, quæ appropriatur Filio, vt patebit. Tertio quod ſit ſumme potens, neceſſe eſt, vt ſit ſumme ſtrenuꝰ, in ducẽdo, vel præeũdo, vel manuducẽdo, ſumme ſagax in erudiẽdo, ſumme ſedulus in cuſtodiẽdo. Vt ſic ſtrenue præcedat, ſagaciter doceat, ſolicite cuſtodiat. Deducat per exempla. Erudiat per documẽta. Cuſtodiat per adiutorium. Et ſic educit, ſecundum quod eſt in Patre. Erudit, vt eſt in filio. Cuſtodit, vt eſt in ſeipſo. Ad hunc ſolem aſpiciunt oẽs ſpiritus cœleſtẽs, & ſubcęleſtes. In his nouem, creatura aſſimilatur, vt põt creatori. Et has illuminationes, primi recipiũt mentes hierarchicæ, per gloriam, vt Angeli, & animæ beatæ, quia ille ſol primo illuminat illos, & per illos nos, quia ordo eſt, vt illuſtratio fiat primo eorum, quæ ſunt ſibi ſimilia, & propinquiora, Vnde, & locus ſupremus, datus eſt eis. Illi aũt, qui rebelles ſũt, his luminib. corruunt. Et ex hoc qđ Angeli primo recipiunt configurationem deiformem, & hierarchicam, & ſacrum obtinent principatum, & per illos hierarchiam Eccleſiaſticã.

Hierarchiæ definitio, ſecũdũ Dion.

Vnde diffinitur hierarchia ſecundum Dionyſium. Eſt aũt hierarchia ſecundum eũ Ordo diuinus, ſcientia, & actio ad deiformem, quantum poſſibile eſt aſſimilata, & ad inditas ei illuminationes, proportionaliter in Dei ſimilitudinem aſcendens. Ordo rñdet Patri, ſcientia ſacra Filio, operatio Spiritui ſancto. Vñ hierarchia dicit potentiam, ſcientiam, actionem. Potẽtia. n. ſine ſcientia ſine actione infructuoſa eſt. Ex hoc. n. qđ appropinquat ſoli æterno, oportet qđ ſit ſacra ordinatio, & per hoc ſequitur qđ ſit deiformis, quia format eã in ſui creaturã, partim per naturam, partim per gratiam, partim per gloriam, per imaginationem, per ſimilitudinem, per deiformitatem, & iõ aſcẽdit ad inditas illuminationes, aſcendẽs per influentiam.

Per influẽtiam quid intelligit.

Hæc aũt influentia non ſimpliciter, quid increatum, nec ex hoc ſequitur quod influentiæ ſit influentia, qa hæc influentia reducitur in Deum. Dicit n. continuationem cũ primo principio, & reductionẽ in ipſũ, nõ ſicut res diſtans. Vnde vera eſt influentia, quæ egreditur, & regreditur, & filius exiuit a Patre, & uenit in mundum.

Ioan. 16.

Vnde dicit, quod eſt aſſimilata in ſacra ordinatione, ſcientia, & actione per hoc qđ eſt ad deiformem quãtum poſſibile eſt, aſcendens partim per naturam imaginis, partim per naturã ſimilitudinis. ſ. gratiæ, partim per naturam deiformitatis gloriæ, & proportionaliter quia ſecundum plus, & ſecũdum minus, vt capax eſt, & eſt in ſimilitudinem reducta, & ex hoc hierarchia diſponitur per tres hierarchias, vt tripliciter illuſtrata. Et neceſſe eſt, quod quælibet hẽat tres ordines. Et prima hierarchia appropriatur Patri, ſecunda Filio, tertia Spirituiſancto. Et quod prima hierarchia aſſimiletur Patri in trib. & ſecunda in trib. filio, & in trib. Spirituiſancto, ſicut patebit.

Sufficiẽtia ꝓdictorũ.

Sufficientia autem horum tripliciter accipitur. Prima ex ratione exemplaritatis æternæ. Secunda ex integritate hierarchiæ. Tertia ſecundũ diſpoſitionem cœleſtis monarchæ. Nota ſicut homini cœco ſeruiunt ſtellæ oẽs, ſic homini ſeruiunt Angeli ſecundum quod mittũt mirabiles illuſtrationes. Vñ peccator reprehendendus eſt, qui negligit iſta, & adiutoria eorũ.

Tres hierarchiæ.

In prima hierarchia, ſũt nomina iſta (Throni, Cherubin, Seraphin. In ſecũda dominationes, Virtutes, Poteſtates. In tertia principatus, Archangeli, Angeli. Et diſtinguuntur ſecundum exemplar æternũ qđ eſt vigens, fulgens, calens. Deus Trinitas Pater, Filius, & Spiritusſanctus, & tota eſſentia Patris in ipſo, tota in Filio, tota in Spiritu ſancto. Et tota eſſentia Filii in ipſo, tota in Patre, tota in Spiritu ſancto. Et tota eſſentia Spiritusſancti in Patre, tota in filio, tota in ipſo. Si ergo hierarchia dẽt aſſimilari trinitati oportet, qđ ſit ordo, qui reſpondeat Patri, ſecundum quod eſt in ſeipſo, & ſecundum quod eſt in filio, & ſecundum qđ eſt in Spiritusſancto. Similiter oportet quod ſit ordo, qui rñdeat Filio, ſecundum quod eſt in Patre, & in ſeipſo, & in Spiritu ſancto. Et idem eſt de Spiritu ſancto. Ille. n. ſol ſibi proximo, ſimilitudine, & expreſſione, imprimit, Ordo Patri reſpondens ſecundum quod eſt in ſeipſo, eſt ordo Thronorum. Ordo rñdens Patri ſecundum quod eſt in filio, eſt ordo Cherubin. Ordo rñdẽs Patri ſecundum quod eſt in ſpiritusſancto, eſt ordo Seraphin: Ordo reſpondens Filio, ſecundum quod eſt in Patre, eſt ordo Dominationũ, cuius eſt imperare. Ordo ſecundum quod Filius eſt in ſeipſo, eſt ordo virtutum: Ordo ſecundum quod eſt Filius in Spiritu ſãcto, eſt ordo poteſtatum: Ordo Spiritusſancti ſecundum quod eſt in patre, eſt ordo principatuum, ſecundũ qđ eſt in Filio, eſt ordo Archangelorum, quorum eſt ſecreta reuelare, ſecundum quod eſt ſpiritusſanctus in ſeipſo, eſt ordo angelorum.

Nẽpe Diony. ipſe de quo ſupra.

Item dicebat, ꝙ ſemel conferebat cum vno, de quo ordine fuiſſet Gabriel. Et dicebat ille, quod ſibi reuelatum fuerat, quod erat de media hierarchia & de medio ordine. ſ. virtutum. Et hoc vr̃ valde congruum, vt ille qui erat nuncius conceptionis filii Dei, de illo ordine mitteretur, qui filio appropriatur. Item quia erat nuncius mediatoris, congruum fuit, vt de medio ordine mitteretur. Hoc dictum eſt ſecundum probabilitatem. Vnde etiam Gabriel vocatus eſt fortitudo Dei, & venit ad confortandum Virginem. Item quia debebat mitti communis perſona. Sic ergo patet, quod quælibet hierarchia reſpondet patri, & filio, & ſpiritui ſancto.

Nota etiã quod prima hierarchia, non originatur, nec illuminatur, niſi a ſolo Deo. Media originatur, & illuminatur, a Deo, & a ſuprema. Infima autem originatur, & illuminatur a Deo, & ſuprema, & a media. Eccleſiaſtica autem ab omnibus. Vnde radius Solis æterni, primo illuminat hierarchiam ſibi propinquam, & ſecundum ſimilitudinem ad ſuam hierarchiã. Deinde per illam venit in mediam, & per illam in infimam, &

per omnes in eccleſiaſticam. Nec tamen intelligẽdum ꝙ Angelus creat Angelum. Secundum aũt, ꝙ primũ principium, ſe habet in rõne originantis, gubernãtis, beatificantis. Sic eſt concordantia hierarchiarum. No bilius.n.eſt beatificare, quàm creare, vel gubernare, & nobilius eſt creare vbi datur eſſe, quàm gubernare vbi conſeruatur, quod datũ eſt. Summo principio in rõne beatificantis, reſpondet ſuprema hierarchia, in rõne creantis, reſpõdet media, in ratione gubernãtis, rñdet vltima. Suprema ſumme inflãmat. Media ſumme vigorat. infima ſumme reducit. In ratione beatificãtis erãt tria appropriata. ſ. æternitas, formoſitas, iucũditas, & ſm hos correſpondent ordines primæ hierarchiæ. Aeternitas rñdet patri, cui reſpõdẽt Throni in quibus Deus ſedere dicitur, quia Deũ habẽt. Formoſitas filio, cui Cherubim. Iucũditas ſpiritui ſancto, cui Seraphim ardor. Item ſunt alia tria appropriata. ſ. potentia, ſapientia, voluntas, vt eſt in rõne principii. Potentia patri & rñdent dominationes quarũ eſt imperare. Sapiẽtia filio, & reſpondent virtutes. Voluntas ſpiritui ſancto, & rñdent poteſtates, in quibus deſtruuntur aduerſæ poteſtates. In rõne gubernantis, ſunt tria appropriata, pietas, veritas, ſanctitas. Pietas eſt in Angelis. Veritas in archangelis. Sanctitas competit maxime principatibus. Oportet ergo, quod hierarchia, ſecũdũ quod eſt recta in Deum, habeat expreſſam ſimilitudinem, q̃ vnus non potuit explicare. Tertia conſideratio eſt, ſecundum illud principium, ꝙ tenet principium monarchiæ. Ille.n.monarcha eſt ſumma celſitudine pollens, quia ſumme ſapiens, in diſcernendo vera. Summe ſanctus, in diligendo dona. Summe ſtabilis, in exequendo iuſta. Seraphim rñdent ſumme ſanctitati in quib. eſt amor ſanctus. Vnde clamant, ſanctus, ſanctus, ſanctus. Sapientiæ rñdent Cherubim, in quib. eſt plenitudo ſcientiæ. Stabilitati rñdent Throni, in quib. eſt ſedes alta, patula ad ſuſcipiendum. Secundo monarcha, vt eſt ſumma fortitudine præſidens, eſt authenticus in ſtatuendo leges, præualidus in miniſtrando vires. Inuictus, in ſuperando hoſtes, inſtituendo leges, hẽt ordinem dominationum, quarum eſt imperare, & formare imperium. In miniſtrando vires, ſic eſt ordo virtutum, quarum eſt miracula facere, & proſequi quod imperatum eſt. In ſuperãdo hoſtes, eſt ordo poteſtatum, quarum eſt omne inordinatum repellere, & omne ordinatũ promouere. Tertio monarcha, eſt ſumma dulcedine paſcens, ſumme ſtrenuus in manu ducendo, ſũme ſagax in erudiendo, ſumme ſedulus in cuſtodiẽdo. Primum eſt principatus, quorum eſt roborare. Secundum archangelorum, quorum eſt ſecreta reuelare. Tertium angelorum, quib. congruit ſedula cuſtoditio. Iſtę ſunt tres hierarchiæ, quas illuminat iſte Sol. Vñ tripliciter Sol exurens montes, iſti ſunt montes Bethel. Similis eſt dilectus meus capreæ hynnuloq; ceruorũ ſuper montes Bethel. Super iſtos montes iſte Sol immittit primas illuminationes. Alia eſt diſtinctio ſecũdum integritatẽ hierachicam, ad quam requiritur ſacra ptãs, vel ſacra ordinatio, ſciẽtia ſacra, vel operatio. Triplex .n.eſt genus vitæ in cęlo, & in terra. ſ. actuoſæ, & ocioſæ, & ex vtraq; permixtæ. Actuoſa rñdet operationi. Ocioſa, ſcientiæ. Permixta ordini. Iõ ſunt actiui, contẽplatiui, ex vtroq; permixti. Scientia rñdet ſupremæ hierarchiæ. Actio infimæ. Ordo ſiue ptãs mediæ, ſcientia aũt ſurſum actiua reducens in originem. Speculatiua, ſuſcipiens lumina. Diſcretiua ſiue ſeruatiua, decernens iudicia. Prima eſt in Seraphim, ſecunda in Cherubim, tertia in Thronis. Et quia ſciẽtia, vt eſt ſpeculatiua, cõuenit medio ordini, iõ tenuit nomen ſcientiæ, alii duo addunt ſurſum actionẽ, & diſcretionem, vel decorationem, iõ denominantur a ſuperadditis. Sciẽtia enim habet rationem ſpeculationis. Secundo de ſacra poteſtate, eſt triplex poteſtas, ſublimis, vniuerſalis, & triumphalis. Primę poteſtati, reſpondet ordo dominationũ. Secundæ ordo virtutum, Tertiæ, ordo poteſtatum. Et quia poteſtatis eſt proprie hoſtes ſuperare, ideo ordo poteſtatum retinuit ſibi nomen. Attenditur etiam diſtinctio, ſecundum actionem, quæ eſt in infima, in qua ſunt omnes ſpiritus, in miniſterium miſſi, quia ſupremi ab infimis nunquam recedunt. Vnde de Seraphim miſſo ad Iſaiam, mouet quæſtionem Dionyſius, & nõ ſoluit eam, magis tamen videtur ſentire, quod fuit Angelus alius, accipiens inflammationẽ ab Angelo iſtius ordinis, & ſic denominatur ab illo. Huius actionis triplex eſt actus, illuminare, perficere, purgare. Maior eſt perfectio quam illuminatio, & hæc maior, quam purgatio. Primum archangelis, ſecundum Angelis, tertiũ principatibus. Quarta diſtinctio eſt ſecundum aſpectus ſupercœleſtis monarchiæ, vel hierarchiæ. Et iſte eſt aſpectus ad ſupremam, ad infimam, ad ſeipſam, ſicut prælatus bene ordinatus, ſ. qui eſt ſubiectus ſuperiori, ordinatus reſpectu ſui, & tunc bene præſidet inferioribus. Lucifer non ſeruauit hunc ordinem, ideo de ordine eſt proiectus. Primo voluit præeſſe, & tamen plus tenebatur Deo quam ſibi. Iſte aſpectus eſt ſecundum rationẽ ſuſceptionis, ſpeculationis, vnitionis. Memoria ſuſcipit. Intelligentia ſpeculatur. Volũtas vnit. Per has vires, & nõ per alias, eſt cõuerſio ad Deũ. Plus autẽ eſt vniri, quam ſuſcipere, vel ſpeculari, ideo vnitioni ſ reſpondet Seraphim, ſpeculationi Cherubim, reſpondet Thronis ſuſceptio patula, tranquilla. Secundum rationem ordinis, vel aſpectus in ſeipſo, non eſt niſi ſecundum poteſtatem ordinatam, quantum ad tria. Aut imperat, quod eſt faciendum. Aut proſequitur imperatum. Aut defendit quod factum eſt, & in hoc aſſiſtunt ſibi ſpiritus, quia vnus imperat, alius proſequitur, alius defendit, ſicut in collegiis. Niſi ſit ordinata ſuſceptio, virtutum communicatio, communicantis defenſio, non eſt ordo. Primus eſt dominationum, ſecundus virtutum, tertius poteſtatum. Et dicit, quod non bene poſuerat in alio loco poteſtates, aut virtutes, nec bene tũc viderat. In aſpectu autem ad nos, ſic tria ab eis recipimus beneficia, quid agere, quid præeligere, quid proſequi. Quid agere, docent Angeli. Quid præeligere archangeli. Quid proſequi principatus. Ex verbis Dionyſii de angelica hierarchia. cap. 7. extrahitur, quod amor Seraphim eſt continuus, ſummè intẽſus, ſummè penetratiuus vſque ad cor, vſque ad intima, ex intimis autem procedens, & ponit proprietates ignis ſemper mobilis. Et loquitur iſto modo de igne large, vt extendatur ad quamlibet eſſentiam. Et in hoc ordinatur amor continuus, ſuperferuidus, ſcilicet intẽſus, ſuperacutus, ſcilicet penetratiuus. De Cherubim dicit, quod ſuſcipit copioſè, ſpeculatur præclarè, perfruitur iucundè illo lumine. De Thronis, quod ſedes eſt electa, quod eſt firma, ſtabilis, præclara, patula ad ſuſcipiendum lumen. Throni dicuntur a iudicãdo, qđ in illis ſedet Deus, quia diuiniſsimi ſunt, & rationabiliter manifeſtans cõſilium ſuum per iudicium. Conſilium enim occultum eſt, ſed manifeſtatur per iudicium, illis autem manifeſtat, conſilium ſuum. De dominationibus ſignat quandam excellentiam in quadã libertate, & cum his ſignat quandam præſidentiam, reſpectu animarum, & non appetitum habent inordinati dominii. De virtutibus enim virtus eſt vltimum de potentia, vnde non dicitur quæcunque potentia virtus, ſed quæ eſt vltimata, nec quæcunque res dr̃ virtuoſa, ſed quæ habet ſtabilitatem in durando, fortitudinem in reſiſtendo. Item quod ſit fortis, nunquam ſubiicibiliter infirmetur, influetur, quando Deus vult influere in eam, & in maxima eiectione, recipere illuminationes. Item quod habeat ſublimitatem, quod ſemper

Marginalia: Cõcordia hierarchiarum. — hierarchiarũ officia. — Eſai.6. — Eccleſ.43. — Can.1. — Alia diſtinctio. — Eſa.6. — Act' hierachici tres. — Nota ſententiã Dion. — Virtus eſt vltimũ de potentiæ.

per

per ad diuina feratur. De poteſtatibus, vt dominationũ imperare, virtutum proſequi, poteſtatum ordinare, vt nihil ſit contrarium, vnde dicit vim repulſiuam. Item principatus deducere, Archangelorum reuelare, Annunciare Angelorum.

*Sermo 22. de ſtatu eccleſiæ militantis qualiter in ſuis ordinibus eſt diſpoſita. Et ſupernę Hieruſalem comparatur.*

Apoc. 12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, &c. Apoc. Dictum eſt de conſideratione cœleſtis monarchiæ, quæ intelligitur per lucem ſolarem, vt eſt Sol vigens, fulgens, calens, ſecundum quòd conſurgunt in anima nouem lumina, ſecundum cõſiderationes diuinæ excellentiæ, diuinæ influentiæ, diuinæ præſidentiæ, & quomodo cœleſtis hierarchia ab illo Sole hierarchizatur propter conformitatem ad Solem, propter diſpoſitionem integritatis hierarchiæ, & propter multiformitatem aſpectuum. Reſtat ergo de Luna. Sicut enim anima contemplatiua eſt mulier bona amicta Sole, ita Luna eſt ſub pedibus eius, non ad conculcandum ſed ad ſtabiliendum, ſ. militans eccleſia. Philoſophi multa conſiderauerunt de Sole æterno, ſed nihil eis valuit, quia non fuit Luna ſub pedibus. Vnde ſicut luna eſt filia Solis, & recipit lumen ab eo, ſimiliter militans eccleſia à ſuperna Hieruſalem. Vnde dicit eã apoſtolus matrem noſtram, quia eſt mater influentiarum, quibus efficimur filij Dei. Cœleſtis hierarchia eſt illuſtratiua militantis eccleſiæ. Oportet ergo quòd eccleſia militãs habeat ordines correſpondentes hierarchiæ illuſtranti. Diſtinguuntur autem tripliciter. Vno modo ſecundum rationem proceſſuum. Alio modo ſecundum rationem aſcenſuum. Tertio modo ſecundum rationem exteriorum. Primò ergo ſecundum rationem proceſſuum, quia in tempore naſcitur & procedit. Non ſicut Angeli, qui ſubito creati ſunt, & ſimul firmati. Sicut enim Luna pl' & plus recipit lumen a Sole, quouſque veniat ad complementum, ſic eccleſia. Habet ergo tres ordines. ſ. fundamentales, qui reſpondent ſupremę hierarchię, promouentes, qui reſpondent mediæ. Confirmantes, qui reſpõdent infimæ. Fundamentales, ergo reſpondent ſupremę, quia in ſpiritualibus fundamenta ſunt altiſſima. In corporalibus verò, quia res deſcendunt ad infimum, ideo fundamentum eſt infimum. Sed in ſpiritualibus fundamentum eſt ſupremum, vnde & homo habet caput erectum ad cœlum, quod eſt ſicut radix. Vnde ſicut arboribus per radicem eſt deriuatio, & attractio ad ramos, ſic in homine, quicquid eſt in homine deriuatur à capite, licet aliud membrum ſit principalius, vt cor ſecundum philoſophum. Chriſtus autem, qui eſt caput habet locum ſupremum in hierarchia. Sunt ergo tres ordines, fundamentales reſpondentes patri, promouentes filio, conſumantes ſpiritui ſancto. Sunt ergo in eccleſia tres ordines fundamentales, ſ. ordo Prophetalis, Patriarchalis, Apoſtolicus, ait. Iam non eſtis hoſpites, & aduenę. Sequitur ſuper ædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, ſecundum carnem, & ſecũdum promiſſionem. Iſte ordo reſpondet patri, vt eſt in ſeipſo, prophetalis reſpondet patri, vt eſt in verbo. Apoſtolicus reſpondet patri, vt eſt in ſpiritu ſancto. Iſti Apoſtoli ſunt filij excuſſorũ. Sicut ſagittæ (inquit) in manu potentis, ita filij excuſſorum. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Ordo patriarchalis reſpondet Thronis. Ordo prophetalis reſpondet Cherubim. Ordo Apoſtolicus Seraphim. In Patriarchis fuit ſtabilitas fidei. In Prophetis limpiditas cognitionis. In Apoſtolis feruor charitatis. Si ergo genitura noui teſtamenti fuit à nobiliſſimo principio, debuit eſſe à nobiliſſimis principiãtibus. Et ideo Apoſtoli reſpondent Seraphim, quia Apoſtoli fuerunt conformes Chriſto, & ante illum ordo ſtabilis, ſcilicet Patriarchalis. Sũt autem tres ordines promotiui, per quos Eccleſia ſtabilitur. In ordinibus martyrum, virginum, & confeſſorum. Ordo martyrum reſpondet filio, vt eſt in Patre, quia in Martyribus fuit maxima potentia. Ordo confeſſorum reſpondet filio, vt eſt in ſemetipſo, ſcilicet ratione doctrinæ. Ordo virginum reſpondet filio, vt eſt in ſpiritu ſancto. Per viros iſtos dilatata eſt Eccleſia, in qua ſunt exempla virtutis. In ordine martyrum documenta veritatis. In ordine confeſſorum, priuilegia ſanctitatis fulgent, in ordine virginum, priuilegia caſtitatis. Per virgines intelliguntur non ſolum paſſæ pro Chriſto, ſed omnes, quæ zelo caſtitatis ſequeſtrauerunt ſe à mundo, vt Hylarion, Paulus primus heremita. Martyres reſpondent dominationibus, confeſſores virtutibus, virgines poteſtatibus, vbi remouetur omnis deordinatio. In martyribus Eccleſia aliquando fuit obſcurata, quia luna apparuit ſicut ſanguis, ſed reparata eſt, & redijt ad maiorem dilatationem. Vnde per ſanguinem Martyrum dilatata eſt Eccleſia. Sub tempore confeſſorum per hæreticos impugnata eſt, ſed poſt hæreſis deſtructa eſt in concilijs, & magis eſt Eccleſiæ fides explicata. Sub tempore virginum, quando homines ad Chriſtum conuertebantur, magis eſt illuminata. Excitauit enim ſpirituſſanctus mentes quorundam, vt caſtitatem amarent, & ſeruarent. Tertiò eſt ordo conſummantium, & ſunt tres ſcilicet præſidentium, magiſtratuum, regulantium. Ordo præſidentium, reſpondet ſpiritui ſancto, vt eſt in Patre. Ordo magiſtratuum, reſpondet eidem, vt eſt in filio. Ordo regulantium, reſpondet eidem, vt eſt in ſeipſo. Primò Eccleſia fuit fundata, in primis tribus. Secundò in tribus medijs creuit. Tertio oportet, quòd ſit ordinata in tota ſua vniuerſitate, & compleatur per ſpiritum ſanctum. Sunt ergo in Eccleſia præſidentes, & ſubditi, docentes, & diſciplinati, regulantes, & regulati. Et intelligo magiſtros ſiue docentes, vel philoſophiam, vel ius, vel theologiam, vel ciuilitatem, vel quicquid ſit, per quod promoueatur Eccleſia ſub ordine præſidentium, intelliguntur prælati, cuiuſcunque auctoritatis. Per ordinem regulantium, & regulatorum compræhenditur vita monaſtica, & iſti ſunt vltimi, quia oportet mundum conſummari in caſtitate, quia vltimi non generabunt. Conſiſtit ergo in hoc conſummatio eccleſiæ, vt regatur ſecundum rationem prælationis, ſecundum rationem illuſtrationis, ſecundum rationem à carne abſtractionis. Ordo præſidentium reſpondet principatibus. Ordo magiſtratuum reſpondet Archangelis. Ordo regularium, Angelis, qui habent officium humilitatis. Debent enim plus eſſe ſubiecti regulares, quàm diſcipuli magiſtro, quàm ſubiecti præſidenti, quia ſic decet nos implere omnem iuſtitiam. Vnde ille, qui magis eſt humilis, maior eſt apud Deum. Alia eſt diſtinctio ſecundum rationem aſcenſuum, & graduum Eccleſiæ. Oportet autem eam ordinari, tribus ordinibus lapidum. Sunt autem gradus purgatiui, illuminatiui, perfectiui. Purgatio autem triplex eſt. Purgatur homo à conſortio fœdorum, à nubilo ignorantiarum, ab infeſtatione demonum. His reſpondet ordo hoſtiariorum, lectorum, exorciſtarum. Ordo hoſtiariorum, vt excludantur immundi, excommunicati, energumeni, cathecumeni, & non fundati in fide. Et iſta fiebant in Eccleſia primitiua, quando Eccleſia optime erat diſpoſita, ſed modo porcus, & canis intrat. Ordo lectorum eſt, vt purgetur à nubilo ignorantiarum per auditum lectionis, vt homo ſciat hiſtoriam eorum, quæ leguntur, & ſic informetur. Vnde etiam in primitiua Eccleſia, quia tunc quaſi omnes erant literati, legebatur eis lectio.

Eccleſia militãs eſt filia triumphantis.

Fundamẽtum in ſpiritualibus.

Eph. 2.

Pſal. 126.

Noui teſt. genitura.

Qui p virgines intelligantur in Eccleſia.

Tres gradus in Eccleſia, purgatiuus, illuminatiuus, perfectiuus.

Tertia purgatio, ab infeſtationibus demonum, per ordinem exorciſtarum. Ordo primus reſpondet Angelis, ſecundus Archangelis, tertius principatibus. Item eſt ordo graduum, ad illuminandum, per ordinem acolytorum, ſubdiaconorum, leuitarum. Acolytorum eſt ferre lumina, ſubdiaconorum legere Epiſtolam Pauli, diaconorum legere Euangelium. Omnes enim miniſtrant vaſa, ſed diuerſimode, quia acolytus ampullam, ſubdiaconus parat calicem, diaconus offert. Vnde etiam aliquando miniſtrauit ſanguinem, quando miniſtrabatur ſanguis alijs. Sunt ergo iſti ordines illuminatiui. Illuſtratio autem quædam eſt per exempla exteriora, quædam per documenta mediocria, quædam per documenta ſuprema. Primi portant cereos, vt acolyti. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ

Lucę 12.

ardentes. Secundi illuminant, & verbo, & exemplo, vt ſuis ſinceris, inter vos lucentes, ſicut luminaria in mundo, verba vitæ continentes, vt ſubdiaconi, qui continent verbum epiſtolarum, Sed per documenta altiſſima, ſententiæ Euangeliorum, & ſic diaconi. Vnde etiam ſolebant prædicare, vt Stephanus, Laurentius, Vincentius. Vnde dicit Angelus ad paſtores ait. Annuncio vobis gaudium magnum, & cæt. Ille Angelus eſt diaconus. Ordo acolytorum, reſpon-

Luc. 2.

det Poteſtatibus, ordo ſubdiaconorum, Virtutibus, ordo diaconorum dominationibus. Eſt autem ordo perfectiuus, & ille eſt triplex. Sacerdotum, Epiſcopalis, & Patriarchalis. Conſummatio enim eſt ſecundum triplicem modum. Vna eſt in adminiſtratione communi ſacramentorum, ſine quibus non eſt ſalus, vt baptiſmo, pœnitentia, euchariſtia, vnctione extrema. Primum eſt via, per quam introducitur homo in eccleſiam. Secundum per quod homo reducitur in gradum priſtinum. Tertium per quod homo introducitur in cœlum. Primum eſt ad deletionem originalis. Secundum ad deletionem mortalis. Tertium ad deletionem omnis venialis, & quia in his non eſt perfectio niſi in Chriſto, ideo ſacramentum euchariſtiæ committitur ſacerdoti ſpecialiter. Secunda eſt in adminiſtratione ordinum priuilegiatorum, vt ſacri ordinis, & confirmationis. Hæc eſt Epiſcoporum non aliorum, qui ſunt ſacerdotibus perfectiores, non in ipſis debet eſſe altior perfectio ad dandum ſpiritum ſanctum, qui non niſi per Apoſtolos dabatur, ideo etiā locum tenent Apoſtolorum, ſuper Apoſtolos autem eſt Chriſtus, & poſt Petrus. Oportet ergo eſſe patrem

Sūmi pontificis ī Eccleſia dignitas.

patrum, quem nos Papam vocamus, qui tamen propter humilitatem quatuor habet patriarchas, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Hieroſolymitanum, Antiochenum. Et de his loquitur Eſaias. Erant quin-

Iſa. 19.

que ciuitates loquentes lingua Cananea. Roma autem vniuerſalis eſt. Ideo ciuitas ſolis vocabitur vna. Quia & ſi aliæ quatuor ſedes, plenam auctoritatem habent ſuper eccleſijs partialibus, illis tamen Roma vniuerſaliter, ſicut ſol, habet plenitudinem poteſtatis. Et ſecundum hoc ſunt tres ordines, non quidem propter noui caracteris impreſſionem, quia vltra ſacerdotium non eſt gradus, ſed propter eminētiam, & poteſtatem.

Hoc dicit ſecundum vnam opinionem.

Primus reſpondet thronis, ſecundus Cherubim, tertius Seraphim. Quia oportet Epiſcopum eſſe amplectētem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem. Papa autem debet eſſe perfectiſſimus inter omnes. Si autem ſic ordinatio eſſet interius, ſicut exterius, tunc optimè eſſet. Tertia ordinatio eſt ſecundum rationem exercitiorum, quæ ſunt tria, ſcilicet actuoſum, ocioſum, & ex vtroque permixtum, vita actiua, vita contemplatiua, & ex vtroq; permixta. Et licet ordo prælatorum ſecundum ordinem aſcenſuum ponatur in ſummo, tamen ſecundum iſtum proceſſum ponitur in medio, ex quo permixtus eſt, ergo ordo actiuorum in infimo. Ordo prælatorum in medio. Ordo contemplatiuorum in ſummo. Ordo actiuorum reſpondet patri, cui competit productio. Ordo prælatorum filio. Ordo contemplatiuorum ſpiritui ſancto. Quia in eccleſia ſunt tres ordines, ſcilicet Monaſticus qui eſt productus tantum. Laicus qui eſt producens tantum. Clericalis qui eſt productus, & producens. Nam ex laico fit clericus, & non econuerſo, ſi iam habet ordinem ſacrum, nec aliquo modo fieri debet. Ex clerico fit religioſus, & non econuerſo. In ordine laicorum eſt triplex ordo, ſcilicet ſacrarum plebium, ſacrorum conſulum, ſacrorum principum. Reſtituam

Iſa. 1.

(inquit) iudices tuos ſicut a principio. Boni enim principes habent bonos conſiliarios. Et boni conſules, habent bonas plebes, quia erudiunt illas. Econtrà, mali principes habent malos conſiliarios, & per conſequens male inſtruunt plebes. Malæ plebes eligunt malos principes. Primus ordo, ſcilicet plebium, reſpondet angelis. Ordo conſulum Archangelis. Ordo principum principatibus. Modo autem non eſt ita, ſicut quando Conſtantinus regnabat. Qualis conſiliarius fuit Ambroſius, qui adhuc Sarracenus, ſcilicet cathecuminus virgo fuit. Sed modo principes ſunt ſocij furum, & conſiliarij in munere conſulunt. Secundus ordo clericalis actiuus, & contemplatiuus, qui & paſcere debet, & contemplari, vt ſit medium inter Deum & plebem. Omnis enim pontifex ex hominibus aſſumptus, &c. Et hi

Heb. 5.

ſunt tres ordines, miniſtrabilis ſcilicet, ſacerdotalis, pontificalis. Ad hos reducuntur omnes, quia omnes aut ſunt miniſtrantes, & ſunt primi ſex, aut ſunt ſanctificantes per verba, aut ſunt regentes per eminentiam. Primus ordo, ſcilicet miniſtrabilis reſpondet ptātibus. Ordo ſacerdotalis, in quo eſt efficacia ſacri, eſt ordo virtutum. Ordo pontificum reſpondet dominationi, qui habet iubere. In ordine contemplatiuorum, ſunt

Tres ordines contēplatiuorū.

tres ordines, reſpondentes ſupremæ hierarchiæ, quorum eſt diuinis vacare tripliciter, quidam per modum ſuppliciatorium, quidam per modum ſpeculatiuum, quidam per modum ſurſum actiuum. Primo modo ſunt illi, qui ſe totos dedicant orationi, & deuotioni, & diuinæ laudi, niſi aliquando quando intendunt operi manuali, ſeu labori, ad ſuſtentationem ſuam, & aliorum, vt ſunt ordo monaſticus, ſiue albus ſine niger, vt Ciſtercien. Premonſtraten. Cartuſien. Grandimotur. Canonici regulares. Omnibus iſtis datæ ſunt poſſeſſiones, vt orent pro illis, qui dederunt. Huic reſpondent Throni. Secundi ſunt illi, qui intendunt per modum ſpeculatorum, vt illi, qui vacant ſpeculationi ſcripturæ, quæ non intelligitur, niſi ab animis mundis. No-

Exo. 19. & Deuter. 5.

ta quia non poteſt noſſe verba Pauli, niſi habeat ſpiritum Pauli. Ideo neceſſe eſt, vt ſit ſequeſtratus in deſerto cum Moyſe, & aſcendat in montem. Huic reſpondet Cherubim. Hi ſunt prædicatores, & minores. Alij principaliter intendunt ſpeculationi, à quo etiam nomen acceperunt, & poſtea vnctioni. Alij principaliter vnctioni, & poſtea ſpeculationi, & vtinam amor, vel vnctio non recedat à Cherubim. Et addebat, quòd Beatus Franciſcus dixerat, quòd volebat, quòd fratres ſui ſtuderent, dummodo facerent prius quàm docerent. Multa enim ſcire, & non guſtare quid valet? Tertius ordo eſt vacantium Deo, per

Tertius ordo Seraphicus.

modum ſurſum actiuum, ſcilicet excedentium. Et dicebat. Quis enim iſte eſt? Iſte eſt ordo ſeraphicus. De iſto videtur fuiſſe Franciſcus, & dicebat, quòd antequàm habuerat habitum, raptus fuit, & inuentus eſt iuxta quandam ſepem. Hic enim eſt maxima difficultas, ſcilicet in ſurſum actione, quia totū corpus eneruatur, & niſi eſſet aliqua conſolatio, ſpiritus non ſuſtineret. Et in his conſumabitur eccleſia. Quis autem iſte ordo ſit futurus, vel iam ſit, non eſt faci-

le ſci-

le ſcire. Primus ordo reſpondet Thronis. Secundus Cherubim. Tertius Seraphin. Et iſti ſunt proquinqui Hieruſalem, & non habent niſi euolare. Iſte ordo non florebit, niſi Chriſtus appareat, & patiatur in corpore ſuo myſtico. Et dicebat, quòd illa apparitio Seraphim beato Franciſco, quæ fuit expreſſa, & impreſſa, oſtendebat quòd iſte ordo illi reſpondere debebat, ſed tamen ad hoc venire per tribulationes. Et in illa apparitione magna myſteria erunt. Sic ergo diſtinguuntur illi ordines, ſecundum maiorem, & minorem perfectionem, comparati ſecundum ſtatus, non ſecundum perſonas, quia vna perſona laica aliquando perfectior eſt, quàm religioſa. Sequitur de luce ſtellari, per quam anima hierarchica intelligitur. Neceſſe eſt enim, vt anima quæ eſt hierarchica habeat tres correſpondentes ſupernæ Hieruſalem. Grandis res eſt, anima poteſt deſcribi totus orbis. Pulchra dicitur, ſicut Hieruſalem, quia aſſimilatur Hieruſalem per diſpoſitionem graduum hierarchicorum. Diſponuntur autem in anima gradus tripliciter ſecundum aſcenſum, ſecundum deſcenſum, & ſecundum regreſſum in Deum, vt lex diuina, & tunc anima videt Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes per ſcalam, vt vidit Iacob, & in mente ſua. Abbas Vercellen. aſſignauit tres gradus, ſcilicet naturæ, induſtriæ, & gratiæ. Sed non videtur quòd aliquo modo per naturam anima poſſit hierarchizari. Ideo nos debemus attribuere induſtriæ cum natura, induſtriæ cum gratia, & gratiæ ſuper naturam, & induſtriam. Tres autem ſunt gradus induſtriæ cum natura, ſiue actu, ſcilicet nunciatio, dictatio, ductio. Nunciatio reſpondet Angelis. Dictatio archangelis. Ductio principatibus. Induſtria enim primo percipit quod quilibet ſenſus nunciat. Viſus, & auditus multa nunciauerunt, ſed auditus plura, vt illa quæ Romæ fiunt, guſtus odoratus, & tactus non vadunt longe, & ideo tardi ſunt. Cauere autem debet induſtria, vt non permittat omnem nuncium intrare, vt mulieres videre. Induſtria enim debet diſcernere inter nunciata, vtrum ſint reſpuenda, vel eligenda. Deinde neceſſe eſt deliberatio, quæ eſt dictatio vtrum liceat, & ſi liceat, vtrum deceat, & ſi deceat, vtrum expediat. Nil enim expedit, niſi liceat, & deceat. Deinde neceſſaria eſt ductio, vt proſequatur. Proſequi autem eſt aſſumere in facultatem voluntatis, & eſt principatuum. Multi enim ſunt Angeli, & Archangeli, ſcilicet perſpicientes, & deliberantes quid expedit, ſed non ſunt proſequentes, vt principatus. ¶ Secundus eſt gradus induſtriæ cum gratia. Et ſunt tres actus. Primus vt propter Deum fiat quod deliberatum eſt. Vnde prima ordinatio eſt in Deum, quę eſt poteſtatum, ſcilicet in finem ordinare, & quicquid deordinatum eſt remouere, & non eſt difficile, ideo neceſſaria eſt roboratio, quæ eſt virtutum, & quia in fine ordinare eſt difficile, & roborare, ideo ſequitur imperatio, quæ eſt dominationũ. Tertia hierarchizatio eſt gratiæ ſuper naturam, & induſtriam, quando ſcilicet ſuper ſe anima eleuata eſt, & deſerta, & ſuſcipit diuinas illuminationes, & ſupra ſe ſpeculatur, quod ſibi datum eſt, & ex hoc ſurgit in diuina, ſiue ſurſum agitur. Iſta tria ſunt ſuſceptio, reuelatio, vnio, vltra quam non procedit mens. Et in iſtis conſiſtit canticorum totum. ſ. caſtis ſuſceptionibus, caſtioribus ſpeculationibus, caſtiſſimis vnitionibus, & tunc poterit dicere illud Cantic. Oſculetur me oſculo oris ſui. Suſceptio reſpondet thronis, reuelatio Cherubim, vnio Seraphim. Et hæc hierarchia eſt ſecundum aſcenſum.

Anima hierarchica qualis eſt.

Can. 6.

Tres gradus in anima.

Gen. 28.

Tres gradus induſtriæ.

Can. 2.

Item eſt hierarchia animæ ſecundum modum deſcendendi. Oportet enim, vt vnguentum capitis hierarchiæ ſupernæ cadat in barbam in mediam hierarchiam & in veſtimenta, in infimam. Hæc autem fit ſecundum virtutes animæ, quę ſunt tres ſecundum Dionyſium, ſcilicet ſuſceptiuæ, cuſtoditiuæ, diſtributiuæ, vt copioſe ſuſcipiat, ſtudioſe cuſtodiat, liberaliter refundat. Vnde Gratis accepiſtis gratis date. Ad hoc autem, quod anima recipiat illa lumina, requiritur viuacitas deſiderij, perſpicacitas ſcrutunij, tranquilitas iudicij. Non enim eſt contemplatiua anima ſine deſiderio innato, & viuaci. Qui hoc non habet, nil de contemplatione habet, quia origo luminum eſt à ſummis ad infima, non econuerſo. ¶ Primus reſpendet, Seraphim, qui eſt ardens, ſicut ignis. Vnde ignis maximam figuram habet in ſcripturis. Ad iſtum ignem ardentem in vertice montis aſcendit Moyſes, & tamen illum ignem prius vidit in pede montis. Non enim Moyſes deſcenderet ad erudiendum populum, niſi prius ad ignem aſcendiſſet. Deſiderium ergo diſponit animam ad ſuſcipiendum lumen. Secundo oportet, quod anima perſpicaciter aduertat, vel percipiat, quę data ſunt ſibi à Deo, & vt non habeat fantaſmata, vel occupationes quin poſſit occupari, vel ferri in illa lumina, & illud reſpondet Cherubim. Tertium eſt, quod habeat tranquillitatem iudicij, quia dona Dei non debent in vacuum recipere, vt nõ peruertatur iudicium in aliqua paſſione, quia ſi amo, iudicium peruertitur, ſi odio, ſimiliter ſi ſpero, & ſic de alijs paſſionibus, & hoc reſpondet thronis. Ex his ſequitur auctoritas imperij, Ex quo enim deſiderio ſuſcipit, & illud perſpicaciter percipit, & tranquille faciendum iudicat, & ex quo Deus vult, tunc anima imperat fieri, & reſpondet dominationib. Sed imperare parum valet, niſi faciat, ideo oportet, quod ſit virilitas propoſiti exercitati, quod reſpondet virtutibus, vt propter nullam tribulationem dimittat bonum, quod ſcit Deum velle. Poſt quod venit nobilitas triumphi propter impedimenta, quæ occurrunt, poſtquam recipitur aliquid a Deo, & illud reſpondet poteſtatibus, ſcilicet de omnibus triumphare. Hæc tria faciunt mediam hierarchiam animę. Tertium eſt cuſtodita diſtributio, & in hoc ſunt tria, vel tripliciter contingit, ſcilicet per claritatem exempli, per veritatem eloquij, per humilitatem obſequij. Sic debemus vitam dare proximo, ſcilicet per exempla, ſcientiam, & ſubſtantiam. Præclaritas exempli reſpondet principatibus, quorum eſt ducere. Veritas eloquij Archangelis. Humilitas obſequij Angelis. Sic ergo eſt conſummatio, in humilitate ſecundum deſcenſum. Et inceptio in charitate, aſcendendo econtrario. Sic ergo deſcendere incipimus à viuacitate deſiderij ad humilitatem obſequij. Vnde Chriſtus venit ad humilitatem obſequij noſtri. Sicut ergo anima habet angelos aſcendentes, ſic debet habere deſcendentes. Vnde Ioann. dicit. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo. Tertio modo, modus diſtinguendi in anima ſecundum regreſſum, eſt ſecundum triplicem gradum contemplationis. Gregorius ſuper Ezechielem, ponit tres gradus. Aut. n. quod venit in conſiderationem noſtram eſt extra nos, aut intra nos, aut ſupra nos. Vnde Deus contemplatur, aut in his quæ ſunt intra nos, aut extra nos, aut ſupra nos ſecundum tres potentias, ſcilicet interiores, exteriores, ſuperiores, ſiue amprehenſiuas, amatiuas, operatiuas. Et ſecundum philoſophum omnis anima rationalis tres habet operationes, ſcilicet animalem ab extra, intellectualem ab intra, diuinam ad ſupra. Oportet ergo, quòd anima habeat hierarchiam ſecundum has potentias, ſcilicet primo ſecundum virtutes exteriores. Circa quas ſunt tria, ſcilicet diſcreta perluſtratio, diſcreta prælectio, diſcreta proſecutio. Primò ergo debet eſſe diſcreta perluſtratio, vt diſcrete conſideretur mundus ab anima. Nã in anima eſt ſicut quædam manus ſcribens. Senſus. n. percipit exteriora, & ſenſus communis, & deinde imaginatio, & ratio conſiderat, & ponit in memoria. Oportet

Matth. 1.

Qualis det eſſe anima.

Exo. 19.

auctoritas imperij in anima.

Quę debemus proximo ex charitate.

Ioan. 3.

Gregorius

Tres operationes animæ iuxta philoſophum.

ergo, quòd ſit magna diſcretio ad cuſtodiendam domũ
ne omnes intrent ad has vires, & nihil nuncietur Regi,
& Reginæ, quod ſit inutile. Latro.n.introduci non debet coram Rege niſi forte, vt condemnetur. Eua.n.miſera, & captiua introduxit eloquium ſerpentis, ꝗ dubitauit, & iſto eloquio hodie multi corrumpuntur, nil ergo
Apo. 22. go debet intrare per portas immundum. Foras canes,
& venefici, & impudici. Secundum eſt diſcreta prælectio, ex quo apparet, quòd ſi quid percipitur, reſtat, vt bonũ, vel melius præligatur, quia in bonis eſt electio ordinata, non.n.primũ manducandum quàm celebrandum. Et hoc reſpondet Archangelis. Et diſcreta perluſtratio conuenit angelis, poſtea ſequitur iudicium, & iſtud eſt principatus, quod eſt in proſecutione. Ex quo bonum percipit, & prælegit faciendum bonum, ſequi debet iudicium ad proſequendum. Hæc autem omnia operatur gratia, non induſtria ſola ſiue natura, vt dice-
2. hierarchizatio. batur primo. Secunda hierarchizatio mentis eſt ad potẽtias interiores, quod eſt magis difficile quam primũ. Hæc autem conſiſtit in tribus, quæ ſunt Diſcreta caſtigatio, Diſcreta confortatio, Diſcreta conuocatio, quæ interius hierarchicam faciunt animam. Primò quòd caſtigetur radices paſſionum, & amputetur, & auertetur contrariæ poteſtates. Venit enim princeps mũdi huius,
Ioan. 14. & in me nõ habet quicquam. Quamdiu.n.paſſiones illæ dominantur homini, Diabolus habet de ſuo in ho-
Triplex libido penitus eradicãda ab aïa. mine. Ad hoc autem faciendum neceſſe eſt, vt eradicet triplex libido, ſ. libido principiandi, libido delectãdi, & libido poſſidendi. Quia hæc triplex libido inducit diabolum in animam. Hæc autem hierarchia reſpõdet poteſtatibus. Nõ poteſt autem anima poteſtatiua eſſe, quã
Tres virtutes oppoſitæ. diu diabolus habet ius ſuum in anima. Oportet ergo, vt homo habeat tria oppoſita, vt homo ſit ſubiectus, caſtus & pauper, & ſic amputantur radices paſſionum, cum tempus putationis aduenit, quia qualibet die pullulãt. Secunda eſt diſcreta confortatio. Sicut.n.triplex libido facit pronitatem ad malum, ſic triplex infirmitas facit difficultatem ad bonum. Hæc autem eſt infirmitas
diſcreta cõuocatio. ſ. negligentiæ, impacientiæ, diffidentiæ. Quidam ita ſũt negligentes, vt durum ſit eis facere bonum. Secundi, vt cito ſint impatientes. Tertij, vt ſi ambo habent, tamen diffidunt. Oportet ergo per mentis violentiam, tollerãtiã, confidentiam, animã reformari. & huic reſpondet ordo virtutum. Sequitur diſcreta conuocatio, quando mens eſt ordinata, ſicut Eccleſia, quando habet poteſtatem ſupra ſe, tunc eſt templum Dei, quando dominatur, & imperat omnibus viribus, tunc reſpõdet eius hierarchia dominationibus, quando virtutes vocãtur ad opera ſua, & dicet huic fac tu hoc, & illi, fac tu illud. Ad hoc autem faciendũ neceſſe eſt, vt dominetur appetitibus, fantaſmatibus, & occupationibus. & tũc eſt anima domina ſui, quando concupiſcibili aufertur concupiſcẽtia triplex. Iraſcibili aufertur infirmitas triplex. Rationali aufertur error triplex, tunc anima habet imperium in regno ſuo, & tunc non expellitur extra domum ſuã, quando illæ paſſiones ſunt amputatæ, & in tali anima
Semina dæmonis. Deus habitat, non in furioſa concupiſcentia, &c. Diabolus libenter imprimit, quod in ſe habet, quæ ſunt furor, error, amens cõcupiſcentia, fantaſia proterua. Sequitur qualiter anima hierarchizatur, quantum ad virtutes ſu-
triplex aïæ eleuatæ operatio. periores. Quando enim anima facit quod poteſt, tunc gratia facile leuat animam, & Deus ibi operatur, & fit digna ſuperna admiſſio, digna inſpectio, digna inductio. Digna admiſſio diuinorum, reſpondet thronis. Et
Thren. 2. ita intelligitur illud quod loquitur in Threnor. Conſurge in principio vigiliarum, effunde ſicut aquam cor
Pſalm. 73. tuum, ſcilicet, cor pone ante Deum. Pſalmiſta. Domine ante te omne deſiderium meum, &cæt. Et poſt quando
Iſa. 60. eleuatur non debet eſſe ocioſa, & debet circunſpicere. Vnde in Iſa. dicitur Hieruſalem conſurge, & ſta in ex-
celſo, & tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Tunc.n.debet anima eſſe fixa, & ſtans, ex
pectare. Poſt ſequitur digna inductio, quando facta eſt Can. 6.
diuina admiſſio, & facta proſtratio tũc rapitur in Deũ ſiue in dilectũ. Vnde dicitur. Leua eius ſub capite meo
& dextera illius amplexabitur me. Ego dilecto meo, & 1. Corin. 2.
dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia, quia iã ſenſit vnctionem, & vnus ſpiritus eſt cum Deo, Vnde dicitur. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt, & hoc eſt ſu-
premum in anima, quod animam facit eſſe in cœlo. Et Apoc. 12.
iſtis per ordinem reſpondent ordines ſupremæ hierarchiæ. Et ſic eſt anima mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim ſtellarũ, quia eſt plena luminibus, & nunquam oculum diuertit à lumine. Ideo anima habet duodecim materias, ſicut duodecim lumina, circa quæ ſemper moueatur velut in quodam circulo, ſicut ſol percutit duodecim conſtellationes. ſ. per duodecim ſigna, & nunquam exit. Hę autem conſiderationes ornant animam, ideo ſunt ſicut cornua, quæ ſunt. Cõſideratio corporalium naturarũ, ſpiritualium ſubſtãtiarum, intellectualium ſcientiarũ, affectualium virtutum, inſtitutarum diuinitus legum, infuſarum diuinitus gratiarum, irreuocabiliũ iudiciorum, incompræhenſibilium miſericordiarum, remunerabilium meritorum, præmiantium præmiorum, temporalium decurſuum, æternalium rationum. Debet anima contemplatiua verſari ſemper in aliquo iſtorum lu-
minum, ſicut ſol ſemper eſt in aliquo ſignorum. Et no- Eclipſis lunæ quid.
ta, quod luna patitur eclypſim in capite, vel cauda draconis. Sunt autem duæ interſectiones in celo ſuper eclipticam, per quam tranſit luna, quæ vocantur caput, & cauda draconis. Draco vocatur propter circulum, quaſi tenens caudam in ore. Illa interſectio, quæ eſt verſus aquilonẽ, vocatur caput, quia ſol magis lędit nos quando eſt ibi, quia magis ibi diametraliter vrit nos, ſicut draco capite. Cauda autem eſt verſus meridiem, & minus lædit nos ſol, quando eſt in parte illa, quia magis à
nobis elongatur. Et quando ſol in vna parte eſt, & luna Duplex caſus cõtemplatiuorũ.
in puncto alio, ſibi opponitur, vt in plenilunio, tunc luna eclipſatur. Similiter vir cõtemplatiuus eclipſatur dupliciter, & cadit turpiter, & multũ periculoſe, eo quod non reſurgit, nec mirum, quia de alto cadit. Cadit enim per errorem, & per præſumptionem. Videt.n.ſe illuminatum, & præſumitur, & fit Luciferianus, & cadit a luce in tenebras Cadit ſimiliter per errorem æſtimationis, quæ oritur ex preſumptione, quando credit ſe habere omnia per reuelationem, ſemper tamen debet eſſe regulata reuelatio. Vnde dicebat, quod multi decipiuntur, qui credunt ſe habere omnia per reuelationem. Vnde in illa viſione, & apparitione, quæ eſt regula omnium apparitionum Domini in monte apparuit Chriſtus, Moſes, & Helias, vt nihil credatur verum vel reuelatum, niſi quod conſonet Legi, Prophetis, & Euangelio. Debet ergo contemplatiuus eſſe humilis, & circunſpectus, vt non ad caput draconis veniat per præſumptionem, vel in cauda inuoluatur per errorem. Hæc mulier, ſcilicet anima hierarchica, videt duas viſiones, ſcilicet Archam & ciuitatem.

*Sermo 23. Quod anima contemplatiua debet conſiderare Eccleſiam militantem, deſcendentem, & aſcendentem.*

FEcit Deus duo magna luminaria, &cæter. Dictum eſt, quomodo anima hierarchizatur in con- Gen. 1.
ſideratione lucis ſolaris, ſecundũ, ꝗ ſol eſt vigẽs, Epilogus dictorum.
ſplendens, calẽs. Pater, & filius, & ſpũſanctus, eſt origo oĩum illuminationũ, vel irradiationũ, in rõne exiſtẽtiæ & ex-

& excellentiæ influentiæ, præſidentiæ, & quòd illa aſſimilatur ſoli ſecundum conformitatem, & propter integritatem hierarchicæ diſpoſitionis, & propter triformem aſpectum. Et ſunt ſex conſiderationes hierarchiæ. In conſideratione militantis Eccleſiæ, in qua eſt diſtinctio ſecundum proceſſus, aſcenſus, & exercitiorum. Et ſic conſideratur Eccleſia, & non aliter, in qua eſt vnum caput, & vnum corpus, vnus cibus. De qua Paulus loquitur, qui multum exercitatus erat in ea conſideratione. Similiter Pſalterium multum loquitur de hac, & aliquando in perſona talis, modo in perſona alterius. Vnde Pſalmiſta. Dominus regnauit decorem indutus eſt. Tangit caput Eccleſiæ, & quatuor ordines eius. Poſtea dictum eſt, quomodo anima hierarchizatur in contemplatione ſui, ſecundum aſcenſum, & deſcenſum. Et quando anima habet hæc, ſunt, & fiunt in ea mirabiles theoriæ. Habet enim duodecim nouenarios, tres exemplares in ſole, tres exemplatas in cœleſti hierarchia, & tres ſunt ſub cœleſti, & tres in ſeipſa. Quæ ſunt duodecim illuminationes, quibus adduntur duodecim conſiderationes, quaſi duodecim ſtellæ, ſcilicet corporalium naturarum, & cætera. ita quòd ſemper anima ſit in lumine, quia ſi non poteſt ſtare in vno, ſtet in alio, & in vltima eſt quies, ſcilicet in ratione exemplaris in patria. Hæc autem non ſunt ſimul in via, ſed in patria, vno aſpectu videbuntur omnia. Sunt autem literæ iſtæ duodecim conſiderationes, & habet ramos infinitos, de quibus fieret liber magnus. Si autem ducantur duodecim, per duodecim, erunt 144. numerus ſcilicet ciuitatis Hieruſalē. Anima enim ſic hierarchizata, eſt ciuitas, in qua Deus habitat, & videtur. De qua Ioannes dicit. Suſtulit me in ſpiritu, & vidi ciuitatem. Et ibidem dicit, quòd menſus eſt duodecim milia ſtadiorum. Et poſt, quòd longitudo, & latitudo, & altitudo æqualia ſunt, & menſura murorum centum quadragintaquatuor cubitorum, quomodo poteſt hoc eſſe? Vide illud quod dictum eſt in fine Apocalip. Circa medium autem dictum eſt. Vidi ſupra montem Sion agnum ſtantem, & cum eo centum quadragintaquatuor milia, habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. In apertione autem ſexti ſigilli dictū eſt in Apocalip. Vidi alterum Angelum aſcendentem in ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui, & clamauit quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari, dicens. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quouſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. Et audiui numerum ſignatorum, centum quadragintaquatuor milia ſignati ex omni tribu filiorum Iſrael. Ex tribu Iuda, duodecim milia ſignati, & cætera. Tribus autem Dan, non ponitur, ſed Manaſſes ponitur pro Dan, & Ioſeph, pro Effraim. In Deuteronomio non ponitur Simeon. Primò ergo ponit ſignatos, qui erant ſupra montem Sion, & poſt quòd Angelus vnus debet effundere phialas, & oportet, quòd ſint ſex, poſt oſtēdit ciuitatem, cuius menſura centumquadragintaquatuor cubitorum erat. Circa principium Apocal. dicitur, ſexto Angelo Philadelphiæ. Qui vicerit faciem illum columnam in templo meo, & ſcribam ſuper eum nomen meum, & nomen ciuitatis nouæ Hieruſalem, & de qua locutus non fuit, niſi in fine. Sex ſunt tempora, quorum ſextum tempus habet ſex tempora, cum quiete. Et ſicut Chriſtus in ſexto tempore venit, ita oportet, quòd in fine generetur eccleſia contemplatiua. Eccleſia enim contemplatiua, & anima non differunt, niſi quòd anima totum habet in ſe, quod Eccleſia in multis. Quælibet enim anima contemplatiua habet quandam perfectionem, vt videat viſiones Dei. Suſtollitur autem, vt videat Hieruſalem, tripliciter. In cœlo conſiſtentem. De cœlo deſcendentem, Ad cœlum conſcendentem. Aliter non eſt anima contemplatiua. De primo dicitur. Surge illuminare Hieruſalem, & poſt. Non occidet tibi amplius ſol ad ducendum, & ſplendor lunæ non illuſtrabit te, ſed erit Deus tuus tibi in lucem ſempiternam. Quando enim anima leuatur per influxum ſibi vigorem, ſplendorem, ardorem, piè veneratur, clarè contemplatur, ſanctèque perfruitur. Ac per hoc compræhendit ſecundum modum ſuum, longam æternitatem, latam charitatem, ſublimem potentiam, profundam ſapientiam. Primum circa quod debet verſari, vt ſit Rachel, primò, ſcilicet viſum principium, quando hæc conſiderat, tunc ciuitas eſt, habens quatuor latera ciuitatis. Conſiderando quomodo iſtud principium omnia originat per ſublimem potentiam. Omnia gubernat, per profundam ſapientiam. Omnia reparat, per latam charitatem, ſiue beneuolentiam. Omnia remunerat, per longam æternitatem. Sic intelligit ipſum ſolem, ſecundum ſubſtantiam, potentiam, & operationem. Et videt omnia reducta ad legem ſempiternaliter exiſtentem. Secundò, eleuatur ad contuendum ciuitatem de cœlo deſcendentem, hoc eſt, aſſumptam humanitatem. Filius enim Dei deſcendit ad noſtram humanitatem, & hoc eſt deſcendere Hieruſalem. Animæ enim non deſcendunt. Ego ſum (inquit) panis viuus, qui de cœlo deſcendi, & cum ipſo omnia chariſmata gratiarum. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Quando ergo anima eleuatur per influxum ſibi diuinitus vigorem, ſplendorem, ardorem, piè colit, clarè ſpeculatur, ſanctèque perfruitur, & per hæc comprehendit aſſumptæ humanitatis mirabilem exortum, mirabilem occaſum, mirabilem aſcenſum, vel conſcenſum, mirabilem regreſſum. Tunc habet quatuor latera ciuitatis de cœlo deſcendentis. Mirabilem (inquam) exortum, in natiuitate. Occaſum, in crucifixione. Conſcenſum, in reſurrectione. Aſcenſum, in aſcenſione. Regreſſum, ad iudicium Hæc quatuor oſtendit Eccleſiaſ. dicens: Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonē. Mirabilis fuit exortus, quia radius ſuperſubſtantialis vnitur humanitati in vtero, & quoniam conuerſatus eſt in mundo vigens, lucens inflammatus. In morte quoniam dignatus eſt mori, & poſt, de inferis aſcendit ad corpus, & poſt in cœlum. Et quoniam regredietur ad iudicandum. Mira longitudo æternitatis fuit in vnione diuinitatis ad humanitatem. Nam ſeparatio diuinitatis, & humanitatis fuit maius impoſſibile, quàm ens creatum totaliter nihil eſſe. Latitudo charitatis, fuit in morte. Mira ſublimitas potentiæ, in aſcenſione. Mira profunditas ſapientiæ, erit in iudicio. Hæc ſunt mirabilia, quibus anima ponitur extra ſe. Tertiò ad hoc quod ſit hierarchica, neceſſe eſt, vt videat ciuitatem in celum aſcendentem. Et hoc eſt quando per infuſum ſibi diuinitus vigorem, ſplendorem, ardorem à ſole æterno, piè veneratur, clarè ſpeculatur, ſanctè perfruitur. Ac per hoc comprehendit diuinæ charitatis indiſſolubile vinculū, diuinæ charitatis incoarctabile donum, diuinæ charitatis inſuperabile incendium, diuinæ charitatis incomprehenſibile ſolatium. Tunc videt ciuitatem Dei ſcilicet ſapientiam. Et habet quatuor latera, de quibus Apoſtolus dicit. In charitate radicati, & fundati, &c. Non es enim adhuc ciuitas Dei, nec ſignatus, niſi ſigneris Spiritu ſancto, ad piè venerandū. Et per hoc comprehændas, quæ ſunt in Deo, & per Deum, & apud Deum. Indiſſolubile vinculū in prædeſtinationis ratione, qua diligit ſemper, & ſemper dilexit, & diligit ſemper prædeſtinatos æterna charitate, teni ſi comprehendas incoarctationis donv, in vniuerſarum rerum conditione, quas libere condidit, & ornauit. Et cuilibet dedit modum, ſpeciem, & ordinem. Tertio inſuperabile charitatis incendium in filij traditio-

ne

Margin notes: Sex cōſiderationes hierarchiæ. — Pſalm. 92. — 12. nouenarij, quos habet anima contēplatiua. — Apoc. 21. — Apocal. 8. — Apoc. 7. — Apoc. 3. — Iſai. 60. — Suo modo aïa ſpūalis induit diuinas ꝓprietates. — Ioan. 6. — Sapient. 7. — Eccleſ. 1. — Quid aïa ſentiat in contemplatione Chriſti aſcendentis. — Eph. 3.

ne. Quartò incomprehenſibile ſolatium in animarum remuneratione, quando conſiderat, quòd Deus glorificabit corpus & animam, vt abſorbeantur, & inebrientur à rore cœli. Sed oportet, quòd ſignum veritatis im-

Can. 4. primatur in animam, per quod etiam anima ſit hortus concluſus, fons ſignatus. Primum eſt ſignum, vt habeat charitatis indiſſolubile vinculum. Sed quando anima

Rom. 8. ſic diligit, vt dicat. Quis nos ſeparabit à charitate Dei, tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, & cæt. Non, quin homo poſſit cadere à charitate. Sed quando ſic eſt, vt nunquam regnet peccatum. Secundo, vt habeat diuinæ charitatis incoarctabile donum, vt diligat omnia, quæ diligit Deus, amicos, & inimicos, & extraneos. Vnde charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Per hanc enim anima ſe diffundit ad diligendum omne bonum, & ſolum bonum. Vlterius hæc charitas

Can. 8. dat animæ inſuperabile incendium. Vnde dicitur. Pone me ficut ſignaculum ſuper cor tuum, quia fortis eſt, vt mors dilectio tua. Quando ſic diligit vt in ſumme deſiderabile totaliter feratur, & quòd pro nihilo proſpera, pro nihilo habet aduerſa, vt ſint omnia quaſi feſtuca vna in fornace. Si dederit homo omnem ſubſtantiam, & cætera. Quarta conſideratio eſt in hoc, quod anima ſentiat incomprænhenſibile ſolatium, quòd taliter delectetur in ſe, quòd nec ipſa poſſit comprehendere, nec alijs explicare. De quo dicitur. Comedi-

Can. 5. te amici, & inebriamini chariſſimi. Hæc inebriata dicit. Introduxit me Rex in cellam vinariam. Et poſt.

2. Cor. 12. Introduxit me in cellaria ſua. Quando alienatur, ſicut homo ebrius, qui neſcit, quid faciat. Vnde Paulus neſciuit vtrum eſſet in corpore, ſiue extra corpus. Et

Pſalm. 85. Pſalm. dicit. Fac mecum ſignum in bono, & cætera. De

Rom. 3. iſto ſigno Paul. Signati eſtis ſpiritu adoptionis. Per hoc ſignum diſtinguuntur amici ab inimicis, liberi à ſeruis, cœleſtes à terreſtribus. Hoc ſignum imprimitur animæ contemplatiuæ in fronte, & in frontibus electorum. Hoc ſignum fuit in ſignatis, ſuper montem Sion, etiam tunc firmum fundamentum ſtat, & hoc eſt ſignum, quia nouit Dominus, qui ſunt eius. Nouit per ſignum expreſſum, per quod inuocat nomen

2. Tim. 2. Domini ab intimis. Sic anima contemplatiua ſignatur à Deo.

Quid ſit Angel' habens ſignũ Dei viui. Vnde ſub ſexto Angelo dicitur, quòd apparuit Angelus habẽs ſignũ Dei viui, hoc fuit in aſſignatione Hieruſalem, vt in cœlo conſcendentis. Huic Angelo apparuit ſignum expreſſiuum quemadmodum viuendi conſonum iſti ſigno, quòd ſignatur ex tribu Iuda duodecim millia ſignati, &c. Et hoc eſt, qui habet hanc triplicem lucem eleuantem tripliciter, oportet, quòd habeat perfectionem correſpondentem charitati. Vnde ſignari hoc modo, eſt per profeſſionem ad hoc alligare, & ſignum imprimere, vt reſpondeat illi ſigno charitatis. Hæc autem perfectio conſiſtit in deſcriptione ciuitatis, ſcilicet quòd anima habeat in ſe diuinum cultum, diuinum Dei nexum, diuinum Dei zelum, diuinum Dei ſenſum. Cultus Dei eſt in Oriente, nexus in Meridie, zelus in Septentrione. Senſus in occidente. Et ſunt tres partes ad Orientem, tres ad occidentem, tres ad Meridiem, tres ad Septentrionem.

Cultus habet duos comites, vnum aſcendentem, alterum ſubſequentem.

Ad perfectum cultum tria ſunt neceſſaria, ſcilicet, æternæ veritatis veridica profeſſio.

Supernæ maieſtatis humilis veneratio.

Internæ ſanctitatis virilis cuſtoditio.

12000. ſignati. Vnde ponuntur tria ſecundum tres infra ſignatos. Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati Iſta enim ordinantur, non ſecundum carnalem generationem, quia Iudas non fuit primus filius, ſed ordinantur ſecundum

x 12. t ri- ſpiritualem. Iudas interpretatur confeſſio, & eſt fundamentum, quia ſpirituale fundamentum fides eſt, ſuper quam fundatur Eccleſia. Hoc eſt ergo primum, vt apud te ſit integra confeſſio veritatis perfecta credulitas, & aſcenſus. bus quid ſignificet.

Secundò ſequitur ſupernæ maieſtatis humilis veneratio. Et eſt quando homo conſiderat proprij ſceleris immanitatem, & diuinæ ſeueritatis immenſitatem. Et ideo ſequitur. Ex tribu Ruben duodecim milia ſignati. Apo. 7.
Ruben interpretatur filius viſionis.

Tertio requiritur internæ ſanctitatis virilis cuſtoditio, vt ſic ſit homo præcinctus, & accinctus contra omnia, reſtrictor omnium defluxionum. Vnde etiam ſacerdotes prohibebātur bibere vinum, & omne, quòd inebriare poterat, quando intrabant in templum ad miniſtrandum. Patet etiam de præſumptione munditiæ. (in haccolũ na, quot ſunt verba tot ſũt myſteria.) Iſta autem munditia eſt cordis. Et ideo ſequitur. Ex tribu Gad duodecim millia ſignati. Gad interpretatur accinctus non ſufficit verus cultus, niſi ſit perfectus, nexus, quia charitas docet Deum colere, & amare, & hoc eſt, quando anima infima contemnit ſuprema, ſeu ſumma appetit. In medio delectatur, ita quòd in ſupremo, habet ſublimationem. In imo, ſequeſtrationem. In medio delectationem. Et hoc eſt ſempiternæ beatitudinis appetitus præcipuus, ſupernæ delectationis affectus dilatatus, mundanæ proſperitatis, vel poſſeſſionis contemptus perfectiuus. Hæc tria intelliguntur, per tres ſignatos ſequentes. Neceſſe eſt ergo, & in anima ſit contemptus verus, vt ſit primò beatitudinis appetitus. Et ideo ſequitur. Ex tribu Aſer duodecim milia ſignati. Aſer interpretatur beatus, ſiue pinguis panis, præbẽs delitias Regibus. Beatus aũt eſt, qui in beatitudine ſummo amore transfertur. Deinde ſequitur ſuperna dilatatio. Et ideo ſequitur, ex tribu Neptalim duodecim milia ſignati. Neptalim interpretatur latitudo, & ſignat, quòd quicunque vult habere charitatis nexum, quòd habet ordinatum affectum ad omnes, ſed hoc non poteſt eſſe, ſi fuerint priuati boni amatores. Ideo oportet quòd ſit contemptus omnium. Et ideo ſequitur. Ex tribu Manaſſes duodecim milia ſignati, Manaſſes interpretatur obliuio. Aliqui enim deſpiciunt mundialia, ſed non deſerunt. Alij deſerunt, ſed non deſpiciunt Alij deſpiciunt, & deſerunt, ſed non obliuiſcuntur, quando ergo anima dimittit, & obliuiſcitur, tunc eſt perfectio, & iſta collocatur in ſexto loco.
Vnde Pſalm. dicit. Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Auguſt. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat. Manaſſes ergo ponitur ſexto loco, qui fuit filius Ioſeph, qui fuit vndecimus filius Iacob. Vnde non ſine myſterio ponitur ſexto loco. Tertiò in anima contemplatiua oportet quòd ſit perfectus zelus, vt ſic amet, quòd omne malum repellat. Duo autem ſunt comites charitatis, ſcilicet pietas præcedens, & patientia ſubſequens, quia obliqui ſunt pij zelatores, & poſtea conuertuntur in furorem impatientiæ. Et tunc erunt tres portæ ad Aquilonem, ſcilicet benignæ miſerationis affectuoſa condeſcẽſio, ſeueræ diſtributionis æmulatoria rectitudo, acerbe, vel humanæ tribulationis victorioſa perpeſſio. Et ſic eſt contra Aquilonem ciuitas munita. Et ideo ſequuntur tres Signati. Primus. Ex tribu Simeon duodecim milia ſignati. Simeon interpretatur audiens mœrorem & ſignat miſeratione ad proximum. Iſte Simeõ eſt iuſtus, & timoratus, recipiens Chriſtum inter brachia. Niſi enim homo ſit miſericors, non eſt dignus ſuſcipere illum, qui propter miſericordiam de cœlo deſcendit. Deinde quia miſericordia ſine rectitudine æmulatoria nihil valet. Sequitur. Ex tribu Leui, duodecim milia ſignati. Leui interpretatur additus. Leui enim accepit ſacerdotium propter zelum. Vnde interfecerunt fratres ſuos idolatras. Phinees ſimiliter adeptus

Pſalm. 44. Lib. Conf.

eſt ſa-

eſt ſacerdotium propter zelum. Et Mathatias,& filij eius propter zelum adepti ſunt ſacerdotium, & principatum. Et durauerũt vſque ad herodem. Leui ſignat prælatos, qui debent habere ſpiritum ſeueritatis, & pietatis, vt Moyſes, qui cum eſſet mitiſſimus, cõfregit tabulas. Econtra Heli, qui quia fuit remiſſus, ipſe mortuus eſt, & filij eius. Vnde plus nocet prælatus miſericors, & abijciens rigorem diſciplinę, quam prelatus rigidus ſine miſericordia. Et ita intelligitur illud Eccleſiaſtici. Melior eſt iniquitas viri, quam benefaciẽs mulier. Tertio, ꝙ ſit mundanæ tribulationis victorioſa perpeſſio. Qui n. corripit, debet ſe præparare ad patientiam. Vnde Chriſtus ſubuertit menſas in zelo, & poſt, quando quærebant eum, exhibuit ſe. Vnde in prou. dicitur. Qui patiẽs eſt multa gubernat ſapientia. Vnde non eſt dubium, quod illi quorum menſas ſubuerterat, poſtea clamauerunt. Crucifige eum. Ideo ſequitur. Ex tribu Iſachar duodecim milia ſignati. Iſachar interpratatur aſinus fortis. Ad literam aſinus crucem habet in ſcapulis. Homo crucem ferre debet ſemper eſſe paratus. Non eſt autem eius interprætatio aſinus fortis ad literam, ſed merces. Et ſignat virum, qui amore mercedis eſt armatus. Vnde apud Matthęum. Cum vos oderint homines, &c. Gaudete, & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Et beatus Pater noſter Franciſcus dicebat, quòd ſemel loquebatur cùm Fratre Egidio, qui dicebat ſibi, quòd non ſumus ſapientes, Franciſcus ſapiens fuit mercator, licet nos diſſipantes ſapientiam, quia debemus dare vnum denarium, vt homo daret vnam alapam, ſed Franciſcus habuit ſapientiam aſini, qui portat ſarcinam ſuam, & quando plus percutitur, & plura ſibi vituperia dicuntur, tanto melius portat. Sic homo obediens nullum bonum debet dimittere, immo melius facere propter quamcunque tribulationem, nec aliter eſt contemplatiuus. Ex parte occidentis eſt perfectus omnis ſenſus, & hic ſenſus facit nos contemplari, & comites habet ſtatum quietum, & exceſſum iucundum. In quiete enim poteſt eſſe ſtatus cogitandi, & contemplandi in occidente ſcilicet, vbi eſt quies, conciliatio, & caſtigatio ſiue introitus, in caliginem. Ad iſtum ſenſum requiritur ſublimis manſionis ſtatus pacificus, ſagacis diſcretionis perſpicuus conſpectus, vel contuitus, ſuauis conſolationis extaticus exceſſus. Oportet habere ſignum Zabulon quod eſt habitaculum fortitudinis, qui habet ſtatum primum iuxta illud Dauid. Quoniam tu es Domine ſpes mea. Vnde dicitur. Turris fortiſſima nomen Domini, ad illam confugiet iuſtus. Ille ſolus eſt pacatus, qui figet ſe in illo, in quo confunditur. Secundò, oportet habere ſagacis deſiderij perſpicuum contuitum, vt ſicut columba videt ſuper aquas reſidens auem rapacem, ſic homo videat in ſcripturis. Et hoc pertinet ad Ioſeph, qui interpretatur accreſcens. Filius accreſcens Ioſeph, pulcherrimus ſaluator Aegypti, princeps fratrum, ſignat diſcretionem, per quam homo eſt aliorum rector, & miniſtrator, & hoc ſagacitatis eſt. Et eſt in vndecimo loco, vt frumenta colligat, non folia ſed documenta veritatis in ſcripturis ſacris, & poſtea refundat ad ſalutem populi. Hic eſt Angelus ſextus Phyladelphie ſaluans hæreditatem. Hic prouidet frumenta, contra famem futuram.

Plus nocet prælatus negligens, quam rigidus.

Eccleſ. 24.

Qui corripit, patientia indiget.

Prou. 14.

Matth. 5.

Sapiẽtia diuina beati Franciſci.

Pſalm. 90.

Prouer. 18

Vltimus eſt ſuauis contemplationis guſtus extaticus. Ex tribu (inquit) Beniamin. Filius dextre Beniamin filius doloris, in cuius partu mortua eſt Rachel, & tamen Beniamin amantiſſimus Domini, tota die, quaſi in thalamo morabitur. Et ſignat extaticum exceſſum contemplationis. Vltra hunc non naſcitur filius Iacob. Hic eſt ſapor cum exceſſu. Ad hanc ſignationem nullus venit niſi tranſeat omnes præcedentes. Hæ ſignificationes conſiſtunt ex duplici perfectione ſcilicet duodenarij, qui numerus abundans eſt, & ex mille, qui conſurgit ex denario in ſe triplicato, replicatione perfecta, quia decies decem ſunt centum, & decies centum ſunt mille. Hanc ſignationem nemo accipit, niſi ille qui habet calculum, in quo eſt nomen, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Hoc eſt lignum vitæ, hoc fruitur homo in hac vita. Vnde dicitur. Beati, qui lauant veſtimenta ſua, & intrãt per portas ciuitatis, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ. Et dicebat. Ad hoc lignum vitæ voluit vos ducere, ferculum fecit Salomon de lignis libani, columnas fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum. Reclinatorium aureum eſt ſapientia contemplatiua. Hanc nullus habet, niſi qui habet columnas argenteas, quæ ſunt virtutes ſtabilientes animam. Aſcenſus purpureus eſt charitas, quæ facit aſcendere ad ſuperiora, & deſcendere ad inferiora.

Guſt⁹ extaticus finis contemplãtionis.

Deut. 33.

Apoc. 22.

Can. 3.

*Notandum eſt quòd antequam Sanctus Bonauentura compleuiſſet viſionem quintæ diei, fuit à Papa Clemente electus ad Archiepiſcopatum Eboracenſem, ideo Pariſiis ſe contulit ad preſentiam Domini Papę, & ſic librum incompletum dimiſit, & tamen tanto gradui ceſſit, propter quod ad præſentiam Domini Papę ſe contulerit.*

## Additiones ad Luminaria.

ADhuc ſupereſt viſio quinta in principio operis propoſita, ſcilicet viſio intelligentiæ per ſpiritum prophetiæ ſublimatæ, quibus exercitijs cõtemplationis, quibus virtutibus, quibusq; ſcripturę ſacræ documentis, anima humana in via illuſtretur, vt per ſapientiam increatam nouo, & ſingulari indubitandi genere, quæ omnibus mobilibus mobilior eſt illuſtraretur illuſtratione gratuita, ad prædicendum futura, ad dicendum longe diſtantia, ad aperiendum cordiũ ſecreta, pro quanto ſibi Dominus huius incerta, & occulta diuinæ ſapientiæ dignabitur communicare, ſicut multis ſibi, chariſſimis aperire dignatus eſt, vt patet de multis, tam in nouo, quam in veteri teſtamento. Nam & hæc viſio non minima pars eſt vitæ ſpiritualis. Supereſt etiam viſio ſexta in principio propoſita, ſcilicet viſio intelligentiæ per raptum mentis in Deum abſorptæ, videlicet, quibus exercitijs, & donis anima contemplantis appropinquat ad mentis exceſſum extaticum, quæ etiam reuelationes fiunt animæ raptæ, & dulcedines, quantum ſacræ ſcripturæ auctoritas, & myſteria innuunt. Et hæc eſt vltima pars vitæ ſpiritualis in via. Et fit hac ſexta viſione homo formatus in animam viuentem, poſtquam vltimatè quieſcit Deus in anima contemplantis, ceſſans à nouorum donorum collatione, ipſaq; anima prout ſtatus viæ patitur, in Deo quieſcit, ceſſans à nouis vitæ humanæ exercitijs in ſtatu viæ. Supereſt etiam vltima viſio, ſcilicet viſio intelligentiæ per ſtatũ gloriæ conſummatæ, quando ſit reuerſio animæ ad corpus quę & qualiter, in illo ſtatu glorię videbit. Et hæc viſio eſt poſt hanc vitam. Iſtæ autem tres vltimę viſiones adhuc plus continerent quam quatuor prædictæ.

Sed heu, heu, heu ſuperueniente ſtatu excelſiori, & vitæ exceſſu Domini, & magiſtri huius operis, proſecutionem proſecuturi non acceperunt. Hæc autem quæ de quatuor viſionibus notaui, talia ſunt, qualia de ore loquentis rapere poteram in quaternum. Alij quidem duo ſocij mecum notabant, ſed eorum notulæ pre nimia confuſione, & illegibilitate, nulli fuerunt vtiles, niſi forte fiat correctio, aut meo exemplari quod legi poterat ab auditorum aliquibus. Ipſe doctor operis de ipſo meo exemplari, & quamplures alij reſcripſerunt, qui pro eo, mihi debent grates. Elapſis autem

diebus

diebus multis, concedente mihi copiam temporis, & libri Reuerendo Patre Fratre Th. miniſtro Alemaniæ ſuperioris, rurſum reſpexi, quæ ſcripſeram veloci manu, & viſus ſum, recolligere ordinate, cooperáte mihi memoriæ, quo loquentis vocem audieram, auditu, & viſu quo recordabar guſtum loquentis, quæ ſolent memoria cooperari, ſecundum Philoſophum, in libro de memoria & reminiſcentia. Nec tamen appoſui quicquam, quod ipſe non dixerat, niſi vbi diſtinctionem librorum Ariſtotelis localiter amplius quam ipſe dixerat, diſtinxi. Alia autem non appoſui, niſi, ꝙ etiam loca auctoritatum aliquarum aſſignaui. Legebatur, & componebatur hoc opuſculũ Pariſijs. Anno Dñi MCCLXXIIII. à Paſcha vſque ad Pentecoſten, præſentibus aliquibus magiſtris, & baccalaureis theologiæ, & alijs fratribus centum ſexaginta.

## SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI COMPENDIOSVM PRINCIPIVM.

*Super libros Sententiarum, editum in promotione ſua ad baccalaureatum.*

Eccleſ. 24.

GIRVM cœli circuiui ſola, & cętera. Quam ſit libri Sententiarum inacceſſibilis celſitudo. Quàm ſit libri ſententiarum perplexa nodoſæ profunditatis indago. Quàm ſit libri ſententiarum perfecta, cognitionis, & increati cognoſcibilis plenitudo. Quàm ſit hebes cæcutientis intellectus caligo, oſtendit increata ſapientia in verbo propoſito. Gyrum cœli circuiui ſola, & cętera.

Iob. 35.

Libri Sententiarum inacceſſibilis celſitudo tangitur, quando dicitur. Cœli, vt vere poſſimus dicere cum Iob. Suſcipe cęlum & intuere æthera, ꝙ altior te ſit.

Perplexa nodoſæ profunditatis indago notatur cum dicitur. Circuiui. Anfractus.n. labyrinthi eſt inquirere Trinitatem per cognitionem creaturarum.

Conſummata cognitionis, & increati cognoſcibilis plenitudo, notatur nomine gyri.

De trini. cap. 2.

Hebes cæcutientis intellectus caligo, notatur, quando dicitur. Sola. Si enim ſola increata ſapientia circuit gyrum celi, humana ratio non attingit, Vnde & Aug. dicit. Mentis humanæ acies inualida, in tam eccellenti luce non figitur. Dicit ergo. Gyrum cœli circuiui ſola, &cęt.

Gyrus cœli habet quadriformem intelligentiam, quatuor libris Sententiarum proportionaliter reſpondentem.

Gyrus cœli quadrupliciter.

Gyrus cœli dicitur ſpheralis ambitus cœli, ideſt connexa ſuperficies ſpherę celi.

Gyrus cęli dicitur maior circulus ſpheræ cœli, quo non eſt aliquis maior in ſphera cœli, & tranſit per centrum terræ, quod eſt centrum cœli. Vnde ęquinoctialis dicitur gyrus cœli, qui dicitur cingulum orbis, & vterque colurus poteſt dici gyrus cęli.

Gyrus cœli dicitur regitatio primi in vltimum, & vltimi in primum. Et hoc modo Zodiacus dicitur gyrus cœli, quia in eo rotatur Sol ab Oriente in oriente per Occidens.

Gyrus cœli dicitur reuolutio epta ſiderea circa Polum.

Gyrus cœli, qui eſt ſpecialis ambitus cœli materiam deſignat primi libri Sententiarum, qui agit de Deo. Agitur autem in primo Sententiarum de Deo, ſecundum trifarium gyrum. Eſt enim Deus ſphera intelligibilis, cuius centrum vbiq; & circumferentia nuſquam, vt dicit Hermes Trimegiſtus. Agitur enim in primo libro de Deo, ſecundum gyrum vnitatis eſſentiæ in tribus perſonis, vſque diſt. 31.

Agitur ſecundò de Deo, quantum ad gyrum circumînceſſionis perſonarum ad inuicem à diſt. 31. vſque ad 35.

Agitur tertio de Deò, quantũ ad gyrum appropriatorum, à 35. diſt. vſque in finem. De gyro vnitatis eſſentiæ in perſonis poteſt intelligi, quod ſcriptum eſt. Corona aurea per gyrum. Cum enim caput Chriſti ſit Deus, vt dicit Apoſtolus, & in Cantic. legamus. Caput eius aurum optimum. Corona aurea per gyrum, eſt vnitas diuinitatis in tribus perſonis, vt ita dixerim regyrata, non numerata. De gyro circuminceſſionis perſonarum in inuicem poteſt intelligi, quod ſcriptum eſt Eccle. Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ. Arcus ille, eſt verbum increatum, & incarnatum, radius ſolis, ingeniti ecceptus in nube concaua humanitatis aſſumptæ. Iſte arcus id eſt iſtud verbum Dei, gyrat cœlum Trinitatis, ſic enim tertium cœlum vocat Auguſt. 2. ſuper Gene. in circuitu gloriæ, quia & verbum in Patre, & Pater in Verbo eſt, & pater, & verbum in Spiritu ſancto, & Spiritusſanctus in Patre & verbo eſt. De circuitu appropriatorum, ideſt potentiæ, & aliorum, intelligi poteſt quod ſcriptum eſt. Potentes gyrans migrare fecit. Hoc eſt labium ęneum, quod Deus præcepit fieri in gyro. Labium enim quandam protenſionem, & prominentiam habet, & ſignificat diuinam eſſentiam per appropriata ad creaturas comparatam. Iſtud labium eſt in gyro, quia potentia ſapientia, & iuſtitia ſunt idem in Deo, licet non ſint eadem connotata.

Exo. 37. Can. 5. Eccle. 43. Eccleſ. 29.

Materia 2. lib. Sent.

Secundò gyrus ſpherę, qui eſt maior circulus ſpherę tranſiens per centrum ſpherę, ſignat materiam ſecundi libri Sententiarum, in quo agitur de creatione mundi. Nam & omnia corpora mundi principalia, ſunt ſpherica. Figura enim ſpherica corporibus homogeneis maxime aptatur. Primò propter primitatem, nam & de prima figurarum multilaterum probatur prima paſſio per circulum, per illam propoſitionem Euclidis ſuper datam lineam, triangulum æquilaterum collocare. Secundò, propter capacitatem, nam plus capit circunſcriptio ſuperficiei ſphericæ, quàm ſi eadem comprimatur in cubum. Tertiò, propter perfectionem, quia in ea primum coniungitur vltimo.

Prouer. 8.

Agitur in ſecundo libro de triplici gyro, de gyro creationis, & productionis rerum a principio vſque ad diſtinctionem 21. de gyro tentatoris, & circumuĕtoris potiſſimę rei in diſt. 21. Videns igitur diabolus, vſq, ad diſt. 30. de gyro præuaricationis & inuolutionis peccati, à diſt. 30. vſque ad finem. De gyro creationis & productionis rerum gyratarum, intelligi poteſt, quod dicit ſapientia. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Quando præparabat cęlos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos. De gyro tentatoris, & circunuentoris potiſſimæ rei, id eſt hominis ſcribitur in Iob. Obſederunt in gyro tabernaculum eius, ſpiritus ſcilicet. Quantum ad gyrum præuaricationis, & inuolutionis peccatorum, ſcribitur de eodem hoſte maligno. Per gyrum dentium eius formido. Gyri dentium ſunt inuolucra peccatorum, quibus peccator glutitur, & traijcitur in corpus diaboli.

Iob. 39. Iob. 41.

Materia 3. lib. Sent.

Gyrus, qui eſt reuolutio quæcunque ſiue ſit circulus obliquus ſiue rectus, ſignificat congruiſſimè materiam 3. lib. Sententiarum, in quo quidem agitur de triplici gyro. Primò de gyro incarnationis, in qua primum coniunctum eſt vltimo. Secundo de gyro paſſionis, & redemptionis, per quam vltimum reunitum,

eſt

eſt primo, tertio de gyro gratuitæ reformationis, per virtutes, dona, & beatitudines, quæ ſunt media, quibus infimum fruitur ſummo. Hunc triplicem girum, ſubtiliter tangit Eccle. quando dicit. Oritur Sol, vide gyrũ incarnationis. Et occidit, vide gyrum paſsionis, & in circulos ſuos reuertitur, vide gyrũ reſurrectionis. Gyrat per Meridiem, vide gyrũ gratuitæ reformationis. Flectitur ad Aquilonem, ecce gyrus æſtiuæ fruitionis, nam qñ Sol eſt in ſignis Aquilonaribus, æſtas eſt, Gyrus cęli dr̃ reuolutio epta ſiderea circa Polum, & hoc ſignat conuenientiſsime materiam quarti libri Sententiarum, de quo myſtice dicit Iob. Nunquid plicare poteris micantes ſtellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris diſsipare? Gyrus arcturi eſt ſignum ſeptem ſtellarum, vt docet Iſido. indeſinẽter regyratarum circa Polum. Et eſt iſtud ſignum poſt caudam maioris vrſæ. Iſte gyrus ſeptem ſtellarum, gyrum ſignat ſeptem ſacramentorũ, quæ gyrantur continue circa polũ, qa ſacramenta totam efficaciã ſuam a Polo paſsionis Chriſti Ieſu ſortiuntur. Dr̃ autem gyrus, quia & abluendi ad ſacramenta confugimus, & abluti, ad ſacramentum accedimus. Agitur enim in quarto libro de triplici gyro. Primo de gyro ſacramentalis expiationis, de qua dictum eſt. Nunquid gyrum arcturi poteris diſsipare? Secundo de gyro reſurrectionis, de qua dr̃ in Ezech. Cõportabis aggerem in gyro? In gyro aggerem comportare eſt cineres, in quos reſolutum eſt corpus humanum in idem numero corpus humanum reformare, & eidem animam reunire. Et hoc facit Magiſter ſententiarum, quando tractat de reſurrtione. De hoc gyro poteſt intelligi, quod etiam in Ezech. ſcriptum eſt. Circunduxit me per oſſa, in gyro, & dixit mihi. Fili hominis putas ne viuent oſſa iſta? Tertio, de gyro iudiciarię examinationis agitur circa finem quarti. Et quantum ad iudicium condemnationis reproborum, & quãtum ad iudicium glorificationis electorũ. De gyro condẽnationis reproborũ, intelligitur, quod in Threnis ſcriptum eſt. Flammæ deuorauerunt eam in gyro. Animę vero beatæ ſunt in medio filiarum Paleſtinarum, quæ ambulãt per gyrum, circa quod dicitur in Iudith. Omnes enim accẽſis luminaribus, gyrant circa eam, ideſt circa animam beatam.

Eccl. 51. — Materia 1. lib. Sen. — Iob. 38. — Iob. 38. — Ezech. 26. — Diſtin. 43. — Ezech. 37. — Thren. 1. — Iudith. 13.

Incipit Prologus in opus notabile, (quod dicitur) Sententiæ Sententiarum, Beati Bonauenturæ, dicta tum per verſus.

*Super quatuor libros Sententiarum, continentes eorum ſententiam generalem, de quibus in ſacra pagina pertractatur.*

O Fons ſplendoris, vas dulcoris, ſed amoris.
Nexus ſpes floris, dos roris, dogma ſaporis.
Verum, vita, via, mihi da, quod philoſophia.
Tradit ſanctorum, votis præſtare tuorum.

*Liber 1.*

Quid contineat, & cui aſsimiletur.
In primis aquilæ primus liber aſsimilatur.
Quo de diuina natura notificatur.
Et de perſonis diſtincte clarificatur.

*Liber 2.*

De quo differat cuive ſimilis ſit.
Humana ſpecie reliquus liber effigiatur.
Quo cęlum, terra cunctorum forma creatur.
Hinc homo plaſmatur, cui totum ſubiicitur.
Eiuſdem lapſus, & peccatum replicatur.

*Liber 3.*

Quid tractet cuiuſque gerat ſimilitudinem.
Tertius in vitulo perpulchre ſignificatur.
Cuius conſperſus homo ſanguine viuificatur.
Sumpſit ob hoc carnem, diſponens, quod patiatur.
Vt genus humanum lapſum per eum redimatur.
Præcipit, & donat, beat, ornat, gratificatur.

*Liber 4.*

De quibus agat cuique ſit ſimilis.
Aduenit in quarto leo de Iuda dominatur.
Per ſacramenta ſibi mundus reconciliatur.
Et ſeruis eius mundus ſeruire paratur.
Quæ fuerat cæca iam dudum gens oculatur.
Eius rugitu mundus trepidus agitatur.
Defuncti ſurgunt, & iudicium celebratur.
Inde coronatur iuſtus, reus igne crematur.
Gloria, ſeu pœna per ſæcula perpetuatur.

INCIPIVNT VERSVS IN PRIMVM ſententiarum,

*Diſtincti ſecundum diſtinctiones communes, in quibus Magiſtri ſententia non ponitur, ubi communiter non tenetur, ſed exprimitur quod communiter non tenetur a Magiſtris.*

*Diſtinctio prima.*

VEteris ac nouæ legis, continentiam, &c.
In res, & ſigna doctrinam crede ſecari.
Et dic per ſigna, nobis res ſignificari.
Signum dicatur, per quod res ſignificatur,
Res nil ſignabit, ſignum rem ſignificabit.
Factis vteris, ſummo factore frueris.
Nunc in ſpe fruimur, ſed re pleneque fruemur.
Cum requiem ſummam guſtantes experiemur.
Dic, quod non homine, ſic nec virtute fruendum,
Eſt tamen vtendum, ſic creditur eſſe tenendum,
Vtitur ipſe Deus nobis propria bonitate,
Vtitur & nobis pro noſtra commoditate.
Sed non credatur, quod nobis ipſe fruatur.

*Diſtinctio. 2.*

De myſterio Trinitatis & vnitatis.
Hoc itaque vera, ac pia fide tenendum eſt, &c.
Lex noua cum veteri probat iſta, iubetque teneri.
Quod tres perſonæ, Deus eſt vnus ratione.

*Diſtinctio 3.*

Quomodo per creata poterit creator cognoſci.
Apoſtolus nanque ait, &c.
Summus plaſmator partim per plaſma videtur.
In quo cunctipotens, bonus ſapiens perhibetur.
Sunt etenim res, quæ pondus retinent ſpeciesque
Ergo creatura licet imperfecta figura.
Lumen diuinum, docet vnum credere trinum.
Mens meminit, ſcit, amat, trinũq. per hæc tria clamat.

*Diſtinctio. 4.*

Hic quæritur vtrũ cõcedendũ ſit ꝙ Deus ſe genuerit.
Hic oritur quæſtio, ſatis neceſſaria. &c.
Quod Deus ipſe Deum genuit, ſanè teneamus.
Sed quod genuit alium ve Deum, reprobamus.
A Patre filius eſt, alter ſi diſcutietur,
Aſt a Patre Deo, genitus non alter habetur.
Sunt tres perſonæ, Deus vnicus, & Deus vnus.
Eſt tres perſonæ, ſic credas ex ratione
Patrem non alium genuiſſe Deum, referamus,
Perſonam genuit aliam, non hoc dubitamus.

*Diſtinctio.5.*

Hic quæritur an pater genuit diuinam eſſentiam, vel ipſa Filiũ, an eſſentia eſſentiam genuit, vel ipſa nec genuit, nec genita eſt.

Poſt hæc quæritur, vtrum concedendum ſit, &c.

Eſſentiam diuinam Patrem genuiſſe negamus.
Et quod, d, natum genuit, vel ſe, reprobamus,
Per, d, diuinam naturam ſignificamus.

*Diſtinctio.6.*

Vtrum Pater genuerit voluntate Filium, an neceſſitate, & an volens, vel nolens ſit Deus.

Præterea quæri ſolet, quod Pater genuerit, &c.

Dic genuiſſe Patrem, nullo ſibi vim faciente
Nec præeunte, tamen ſibi velle, vel adueniente.

*Diſtinctio.7.*

Hic quæritur an pater potuerit, vel voluerit gignere filium.

De his quæri ſolet a quibuſdam, &c.

Et voluit Pater, & potuit natum generare.
Nec voluit, ſed nec potuit natus generare.
Altera proprietas ſic, & vnica parque poteſtas.
Qui generare poteſt Pater & natus generatur.
Nec pater hoc maior, natusve minor referatur.

*Diſtinctio.8.*

De proprietate, & incommutabili ſimplicitate diuinę eſſentiæ.

Nunc de veritate, ſiue proprietate, &c.

A, per ſe ſtando, Deus eſt ſubſtantia verè,
Non a ſubſtando, cum nullo poſſit egere.
Non permiſcetur, hinc ſummè verus habetur.
Cum nec mutetur, immobilis eſſe probetur.
Simplicitas ſumma, ſoli ſummo proprietur,
De quo non propriæ dicentur cathegoriæ,
Temporibus verbi duratio ſignificatur,
Quæ non incepit, & ſemper continuatur.
Nam ſimplex eſt, ſic idẽ quod habet, quod & hoc eſt
Nec pater filius fertur, ad patrem vero refertur.

*Diſtinctio.9.*

De diſtinctione perſonarum, &c.

Nunc ad diſtinctionem perſonarum, &c.

Eſt alius flatus, alius pater, & generatur.
Sed ſi dicetur aliud pater, hoc reprobetur.
Per neutrum, natura tribus communis habetur.
Per neutrumque genus, eſſentia ſignificatur.
Quodque coæternæ ſint perſonæ referetur.
Filius eſt natus ſemper, quoniam durare probatur.
Naſcitur, & ſemper, quoniam durare probatur.

*Diſtinctio.10.*

Hic de ſpiritu ſancto agitur, & prius quod ſit amor, patris, & filii dicitur.

Nunc vero poſt filii æternitatem, &c.

Vt propriè natus, ſapientia ſumma vocatur.
Ingenito ſimul, & genito communis habetur,
Spiritus hinc merito, dilectio ſumma vocetur.

*Diſtinctio 11.*

Quod Spiritus ſanctus procedit a Patre, & Filio.

Hic dicendum, Spiritum ſanctum, &c.

Flamen ab ingenito procedere non dubitetur,
Et ſimul a genito, licet a Græcis reprobetur.

*Diſtinctio.12.*

Vtrum Spiritus ſanctus prius, vel plenius procedat, a patre, quam a Filio.

Item quæritur cum ſpiritus ſanctus procedat, &c.

Ne prius a patre, procedere pneuma putetur.
Quam primogenito, ſeu plenius hæc remouetur.
Tempore, vel cauſa, vel origine ſuſcipietur.
Hic in parte prius aliter pater auctor habetur.
Equè pnæuma quoque ſit procedens ab vtroque.

*Diſtinctio.13.*

Quare Spiritus ſanctus cũ ſit de ſubſtantia Patris, non dicatur genitus, vel filius, ſed tantum procedere.

Poſt hæc conſiderandum, eſt quantum, &c.

Ingenitum flatum non dices, aut generatum
Nam patrem geminum faceres, natum quoque bonũ,
Et non eſt natus, procedens a patre flatus.
Nam ſi ſic eſſet, amborum Filius eſſet.
Et ſi ſic fieret, patrem, matremque teneret.
Spiritus ingenitus, quia non genitus referatur.
Et priuatiue pure tunc accipiatur.
Omne, vel ingenitum, vel factum, vel generatum.
De facto nato diſtinguas, a que renato,
Et de non nato, non facto, mente notato.

*Diſtinctio.14.*

Quod gemina eſt proceſſio Spiritus ſancti.

Præterea diligenter notandum eſt, &c.

Sacri pneumatis, hic proceſſus congeminatur,
Aeternus prior eſt, reliquo pia mens habituatur,
Tempore ſpiratur, cum iuſtus ſanctificatur,
Pneuma ſacrumve dare ſancti nunquam potuere,
Sed dare dicetur, faciens id, per quod habetur.

*Diſtinctio.15.*

Vtrum Spiritusſanctus a ſeipſo detur.

Hic conſiderandum eſt cum Spiritusſanctus detur, &c.

Spiritus vt Deus eſt, ſe dat, donumque vocatur.
Ex hoc donatur, a ſe prodire feratur.
A ſe pneuma datur a ſe mittique probatur.
Hoc concedatur de nato, ſeu referatur.
Eſt miſſus natus, ſemel in terris generatus.
Mitti dicatur, cum menti notificatur,
Sed quod mittatur, generans non adſtipulatur.
Quamuis credatur, quod menti notificatur.

*Diſtinctio.16.*

De miſſione Spiritusſancti, quæ fit duobus modis, viſibiliter, & inuiſibiliter.

Nũc de Spiritu ſancto videndũ eſt præter illã. &c.

Miſſio ſignetur, ſibi flaminis, & geminetur.
Vna videtur, & hæc perhibetur in igne columba
Altera ſignetur cum mente notificetur.
Per primam vero ſibi poſtera ſignificetur.
Filius in carne, patre ſeque minorificatur.
Vnio cauſa datur, a pneumate, quod retrahatur.

*Diſtinctio.17.*

De miſſione ſpiritus ſancti, qua inuiſibiliter mittitur.

Iam nunc accedamus, ad aſſignandum, &c.

Dicas, quod pneuma ſit amor, quo frater amatur,
Et Deus a nobis, hoc a pleriſque negatur.
Mitti dicatur in nos, cum ſic operatur,
Quod Deus a nobis, & in ipſo frater amatur.
Nobis augetur, non in ſe nec variatur,
Si, quo diligimus formaliter accipiatur.
Eſt animi motus, necnon in mente creatur,
Informans habitus, animam, quo frater amatur.
Ipſe magiſter in hoc nunc decepiſſe probatur,
Si ſic ſumatur, amor augeri referatur,
Sed non dicatur proprie, quod diminuatur.

*Diſtinctio.18.*

An concedendũ ſit, quod per donum dentur dona.

Hic quæritur, cum Spiritus ſancti, &c.

Dono dona dari, dicas donumque vocari.
Pneuma ſimulque datum, donum tamen eſto vocatũ,
Aeternę flatum, donatum tempore gratum,
Donum dicatur, quoniam donabilis eſſe,
Non genitove patri, ſed nobis, eſſe probatur.

Filius

Filius, vt donum procedit, & vt generatus.
Vt donum flatus procedit, non generatus.
Naſcendo natus accepit, & vt generatus.
Et ſubſtantia ſit, vt donum pneuma ſacrum ſit,
Et ſubſtantia ſi, thoc procedendo recepit.
Vt donum ſimul adque patrem natumque feratur,
Vtq; datum ſimul ad dantem quibus & tribuatur,
Sic impendentis dicetur, & accipientis.
Vt datus eſt natus noſter, non vt generatus,
Et ſic eſt noſter quaſi panis, non quaſi natus.

Filius dicit noſter qa panis noſter, & redẽptor & huiuſmodi.

*Diſtinctio 19.*

Hic quæſtio non ſoluitur, ſed differtur in ſequentibus.
Hic de qualitate trium perſonarum.
Nunc poſtquam coæternitatem trium &c.
In verbo totus Pater eſt, ac in patre totus
Filius, æquales ſummè ſunt, nam deitatis,
Et maieſtatis eiuſdem ſic teneatis.
Pars, & materia, genus, & ſpecies retrahuntur
Hic à diuinis, nec in eis inueniuntur.
Trinus dicetur Deus, & triplex reticetur.

*Diſtinctio 20.*

Oſtenſo, ꝙ aliqua perſonarum aliam non ſuperat magnitudine, nunc oſtendit, ꝙ non excedit aliam potẽtia.
Nunc oſtendere ſtat quomodo &c.
Sunt tres perſonæ veraciter æquipotentes.
Hinc Maximini falſi ſunt, falſa loquentes.

*Diſtinctio 21.*

Quæritur quomodo poſſit dici ſolus Pater, vel ſolus Filius, vel ſolus Spiritus ſanctus, cum ſint inſeparabiles.
Hic oritur quæſtio, trahens originem, &c.
Dicas quòd ſolus Pater eſt properitate.
Sed nunquam ſolus Pater eſt patria poteſtate.

Solus Pater eſt pater proprietate ſua.

*Diſtinctio 22.*

De nominũ differentia, quib. vtimur loquẽtes de Deo.
Poſt prædicta nobis diſſerendum, &c.
In ſex ſcinduntur partes, quæ de deitate
Nomina dicuntur, ſeruata proprietate.
Quæ ſigillatim perſonis appropriantur.
Illa relatiua, non ſubſtantiua vocantur.
Sed ſubſtantiuum nomen rectè referatur.
Per quod natura communis ſignificatur.
Non tamen in ſumma pluraliter accipiatur.
Nam ſi dicatur ſunt tres ſummi, reprobatur.

*Diſtinctio 23.*

De hoc nomine, quòd eſt perſona, quod cum ſecũdum ſubſtantiam dicatur, tantum pluraliter non ſingulariter in ſumma accipitur.
Prædictis tamen adijciendum eſt, &c.
Quanquam perſona ſubſtantiuum ſimilatur,
In ſumma ſemper pluraliter accipiatur.
Vt dignoſcamus ad quid tres, quid referamus,
Perſonas ſemper in ſumma pluriſicamus,
Lex prohibet verè, tres eſſe Deos perhibere,
Et non diuerſum, ſed ſimplex eſſe ſciatur.
Vſias dici tres, à ſanctis reprobatur.

*Diſtinctio 24.*

Quid ſignificetur his nominibus, vnus, duo, vel duæ tres, vel tria, trinus, vel trinitas, plures, vel pluralitas, diſtinctio, vel diſtinctè, cur his vtimur, de Deo loquentes.
Hic diligenter inquiri oportet, &c.
Cum de diuinis vnus Duo tres referemus,
Nil tunc ponentes excludimus, & remouemus,
Hoc confirmatum, verbis auctoris habemus.
Nunc priuatiuè non ponas, ſed poſitiuè,
Simpliciter numerus a diuinis remouetur,
Sed perſonarum numerus bene ſuſcipietur.

*Diſtinctio 25.*

Quid ſignificetur, cum dicitur pluraliter tres perſonæ vel duæ perſonæ.
Præterea conſiderandum eſt, &c.
Si diſcernatur, perſonæ voce notatur.
Eſſentia proprietas hypoſtaſis aſſociatur.
Dictum poſterius, vſu potiore probatur.

Perſona eſſentiam, & pprietatẽ deſignat.

*Diſtinctio 26.*

De proprietatibus perſonarum, & prius de hoc nomine hypoſtaſis.
Nunc de proprietatibus perſonarum, &c.
Vere res fore tres dicas hypoſtaſeos tres.
Et proprium Patris generare, velut generari,
Nati, ſpirari, dic ſpiritui propriari.
Notio proprietas eſt, atque relatio, quare,
Si conuertatur, poteris ſic eſſe probare.
Aut ſubſtantiuè pia nomina ſuſcipiantur,
Siue relatiuè quæ diuinis propriantur.
Vnus natura genitus ſit munere plures.
Sint vel factura, dubium ſic ſoluere cures.
Spiritui ſancto donum nunc appropriatur.
Spiritus & ſanctus, genitor, genitusq; vocatur,
Et ſubſtantiuè, ſed de flatu referatur.

Vnus eſt Filius naturalis, plures adoptiui.

*Diſtinctio 27.*

An pater, vel filius, vel trinitas ipſa, poſſit dici ſpiritus ſanctus.
Hic queri poteſt, vtrum proprietates, &c.
Sacri doctores eadem ſunt approprianteſ.
In re perſonis, ratione modi variantes
Si concretiue ſumas, ſubſtant, referuntur.
Aſt abſtractiuè ſubſiſtunt, non referuntur.
In patre ſignare prædicta, paterq; nitate.
Et pater, & natus, genitor ſic, & generatus.
Propria ſignantur perſonis, & referantur.
Verbum filius eſt, & patris imago vocatur.
Aſt eſſentia ſit ſapientia, nec referatur.
Vt Deus & lumen ſapientia conijciuntur.
Quæ pro perſonis perſæpius accipiuntur,
Sine relatiuis, nec ob hoc proprie referuntur.

*Diſtinctio 28.*

Quod non tantum tres proprietates prædictæ ſunt in perſonis, ſed etiam aliæ, quæ alijs ſignantur nominibus, vt ingenitus.
Præterea conſiderari oportet. &c.
Ingenitus proprie patri dic appropriari.
Verum non genitus quis, ſacrum pneuma vocari
Voce, ſed ingeniti, non vult Ambroſius vti.
Hinc genitor ſit idem cum nato, non tamen idem,
Cum verbum patris, ſapientia nata vocatur.
Nata refert, eſſentia ſub ſapiente notatur,
Eſſentiam diuinam ſapientia ſignificabit.
Porrò perſonam ſupponit, & appropriabit,
Improprie, d. nunc hoc nomen imago notabit.

Sapiẽtia ẽ una capiẽ eſſẽtialiter & notionaliter.

*Diſtinctio 29.*

De principio, quod relatiuè dicitur, & multiplicem notat relationem.
Eſt præterea aliud & nomen, &c.
Principium geniti, pater, & fons, eſſe probatur,
Principium geniti fontale, pater perhibetur.
Pneumatis ambo ſunt, nec principium geminetur,
Vnum principium ſunt, vna proprietate.
Principiumq; rei tantum ſit pneuma creatæ.

*Diſtinctio 30.*

De his quæ temporaliter de Deo dicuntur, & relatiue ſecundum accidens quod non Deo, ſed creaturis accidit.
Sunt enim quædam, quæ ex tempore, &c.

Ex æuo quædam referuntur de deitate.
Eſt Dominus Deus abſque ſui mutabilitate,
Et cum pneuma datur, ſumens, non dans variatur.

*Diſtinctio 31.*

Quomodo dicatur filius æqualis patri, an ſecundum ſubſtantiam, an ſecundum relationem, ita & ſimilis.

Præterea conſiderari oportet, &c.
Æqualis, ſimilis, in diuinis poſitiuè.
Atque relatiuè ſumuntur, & inueniuntur.
Vt ſubſtantiuè cauſaliter, ſicque loquuntur.
Vna facit forma perſonas æquiparari.
Æternum ſpecies debent vſusq; notari.
Hæc ait Hilarius perſonis appropriari.
Aſt Auguſtinus patri dat monaditatem.
Nexum Spirituiſancto, genito paritatem.

*Diſtinctio 32.*

Vtrum pater, vel filius Spiritu ſancto ſe diligant, cum diligere Deo idem ſit quod eſſe.

Hic oritur quæſtio ex prædictis &c.
Pneumate ſe, pater, & genitus dicuntur amare,
Notionaliter hoc debetis, amare, locare.
Quod ſapiens genita, pater eſt, propono negare,
Per ſe, non à ſe, dicis genitum ſapientem.
Sic ipſum per ſe, non à ſe, dicis agentem.
Vna patris tantum ſapientia connumeratur.
Vna dicta modo non eſt, amor hic ſociatur.

*Diſtinctio 33.*

Vtrum proprietates perſonarum ſint ipſæ perſonæ, & Deus, qui eſt diuina eſſentia.

Poſt ſupradicta vlterius conſiderari, &c.
Proprietates, dic in perſonis reſidere,
Quæ ſunt perſonæ necnon eſſentia vere.
Hæretici nolunt hoc pura mente tenere,

*Diſtinctio 34.*

Opinio quorundam aſſerentium, non idem eſſe perſonam & eſſentiam, & eandē non poſſe eſſe patris, & filij, & Spiritus ſancti ſine perſonarum confuſione.

Prædictis adijciendum eſt, quòd quidam, &c.
Eſſe ſciamus idem perſonas cum deitate.
Arguis hinc hæreſim, de ſtulta ſimplicitate.
Vt tres perſonas, vnius non recitamus.
Vnum. ſicque trium perſonarum, caueamus.
Poſſe patri, ſcire genito, velut appropriamus,
Sancto ſpiritui, bonitatem ſic tribuamus.
Iſtud nomen homouſion bene ſuſcipiamus,
Ad diuina pie, quædam tranſlata ſciamus.

Haud dixeris Catholicè, vnum deū trium perſonarū, nec tres perſonas vnius eſſe Dei.

*Diſtinctio 35.*

De quibuſdam, quæ ſecundum ſubſtantiam de Deo dicuntur, quæ ſpecialem efflagitant tractatum, ſ. de ſciētia, & præſcientia, prouidentia, & diſpoſitione, prędeſtinatione, & voluntate, & potentia.

Cumque ſupra diſſeruimus,
Scit Deus, & præſcit, quæcunque fuere videnda,
Porro diſponit, quæ tantum ſunt facienda.
Sed prædeſtinat, hæc quæ ſunt ad ſumma trahenda
Nomina prædicta ſubſtant, & ſunt referenda,
Sicque creatio, ſiue creator ſunt capienda,
Præſcius nullius non eſſet, quando futura
Nulla forent, ſed & hæc cautè diſtinguere cura.

*Diſtinctio 36.*

Vtrum concedendum ſit omnia eſſe in Dei eſſentia, vel in Deo per eſſentiam, vt omnia dicantur in Dei cognitione, vel præſcientia.

Solet hic quæri cum omnia dicantur eſſe, &c.
Omnia ſunt in eo ſemper, velut ipſa ſciente,
Necnon ſunt in eo, velut ipſa creare potente.
Nec probat ipſe mala, nec in ipſo ſunt vt agente.
Ex ipſo, ſic per ipſum, res ſunt, & in ipſo.
Omne quod ex ipſo, fore non dicitur ipſo,
De præit, ex ſequitur, conuerti non reperitur.

*Diſtinctio 37.*

Quibus modis dicatur Deus eſſe in rebus.

Et quoniam demonſtratum eſt ex parte, &c.
Tripliciter Deus eſt in cunctis, aſt habitare
Dicitur in ſanctis, quos nouit gratificare.
Cum ſit vbique Deus, nequit à rebus maculari,
Cuncta mouet ſtabilis, locat, & nequit ipſe locari.
Quodam ſcito modo, naturas ſpirituales
Circumſcriptibiles, necnon has eſſe locales,
Tempore mutantur, affectu non variantur.

*Diſtinctio 38.*

Hic redit ad propoſitum, repetens ſuperius dicta, & quærit, An præſcientia Dei ſit cauſa rerum creatarum.

Nunc ad propoſitum reuertentes, &c.
Hinc præſcire Dei, proprie non eſſe futuræ
Cauſam, ſcito rei, tibi ſit conuertere curæ.
Scit bona laudando, mala præſcit, ſed reprobando,
Eſt impoſſibile præſcire Dei variari.
Iunctim dic verum, diuiſim falſificari.

Idest in ſenſu compoſito verū, & in ſenſu diuiſo falſū.

*Diſtinctio 39.*

Vtrum Dei ſcientia poſſit augeri, vel minui, vel alio modo mutari, vtrunque videtur poſſe probari.

Præterea ſolet quæri, vtrum ſcientia Dei, &c.
Scire Dei, minui nequit, augeri, variari,
Sed res præſcita, minui quit, & euacuari,
Plura poteſt ſcire, quàm ſcit, ſi diſcutiatur.
Quod præſcire modis, à ſanctis accipiatur,
Non tamen ipſe ſciens, ſed quod ſcitur variatur.
Curam de brutis habet ipſe Deus generalem.
De rationali curam retinet ſpecialem.
Cunctorumque ſimul rationem ſcit numeralem.
Hos quos elegit, ipſos prædeſq; tinauit.
Porrò præſciuit reliquos, hoc eſt reprobauit.

*Diſtinctio 40.*

An aliquis prædeſtinatorum poſſit damnari, vel reproborum ſaluari. Et quid eſt prædeſtinatio.

Exponitur vt ſupra.

Prædeſtinatio vero eſt de bonis, &c.
Vt præſcitorum nullus quit glorificari.
Sic electorum, nemo poterit reprobari,
Iunctim dic verum, diſiunctim falſificari.
Eſt indurare, prauum non gratificare.

*Diſtinctio 41.*

Vtrum aliquod ſit meritum obdurationis, vel miſericordiæ.

Si autem quærimus meritum obdurationis, &c.
Non cadit in merito prædeſtinar, aut reprobare,
Si vis ſimpliciter, ſignatum conſiderare.
Ceſſat præſcire præſentia, non ea ſcire.

*Diſtinctio 42.*

De omnipotentia Dei, vbi prius conſideratur, quare dicatur omnipotens.

Nunc autem de omnipotentia Dei, &c.
Omnipotens Deus eſt, quia cuncta poteſt operari.
Per ſe defectus ab eo debent reſecari.

*Diſtinctio 43.*

Error quorundam dicentium, Deum nil poſſe, niſi quod facit.

Quidam

Quidam tamen de ſuo ſenſu gloriantes,&c.
Summum nil poſſe,niſi quod facit aſſeruerunt
Quidam,ſed ſancti bene verum diſſeruerunt,
Et quòd plura poteſt quam vult,vel agi poſuerunt.

*Diſtinctio 44.*

An Deus poſſit facere aliquid melius quàm fecit.

Nunc illud reſtat diſcutiendum,&c.
Quæ fecit facere meliora Deus potuiſſet,
Et melius,concernendo rem ſi voluiſſet,
Quodq; ſemel potuit,hoc ſemper poſſe negatur.
Ipſe magiſter in hoc non conſentire probatur.
Et quòd mutatur in ſe Deus adſtipulatur.

*Diſtinctio 45.*

De voluntate Dei,quæ eſſentia Dei dicitur, quòd vna ſit,& æterna, & de ſignis eius.

Iam de voluntate Dei,aliquid pro ſenſus, &c.
Velle Dei Deus eſt,ſed quæ vult eſſe negatur.
Cum fers vult Deus hoc eſſentia reſq; notatur.
Eſſe Dei velle cunctorum cauſa probatur.
Inde voluntatis eius,nec cauſa petatur.
Signa voluntatis diuinæ ſunt prohibere,
Conſulit,atque iubet,permittit iunge placere.

*Diſtinctio 46.*

Illi ſententiæ qua dictum eſt Dei voluntatem non poſſe caſſari,quæ ipſe eſt, quidam videntur obuiare

Hic oritur quæſtio dictum eſt enim, &c.
Vult Deus mala, non vt mala, ſed vt bene.
Velle beneplaciti quòd ſemper perficiatur.
Nullus ſaluatur,ab eo,niſi ſuſcipiatur.
Quod mala vult fieri culpę, ratione negatur.
Eſſe bonum,fieri mala ſimpliciter reprobatur.
Sed concedatur,ſi iunxeris eliciatur,
Præcipit & prohibet,permittit, conſulit, implet,
Quodque mali pœnę Deus eſt auctor referatur,
Et quòd permittit fieri mala ſuſtineatur.

*Diſtinctio 47.*

Quod voluntas Dei ſemper impletur de homine quocunque ſe vertat,quæ ſanè voluntas beneplaciti nuncupatur.

Voluntas quippe Dei,ſemper efficax eſt, &c.
Vertat placitum verè,cum poſſis ſigna mouere,
Signa voluntatis abſolutæ ſituantur.
Conditionalis mutari ſigna probantur.

*Diſtinctio 48.*

Quòd aliquando homo bona voluntate aliud vult, quàm Deus, & aliquando etiam mala,idem quod Deus bona voluntate vult.

Sciendum quoque eſt quod aliquando, &c.
Non vult ſæpe Deus, quod homo bene velle probatur.
Viuere cum patrem vult quis,Deus,vt moriatur.
Quodque Deus bene vult,aliquis male velle putatur.
Recta voluntas eſt,ſi recto fine regatur.
Quòd bene vult,ſæpe Deus implet velle malorum,
Hoc in morte Ieſu patet,& factis reproborum.
Velle pati Chriſtum, quòd mundus eo redimatur,
Approbo,ſed reprobo,cum quis vult vt moriatur.
Sanctum velle pati,quod ſanctus glorificetur,
Vel quòd ſacra fides per eum magis amplificetur.
Comprobo,ſed reprobo cum quis vt crucietur.

## IN SECVNDVM SENTENTIARVM LIBRVM SENTENTIAE

*Diſtinctio prima.*

**Vtrum eſſe rerum principium oſtendit,non plura, vt quidam putauerunt.**

Creationem rerum,&c.

Hic nequit errare, dans vnum cuncta creare.
De nihilo facere quid dicas, eſſe creare.
Eſt ergo facere de materia præeunte.
Sed creat ipſe Deus, non materia ſubeunte.
Pro facio,clare reperitur,ſæpe creare,
Condo,creo,facio,vel ago,diuerſificantur,
Actio diſplicuit,paſſio grata fuit,
Quando creatori,vel nobis,aſſociantur.
Eſt Domino facere,ꝙ res noua prodit ineſſe,
Cuncta creata,rata ſunt diuina bonitate,
Necnon condita ſunt ipſorum commoditate,
Vniri voluit animas Deus,vt referetur.
Vnio,qua Domino mens in cœlis ſocietur.
Corporibus dantur,etiam quòd plus mereantur,
Angelici caſus ipſis etiam reparantur,
Eſt homo factus ob hoc,vt rege Deo frueretur,
Cui ſi ſeruiret,ſibi mundus ſubijceretur.

*Diſtinctio 2.*

Quæ conſideranda ſint de Angelis.

De angelica itaq; natura,&c.
Angelus empyreum.tempuſque coęua fuerunt.
Vt Beda teſtatur,hyle dictis ſociatur.
Tu teneas verè,ſimul iſta coęua manere
Angelus empyreum cœlum ſic tempus,& hyle,
Empyrio cęlo,tunc Lucifer ipſe creatus.
Eſt deprauatus,ſed mox cecidit reprobatus,
Eſt Domini paritas cœlum,quod Lucifer optas.

*Diſtinctio 3.*

Quales facti fuerint angeli, & quod quatuor eis attributa ſunt in ipſo initio ſuæ conditionis.

Ecce oſtenſum eſt vbi angeli fuerint,&c. Id eſt materia prima.
Eſt rationalis,perſonaliſque creatus.
Angelus & ſimplex,ſed libertate probatus,
Spiritus Angelicus bonus à dominante creatus,
Poſt deprauatus,ſtatim cecidit reprobatus.
Qui permanſerunt,confirmari meruerunt.
Cum quibus aut à quo ſint facti ſeq; ſciebant.
Naturalis amor inerat, reliquoque carebant,
Idcirco meritis nullis tunc proficiebant.

*Diſtinctio 4.*

An perfectos,& beatos creauit Deus Angelos, an miſeros, & imperfectos.

Poſt hæc videndum eſt,vtrum perfectos, &c.
Cœleſtes vigiles,non crede fuiſſe creatos.
Ex toto miſeros,aut omni parte beatos,
Sicut nec miſera,ſic nec perfecte beata,
Dicitur angelica natura fuiſſe creata.
Tempore perfecti,non naturaque fuerunt.
Atque ſuum caſum prænoſcere non potuerunt
Nec præſciuerunt ſtantes,quod poſt habuerunt.

*Diſtinctio 5.*

De confirmatione, & conuerſione ſtantium,& auerſione, & lapſu cadentium.

Poſt hæc conſideratio adducit inquirere.
Auerſi quidam, mox de cœlo ceciderunt.
Conuerſi vero confirmari meruerunt.
Libertate ſua diſcernere, ſic voluerunt.
Qui confirmantur, ſtantes in amore beantur.
Multi teſtantur, ꝙ nunc illud mereantur.
Quidam dixerunt, ꝙ tunc ſimul hoc meruerunt.

*Diſtinctio 6.*

Quod de maioribus, & minoribus quidam ceciderunt, inter quos vnus fuit celſior ſcilicet Lucifer.

Præterea ſciri oportet, quoniam ſicut, &c.
Inter maiores, multi cecidere minores.
Dicas quamplures ab vtroque gradu cecidiſſe.
Luciferum tunc præcipuum pariterq; fuiſſe.
Aere nimboſo nunc ſunt, ſed poſt tenebroſo,
Carcere claudentur, vbi perpetuo patientur.
Præſunt maiores, vt minent inferiores,
Quidam deſcendunt, vbi Lucifer eſſe putatur,
Vinctus, vt inferius ab eis reus afficiatur.
Lucifer in finem gentes tentare ſinetur,
Nutu diuino, tentare modo prohibetur,
Illum non iterum, demon tentare probabit,
De vitio, de quo qui tentatur, ſuperabit.

*Diſtinctio 7.*

Quod boni angeli adeò ſunt confirmati per gratiam, vt peccare non poſſint, & mali ita obdurati in malo, vt bene viuere nequeant.

Supradictum eſt, quod Angeli.
Vt nequeunt ruere, qui firmari meruerunt,
Surgere ſic nequeunt, qui de cœlo ceciderunt.
Arbitrio tamen hi proprio nunquam caruerunt.
Antiqui quia ſunt, & ſubtiles, operantur,
Magica peruerſi, gentes vt decipiantur,
Permittit Dominus, vt iuſti plus mereantur.
Iuſti ſiue mali de ſemine materiali,
Plura queunt facere, nequeunt tamen ipſa creare.
Magorum ſpecies, poſſunt hæc ſignificare.
Multo maiora facerent, & deteriora
Praui ſi ſineret Deus, aut hos cohiberet.

*Diſtinctio 8.*

Vtrum omnes angeli corporei ſint, quod quibuſdam viſum eſt, quibus Auguſtin. conſentire videtur dicens Angelos omnes ante caſum habuiſſe corpora tenuia, & ſpiritualia, ſed in caſu mutata in deterius malorum corpora, quæ in eis poſſint pati.

Solet etiam in quæſtione verſari, &c.
Corporei non ſunt, formare tamen ſibi poſſunt
Corpora, quæ rurſus deponent, & remouebunt,
Quando complebunt Dominum quæ velle videbunt.
Quamuis non poſſit, in ſe Deus ipſe videri,
Hunc tamen in ſpecie ſancti potuere tueri.
Non animam poterit intrare quis, aut habitare,
Excepto ſummo, qui cuncta poteſt penetrare.

*Diſtinctio 9.*

De ordinum diſtinctione, & quot ſint, & qui.

Poſt prædicta, ſupereſt cognoſcere, &c.
Ordo ſpirituum iuſtorum, ter triplicatur.
Vnus plus alio, dono, proprio, phaleratur,
Quilibet à dono quo præeminet intitulatur.
Aſcendunt homines, ad ſedes quas habuiſſent,
Deiecti vigiles, niſi per culpam cecidiſſent.

*Diſtinctio 10.*

Vtrum omnes ſpiritus cœleſtes mittantur, & ponit duas opiniones, & auctoritates quibus innituntur.

Hoc etiam inueſtigandum eſt, &c.
Mitti maiores dicuntur ad interiora,
Ac alij mitti dicuntur ad exteriora.
Raro maiores mittuntur, ſæpe minores.
Nomen naturæ, ſit ſpecies officiantis.
Angelus hoc nomen à cauſa participantis.

*Diſtinctio 11.*

Quod queq; anima angelum bonum ad ſui cuſtodiam delegatum habet, & malum ad exercitium.

Illud quoq; ſciendum eſt, quod Angeli, &c.
Eſt homini duplex datus angelus, vnus iniqua
Suggerit, at alius monet aliud ad ſectanda pudica.
Vſq; diem finis, plus noſcunt plusq; merentur.
Ciues cęleſtes, quod plures nolle videntur.
Multi myſterium crucis à ſanctis didicerunt,
Cuius notitia plena primo caruerunt.

*Diſtinctio 12.*

Poſt cognitionem de angelis habitam, agitur de aliarum rerum creatione, & præcipue de opere ſex dierum diſtinctione.

Hæc de angelicæ naturæ conditione, &c.
Spiritus angelicus, per cęlum ſignificatur.
Hyle per terram velut in ſpecioſa notatur.
Et quia confuſa per abyſſum notificatur.
Cum ſit poſſibilis, ad formas nuda vocatur.
Quæ tunc ante dies, quaſi non formata creatur.
Aer obſcurus, tenebræ quandoq; vocatur.
In forma non diſpoſita, ſunt cuncta creata,
Primo ſimul, ſed poſt diſtinctè ſunt phalerata,
Nunc vbi conſiſtit fuit hyle primo creata
Omnia per verbum diuinum credo patrata.
Verbo diſpoſuit, ſed in hyle cuncta creauit.
Diſtinxit ſpecies, vim ſeminibus ſociauit.

*Diſtinctio 13.*

Quæ fuit prima diſtinctionis operatio.

Prima autem diſtinctionis operatio fuit, &c.
Lux cum formatur, mox à tenebris ſeparatur.
Tunc tenebræ nox, luxq; dies, profectò vocatur.
Lux corporalis fertur, vel ſpiritualis.
Facta fuit lux, nunc vbi Sol lucere probatur.
Nec mirum ſi lux in aquis lucere putatur.
Diuerſiſq; modis præſcripta dies habeatur.
Prima dies ſola ſine mane fuiſſe probatur.
Si vis ipſa dies moraliter accipiatur,
Vtrùm de luce ſit Sol factus dubitamus.
Solem cum ſtellis factum de luce putamus.
Dixit, ideſt, verbum, pater æternus generauit,
In quo vel per quem, velut auctor cuncta creauit.

*Diſtinctio 14.*

De opere ſecundæ diei, qua factum eſt firmamentum.

Dixit, quoq; Deus, fiat firmamentum, &c.
Fit firmamentum, de aquis factum reputatur.
Tunc aqua ſubterior, ab aqua ſumma ſeparatur.
Quæ veluti glacies ſeu chryſtallus ſolidatur.
Inter aquas illas firmamentum ſituatur.
Tertia iungit aquas, herbiſq; ſolum reparatur.
Cœlum luminibus, quartaq; die renouatur.
Quinta dedit piſces, aer auibus populatur.

*Diſtinctio 15.*

De opere ſextæ diei, quando creata ſunt animalia, & reptilia teræ.

Sequitur, dixit Deus, producant aquæ, &c.
Sexta dies animal cunctum produxit in eſſe.
Hinc fit homo, cunctis debens de iure preeſſe.
Qui niſi peccaſſet, animal ſibi non nocuiſſet,
Sed ſibi ſubiectum diuina lege fuiſſet.

Septima

Septima nempe dies eſt rectè ſanctificata,
Qua conſummata, vidit Deus ipſa creata,
In qua plaſmator, vidit bene cuncta patrata.

*Diſtinctio* 16.

De hominis creatione. Vbi conſiderandum eſt quare creatus ſit homo, & qualiter ſit inſtitutus, quæ verò ſupra tractata ſunt, & qualiter factus, & qualiter lapſus, poſtremò quomodo ſit reparatus, quæ diſcutienda ſunt.

His excuſſis, quæ ſupra de hominis, &c.
Sic homo plaſmatur, vt imago Dei referatur,
Et vultu recto cœleſtia contueatur.

*Diſtinctio* 17.

Vtrum anima de aliquo facta ſit, vel nòn, & quando facta, & quam gratiam habuit in creatione.

Hic de origine animæ plura quæri ſolent, &c.
De limo corpus Adæ Deus ipſe parauit.
Cui cura ætatem prouectam mox cumulauit.
Ac inſufflauit animam ſibi ſiue creauit.
Hunc in terreſtri Paradiſo, poſtquam locauit.
Quam Deus vſque globum Lunæ plantando leuauit,
Ligno notitiæ, vitæ lignum ſolidauit.
Et duplici ligno, duo tunc præcepta ligauit.
Duplex præceptum ligno duplici ſociauit.

*Diſtinctio* 18.

De formatione mulieris.

In eodem quoque Paradiſo, mulierem, &c.
Sicut principium Deus, vnde cuncta creauit,
Vnus ſicut Adam cunctos homines generauit.
Ne minor, aut maior Adæ, ſed par videatur,
Euam de latere ſumi ratione probatur.
Nos Chriſti latere redimendos ſignificatur.
Eua ſit ex coſta ſola, ſed multiplicatur.
Non ſic natura, ſi diſcernas operatur.
Vere dic animas, ex traduce non generari,
Imo corporibus, ſimul infundendo creari.

*Diſtinctio* 19.

De primo hominis ſtatu ante peccatum, ſcilicet qualis fuerit ſecundum corpus, & ſecundum animam.

Solent quæri plura de hominis ſtatu, &c.
Factus Adam ſic eſt in prima conditione.
Vt vitare queat mortem propria ratione.
Sed pomo vetito, mulieris voce potito,
Per nullam ſortem potuit compeſcere mortem.
Quando reſurgemus, vitam ſine morte ſciemus.

*Diſtinctio* 20.

De modo procreationis filiorum ſi non peccaſſent, & quales naſcerentur filij.

Poſt hoc videndum eſt, qualiter primi, &c.
Si non peccaſſent, coitu licito generaſſent.
Vſus membrorum fortaſſis mox habuiſſent.
Hinc profeciſſent, paulatim cognitione.
Hos ignorantes, non dicimus hac ratione.
Atque cibos vellent, naturæ conditione.
Cum peccauerunt mox expelli meruerunt,
Ac in terreſtri Paradiſo non coierunt.
Poſt ſine morte Deus hos duceret ad meliora.
Si ſimul hoc fieret, aut qua neſcitur in hora.

*Diſtinctio* 21.

De inuidia diaboli, quæ ad hominem tentandum acceſſit.

Videns igitur diabolus hominem, &c.
Inuidus ille Sathan hominis de proſperitate
Tentat, Euam ſuperat ſerpentis calliditate.
Exterius non interius primus ſtimulatur,
Et quia ſuccumbit, culpa maiore ligatur.
Sed quoniam cecidit ipſo Sathana ſtimulante,
Ad veniam potuit tranſire Deo mediante.
Per ſe deijcitur Sathanas, ideo reprobatur.
Vt nunquam ſurgat, nec iam veniam mereatur.
Vt nunquam ſurgat, nec ſurgere promereatur.
Vt nunquam ſurgat, ſed perpetuo patiatur.
Euæ mandatum, per Adam dic eſſe relatum.
Conſtat ob hoc vere, quod poſſint verba referre.

*Diſtinctio* 22.

De origine illius peccati, & quodnam fuerit.

Hic videtur diligenter inueſtigandum eſſe, &c.
Eua virum tentat, Domino vult æquiparari.
Peccatum fore, ſcit, præceptum præuaricari.
Debet ob hoc eius crimen maius reputari.
Euæ conſenſit Adam credens veniale,
Seu leue peccatum. quod erat morti ſociale.
Qui potuit, ſed non voluit rem ſcire, videtur
Quod ſit ignorans, peccati lege ligetur.
Qui vult, nec potuit, immunis talis habetur.
Qui quaſi ſimpliciter neſcit, mortem patietur.
Sic excuſari nullatenus Eua meretur.
Primum peccatum non eſt ſine velle patratum.

*Diſtinctio* 23.

Quare Deus permiſit hominem tentari ſciens eum caſurum.

Præterea quæri ſolet, cur Deus hominem, &c.
Tentari patitur hominem Deus, vt mereatur.
Fit malus hoc ipſo, iuſtis meritum cumulatur.
Quare permiſit Deus, à nobis dubitatur.
Contulit huic Dominus præclaram cognitionem.
Sed caſus proprij neſciuit conditionem.

*Diſtinctio* 24.

De gratia hominis, & potentia ante caſum.

Nunc diligenter inueſtigare oportet, &c.
Stare per arbitrium proprium, primus potuiſſet.
Sed vitando malum, tunc quicquam non meruiſſet,
Nam quid ad hoc traheret, pro certo non habuiſſet,
Cum nunc tenteris, mala nunc vitando mereris.
Infima pars animæ, nobis ſerpente notatur.
Altera ſit mulier, ſed vir ſuprema vocatur.
Triplex pars animæ tribus his tibi ſignificatur.
Scito quòd tribus his peccatum perficiatur.
Serpens delectat, mulier vult, vir vitiatur.

*Diſtinctio* 25.

Reddit ad liberi arbitrij conſiderationem, & ponitur diffinitio liberi arbitrij.

Iam vero ad propoſitum redeamus, &c.
Prauis, ſiue bonis, vos arbitrium teneatis.
Eſſe voluntatis conſenſum, ſeu rationis.
De contingenti ſolum ſit & aduenienti,
Non de præſenti, vel præterito remanenti.
Factus homo cecidit, reparatur, glorificatur.
Ex his arbitrium, diſtinctè quadruplicatur.
Atque modis alijs ſi diſcernas variatur.
Sed per peccatum valide modo debilitatur.
Ad mala quotidie cum pronior efficiatur.

*Diſtinctio* 26.

De gratia operante & cooperante.

Hæc eſt gratia operans, & cooperans, &c.
Gratia præueniens, in te bene velle lucratur.
Datq; ſubſequitur, volitum quod perficiatur.
Sic noſtrum velle diuino rore rigatur.
Velle quod in nobis, ad velle bonum moueatur.
Gratis prima, datur gratum facit, illa vocatur.
Qua formata fides in nobis inueniatur.
Quod præit, & ſequitur, vnum donum reputatur.
Sed duplex actus, duplici ſub voce notatur.
Eſſe bonum, magnum, minimum, mediumq; ſciatur.
Sub medio vero, libertas contineatur.

*Diſtinctio 27.*

Quid ſit virtus,& quid ſit actus,vel opus.
Hic conſiderandum eſt cum prædictum ſit, &c.
Virtus informat animam,Deus hanc operatur,
Et iuuat arbitrium,bonus actus,vt eliciatur,
Ex quibus adiunctis,bonus effectus generatur.
Gratia non meritum fertur,licet hac generetur.
Nemo fide,fidei tamen actu quiſque meretur.
A multis virtus,animi motus perhibetur.

*Diſtinctio 28.*

Prædicta repetit,vt alia addat, definitiuam aſſignationem ponens,de gratia & libero arbitrio, contra Pelagianos.
Id vero inconcuſſe,& incunctanter,&c.
Gratia non proprijs meritis datur,aut adhibetur,
Quæ niſi præcedat,nullus pro poſſe meretur.

*Diſtinctio 29.*

Vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante, & cooperante.
Poſt hæc conſiderandum eſt vtrum homo, &c.
Gratia ſi deſit nec Adam quicquam meruiſſet,
Ante ſuum lapſum,cum virtutes habuiſſet,
Hic vbi peccauit,virtutibus expoliatur.
Et mox de dulcis Paradiſi ſede fugatur.
Huius in introitu,Cherubim gladiusque locatur,
His amor,& præſens tribulatio ſignificetur,
Abſque quibus quiſquam requiem non ingredietur.
Vſi ſi ligno vitæ perſæpe fuiſſent,
Viribus,& vita longæua viguiſſent,
Raro ſumpſerunt,citiusque mori potuerunt.

*Diſtinctio 30.*

Quod per Adam peccatum & pœna tranſijt in poſteros.
In ſuperioribus inſinuatum eſſe licet,&c.
Adæ peccato genus humanum maculatur,
Culpaque dicatur lex carnis,& ipſa vocatur.
Illa reſurget,& in cęlis caro glorificatur.
Quæ nobis ab Adam ſolum transfuſa probatur.
Non quæ quotidie refluit,fluit & vegetatur.
Hoc tamen à multis recta ratione negatur.
De nutrimento transfuſe quid ſolidatur.

*Diſtinctio 31.*

Quomodo peccatum originale à parentibus tranſeat ad filios, an ſecundum animam, an ſecundum carnem,an ſecundum vtrunque.
Nunc ſupereſt inueſtigare qualiter illud, &c.
Per coitum caro non licitum prorſus generatur.
Adueniens anima,carnis vitio vitiatur.
Sic vaſe malo, vinum purum maculatur.
Per baptiſma patrum,proles non mundificatur.

*Diſtinctio 32.*

Quomodo originale peccatum dimittatur in baptiſmo,cum & poſt ſit illa concupiſcentia, quæ dicitur originale peccatum.
Quoniam ſupradictum eſt originale,&c.
Cum baptizatur homo,fomes debilitatur,
Spiritus interior à culpa mundificatur.
Eſt fomes pena,cuius Deus auctor habetur.
Auctor vt eſt culpa,dæmon,vel homo retinetur,
Ipſe Deus animas mundas creat & pretioſas.
Per carnis libitum,ſeſe reddunt vitioſas.
Dic alias alijs natura plus ſpecioſas,

*Diſtinctio 33.*

An peccatum omnium præcedentium parentum tranſeat ad filios originaliter.
Prædictis adijciendum videtur,&c.
Si ſine baptiſmo,quis paruulus hic morietur.
Pro ſolius Adæ vitio,leniter patietur.
In lumbis Adæ corruptis prorſus eramus.
Eius ob hoc maſſam corruptam participamus.
Facta patris praua,ſi filius ipſe ſequetur,
Pro patre tunc merito puniri nemoe meretur.
Tempore punitur quis pro patre,ſic reperitur.

*Diſtinctio 34.*

Quæ de peccato actuali animaduertenda ſint.
Poſt prædicta de peccato actuali, &c.
Res bona cauſa fuit radix,& origo malorum.
Praua voluntas eſt nunc cauſa ſequens vitiorum.
In re nempe bona,concedo malum ſituari.
Verum philoſophi credunt hæc euacuari.
Eſt natura bonum,corruptio vero probatur
Eſſe malum,qua quis prauus,quandoque vocatur.

*Diſtinctio 35.*

Exponit quid ſit peccatum,per eius notificationes.
Poſt hæc videndum quid ſit peccatum,&c.
Sit tibi peccare, legem Domini violare
Vt malus interior,actus ſcelus eſſe probatur.
Sic malus exterior actus primo ſociatur.
Si modus ac actus ſapienter diſcutiatur.
Actus laudatur,modus in facto reprobatur.
Non locus a primo diſtare facit ſcelus, imo
Cui fit diſſimilis, quando fit crimine vilis.
Dic nihil eſſe malum,ſi per ſe conſideratur.
Porrò ſubſtrati ratione quid eſſe probatur.
Hoc animæ facies vitiatur,& obtenebratur.
Peccatum priuat,effectus pœna vocatur.

*Diſtinctio 36.*

Quod quædam ſimul ſunt peccata, & pœna peccati, quædam peccata & cauſa peccati, alia vero peccata, cauſa,& pęna peccati.
Sciendum eſt tamen,quædam ſic eſſe,&c.
Sunt quædam ſcelera,ſcelus & pœna reputanda.
Vt timor,inuidia,quis plura ſunt ſocianda.
Sunt peccatorum cauſæ peccata locanda.
Et peccatorum pęnæ peccata notanda.
Deformans pęna,vel deficiens remouetur
A Domino quæ ponit & ordinat huic tribuetur.
Vitas mortale,vitare nequis veniale.
Quæ bona ſunt genere per finem diſcutiuntur.
Quæ bona ſimpliciter,bona ſimpliciter metiuntur.

*Diſtinctio 37.*

Aliorum ponit ſententiam,qui dicunt,malos actus nullo modo eſſe a Deo,nec eſſe bonos,ſiue in eo ꝙ ſunt, ſiue alio modo.
Sunt autem,& alij plurimi longe aliter, &c.
Eſſe malum duplex,culpe pęnæque notetur
Pęnæ,non culpæ vere Deus auctor habetur.
Mortem non fecit Deus,hoc ſic accipiatur,
Culpam non fecit,qua mors inflicta probatur.

*Diſtinctio 38.*

De voluntate,& eius fine, ex quo ipſe iudicatur.
Poſt prædicta de voluntate eiusq; fine, &c.
In cunctis factus finis Deus inſtituatur.
Velle voluntatis,hoc vere rectificatur.
Præcepti finis amor eſt ſi continuatur.
Velle voluntatem finem,volitumque notabit.
Nunc hoc nunc illud,intentio ſignificabit.
Propter quid volo quid,intentio notificabit,
Atque voluntatis in finem rectificabit.
Has vt ſint vna,finis ratione ligabit

*Diſtinctio 39.*

Dum voluntas ſit de his,quę naturaliter homo poteſt,

quare

quare peccatum fore dicatur, cum nullum aliud naturale peccatum ſit.

Hic oritur quæſtio ſatis neceſſaria, &c.

Vis naturalis motus malus eſſe videtur,
Peccatum ſed vis in ſe bona ſemper habetur.
Quidam de motu dixerunt, ꝙ geminatur.
Vnus laudatur, alter vero reprobatur.
Gratia præueniens iuuat hunc, aliusq. fugatur.
Vtrum ſint vnus motus tantum, dubitatur.
Syndereſis nequit extingui, licet impediatur.

*Diſtinctio* 40.

An ex fine omnes actus penſari debeant, vt ſimpliciter boni, vel mali dicantur.

Poſt hæc de actibus, adijciendum videtur, &c.

Quidam laudantur actus, alij reprobantur.
Simpliciter quidam duplici facie variantur.
Affectus ſiue directus, opus pretioſum.
Reddit, ſi deſit vnum fiet vitioſum.
Abſque bonis, fieri mala plures inficiantur.
Porrò nequaquam bona ſunt, quanquam videantur.

*Diſtinctio* 41.

An omnis intentio, & actio, quæ fide carent ſint mala.

Cumque intentio, vt ſupradictum eſt bonum, &c.

Abſque fide, bona non fieri, quidam poſuerunt.
Aſt alij fieri bona, non bene diſſeruerunt.
Diſtinguunt alij bona, quàm plures operari,
Abſque fide nequeunt cum ipſis regna lucrari.
Abſque voluntate quenquam peccare negato.
Ipſa voluntas eſt, qua vitam rectificamus.
Et qua peccamus, ſi legem diſcutiamus.

*Diſtinctio* 42.

An voluntas, & actio mala, in eodem homine, & circa eandem rem, ſint vnum peccatum, vel plura.

Cum autem voluntas mala, & operatio, &c.

Praua voluntas cum facto duplex reputatur.
Crimen, & ab alijs vnum nunc eſſe probatur.
Si ſcelus eſt actu, conſtat ſcelus eſſe reatu.
Si doleas actu tranſit, remanetque reatu.
Nunc duplicem pœnam, nunc culpam ſume reatu.
Multiplices ſpecies peccatorum numerentur.
Inter quæ ſeptem capitalia commemorentur.
Mortem mortale parit, & veniam veniale.
Eſt accuſandum damnandum criq; minale.
Pellico dum pecco, delinquo, recta relinquo.
Fons eſt cunctorum tumor, atque cupido malorum.

*Diſtinctio* 43.

De peccato in Spiritumſanctum, quod dicitur etiam peccatum ad mortem.

Eſt præterea quoddam peccati genus, &c.

Sanctus Spiritus eſt amor, in quem quiſquis amorem,
Peccat, committit culpam, culpis grauiorem.
Vt qui deſperat, aut induratus oberrat.
Vix ſunt contriti, vix hinc ſibi credo remitti.
De nullo tamen ob hoc deſperare velimus,
Nam plus eſt Dominus, velut exemplis reperimus.

*Diſtinctio* 44.

De potentia peccandi, an ſit homini vel diabolo data à Deo.

Poſt prædicta conſideratione dignum, &c.

A ſummo Rege fuit omnis vera poteſtas,
Sed cum peccare, priuatio ſit, vel ægeſtas,
Poſſe Deo detur, priuatio ſubripietur,
Si quid præcipiat princeps, non præcipiendum,
Per quod præceptum Domini ſit tranſgrediendum,
Quod iubet illicite, conſtet non eſſe tenendum.
Quod ius dictabit licitè, ſibi nemo negabit.

## *IN TERTIVM SENTENTIARVM* LIBRVM SENTENTIAE

*Diſtinctio prima.*

De incarnatione verbi.

Cum venit igitur plenitudo temporis, &c.

Conſtat quòd gratum tempus tunc exoriatur,
Cum verbum patris, carnem veſtire probatur.
Mitti dicatur de virgine, cum generatur.
Eſt incarnatum, ſolum verbum generatum,
Vt nomen geniti ſibi ſoli ſit propriatum.
Nam per quem fecit Deus omnia iure refecit.
Quanquam perfectè, pariter tres operantur.
Non ſe ſed genitum carne veſtire probantur.
Dicas quòd pariter incarnari potuerunt,
Sed tamen in verbo concorditer hoc voluerunt.

*Diſtinctio* 2.

Quare totam humanam naturam accepit, & quid nomine humanitatis, vel humanæ naturæ intelligendum ſit.

Et quia in homine tota humana natura, &c.

Æternum verbum, ſibi totam conſociauit.
Noſtram naturam, ſapienter, & hanc reparauit.
Hunc ſimul aſſumpſit, ſimul & ſibi conciliauit.
Concipitur, capitur, mox vnitur caro, verbo.
Sic ſimul inſeritur homo verbo, nec mora ſcitur.

*Diſtinctio* 3.

De carne quam verbum aſſumpſit, qualis ante fuerit, & qualis aſſumpta ſit.

Quæritur etiam de carne verbi, &c.

Quam verbum patris ſumpſit, caro ſanctificata,
Et mundata fuit culpæ prius obque ligata.
Mater mundatur, fomes tunc euacuatur.
Et miro more, per eam verbum generatur.
Adam peccante, ſumus omnes commaculati.
Sunt Abraham dante decimas, nati decimati.
Nam coitu carnis omnes fuimus generati.
Nequaquam lege tali Chriſtus generatur.
Ergo nec in patribus peccauit, nec decimatur,
Mox cum concipitur Deus, ac homo mox reperitur
Corpus maiori poſt quantitate potitur.
Aſſumpſit gratis pęnam, culpam moueatis.

*Diſtinctio* 4.

Quare tribuatur incarnatio ſpirituiſancto, quæ eſt opus totius trinitatis, & de ipſo etiam conceptus, & natus dicatur.

Cum vero incarnatio verbi, &c.

Pneumate diuina dilectio ſignificatur.
Cauſa mouens fuit hæc ꝙ homo verbo ſociatur.
Pneumate Chriſtus ob hoc, cóceptus commemoratur.
Hac ratione tamen pater eius non referatur,
Sicut nec crinis, pater eſt homo nec reputatur.
Ex Dauid Paulus hunc factum teſtificatur.

*Diſtinctio* 5.

Si perſona perſonam, vel natura naturam aſſumpſit, & ſi natura Dei incarnata ſit.

Præterea inquiri oportet cum ex præmiſſis, &c.

Perſonam bene naturam ſumpſiſſe probatur.
Sed quia perſonam ſumpſit natura negatur.
Et quòd natura naturam ſuſtineatur.
Hinc incarnata natura piè referatur.

Sed quòd ſit nata, vel facta caro caueatur.
Per ſe non anima, propriè perſona vocatur.
Ipſe magiſter in hoc non conſentire probatur.

*Diſtinctio 6.*

De intelligentia harum locutionum, Deus factus eſt homo, Deus eſt homo, an his locutionibus dicatur.

Deus factus eſſe aliquid, vel eſſe aliquid vel non.
Ex præmiſſis autem emergit queſtio, &c.
Hæc concedatur, Deus eſt homo, diſcutiatur.
Factus homo Deus eſt, habitus necnon variatur.

*Diſtinctio 7.*

Poſitis ſententijs prolatisque teſtimonijs, intelligentia rum propoſitarum locutionum, exequitur ſecundum ſingulas ſententias, & prius ſecundum primam.

Secundum primam vero dicitur Deus, &c.
Chriſtus vt eſt homo ſit natus, prædesque tinatus
Ac humanatus Deus eſt diuinificatus,
Non homo dicetur, à ſanctis ſic perhibetur.

*Diſtinctio 8.*

An diuina natura debeat dici nata de virgine.

Poſt prædicta inquiri debet vtrum, &c.
Perſonam natam concedimus, & generatam,
Chriſtum bis natum, dici non eſt reprobatum.

*Diſtinctio 9.*

De adoratione humanitatis Chriſti, an eadem adoratio humanitati, & deitati ſit exhibenda.

Præterea inueſtigari oportet vtrum caro, &c.
Eſt vno cultu, caro cum verbo veneranda.
Sicut adoranda, præ cunctis, eſt & amanda.

*Diſtinctio 10.*

An Chriſtus ſecundum quòd homo eſt, ſit perſona, vel aliquid.

Solet etiam inquiri à quibuſdam, &c.
Chriſtus adoptiuus, ſanè non eſt reputandus,
Ac vt homo ſolum, non eſt perſona vocandus.

*Diſtinctio 11.*

Vtrum Chriſtus ſit creatura, ſiue creatus, vel factus.

Deinde ſi quæritur prædeſtinatio, &c.
Chriſtum ſimpliciter, non dicas eſſe creatum.
Sed iungas hominem, concedas ante negatum.

*Diſtinctio 12.*

An homo ille ſemper fuerit, vel cęperit.

Solet etiam quæri vtrum Deus alium, &c.
Incepit Chriſtus hominem ſi conſpiciamus,
Sed ſi perſonam, tunc incepiſſe negamus.
Inſertus verbo Chriſtus peccare nequiuit.
Si non inſertum, ponas delinquere quiuit.
Sumere de nihilo, carnem verbum potuiſſet,
Ac etiam ſexum muliebrem ſi licuiſſet.

*Diſtinctio 13.*

Si Chriſtus ſecundum naturam hominis in ſapientia, & gratia proficere potuit, vel profecit.

Præterea ſciendum eſt, Chriſtum, &c.
In membris Chriſtus, non in ſe proficiebat,
Eius virtutem, populus cum percipiebat.

*Diſtinctio 14.*

Si anima Chriſti habuerit ſapientiam parem cum Deo, & ſi omnia ſcit, quæ Deus ſcit, nec ne?

Hic quæri opus eſt, cum anima Chriſti, &c.
Concedas animam Chriſti, fore cuncta ſcientem.
Porro non ipſam concedas, omnipotentem.

*Diſtinctio 15.*

De omnibus defectibus, quos aſſumpſit Chriſtus in humana natura.

Illud quoque prætermittendum non eſt, &c.
Defectus noſtros ſumpſit, qui conueniebant,
Et libertati noſtræ, tunc expediebant.
Triſtatur, timet, & turbatur, pars rationis
Infima, ſed nunquam pars excellens rationis,
Paſſio, ſiue dolor, à Chriſto non remouetur
Cauſam ſeu meritum, tolli ſolum perhibetur.

*Diſtinctio 16.*

An in Chriſto fuerit neceſſitas patiendi, vel moriendi, qui eſt defectus generalis.

Verum tamen magis mouetur, &c.
Sponte neceſſe pati, ſibi Chriſtus conſociauit.
Quatuor & ſtatibus aliquid ſibi conciliauit.

*Diſtinctio 17.*

Si omnis Chriſti oratio, vel voluntas impleta ſit.

Poſt prædicta conſiderari oportet, &c.
In Chriſto natura duplex ſi diſcutiatur.
Ex hoc velle duplex in Chriſto ſignificatur.
Diuerſisque modis volitum diuerſificatur.

*Diſtinctio 18.*

Si Chriſtus meruerit ſibi, & nobis, & quid ſibi, & quid nobis.

De merito etiam Chriſti prætermittendum, &c.
Morte ſibi quidam Chriſtum dicunt meruiſſe.
Non nu ſed mero meritorum proq. fuiſſe.
Non eſt plus anima Chriſti dicenda beata
Poſt mortem, ſed in hoc quod non tolerat tolerata,
Dicitur eſſe datum nomen, ſuper omne leuatum,
Chriſto per mortem, quia tunc eſt notificatum,
Non natura dedit Chriſto, ſed gratia vere
Quod nomen ſublime Dei potuiſſet habere.
Ipſe ſibi meruit, etiam ſi non pateretur.
Mortem ſuſtinuit, vt nobis vita daretur.
Quanquam nos aliter ſaluare Deus potuiſſet.
Per Chriſtum decuit, vt regnum ſic patuiſſet.

Chriſtus profecit in merito nõ quantũ ad virtute meriti, ſed quãtum ad numerum meritorum.

*Diſtinctio 19.*

Hic quæritur, qualiter à diabolo, & à peccato redemit per mortem.

Nunc quæramus quomodo per mortem, &c.
Per mortem Chriſti, mundus tunc iuſtificatur,
Intus dum per eam dilectio multiplicatur,
Atque per fidem mortis eius credens meditatur.
Factus homo moritur, vt homo de morte trahatur.
Nil debens moritur, vt debitor eripiatur.
Ergo patet, quod homo per eum iuſte redimatur.
Ipſe reformator pacis, verus mediator.
Nos enim Dauid patrique reconciliauit.
Sed poſt baptiſmum, nos vita ſequens maculauit.

*Diſtinctio 20.*

Quod alio modo potuit liberare hominem, & quare potius iſto.

Si vero quæritur, vtrum alio modo poſſet Deus, &c.
Vere nos aliter ſaluare Deus potuiſſet,
Sed modus hic licuit, vt cunctis forma fuiſſet.
Cum fuit oblatus pius agnus & immaculatus,
Seque dedit pretium pro cunctis ſufficienter,
Electis vere pretium fuit efficienter.
Et pater, & genitus & Iudas traditione.
Chriſti conueniunt, diſconueniunt ratione.

*Diſtinctio 21.*

Si in Chriſto diuiſio in morte fuit animę, vel carnis a verbo, vel amborum.

Poſt prædicta, cõſiderandum eſt, vtrũ in morte, &c.
Expoſitus morti, diuiſus nempe videtur.
Exterius Chriſtus, vnitus & intus habetur.
Spiritus à carne per mortem diſſociatur,
A deitate tamen neutrum vere ſeparatur
Cum caro mortalis, ſed non deitas patiatur.

Diſtin-

*Diſtinctio.22.*

Si Chriſtus in morte fuit homo.

Hic quæritur, vtrum in illo triduo mortis. &c.

Vnitus verbo Chriſtus ſemper perhibetur.
Hinc quod homo fuit in triduo pleriſque videtur,
A multis aliter, recta ratione tenetur.
Chriſtus vbique fuit homo, ſi perſona notetur.
Sed ſi naturas diſtinguas hoc reprobetur.
Sed ſi deſcendit de cęlo diſcutietur.

*Diſtinctio.23.*

Si Chriſtus habuit fidem ſpem & charitatem.

Cũ vero ſupra habitũ ſit, Chriſtum plenum gratis.

Virtus qua credis non viſa fides habetur.
Quo credis vel quod, ſi diſcernas variatur.
Credo Deo, credoque Deum, licet inueniatur.
Si non credis in hunc, vere totum nihilatur.
Formatamque fidem dilectio concomitatur.
Informis fiet, ſi dulcis amor retrahatur.
Vt Deus eſt vnus, vnum baptiſma probatur.
Vna fides genere, qua creditur accipiatur.
Vera fides rebus, non viſis appropriatur.
Primo fides veluti fundamentum ſituatur.
Credere, ſperare præcedit ſicut amare.
Vt tamen eſt Virtus, neutrum poteris ſeparare.

*Diſtinctio.24.*

Quomodo intelligitur quod ſcriptum eſt, cum factũ fuerit credatis, & de fidei obiecto atque materia.

Hic quæritur, ſi fides tantum de non viſis eſt, &c.

Thomas tangebat carnem, quam conſpiciebat.
Sed Deus interius in Chriſti carne latebat.
In quem credebat, viſis inuiſa videbat.
Sic etiam Petrus, Chriſtum ſub carne latentem.
Credidit eſſe Deum, quem cernebat patientem,
Eſt ex auditu ſi percipis interiori.
Ipſa fides proprie, ſed non ex exteriori.
Quædam non credis in viuaci ratione,
Et quædam credas ſine certa cognitione.

*Diſtinctio.25.*

De fide antiquorum.

Prædictis adiiciendum eſt de ſufficientia fi. &c.

Et præcedentes aduentum, ſiue ſequentes.
Non ſunt ſaluati, niſi pro ſanguine nati.
Chriſtum venturum Chriſtum necnon moriturum
Inde reſurgentem, poſt in fine venientem.
Credebant certe tunc implicite vel aperte.
Qui ſunt ſaluati pretioſo ſanguine nati.
Chriſti Baptiſta, profecto non dubitauit.
Immo velut dubitans dubitantes certificauit.
In Chriſtum credis Corneli, ſed quia natum
Neſcis per Petrum tibi ſit baptiſma relatum.
Virtutum radix, amor eſt, non euacuatur.
Speque fide, maior, amor hac ratione vocatur.

*Diſtinctio.26.*

De ſpe quid ſit.

Eſt aũt ſpes virtus qua ſpiritualia & æterna, &c.

Per ſpem ſperamus, quæ nunc bona deſideramus.
Eſſe futurarum rerum, ſpem credo bonarum.
Sitque fides rerum ſanctarum ſiue malarum.
Dictas virtutes nequaquam Chriſtus habebat.
Sicut nec ſancti, nam clare cuncta videbat.
Sancti in limbo ſpes atque fides remanebat,

*Diſtinctio.27.*

De charitate, qua diligitur Deus, & proximus quæ in Chriſto, vel etiam in nobis eſt.

Cum aũt Chriſtus, fidem & ſpem nõ habuerit, &c.

Chriſtus ſyncera fuit & dilectio vera
Primo Deus in ſe, poſt ipſum frater ametur.
Hic amor vnus erat, ſed præceptum geminatur.
In patria primum complete perficietur.
Ex motu duplici Deus, & poſt frater ametur.

*Diſtinctio. 28.*

Si illo præcepto iubemur, diligere totum proximum, & nos totos.

Hic quæri poteſt, vtrum illo mandato, &c.

Es tibi tu totus, & frater totus amandus.
Angelus obſequio, tibi proximus eſt, & amandus.
Spe conuertendi naturæ conditione,
Proximus eſt, ſic obſequio cognationeque.

*Diſtinctio.29.*

De ordine diligendi, quid prius, quid poſt.

Poſt prædicta, de ordine charitatis, &c.

Sunt in amore gradus ſi certe conſpiciatur.
Nam plus affinis, quam non affinis amatur.
Affectuque pari non omnes prorſus amamus.
Præmia cum cunctis, eadem pariter cupiamus.
Cum tamen id brauium, cunctis æque cupiamus
Naturam ſed non vitium, peccantis amemus.
Hic amor incipiet, creſcet, poſt perficiemus.

*Diſtinctio 30.*

Si melius eſt diligere amicos, quam inimicos, & econuerſo.

Hic ſolet quæri, quod patris ſit, &c.

Eſt magis intentus, in amicum, motus amoris
Ex hoc, talis amor, fertur meriti potioris.

*Diſtinctio 31.*

Si charitas ſemel habita amittatur.

Illud quoque non eſt prætereundum, &c.

Nunc perdi quid amor, in cęlis perpetuatur.
Ipſa fides, & ſpes, in cęlis euacuatur.
Ipſe modus, qui nunc ſcitur, tunc adnihilatur.
Electos ſolum ſicut ſe Chriſtus amauit.
Hic amor eſt patriæ, quem Chriſtus ſignificauit.

*Diſtinctio.32.*

De charitate Dei.

Præmiſſis, adiiciendum eſt, de dilectione, &c.

Nil Deus odiſti, rerum quibus eſſe dediſti.
Prædilexiſti tamen illum quem genuiſti.
Hinc in amore patris, effectus & eſſe notatur.
Primum mutatur, reliquum nunquam variatur.
Simpliciter dominus, electos ſemper amauit.
Similiter reprobos odiuit & reprobauit.

*Diſtinctio.33.*

De quatuor virtutibus principalibus.

Poſt prædicta, de quatuor virtutibus, &c.

Prudentes, ſobrii, iuſti, fortesque vocantur.
Virtutes cardinales, quos concomitantur.
Quæ non tollentur, ſed vere perficientur.
Harum mutantur vſus, non euacuantur.

*Diſtinctio.34.*

De ſeptem donis Spirituſſancti

Nunc de ſeptem donis Spirituſſancti, &c.

In patria dona ſeptem, non euacuantur.
In Chriſto Ieſu, prædicta fuiſſe probantur.
Vſus quorundam, ſi diſcernas, variantur.
Nam patriæ more, reuereris Chriſte timore.
Dat naturalem, ſolum natura timorem.
Hunc habuit Chriſtus mortis metuendo dolorem,
Ipſa libido parit, humanum nempe dolorem.
Et poſt mundanum, præ cunctis deteriorem.
Seruilem, poſt initialem, ſique filialem.
Gratia præſtabit, ipſam ſi quis triplicabit.

*Diſtinctio 35.*

Quomodo differant, ſapientia & ſcientia.

Poſt præmiſſa, diligenter conſiderandum eſt, &c.
Aeternum ſapiens mundana ſciens meditatur.
Aſt intellectus, animæ motus, ſpeculatur.

*Diſtinctio.36.*

De connexione virtutum, quæ non ſeparantur.
Solet etiam quæri, vtrum virtutes, &c.
Virtutes vbi ſunt, omnes ſunt atque pares ſunt.
Connexæ ſibi ſunt, tamen vſu diſsimiles ſunt.
A vitiis vere totum debes remouere.
Crimina dic vere nexu, paritate carere.
Si præcepta Dei, finaliter accipiuntur.
Omnia claudit amor, & ob ipſum præcipiuntur.

*Diſtinctio.37.*

De decem præceptis quomodo contineantur in duobus mandatis.
Sed iam diſtributio decalogi, quæ in duob. &c.
Sunt præcepta decem, tria reſpiciunt deitatem.
Sed ſeptem ſpectant, ad fratrum commoditatem.
Idola non ſunt, ſi formaliter accipiatur.
Nam deitas in eis non eſt, quod gens veneratur.
Aegyptus per præceptum Dei ſpoliatur,
Hinc excuſatur plebs, nec furtum reputatur.
Aegyptus Domini iuſſu quoniam ſpoliatur.
Plebs excuſatur, furtum fore nec reputatur.

*Diſtinctio.38.*

De triplici genere mendacii.
Sciendum tamen tria eſſe genera, &c.
Delectant homines mendacia, dicta iocoſa.
Quæ proſunt, ſed non obſunt, dic officioſa,
Obſunt nec proſunt, mendacia pernicioſa,
Mortem poſtrema duo, perfectis operantur.
Prædictę ſpecies, in plures ramificantur.
Sunt obſtetrices mentitæ, cum pietate.
Cum propriæ vitæ ſeruandæ ſolicitatæ.
Myſterium Iacob excuſat, nam quod faciebat,
Et quod dicebat, hoc ſacrum pneuma docebat.

*Diſtinctio.39.*

An periurium ſit, vbi non eſt mendacium.
Nunc de periurio videamus. &c.
Si large ſumpta mendacia conſideremus:
Semper mentitur, quem periurare videmus.
Si ſtricte ſumas, præconceſſum reprobemus:
Qui falſum dicet hũc periurare ſciemus.
Et qui mentitur iurans, huic aſſociemus.
Compulſo pro re licita, iurare licebit.
Sic iuramentum, quis acceptare valebit.
Si compellaris, verum iurare licebit.
Sic & iurare permittere quiſque valebit.
Si male iuratur, iuramentum nihilatur.
Nec iuramento, iurans de iure ligatur.

*Diſtinctio.40.*

De diſtinctione duorum de concupiſcentia mandatorum.
Sextum præceptum eſt &c.
Differt a veteri, noua lex, nam prima timoris
Eſt, ſed dulcoris extat noua lex, ſed amoris.
Præceptis & promiſsis differre probantur,
Et ſacramentis, ſi leges diſcutiantur.

## IN QVARTVM SENTENTIARVM
### Librum ſententiæ.

*Diſtinctio prima.*

De ſacramentis in generali.

SAmaritanus enim, vulnerato approprians.
Sacrum ſignatum, ſacra ſignans ſiue ſacratum
Secretum, ſacramentum dic eſſe vocatum.
Signorum, quædam data naturalia quædam
Quædam ſigna data, ſunt ſacramenta uocata.
Vt meritum fidei creſcat, faſtusque fugetur.
Ocia ne regnent, ſunt ſacramenta ſtatuta.
Prima ſacramenta, nobis noua ſignificabant.
Et non ſaluabant, ſed circuncíſio vere.
Vim baptiſmalem, tunc credebatur habere.
Ex verbis pariter, & rebus conficiuntur.
Erudiunt, reprimunt, exercent, hic ſtatuuntur.
Eſt circumciſus Abraham, proles ſociatur.
Vt diſtinguatur, credat, placeat redimatur.
Octauaque die præputia petra ſecabat.
Quæ petra, Chriſtum venturum ſignificabat.
Ante dies octo, puerum ſi mors rapiebat,
Ipſa paterna fides, prædicto ſufficiebat.
Lex naturalis pueris ſic ſubueniebat.
Per domini cultus, tunc ſaluabatur adultus.

*Diſtinctio.2.*

De ſacramento nouæ legis.
Iam ad ſacramenta nouæ legis accedamus. &c.
Baptizat, iungit, firmat, cibat, ordinat, iungit.
Pœnitet, hæc Chriſti, pia ſacramenta petiiti.
Totam virtutem, ſumpſerunt, de cruce Chriſti.
Deuictis primis, quod lex non ſaluificauit,
Aduenit Chriſtus, cruce mundum, qui reparauit.
In præcurſoris baptiſmate nulla dabatur.
Gratia, qua propter ea ſanctis poſt iteratur.
Cum baptizabat, venturum ſignificabat.

*Diſtinctio. 3.*

Quid ſit baptiſma.
Poſt hæc videndum eſt, quid ſit baptiſmus &c.
Fit ſacramentum, cum tangit vox elementum.
Chriſti forma data, ſit ſemper mente notata.
Ne corrumpantur noſtri ſpecies caueatur.
Quæ ſi mutatur, certe totum nihilatur.
Et ſi mutatur baptiſmus nec reputatur.
Seruabis breuiter morem, mergens ſemel aut ter.
O pia mors Chriſti legalia tu tumulaſti,
Et portas cęli nobis ex tunc reſeraſti.

*Diſtinctio.4.*

Quod alii ſuſcipiunt ſacramentum & rem, alii ſacramentum & non rem.
Hic dicendum aliquos ſuſcipere. &c.
Subiectos fidei, cum re profeſtor habere
Baptiſmum; fictos re prorſus dico carere,
Paſsi pro Chriſto, lauacro non re caruere.
Cum baptizari, contriti non potuere.
Qui baptizantur, Chriſtum veſtire probantur.
Sed iuſti plene, ficti quoque non ita plene.
Sancti qui lauacrum contingere non potuerunt,
Sanguine ſiue fide, baptizari meruerunt.
Si quis mundatus, non eſt baptiſma paratus,
Per baptiſma datur, vt mundior efficiatur.
Virtus augetur, fomes multum reprimetur.

*Diſtinctio.5.*

Quod baptiſmus æque ſanctus eſt a bono, vel a malo datus.
Poſt hæc ſciendum eſt, ſacramentum baptiſmi &c.
Vita miniſtrorum, quanquam vitiis maculetur,
Vis baptiſmalis, ex hoc non concutietur,
Si tamen intendas, hæreſim nil conficietur.
Nulli nempe datur, vt ſit baptiſmus in eius
Nomine, ne domini ſpes in ſeruo ſtatuatur,
Ipſe Deus ſolus dimittit crimina vere,
Quanquam miniſterium clauis tu poſsis habere.

*Diſtinctio.6.*

Quibus liceat baptizare.
Nunc quibus liceat baptizare, &c.

A quo-

A quocunque datur baptiſmus,non iteratur.
Si tamen intendat,quod ab eccleſia celebratur:
Præsbiterum quæret,primo ſi poſsit habere,
Qui non eſt natus,non eſt profecto renatus.
Quiſquis non naſci potuit,nec poſſe renaſci.
Primo quẽis nati ſunt Hiere.Io.ſanctificati,
Dic patrias ſanctas bene baptizare probatis.
Sed ſi diſcordet,intentio,nil operaris,
Si prorſus ludendo datur,tunc annihilatur.
Si tamen intendat dare ludens,non reprobatur.
Si baptizatur adoleſcens,ipſe loquatur.
Infans vel mutus patrini voce ligatur.
Hinc exorciſmi fiunt,poſt hos catheciſmi,
Hinc baptizatur infans,cum fonte lauatur.

*Diſtinctio* 7.

De confirmatione,

Nunc de ſacramento confirmationis,&c.
Præſul confirmat,dum frontem chriſmate firmat,
Quo confirmatur vt Chriſtum confiteatur.
A maiore datur,& gratia corroboratur.
Baptiſmo maius,dicta ratione probatur.
Ieiune detur,ſi edatur,non iteretur.

*Diſtinctio* 8.

De ſacramento altaris,& Euchariſtiæ,

Poſt ſacramentum baptiſmi,&c.
Baptiſmus mundat,æſtus reprimens vitiorum.
Eucharitom ſolidans,reficit pia corda bonorum,
Eucharitom bona gratia ſit, quam virgo Maria
Concepit,peperit,portauit,lacte cibauit,
Manna figurauit,& Melchiſedech reſerauit.
Agnus promebat,mare cum Baptiſta tegebat,
Poſt agnum typicum,datur agnus non maculatus,
Nam paſſo Chriſto,prior eſt agnus tumulatus,
Chriſtum ſumetis,ieiuni,voſq. paretis.
Formam ſignetis,propriam qua conficietis.
Chriſtus contenta res eſt,ac ſignificata,
Tantum ſignata,ſed non contenta fideles.
Signa ſunt ſpecies, res tantum dico fideles
Et corpus verum eſt Chriſti,res eſt ſpecierum,
Eccleſiæ dignum ſic credas hæc duo ſignum.

*Diſtinctio* 9.

De duobus modis manducandi.

Et ſic duæ ſunt res illius ſacramenti,&c.
Sumere crede malos corpus Chriſti precioſum,
Hiſq; ſalutiferum non eſt,ſed pernicioſum,
Digne ſumentes,ſunt fructum percipientes,
Spiritualiter hi,ſacramentaliter illi,
Eſt ſacramentalis modus vnus,ſpiritualis
Eſt melior,ſine quo præſumens ſumere pecco.

*Diſtinctio.* 10.

De hæreſi aliorum,qui dicunt corpus Chriſti non eſſe in altari,niſi in ſigno.

Sunt item alij præcedentium inſaniam,&c.
Nam cœlis corpus Chriſti,nunquam ſeparatur.
In terris quanquam ſit,namq; Deus hoc operatur.
Quod ſimul,hic & ibi,Ieſus integer inueniatur,
Panis mutatur in eum,non hic variatur.
Ergo ſit totum,ſpecie ſub vtraque ſciatur.

*Diſtinctio.* 11.

De modo conuerſionis.

Si autem quæratur qualis ſit illa conuerſio,&c.
Totus,& in totum tranſit,ſpecies remouere
Debes,& Chriſtum ſub eiſdem crede latere.
Panis mutatur in eum,non adnihilatur.
Sumitur occulte Chriſtus,ne ſit tibi ſtulte,
Horror ſeu riſus,ſitque lucroſa fides.
Ne reprehendaris,horreſcas,ſed merearis.
Credens ipſe Ieſum,ſub velo ſumis in eſum
Vino dic animam,ſed corpus pane vocari,
Hac duplici ſpecie dic nobis ſignificari,
Totam naturam noſtram Chriſto reparari,
Quam vere ſumpſit ſibi nec debet dubitari.
Vino iungatur aqua,qua plebs ſignificatur.
Si non addatur,conſtat quod conficiatur,
Sed qui ſacrificat,hinc dire corripiatur.
Panis triticeus & vinum ſacrificantur.
Omnia nullantur,hæ ſi ſpecies uariantur,
Panem triticeum,cum vino ſacrificabis.
Fruſtra libabis, ſpecies has ſi variabis.

*Diſtinctio* 12.

Vbi illa accidentia fundentur.

Si autem quæritur,de accidentibus,&c.
Dic ſpecies vere,ſine ſubiecto manere,
Ipſæ franguntur,tricantur,& aſpiciuntur.
Chriſtus velatur in eis,vt homo mereatur,
Ambulat in terris Chriſtus,ſurgit,tumulatur.
Hoſtia partita,docet hoc ſi diſcutiatur.
Pugnant,purgantur,alii iam glorificantur.
Et per tres partes diuiſa ſignificantur.
Vt te mundabis frater,ſic participabis.

*Diſtinctio.* 13.

Si hæretici vel excommunicati hoc ſacramentum,conficiant.

Solet etiam quæri vtrum praui ſacerdotes,&c.
Si bene ſeruetur intentio,forma,poteſtas,
Conficit hæreticus,præciſus non remouetur.
Si quis conatur,peruerſum dogma tueri,
Et quod ab eccleſia nouit prorſus prohiberi,
Hic hæreſis fautor debet de iure caueri,
Dicitur hinc hæreſis doctrina falſa poeſis.

*Diſtinctio.* 14.

De pęnitentia.

Poſt hæc de pœnitentia agendum eſt,&c.
Poſt lapſum primam tabulam baptiſma vocamus,
Cum cadimus reliquam capimus,ſi pœniteamus.
Pœna reſumetur,baptiſmus non iteretur,
Pœna ſacramentum,nec non virtus referatur. Pœna, id eſt pęnitẽtia.
Porro baptiſmus,virtus non eſſe probatur.
Crimina deflere,poſt committenda cauere,
Signabit vere deplangere,pœque nitere,
Verum qui flebit,ſed poſt peccare placebit,
Diſsimulat vere,vel neſcit pœque nitere.
Vt te peccante rurſus reus es velut ante,
Sicut deflebis,bona perdita rurſus habebis.
Hæc bona ſunt vere,quæ primo viua fuere.
Quorundam more ſolennis non iteratur.
In multis tamen Eccleſiis hoc adnihilatur.
Quandocunque dolet peccator ſuſcipiatur.
Vt patet in Dauid,ſemper dominus miſeratur.

*Diſtinctio.* 15.

Quod pluribus irretitus peccatis,non põt de vno pœnitere verè,niſi & de omnibus pęniteat.

Et ſicut ſupradictis auctoritatibus,&c.
Vnum deleri nequit,ac aliud retineri.
Mortis peccatum teneas ſic eſſe probatum.
Vtque flagelleris,purgeris ſiue proberis,
Aut conſerueris,pœnam domini patieris
Necnon pœna datur qua Chriſtus glorificatur.
Conſule,caſtiga,ſolare,fer,ora,remitte,
Viſito,poto,cibo,redimo,tego,collido,condo.
Interius mundet eleemoſina ſpiritualis.
Ad vitam,ſine qua,tibi nil prodeſt manualis.
Bis non punitur qui pęna ſufficienti,
Hic in præſenti bene correctus reperitur.
Quæ bona mortua ſunt ad vitam nil tibi proſunt.

Nil

Nil ex condigno,ſed congruitate meretur;
Si quis ſecluſus,ab amoris laude probetur.

*Diſtinctio 16.*

De tribus quæ in pęnitentia conſideranda ſunt.
In perfectione autem pęnitentiæ tria ſunt,&c.
Crimen deletur,ſi cor,manus,os,comittitur.
Iſtis peccamus,ipſiſque ſacrificamus.
Hunc de peccatis perfecte credo dolere,
Qui fructus dignos faciens,vult ſponte carere,
Officiis,quæ vix ſine culpa quid retinere.
Pęna reor ſanctè poſt baptiſmum ſit & ante,
Crebra medela datur,per quam veniale lauatur.

*Diſtinctio 17.& 18*

Tria proponuntur quærenda, primum an ſine confeſſione dimittatur peccatum.
Hic oritur quæſtio multiplex, &c.
Claues carnales non ſunt,ſed ſpirituales,
Prima poteſtatis tenet arcem nobilitatis.
Officium reliquæ diſcernendum tribuatis.
His non vtetur,quiſquis præciſus habetur,
Incurrens hæreſim damnatam connumeretur.
Nec non aſtrictus anathemate conſocietur.
Abſoluit ſummus culpam pęnam remouendo.
Presbyter abſoluit,hoc eccleſiæ referendo,
Nec non abſoluit,de pęna quid minuendo.
Si diſponatur is,qui ſibi confiteatur;
Si quis ſtringatur anathemate nempe ligatur,
Quiſquis labitur in peccatum,tenebratur.
Luceque priuatur,cum gratia grata trahatur.

*Diſtinctio.19.*

Quando hæ claues dantur & quibus.
Poſtquam oſtenſum eſt quæ ſunt claues,&c.
Cum ſacer ordo datur,hunc clauis concomitatur.
Prauos presbyteros claues tibi conſtet habere,
Recto iudicio multos decerno carere,
Clauibus vtetur digne qui iuſta ſequetur.
Petri viuentes ſancte,legemque tenentes,
In quibus eſt Chriſtus plene benedicere tales.
Presbyteri poſſunt,quoniam ſunt ſpirituales.
Prauus ſpe lucri prauos homines benedicit.
Hinc Propheta refert, quod eis dominus maledicit.

*Diſtinctio.20.*

De his qui in fine pęnitent.
Sciendum eſt etiam quod tempus pęniten.&c.
Huic indulgebit,fons immenſus pietatis,
Qui de peccatis ſaltem moriendo dolebit.
Quæ non perfecte viuens peccata lauabit,
Ignis purgabit,& ſic ad regna volabit,
Si lamentatis faciens velut ipſe mereris,
De te vindictam,poſt mortem nil patieris.
Pęnam vi iuris non impones morituris.
Præſulis aſſenſu,viduam dic poſſe ſacrare,
Tantum presbyterum,ſic quoſdam conciliare,
Si ſubito iuſtus in confeſſus moriatur.
Secure talis oblatio ſuſcipiatur.
Quiſquis in articulo veniam non deſpiciatur.

*Diſtinctio.21.*

De peccatis quæ poſt hanc vitam dimittuntur.
Solet etiam quæri vtrum poſt hanc vitam,&c.
Conſtat poſt mortem,venialia ſæpe remitti,
Et ſic admitti,promiſſam viſere ſortem;
In ſtipula:ligno:fęno,venialia ſigno.
Pro grauibus culpis,confeſſio ſit ſpecialis.
Oblitas culpaſque leues delet generalis.
Crimina vel ſaltem ſemel vni confitearis.
Tę ſic accuſes ne mendax inueniaris.
Deponi debet vt iuris regula præbet.
Quiſquis non cęlat immo confeſſa reuelat.
Paſtor vitetur proprius,ſi prorſus habetur
Inſcius,aut hæreſis ſectam ſentire probetur,
Nec non vitiatur anathemate quando ligatur.
Non alias debet vitari ius ita præbet.

*Diſtinctio.22.*

Si peccata dimiſſa redeant.
Cumque multis auctoritatibus ſupra ſit,&c.
Quæ iam deleta primo peccata fuerunt,
Non iterum redeunt,hoc plures non tenuerunt.
In culpam rediens,ingratus quippe probatur,
Hinc reus vt primo dicta ratione putatur
Vt dolor exterior,pro ſigno prorſus habetur,
Sic dolor interior pro ſigno reque tenetur,
Tantum res horum dimiſſio ſit vitiorum.

*Diſtinctio.23.*

De ſacramento vnctionis extremæ.
Præter præmiſſa,eſt etiam aliud ſacramentum,&c.
Aeger inungatur oleo quod ſanctificatur,
Pontificis dextra,tamen vnctio ſic triplicatur,
In baptiſmalem,finalem,pontificalem,
Vnctio mundabit animam,morbum remouebit.
Si ſummus Phyſicus hoc neceſſe videbit,
Intus res,ſignum foris vnctio quit replicari,
Quam ſi contemnas in damnum dic reputari,
Et ſacramenta quædam poterunt iterari.
Qui poſt vxorem primam ſibi poſteriorem,
Ducit non debet benedici,ius ita præbet.

*Diſtinctio.24.*

De ordinibus eccleſiaſticis quot ſint.
Nunc ad conſiderationem,ſacræ ordina. &c.
Septem ſacrorum,ſpecies ſunt officiorum,
His gradibus ſeptem digne domino famulantur.
Qui ſeptem donis ſeptempliciter decorantur.
Clericus a cleros,ſortitus ſorte vocatur,
Atque coronatur,quia regere ſe teneatur,
Ac alios veluti rex,regere regna probatur,
Oſtia ſeruabit primus de iure miniſter.
Eiicienſque malos,dignis templum reſerabit,
Hæc dominus fecit,cum vendentes & ementes,
De templo iecit,templum minime reuerentes.
Lectores legere debent,populumque monere,
Doctor doctorum,legit turbæ ſeniorum,
Inuiſos hoſtes,bonus exorciſta fugabit,
Quos abiurabit ſic obſeſſos releuabit,
Ferre ſed acolyti debent candelabra niti.
Leuitis ſubleuitæ ſeruire parentur,
Siſtere presbyteris,leuitæ,ſic que iubentur.
In ſacris dandis ipſoſque iuuare tenentur,
Leuitæ debent euangelium recitare.
Presbyteri ſoli,debent oblata ſacrare.
Dicta myſteria dudum ſunt ſignificata,
Per Ieſum Chriſtum,ſunt nobis corroborata,
Inde per eccleſiam diſtinctè ſunt celebrata,
Eſt ordo quædam promotio magna bonorum,
Sed tantum ſacri tres ſunt nihilominus horum.
Officii nomen dignum ſit pontificatus,
Ordo pontificum ſignetur quadruplicatus.
Cantor dicatur in cantu qui moderatur.
Voce,ſed miſſa ſonat ad Deum quaſi miſſa.

*Diſtinctio.25.*

De ordinatis ab hæreticis.
Solet etiam quæri,ſi hæretici ab eccleſia &c.
Qui deprauantur hæreſi,vel ab eccleſia reſecantur,
Poſſunt ſacra dare,ſacros necnon celebrare,
Verum lucroſe non dant ſed pernicioſe,

Cumque

Cumq; ſemel dentur, nequaquam poſt iterentur.
Multi vendentes cum Simone ſunt & ementes,
Sacramentales res verè ſpirituales,
Talis ab officio ſuſcepto iure ligatur,
Quiſquis in ordinibus cum Simone ſimoniatur.
Si diſpenſatur cum tali tunc reuocatur.
Aetatem licitam,qua quiſquis promoueatur,
Canon declarat,niſi vita magis mereatur.

*Diſtinctio 26*

De ſacramento coniugij,cuius inſtitutio & cauſa oſtenditur.

Cum alia ſacramenta poſt peccatum,&c.
Inſtituit prius,vt decuit,pius ille creator,
Coniugium ſed in officium nunc eſt mediator,
Tunc præceptiuè,connubia ſacra dabantur,
Aſt indultiuè,nunc à nobis celebrantur,
Nunc indulgetur,vt fœda libido ligetur,
Nunc indulgentur,conceduntur,tolerantur,
Quod bona ſint Chriſti pia dogmata teſtificantur.
Eccleſiæ Chriſti coniunctus ſignificatur
Sacro coniugio,res hinc ſacrata vocatur.
Id que figuratur plene,ſi plene ſequatur,
Vnio carnalis,necnon & ſpiritualis.
Vxorem Ioſeph,Mariam crede fuiſſe,
Non tamen hanc carnis conſenſum dic habuiſſe.

*Diſtinctio 27.*

Quę ſunt conſideranda in coniugio.

Poſt hæc aduertendum eſt,quid ſit coniu.&c.
Quique ſemel per coniugium legale ligantur,
Non niſi per caſus certos licitè ſeparantur.
Si clauſtrum petere,conſenſerit alter eorum,
Non poterit,niſi conueniat conſenſus vtrorum.
Coniugium faciens, eſt acceptatio præſens,
Si ſit verborum conſenſus,vt eſt animorum,
Quanquam poſt actum, nunquam veniatur ad actum,
Sponſus dicetur,tantum ſpondendi futurus;
Si nunc ſpondetur,ſponſus coniuxq; vocetur.
Qui cuiquam de præſenti,per verba ligatur,
Ex hinc cum reliqua qui contrahat, adnihilatur,
Inter eos quamuis carnalis culpa ſequatur.
Primum coniugium ſic ſemper fortificatur.

*Diſtinctio. 28.*

Si conſenſus de futuro cum iuramento faciat coniugium.

Hic quæri debet, vtrum conſenſus de futuro, &c.
Quanquam iurando firmant ius verba futuri,
Poſt reſilire potes,ſed peccas hoc violando.
Contrahe clam verè contractum crede manere,
Sed nequit eccleſia, ſi diſcedat prohibere,
Cum deſint teſtes,quibus hoc poſſit cohibere.
Conſenſus coniugalis,contracta valere
Cogit coniugia,carnalis non ita verè.

*Diſtinctio. 29.*

Quod non eſt conſenſus legitimus, vbi eſt coactio

Oportet autem conſenſum coniugalem liberum,&c.
Si quis cogatur, nec conſenſus tribuatur,
Coniugium tale fruſtratur & annihilatur.
Si poſt conuiuat, tunc conſentire probatur,

*Diſtinctio. 30.*

De errore qui euacuat conſenſum.

Nec ſolum coactio impedit vel excludit,&c.
Error fortunæ,velut error,quaque litatis
Coniugium nunquam dirimunt,ſic eſſe ſciatis,
Virgo Ioſeph verè nupſit,ſed vterque manere
Virgo cenſebat,vt ſacrum pneuma monebat,
Cura gignendæ prolis,necnon fugiendæ
Luxuriæ,licitè ſunt vxores adhibendæ,
Cauſæ non æquæ ſpecies ſunt diuitiæque.
Ioſeph virgo datur,vt eo virgo foueatur.
Et ne ſuſpecta,virgo clemens habeatur.
Myſterium que ſacrum quaſi ſignatum teneatur.

*Diſtinctio.31.*

De tribus bonis coniugij.

Poſt hoc de bonis coniugij quę ſint,&c.
Proles atque fides,ſacramentumque notentur,
Quæ tria coniugij bona ſunt, duo ſępe mouentur.
Poſtremo latum ſemper manet inuiolatum,
Et ſi qui ſteriles ſeſe reddunt ſtudioſè,
Non hoc coniugium propriè voco,ſed vitioſè.
Ex quo formatur fœtus necnon animatur;
Quo procreatur ſibi mors homicida vocatur.
Si non ardore coeas,ſed prolis amore,
Debita ſeu dederis,non peccas immo mereris,
Eſt tamen in coitu mala delectatio verè,
Idq; malo culpæ,non pęnæ credo carere:

*Diſtinctio.32.*

De ſolutione carnalis debiti.

Sciendum etiam eſt,quia cum nominibus,&c.
Vir mulierque pares ſunt iuris redditione.
In cunctis alijs eſt vir caput ex ratione.
Si contradicat in voto vir mulieri
Sine viro mulier pro nullo debet haberi;
Ad ius reddendum,dicas vtrumque teneri.
Concedente viro,ſi coniux polliceatur,
Hinc habitum mutet,votum nunquam reuocatur,
Si vir concedat vxori poſſe vouere,
Ac habitum mutet,poſt non poterit prohiberi.
Menſtrua quando fluunt, reddi tibi iura ſcienter
Si petis offendis:porro ius redde dolenter.
Præcipuis feſtis offendis iura petendo,
Sed non reddendo,ſi reddis mente dolendo.
In feſtis petere ius nulli credo licere,
Hos ius diſiungit,quos ſeptuageſima iungit.

*Diſtinctio. 33.*

De diuerſis legibus coniugij.

Quæritur hic de antiquis patribus,&c.
Plures vxores patres habuere priores,
Nec delinquebant,cauſa prolis faciebant,
Sunt idcirco pares,Abraam vir,virgo Ioannes.
Integritas mentis,carnis præit integritatem.
Coniugium patrum præcellit virginitatem,
Si diſtinguantur leges,quibus hæc variantur.
Non Loth,ſed natæ mortem ſibi ſunt operatæ.

*Diſtinctio.34.*

De perſonis legitimis.

Nunc ſupereſt attendere,&c.
Votum,ius,crimen,cum cultus diſparitate.
Error conditio triplici cum proximitate:
Ordo,ligamentum,coeundi præpedimentum;
Hæc ſocianda negant connubia,iuncta religant.
Actu non habitu,ſi quemquam concomitatur,
Nubentem furia;contractus hic annihilatur,
Coniugium macula membrorum non ſeparatur.
Vxoris propriæ ſoror à te ſi violatur,
Hæc non priuatur proprio quin iure fruatur.
Quærere non poteris,ſed reddere iura teneris.
Nubere non poteris,vxor quit,ſi morieris.

*Diſtinctio.35.*

Eodem iure vtitur vir,& mulier.

Hoc etiam notandum, quod dominus,&c.
Si vir mechatur coniunxque virum comitatur,
Peccant lege pari,nequeunt ideo ſeparari,

Qui

Qui non mæchatur,ſi vult,licitè ſegregatur:
Sed redeat vel contineat,quiſquis ſeparatur.
Quæ non à ſcelere ceſſat,noli retinere,
A non mæchante mæchus poterit reuocari:
Poſſunt quando volunt ſic disiuncti ſociari,
Pontificis nutu diuortia dic celebrari,
Siue viuente viro ſe mæcho mæcha vouebit,
Siue viri proprij mortem pro poſſe mouebit,
Nubere nequaquam mæcho prædicta valebit,
Hanc legem pariter cum mæcha mæchus habebit.

*Diſtinctio 36.*

An error conditionis impediat matrimonium, vt vir ualeat ſeparari ab vxore, & econuerſo.

Nunc de conditione,videamus,&c.
Si ſeruæ nubas deceptus conditione,
Et reſilire velis,poteris iuris ratione.
Vnius ſeruæ ſi ſeruus nubit alius,
Coniugium cum ſeruitio perſtabit vtrius.
Cum ſit coniugium ſeruorum ſępe duorum,
Coniugium ſtabit cum ſeruitio dominorum,
Qui ſe ſeruificat vt coniugium dirimatur,
Nec facit vxorem ſeruam,nec ab hac ſeparatur.
Certum tempus habet ſponſalia,coniugiumque.
Quod niſi ſeruetur,reuocari poſſet vtrumque.

*Diſtinctio 37.*

In quo ordine nequeat fieri coniugium.

Sunt igitur quidam ordines in quibus,&c.
Impedit ordo ſacer connubia iuncta retractat,
Non aliam ducet vxorem,qui ſibi mactat.

*Diſtinctio 38.*

De votis.

Id eſt qui vxorem occidit.

Nunc de voto inſpiciamus, &c.
Coniugium voto priuato præpedietur.
Sed per ſolenne iam contractum dirimetur.
Si mulier nubit,redit,& vir qui perhibetur.
Mortuus,vxor ad hunc rediens,rea non reputetur.

*Diſtinctio 39.*

De diſpari cultu.

Poſt hæc de diſpari cultu videndum eſt,&c.
Diſparium cultu nunc coniugium dirimetur,
A blaſphemante,non blaſphemās ſeparetur,
Alterius fidei licitè quicunque ligantur.
Legitime tales nunc contraxiſſe probantur.
Conuerſo reliquo ſimul hi,potuere morari;
Quando ruina patet,conuerſus quit ſeparari.

*Diſtinctio 40.*

De cognatione,& prius de carnali.

Nunc ſupereſt,de cognatione aliquid,&c.
Si diſtinguatur cognatio ſic geminatur,
Quædam carnalis eſt,altera ſpiritualis.
Nubere non poteris conſanguineæ mulieri,
Ante gradum quartum conſtet tibi ſic prohiberi,
Ante gradum quartum conſanguineæ ſociari,
Non licet affinis,hac debet lege ligari.

*Diſtinctio 41.*

De affinitatis gradibus.

Nunc de affinitate videndum eſt,&c.
Affines fiunt carnali proximitate,
Adnumereſque gradus velut in conſanguinitate.
Si præit impediet,& coniugium maleſiet.
Fornicor eſt propriè meretricis,vel viduarum,
Stuprum virginis,inceſtus conſanguinearum,
Sed fit adulterium nuptarum peſtiferarum.

*Diſtinctio 42.*

De ſpirituali cognatione.

De parentalium graduum famoſa quæſtione, &c.
Quiſquis de fonte natum leuat vt ſeparetur,
Pena plectatur,nec coniugium dirimetur.
Ducere commatrem vel natas ſpirituales
Nemo poteſt,ſi fit,debes disiungere tales.
Nati carnales non ducent ſpirituales,
Vir nequit vxoris commatri conſociari,
Non à coniugibus debet quis fonte leuari,
Coniugium ſæpè licitè poterit celebrari,
Et ſacra coniugia licitè poſſunt iterari.

*Diſtinctio 43.*

De reſurrectione,& iudicij conditione.

Poſtremo de conditione reſurrectionis,&c.
Voce iubente Dei ſurgent qui tunc morientur;
Et iam defuncti cunctorum facta ſcientur,
Quod de nocte Ieſus ſit venturus perhibetur.
Aut inſperatum tempus ſub nocte notetur;
Vel ſubitum tempus per noctem ſignificetur.

*Diſtinctio 44.*

De ætate & ſtatura reſurgentium.

Solent autem nonnulli percunctari,& quærere,&cæt.
Aetatem Chriſti iuuenilem ſuſcipiemus.
Quando reſurgemus,ſed ſtaturam variemus.
Nil de materia carnis cuiuſque peribit,
Nam de pulueribus diſperſis tota redibit.
Nil deforme bonis inerit,ſed perficietur.
Quod deforme fuit,hoc prauis non tribuetur,
Corporeis flammis,ſemper reus afficietur,
Nec conſumetur,& dæmon in his patietur.
Sentiet has anima,quòd eis ſine fine cremetur,
Sicut abortiua quæ primo viua fuere
Surgent completè,ſic de monſtris puto vere.

*Diſtinctio 45.*

De diuerſis animarum receptaculis poſt mortem.

Præterea ſciendum,quod omnes animæ,&c.
Gloria,ſeu pena,duplex locus eſt animarum,
Sumptis corporibus,augetur pœna malorum.
Illis proficiunt ſuffragia qui meruerunt,
His quoque plus proſunt qui meritis viguerunt,
Si communia ſint,ſpecialia plus valuerunt
Illis,pro quibus hic ſuffragia facta fuerunt,
Orant pro nobis ſancti,bona noſtra volendo,
Atque preces noſtras,ſummo domino referendo.

*Diſtinctio 46.*

Si valde malis aliqua detur mitigatio pœnæ,
Sed quæritur hic,de valde malis,vtrum,&c.
Nulli damnato,ſaluando Deus miſeretur.
Eſt miſerans,quoniam non punit,vt ipſe meretur,
Eſt iudex iuſtus Deus,eſt miſerans miſeretur,
Actus,ſed non res,in eo diuerſificatur,
Ipſum iuſtitia necnon pietas comitatur.

*Diſtinctio 47.*

De ſententia iudicij.

Solet etiam quæri qualiter dabitur,&c.
Vtrum iudicij ſententia,voce feratur,
Aut ipſam dictet ſibi,conſcia mens dubitatur.
Sed ꝙ vocalis erit à multis reputatur.
Iudex Chriſtus erit,per quem decreta ferentur,
Aſſiſtent Chriſto,qui Chriſti iuſſa ſequentur.
Cuncta relinquentes,vt Chriſtum teſtificentur.
Ordine quadruplici,cuncti tunc inſtituentur.
Duplex ſanctorum,duplex erit & reproborum,

Idē eſt in Deo miſericordia & iuſtitia, ſed effectus varij.

Angelicus

Angelicus chorus trahit ad pœnam ſceleratos,
Colliget electos ducens ad ſumma beatos.
Ignis præcedens, electos purificabit.
Et poſt iudicium mundi faciem renouabit,
Demum damnatos diuina lege cremabit.
Tunc prælatus erit, Deus vnus, & euacuabit
Prælatos alios, cum ſanctos glorificabit.

*Diſtinctio* 48.

De forma iudicis.

Solet etiam quæri, in qua forma Chriſtus, &c.
Chriſtus homo cunctis patebit glorificatus.
Stigmata reſpiciet tam iuſtus, quam ſceleratus.
Si quæras cur Chriſtus homo potius perhibetur
Iudex ſit ratio, ꝙ ab omnibus inſpicietur,
Quòd de diuina natura non referetur.
Quòd Ieſus in Ioſaphat, pleriſque videtur.
Aere vel terra ſi iudicium celebretur;
Et quòd portetur ibi crux tunc conſpicietur;
Sed quòd in aere ſit magis ex ratione tenetur.
Sol ſtellæ luna tunc ecclypſim patientur.
Sed poſt iudicium maiore luce fruentur.
Angelici chori, mirantes hoc reuerentur.
Cœli fulgebunt, & motus lege carebunt,
Cuncta quietata perſiſtent, & renouata,
Sed meliorata vita veniente beata.

*Diſtinctio* 49.

De differentia manſionum in cœlo & in inferno.

Poſt reſurrectionem vero facto vniuerſo, &c.
Hieruſalem ciues fiunt in fine beati.
Inferni ciues damnati, ſeu reprobati,
Illi gaudebunt, iſti ſine fine dolebunt.
In donis pœniſque gradus diſtanter habebunt.
Scitur & appetitur a cunctis vita beata.
Eſurit: hic anima, ſed habens hanc ſit ſatiata.
Nam bene vult, & habet quod vult iam glorificata,
Non omnes æquè, cognoſcent ſiue fruentur,
Vna tamen merces eſt, quam mirando tuentur.
Aſt extenſiue gaudentes æquiparantur.
Sic cum corporibus, animæ plus glorificantur.
Corpus carnale ſurget tunc ſpirituale.

*Diſtinctio* 50.

Si mali in inferno peccabunt.

Hic oritur quæſtio, ex præmiſſis ducens, &c.
Nil in damnatis, peruerſum velle meretur,
Nam meriti tempus nunc eſt, ſed tunc remouetur.
Per tenebras illas priuatio plena notetur.
Aeternæ lucis, quam perpetuo patientur.
Noſcere damnati poterunt, hic ſi quid agatur
Coniecturando, vel ſi ſibi ſignificatur;
Necnon dilectis damnatus compatietur,
Exemplum præſens in diuite ſuſcipietur;
Ne ſanctos videant, poſt iudicium remouetur: *Id eſt nihil indecorum minuctur gloriæ.*
Semper erunt ſancti damnatos inſpicientes,
Ex hoc gaudentes, nihil ipſis compatientes.

Pſalmator rerum, lumen de lumine verum,
Da veniam ſcelerum, certam ſpeciem ſpecierum.
Laus ſanctorum, flos florum, ſpes miſerorum.
O lux cæcorum, dux morum, ſtella polorum,
Tu pia, tu venia, via, gloria, virgo Maria,
Voto ſyncero te deſidero, volo, quæro.
O contemplator crucis, & pacis reparator,
Legis zelator, & paupertatis amator:
Sic dilexiſti feruenter vulnera Chriſti,
Stigmatibus Chriſti ſignari quod meruiſti,
Hinc rogo me ſigna Franciſce per hæc tua ſigna.
Amen.

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI

## DE REDVCTIONE ARTIVM Ad Theologiam libellus.

*Iaco. 1.*

OMNE datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcẽdens a patre luminum, inquit Iacobus. In hoc verbo tãgitur origo omnis illuminationis & ſimul cum hoc inſinuatur, multiplicis luminis, ab illa fontali luce, liberalis emanatio. Licet autem omnis illuminatio interna ſit cognitione, poſſumus tamen rationabiliter diſtinguere, vt dicamus, quòd eſt lumen exterius, ſcilicet lumen artis mæchanicę; lumen inferius, ſcilicet lumẽ cognitionis Philoſophicæ; lumen ſuperius, ſcilicet lumẽ gratiæ, & ſacre ſcripturę. Primum illuminat reſpectu formæ artificialis, ſecundum reſpectu formæ naturalis, tertium reſpectu veritatis intellectualis, quartum & vltimum reſpectu veritatis ſalutaris. *Quadruplex lumẽ ſiue cognitio.* Primum ergo lumen quod illuminat ad figuras artificiales, quę quaſi exterius ſunt & propter ſupplendam corporis indigentiam, repertæ, dicitur lumen artis mæchanicæ, quæ quia quodã modo ſeruilis eſt, & degenerat à cognitione philoſophiæ, rectè ideo poteſt dici exterius. *Artes mechanicæ.* Et illud ſeptuplicatur ſecundum 7. artes mechanicas, quas aſſignat Hugo de ſancto Victore, in Didaſcolicon, quæ ſunt ſcilicet Lanificium, Armatura, Agricultura, Venatio, Nauigatio, Theatrica, Medicina, Quarum ſufficientia ſic accipitur. Quoniam omnis ars mechanica, aut eſt ad ſolatium, ſiue ſit ad excludendam triſtitiam, ſiue indigentiam, aut eſt ad commodum, ſiue illud prodeſt, aut delectat, ſecundum illud Horatij. Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ. Et iterum. Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci. Si eſt ad ſolatium & delectationem, ſic eſt Theatrica, quæ eſt ars ludorum, omnem modum ludendi continens, ſiue ſit in cantibus, ſiue in organis, ſiue in figmentis, ſiue in geſticulationibus corporis. Si vero ordinatur ad commodum ſiue profectum, ſecundum exteriorem hominem, hoc poteſt eſſe, aut quantum ad operimentum, aut quantum ad alimentum, aut quantum ad vtriuſque adminiculum. Si quantum ad operimentum, aut illud eſt de materia molli & leni, ſic eſt lanificium, aut eſt de materia dura & forti, & ſic eſt armatura, ſiue ars fabrilis, quæ continet omnem armaturam fabricatam, ſiue ex ferro, ſiue ex quocunque metallo, ſiue ex lapide, ſiue ex ligno. Si vero iuuat quantum ad alimentum, hoc poteſt eſſe dupliciter, quia cibamur vegetabilibus, & ſenſibilibus. Si quantum ad vegetabilia, ſic eſt agricultura. Si quantum ad ſenſibilia, ſic eſt venatio. Vel aliter, quia iuuare quantum ad cibum, poteſt eſſe dupliciter. Aut quantum ad ciborum genituram, & multiplicationem, & ſic eſt agricultura, aut quantum ad ciborum multiplicatorum præparationem; & ſic eſt venatio, quæ continet omne geuns præparandi cibos, & potus, & ſapores, quod pertinet ad piſtores, coços, & caupones. Denominatur autem ab vnius parte ſolum pp quandam excellentiam, & comparabilitatem. Si autẽ ad vtriuſq; adminiculum, hoc eſt dupliciter, aut defectum ſupplẽdo, & ſic eſt nauigatio, ſub qua continetur õis mercatio, ſiue pertinentium ad operimentum, ſiue ad alimentum, aut remouendo impedimentũ, aut nocumentũ, & ſic eſt medicina, ſiue q conſiſtit in confectione electuariorum, ſiue potionum, ſiue vnguentorum, ſiue curatione vulnerum, ſiue deciſione membro-

membrorum, ſicut chirurgia, theatrica autem eſt vnica. Et ſic patet ſufficientia. Secundum lumen quod illuminat nos ad formas naturales apprehendendas, eſt lumen cognitionis ſenſitiuæ, quod rectè dicitur inferius, qa cognitio ſenſitiua ab inferiori incepit, & fit beneficio lucis corporalis.

Cognitio ſenſitiua circa res naturales.

Et hoc quintuplicatur ſecundum quinq; ſenſus. Quorum ſufficientiam ſumit Aug. ſecundum naturam luminis elementorum in quarto ſuper Geneſi, hoc modo. Quia lumen, ſiue lux faciens ad diſtinctionem rerum corporearum, aut eſt in ſuæ proprietatis eminentia, & quadam puritate, & ſic eſt ſenſus viſus, aut commiſcetur aeri, & ſic eſt auditus, aut vapori, & ſic eſt odoratus, aut humori, & ſic eſt guſtus, aut terreæ groſſiciei, & ſic eſt tactus. Spiritus enim ſenſibilis naturam luminis habet, & in neruis viget, quorũ natura eſt clara, & peruia, & in iſtis quinq; ſenſib. multiplicatur, ſecundum maiorem, & minorem depurationem. Itaq; cum quinq; ſint corpora mundi ſimplicia. ſ. quatuor elemẽta, & quinta eſſentia, vt homo omnes formas corporeas poſſet percipere, quinq; ſenſus habet illis correſpondentes, quia nulla fit apprehenſio, niſi per aliquam ſimilitudinem, & conuenientiam organi, & obiecti, pro eo ꝙ natura ſenſus determinata eſt. Eſt & alius modus ſufficientiam ſenſuum ſumendi, ſed hanc approbat Aug. & rationalis videtur, quia ad hanc ſufficientiam ſimul concurrrunt correſpondentia ex parte organi, medij, & obiecti.

Cognitio phyſica, de cauſis rerum.

Tertium lumen quod illuminat, ad veritares intelligibiles perſcrutandas, eſt lumen cognitionis philoſophicæ, quod ideo interius dicitur, quia interiores cauſas, & latentes requirit, & hoc per principia diſciplinarum, & veritatis naturalis, quæ homini naturaliter ſunt inſerta. Et hoc triplicatur, in rationalem, naturalem, & moralem. Et ſufficientia poteſt ſumi ſic. Eſt enim veritas ſermonum, veritas rerum, & veritas morum, Rationalis veritatem ſermonum conſiderat, naturalis veritatem rerum, moralis veritatem morum. Vel aliter, ſicut in ſummo Deo eſt conſiderare rationem cauſæ efficientis, formalis, & exemplaris, quia eſt cauſa ſubſiſtendi, ratio intelligendi, & ordo viuendi, ſic in ipſa illuminatione philoſophiæ, quoniam aut illuminat ad cognoſcendas cauſas eſſendi, & ſic eſt phyſica, aut rationes intelligendi, & ſic eſt logica, aut ordinem viuendi, & ſic eſt moralis. Tertio modo ſic, quia lumen cognitionis philoſophicæ illuminat ipſam intelligentiam, hoc autem poteſt eſſe tripliciter. Aut inquantum regit motiuam, & ſic eſt moralis, aut inquantum regit ſeipſam, & ſic eſt naturalis, aut inquantum regit interpretatiuam, & ſic eſt ſermocinalis, vt ſic illuminetur homo ad veritatem vitæ, ad veritatem ſciẽtiæ, & ad veritatem doctrinæ. Et qm̃ tripliciter poteſt aliquis, per ſermonem quem habet apud ſe interpretari, vt. ſ. vel notum faciat mentis ſuæ conceptum, vel vt amplius moueat ad credendum, vel vt moueat ad amorem, vel odium, ideo ſermocinalis, ſiue rationalis philoſophia triplicatur. ſ. in Grammaticam, Logicam, & Rethoricam. Quarum prima eſt ad exprimendum, ſecundũ ad docendum, tertia ad mouendum. Prima reſpicit rationem, vt apprehenſiuam, ſecunda vt iudicatiuam, tertia vt motiuam. Et quia ratio apprehendit per ſermonem cõgruum, iudicat per verum, mouet per ſermonẽ ornatum, hinc eſt, ꝙ hæc triplex ſcientia has tres paſſiones circa ſermonem conſiderat. Rurſus quoniam intellectus noſter dirigi habet in iudicando, ſecundũ rõnes formales, & hæ tripliciter conſiderari poſſunt, vel in comparatione ad materiam, et ſic dicunt̃ rõnes formales, vel in comparatione ad animam, & ſic dicuntur intellectuales, vel in comparatione ad diuinam ſapientiam, & ſic dicuntur ideales, ideo naauralis philoſophia triplicatur. ſ. in phyſicam proprie dictam, in mathematicam, & in metaphyſicam, ita quod phyſica conſideratio eſt circa rerum generationem, & corruptionem, ſecundum virtutes naturales & rationes ſeminales. Mathematica eſt circa conſiderationem formarum abſtractibilium, ſecundum rationes intelligibiles. Metaphyſica, circa cognitionem omnium entium, quæ reducit ad vnum primum principium, à quo exierunt ſecundum rationes ideales, ſiue ad Deum inquantũ principium finis, & exemplar. Licet inter metaphyſicos, de huiuſmodi rationalibus idealibus, nonnulla fuit controuerſia. Poſtremò, quia regimen virtutis motiuæ tripliciter habet attendi. ſ. reſpectu vitæ propriæ, reſpectu familiæ, & reſpectu multitudinis ſubiectæ, ideo moralis philoſophia triplicatur. ſ. in monaſticam, œconomicam, & politicam, quæ diſtinguuntur ſecundum triplicem modum prædictum, ſicut apparet ex ipſis nominibus.

Cognitio ſacræ ſcripturę.

Quartum lumen, quod illuminat ad veritatem ſalutarem, eſt lumen ſacræ ſcripturæ, quod ideo dicitur ſuperius, quia ad ſuperiora ducit manifeſtando ea, quæ ſunt ſupra rationem. Et etiam quia non per inuentionem, ſed per inſpirationem, à Patre luminum deſcendit. Quod licet vnum ſit ſecundum intellectum literalem, eſt tamen triplex ſecundum ſenſum myſticum & ſpiritualem. In omnibus. n. ſacræ ſcripturæ libris, præter literalem ſenſum quem exterius verba ſonant, concipitur triplex ſenſus ſpiritualis. ſ. allegoricus quo docetur quid credendum de diuinitate, & humanitate ſit. Moralis, quo docetur, quomodo viuendum ſit. Et anagogicus, quo docetur, qualiter eſt Deo adhærendum.

Tria principaliter docet ſcriptura ſacra.

Vnde tota ſacra ſcriptura hæc tria docet, ſcilicet Chriſti æternam generationem, & incarnationem, viuendi ordinem, & Dei, & animæ vnionem. Primum reſpicit fidem, ſecundum mores, tertium finem vtriuſque.

Doctores, prædicatores, & contemplatiui, quibus intendere debent.

Circa primum inſudare debet ſtudiũ doctorum, circa ſecundum ſtudium prædicatorum, circa tertium ſtudium contemplatiuorum. Primum maxime docet Auguſtinus, ſecundum maxime docet Gregorius, tertium vero docet Dionyſius. Anſelmus ſequitur Auguſtinum. Bernardus ſequitur Gregorium. Richardus ſequitur Dionyſium. Quia Anſelmus in ratiocinatione. Bernardus in prædicatione. Richardus in contemplatione. Hugo vero omnia hæc. i. omnes ſequitur. Ex prædictis colligitur, ꝙ licet ex primaria diuiſione, quadruplex ſit lumen deſurſum deſcendens, ſunt tamen ſex eius differentiæ. ſ. lumen ſacræ ſcripturæ, lumen cognitionis ſenſitiuæ, lumen artis mechanicæ, & lumen philoſophiæ rationalis, lumen philoſophiæ naturalis, & lumen philoſophiæ moralis. Et ideo ſex illuminationes ſunt in vita iſta, & habent veſperam, quia omnis hæc ſcientia deſtruetur. Et ideo ſuccedit eis ſeptima dies requietionis, quæ veſperam non habet. ſ. illuminatio gloriæ. Vnde valde aperte poſſunt reduci ſex iſtę illuminationes, ad ſenarium formationum ſiue illuminationum, in quibus factus eſt mundus, vt cognitio ſacræ ſcripturæ, primę formationi. ſ. formationi lucis reſpondeat, & ſic deinceps per ordinem. Et ſicut omnes illæ ab vna luce habebant originem, ſic omnes iſtæ cognitiones ad cognitionem ſacræ ſcripturæ ordinantur, in ea clauduntur, & in illa perficiuntur, & mediante illa ad ęternam illuminationem ordinantur. Vnde omnis noſtra cognitio, in cognitione ſacrę ſcripturæ debet habere ſtatum, & maxime quantum ad intellectum anagogię, per quem illuminatio noſtra fertur in Deum, vnde habuit ortum. Et ideo ibi completus eſt circulus, completus eſt ſenarius, & proportio ſtatus.

Oẽs alię ſpeculationes ad cognitionẽ ſacræ ſcripturę.

Videamus ergo qualiter aliæ illuminationes cognitionum, reduci habent ad lumen ſacrę ſcripturæ. Et primo videamus, de illuminatione cognitionis ſenſitiuę, quę tota verſatur circa cognitionem ſenſibilium, vbi tria eſt conſiderare, videlicet cognoſcendi medium, cognoſcendi exercitium, cognoſcendi

gnoſcendi

gnoſcendi oblectamentum. Si conſideremus medium cognoſcendi, intuebimur ibi verbum æternaliter generatum,& ex tempore incarnatum. Nullum enim ſenſibile mouet potentiam,niſi mediante ſimilitudine,que egreditur ab obiecto, ſicut proles à parente, & hoc generaliter, realiter, & exemplariter eſt neceſſe eſſe in omni ſenſu. Illa autem ſimilitudo non facit completionem in actu ſentiendi, niſi vniatur cum organo, & virtute. Et cum vnitur, noua fit perceptio, & per illam perceptionẽ fit reductio, mediante illa ſimilitudine in obiectum. Et licet non ſemper ita obiectum ſentiatur, ſemper tñ, quantum eſt de ſe, gignit ſimilitudinem,cum eſt in ſua completione. Per hunc etiam modum intelligo, ꝙ à ſumma mente, quæ cognoſcibilis eſt in interioribus ſenſibus mentis noſtræ, eternaliter emanauit ſimilitudo,imago,& proles,& ille poſtmodũ,quando venit plenitudo temporis, vnitus eſt menti,& carni,ideſt homini quem formauerat, qui nunquam fuerat prius, & per illum oẽs mentes noſtræ reducuntur in Deum, quæ illam ſimilitudinem Patris per fidem in corde ſuſcipiunt. Si vero conſideremus ſenſuum exercitium, intuebimur ibi ordinem viuendi, vnuſquiſque enim ſenſus ſe exercet circa proprium obiectum, refugit ſibi nociuum,& non vſurpat alienum. Per hunc modum tunc ſenſus cordis ordinatè viuit, dum ſeipſum exercet ad id ad quod eſt contra negligentiam, dum refugit ſibi nociuum, contra concupiſcentiam, & dum non vſurpat ſibi alienum,contra ſuperbiam. Omnis. n. inordinatio aut venit ex negligentia, aut ex concupiſcentia, aut ex ſuperbia. Ille.n.ordinatè viuit,qui viuit prudenter, temperanter,& obtemperanter,vt refugiat negligentiam in operabilibus, concupiſcentiam in appetibilibus, ſuperbiam in excellentibus ſiue ſublimibus. Si aũt conſideremus oblectamentum,intuebimur Dei,& aīæ vnionẽ. Omnis.n.ſenſus ſuum ſenſibile conueniens quærit cum deſiderio,inuenit cum gaudio,repetit ſiue faſtidio,quia non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. Per hunc etiã modum,ſenſus cordis noſtri ſiue pulchrum, ſiue conſonum,ſiue odoriferum,ſiue dulce,ſiue mulcebre, debet deſideranter quærere, gaudenter inuenire, inceſſanter repetere. Ecce quõ in cognitione ſenſitiua continetur occulte diuina ſapientia. Et quàm mira eſt contemplatio quinq; ſenſum ſpiritualium, ſecundum conformitatem ad ſenſus corporales. Per hũc modũ eſt reperire in illuminatione artis mechanicæ, cuius tota intentio verſatur,circa artificialiũ productionẽ, In qua iſta tria poſſumus intueri.ſ. verbi generationẽ, & incarnationẽ,viuendi ordinem,& Dei,& aīæ fœderationem. Et hoc ſi conſideremus.ſ.egreſſum,effectum, fructum. Vel ſic. Artem operandi,qualitatẽ effecti artificis,& vtilitatẽ fructus eliciti. Si conſideremus egreſſum, videbimus ꝙ effectus artificialis exit ab artifice, mediante ſimilitudine exiſtente in mente, per quam artifex excogitat antequam producat,& inde producit,ſiue diſpoſuit. Producit aũt artifex exterius, opus aſſimilatũ exẽplari interiori eatenus,quo põt melius. Et ſi talẽ effectũ poſſet producere, qui ipſum amaret,& cognoſceret, vtiq; faceret. Et ſi effectus ille cognoſceret ſuũ opificem,hoc eſſet mediante ſimilitudine,ſecundum quam ab artifice proceſſit. Et ſi haberet obtenebratos oculos cognitionis, vt non poſſet ſupra ſe eleuari, neceſſe eſſet ad hoc, vt ad cognitionem ſui opificis duceretur, ꝙ ſimilitudo per quã productus eſſet effectus,condeſcenderet vſque ad illam naturã, quæ ab eo poſſet capi & cognoſci. Per hunc modũ intellige ꝙ à ſummo opifice nulla creatura proceſſit niſi per verbum æternum,in quo oĩa diſpoſuit,& per quod oĩa produxit,non ſolum creaturas habentes rõnem veſtigij,ſed etiam imaginis, vt eidem aſſimilari poſſint,per cognitionem, & amorem. Et quoniã per peccatum rationalis creatura oculum contemplationis obnubilatum habuit, decentiſſimũ fuit, vt æternum,& inuiſibile fieret viſibile, & aſſumeret carnem, vt nos ad patrem reduceret. Et hoc eſt, quod dicitur. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Et Patrem nemo nouit niſi Filius,& cui voluerit Filius reuelare. Et ideo dicitur. Verbum caro factum. Conſiderantes igitur illuminationem artis mechanicæ, quantum ad operis egreſſum,intuebimur ibi Verbũ generatum, & incarnatum,ideſt diuinitatem, & humanitatem, & totius fidei integritatem. Si vero conſideremus effectum, intuebimur viuendi ordinem. Omnis enim artifex intendit producere opus pulchrum, & vtile, & ſtabile, & tunc eſt charum,& acceptabile opus,cũ habet iſtas tres conditiones. Iuxta hæc tria neceſſe eſt,reperiri tria in ordine viuendi,ſcilicet ſcire,velle,& impermutabiliter operari,ſiue perſeueranter. Scientia reddit opus pulchrum, voluntas reddit vtile,perſeuerantia reddit ſtabile. Primum eſt in rationali, ſecundum in concupiſcibili, tertium in iraſcibili. Si conſideremus fructum, inueniemus Dei, & animę vnionem. Omnis enim artifex qui aliquod opus facit,aut facit,vt per illud laudetur,aut vt per illud aliquid ſibi operetur vel lucretur, aut vt in illo delectetur,ſecundum quæ tria ſunt in appetibilibus ſcilicet bonum, honeſtum, conferens, & delectabile. Propter hæc tria,fecit Deus animam rationalem,vt ipſa eum laudaret,& vt ipſa illi ſeruiret, & vt ipſa in eo delectaretur,& quieſceret. Et hoc eſt per charitatem, in qua qui manet,in Deo manet, & Deus in eo, ita quòd eſt ibi quædam mirabilis vnio, & in vnione mirabilis delectatio. Quoniam ipſe loquitur. Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. Ecce quomodo illuminatio artis mechanicæ, via eſt ad illuminationem ſacræ ſcripturæ, & nihil eſt in ea,quod non prædicet veram ſapientiam. Et ideo ſacra ſcriptura frequenter talibus ſimilitudinibus vtitur ſatis recte. Iuxta hunc etiam modum,eſt reperire in illuminatione rationalis philoſophiæ, cuius principalis intentio verſatur circa ſermonem. In quo eſt tria conſiderare, ſecundum triplicem ipſius ſermonis conſiderationem, ſcilicet reſpectu proferentis, ratione prolationis,& reſpectu audientis, ſiue ratione finis. Si ſermonem conſideremus in reſpectu ad loquentem, ſic videbimus quomodo omnis ſermo ſignificat mentis conceptum, & ille conceptus interior eſt verbum mentis,& eius proles,quæ nota eſt etiam ipſi concipienti. Sed ad hoc quòd fiat nota audienti,induit formam vocis, & verbum intelligibile, mediante illo indumento fit ſenſibile, & auditur exterius & ſuſcipitur in aure cordis audientis, & tamen non recedit à mente proferentis. Iuxta hunc modum videmus in verbo æterno, quòd Pater æternaliter ipſum,concepit generando, ſecundum illud. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. Sed ad hoc quòd homini ſenſibili fieret cognoſcibile, induit formam carnis. Et verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis,& tamen remanſit in ſinu patris. Si vero conſideremus ſermonem ratione ſui,ſic intuebimur in eo viuendi ordinem. Ad cõplementum enim ſermonis, neceſſario iſta tria concurrunt,ſcilicet congruitas, veritas, & ornatus. Et iuxta hæc tria, omnis actio noſtra debet habere modum, ſpeciem,& ordinem,vt ſit modificata, per modeſtiam in exteriori opere, ſpecioſa per munditiã in affectione, ordinata per rectitudinẽ in intẽtione. Tũc.n.rectè & ordinatè viuitur,cũ intentio recta,affectio mũda,& operatio modeſta. Si vero conſideremus ſermonem ratione finis,ſic eſt ad exprimendũ, ad erudiendũ, & ad mouendũ,ſed nunquam exprimit aliquis,niſi mediante ſpecie, nunquam docet niſi mediante lumine arguente, nunquam mouet niſi mediante virtute. Et ſic conſtat, ꝙ hoc non fit niſi per ſpeciem,& lumen, & virtutem intrinſecam intrinſecus animæ vnitam. Et ideo concludit

Aug.

Ordinatè viuere.

Reductio artis mechanicę ad cognitionem diuinam.

Ioã.ca.14.

Mat.c.11.

Ioan. 1.

Tria in ordine viuendi neceſſaria.

1. Ioan. 4.

Prouer. 8. cap.

Scientię rationalis reductio.

Prouer. 8.

De ratione ſermonis tria.

Rõ recte viuendi.

Finis ſermonis.

Aug. quòd ille ſolus eſt verus Doctor, qui poteſt ſpeciem imprimere, & lumen infundere, & virtutem dare cordi audientis. Et hinc eſt, quòd cathedram habet in cœlo, qui intus corda docet. Sicut ergo nihil cognoſcitur per ſermonem perfectè, niſi mediante virtute, lumine, & ſpecie vnitis animæ, ſic ad hoc quòd anima erudiatur ad Dei cognitionem, per ipſius internam locutionem, neceſſe eſt, ꝙ vniatur ei qui eſt ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ.

Hebr. 1.

Ex quo patet quàm mira eſt hęc contemplatio, per quam Auguſtinus in multis libris manducauit, ad diuinam ſapientiam. Secundum etiam hunc modum eſt reperire, in illuminatione naturalis philoſophiæ, cuius principalis intentio verſatur circa rationes formales, in materia, in anima, & in diuina ſapientia.

Naturalis philoſophiæ reductio.

Quas tripliciter contingit conſiderare, ſcilicet ſecundum habitudinẽ proportionis, ſecundum effectum cauſalitatis, & ſecundum medium vnionis. Et ſecundum hæc tria, eſt reperire tria præmiſſa. Si conſideremus eas ſecundum habitudinem proportionis, videbimus in eis verbum æternum, & verbum incarnatum. Rationes intellectuales, & abſtractæ, quaſi mediæ ſunt inter ſeminales, & ideales. Sed rationales ſeminales non poſſunt eſſe in materia, quin ſit in ea generatio, & productio formæ. Similiter vero in anima, non ſunt rationes intellectuales, quin ſit generatio verbi in mente, ergo nec idealis in Deo, quin ſit productio verbi, à Patre ſecundũ rectã proportionem, hoc. n. eſt dignitatis, & ſic conuenit creaturæ, multo fortius inferri poteſt de Creatore, propter quod dixit Auguſtinus, ꝙ filius Dei eſt ars patris.

Filius Dei eſt ars Patris.

Rurſus appetitus, qui eſt in materia, ordinatur ad rationes intellectuales, vt nullo modo perfecta ſit generatio, niſi anima rationalis vniatur materiæ corporali. Per conſimilem igitur rationem poteſt argui, ꝙ ſumma perfectio, & nobiliſſima in vniuerſo, eſſe non poteſt niſi natura, in qua ſunt rõnes ſeminales, & natura, in qua ſunt rationes intellectuales, & natura, in qua ſunt rationes ideales, ſimul concurrant in vnitatem perſonę, quod factum eſt in filij Dei incarnatione.

Chriſtus omnia.

Prædicat igitur tota naturalis philoſophia, per habitudinem proportionis Dei verbum natum, & incarnatum, vt idem ſit Alpha & Omega, natum ſcilicet in principio, & ante tempora, incarnatum verò in fine ſeculorum. Si verò conſideremus rationes iſtas, ſecũdum effectum cauſalitatis, perpendimus ordinem viuendi. Quoniã generatio non poteſt fieri in materia generabili, & corruptibili, ſecũdum rationes ſeminales, niſi beneficio luminis corporum ſupercœleſtium, quæ elongatur à generatione, & corruptione, ſcilicet à Sole, Luna, & ſtellis. Per hunc etiam modum anima non poteſt opera vitæ facere, niſi ſuſcipiat à Sole; id eſt à Chriſto gratuiti luminis beneficiũ, & niſi conſequatur ipſius lunæ, ideſt, Virginis Mariæ matris Chriſti patrocinium, & niſi imitetur aliorum ſanctorum exempla, ex quorum concurſu congregetur in ipſo opus vnum atque perfectum. Vnde ordo viuendi pendet in his tribus. Si autem conſideremus iſtas rationes ſecundum vnionis medium, intelligemus per quem modum fiat vnio animæ ad Deum. Nam natura corporalis animæ non poteſt vniri, niſi mediante humore, mediante ſpiritu, & mediante calore, quæ tria diſponunt carnem, vt vitam ſuſcipiat ab anima.

Tria requiſita ad vnionem.

Secundum hoc etiam intelligitur, quòd Deus non præſtat vitam animæ, nec ei etiam vnitur, niſi ſit humida per gemitum compunctionis, & pietatis, & niſi ſit ſpiritualis per contemptum omnis terrenitatis, & niſi ſit calida per deſiderium ipſius dilecti, & patriæ cœleſtis. Ecce qualiter in philoſophia naturaliter latet ſapientia Dei. Penes modos prædictos, eſt reperire in illuminatione philoſophiæ moralis lumen ſacræ ſcripturæ. Quoniam intentio moralis philoſophiæ principaliter verſatur circa rectitudinem: verſatur enim circa iuſtitiam generalem, quæ (vt dicit Anſel.) eſt rectitudo voluntatis.

Reductio philoſophiæ moralis.

Rectum autem habet tripliciter notificari, & ſecundum hoc, tria præmiſſa relucent in conſideratione rectitudinis. Vno modo dicitur rectum, cuius medium non exit ab extremis. Si ergo in Deo eſt ſumma rectitudo, & ſecundum ſe, & inquantum eſt principium, & inquantum eſt finis omnium, neceſſe eſt in Deo ponere mediam perſonam ſecundum ſe, vt vna ſit tantum producens, alia tantum producta; media vero producens & producta. Neceſſe eſt etiam ponere medium in egreſſu, & regreſſu rerum, ſed medium in egreſſu, neceſſe eſt, quòd plus teneat ſe à parte producentis, medium vero in regreſſu, plus à parte redeuntis, Sicut ergo res exierunt à Deo per verbum Dei, ſic ad completum reditum, neceſſe eſt mediatorem Dei & hominum, non tantum Deum eſſe, ſed etiã hominem, vt homines reducat ad Deum. Alio modo dicitur rectum, quod dirigenti ſe conformatur. Et ſecundum hoc in conſideratione rectitudinis conſpicitur ordo viuendi. Ille enim rectè viuit, qui dirigitur ſecundum regulas iuris diuini.

Rectè viuere ad regulas iuris diuini.

Et hoc eſt, quando voluntas hominis aſſentit præceptis neceſſarijs, monitis ſalutiferis, conſilijs perfectis, vt probet homo, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Et tunc rectus ordo viuendi dicitur, in quo nulla obliquitas poteſt reperiri. Tertio modo dicitur rectum, cuius ſummitas eſt ſurſum erecta, ſicut homo habet ſtaturam rectam. Et ſecundum hoc, in conſideratione rectitudinis, manifeſtatur Dei, & animæ vnio. Cum enim Deus ſit ſurſum, neceſſe eſt, quòd apex ipſius mentis ſurſum erigatur. Hoc autem eſt cum rationalis aſſentit primæ veritati propter ſe, & ſuper omnia, cum iraſcibilis innititur ſummè largitati, & cum cõcupiſcibilis adhæret bonitati, tunc qui hoc modo adhæret, vnus ſpiritus eſt cum Deo.

1. Cor. 6.

Et ſic patet, quomodo multiformis ſapientia Dei quæ lucidè traditur in ſacra ſcriptura, occultatur in omni cognitione, & in omni natura. Patet etiam, quomodo omnes cognitiones famulantur theologiæ. Et ideo ipſa aſſumit exempla, & vtitur vocabulis pertinentibus ad omne genus cognitionis. Patet etiam, quàm ampla ſit via illuminatiua, & quomodo in omni re quæ ſentitur, ſiue quæ cognoſcitur, interius lateat ipſe Deus. Et hic eſt fructus omnium ſcientiarum, vt in omnibus ædificetur fides, honorificetur Deus, componantur mores, hauriantur conſolationes, quæ ſunt in vnione ſponſi, & ſponſæ, quæ quidem vnio fit per charitatem, ad quam terminatur tota intentio ſacræ ſcripturæ, & per conſequens omnis illuminatio deſurſum deſcendens, & ſine qua omnis cognitio vana eſt, quia nunquam peruenitur ad filium, niſi per Spiritum ſanctum, qui docet nos omnem veritatem, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Fructus ſcientiarũ quis ſit.

Finis libelli Seraphici D. Bonauenturæ, De reductione artium ad Theologiam.

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI ORD. MI. BREVILOQVIVM.

*Et primo incipit prologus.*

Eph. 3.

FLecto genua mea ad patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cęlo, & in terra nominatur, vt det vobis ſ̃m diuitias gloriæ ſuæ, virtutẽ corroborari per ſpiritũ eius in interiori hoĩe, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati, & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, q̃ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum. Scire etiam ſupereminentẽ ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Magnus doctor gentium, & prædicator veritatis diuino repletus ſpiritu, tãquam vas electum, & ſanctificatum, in hoc verbo aperit ſacræ ſcripturæ (quę theologia dr̃) ortũ, progreſſum, & ſtatũ: Iuſinuans ortum ſcripturæ attendi ſecundum influentiam beatiſſimæ Trinitatis. Progreſſum autem ſecundum exigentiam humanæ capacitatis, ſtatum vero ſiue fructum ſecundum ſuperabundantiam ſuper pleniſſimæ fœlicitatis. Ortus namq; non eſt per humanam inueſtigationem, ſed per diuinam reuelationem, quæ fluit a patre luminum, ex quo oĩs paternitas in cęlo & in terra noĩatur, a quo per filium eius Ieſum Chriſtum manat in nos Spirituſſanctus, & per Spiritũſctm diuidentẽ, & diſtribuentem dona ſingulis ſicut vult datur fides, & per fidem habitat Chriſtus in cordibus noſtris. Hæc eſt notitia Ieſu Chriſti, ex qua originaliter manat firmitas, & intelligẽtia totius ſcripturæ ſacrę. Vnde & impoſſibile eſt, quod aliquis in ipſam ingrediatur agnoſcendam, niſi prius Chriſti fidem habeat ſibi infuſam, tanquam ipſius totius ſcripturæ lucernã, ianuã, & etiam fundamentum. Eſt.n. ipſa fides oĩum ſupernaturalium illuminationum, quandiu peregrinamur a domino, & fundamentum ſtabiliens, & lucerna dirigens, & ianua introducens, ſ̃m cuius ẽt menſuram neceſſe eſt menſurari ſapientiam, nobis diuinitus datam, ne quis ſapiat pluſquam oportet ſapere, ſed ſapiat ad ſobrietatẽ, & vnicuiq; ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Mediante igitur hac fide, datur nobis notitia ſacræ ſcripturæ, ſecundum influentiam beatiſſimæ Trinitatis, iuxta q̃d expreſsè inſinuat Apoſtolus in prima parte auctoritatis prius inductæ. Progreſſus autem ſacræ ſcripturæ nõ eſt coarctatus ad leges ratiocinationum, diffinitionum, & diuiſionum, iuxta morem aliarum ſcĩarum, & nõ eſt coarctatus ad partem vniuerſitatis, ſed potius cum ſecundum lumen ſupernaturale procedat, ad dandam homini viatori notitiam rerum ſufficientem, ſecundum quod expedit ei ad ſalutem, partim per plana verba, partim per myſtica, deſcribit totius vniuerſi continentiã, quaſi in quadam ſumma, in quo attenditur latitudo. Deſcribit decurſum, in quo attenditur longitudo. Deſcribit excellentiam finaliter ſaluandorum, in quo attẽditur ſublimitas. Deſcribit, & miſeriam damnatorũ, in quo profunditas conſiſtit, nõ ſolũ ipſius vniuerſi, verũ ẽt diuini iudicij, & ſic deſcribit totũ vniuerſum, quantũ expedit de ipſo habere notitiam ad ſalutem, ſecundum ipſius latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profunditatem. Ipſa etiã habet in ſuo progreſſu hæc quatuor, ſ̃m q̃ poſterius declarabitur, quia ſic exigebat cõditio capacitatis humanæ, quæ magna, & multa nata eſt magnificè, & multipliciter capere, tanquam ſpeculum quoddam nobiliſſimum, in quo nata eſt deſcribi, non ſolum naturaliter, verum etiam ſupernaturaliter, rerũ vniuerſitas mundanarum, vt ſic progreſſu ſacræ ſcripturæ, attendatur ſecundum exigentiam capacitatis humanæ. Status vero ſiue fructus ſacræ ſcripturę, non eſt quicunq; ſed plenitudo æternæ fœlicitatis. Nã hæc eſt ſcriptura, in qua verba ſunt vitæ æternæ, quæ iõ ſcripta eſt non ſolum vt credamus, verum etiã vt vitã poſſideamus æternam. In qua q̃dem videbimus, amabimus, & vl̃r omnia deſideria noſtra implebũtur. Quibus impletis, verè tunc ſciemus ſupereminentem ſcientiæ charitatem, & ita impleti erimus in oẽm plenitudinem Dei. Ad quam quidem plenitudinem conatur nos diuina introducere ſcriptura, iuxta prędictæ ſñiæ Apoſtolicæ veritatẽ. Hoc igit̃ fine, hac ẽt intentione, ſacra ſcriptura ꝑ ſcrutanda eſt, & docenda, & ẽt audienda. Et vt ad iſtum fructum, & terminum, recto perueniamus progreſſu, ꝑ viam recti itineris ſcripturarũ inchoãdum eſt ab exordio. Hoc eſt, vt cũ mera fide ad Patrem luminum accedamus, flectendo genua cordis noſtri, vt ipſa per Filiũ ſuum in Spiritufancto, det nobis veram notitiam Ieſu Chriſti, & cũ notitia amorẽ ipſius, vt ſic ipſum cognoſcentes, & amantes, & tãquam in fide ſolidati, & in charitate radicati, poſſimus ipſius ſacræ ſcripturæ noſſe latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profunditatem, & per hanc notitiam peruenire ad pleniſſimam notitiam, & excellentiſſimum, & exceſſiuũ amorẽ beatiſſimæ Trinitatis, quo Sanctorum tendunt deſideria, in quo eſt ſtatus, & complementũ omnis veri, & boni.

Scripturæ ſacrę ort⁹, ꝑgreſſ⁹, & ſtatus.

Finis legis Chriſtus, idẽ origo.

Roma. 12

Scriptura ſacra nõ ꝓcedit ad modũ aliarũ ſcĩarum

Perfecta fęlicitas ſcopus ſcri. ſacr.

Quo aĩo ſcrutanda, docẽda, & audiẽda ſacra ſcript.

*De latitudine ſacræ ſcripturæ.*

HVius ſacræ ſcripturæ fine concupito, & intento, & principio credito ſimul, & inuocato, videndus eſt progreſſus, quantum ad ipſius latitudinem, longitudinem, ſublimitatem, & profunditatem, ſecundum viam, & ordinem Apoſtolici documenti. Conſiſtit autem ipſius latitudo in multitudine ſuarum partium. Longitudo vero in deſcriptione temporum, & ætatum. Altitudo in deſcriptione, hierarchiarum gradatim ordinatarũ. Profunditas in multitudine myſticorum ſenſuum, & intelligentiarum. Si igitur velimus latitudinem ſacræ ſcripturæ ſpeculari, prima fronte occurrit nobis ſacra ſcriptura, ſecanda in duo teſtã, ſ. vetus, & nouum. Vetus aũt occurrit cum multitudine librorum. Habet, n. libros legales, hyſtoriales, ſapientiales, & prophetales, ita quod primi ſunt quinq;, ſecundi decem, tertij quinq;, quarti ſunt ſex, ac per hoc in vniuerſo viginti ſex. Nouũ ſimiliter teſtm̃ habet libros his correſpondentes, ſecũdum quadruplicem formam. Nam legalibus corrñdent libri euangelici, hiſtorialibus actus Apoſtolici, ſapiẽtialib. Epiſtolę Apl̃orũ, & maxime Pauli, prophetalibus corrñdet liber Apocalypſis, vt ſic mira ſit conformitas inter vetus, & nouum teſtm̃, nõ ſolum in continentia ſenſuum, verũ ẽt in quadriformitate partiũ. In cuius figuram, & cõſignationẽ vidit Ezechiel rotã quatuor facierum, & rotam in medio rotæ, quia vetus eſt in nouo, & econuerſo. Nam in libris legalibus & Euangelicis eſt facies leonis, propter excellentiam authoritatis, in hiſtorialibus eſt facies bonis ꝑꝑ exẽpla virtutis, in ſapientialibus eſt facies hoĩs ꝑꝑ prouidentiam ſagacem. In libris prophetalibus eſt facies aquilæ propter intelligentiam perſpicacẽ. Recte aũt ſacra ſcriptura diuiditur in vetus, & nouũ teſtm̃, & non in theoricam, & practicã, ſicut philoſophia, q̃a cũ ſacra ſcriptura fundetur proprie ſuper cognitionẽ fidei, quæ virtus eſt, & fundamentũ morũ, & iuſtitiæ, & totius rectę vitæ, non põt in ea ſequeſtrari notitia rerũ ſiue credendorũ à notitia morũ. Secus aũt eſt de philoſophia, quæ non tm̃ de veritate morũ, verum ẽt agit de vero nuda ſpeculatione conſiderato. Quoniam igitur ſcriptura ſacra eſt notitia mouens ad bonum, & reuocans à malo, & hoc eſt per timorem, & amorem, ideo diuiditur in duo teſtamenta, quorum breuis diffe-

Veteris ac no. teſta. libri ſibi inuicẽ corrñdent.

Ezechi. 1.

Inepta eſt diuiſio ſcr. ſacr. ĩ theoricã, & practicam.

rentia eſt timor,& amor. Et quia quadrupliciter poteſt quis moueri ad bonum,& reuocari a malo.ſ.per præcepta potentiſſimæ maieſtatis,vel per documenta ſapientiſſimæ veritatis, vel per exempla, & beneficia innocentiſſimæ bonitatis, vel ex his omnibus in vnū collectis, ideo tam in nouo,quàm in veteri teſtamento ſunt quadriformiter traditi libri continentes ſacram ſcripturam ſecundum correſpondentiam ad quatuor præmiſſa. Nam libri legales mouent per præcepta maieſtatis omnipotentiſſimæ. Hiſtoriales per exempla bonitatis innocentiſſimæ. Sapientiales per documēta veritatis ſapientiſſimæ. Prophetales mouent ex oīum prædictorum aggregatione,ſicut in eis manifeſtiſſimè apparet. Vnde ipſi ſunt quaſi rememoratiui totius legalis ſapientiæ, & doctrinæ. Eſt igitur ſcriptura ſacra ſimilis fluuio latiſſimo, qui ex concurſu aquarum multarum aggregatur, magis ac magis ſecundum quod longius decurrit. Nam cum primo in ſcriptura eſſent libri legales, poſtea ſuper uenit aqua ſapientiæ hiſtorialium librorum, tertio vero ſuperaduenit doctrina ſapientiſſimi Salomonis, poſt hoc etiam doctrina ſanctorum prophetarum, & tandē doctrina euangelica reuelata, per os carnis Chriſti prolata,per euangeliſtas conſcripta,per ſanctos Apoſtolos diuulgata,additis etiam documentis, quæ Spirituſſanctus ſuper eos veniens,docuit nos per eos, vt ſic omnē veritatem per Spiritumſanctum iuxta diuinum promiſſum edocti, omnis veritatis ſalutaris doctrinam eccleſiæ Chriſti darent, & ſacram ſcripturam conſumando veritatis notitiam dilatarent.

Distinctio ætatum.

Ioann. 16.

*De longitudine ſacræ ſcripturæ.*

HAbet etiam hęc ſacra ſcriptura longitudinem,quę cōſiſtit in deſcriptione tam temporum,quam ętatum,à principio.ſ.mundi,vſq. ad diem iudicij. Deſcribit enim per tria tpa mundum decurrere. ſ. per tempus legis naturæ,legis ſcriptæ,& legis gratiæ, & in his trib. temporibus ſeptem diſtinguit ætates. Quarum prima eſt ab Adam vſq; ad Noe,ſecūda a Noe vſq; ad Abraā, tertia ab Abraham vſq; ad Dauid,quarta à Dauid vſq; ad transmigrationem Babylonis, quinta a transmigratione Babylonis,vſq; ad Chriſtū, ſexta à Chriſto,vſq; ad finem mundi, ſeptima decurrit cū ſexta, quæ incipit à quiete Chriſti in ſepulchro vſq; ad reſurrectionē vniuerſalē,qn̄ incipiet reſurrectionis octaua,& ſic ſcriptura eſt longiſſima, quia in tractando incipit a mundi & tpis exordio in principio Geneſis, & peruenit vſq; ad finem mundi,& temporis.ſ.in fine Apocalypſis. Rectè aūt vniuerſum tps quod decurrit ſm triplicem legem. ſ.inditam interius, datam exterius,& deſuper infuſam, decurrit per ſeptem ætates, & conſumatur in fine ſextæ,vt ſic mundi decurſus rn̄deat mundi exordio,& maioris mundi decurſus correſpondeat decurſui vitæ minoris mundi,ſ.hominis,propter quem etiam factus eſt. Nam prima ætas mūdi in qua facta eſt ipſius mundi formatio,caſus dęmonum,& confirmatio angelorum, rectè reſpondet primæ diei, in qua facta eſt lux, & diuiſa à tenebris. Secunda in qua per arcam,& diluuium ſaluati ſunt boni, & deleti mali, reſpondet ſecundæ diei, in qua per firmamentum facta eſt diſtinctio aquarum ab aquis. Tertia in qua vocatus eſt Abraham,& inchoata ſynagoga,quæ fructificare, & generare debebat prolē ad Dei cultum, correſpondet diei tertiæ, in qua apparuit terra,& protulit herbam virentem. Quarta in qua viguit regnum,& ſacerdotium,quia Dauid rex ampliauit cultū diuinum,correſpondet quartæ diei, in qua facta eſt formatio luminarium, & ſtellarum. Quinta in qua trāſmigrantes inter populos multos verſati ſunt,& tribulati,correſpondet diei quintæ, in qua facta eſt formatio piſciū ex aquis. Sexta ætas in qua natus eſt Chriſtus in effigie hominis,q; verè eſt imago Dei,correſpondet ſextæ diei,in qua formatus eſt homo primus. Septima in qua eſt quies animarum non habens finem;correſpondet ſeptimæ diei,in qua requieuit Deus ab omni opere quod patrarat. Et ſic diſtinguūtur hæ ſeptē ętates,propter inſignia facta, quæ fuerunt in earum exordijs,ratione quorum correſpōdent diebus formationis mūdi. Vocatur aūt prima ętas infans,quia ſicut infantia tota obliuione deletur, ſic illa prima ætas per diluuium eſt conſumpta. Secunda pueritia, ſicut.n.in pueritia loqui incipimus,ſic in ſecūda ætate facta eſt diſtinctio linguarum. Tertia dr̄ adoleſcentia, quia ſicut vis generatiua tunc incipit in actum ſuum exire, ſic tunc vocatus eſt Abraham, & data eſt ei circūciſio, & facta eſt ei promiſſio de ſemine. Quarta dicitur iuuētus,quia ſicut in iuuentute floret hominis ætas, ſic in quarta ętate ſub regibus floruit ſynagoga. Quinta dicitur ſenectus,quia ſicut in ſenectute vires minuuntur,& decidit pulchritudo,ſic & in trāſmigratione factum eſt de iudæorum ſacerdotio. Sexta ætas dicitur ſeniū,quia ſicut illa eſt quę copulatur cum morte, habens tamen magnam lucem ſapientiæ,ſic ſexta ætas mundi terminatur cum die iudicij,& in ea viget ſapientia per doctrinam Chriſti. Sic igitur totus ille mundus ordinatiſſimo decurſu, à ſcriptura ſacra deſcribitur procedere à principio vſque ad finem,ad modum cuiuſdam pulcherrimi carminis ordinati,vbi pōt quis ſpeculari, ſm decurſum temporis, veritatem & multiplicitatem, & æquitatem,ordinem, rectitudinem, & pulchritudinem multorum diuinorū iudiciorum,procedentium à ſapientia Dei gubernante mūdum. Vnde ſicut nullus pōt videre pulchritudinem carminis, niſi aſpectus eius feratur ſuper totū verſum, ſic nullus videt pulchritudinem ordinationis, & regiminis vniuerſi,niſi eam totā ſpeculetur. Et quia nullus homo tam longæuus eſt,quod totā poſſit videre oculis carnis ſuæ,nec futura poteſt per ſe præuidere, prouidit nobis Spirituſſanctus librum ſcripturæ ſacræ, cuius longitudo commetitur ſe,decurſui regiminis vniuerſi.

Col. 1.

*De ſublimitate ſacræ ſcripturæ.*

HAbet nihilominus ſcriptura ſacra in ſuo proceſſu ſublimitatem,quæ conſiſtit in deſcriptione hierarchiarum gradatim ordinatarum, quæ ſunt hierarchia eccleſiaſtica,angelica,& diuina, ſeu ſub cœleſtis, cœleſtis,& ſuper cœleſtis, ita quòd primam deſcribit patenter,ſecundam aliquantulum magis occultè, & tertiam adhuc magis occultè. Ex deſcriptione eccleſiaſticæ hierarchiæ eſt alta. Ex deſcriptione angelicæ altior. Ex deſcriptione diuinæ altiſſima,ita vt poſſimus dicere illud prophetę: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt,& non potero ad eam. Et hoc quidem ſatis rectè. Nam cum res habeant eſſe in materia, vel natura,habeant etiam eſſe in anima per notitiam acquiſitam, habeant etiam eſſe in ea per gratiam, habeant etiam eſſe in ea per gloriam,& habeant etiam eſſe in arte æterna. Philoſophia quidem agit de rebus, vt ſunt in natura ſeu in anima ſm notitiam naturaliter inſitam, vel etiam acquiſitam,ſed theologia,tanquam ſcietia ſuper fidem fundata,& per Spiritum ſanctū reuelata,agit, & de eis quæ ſpectant ad gratiam,& gloriam,& etiā ad ſapientiam æternam. Vnde ipſa ſubſternens ſibi philoſophicam cognitionem,& aſſumens de naturis rerū,quātum ſibi opus eſt ad fabricandum ſpeculum, per quod fiat repræſentatio diuinorum, quaſi ſcalam erigit, quæ in ſui infimo tangit terram,& in ſuo cacumine tāgit cęlum,& hoc totum per illum vnum hierarcham Ieſum Chriſtum,qui non tm̄ ratione naturæ humanæ aſſumptæ,eſt hierarcha in eccleſiaſtica hierarchia, verum et in angelica,& eſt media perſona in illa ſupercęleſti hierarchia beatiſſimæ Trinitatis, ita q; per ipſum à ſummo

Psalm. 138

Scriptura ſacra figuratur per ſcalam.

mo capite Deo deſcendit vnctionis gratia, non ſolũ in barbam, verum etiam in oram veſtimenti, quia non tm̃ in Hieruſalem ſupernam, verumetiam vſq; in eccleſiam militantem. Eſt enim pulchritudo magna in machina mundana, ſed longe maior in eccleſia pulchritudine ſanctorum chariſmatum adornata, maxima autem in Hieruſalem ſuperna, ſupermaxima autem in illa Trinitate ſumma, & beatiſſima. Ideo ipſa ſcriptura ſacra non tantum habet altiſſimam materiam per quam delectat, & per quam in altum leuat intelligentiam mentis, verumetiam ipſa eſt venuſtiſſima, & miro quodam modo intellectum noſtrum delectat, & ſic magis, ac magis delectando aſſuefacit ad diuinorum ſpectaculorum contuitus, & anagogias.

Scriptura ſacra, non ſolum altiſſima, ſed & venuſtiſſima.

*De profunditate ſacræ ſcripturæ.*

HAbet poſtremo ipſa ſacra ſcriptura profunditatem, quæ conſiſtit in multiplicitate myſticarum intelligentiarum. Nam præter literalem ſenſum habet in diuerſis locis exponi tripliciter, ſcilicet allegorice, moraliter, & anagogice. Eſt autem allegoria, qñ per vnum factum indicatur aliud factum, ſecundum quod credẽdum eſt. Tropologia ſiue moralitas eſt, qñ per id quod factum eſt, datur intelligi aliud, quod faciẽdum eſt. Anagogia quaſi ſurſum ductio eſt, qñ datur intelligi illud quod deſiderandũ eſt. ſ. æterna felicitas beatorum. Recte autem hic triplex ſenſus debet eſſe in ſacra ſcriptura præter intelligentiam literalem, quia ſic competit ipſius ſcripturæ ſubiecto, ipſius auditori ſeu diſcipulo, ipſius origini, ipſius etiam fini. Subiecto inquam competit, quia ipſa eſt doctrina, quæ eſt de Deo, de Chriſto, de operibus reparationis, & de credibili. Subiectum enim illius, quo ad ſubſtantiam Deus, quo ad veritatem Chriſtus, quo ad operationem reparationis opus, quo ad omnia hæc, eſt ipſum credibile. Deus autem eſt trinus, & vnus, in eſſentia vnus, in perſonis trinus. Ideo ſcriptura, quæ eſt de ipſo, habet in vnitate literæ triformitatem intelligentiæ. Chriſtus etiam cum ſit vnum verbum, omnia per ipſum facta dicuntur, & in ipſo relucent, ita quod eius ſapientia eſt multiformis, & vna. Opera reparationis cum ſint multa, omnia ad Chriſti oblationem principaliter habent aſpectum. Credibile autem vt credibile, diuerſimode relucet ſecundum diuerſum ſtatum credentium. Ideo propter conformitatem ad omnia præmiſſa, ſacra ſcriptura in vna litera, multiformem parit intelligentiam. Competit etiam hoc auditori, quia nullus conueniens eſt eius auditor, niſi humilis, mundus, fidelis, & ſtudioſus. Ideo ſub cortice literæ, apertè occultatur myſtica, & profunda intelligentia, ad comprimendum ſuperbiam, vt ipſius profunditate in humilitate literę latente, & ſuperbi comprimantur, & immundi repellantur, & fraudulenti declinentur, & negligentes excitentur ad intelligentiam myſteriorum. Et quia auditor doctrinæ iſtius nõ eſt vnus generis, ſed cuiuſlibet (omnes enim ſaluandos oportet aliqua de doctrina hac ſcire) ideo ipſa multiformem habet intelligentiam, vt ſic omnem intellectum capiat, & omni intellectui condeſcendat, omnem intellectum ſuperexcedat, & omnem intellectum ſibi diligenter intendentem, multitudine radioſitatis ſuæ illuminet pariter, & accendat. Competit etiam principio, a quo eſt, quia eſt a Deo per Chriſtum, & Spiritumſanctum, loquentem per ora prophetarum, & aliorum, qui hanc doctrinam ſcripſerunt. Quoniam autem Deus non tantum loquitur per verba, verumetiam per facta, q̃a ipſius dicere facere eſt, & ipſius facere dicere, & omnia creata tanquam Dei effectus innuũt ſuam cauſam, ideo in ſcriptura diuinitus tradita non tantum debent ſignificare verba, verumetiam facta. Chriſtus etiam doctor licet eſſet humilis in carne, altus tamen erat in deitate, ideo docebat ipſum, & eius doctrinam habere humilitatem in ſermone, cum profunditate ſententiæ, vt ſicut Chriſtus fuit panniculis inuolutus, ita ſapientia Dei in ſcriptura figuris quibuſdam humilibus inuolueretur. Spiritus etiam ſanctus diuerſimode illuſtrabat, & reuelationes faciebat in cordibus prophetarum, ipſum etiam nullus latere poteſt intellectus, qui miſſus erat omnem docere veritatem, ideo competebat eius doctrinæ, vt in vno ſermone multiplices laterent intelligentiæ; competit nihilominus ipſi fini, quia ſcriptura data eſt, vt per ipſam dirigatur homo in cognoſcendis, & agendis, vt tandem perueniat ad optata. Et quia omnes creaturæ ad hoc factæ ſunt, vt ſeruiant homini tendenti ad ſupernam patriam, ideo ſcriptura aſſumit ipſarum creaturarum ſpecies diuerſas, vt ſic per ipſas doceat nos ſapientiam dirigentem nos ad æterna. Et quia homo non dirigitur ad eterna, niſi cognitiua agnoſcat verum credendum, & operatiua faciat bonum operandum, & affectiua ſuſpiret ad Deum videndum, & amãdum, & perfruendum, hinc eſt, quod ſcriptura ſacra per Spiritumſanctum data; aſſumit librum creaturæ, referendo in finem ſm̃ triplicem modum intelligentiæ, vt ſic per tropologiam habeamus notitiam agendorũ moraliter, per allegoriam credendorum veraciter, per anagogiam deſiderandorum delectabiliter, vt ſic purgati per virtuoſam operationem, illuminati per radioſam fidem, & perfecti per ardentiſſimam charitatem, perueniamus tandem ad brauium fœlicitatis æternæ.

Decẽtia 4. ſenſuũ ſacrę ſcripturæ.

Auditor ſcripturæ qualis dẽt eſſe.

De⁹ & verbis, & factis loqui conſueuit.

Credendo & operando ad cœlum tendimus.

*De modo procedendi ipſius ſacræ ſcripturę.*

IN tanta igitur multiformitate ſapientiæ, quæ in ipſius ſacræ ſcripturæ continetur latitudine, longitudine, altitudine, & profundo, vnus eſt communis modus procedendi autenticus, videlicet intra quem cõtinetur modus narratiuus, præceptorius, prohibitiuus, exhortatiuus, prædicatiuus, comminatorius, promiſſiuus, deprecatorius, & laudatiuus. Et omnes hi modi ſub vno modo autentico reponuntur, & hoc quidem ſatis recte. Quia enim hæc doctrina eſt, vt boni fiamus & ſaluemur, & hoc non fit per nudam conſideratiõe, ſed potius per inclinationem voluntatis, ideo ſcriptura diuina eo modo debuit tradi, quo modo magis poſſemus inclinari. Et quia magis mouetur affectus ad exempla, quam ad argumenta, magis ad promiſſiones, quam ad ratiocinationes, magis per deuotiones, quam per diffinitiones, ideo ſcriptura iſta non debuit habere modum diffinitiuum, diuiſiuum, & collectiuum ad probandum paſſiones aliquas de ſubiecto ad modum aliarum ſcientiarũ, ſed oportuit quod haberet modos proprios ſecundum varias inclinationes animorum diuerſimodè animos inclinantes, vt ſi quis non mouetur per præcepta, & prohibita, ſaltem moueatur per exempla narrata, ſi quis non per hæc mouetur, moueatur per beneficia ſibi oſtenſa, ſi quis nec per hæc mouetur, moueatur per monitiones ſagaces, per promiſſiones veraces, per comminationes terribiles, vt ſic ſaltem excitetur ad deuotionem, & Dei laudem, in qua percipiat gratiam, per quam dirigatur circa opera virtuoſa. Qm̃ igitur hi modi narratiui non poſſunt fieri per viam certitudinis rationum, quia particularia geſta probari nõ poſſunt, ideo ne ſcriptura iſta tãquam dubia vacillaret, ac per hoc minus moueret, loco certitudinis rationis, prouidit Deus huic ſcripturæ certitudinem auctoritatis, quæ adeo magna eſt, quod omnem perſpicuitatem humani ingenij ſuperexcellit. Et quia non eſt certa auctoritas eius, qui poteſt fallere, & falli, nullus autem, qui falli non poſſit, & fallere neſciat, niſi

Magis exẽplis quã argumentis moueri ſolemus.

Nõ eſt certa auctoritas, q̃ falli, vel fallere poteſt.

Deus, & Spiritusſanctus, hinc eſt quòd ad hoc quod ſcriptura ſacra modo ſibi debito eſſet perfectè autentica, non per humanam inueſtigationem eſt tradita, ſed per reuelationem diuinam, ideo nihil in ipſa contemnendum tanquam inutile, nihil reſpuendum tanquam falſum, nihil repudiandum tanquam iniquum, pro eo qđ Spiritusſanctus eius autor perfectiſſimus nihil potuit dicere falſum, nihil ſuperfluum, nihil diminutū, & propterea cœlum, & terra tranſibunt, verba ſcripturæ ſacræ non præteribunt, quin impleantur, donec enim cęlum, & terra tranſeat, iota vnum, aut vnus apex non prӕteribit à lege donec omnia fiant, Saluatore teſtante. Qui ergo ſoluerit ea, quæ ſcriptura docet, & docuerit, ſic homines, hic minimus vocabitur in regno cęlorum, qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Matth. 25.

Idem. 5.

*De modo exponendi ſacram ſcripturam.*

QVemadmodum autem ſcriptura hæc ſpecialem habet modum procedendi, ſic iuxta ſuum procedendi modum, ſpeciali ſuo modo debet intelligi & exponi. Cum enim ipſa ſub vna litera, multipliciter regat intelligentiam, expoſitor debet abſcondita producere in lucem, & illam eductam manifeſtare per aliam ſcripturam magis patentem, ſicut ſi exponerem illud Pſalm. Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi, & velim explicare, quæ ſint arma diuina, dicam quòd eius veritas, & bona voluntas, & quod ita probatur per ſcripturam apertam. Nam & ſcribitur alibi. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Et iterum. Scuto circundabit te veritas eius. Ad quod non poteſt quis de facili pertingere, niſi per aſſue factionem lectionis, textum, & literam Biblię cōmendet memoriæ, alioquin in expoſitione ſcripturarum, nunquam poterit eſſe potens. Vnde ſicut qui dedignatur prima ediſcere elementa, ex quibus dictio integratur, nunquam poteſt cognoſcere, nec dictionum ſignificatum, nec rectam legem cōſtructionum, ſic qui literam ſacræ ſcripruræ ſpernit, ad ſpirituales eius intelligentias nunquam aſſurget. Attendat autem expoſitor quòd non vbique requirenda eſt allegoria, nec omnia ſunt myſtice exponenda. Propter quod notandum eſt, quòd ſcriptura ſacra quatuor habet partes. Vna eſt in qua ſecundum literam agit de mundanis naturis, & per illas ſignificat reparationem noſtram, ſicut apparet in deſcriptione formationis mundi. Alia eſt, in qua agit de actibus, & proceſſibus illius populi Iſraelitici, & per illos ſignificat reparationem generis humani. Tertia eſt in qua nudis verbis ſignificat, & exprimit ea, quæ pertinent ad noſtram ſalutem quantum ad fidem, vel mores. Quarta eſt, in qua pronunciat noſtræ ſalutis myſterium, partim verbis nudis, partim ænigmaticis, & obſcuris. Et propterea ſcriptura in his locis varijs, non eſt vniformiter exponenda. Debet autem expoſitor dirigi in expoſitione ſacræ ſcripturæ, ſecundum triplicem regulam, quæ trahi poteſt de verbis beati Auguſtini. Prima eſt hæc. Vbicunque in hac ſcriptura prima verborum ſignificatio ſignificat res creationis, ſiue ſingulares actus humanæ conuerſationis, ibidem res ſignificatæ per verba primo ſignificantur, deinde noſtræ reparationis myſteria. Vbi vera prima ſignificatio verborum exprimit fidem, ſiue charitatem, ibi nulla eſt allegoria quærenda. Secunda regula eſt iſta. Vbi verba huius ſcripturę ſignificant res creationis, aut conuerſationis populi Iſraelitici, ibi quęrat ex alio ſcripturæ loco quid quælibet res ſignificet, & deinde ſignificationem ſuam eliciat per verba, nude ſignificantia fidei veritatem, vel morum etiam honeſtatem, vtpote ſi dicatur, oues pariunt gemellos fœtus, oſtendat, quòd oues ſignificant ibi homines, & geminus fœtus geminam charitatem. Tertia regula eſt iſta. Quando aliqua ſcriptura habet aliquem intellectū literalem, & ſpirituale, debet diſcutere expoſitor vtrum illa attributio conueniat hyſtorico, an ſpirituali ſignificato, ſi forte vtriq; non poterit conuenire, ſi autem vtrique competit, tunc literaliter, & ſpiritualiter debet affirmari. Si vero altero modo tantum, tunc ſpiritualiter ſolum debet intelligi, ſicut ſabbatum legis eſſe perpetuum, ſacerdotium æternum, poſſeſſionem terræ æternam, & pactum circuncisionis eſſe æternum, quæ omnia ad ſpirituale ſignificatum referenda ſunt. Ad hoc autem quòd per ſacrarum ſcripturarum ſyluam, quis ſecure incidendo, & exponēdo incedat, opus eſt, vt prius nouerit ipſius ſacræ ſcripturæ veritatem per verba explicita, videlicet, vt attendat quomodo ſcriptura deſcribat initium, progreſſum, & conſummationem duplicis corporis, quaſi ex oppoſito ſe reſpicientium, bonorum ſcilicet, qui hic ſę humiliant, vt exaltentur ſempiternaliter, in futuro, & malorum, qui hic ſe exaltant, vt æternaliter deprimantur. Vnde ipſa agit de toto vniuerſo quantum ad ſummum & imum, primum, & vltimum, & quantum ad decurſum inter medium ſub forma cuiuſdā crucis intelligibilis, in qua deſcribi habet, & quodammodo videri lumine mentis, tota machina vniuerſi, ad quam quidem intelligendam oportet noſſe rerum principium, ſcilicet Deum, ipſarum rerum creationem, lapſum, redemptionem per ſanguinem Ieſu Chriſti, reformationem per gratiam, curationem per ſacramenta, & tandem retributionē per pœnam, & gloriam ſempiternam. Et quia hæc doctrina tam in ſcriptis Sanctorum, quàm etiam doctorum ſic diffuſe tradita eſt, vt ab accedentibus ad ſcripturam ſacram audiendam, non poſſit per longa tempora videri, nec audiri, propter qđ etiam noui theologi frequenter ipſam ſcripturam ſacrā exhorrent, tanquam incertam, & inordinatam, & tanquam ſyluam opacam. Rogatus à ſocijs, vt paupere portiuncula ſcientiolæ noſtræ aliquid breue in ſumma dicerem de veritate theologiæ, eorumque precibus deuictus, aſſenſi breuiloquium quoddam facere, in quo ſummatim non omnia, ſed aliqua magis opportuna ad tenendum, breuiter tangerentur, addens ſimul cum hoc rationem aliquam, ad intelligendum ſecundum quòd occurrebat pro tempore. Quia vero theologia ſermo eſt de Deo, & de primo principio, vtpote, quia ipſa tanquam ſcientia, & doctrina altiſſima, omnia reſoluit in Deum tanquam in principium primum, & ſummum, ideo in aſſignatione rationum, in omnibus, quæ in hoc toto opuſculo, vel tractatulo continētur, conatus ſum rationem ſumere à primo principio, vt ſic oſtenderem veritatem ſacræ ſcripturæ eſſe à Deo, & de Deo, & ſecūdum Deum, & propter Deum, vt meritò iſta ſcientia appareat vna eſſe, & ordinata, & theologia non immerito nuncupata. Si quid igitur imperfectum, vel obſcurum, vel ſuperfluum, vel minus rectum ibi fuerit, venia occupationi, & breuitati temporis, & pauperculæ ſcientiæ concedatur, ſi quid vero rectum ſoli Deo honor, & gloria referatur. Vt autem ſequentia clarius eluceſcant, titulos particulares capitulorum prӕmittere curaui, ad faciliorem memoriam, & lucidiorem contuitum d cendorum, quæ ſeptem partitionibus, & ſeptuaginta duobus capitulis diſtinguuntur,

Modus interpretādi ſcripturā primus eſt locū vnum per alium planiorem explicare. Pſalm. 34. Pſalm. 5. Idem 90.

Scripturæ ſacrę 4. partes.

Tres regulæ Aug. de doct. Chriſti.

Cant. 4.

Cautè procedendum in expoſitione ſcripturæ.

Ratio ſcribendi, vel dictandi hoc breuiloquium.

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI BREVILOQVII PRIMA PARS IN QVA DE TRINITATE DEI AGITVR.

*De illis ſeptem, de quibus eſt Theologia, in ſumma.* Cap. I.

IN principio intelligendum eſt qđ ſacra doctrina. ſ. Theologia, quę principaliter agit de primo principio. ſ. de Deo trino & vno, de ſeptem agit in vniuerſo. ſ. de Trinitate Dei, de creatura mundi, de corruptela peccati, de incarnatione verbi, de gratia Spiritus ſancti, de medicina ſacramentali, & de ſtatu finalis iudicij. Ratio autem ad intelligentiam huius veritatis hæc eſt. Quia cum ſacra ſcriptura ſiue theologia, ſit ſcientia dans ſufficientem notitiam de primo principio ſecũdum ſtatum vię, ſm quod neceſſarium eſt ad ſalutem, & Deus non tantum ſit rerum principium, & exemplar effectiuum in creatione, ſed etiam refectiuum in redemptione, & perfectiuum in retributione, ideo nõ tantum agit de Deo creatore, ſed etiam de creatore, & creatura. Et quia creatura rationalis, quę eſt quodammodo finis omniũ non ſtetit, ſed ſuo caſu indiguit reparari, ideo agit de corruptela peccati, medico, ſanitate, & medicina, & tandem de curatione perfecta, quæ erit in gloria, impijs proiectis in pœnam, ideo ipſa ſola eſt ſcientia perfecta, quoniam incipit à primo, quod eſt primum principium, & peruenit ad vltimum, quod eſt præmium æternum, incipit à ſummo, quod eſt Deus altiſſimus creator omnium & peruenit ad infimum, quod eſt infernale ſupplicium. Ipſa etiam ſola eſt ſapientia perfecta, quæ incipit a cauſa ſumma, vt eſt principium cauſatorum, vbi terminatur cognitio philoſophica, & trãſit per eam, vt eſt remedium peccatorum, & reducit in eam, vt eſt pręmium meritorum, & finis deſideriorum. Et in hac cognitione eſt ſapor perfectus, vita, & ſalus animarum. Et ideo ad eam addiſcendam inflammari debet deſiderium omnium chriſtianorũ. Ex his patet ꝙ licet theologia ſit de tot, & tã varijs, eſt tamen ſcientia vna cuius ſubiectum, vt a quo omnia, eſt Deus, vt per quod omnia, Chriſtus, vt ad quod omnia, opus reparationis, vt circa quod omnia, vnicum charitatis vinculum, quo cęleſtia, & terreſtria connectuntur, vt de quo omnia in libris canonicis comprehẽſa, credibile, vt credibile, vt de quo omnia in libris expoſitorum, credibile, vt intelligibile. Secundum Auguſt. in lib. de Vtili. credendi. Quod credimus, debemus auctoritati, quod intelligimus rationi.

Theologię veritas ab vnitate ſubiecti.

1. Deu.

*Quid tenendum de Trinitate perſonarum, & vnitate eſſentiæ.* Capit. 2.

PRimò igitur de Trinitate Dei ſunt tria conſideranda, ſcilicet qualiter vnitas ſubſtantiæ, & naturæ ſimul ſtet cum pluralitate perſonarũ, ſecundò qualiter cum pluralitate apparitionum, tertio qualiter cum pluralitate appropriatorum. De pluralitate ergo perſonarum in vnitate naturę, hoc dictat regula fidei eſſe tenendum, ſcilicet quod in vnitate naturę ſunt tres perſonę. ſ. Pater & Filius, & Spiritusſanctus. Quarum prima à nulla eſt, ſecunda eſt a ſola prima per generationem, tertia vero eſt à prima, & ſecunda per ſpirationem, ſiue proceſſionem, ita quod Trinitas perſonarum non excludit ab eſſentia diuina ſummam vnitatem, ſimplicitatem, immenſitatem, æternitatem, incommutabilitatem, neceſſitatem, & etiam primitatem, quin potius includit ſummam fecunditatem, charitatem, liberalitatem, æqualitatem, germanitatem, conformitatem, & inſeparabilitatem, quæ omnia ſana fides intelligit eſſe in beata Trinitate. Ratio autem huius veritatis hæc eſt. Quia fides cum ſit principium cultus Dei, & fundamentum eius, quæ ſecundum pietatẽ eſt, doctrinæ, dictat de Deo eſſe ſentiendum altiſſimè, & pijſſimè. Non autem ſentiret altiſſimè, ſi non crederet quòd Deus poſſet ſe ſumme communicare, non ſentiret pijſſime, ſi crederet quod poſſet, & nollet, & ideo vt altiſſimè, & pijſſimè ſentiat, dicit Deum ſe ſummè communicare æternaliter, habendo dilectum & condilectum, ac per hoc Deum vnum, & Trinum. Huic autem fidei inquantum dictat de Deo pijſſime, ſentiendũ eſſe atteſtatur tota ſacra ſcriptura, quæ dicitur doctrina ſecundum pietatem, quia Deum fatetur habere prolem, quam ſummè diligit, verbum ſibi coęquale, quod ab æterno genuit, in quo cuncta diſpoſuit, per quod cũcta produxit, & gubernat, per quod etiam carnem factum pro ſumma benignitate hominem redemit, pretioſiſſimo eius ſanguine redemptumq; cibauit, per qđ etiam in fine mundi ſummam miſericordiam impartiẽdo, ab omni miſeria liberabit, & per Chriſtum omnes electi ſunt filij ſummi patris, in quo erit omnis pietatis conſummatio, & Dei ad nos, & è conuerſo. Inquantum autem fides dictat de Deo ſentiendum altiſſimè, non tantum atteſtatur ei ſacra ſcriptura, verum etiam omnis creatura, iuxta quod dicit Auguſtin. Neque enim diuinorum librorum tantummodo auctoritas prædicat eſſe Deum, ſed omnis, quæ nos circunſtat creatura, ad quam nos etiam pertinemus; vniuerſa ipſa rerũ natura proclamat habere ſe præſtãtiſſimum conditorem, qui nobis mentem, rationemq; dedit, qua viuẽtia viuentibus, ſenſu prædita non ſentientibus, intelligentia non intelligentibus, immortalia mortalibus, potentia impotentibus, iuſta iniuſtis, ſpecioſa deformibus, bona malis, incorruptibilia incorruptibilibus, immutabilia mutabilibus, inuiſibilia viſibilibus, incorporalia corporalibus, beata miſeris, præferenda iudicamus, ac per hoc, quoniam rebus creatis creatorem ſine dubitatione pręponimus, oportet vt eum & ſummè viuere, & cuncta ſentire, atque intelligere, mori autem, & corrumpi, mutariq; non poſſe, nec corpus eſſe, ſed ſpiritum omnipotentiſſimum, iuſtiſſimum, ſpecioſiſſimum, optimum, beatiſſimumque fateamur. Ecce in his duodecim includuntur altiſſimæ nobilitates eſſentiæ diuinæ. Sed poſt vt ipſe oſtendit, hæc duodecim reducuntur ad tria ſcilicet ad æternitatem, ſapientiam, & beatitudinem, & hæc tria ad vnum, ſcilicet ad ſapientiam, in qua includuntur mens generans, verbum naſcens, & amor vtrũque nectens, in quibus dictat beatiſſimam conſiſtere Trinitatem. Et quoniam ſumma ſapientia ponit Trinitatem, ponit etiam nihilominus, omnes prius habitas nobiliſſimas conditiones, vt delicet vnitatem, ſimplicitatem, & cæteras ſequentes, neceſſe eſt omnes prædictas nobilitates diuini eſſe, ſimul ſtare cum beatiſſima Trinitate.

Altiſsimè & pijſſimè ſentiendũ eſt de Deo

15. De Trinit. cap. 4.

*De iſtius fidei intelligentia ſana.* Cap. 3.

AD iſtius autem fidei intelligentiã ſanã docet doctrina ſacra, qđ in diuinis ſunt duæ emanationes, tres hypoſtaſes, quatuor relationes, quinq; notiones, & ex his tantum tres proprietates perſonales. Ratio autem ad prædictorum intelligentiam hæc eſt, quia cũ primũ & ſummum principium, hoc ipſo ꝙ primum, ſit ſimpliciſſimum, hoc ipſo quod ſummum, ſit perfectiſſimum, ideo perfectiſſimè ſe cõicat, quia perfectiſ-

Collectio eorũ, quæ in diuinis eſſe prædicat theologia.

fectiſſimum,& indiuiſionem omnimodam ſeruat hoc ipſo,quod ſimpliciſſimum,& ideo, ſalua vnitate naturæ,ſunt ibi modi emanandi perfecti. Modi autem emanandi perfecti ſunt duo tantum, ſ. per modum naturæ & per modum voluntatis. Primus eſt generatio, ſecundus ſpiratio,ſiue proceſſio,& ideo hi ſunt ibi. Et quia duabus emanationibus ſubſtantificis, neceſſe eſt emanare duas hypoſtaſes, neceſſe eſt etiam ponere hypoſtaſim primo producentem ab alio non emanare, ne ſit in infinitum abire, & ideo ſunt ibi tres hypoſtaſes. Et quia cuilibet emanationi reſpondet duplex habitudo relatiua,ideo ſunt ibi quatuor relationes.ſ. paternitas,filiatio,ſpiratio,& proceſſio. Et quia per has habitudines innoteſcunt nobis diuinæ hypoſtaſes, & præter hoc ēt hypoſtaſis illa,in qua eſt prima ratio principiandi innoteſcit nobis,quia non producitur, nam hoc eſt nobilitas ipſa,ideoque ſunt quinque notiones.ſ.quatuor relationes prædictæ cū innaſcibilitate. Et quia quælibet pſonarum vnam habet proprietatem, per quam principaliter innoteſcit, ideo tantum tres ſunt proprietates pſonales,quæ his nominibus exprimuntur, propriè, & principaliter.ſ.Pater & Filius, & Spirituſſanctus. Cum enim proprium ſit Patris eſſe innaſcibilem, ſiue ingenitum, eſſe principium non de principio, & eſſe Patrem, innaſcibilitas notificat ipſum per modum negationis, licet ex conſequenti per modum poſitionis, quia innaſcibilitas in Patre ponit fontalem plenitudinem,principium non de principio, per modum poſitionis cum negatione,eſſe Patrem per modum poſitionis, & habitudinis,propriè completè,& determinatè. Similiter cum filius ſit imago, verbum,& filius, imago nominat illam perſonam,vt ſimilitudinem expreſſam,verbum,vt ſimilitudinem expreſſiuam, filius, vt ſimilitudinem hypoſtaticam. Rurſus imago, vt ſimilitudinem conformem,verbum, vt ſimilitudinem intellectualem, filius, vt ſimilitudinem connaturalem. Per hunc modum cū proprium ſit Spirituſſancti eſſe donum, eſſe nexum ſeu charitatem amborum,eſſe etiam Spiritumſanctum,donum nominat ipſum,vt datum voluntarium,charitas ſiue nexus,vt datum voluntarium & præcipuum. Spirituſſanctus,vt datum voluntarium præcipuum,& hypoſtaticum. Hinc eſt quod per hęc tria nomina, quæ ſunt Pater,& Filius,& Spirituſſanctus, trium perſonarū proprietates perſonales inſinuantur. Hæc igitur tenenda ſunt,ad fidei Trinitatis intelligentiam ſanam.

*Emanatio nū, altera per modū naturæ,altera p modū volūtatis.*

## *De iſtius fidei expreſſione catholica. Capit. 4.*

AD iſtius etiam fidei expreſſionem catholicam tenendum eſt, ſecundum ſacrorum Doctorum documenta,quod in diuinis ſunt duo modi prędicandi, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, & relationis. Tres modi ſupponendi.ſ.eſſentiæ, perſonæ, notionis. Quatuor modi ſignificandi ſubſtantiam, ſ.nomine eſſētiæ,ſubſtantiæ,perſonæ,hypoſtaſis. Quinque modi dicēdi,ſ.quis,qui,quę,quod & quid. Tres modi differendi,ſcilicet ſecundum differentem modū ſe exiſtendi, ſecundum differentem modum habendi, & ſecundum differentem modum intelligendi. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt, quia cum primum principium ſit perfectiſſimum ſimul, & ſimpliciſſimū, oīa,quæ perfectionis ſunt,de ipſo dicuntur propriè, & verè,quę aūt imperfectionis ſunt,aut non dicuntur,aut ſi dnr ſecundum,aſſumptionem humanæ naturæ dicuntur,vel tranſumptiuè. Cum igitur decem ſint prædicamenta.ſ.ſubſtantia, quantitas, relatio, qualitas, actio, paſſio,vbi,qꝫſitus,& habitus, quinque vltima ſpectāt proprie ad corporalia,ſeu mutabilia,ideo non attribuūtur Deo,niſi tranſumptiuo modo, & figuratiuo. Alia vero quinque præcedentia Deo attribuuntur ſecudum id quod completionem dicunt, ita tamen quod diuinā ſimplicitatem non impediat. Oīa ergo hec prædicta pdicamenta ſunt idipſum, quod eſt illud de quo prædicatur,& ita per comparationem ad ſubiectum, in quo ſunt omnia,dicuntur tranſire in ſubſtantiam, relatione tamen excepta,quæ cum duplicem habeat comparationem.ſ.ad ſubiectum in quo,ad terminum ad quem, primo modo tranſit ne faciat compoſitionem, ſed ſecundo modo manet,vt faciat diſtinctionem. Et hinc eſt qđ ſubſtantia continet vnitatem,& relatio multiplicat trinitatem,& ideo manent ibi hi tantum duo modi prædicādi differentes,de quibus talis datur regula. Quæ dicuntur ſecundum ſubſtantiam, de omnibus dicuntur, & ſingilatim,& ſimul,& ſingulariter. Quæ vero ſecundum relationem,aut non de omnibus dnr, aut ſi de pluribus,pluraliter,vt relati,diſtincti,ſimiles,æquales,propter relationem intrinſecam. Nomē autem Trinitatis comprehendit vtrumq;. Et quoniā plures poſſunt eſſe relationes in vna perſona, ſicut ſunt plures perſonæ in vna natura, ideo diſtinctio in notione non infert diuerſificationem perſonæ, nec diſtinctio perſonæ plurificationem naturæ, & propterea non quicquid conuenit eſſentiæ,conuenit notioni vel perſonę, nec ē conuerſo, & hinc eſt, quod ſunt ibi tres modi ſupponendi,de quibus talis cōſueuit dari regula. Suppoſita eſſentia,nō ſupponitur notio, nec perſona, & ſuppoſita notione, non ſupponitur eſſentia,nec perſona, & ſuppoſita perſona non ſupponitur eſſentia,nec notio, ſicut patet per exempla. Et quoniam vera diſtinctio in ſuppoſitis ſubſtantiæ manente eſſentia vna,ideo neceſſe eſt ibi multipliciter ſignificari ſubſtantiam.ſ. vt communicabilem, & incommutabilem. Vt communicabilem per modum abſtractionis, per nomen eſſentiæ, & per modum concretionis,per nomen ſubſtantiæ. Vt incommunicabilem verò,vel vt diſtinguibilē per nomen hypoſtaſis, vel vt diſtinctam per nomen perſonæ,vel aliter.ſ. vel vt diſtinctam qualitercunq; & ſic hypoſtaſis, vel notabiliter,& perfectè,& ſic pſona. Exempla horum quatuor ſunt in creatura, humanitas, homo, aliquis homo, Petrus. Primum eſſentiam, ſecundum ſubſtantiam, tertiū hypoſtaſim,quartum pſonam dicit. Et quia in pſona, q̄ diſtinguitur,non ſolū eſt cōſiderare eum,qui diſtinguitur,ſed illud quo diſtinguitur,& hoc eſt proprietas, ſiue notio,ideo neceſſe eſt,ꝙ in diuinis ſint quinq; modi dicēdi,pariter & quærendi.ſ. quis, rōne perſonę, qui rōne hypoſtaſis, quia dicit ſuppoſitum ſubſtantiæ indiſtinctæ,quæ,ratione notionis,quod,ratione ſubſtantię, quid,ſiue quo,ratione eſſentiæ. Et qm̄ omnes hi modi in vnitate eſſentię radicātur, qa quicquid eſt in Deo eſt ipſe Deus vnitus,& ſolus, ideo non ponunt ibi differentiam,nec ſecundum eſſentiam,nec ſecundum eſſe, & ppterea ſunt ibi tantum tres modi differendi. ſ. ſecundū modos eſſendi,ſiue emanandi,ſicut differt perſona a pſona,ſecundum modos ſe habendi, ſicut differt pſona, & eſſentia, quia vna perſona ad alteram refertur, & iō diſtinguit,eſſentia vero non refertur ad alterā, & iō nō diſtinguit ſm modos etiā intelligendi, ſicut differt vna proprietas ſubſtātialis ab altera,vt bonitas, & ſapia. Prima differentia eſt perfectiſſima, & ſumma, quæ poſſit reperiri in diuinis. Eſt.n.in ſuppoſitis, ita ꝙ vnum non dr de altero. Scđa differentia eſt minor, quia eſt ſm attributis, licet. n.vnum poſſit dici de altero, vt perſona de eſſentia,aliquid tamen dicitur de vno, quod non de altero, vt perſona diſtinguitur & refertur, eſſentia vero non. Tertia vero differentia minima eſt,quia eſt in connotatis,licet.n.vnū de altero dicatur adinuicem, & idē poſſit dici de vtriſq;, non tamen idem cōnotatur vtrobique,nec per idem intelligi datur vtrunq;. Ex primo modo differendi oritur pluralitas perſonarum, ex ſecundo

*Duo modi pdicādi in diuinis, & cęt.*

*Relatio in diuinis quodāmodo tranſit, alio modo manet. Regula theologica.*

*Quicqd ē in Deo,eſt ipſe Deus.*

*Gradus differētiarū.*

cundo

cundo modo, pluralitas prædicationum ſubſtãtialium, & relatiuarum, ex tertio pluralitas proprietatum eſſentialium, & notionum, ſiue ab æterno, ſiue ex tempore, ſiue proprie, ſiue tranſumptiue, ſiue communiter, ſiue appropriate. Dictorum exempla manifeſta ſunt. His intellectis claret ſatis, & quid ſentiendum, & qualiter loquendum ſit de ſumma Trinitate diuinarum perſonarum.

*De vnitate diuinæ naturæ in multiformitate apparitionum. Cap. 5.*

Secundò autem de pluralitate apparitionum docet diuina doctrina, hoc eſſe tenendum. Cum Deus ſit incircunſcriptibilis, inuiſibilis, & incommutabilis, nihilominus tamen habitat in ſanctis viris, ſpecialiter apparuit Patriarchis, & Prophetis, deſcendit de cœlis, miſit etiam Filium, & Spiritum ſanctum, ad ſalutem humani generis. Et licet in Deo ſunt indiuiſa natura, virtus, & operatio Trinitatis, miſſio tamen, vel apparitio vnius perſonæ, non eſt miſſio, vel apparitio alterius. Licet etiam ſit ibi ſumma æqualitas, ſolius tamen eſt Patris mittere, & non mitti, Spiritusſancti eſt tantummodo mitti reſpectu diuinarum perſonarum, niſi forte dicatur mittere hominem aſſumptum, filij autem eſt mittere, & mitti, ſicut ex ſcripturis poteſt colligi. Intelligentia autem, & ratio prædictorum hæc eſt. Quia licet primum principium ſit immenſum, & incircunſcriptibile, ſit incorporeum, & inuiſibile, ſit æternum, & incommutabile: principium tamen eſt rerum ſpiritualiũ, & corporalium, naturalium, & gratuitarum, ac per hoc rerum etiam mutabilium, & ſenſibilium, & circumſcriptarum, per quas licet ipſe ſit immutabilis, inſenſibilis, incircunſcriptibilis, ſeipſum reddit manifeſtum, & notum. Reddit autem ſe manifeſtum, & notum generaliter, per vniuerſitatem ſuorum effectuum ab ipſo emanantium, in quibus dicitur eſſe per eſſentiam, potentiam, & præſentiam, quod ſe extendit ad omnia creata. Reddit etiam ſe ſpiritualiter notum, per aliquos effectus, qui in ipſum ſpecialiter ducunt, ratione quorum dicitur habitare, apparere, deſcendere, mitti, & mittere. Habitare namque dicit effectum ſpiritualem, & ſpecialem cum acceptatione, ſicut eſt effectus gratiæ gratum facientis, quæ eſt deiformis, & in Deum reducit, & Deum facit nos habere, & haberi a nobis, ac per hoc & inhabitare in nobis. Et quia gratiæ effectus communis eſt omnibus perſonis, ideo vna perſona non habitat ſine alia, immo ſimul tota Trinitas. Apparere verò, dicit effectũ ſenſibilem, cum expreſſa ſignificatione, ſicut Spiritusſanctus apparuit in columba. Et quoniam ſicut perſonæ diuinæ diſtinctæ ſunt, ſic diſtinctè ſignificari poſſunt & ſignis, & nominibus, ideo quælibet perſona poteſt per ſe apparere, & apparitio poteſt omnibus competere, ſiue inſimul, ſiue cuilibet perſonæ per ſe. Vnde quod Spiritusſanctus dicitur in linguis igneis, & columba apparuiſſe, hoc non eſt propter nouum vinculum, vel effectum ſpecialem, ſed propter vnionem, quæ eſt inter ſignum, & ſignatum ſibi ſpecialiter, & modo, & origine deputatum. Deſcẽdere autem dicit vtrumlibet effectuum prædictorum, cum inchoatione. Deus enim beatiſſimis Angelis ſemper eſt præſens in cœlis, quia in eis ſemper habitat, & apparet. Peccatoribus autem in terris eſt modo, vt abſens, & quantum ad gratiam, & quantum ad notitiam, ideo cum incipit apparere, vel inhabitare, de præſente cęlis, & quaſi abſente nobis, fit præſens terris, & ideo licet in ſe non mutetur, tamen dicitur deſcendere nobis. Mitti vero dicit effectus prædictos, cum æterna productione. Tunc enim pater mittit filium, cum faciendo eum nobis præſentem, per notitiam, vel gratiam, inſinuat quod ab ipſo procedit. Et quia pater à nullo procedit, ideo nuſquam dicitur mitti. Quia vero filius, & producit, & producitur, ideo mittit, & mittitur. Quia verò Spiritusſanctus æternaliter producitur, ſed non producit niſi ex tempore, ideo ipſius eſt proprie mitti, & non mittere, niſi reſpectu creaturæ. Ex quo apparet quod hæ ſunt impropriè, & exponendæ, Spiritusſanctus mittit ſe, Spiritusſanctus mittit filium, filius mittit ſeipſum, niſi intelligatur inquantum eſt de virgine natus. Patet etiam quare mittere, & mitti non competit omnibus, quia licet dicat effectum in creatura, dicit tamen relationem intrinſecam, ita quòd mittere dicit authoritatem, mitti ſubauthoritatem, ratione productionis æternæ interius importatæ.

Deus in oĩbus per eſſentiã, potentiam, & pñtiam.

Ioan. 1.

Perſone, vt ſunt diſtinctæ, ita & diſtinctè ſignificari poſſunt.

Mittere & mitti non cõuenit oĩbus perſonis. Quid ſit perſonã mitti.

*De vnitate diuinæ naturæ, in multiplicitate appropriatorum. Cap. 6.*

Tertiò vero de pluralitate appropriatorum, hoc docet ſacra ſcriptura eſſe tenendum, quòd licet omnia eſſentialia omnibus perſonis æqualiter, & indifferenter conueniant, tamen Patri dicitur appropriari vnitas, Filio veritas, Spirituiſancto bonitas. Et iuxta hanc ſumitur ſecunda appropriatio Hilarij, ſ. æternitas in Patre, ſpecies in imagine, & vſus in munere. Et iuxta hanc ſumitur tertia, ſcilicet in Patre ratio principiandi, in Filio ratio exemplandi, in Spirituſancto ratio finiendi. Et iuxta hanc ſumitur quarta, ſcilicet omnipotentia Patri, omniſcientia Filio, voluntas ſeu beneuolentia Spirituiſancto. Hæc autem dicuntur appropriari, non quia fiant propria, cum ſemper ſint communia, ſed quia ducunt ad intelligentiam, & notitiam propriorum, ſcilicet trium perſonarum. Intelligentia autem, & ratio prædictorum hæc eſt. Quia enim primum principium eſt nobiliſſimum, & perfectiſſimum, ideo conditiones entis nobiliſſimæ, & generaliſſimæ in eo reperiuntur in ſummo. Hæ autem ſunt vnum, verum, bonum, quæ non contrahunt ens ſecundum ſuppoſita, ſed ſecũdum rationem. Nam vnum nominat ens, vt connumerabile, & hoc habet per indiuiſionem ſui in ſe. Verum, ſecundum quòd cognoſcibile, & hoc habet per indiuiſionem ſui à propria ſpecie. Bonum, ſecundum quòd communicabile, & hoc habet per indiuiſionem ſui à propria operatione. Et quia hæc triplex indiuiſio ſe habet ſecundum ordinem quantum ad rationem intelligendi, ita quòd vnum pręſupponit vnum, & bonum præſupponit verum, & vnũ, hinc eſt quod hæc attribuuntur primo principio in ſummo, quia perfecta, & generalia, & approprjantur tribus perſonis, quia ordinata, & ideo ſummè vnum Patri, qui eſt origo perſonarum, ſummè verum Filio, qui eſt à Patre, vt verbum, ſummè bonum Spirituiſancto, qui eſt ab vtroq; vt amor, & donum. Et quia ſummè vnũ, eſt ſummè primum, quia caret omni inceptione, & quia ſummè verum, ſummè æquale, & pulchrum, quia ſummè bonũ, & ſummè vtile, & proficuum, hinc oritur ſecunda appropriatio Hilarij, quæ eſt æternitas in patre, quia non habet principium, ſed eſt omnino primum, ſpẽs in imagine. i. in verbo, quia ſumme pulchrum, vſus in munere. i. in Spirituſancto, quia ſummè proficuum, & communicatiuum. Quod per alia verba ſic inſinuat Aug. In patre vnitas, in filio ęqualitas, in Spirituſancto vnitatis, æqualitatiſq; concordia. Rurſus, quia ſummè vnum & primum, tenet rationem principiandi, & originandi, quia ſummè pulchrum, & ſpecioſum, tenet rationẽ exprimẽdi, & exemplandi, quia ſummè ꝓficuum, & bonũ, tenet rõnem finiendi, quia bonũ, & finis idem. Hinc oritur tertia ratio appropriandi efficientiam patri, exemplaritatem filio, finalitatẽ Spirituiſancto. Rurſus, quia à primo & ſummo principio fluit omne poſſe, à pri-

Vnũ, verũ, bonũ, ſummè reperiuntur in Deo.

à primo & ſummo exemplari fluit omne ſcire, & ad ſummum finem tendit omne velle, ideo neceſſe eſt primum eſſe omnipotentiſſimum, omniſapientiſſimum, & beneuolentiſſimum. Vnitas autem prima & ſumma, rediens ſupra ſeipſam reditione completa, & perfecta, eſt omnipotentiſſima, ſic & veritas ſapientiſſima, & bonitas beneuolentiſſima, & hæc appropriantur, quia ordinem inſinuat. Voluntas.n.dat præintelligere cognitionem, & voluntas & cognitio præſupponunt potentiam, & virtutem, quia poſſe ſcire, eſt aliquid poſſe. Ex his apparet, quæ ſint appropriata, & quibus, & qua de cauſa. Hæc tamen vltima ſcilicet potentia, & ſapientia, & voluntas ſunt potiſſimè illa, ex quibus in ſcripturis laudatur Trinitas ſumma. Et ideo de his aliquid dicendum eſt breuiter, & ſummatim.

*De omnipotentia Dei.* Cap. 7.

IGitur de omnipotentia Dei ſecundum doctrinam ſacram, hæc tenenda ſunt: videlicet, quod Deus eſt omnipotens, ita tamen quod ei non attribuuntur actus culpabiles, vtpote mentiri, & male velle, nec actus pœnales, vt metuere, & dolere, nec actus corporales, ſiue materiales, vt dormire, & ambulare, niſi forte tranſumptiuè, nec actus inconuenientes, vtpote poſſe facere maiorem ſe, vel alium Deum ſibi æqualem, vel infinitum actu, & conſimilia, quia (vt dicit Anſelmus) quodlibet inconueniens, etiam minimum, apud Deum eſt impoſſibile, licet autem hoc non poſſit, eſt tamen omnipotens verè, & propriè, & perfectè. Intelligentia autem & ratio prædictorum eſt. Quia primum principium eſt potens potentia, quæ eſt potentia ſimpliciter, & ideo diſtributio addita ei, diſtribuit pro his, quæ poſſe, eſt poſſe ſimpliciter. Hæc tamen ſunt, quæ egrediuntur à potentia completa, & ordinata. Potentiam autem completam dico, quæ non poteſt deficere, nec poteſt ſuccumbere, nec poteſt indigere. Potentia autem incompleta in peccando deficit, in patiendo ſuccumbit, in corporalibus actionibus indigentiam includit. Diuina autem potentia, quia potentia ſumma, & perfectiſſima, ideo nec eſt de nihilo, nec eſt ſub aliquo, nec eget aliquo alio, ac per hoc, nec culpabilia, nec pœnalia, nec materialia poteſt, & hoc quia omnipotens eſt potentia completa. Potentiam autem ordinatam contingit tripliciter dici, vel ſecundum actum, vel ſecundū aptitudinem ex parte creaturæ, vel ſecundum aptitudinē ex parte ſolius virtutis increatæ. Quod poſſibile eſt potentiæ primo modo dictæ, eſt non tantum poſſibile, ſed etiam actuale. Quod ſecundo modo, & non primo, eſt poſſibile ſimpliciter, licet non actuale. Quod autem tertio modo, & non primo modo, vel ſecundo, eſt poſſibile Deo, ſed impoſſibile creaturæ. Quod autem nullo prædictorum modorum eſt poſſibile, ſicut illud, quod directè repugnat ordini ſecundum rationes, & cauſas primordiales, & æternas, ſimpliciter eſt impoſſibile, ſicut quod Deus faciat aliquod actu infinitum, quod ſimul faciat aliquod eſſe, & nullo modo eſt, quod faciat id quod fuit non fuiſſe, & cętera talia, quę poſſe, eſt contra ordinem & complementum diuinæ potentiæ. Ex his patet, reſpectu quorum eſt diuina potentia. Patet etiam, quæ debent dici ſimpliciter poſſibilia, & quę ſimpliciter impoſſibilia, & quod aliquorum impoſſibilitas ſimul ſtet cum vera omnipotentia.

*De Dei ſapientia, prædeſtinatione, & præſcientia.* Capit. 8.

DE ſapientia vero Dei hæc tenenda ſunt, ſcilicet qđ ipſa diuina ſapientia limpidiſſimè cognoſcit omnia bona, & mala præterita, præſentia, & futura actualia, & potentialia, ac per hoc incomprehenſibilia nobis, & infinita, ita tamen quod ipſe in ſe, nullo modo diuerſificatur, licet diuerſa nomina ſortiatur. Inquantum enim eſt cognoſcitiua omnium poſſibilium, dicitur ſcientia, ſiue cognitio. Inquantum eſt cognoſcitiua omnium quæ in vniuerſo fiunt, dicitur viſio. Inquantum eſt cognoſcitiua omnium, quæ bene fiunt, dicitur approbatio. Inquantum eſt cognoſcitiua eorum quæ futura ſunt, dicitur præſcientia ſiue prouiſio. Inquantum eſt cognoſcitiua eorum quæ ab ipſo Deo fienda ſunt, dicitur diſpoſitio. Inquantum eſt cognoſcitiua eorum, quæ præmianda ſunt, dicitur prædeſtinatio. Inquantum vero eſt cognoſcitiua eorum, quæ damnanda ſunt dicitur reprobatio. Et quia ipſa non tantum eſt cognoſcitiua, ſed eſt etiam ratio cognoſcendi omnia, ideo inquantum eſt ratio cognoſcendi omnia cognita, dicitur lux: inquantum ratio cognoſcendi viſa, & approbata, dicitur ſpeculum: inquantum eſt ratio cognoſcendi præuiſa, & diſpoſita, dicitur exemplar: inquā tum eſt ratio cognoſcendi prædeſtinata, & reprobata, dicitur liber vitæ. Eſt igitur liber vitæ reſpectu rerū, vt redeuntium, exemplar, vt exeuntium, ſpeculum, vt euntium. Lux vero reſpectu omnium. Ad exemplar autem ſpectat idea, verbum, ars, & ratio. Idea ſecundum actū præuidendi. Verbum ſecundum actum proponendi. Ars ſecundum actum proſequendi. Ratio ſecundum actum perficiendi, quia ſuperaddit intentionem finis. Quia vero hęc omnia vnum ſunt in Deo, ideo frequenter accipitur vnum pro alio. Et licet diuina ſapiētia, ratione diuerſitatis ſcitorum, & connotatorum diuerſa ſortiatur vocabula, non tamen diuerſificatur ſecundū rationem intrinſecam. Cognoſcit enim contingentia infallibiliter, mutabilia immutabiliter, futura præſentialiter, temporalia æternaliter, dependentia independenter, creata increatè, alia à ſe, in ſe, & per ſe, & cū infallibiliter contingentia cognoſcat, ſimul ſtat libertas, & vertibilitas voluntatis, cum prædeſtinatione, & præſcientia. Intelligentia autem, & ratio prædictorum hæc eſt. Quoniam primum principium, hoc ipſo quod primū eſt & ſummum, cognitionem habet ſimul ſimpliciſſimam, & perfectiſſimam. Quia perfectiſſimam, & ideo cognoſcit omnia diſtinctiſſimè, ſub omnibus cōditionibus, quas res habet vel habere poſſunt, & propterea futura ſcit eſſe futura, & præſentia, pſentia, & bona ſcit approbāda, mala reprobāda. Hinc eſt qđ diuerſa ſortitur vocabula, ſecundum quod dictū eſt ſupra. Sed quia ſimul ſtat, perfectio ſapientiæ cum ſumma ſimplicitate, hinc eſt quod omnia alia à ſe cognoſcit in ſe, & per ſe. Ex quo ſequitur ſecundum, quod creata cognoſcit increatè. Ex quo ſequitur tertium, quod dependentia cognoſcit independenter. Ex quo oritur quartum, quod tēporalia cognoſcit æternaliter. Ex quo ſequitur quintum, quod futura cognoſcit præſentialiter. Ex quo oritur ſextum, quod mutabilia cognoſcit immutabiliter. Ex quo ſequitur ſeptimum, quod contingentia cognoſcit infallibiliter, & ita contingentia manentia contingentia ſunt diuinæ ſapientiæ prorſus infallibilia, tam in contingentibus, quæ ſubiacent naturæ, quam libertati volūtatis humanæ. Vnde qui vult hoc verum intelligere, quomodo ſimul ſtet libertas voluntatis creatæ cū infallibilitate prędeſtinationis æternæ, reſoluēdo ab hoc vltimo, procedat per illos ſeptem gradus vſque ad primum, quod primum principium perfectiſſimū cognoſcit omnia per ſeipſum, quod eſt verum certiſſimū, ex quo cętera prædicta ratiocinando infallibiliter concludunt. Sicut aūt diuinæ cognitionis certitudo ſimul ſtat cum contingentia rerum cognitarum, quia ſimul eſt ſimpliciſſima, & perfectiſſima diuina ſapīa, ſic vnitas ſimul ſtat cum multiformitate rationum, & idearum ex eadem cauſa. Quia.n.perfectiſſima eſt, ideo diſtinctiſſimè,

Iuxta diuerſitatem obiectorū cognoſcibilium, variè appellatur cognitio Dei.

Cur Deus dicat liber vitæ, exemplar, & ſpeculum.

Cognitio diuina in ſe pfecta, immutabilis.

Quō ſtat contingentia in reb. cum infallibili præſcietia Dei.

ſimè,& perfectiſſime cognoſcit vniuerſa & ſingula, & illa omnia diſtinctiſſimè,& perfectiſſimè repræſentat, & ideo ſingulorum dicitur habere rationes, & ideas,tã quam rerum ſimilitudines perfectiſſimè expreſſiuas. Quia vero ſimpliciſſima eſt , ideo omnes ſimilitudines illæ ſunt vnum in ipſa. Vnde ſicut Deus vna virtute omnia producit ex tempore ſecundum omnimodam rerum integritatem,ſic vna virtute omnia exprimit ſempiternaliter. Et ſicut eſt in Deo altiſſimo,operatio actiua ſecundum rem,dicunrur tamen plures rerum productiones ratione pluralitatis productorum,ſic vna eſt veritas,vnus actus intelligentiæ in Deo , dicuntur tamen plures ſimilitudines,ideæ,& rationes,ratione pluralitatis ideatorum,vel exiſtentium,vel futurorum, vel poſſibilium. Hæ autem rationes,vel ideæ,licet ſint vna veritas,& lux in eſſentia,non tamen dicuntur eſſe vna ratio vel idea. Ratio enim,vel idea dicitur vt ad alterum , ſecundum rationem intelligendi. Nominat enim ſimilitudinem cogniti,quę realiter tenet ſe ex parte Dei,licet ſecundum rationem intelligendi dicere videatur aliquid ex parte ideati. Si autem huius ſimile in creatura requiratur , dicendum quod hoc eſt ipſius exemplaris proprium,quia,ſicut dictum eſt,ſimul eſt ſimplex,& infinitum,& perfectiſſimum,quo præintellecto,cætera conſequenter innoteſcunt . Quia enim exemplar illud eſt ſimpliciſſimum , & perfectiſſimum,ideo actus purus. Quia vero infinitum,& immenſum , ideo extra omne genus. Et hinc eſt quod exiſtens vnum,poteſt eſſe ſimilitudo expreſſiua multorum.

*Idea quid dicatur.*

## *De voluntate Dei,& prouidentia.* Cap. 9.

DE voluntate Dei hæc tenenda ſunt,quòd ipſa ſic eſt recta,qđ nullo modo poſſit obliquari,ſic eſt efficax,vt nullo modo poſſit impediri,ſiceſt vna, vt tñ multiformiter habeat ſignificari . Significatur.n. diuina voluntas,quæ eſt voluntas beneplaciti , per voluntatem,ſigni,ſecundum quinque differentias ſignorum,quæ ſunt præceptio,prohibitio,conſilium, impletio,permiſſio,ſecundum quæ diſponuntur à voluntate beneplaciti quæcunque in vniuerſo fiunt. Eſt enim voluntas Dei prima & ſumma cauſa omniũ ſpecierum,& motionum . Nihil enim fit viſibile, aut intelligibile in iſta totius creaturæ ampliſſima quadam vniuerſaque republica, quod non de illa imperiali aula ſummi imperatoris,aut iubeatur,aut permittatur,ſecundum ineffabilem iuſtitiam præmiorum,atque pœnarum,retributionum,& gratiarum . Et quia iſta voluntas, ratione regulata dicitur prouidentia , hinc eſt quod omnia , quæ in vniuerſo fiunt,aguntur, & reguntur diuina prouidentia,quæ per omnia eſt irreprehenſibilis , quæ nihil præcipit,prohibet,vel conſulit,niſi iuſte, nihil agit, niſi bene,nihil permittit iniuſtè. Intelligentia autem,& ratio prędictorum hęc eſt. Primum principium cum ſit ſummè nobile , & voluntatem habet,& nobili modo habet. Cum igitur voluntas de ſe dicat illud,ſecundum quod in agentibus à propoſito attenditur regula rectitudinis,& efficacia operationis, neceſſe eſt quod voluntas in Deo ſit rectiſſima & efficaciſſima. Ideo autem rectiſſima quia idem eſt in Deo voluntas,& veritas. Ideo efficaciſſima,quia idem prorſus in Deo eſt voluntas,& virtus,ſiue poteſtas . Et quia non poteſt diuina voluntas carere veritate, ideo non tantum eſt recta , verum etiam regula rectitndinis . Quia vero nullo modo poteſt carere virtute,ideo non tantum eſt efficax , uerum etiam fons & origo totius efficaciæ, ita vt nihil ſine illa poſſit effici,nihil contra illam poſſit fieri, nihil etiam ſit a quo valeat impediri . Et quia rectiſſima eſt,nullus poteſt eſſe rectus , niſi conformetur ei . Nullus autem poteſt ei conformari , niſi voluntas illa innoteſcat ſibi . Oportuit ergo voluntatem diuinam , regulam rectitudinis, notificari nobis . Rectitudo autem quædam eſt neceſſitatis , & hæc eſt in faciendo bonum neceſſariũ , & declinando malum,quædam autem eſt perfectionis, & hęc eſt in ſupererogando debitum vltra debitum, & ſecundum hoc innoteſcit nobis per triplex ſignum,ſcilicæt pręceptionem,prohibitionem,& conſilium,quod quidem ſignificat diuinum beneplacitum acceptare , tanquam iuſtum , quod fit ſecundum diuinum præceptum,quod declinatur ſecundum diuinam prohibitionem,& adimpletur ſecundum diuinum conſilium . Signa vero hæc infallibilia ſigna ſunt diuinæ voluntatis,vt eſt regula rectitudinis , Rurſus , quia efficaciſſima eſt , nullo modo poteſt aliquis aliquid efficere niſi ipſa cooperante,& coefficiente,nullus deficere,vel peccare poteſt,niſi ipſa iuſte deſerente . Et ſecundum hoc duo ſunt ſigna eius,ſcilicet impletio , quod eſt ſignum voluntatis , vt efficientis , & permiſſio , quod eſt ſignum voluntatis iuſtè deſerentis. Iuſte autem deſerit, quia iuſtum eſt,vt ſic adminiſtret res quas condidit, vt non infringat leges quas indidit , & ſic cooperetur rebus , quas creauit , vt tamen eas agere proprios motus ſinat,& ideo ſi liberum arbitrium ad vtrunq; vertibile de lege naturæ,in malum dimittat cadere,hoc non permittit niſi iuſtè . Rurſus,& ſi per gratiam preueniat,& ſuſtentet nulli iniuriam facit, ideo non agit iniuſtè, nec omnino iuſtè ſecundum exigentiam meritorum , quia merita ad hoc non ſufficiunt,ſed gratis,& miſericorditer,& quodam modo iuſtè , quantum eſt condecentia bonitatis ſuæ . Cum ergo damnat,& reprobat , operatur ſecundum iuſtitiam. Quando vero prædeſtinat, ſecundum gratiam , & miſericordiam quæ non excludit iuſtitiam . Quia ergo omnes,ſecundum quod de maſſa perditionis erant , debebant damnari , ideo plures reprobantur,quam eligantur,vt oſtendatur, quod ſaluatio eſt ſecundum gratiam ſpecialem , ſed damnatio ſecundum iuſtitiam communem. Nullus ergo poteſt conqueri de diuina voluntate, quia omnia agit rectiſſimè , immo in omnibus debemus gratias agere, & honorificare regimen diuinæ prouidentiæ. Si quis autem quærat,quare magis vni peccatori gratiam largiatur, quam alteri,hic oportet ſilentium imponere humanæ loquacitati,& exclamare cum Apoſtolo. O altitudo diuitiarum ſapientiæ,& ſcientiæ Dei,quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius , & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis eius conſiliarius fuit,aut quis prior dedit illi, & retribuetur ? Quoniam ex ipſo , & per ipſum , & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Voluntas Dei vna,efficax , recta.*

*Quid ſit diuina prouidentia,*

*Volũtas diuina regula rectitudinis.*

*Nota de iuſtitia,& miſericordia Dei.*

*Roma.11.*

# BREVILOQVII
## PARS SECVNDA,
## IN QVA DE CREATVRA MVNDI AGITVR.

### *De productione mundi totalis.* Capit.1.

HIS ſummatim præintellectis de Trinitate Dei,dicenda ſunt aliqua de creatura mundi. Circa quam hæc tenẽda ſunt in ſumma:videlicet,quod vniuerſitas machine mundialis producta eſt in eſſe ex tẽpore,& de nihilo ab vno primo principio ſolo,& ſummo, cuius potẽtia licet ſit immenſa, diſponit tamen omnia in certo pondere,numero,& menſura. Hæc generaliter intelligenda ſunt circa rerũ ꝓductioné,ex quibus & veritas colligitur,& error repudiatur.

*Mũdus incipit eſſe à Deo per creationẽ.*

*Sapien.11.*

tur. Per hoc enim quod dicitur ex tempore, excluditur error ponentium mundum eſſe ęternum. Per hoc, quod dicitur de nihilo, excluditur error ponentium æternitatem circa principiū materiale. Per hoc quod dicitur ab vno principio, excluditur error Manichæorum, ponentium pluralitatem principiorum. Per hoc quod dicitur ſolo, & ſummo, excluditur error ponentium Deum p̄duxiſſe inferiores creaturas per miniſterium intelligentiarum. Per hoc quod additur, in certo pondere, numero, & menſura, oſtenditur quod creatura eſt effectus Trinitatis creantis, ſub triplici genere cauſalitatis. Efficientis, à quo eſt in creatura vnitas, modus, & menſura. Exēplaris, à quo eſt in creatura veritas, ſpecies, & numerus. Finalis, à quo eſt in creatura bonitas, ordo, & pondus. Quæ quidem reperiuntur in omnibus creaturis, tā quam veſtigium creatoris, ſiue corporalibus ſiue ſpiritualibus, ſiue ex vtriſque compoſitis. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt, quia ad hoc quod ſit ordo perfectus, & ſtatus in rebus, neceſſe eſt, quod omnia reducantur ad vnum principium, quod quidem ſit primum, vt det cæteris ſtatum, & perfectiſſimum, vt det cæteris omnibus complementum. Quoniam igitur primum principium, in quo eſt ſtatus, non poteſt eſſe niſi vnum ſolum, ſi mundum producit, cum non poſſit ipſum producere de ſe ipſo, neceſſe eſt, quod producat ipſum ex nihilo. Et quia productio ex nihilo, ponit eſſe poſt non eſſe ex parte producti, & immenſitatem in virtute producente ex parte principij, cum hoc ſit ſolius Dei, neceſſe eſt, quod creatura mundi ſit producta ex tempore ab ipſa virtute immenſa, agente, per ſe, & immediate. Rurſus quoniam principium perfectiſſimum, a quo manat perfectio vniuerſorum, neceſſe eſt agere a ſe, & ſecundum ſe, & propter ſe, & quia nullo in agendo indiget extra ſe, neceſſe eſt quod habeat intentionē triplicis cauſæ, reſpectu cuiuslibet creaturæ, ſcilicet, efficientis, exemplaris, & finalis. Neceſſe eſt etiam omnem creaturam ſecūdum hāc triplicem habitudinem comparari ad cauſam primam. Omnis enim creatura conſtituitur in eſſe ab efficiente, & conformatur ad exemplar, & ordinatur ad finem, ac per hoc eſt vna, vera, bona, modificata, ſpecioſa, ordinata, menſurata, diſcreta, & ponderata: eſt. n. pondus inclinatio ordinatiua. Et hæc quidem generaliter dicta ſunt de omni creatura, ſiue corporea, ſiue incorporea, ſiue ex vtriſque conſtituta, ſicut eſt natura humana.

Actio prin cipij perfectiſſimi.

### *De natura corporali quantum ad fieri.* Capit. 2.

Fieri, eſſe & operari inſunt creaturæ.

Gen. 1.

Natura vero corporea nobis cōſideranda eſt quātum ad fieri, & quantum ad eſſe, & quantum ad operari. De natura vero corporea quantum ad fieri, hæc ſpecialiter tenenda ſunt, ſ. quod ſex diebus ſit in eſſe producta, ita quod in principio, ante omnem diē creauit Deus cœlum & terram. Prima vero die formata eſt lux, ſecunda firmamētum factum eſt in medio aquarum, tertia die ſeparatæ ſunt aquæ à terra, & congregatæ in locum vnum, quarta vero die cœlum ornatum eſt luminaribus, quinta aer, & aqua volatilibus, & piſcibus, ſexta terra animalibus, & hominibus, ſeptima vero die requieuit Deus, non a labore, nec opere, cum vſque nunc operetur, ſed à nouarum ſpecierum conditione, quia omnia fecerat, vel in ſimili, ſicut illa quæ propagantur, vel in ſeminali ratione, ſicut illa, quę alijs modis introducuntur in eſſe. Ratio autem ad intelligentiā prædictorum hæc eſt. Quia enim res manāt a primo principio, & perfectiſſimo, tale autem eſt omnipotentiſſimū, ſapientiſſimum, & beneuolentiſſimum. Ideo oportuit, quod ſic producerentur in eſſe, vt in earum productione reluceret triplex nobilitas prędicta, & excellentia. Et ideo triformis fuit operatio diuina, ad mundanam machinam producendam. ſ. creatio quæ appropriatè reſpōdet omnipotentiæ, diſtinctio, quæ reſpondet ſapientiæ, ornatus, qui reſpondet bonitati largiſſimè. Et quoniam creatio eſt de nihilo, ideo fuit in principio ante omnem diem, tanquam omnium rerum, & temporum fundamētum. Rurſus, quia diſtinctio corporum mundi attenditur ſecundum triplicem modum, ideo facta fuit per triduum. Eſt enim diſtinctio naturæ luminoſæ à perſpicua, & opaca, & hæc facta eſt in prima die in diuiſione lucis a tenebris. Et eſt diſtinctio naturę perſpicuę à perſpicua, & hæc facta eſt ſecunda die in diuiſione aquarum ab aquis. Et eſt diſtinctio naturæ perſpicuæ ab opaca, & hæc facta eſt tertia die in diuiſione aquarū à terris. In his autem implicitè datur intelligi diſtinctio cœleſtium, & elementarium, ſecundum quod poſt declarabitur. Sic igitur diſtinctio fieri debuit p̄ triduum. Et quia ornatus correſpondet diſtinctioni, ideo ſimiliter tribus diebus debuit conſumari. Eſt enim ornatus naturæ luminoſæ, & hic factus eſt quarta die in formatione ſtellarum, & ſolis, & lunæ. Et eſt ornatus naturæ perſpicuæ, & hic factus eſt quinta die, in qua ex aquis facti ſunt piſces, & aues ad ornatum aeris, & aquæ. Et eſt ornatus naturæ opacę, ſcilicet terræ, & hic factus eſt ſexta die, in qua factæ ſunt beſtiæ, facta ſunt & reptilia, facta eſt etiam ad conſummationem omnium natura humana. hæc autem omnia, licet potuerit Deus facere in inſtanti, maluit tamen per ſucceſſionem temporum, tum propter diſtinctam, & claram repræſentationem potentię, ſapientiæ, bonitatis, tum propter conuenientē correſpondentiā dierum ſiue temporum, & operationum, tum etiam, vt ſicut in prima mundi conditione fieri debebant ſeminaria operum fiendorum, ſic fierent & prefigurationes temporum futurorum. Vnde in illis ſeptem diebus, quaſi ſeminaliter preceſſit diſtinctio omnium temporum, quæ explicātur per decurſum ſeptem ætatum. Et hinc eſt, quod ſex diebus operum, additur ſeptimus quietis, qui dies non ſcribitur habere veſperā, non quia non habuit dies illa noctem ſuccedentem, ſed ad præfigurandum animarum quietem, quæ nunquam habebit finem. Si autem diceretur alio modo, quod omnia eſſent ſimul facta, tunc omnes hi ſeptem dies ad cōſiderationem Angelicam referrentur. Veruntamen primus modus dicendi eſt magis ſcripturę conſonus, & authoritatibus ſanctorum, & qui preceſſerunt, & etiam qui ſecuti ſunt beatum Auguſtinum.

Diſtinctio partiū mūdi.

In 7. dieb. originalibus omne tempus ſignatum fuit.

### *De natura corporali, quantum ad eſſe.* Capit. 3.

De natura vero corporea quantum ad eſſe tenendum eſt, quod corporalis mundi machina tota conſiſtit in natura celeſti, & elementari, ita quod cœleſtis diſtincta eſt in tres cœlos principales, ſ. empyreum, cryſtallinum, & firmamentum. Intra firmamentum autem, quod eſt cœlum ſtellatum, continentur ſeptem orbes ſeptem planetarum, qui ſunt, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Natura vero elementaris in quatuor ſpheras diſtinguitur, ſcilicet, Ignis, Aeris, Aquæ, & Terræ, & ſic procedēdo à ſummo cardine cœli vſque ad centrum terræ, decem concurrunt orbes cœleſtes, & quatuor ſphere elementares, ex quibus integratur, & conſtituitur tota machina mundi ſenſibilis, diſtinctè, perfectè, & ordinatè. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt, quia cum natura corporalis ad perfectionem ſui, & expreſſionem ſapientiæ, multiformis primi principij, requirat multiformitatem formarum, ſicut apparet in mineralib. plantis, & animalib. neceſſe fuit ponere aliqua corpora ſimplicia, quæ multiformiter poſſunt miſceri,

De natura elemētari.

ſieri, ad introductionem formarum multiformium, & talis eſt natura ſubiecta contrarietati, & hæc eſt elemẽtaris. Neceſſe etiam fuit fieri naturam, per quam haberent hæc contraria in mixto conciliari, & talis eſt natura elongata à contrarietate, cuiuſmodi eſt natura lucis & corporis ſuper cœleſtis. Et quoniam mixtio fieri nõ poteſt, niſi per contraria agentia, & patientia, ideo neceſſe fuit duplicem contrarietatem fieri in elementis, ſcilicet quantum ad qualitates actiuas, quæ ſunt calidũ, & frigidum, & quantum ad paſſiuas, quæ ſunt humidum, & ſiccum. Et quia quodlibet elementum agit, & patitur, ideo quodlibet habet duas qualitates, vnã acti uam, & aliam paſſiuam, ita tamen, quod vnam principalem, & propriam ac per hoc neceſſe eſt, tantum quatuor eſſe elementa ſecundum quatuor qualitates prædictas, quadrupliciter concubinatas. Natura autem cœleſtis aut eſt vniformis & immobilis, & hæc eſt empyreum, quia lux pura, aut mobilis & multiformis, & ſic eſt firmamẽtum, aut mobilis vniformis, & ſic celum medium inter empyreum & ſtellatum, quod eſt celum cryſtallinum. Quartum membrum, ſ. quòd ſit multiforme & immobile, non poteſt ſtare, quia multiformitas diſponit ad motus varietatem, non ad vniformem quietem. Sunt igitur tres cœli, quorum primum per totum eſt luminoſum, ſ. empyreum, ſecundum per totum perſpicuum, ſ. cryſtallinum, tertium ex vtroque coniunctum, ſ. firmamentum. Cum igitur tres ſint cœli incorruptibiles, & quatuor elementa variabilia, vt fiat debita connexio, concordia, & correſpondentia, diſpoſuit Deus ſeptem orbes planetarum, quia ſua varietate motuum & incorruptibilitate formarum, quaſi quoddam vinculum eſſent, & iunctura inferiorum elementarium orbium, & ſuperiorum cœleſtium ad perficiendum, & decorandum vniuerſum, quod ſecundum numerales proportiones ordinatum dicitur & connexum denario cœleſtium orbium, & quaternario elementorum, reddentibus ipſum proportionaliter tam pulchrum, quam perfectum, & ordinatum, vt ſuo modo ſuum repræſentet principium.

### *De natura corporali quantum ad operari, & influere. Capit. 4.*

De natura corporali quantum ad operari, hoc tenendum eſt, ſ. quòd cœleſtia influunt in terreſtria, & elementaria, quãtum ad diſtinctiuam ſignificationem temporum. ſ. dierum, menſium, & annorum. Sic enim dicit ſcriptura, quòd ſint in ſigna & tempora, & dies, & annos. Influunt etiam quantum ad effectiuam productionem rerum generabilium, & corruptibilium. ſ. mineralium, vegetabilium, ſenſibilium, & corporum humanorum. Sic tamen ſunt in ſigna temporum, & regimen operationum, vt non ſint certa ſigna futurorum contingentium, nec influant ſuper liberum arbitrium per vim conſtellationum, quam dixerunt aliqui philoſophi eſſe fatum. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cùm in corporibus cœleſtibus propter proximitatem ad primum principium ſit lux, motus, calor, & virtus. Lux ratione ſuæ formæ & ſpeciei. Motus reſpectu ſuperioris influentis. Calor reſpectu inferioris naturæ ſuſcipientis. Virtus vero omnibus modis prędictis. Cum inquam ita ſit, cœleſtia corpora per lumen & motum ſunt in diſtinctiones temporum. ſ. diei ſecundum lucem ſolis, & motum firmamenti, menſis ſecundum motum lunæ, in circulo obliquo, anni ſecundum motum ſolis in eodem circulo, tẽporum vero ſecundũ varium planetarum motum, diſtantiam, & cõcurſum, aſcenſum & deſcenſum, retrogradationẽ, & ſtatum, ex quibus oritur diuerſitas in temporib. Per virtutem autem, & calorem influunt ad productionem eorum, quæ elementis generantur, excitando, promouẽdo, conciliando, ita quod ſecundum conciliationem cõtrariorum, ab æqualitate remotam, influunt in mineralia, ſecundum conciliationem ab æqualitate minus longinquã, in vegetabilia, ſecundum conciliationem æqualitati proximantem, in ſenſibilia, ſecundum vero conciliationem æqualem, in corpora humana, quę diſpoſita ſunt ad nobiliſſimã formam, quæ eſt anima rõnalis, ad quam ordinatur, & terminatur appetitus omnis naturæ ſenſibilis & corporalis, vt per eã quæ eſt forma, ens, viuens, ſentiens, & intelligens, quaſi ad modum circuli intelligibilis reducatur ad ſuum principium, in quo perficiatur, & beatificetur. Et quoniam in illud tendit per liberum arbitrium, ideo quantum ad arbitrij libertatẽ, præcellit omnem virtutem corporalem, ac per hoc cuncta nata ſunt ſibi ſeruire, nihil autem ſibi dominari habet niſi ſolus Deus, non fatum, ſiue vis poſitionis ſyderum. Et propterea indubitãter verum eſt, quod ſumus finis omnium eorum quæ ſunt, & omnia corporalia facta ſunt ad humanum obſequium, vt ex illis omnibus accendatur homo ad laudandum & amandũ factorem vniuerſorũ, cuius prouidentia cuncta diſponuntur. Hęc autem ſenſibilis corporalium machina eſt, tãquam quędam domus a ſummo opifice homini fabricata, donec ad domnm veniat non manufactam in cęlis, vt ſicut aĩa modo rõne corporis, & ſtatus meriti nũc eſt ĩ terris, ſic aliqñ corpus ratione animæ, & ſtatus pmij ſit in cœlis.

### *De modo deſcribendi prædicta in ſacra ſcriptura. Cap. 5.*

Ex iam dictis colligitur, qđ ſicut Deus res ordinatè condidit, quantum ad tempus, & ordinatè diſpoſuit quantum ad ſitum, ſic etiam ordinatè gubernat quantũ ad influentiam, & ſcriptura ordinatè narrat quantum ad doctrinæ ſufficientiam, licet non ita explicitè deſcribat diſtinctionem orbium, nec cęleſtium, nec elementarium, & parum aut nihil dicat de motibus, & virtutibus, corporum ſuperiorum, & de mixtionibus elementorum & elemẽtatorum, & quod plus eſt, nihil explicitè narrat de conditione ſupernorum ſpirituum, maximè cum deſcribit iſtud vniuerſum in eſſe productũ. Ratio aũt ad intelligẽtiã prædictorũ hæc eſt. Quia cũ primũ principiũ reddat ſe nobis cognoſcibile, & per ſcripturã & per creaturã, & per librũ creaturæ ſe manifeſtat vt principium effectiuum, per librum ſcripturæ vt principium reparatiuum, & principium reparatiuum non põt cognoſci, niſi cognoſcatur & effectiuum, ideo ſacra ſcriptura, licet principaliter agat de operibus reparationis, debet nihilominus agere de opere conditionis, inquantum tamen ducit in cognitionem primi principij efficientis & reficientis, & ideo ipſa eſt cognitio ſublimis & ſalutaris Sublimis, quia de primo principio effectiuo, quod eſt Deus creator. Salutaris, quia de primo principio reparatiuo, quod eſt Chriſtus ſaluator & mediator. Rurſus quia ſublimis eſt vtpote quia agit de primo principio & ente ſummo, ideo non deſcendit ad deſcribendas ſpeciales entium naturas, motus, virtutes, & differentias, ſed ſtat in quadam generalitate, in qua implicantur ſpecialia, deſcribendo. ſ conditionem mundi quantum ad diſpoſitionem, & influentiam, quo ad naturam luminoſam, opacam, & peruiam in generalitate quadam. Et quoniam primum principium de quo agit, habet in ſe ordinem naturæ in exiſtendo, ordinem ſapientiæ in diſponendo, ordinem bonitatis in influendo, ita quod ordo naturæ habet in ſe ſimultatem, & æqualitatem, ordo ſapientiæ conſiderat prioritatem & poſterioritatem, ordo influentiæ ſuperioritatem, & inferioritatem, Ideo ad inſinuandum ordinem naturæ determinat ſcriptura; iuxta quod Deum operari decebat

Gen. 1.

Lumen & motus inſtrumenta influentiarum cœleſtium.

Liber arbitrium omnib. dominatur.

Scriptura ſacra multa reticet, pertinẽtia ad cognitionẽ rerũ naturaliũ.

Opus reparatiõis nõ põt cognoſci ſine opere creationis.

cebat, ꝙ in principio ante temporis decurſum fuerit, illa triplex natura de non eſſe, in eſſe producta, cum dicit. In principio creauit Deus cœlum, & terram, & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Vbi nomine cœli inſinuatur natura luminoſa, nomine terræ, natura opaca, nomine aquæ, natura peruia, ſiue perſpicua, ſiue contrarietati ſubiecta, ſiue ſupra contrarietatem eleuata. Vbi etiam inſinuatur trinitas æterna, ſcilicet pater in nomine Dei creantis, filius in nomine principij, Spiritusſanctus in nomine Spiritus Dei. Et ſic intelligendum eſt illud qđ dicitur. Qui viuit in ęternum, creauit omnia ſimul; non quia ea creauit in chaos omnimodæ confuſionis, ſecundum quod finxerunt Poetæ, cum produxerit hanc triplicem naturam, ſummam in ſummo, mediam in medio, & infimam in infimo, nec etiam creauit in eſſe omnimodæ diſtinctionis, cum cęlum eſſet perfectum, & terra incompoſita, natura vero media, quaſi medium tenens, nondum eſſet ad perfectam diſtinctionem deducta. Ad inſinuandum autem ordinem ſapientiæ in diſponendo, determinat quòd hæc triplex natura non ſimul fuit diſtincta & ornata, ſed iuxta triplicis naturæ creatæ exigentiam per triduum diſtincta, & per triduũ aliud ornata, vt ſicut Deus in principio triplicem naturũ ſimul creauit in primordio temporis, ſic ſucceſſione temporis in triplici menſura temporis, ſcilicet triplicis diei, triplicem faceret diſtinctionem naturæ triplicis creatæ. Et rurſus in alio triduo, triplicem ornatum triplicis naturæ diſtinctæ. Ad inſinuandum vero ordinem bonitatis, in influendo, determinat qđ hæc triplex natura collocata eſt, in mundo ſecundum ſub, medium, & ſupra, iuxta ſuam dignitatem & influentiam. Et quia luminoſum plurimum habet de ſpecie, ideo ſibi debetur circumferentia. Quia vero opacum minimum habet de ſpecie, ideo ſibi debetur centrum, Sed quia natura ꝑuia tenet medium, ideo medium ſortita eſt ſitum. Et quoniam natura corporis peruij & perſpicui, communis eſt naturæ cœleſti & elementari, & rurſus luminoſa vtrique conuenit, ideo rectè dicitur firmamentum factum in medio aquarum, nõ quia aquæ ſuper celos ſint aquæ fluxibiles, frigidæ, graues, & corruptibiles, ſed quia ſubtiles, & incorruptibiles, & peruiæ, & ſuper omnem contrarietatem ſublimatæ, ac per hoc celeſtis naturæ, & in cęleſtibus collocandæ ratione nobilitatis formæ, collocantur etiam ratione virtutis, & influentiæ. Quia enim omnis actio corporalis in rebus inferioribus regulam, originem, & vigorem ſumit à natura cęleſti, cum due ſint qualitates actiuę, ſcilicet calidum, & frigidum, & aliquod ſit cœlum principaliter influens in calidum, ſicut cælum ſydereum ratione luminoſitatis, cõgruum fuit, quod aliquod influeret ſuper frigidum, & ſic cryſtallinum. Et ſicut cęlum ſydereum, licet influat ad calorem, non tamen eſt formaliter calidum, ſic etiam cęlum quod dicitur aqueum ſiue cryſtallinum, non eſt eſſentialiter frigidum. Vnde quod ſancti dicũt, quòd aquæ ſunt ſibi conſtitutæ ad reprimendum calorem ſuperiorum corporum, & cætera conſimilia, non ſecundum formalem prædicationem, ſed ſecundum efficientiam, & influentiam ſunt intelligenda. Competit ergo conditio creaturæ ſecundum ordinem prędictum, & ordini creatricis ſapientiæ, & diuinæ ſcripturæ q̃ eſt ſcīa ſublimis, Rurſus, quia ipſa eſt ſcientia ſalutaris, ideo nõ determinat de opere conditionis, niſi propter opus reparationis, Et quoniam angeli, ſic conditi ſunt, vt labentes nullatenus reparentur, ſicut apparebit, in ſequentibus, ideo tacetur ſecundum literam exteriorem angelorũ lapſus & cõditio, quia non debebat ſubſequi reparatio. Quia vero ſublimitatem ſacræ ſcripturæ non decebat prorſus reticere, de conditione ſublimiſſimę creaturæ, ideo ſic ſacra ſcriptura deſcribit rerum conditiones, iuxta quod exigit ſcientia ſublimis, & ſalutaris, vt tamen ſecundum ſpiritualem intelligentiam tota conditio, literaliter deſcripta, ſpiritualiter referatur, ad deſcribendam hierarchiam & angelicam, & eccleſiaſticam, ideo ſecundum ſpiritualem intellectum, deſcribitur, illis tribus naturis, primo productis, hierarchia angelica nomine cęli, & eccleſiaſtica nomine terræ, & gratia per quam irrigatur vtraque nomine aquæ. Rurſus per ſeptenarium numerum dierum, intelligitur ſeptiformis eccleſiæ ſtatus, ſecundum decurſum ſeptem ętatum. Per eundem etiam ſeptenarium intelligitur ſeptiformis conuerſio angelorum à creaturą ad Deum. Et ſic ex prædictis apparet ſufficiẽtia, & veritas ſcripturę in diuerſis opinionibus ſanctorum, ſcilicet Auguſtini, & aliorum, qui ſibi non contradicunt, cum veræ ſint, ſi rectè intelligantur,

Gen. 1. exponitur

Eccl. 18.

Sapientia Dei relucet in diſpoſitione rerum. Videlicet de forma.

Deſcriptio cõdõnis ordinatur ad opus reparationis.

### *De productione ſupernorum ſpirituum. Cap. 6.*

Conſequenter vero agendum eſt de natura ſpirituali & incorporea, cuiuſmodi eſt angelica, de qua conſiderari oportet, quantum ad conditionẽ ſupernorum ſpirituum, quantum ad ruinam dęmonum, & quantum ad confirmationem bonorum angelorum. Sciendum eſt igitur quòd angelis a primordio ſuæ conditionis quatuor ſunt attributa, ſ. ſimplicitas eſſentiæ, perſonalis diſcretio propter rationem inſitam, memoria, intelligentia, & voluntas, & libertas arbitrij ad eligenda bona, & reſpuenda mala. Hæc autem quatuor attributa principalia, alia quatuor comitantur, ſ. virtuoſitas in operando, officioſitas in miniſtrando, perſpicacitas in cognoſcendo, & immutabilitas poſt electionem, ſiue in bono ſiue in malo. Ratio autem ad intelligentiã prædictorum hæc eſt. Quia primum principium hoc ipſo quod primum, omnia de nihilo produxit, ideo nõ tantum prope nihil, ſed etiam prope ſe, non tantum ſubſtantiam à ſe longinquam, ſ. naturam corpoream producere debuit, verum etiam propinquam, & hæc eſt ſubſtantia intellectualis & incorporea, quæ hoc ipſo quòd Deo ſimillima eſt, ſimplicitate habet naturæ, & diſcretionem perſonalem, vt Deo aſſimiletur ex parte ſubſtãtiæ ſiue cõmunis ſiue indiuiduæ. Habet etiam in mente imaginem trinitatis ſecundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Habet etiã voluntatis libertatem, vt aſſimiletur Deo, ex parte potentie ſiue naturalis, ſiue electiuæ, vt ſic potentia naturalis inſignita ſit Dei imagine, electiua vero arbitrij libertate. Nequaquam enim perueniret meritoriè ad præmium glorioſum, quod facit quenquam beatum, niſi haberet liberum voluntatis arbitrium, hoc autem eſſe non poteſt niſi in ſubſtantia rationali quam comitatur memoria, intelligentia, & voluntas. Vbi autem eſt ratio, oportet, quod ſit rationalis nature ſubſtantia indiuidua, neceſſe eſt etiam quod ſit ſubſtantia ſpiritualis, & incorporea, ac ꝑ hoc ſimplex carens omni diuiſione quantitatiua. Talis autem ſubſtantia hoc ipſo, quod ſimplex eſt, virtuoſa eſt in operando, hoc ipſo quod virtuoſa eſt, & perſonaliter diſcreta, competit ei diſtinctio officij in miniſtrando, hoc ipſo quod ſimplex, & virtuoſa, competit ei perſpicacitas in diſcernendo, hoc ipſo aũt qđ perſpicax, & ſimplex eſt habens intellectum deiformem, ideo ſtabilitatem habet poſt electionem in electo, ſiue in bono, ſiue in malo. Et hæ conditiones ipſam generalem conditionem ſupernorum ſpirituum generaliter comitantur,

Triplex cõſideratio de natura angelica.

### *De apoſtaſia dæmonum. Capit. 7.*

De apoſtaſia vero demonum, hoc eſt tenendum. ſ. quod Deus Angelos omnes fecit bonos, tñ medios inter ſummum bonũ & cõmutabile bonũ,

quod

Exauerſio nea Deo& conuerſio ne ad creaturam eſt apoſtaſia demonum

quod eſt creatum, ita ꝙ ſi conuerterentur ad amandú,
quod eſt ſupra, aſcenderent ad ſtatum gratiæ,& gloriæ.
Si vero ad bonum cõmutabile, ꝙ eſt infra, hoc ipſo rue-
rent in malum culpæ,& pœnę, quia non eſt dedecus pec
ti ſine decore iuſtitiæ. Primus autem Lucifer inter ange
los, præſumens de priuato bono, priuatam appetijt ex-
cellentiam, volens alijs ſuperferri, & ideo cecidit cum
ceteris conſentientibus ſibi. Cadens autem factus eſt im
pœnitens, obſtinatus; & excæcatus, & excluſus à Dei
contemplatione, & deordinatus in operatione, toto ni-
tens conamine ad ſubuertendum hominem per tenta-
tionem multiplicem. Ratio autem ad intelligentiam
prædictorum hæc eſt. Quia cum primum principium
ſit ſumme bonum, nihil facit, niſi quod ſit bonum, quia
à bono non procedit niſi bonum, quod tamen fit ab ip
ſo, hoc ipſo minus eſt eo, & ideo non poteſt eſſe ſum-
mú bonum. Fuit igitur Angelus à Deo cõditus, bonus
quidem, ſed non ſummus, perficiendus tñ ſi affectu ten
deret in ſummum. Et quoniam per liberum arbitrium
voluntatis, poterat tendere in bonum ſummum, vel cõ
uerti ad bonum priuatum, Lucifer ſuæ pulchritudinis,
& altitudinis conſideratione excitatus ad ſe diligendú,
& ſuum priuatum bonum præſumpſit de altitudine ha
bita,& ambiuit excellentiam propriam, non tamen ob-
tentam, ac per hoc præſumendo conſtituit ſe ſibi princi
pium ſummum, in ſeipſo gloriando, & ambiendo con-
ſtituit ſe ſibi ſummum bonum in ſeipſo quieſcendo.
Cum autem ipſe non eſſet ſummum principium, nec
ſummum bonum, neceſſe fuit vt inordinato aſcenſu ap-
petito, deſcenſu rueret, pari ratione & omnes in hoc cõ
ſentientes. Et quia non eſt dedecus peccati ſine decore

Angelus ſimul lapſus in culpam & in pęnã.

iuſtitiæ, ideo ſtatim cum cecidit in peccatum, cum cæ-
teris adherentibus ſibi, perdidit locum ſummum, ſcili-
cet cœlum empyreum, deſcendens ad imum ſcilicet cali
ginoſum aerem, vel infernum, ita quod lapſus in cul-
pam, fuit per liberum arbitrium, lapſus vero in pœnam,
per diuinum iudicium. Et quia immutabilitatem ha-
buit poſt electionem, ideo ſtatim obſtinatus eſt in ma-
lo,& per hoc excęcatus, à vero deordinatus eſt in opera
tione,& infirmatus in virtute, ideo volũtas eius impia,
& actio auerſa à Deo, conuerſa eſt ad hominis odium
& inuidiam,& perſpicacitas rationis a vero lumine ex-
cæcata, conuerſa eſt ad deceptiones per diuinationes &
cautelas,& officioſitas in miniſtrando à vero miniſte-
rio amota, conuerſa eſt ad tentamenta,& virtuoſitas im
mutata,& coarctata, quantum permittitur, conuertitur
ad miracula, facienda per tranſmutationes repentinas,
quas facit circa corporeas creaturas. Et quia hæc om-
nia fuerunt deordinata per voluntatem, deprauata per
ſuperbiam, ideo hæc omnia cõuertit ad fomentum ſuæ
ſuperbiæ, quærens ab hominibus coli, honorari, & ado
rari ad modum Dei. Hinc eſt quod omnia male agit,
quod tamen iuſto iudicio Deus permittit ad vindictam
malefactorum, laudem verò bonorum, ſicut apparebit
per finale iudicium.

*De confirmatione bonorum Angelorum.* Cap. 8.

DE confirmatione vero bonorum Angelorum, te-
nendum eſt, quod ſicut Angeli à Deo auerſi, ſta-
tim ſunt obſtinati per impænitentiam, ſi angeli
ad Deum conuerſi, ſtatim fuerunt confirmati per gra-

Angeli boni in ipſa ſua ad deũ cõuerſiõe fuerunt in bono cõfirmati.

tiã,& gloriam in voluntate perfecte illuminati, in ratio-
ne ſecundum cognitionem matutinam & veſpertinam,
perfecte fortificati in virtute, ſiue motiua, ſiue operati-
ua,& perfecte ordinati in operatione, ſiue contemplati
ua, ſiue miniſtratiua,& hoc ſecundum triplicem hierar
chiam. ſ. ſupremam, mediam & infimam. Ad ſupremã
autem ſpectant Throni, Cherubim,& Seraphin, Ad me
diẽ autẽ dominationes, virtutes, poteſtates, Ad infimã
vero Principatus, Archangeli, Angeli, ex quibus pluri-
mi ſunt in miniſterium miſſi,& ad cuſtodiam hominũ
deputati, quibus miniſtrant purgando, illuminando,
perficiendo, ſecundum imperium volũtatis Dei. Ratio
autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt. Quia
cum angeli propter expreſſam ſimilitudinem,& propin-
quitatem ad primum & ſummum principium, habeant
intellectum deiformem,& immutabilitatẽ, poſt conſen-
ſum ex libertate arbitrij, diuina ſuperueniente gratia ad
ſummum bonũ conuerſi, cum totaliter in Deum tende
rent, per gloriã fuerunt confirmati, pariter & perfecti,
ideo quantum ad voluntatem fuerunt ſtabiles, & feli-
ces, quantum ad rationem perſpicaces, ita vt non tantũ
cognoſcerent res in proprio genere, ſed ẽt in ipſa arte e-
terna, ac per hoc non tantum haberent cognitionẽ ve-
ſpertinam, ſed etiam matutinã, vel ẽt diuinam, propter
illius lucis plenitudinem,& omnimodam puritatem, re
ſpectu cuius omnis creatura merito poteſt dici tenebra.
Quantum aũt ad virtuoſitatem perfecte fortificati ſiue
in operando, ſiue in exequendo, ſiue in contemplando,
vel aſſumpto corpore vel etiam non aſſumpto. Quantũ
vero ad operationem perfectiſſime ordinati, vt iam nõ
poſſint deordinari, nec aſcendendo ad contemplatio-
nem Dei, nec deſcendendo ad miniſtrandam homini,
quia cum Deum facie ad faciem contemplentur, quo-
cunque mittantur, intra Deum currunt. Aguntur. n. &
agunt ſecundum ordinem hierarchicum in eis initiatũ
per naturam,& conſummatum per gloriam, quæ ſtabi-
liendo liberi arbitrij vertibilitatem, illuſtrauit perſpica

Angeli agũtur, & agunt ſm ordinẽ hierarchicũ.

citatem, ordinauit officioſitatem,& roborauit virtutẽ,
ſecundum quatuor attributa ſuperius nominata. Perſpi
cacitas autem rationis in contemplando aut principali-
ter reſpicit ad maieſtatem diuinam venerandam, aut ad
veritatem intelligendam, aut ad bonitatem deſideran-
dam,& ſecundum hoc ſunt tres ordines in prima hie-
rarchia, ſ. throni, ad quos ſpectat reuerentia; Cherubin,
ad quos ſapientia,& Seraphin, ad quos ſpectat beneuo
lentia. Ad perfectam aũt virtuoſitatem ſpectat virtus
inperatiua, virtus executiua,& virtus expeditiua. Pri-
ma ad dominationes, ſecũda ad virtutes, tertia vero ad
poteſtates ſpectat, quarũ eſt arcere poteſtates cõtrarias,
Ad perfectam vero officioſitatem ſpectat regere, reuela
re & releuare. Primum eſt Principatuum, ſecundum Ar
changelorum, tertiũ Angelorũ, quia cuſtodiunt ne ſtan
tes cadant,& cadentes adiuuant, vt reſurgant. Et ſic pa-
tet quod hæc omnia ſunt in beatis angelis, ſecundum
plus & minus gradatim à ſuperioribus, deſcendendo vſ
que ad ima. Ordo autem denominari debet ab eo quod
excellentius accipit in munere.

*De productione hominis quantum ad ſpiritum.* Cap. 9.

POſt naturam vero corpoream,& incorporeã dicẽ
da ſunt aliqua de natura ex vtriſque cõpoſita. Pri-
mo ex parte mentis, ſecũdo ex parte carnis, tertio
ex parte totius hominis. De aĩa igitur rationali hęc in
ſumma tenenda ſunt, ſecũdũ ſacram doctrinã, ſ. ꝙ ipſa
eſt forma, ens, viuens, intelligẽs,& libertate vtẽs. Forma

Doctrina de anima rationali.

quidẽ ens, non à ſe ipſa, nec de diuina natura, ſed à Deo
de nihilo per creationẽ in eſſe deducta. Forma aũt vi-
uens, non ex natura extrinſeca, ſed ſeipſa, non vita mor
tali, ſed vita perpetua. Forma vero intelligens non tantũ
creatam, ſed etiam creatricem eſſentiam, ad cuius ima-
ginẽ facta eſt per memoriam, intelligentiam,& volunta
tẽ. Forma libertate vtens, quia ſemper eſt libera à coa-
ctione. A miſeria vero & coactione, libera fuit in ſtatu
innocentiæ, licet non in ſtatu naturæ lapſæ. Hæc liber-
tas à coactione nihil aliud eſt, quam facultas volũtatis,

& ratio-

& rationis, quæ ſunt potentiæ animæ principales. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cũ primum principium ſit beatiſſimum, & beneuolentiſſimum, ideo ſua ſumma beneuolentia, beatitudinem ſuam communicat creaturæ, non tantũ ſpirituali & proximè, ſed etiam corporali & longinquæ. Corporali tamen & longinque communicat mediate, quia lex diuinitatis hæc eſt, vt infima per media reducantur ad ſumma. Et ideo non tantum ſpiritum angelicum & ſeparatum fecit beatificabilem, ſed etiam ſpiritum coniunctũ, ſcilicet humanum. Eſt igitur anima rationalis forma beatificabilis, Et quia ad beatitudinis præmium peruenire non eſt glorioſum, niſi per meritum, nec mereri, cõtingit, niſi in eo quod voluntarie & libere fit, ideo animæ rationali libertatem arbitrij dari oportuit, per remotionem omnis coactionis, quia hoc eſt de natura voluntatis, vt nullatenus poſſit cogi, licet per culpam miſera efficiatur, & ſerua peccati. Rurſus quia forma beatificabilis eſt capax Dei per memoriam, intelligentiam, & voluntatem, & hoc eſt eſſe ad imaginem trinitatis, propter vnitatem in eſſentia, & trinitatem in potẽtijs, ideo animam hominis neceſſe fuit eſſe intelligentẽ Deum & omnia, ac per hoc imagine Dei inſignitam. Et quia nihil beatum poteſt beatitudinem amittere, nihil poterat eſſe beatificabile, niſi eſſet incorruptibile & immortale, neceſſe igitur fuit animam rationalem immortali vita de ſui natura eſſe viuentem. Poſtremò quia omne qđ ab alio beatificabile eſt, & immortale, eſt mutabile ſecundum bene eſſe, & incorruptibile ſecũdum eſſe, ideo anima nec à ſe eſt, nec de diuina natura, quia mutabilis, nec producta de aliquo, nec per naturam generata, quia eſt immortalis, & incorruptibilis, & ita hæc forma non poteſt per generationem in eſſe introduci, quia omne naturaliter generabile eſt naturaliter corruptibile. Ex his apparet, qualiter finis beatitudinis neceſſitatem imponit prædictarum conditionum ipſi animæ ad beatitudinem ordinatæ. Quoniam autem, vt beatificabilis, eſt immortalis, ideo cum vnitur corpori mortali, poteſt ab eo ſeparari, ac per hoc non tantum forma eſt, verum etiã hoc aliquid, & ideo non tantum vnitur corpori, vt perfectio, verum etiam vt motor, & ſic perficit per eſſentiam, quia mouet pariter per potentiam. Et quoniam ipſa non tantum dat eſſe, verum etiam viuere, & ſentire, & intelligere, ideo potentiam habet vegetatiuam, & ſenſitiuam, & intellectiuam, ita quod per potentiam vegetatiuam generat, nutrit, & augmentat, generat vt quid, nutrit vt quale, augmentat vt quantum. Per ſenſitiuam vero apprehendit ſenſibilia, retinet apprehenſa, componit, & diuidit retenta. Apprehendit quidem per ſenſitiuam exteriorem quinquepartitam, ſecundum correſpondentiam ad quinque mundi corpora principalia, retinet per memoriam, componit & diuidit per phantaſiam, quæ eſt prima virtus collatiua. Per intellectiuam autem diſcernit verum, refugit malum, & appetit bonum. Verum quidem diſcernit per rationalem, malum repellit per iraſcibilem, bonum appetit per concupiſcibilem. Rurſus, quia diſcretio eſt veri cognitio, fuga & appetitus eſt affectio, ideo tota anima diuiditur in cognitiuam, & affectiuam. Amplius, quoniam cognitio veri eſt duplex, vel veri vt veri, vel veri, vt boni, & hoc vel æterni, quod eſt ſupra animam, vel temporalis, quod eſt infra, hinc eſt, quod potentia cognitiua vt pote intellectus & ratio diuiduntur, ita quod intellectus in ſpeculatiuum, & practicum, ratio in ſuperiorem portionem, & inferiorem, quæ potius nominãt diuerſa officia, quam diuerſas potentias. Poſtremò, quoniam appetitus dupliciter poteſt ad aliquid ferri, ſcilicet ſecundum naturalem inſtinctum, vel ſecundum deliberationem & arbitrium, hinc eſt quòd potentia affectiua diuiditur in voluntatem naturalem, & voluntatem electiuam, quæ propriè voluntas dicitur. Et quoniam talis electio indifferens eſt ad vtranq; partẽ, ideo eſt à libero arbitrio. Et quoniam hæc indifferentia conſurgit ex deliberatione præambula, & voluntate adiuncta, hinc eſt, quod liberum arbitrium eſt facultas rationis, & voluntatis, ita quod ſicut dicit Augu. omnes prædictas rationales potentias comprehendit. Ait. n. Cum de libero arbitrio loquimur, non de parte animæ loquimur, ſed certe de tota anima. Ex concurſu nanq; illarũ potentiarum rationis ſupra ſeipſam redeuntis, & voluntatis concomitantis, conſurgit integritas libertatis, quæ eſt principium meriti, vel demeriti, ſecundum electionem boni, vel mali.

Nõ eſt glorioſum premium ſine merito.

Aĩa imago Dei.

Aĩa quia beatificabilis ideo immortalis. &c.

Cognitio, & affectio proprietates animę.

Volũtas naturalis & effectiua.

*De productione hominis quantum ad corpus. Cap. 10.*

DE corpore autẽ humano in ſtatu primæ conſtitutionis tenenda ſunt hæc ſecundum doctrinam fidei orthodoxæ, videlicet quod corpus primi hominis ſic conditum fuit, & de limo terræ formatum, vt tamẽ eſſet animæ ſubiectum, & ſuo modo proportionabile, proportionabile (inquam) quantum ad complexionem, æqualem quantum ad originationem pulcherrimam, & multiformem quantum ad ſtaturæ rectitudinem. Subiectum autem, vt eſſet obtemperans ſine rebellione: eſſet et propagans, & propagabile ſine libidine, eſſet vegetabile, ſine defectione, eſſet & immutabile ad omnimodam incorruptionem, non interueniente morte, & ſecundùm hoc datus eſt ſibi locus paradiſi terreſtris in habitationem tranquillam, formata eſt mulier de latere viri, in conſortium & adiutoriũ ad propagationem immaculatam, datum eſt lignum vitæ ad vegetationem continuam, & tandem ad immutationẽ perfectam per immortalitatem perpetuam. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cum primũ principium ſit in producẽdo potentiſſimũ, ſapientiſſimum, & optimũ, & in oĩbus effectibus ſuis hoc aliquo mõ manifeſtet, potiſſimè debuit hoc manifeſtare in vltimo effectu, & nobiliſſimo, cuiuſmodi eſt hõ, quẽ inter cæteras creaturas produxit vltimo, vt in hoc potiſſimè appareret, & reluceret diuinorum operũ cõſummatio. Vt igitur in homine manifeſtaretur Dei potentia, ideo fecit eũ ex naturis maximè diſtantib. coniunctis in vnã perſonam & naturam, cuiuſmodi ſunt corpus & anima, quarũ vnum. ſ. corpus, eſt ſubſtãtia corporea, alterũ vero, ſ. anima ſubſtantia ſpiritualis & incorporea, que diſtant maxime in genere ſubſtantie. Vt vero ibidẽ manifeſtaretur Dei ſapiẽtia, fecit tale corpus quod proportionem ſuo modo haberet ad animã. Quoniã ergo corpus vnitur animæ, vt perficienti & mouenti, & ad beatitudinem ſurſum tendenti, iõ vt conformaretur animę viuificanti, habuit complexionem æqualẽ, non a pondere vel mole, ſed ab æqualitate naturalis iuſtitiæ, quæ diſponit ad nobiliſſimum modum vitæ. Vt autem conformaretur mouenti per multiformitatem potentiarum, habuit multiformitatem organorum, cum ſumma venuſtate, & artificioſitate, & ductibilitate, ſicut patet in facie, & in manu, quæ eſt organum organorum. Vt autem conformaretur animæ ſurſum tendenti ad celum, habuit rectitudinem ſtaturæ, & ſurſum erectum caput, vt ſic corporalis rectitudo atteſtaretur rectitudini mẽtali. Poſtremo, vt in homine manifeſtaretur Dei bonitas, & beneuolentia, ideo fecit hominem abſque omni macula & culpa, & abſque omni pœna, ſiue miſeria. Cum enim primum principium ſimul ſit optimum & iuſtiſſimum, quia optimum non debuit facere hominẽ, niſi bonũ, ac per hoc innocentem & rectum. Quia vero iuſtiſſimum, non debuit infligere pœnam ei, qui nullum oĩno habebat peccatum, ac per hoc illi animæ rationali tale corpus conſtituit, quod ſibi eſſet ita obtemperans

Pręparatio corporis ad aĩam rationalem.

Deus fecit hoĩem rectum &c.

perans,vt nulla eſſet in eo pugna rebellionis, nulla pronitas libidinis,nulla imminutio vigoris,nulla corruptio mortis. Ita etiam eſſet animæ conforme, vt ſicut anima erat innocens,& tamē poterat cadere in culpam, ſic corpus eſſet impaſſibile,& tamen poſſet cadere in pœnam, & ideo poterat non mori,& poterat mori,poterat habere ſufficientiam,& poterat habere indigentiam, poterat obtemperare,& poterat habere rebellionem, & pugnam. Et propterea in ſtatu illo corpus erat tale, vt ab eo fieret deciſio ſeminalis ad propagationem prolis, ꝑ adminiculum ſexus muliebris,pariter & con principiātis. Fieret etiam humoris nutrimentalis conſumptio, per actionem caloris. Fieret nihilominus reſtauratio ꝑ alimentum lignorum paradiſi,reſtaurato ſeu præſeruato per lignum vitæ humido radicali, quod quidem lignum hanc virtutem habuit,ob quam ( vt dicit Auguſtin.) fuit nū ſolum in cibum,verum ēt in ſacramētum. Incorruptio igitur & immortalitas corporis Adæ principaliter veniebat ab anima,ſicut à continente,& influēte,a corporis bona, & equali cōplexione,ſicut à diſponente, & ſuſcipiente,à ligno aūt vitæ,ſicut à vegetante, & adminiculante à regimine vero diuinæ prouidentię, ſicut interius conſeruante & exterius protegente.

*De productione hominis,quantum ad totum coniunctum. Cap. 11.*

DE toto autem homine in paradiſo collocato, hęc tenenda ſunt videlicet, ꝙ datus eſt ei duplex ſenſus.ſ.interior & exterior,ſ.mentis, & carnis. Datus eſt ei duplex motus.ſ.imperatiuus in voluntate, & executiuus in corpore. Datū eſt ei duplex bonū, vnum viſibile,& alterū inuiſibile. Datū eſt ei duplex præceptum.ſ.naturæ,& diſciplinæ. Præceptum naturæ. Creſcite & multiplicamini. Præceptum diſciplinę. De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. Iuxta quę datum eſt ſibi quadruplex adiutorium.ſ.ſcientiæ,conſcientiæ,ſyndereſis,& gratiæ,ex quibus ſufficienter habuit vt poſſet ſtare in bono,& proficere,& à malo cauere, & declinare. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia primum principium fecit mundum iſtum ſenſibile,ad declarandum ſeipſum,videlicet & homo per illum,tanquam per ſpeculum & veſtigium, reduceretur in Deum artificem amandum,& laudandum, & ſecundum hoc duplex eſt liber,vnus.ſ.ſcriptus intus,qui eſt Dei æterna ars,& ſapientia,& alius ſcriptus foris,ſ.mūdus ſenſibilis. Cum igitur eſſet vna creatura,quæ ſenſū habeat intus ad cognitionem libri interioris, vt angelus,& alia quæ totum ſenſum habebat foris, vt quodlibet animal brutum, ad perfectionem vniuerſitatis debuit fieri creatura,quæ hoc ſenſu duplici eſſet prædita, ad cognitionem libri ſcripti intus,& foris.i.ſapientię,& ſui operis. Et quia in Chriſto ſimul concurrit æterna ſapientia, & eius opus in vna perſona, ideo dicitur liber ſcriptus intus & foris,ad reparationem generis humani. Et quia cuilibet ſenſui correſpondet motus, ideo duplex eſt homini datus motus. Vnus ſecundum inſtinctum rationis in mente,alius ſecundum inſtinctum ſenſualitatis in carne. Primi eſt imperare, ſecundi vero eſt obtemperare ſecundum rectum ordinem. Quando autem fit è conuerſo,tunc rectitudo & regimen animæ ꝑcipitatur de ſtatu ſuo. Et quia cuilibet motui & ſenſui reſpōdet appetitus ad aliquod bonum,ideo duplex bonum præparatū eſt homini,vnum.ſ.viſibile, & alterum inuiſibile,vnum temporale,& aliud ęternum,vnum carni,& alterum ſpiritui. Ex his aūt bonis Deus vnum dedit,alterum promiſit,vt vnum gratis poſſideretur,alterum vero per meritum acquireretur. Et quia fruſtra bonum datur niſi cuſtodiatur,fruſtra promittitur niſi ad ipſum perueniatur,ideo duplex fuit præceptum homini datum.ſ.vnum naturæ ad cuſtodiendum bonum datum,aliud diſciplinæ ad promerendum bonum promiſſum,quod nullo modo poterat mereri melius, quā per meram obedientiam. Obedientia autem mera eſt,quando præceptum ex ſe ſolo obligat,non ex aliqua cā alia, & tale dicitur præceptum diſciplinæ,quia per ipſum diſcitur quāta ſit virtus obedientię, quæ ſuo merito ducit ad cœlum, ſuo autem demerito præcipitat in infernum. Non ergo datum eſt illud mandatum homini propter indigentiam,aliquam quam Deus haberet de humano obſequio,ſed ad dandam viam merendi coronā, per meram & voluntariam obedientiam. Et quoniam homo ratione naturæ defectiuæ ex nihilo formatæ,nec per gloriam confirmatæ,poterat cadere,benigniſſimus Deus quadruplex cōtulit ei adiutorium.ſ.duplex naturæ,& duplex gratiæ. Duplicem.n.indidit rectitudinem ipſi naturæ,videlicet vnam ad recte iudicandum,& hęc eſt rectitudo cōſcientiæ. Aliā ad rectè volendū, & hæc eſt rectitudo ſyndereſis,cuius eſt remurmurare contra malū,& ſtimulare ad bonum. Duplicem etiam ſuperaddidit perfectionem gratiæ,vnam gratiæ gratis datæ, quæ fuit ſcientia illuminans intellectum ad cognoſcendum ſeipſum,& Deum ſuum,& mundum iſtum,qui factus fuerat propter ipſum. Aliam vero gratiæ gratum facientis,quæ fuit charitas habilitans affectum ad diligendū Deum ſuper omnia & proximum ſicut ſeipſum. Et ſic ante lapſum homo perfecta habuit naturalia,ſuperueſtita nihilominus gratia diuina. Ex quo manifeſte colligitur, quod ſi cecidit,non aliunde fuit, niſi ex ſua culpa,quia obedire contempſit.

Hō in paradiſo collocat⁹ omnib. bonis eſt prædictus.

Gen. 1.

Ibidem. 2.

Ezec. 2.& Apoc. 5.

Chriſtus liber intus & foris ſcriptus.

Obedientia mera.

Multiplex adiutoriū collocatū hoī a Deo

*De completione & ordinatione totius mundi conſummati. Cap. 12.*

EX prædictis colligi poteſt, ꝙ creatura mundi eſt quaſi quidam liber,in quo relucet,repreſentatur, & legitur trinitas fabricatrix ſecundum triplicem gradum expreſſionis.ſ.per modum veſtigij,imaginis,& ſimilitudinis, ita quod rō veſtigij reperitur in creaturis omnibus,ratio imaginis ſolū in intellectualibus ſiue ſpiritibus rationalibus, & ratio ſimilitudinis in ſolis Deiformibus, ex quibus.quaſi per quoſdā ſcalares gradus,natus eſt intellectus humanus gradatim aſcendere in ſummum principium, quod eſt Deus. Ratio autem ad intelligentiā prædictorū hæc eſt. Quia cum omnes creaturæ reſpectū habeant & dependentiam ad ſuum creatorem,tripliciter poſſunt comparari ad ipſum.ſ.aut ſicut ad principium creatiuū,aut ſicut ad obiectū motiuum,aut ſicut ad donū inhabitatiuum. Primo modo comparatur ad ipſum,omnis eius effectus,ſecundo mō omnis intellectus, tertio mō omnis ſpirictus iuſtus, & deo acceptus. Omnis.n.effectus quantūcunque parum habens de eſſe,habet Deū ſicut principiū. Omnis intellectus quātuncunq; parū habens de lumine,natus eſt ꝑ cognitionem & amorem Deum capere. Omnis ſpiritus iuſtus,& ſanctus habet donum ſpiritusſancti infuſum ſibi. Et quoniā creatura habere nō poteſt Deum ſicut principiū,quin configuretur ei ſecundū vnitatem, veritatē,& bonitatem,nec Deū ſicut obiectum, quin eum capiat per memoriā,intelligentiam,& voluntatem, nec Deo ſicut donum infuſum,quin configuretur ei per fidem,ſpem,& charitatem,ſiue per triplicem dotē, & prima conformitas eſt longinqua,ſecunda propinqua, tertia proxima,hinc eſt,quod prima dicitur veſtigiū trinitatis, ſ̄a imago,tertia ſimilitudo. Eſt igit̄ ſpiritus rōnalis medius inter primā & vltimam,ita ꝙ primam habet inferius,ſecundam interius,tertiā ſuperius. Et ideo in ſtatu innocētiæ cū imago nō erat vitiata, ſed deiformis per gratiam effecta, ſufficiebat liber creaturæ, in quo ſeipſum exerceret homo ad contuendum lumen diuinæ ſa-

Mundus hic eſt inſtar libri, in quo legi & cognoſci poteſt perfectio conditoris

næ ſa-

næ ſapientiæ,vt ſic ſapiens eſſet cum vniuerſas res vide-
ret in ſe,videret in proprio genere,videret in arte, ſecũ
dum q̃ tripliciter habet eſſe res,ſ.in materia,vel in na-
tura propria,in intelligentia creata,& in arte æterna .Se
cũdũ quę tria dicit ſcriptura,dixit Deus fiat, fecit & fa
Gen. 1. ctum eſt ita.Propter quã ẽt triplicem viſionem accepit
hõ triplicem oculum,ſicut dicit Hugo de ſancto Victo
Triplex hominis oculus. re,ſ.carnis,rõnis,& contemplationis.Carnis quo vide-
ret mundũ,& ea q̃ ſunt in mũdo.Oculum rationis,quo
videret animum,& ea quæ ſunt in animo , Oculum cõ
templationis,quo videret Deũ,& ea quæ ſunt in Deo.
Et ſic oculo carnis videret hõ ea,quæ ſunt extra ſe,ocu
lo rationis,ea quæ ſunt intra ſe, oculo contemplatio-
nis,ea quæ ſunt ſupra ſe.Qui quidem oculus cõtempla
tionis actum ſuum non habet perfectum,niſi per glo-
riam,quam amiſit p culpam,recuperat autem per gra-
tiam,& fidem,& ſcripturarum intelligentiam , quibus
mens humana purgatur,illuminatur,& perficitur ad cę
leſtia contemplãda,ad quæ lapſus homo peruenire nõ
poteſt,niſi prius defectus & tenebras proprias recogno
ſcat,quod non facit,niſi ruinam humanę naturę diligen
ter conſideret,& attendat,

# BREVILOQVII PARS TERTIA, IN QVA DE CORRVPTELA PECCATI AGITVR.

*De origine mali in commune.* Cap. 1.

PRædeterminatis igitur breuiter ali-
quibus de trinitate Dei, & creatura
mundi;reſtat nunc aliqua breuiter tã
Peccatum ex libero arbitrio nihil poſitiuum eſt. gere de corruptela peccati.De qua te
nendum eſt in ſumma,quod pctm nõ
eſt eſſentia aliqua,ſed defectus,& cor
ruptela,qua.ſ.corrũpitur modus,ſpecies,& ordo in vo-
luntate creata,ac per hoc peccati corruptio eſt contra-
ria ipſi bono,non tñ habet eſſe,niſi in bono,nec ortum
trahit, niſi à bono, Quod quidem bonũ eſt liberum ar
bitrium voluntatis. Et ipſum nec eſt ſumme malũ,cum
poſſit velle bonum,nec ſumme bonum,cum poſſit de-
clinare in malum.Ratio autem ad intelligentiã prædi-
ctorum hæc eſt.Quia primum principiũ cũ ſit ens à ſe-
ipſo,nõ ab alio,neceſſe eſt quod ſit ens propter ſeipſum,
ac per hoc ſummè bonũ,nullũ prorſus habens defectũ.
Non eſt igitur aliquid,nec eſſę poteſt,quod primum &
ſumme malum,quia principium primum dicit ſummũ
complemẽtum, & ſummè malum dicit defectũ perma-
ximum.Quoniam ergo primum principium,vt ſummę
ens,& completum,nec in eſſendo,nec in operando defi
cere poteſt,nec ſummè malum eſt,nec aliquod malum
eſt, nec aliquo modo malum principiare poteſt,quia ta
men omnipotens eſt , poteſt bonum de non eſſę in eſſe
deducere,ẽt ſine adminiculo alicuius materię.Quod &
fecit,cum creaturã finxit,cui dedit eſſe,viuere,intellige
re,& velle.Quæ quidem,quia à ſummo bono fuit ſecũ
dum triplicis cauſæ habitudinem,oportuit quod habę
ret in ſui ſubſtantia & voluntate modum , ſpeciem , &
ordinem,Nata ergo fuit agere opera ſua à Deo, ſecun-
dum Deũ,& propter Deum,& hoc ſecundum modum
ſpeciem,& ordinem ſibi inſitũ. Sed quia de nihilo fuit,
& defectiua potuit deficere ab agendo propter Deum,
vt.ſ.aliquid faceret propter ſe,non propter Deum,ac p
hoc nec à Deo,nec ſecundum Deum,nec pp Deum,&
hoc eſt peccatum,quod eſt modi,ſpeciei,& ordinis cor
ruptiuũ.Quod quia defectus eſt,non habet cauſam ef-
ficientem,ſed deficientem,videlicet defectũ voluntatis
createę.Quia vero corruptio eſt,& non niſi boni & om
nis corruptio in re corruptibili eſt,ideo non niſi in bo-
Voluntas peccãs corrumpit in ſe modum ſpeciem,& ordinem. no eſt,ac per hoc cũ voluntas libera corrũpat in ſeipſa
modũ,ſpem,& ordinẽ,deficiendo à vero bono,pctm oẽ
inquantũ hmõi,eſt à voluntate,ſicut à prima origine,&
eſt in voluntate ſicut in proprio ſubiecto,qđ quidẽ fa-
cit voluntas quando ſua defectibilitate,mutabilitate,&
vertibilitate,ſpreto bono indeficiente & incõicabili,in-
hæret bono cõmutabili.Ex quib.colligitur,q̃ pctm nõ
eſt appetitio malarum rerum,ſed deſertio meliorum,&
ideo in appetitu voluntatis eſt modi,ſpeciei , & ordinis
corruptiuum,ac per hoc adeo voluntariũ , q̃ ſi non eſt
voluntariũ,iam non eſt peccatum.His autem præintel-
lectis manifeſtè cadit impietas manichęorum , ponen-
tium ſummũ malum oĩum malorum principium pri-
mum . Apparet etiam quæ ſit mali origo, & quid mali
ſubiectum,

*De primorum parentum tentatione.* Cap. 2.

AD intelligendum aũt qualiter corruptela pecca
ti intrauit in mundum,conſiderare oportet la-
pſum primi parentis,traductionem culpæ origi-
nalis,& ortum ſiue radicẽ peccati actualis.Circa lapſum
igitur primi parentis hæc tria nobis occurrũt cõſideran
da,ſ.tentatio diabolica, culpa commiſſa, & pœna infli-
ctiua.Hæc igitur de tentatione ſunt tenẽda,videlicet,q̃
cũ Deus hominem cõdidiſſet in fęlicitate paradiſi in ſe
xu duplici , ſ.virili, & muliebri,diabolus inuidens hoĩ,
aſſumpta ſpẽ ſerpẽtina aggreſſus eſt mulierem,primo q̃
rendo,cur præcipit vobis Deus ne comederętis,ſcđo aſ
ſerendo dicẽs,Nequaquã moriemini;tertio promitten-
do,Eritis ſicut dij,ſcientes bonum,& malũ, volens iſta
tentatione deijcere mulierẽ infirmiorem,& per illã po
ſtea proſternere ſexum virilem,qđ & fecit, dño permit
tente.Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hęc
eſt.Quia ſicut primum principiũ eſt potentiſſimum in
operando,ſiue in producẽdo, ſic ẽt eſt rectiſſimũ in gu
bernando,& ideo ſic res quas condidit adminiſtrat , vt
eas agere proprios motus ſinat.Qm̃ igitur homo ſic fa
ctus erat, vt per victoriam pugnæ perueniret ad præ-
mium quietis æternæ,licet Deus ſciret hominẽ tẽtatio
ni ſuccumbere,debuit tamen hominem permittere ten
tari,ab eo qui ſciret,poſſet,& vellet.Quoniam ergo dia
bolus qui prius erat ſciens,& rectus per ſuperbiam ca-
dendo,factus eſt verſutus & inuidus , ideo per inuidiã
tentare volebat,& per aſtutiam ſciebat,& ideo tentauit
iuxta quod potuit,& Deus permiſit . Quod igitur in-
tentando ſpeciem ſerpentinam aſſumpſit,hoc diſpenſa-
tionis diuinæ fuit,vt non ſolum deprehendi eius ver-
ſutia poſſet,verum etiam vt ex illa effigie verſutia dia
bolica in tentando cunctis filijs Adæ innoteſcere poſ-
Ex oĩ malo De' eliciet bonũ. ſet.Rurſus quia tentauit de præcepto diſciplinę,hoc ſi-
militer fuit diſpenſationis diuinæ , vt ſiue vinceretur ,
ſiue vinceret , cũctis innoteſceret meritum obedientię,
ſiue demeritum inobedientiæ . Quod autem incœpit
à muliere,hoc fuit verſutiæ ſuæ,quia facilius eſt deijcę
re minus fortem.Vnde & verſutia hoſtis, ex infirmiori
partę aggreditur ciuitatem . Similiter modus, quo in
tentatione proceſſit maxime verſutiæ fuit , quia expe-
riendo , impellendo , & alliciendo proceſſit.Experien-
tiam enim ſumpſit in interrogatione,impulit in aſſecu-
ratione,allexit aũt in promiſſione.Primo.n. interroga-
uit de cauſa mandati, vt rationem duceret in dubium.
Secundo autem dubitatione habita , ne morte moria-
mur, aſſecurauit , vt iraſcibilem duceret in contem-
ptum.Tertio promiſit, vt cõcupiſcibilem duceret in ap
petitum,& ſic his tribus modis libertatem arbitrij, tra
heret ad conſenſum,quæ facultas eſt rationis & võluta
tis cõplectens nihilominus tres pdictas vires.ſ.rationa-
lem,iraſcibilem & concupiſcibilẽ,reſpũ quarũ diabolus

allexit mulierem per triplex appetibile.ſ.per ſcientiam, quæ eſt appetibilis rationali, per excellentiam ad modum Dei, quæ eſt appetibilis iraſcibili, per ſuauitatem ligni, quæ eſt appetibilis concupiſcibili, & ſic tentauit omne quod erat in muliere tentabile, per omne illud quod poterat in tentationem induci, quod eſt triplex appetibile, mundi.ſ.ſecundum concupiſcentiã carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ, ſecundum quæ tria attenditur omnis tentationis origo, ſiue à mundo, ſiue à carne, ſiue à diabolo.

1.Io. 2.

*De primorum parentum transgreſſione.* Cap. 3.

DE culpa vero primorũ parentum ſunt hic tenenda.ſ.ꝙ mulier aſſentiens tentationi diabolicæ, appetijt ſcientiam, & excellentiam ad modum Dei. Appetijt nihilominus experiri ſuauitatem ligni vetiti, & tandem incidit in transgreſſionẽ mandati. Nec his contenta offerendo fructum ligni vetiti induxit virum, qui nolens ſuas delicias contriſtare mulierem, non corripuit, ſed potius conſenſum præbuit male ſuadenti, & oblatum pomum guſtando, effectus eſt tranſgreſſor diuini præcepti. Ratio aũt ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: Quia cũ a primo principio (vt prædictum fuit) datus eſſet homini duplex ſenſus, & appetitus reſpectu duplicis libri, & reſpectu duplicis boni, vt ſecundum libertatem arbitrij homo poſſet ad vtrunq; cõuerti, mulier audita ſuggeſtione ſerpentis exteriori, non recurrit ad librum interiorem, qui legibilem ſe præbet recto iudicio rationis, ſed potius ſenſum ſuum circa exteriorem librum tenuit, & circa exterius bonum negotiari cœpit. Et quia ſenſus eius non acceſſit vſque ad verum infallibile, appetitus eius cõuerti cœpit ad bonũ commutabile. Appetijt igitur quod diabolus promiſit & ideo conſenſit, vt faceret quod ſuggeſſit, Appetẽdo igitur excellentem ſcientiam erecta eſt in ſuperbiam, erecta in ſuperbiam, hoc ipſo illecta eſt ad gulam, ac p hoc tertiò proſtrata eſt p inobedientiam. Primũ fuit in mente, ſm in ſenſualitate, tertium in opere, & ſicut tentatio ab inferiori incipiens, peruenit vſq; ad ſummum; quia ab auditu per appetitũ, peruenit ad conſenſum, ſic è conuerſo, deordinatio à ſuperiori incipiens, puenit vſque ad imum, & fecit vnum peccatum conſummatum, quòd in humana natura eſt omnis peccati initium, & origo malorum. Nam mulier illecta illexit virum, qui ſimiliter ad librum exteriorem conuerſus, ad bonum commutabile, nimis appreciando mulieris conſortiũ, & ſuæ ſocietatis ſolatium, nec mulierem voluit corripere, nec proprias delitias contriſtare. Et quoniã debuit eã corripere, & non corripuit, idcirco imputatur ei peccatum mulieris. Quia vero noluit ſuas delicias cõtriſtare à ſe repellendo mulierem, incepit nimium diligere ſeipſum, ac per hoc recedens à diuina amicitia, incidit in gulam & inobedientiam. Fuit ergo tranſgreſſio præcepti vtriq; communis, licet ex alia, & alia cauſa, quia non vir, ſed mulier fuit ſeducta, in vtroq; tamen.ſ. viro & muliere fuit deordinatio à ſummo vſq; ad imũ, quia primo in mente fuit ſiue in ratione, deinde in ſenſualitate, & poſtremo in opere. Ideo.n. vterq; proſtratus fuit per inobedientiam, & intellectus per gulam, quia vterque erectus fuit in ſuperbiam. Mulier quidẽ appetendo, & ambiendo quod nondum acceperat, vir autem nimis amando, & appretiando quod iam habebat, vnde mulier manducando credidit ſublimari; Adã vero exiſtimans ſe aliquid magnum & Deo charũ, minus grauiter credidit ſe puniendum. Nondum.n. expertus fuerat rigorem diuinæ iuſtitiæ & ſeueritatis. Et ſic vterq; dum inordinate erexit ſe ſupra ſe, cecidit miſerabiliter intra ſe, à ſtatu.ſ. innocentiæ, & gratiæ, ad ſtatum culpæ & miſeriæ.

Origo primi peccati.

*De primorum parentum punitione.* Cap. 4.

DE pœna vero primorũ parentũ hoc eſt tenendũ, videlicet ꝙ vir & mulier ſtatim poſt culpam ſenſerunt pęnã rebellionis & erubeſcẽtiæ in carne, & ideo ad cooperiendũ verenda, fecerunt ſibi perizomata. Poſtea vero diuino iudicio, vir incurrit pœnã laboris & anguſtiæ, pęnã famis, & indigentiæ, pęnam mortis & reſolutionis in cinerem. Iuxta quod dr̄ in ſcriptura. Maledicta terra in opere tuo, &cæt. Mulieri vero duplicata eſt pœna, quia inflicta eſt ei pęnalitas multiplicium ærumnarũ in conceptu, pęna doloris in partu, pęna ſubiectionis ad virum in conuictu, ac per hoc ſm ꝙ apparet, ſatis grauiter punitum fuit peccatum illud, ſ. ligni vetiti eſus, licet fuerit faciliter ppetratũ. Rõ autem ad intelligentiã prędictorũ hęc eſt. Quia cũ primũ principium ſit prouidentiſſimum in gubernando, & rectiſſimũ in præſidendo, nihil prorſus inordinatum dimittit in vniuerſo, & quia culpa recte ordinatur, in pœna, (conuenientius.n. iniuſtus dolet in ſupplicio, quam lętatus eſt in delicto, quoniam melius eſt dolere damnũ ſalutis, quàm lętari in damno æquitatis) ideo ſtatim in primis parentibus dedecus peccati ſubſecutum eſt decus iudicij, vt quod inordinatum fuit cadendo ab ordine naturæ, caderet ſtatim in ordinem iuſtitiæ. Hic.n. duplex ordo ſic cuncta complectitur, vt quod ab vno ceciderit, ſtatim in alteram differentiam relabatur. Quoniam ergo vterq; parens ſuperbiendo in mente, & guſtando in carne inobediens fuit ſuo ſuperiori, iuſto dei iudicio factum eſt, vt ſibi fieret inobediens ſuum inferius, & maximè quantum ad partes illas, ſecundũ quas eſt coniunctio vtriuſq; ſexus, quæ ſunt membra virtuti generatiuæ deſeruientia. Et quia hoc inerat eis non ex natura, ſed ex propria culpa, ideo erubeſcebant, & cooperiebant ſe. Rurſus quia vir ſpreto ſummo delectabili quæſiuit in carne delectari, ideo iuſto Dei iudicio, inflictus eſt ei labor, & defectus, famis, & ſitis, Poſtremò quia propter bonum carnis, ſeparari elegit à bono mentis, ideo iuſto dei iudicio, anima inuita ſeparatur à carne per mortem & incinerationem, ac per hoc ſicut Deus dederat homini ſecundum ordinem naturæ corpus ſubiectum animæ, propagabile ſine libidine, vegetabile ſine defectione, immutabile ſine morte interueniente, ſic homine peccante, ſecundum ordinem iuſtitiæ factũ eſt, vt ſubtraheret cætera prędicta, & infligeret oppoſita, vt ſic culpa non remaneret impunita, & inordinata, quod nequaquam pati debet diuina prouidentia. Et quoniam peccatum à muliere exordium ſumpſit, ideo pœna eius debuit duplicari. Quia igitur in mente ſuperbiens fuit, ſubiectionem incurrit. Quia lignum ad veſcendum ſuaue vidit & appetijt, dolorem incurrit. Poſtremò, quia fregit iugum obedientiæ, incurrit vinculum, & pondus multiplicis ęrumnæ, & ſic patet quanto ordine diuinæ prouidentiæ, inflictæ ſunt viro pęnę multiplices & duplicatæ in muliere, vt ſic dedecus peccati non eſſet ſine decore iuſtitiæ, tanta eſt.n. beatitudo iuſtitiæ, vt nemo ab ea niſi ad miſeriam poſſit abſcedere.

Originalẽ culpã me[…] ſequuta eſt pœna.

Quod excidit ab ordine naturæ, incidit in ordinem iuſtitiæ.

*De originalis peccati corruptione.* Cap. 5.

POſt lapſum primi parentis, dicenda ſunt aliqua de traductione peccati originalis. Circa quod primo conſiderandus eſt modus corruptionis, ſecũdo modus traductionis, tertio modus curationis. Modus autem quo genus humanum per originale peccatum corrumpitur, hic eſt. Nam quilibet per concubitum generatus naſcitur natura filius iræ, quia priuatus rectitudine originalis iuſtitiæ, propter cuius abſentiam incurrimus quantum ad animã, quadruplicem pœnam

Mala peccatum originale ſequentia.

ſcilicet infirmitatem, ignorantiam,malitiam & concupiſcentiã, quæ quatuor inflicta ſunt propter originale peccatum, quas ſanè pęnas ſpirituales comitatur in corpore multiplex pœnalitas, multiplex defectus, multiplex labor,multiplex morbus, & multiplex dolor. Ad has quoque pœnas, ſubſequitur pœna mortis & incinerationis,pœna carentiæ viſionis Dei, & amiſſionis gloriæ cęleſtis, non ſolum in adultis, verum etiam in paruulis non baptizatis,qui quidem paruuli pœna mitiſſimà inter cęteros puniuntur, quia ſolam pœnam damni habent ſine pęna ſenſus.Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt.Quia cum primum principium omnia agat à ſe,& ſecundũ ſe, & propter ſe,neceſſe eſt eſſe optimum,& rectiſſimum,ac per hoc piiſſimum & iuſtiſſimum, & inde eſt ꝙ vniuerſæ viæ eius miſericordia,& veritas, ſiue iudicium. Si enim Deus à principio hominem in tantis miſerijs condidiſſet, nec pietas eſſet,nec iuſtitia,qđ tanta opus ſuum opprimeret miſeria,nulla præcedente culpa.Similiter ſi tantis miſerijs non repleret,vel repleri permitteret ſine culpa, nec piè,nec iuſte gubernaret nos diuina prouidentia. Si ergo certiſſimum eſt primum principium, & in producendo, & in prouidendo rectiſſimum, & clementiſſimum eſſe,neceſſe eſt,quod genus humanum taliter fecerit,vt à principio nulla eſſet in eo culpa, nec miſeria. Neceſſe eſt etiam,ꝙ taliter adminiſtret, vt non permittat in nobis eſſe miſeriam,niſi propter aliquam culpam præambulam.Quoniam igitur certiſſimum eſt,ꝙ à noſtra origine multiplicem contrahimus miſeriam pęnæ, certum eſt, ꝙ omnes naſcimur natura filij iræ, ac per hoc priuati rectitudine originalis iuſtitiæ,quam priuationem vocamus originalem culpam. Et quia omnis culpa dicit receſſum à bono incommutabili, & acceſſum ad bonum commutabile,& recedere à bono incõmutabili eſt recedere à ſumma virtute, veritate, & bonitate,accedere autem ad bonum commutabile,eſt plus debito in illud per amorem tendere, hinc eſt,ꝙ perdens originalem iuſtitiam incurrit infirmitatem, ignorantiam,malitiam & concupiſcentiam. Rurſus,quia deſerens bonum incommutabile propter bonum commutabile,efficitur indignus vtroq;, hinc eſt ꝙ ratione carentiæ originalis iuſtitiæ perdit anima quietem temporalem in corpore, per multiplicem corruptionem, & mortem,& tandem ſeparatur à viſione lucis æternæ, amittendo fælicitatem glorię iam in anima,quàm in corpore.Poſtremò quia carentia huius iuſtitiæ in naſcentibus non eſt per modum voluntatis propriè, nec per actualem delectationem, hinc eſt ꝙ originali peccato poſt hanc vitam, non debetur pæna ſenſus in gehenna,pro eo quòd non ſupra condignum, ſed citra punit diuina iuſtitia,quam ſemper comitatur ſuperabundans miſericordia.Hoc credendum eſt ſenſiſſe beatum Auguſt.licet verba ipſius, exterius propter deteſtationem erroris Pelagianorum ( qui aliqualem fælicitatem eis concedebant ) aliud ſentire videantur, vt enim melius eos reduceret ad medium, abundantius declinauit ad extremum.

Non eſſet miſeria, ſi non præceſſiſſet culpa.

*De originalis peccati transfuſione. Cap. 6.*

MOdus autem traductionis culpæ originalis hic eſt.Quia licet anima non ſit ex traduce,originalis tamen culpa ab anima Adæ trãſit ad animas poſterorum,mediante carne per concupiſcentiam generata,ita ꝙ ſicut ab anima peccãte infecta fuit caro Adę, & prona effecta ad libidinem,ſic caro per libidinẽ ſeminata,& ſecũ trahens infectionẽ vitioſam,inficit, & vitiat animam,quæ quidem infectio vitioſa in anima non tantum eſt pœna,ſed etiam culpa,& ſic perſona corrũpit naturam, & natura corrupta corrumpit perſonam ſalua in omnibus diuina iuſtitia,cui nullo modo poteſt imputari infectio animæ,licet eam creando infundat, & infundendo vniat cum carne infecta. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt.Quia cum primum principium fecerit hominem ad imaginem ſuam propter ſui ipſius expreſſionem, ſic eum condidit ex parte corporis,vt omnes homines propagarentur à primo homine,tanquam ab vno radicali principio, ſic ex parte animæ,vt propter expreſſam ſimilitudinem tam in eſſendo & durando, quàm intelligendo & amando, immediate emanarent omnes ſpiritus rationales ab ipſo Deo,tanquam à primo principio, & immediato.Et quoniam ſpiritus tanquam excellentior, magis accedit ad primum principium,ſic condidit Deus hominem,vt ſpiritus præeſſet corpori,& corpus ſubeſſet ſpiritui creato,quandiu ille ſubeſſet ſpiritui increato, & econtra ſi ſpiritus non obediret Deo, iuſto Dei iudicio, corpus ſuum inciperet ſibi rebellare.Quod & factum eſt, cum Adã peccauit.Sicut igitur ſi Adam ſtetiſſet in obedientia Dei corpus ſuum ſpiritui obediens eſſet, & tale ad poſteros trãſmitteret & Deus illi animam infunderet, ita ꝙ vnita corpori immortali,& ſibi obediẽti, haberet ordinẽ iuſtitię,& immunitatem omnis pęnæ,ſic ex quo Adã peccauit,& caro facta eſt rebellis ſpiritui, oportet ꝙ talem ad poſteros tranſmittat, & quòd Deus ſecundum inſtitutionem primariam animã infundat,anima vero cum vnitur carni rebelli,incurrit defectũ ordinis naturalis iuſtitiæ, quo debebat omnibus inferioribus imperare.Et quia anima carni vnita eſt, oportet,ꝙ ipſam trahat,& trahatur ab ipſa, & quia ipſam non poteſt trahere tanquam rebellem, neceſſe eſt, vt ab ipſa trahatur,& incurrat morbũ concupiſcentię,& ſic incurrit ſimul carentiam debitæ iuſtitiæ,& morbum concupiſcentiæ,ex quibus duobus tanquam ex auerſione, & conuerſione,dicitur integrari ſecundum Auguſtinum, & Anſelmum peccatum originale.Quoniam igitur ordinatiſſimum fuit,ꝙ natura humana ita conderetur,& ꝙ condita ſic propagaretur,& ꝙ peccans ita puniretur, ſicut prædictum eſt prius,ita ꝙ in conditione ſeruatur ordo ſapientiæ, in propagatione ordo naturæ,in punitione ordo iuſtitiæ, patet quod non eſt contra diuinã iuſtitiam,ſi ad poſteros tranſmittitur culpa. Rurſus quia culpa originalis peccati in animam transfundi nõ poſſet,niſi pœna rebellionis in carne præcederet,& pœna non eſſet,niſi culpa præceſſiſſet,nec culpa præceſſit à voluntate ordinata,ſed inordinata,ac per hoc non à voluntate diuina,ſed à voluntate humana,patet, ꝙ originalis culpæ transfuſio eſt à peccato primi hominis,nõ à Deo,non a natura condita,ſed a vitio ꝑpetrato.Et ſic verum eſt, quod dicit Aug. quod peccatum originale non tranſmittit ad poſteros propagatio,ſed libido.

Primo perſona corrumpit naturam nũc natura corrumpit perſonam.

Ex carentia iuſtitię, & morbo concupiſcẽtię integratur pec.orig.

*De originalis peccati curatione. Cap.7.*

POſtremo diligenter atende,quòd modus curationis culpę originalis eſt ille,ſ.ꝙ ſic curatur culpa originalis,ꝙ remanet pœna temporalis, ſicut patet in paruulis baptizatis. Sic curatur quantum ad reatum pęnę æterne,ꝙ remanet quantum ad actum,& motum concupiſcentię.Sic curatur in parente, ꝙ nihilominus ab eo qui curatus eſt per baptiſmum, tranſmittitur in prolem originale peccatum.Sic tollitur originalis peccati macula,ꝙ remanet ſequela, cum qua oportet pugnare quandiu viuimus in hac vita, quia in nullo prorſus extinguitur concupiſcentia per gratiam communem,quod dico propter virginem beatiſſimam Mariam, in qua in conceptione filij Dei extincta fuit per gratiam ſingularem. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia ſicut infectio deriuatur in omnes à principio creato, à quo fit propaga-

Culpa origi.curatur quantum ad reatũ, remanet quantũ ad actum.

tio corporum,& hoc à parte inferiori.ſ.carnis,ſic curatio fieri habet à principio increato, à quo fit infuſio animarum,& hoc à parte ſuperiori,ſcilicet mentis. Quoniam igitur ex parte mentis diſtinctio eſt in hominibus,ita ꝙ ſecundum illam vnus non propagatur ab altero,ſed immediate exit à Deo, gratia curatiua menti noſtræ à Deo infuſa, reſpicit vnumquenque inquantum tenet rationem perſonæ ſingularis, & indiuiduæ, non inquantum tenet rationem productiui ſecundum virtutem naturæ. Quoniam igitur originale peccatum eſt morbus,inficiens perſonam pariter,& naturam, perſonam in voluntate, naturam in carne,ideo ſi curatur macula originalis in mente, ꝙ remanet infectio, & ſequela in carne. Et quia homo generat non ſecundum ꝙ curatus eſt in mente, ſed ſecundum ꝙ corruptus in carne, non ſecundum quod ſpiritualis, ſed ſecundum quòd carnalis, hinc eſt, quòd quamuis ſic baptizatus ſit ab originali mundatus in ſe,tranſmittit tamen in prolem originale. Rurſus,quia reatus pœnæ æternæ reſpicit deiformitatem mentis,& perſonæ,actus autem ſiue motus reſpicit inclinationem carnis, & naturæ, ideo tranſit originale per baptiſmum quantum ad reatum, & remanet quantum ad actum Poſtremò quia afflictio temporalis conditionem reſpicit ex parte carnis, cum caro remaneat ſemper ſubiecta cuidam infectioni,remanere debet ſemper ſubiecta pœnalitati, & ideo ſicut pœnalitas,& corruptio per gratiam non aufertur à carne,ſic ſequela illa, ſiue concupiſcentia, & languor membrorum ſimul ſtare poteſt cum gratia curatiua, & ideo quamuis paulatim minuatur, quia tamen radix non tollitur,nunquam omnino aufertur in viatore, niſi in beata virgine per gratiam ſingularem. Quia.n.virgo concepit eum, qui erat expiatio omnis culpæ, ideo data fuit ſibi gratia ſingularis, qua extincta fuit in ea radicitus omnis concupiſcentia, ad concipiendum Dei filium abſque omnis peccati labe, & corruptela. Nempe decens erat, vt ea puritate qua maior ſub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret,cui Deus pater vnicum filium(quem de corde ſuo genitum ſibi æqualem,tamquam ſeipſum diligebat)ita dare diſponebat, vt naturaliter eſſet vnus,idemq; cõmunis Dei patris, & virginis filius, & quam ipſe filius ſpecialiter facere ſibi matrem eligebat,& de qua ſpiritusſanctus volebat, & operaturus erat, vt conciperetur, & naſceretur ille,de quo ipſe procedebat.

*Culpa origin. inficit perſonã & naturã.*

*Imò nunquam fuit in ea concupiſcẽtia, que extingueretur, infuiſſet tamen, ſi preſeruata non eſſet.*

### *De origine peccatorum actualium. Cap. 8.*

*Peccatum actuale ex libero conflatur arbitrio.*

POſtquam autem dictum eſt de traductione peccati originalis,dicenda ſunt aliqua de origine peccati actualis. De ortu igitur peccati actualis hæc tenenda ſunt in ſumma,videlicet,ꝙ peccatum actuale originem trahit à libera voluntate vniuſcuiuſque per ſuggeſtionem,delectationem, conſenſum & operationem. Iuxta quod dicit ſcriptura. Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus,& illectus, deinde concupiſcentia, cum conceperit,peccatum parit,peccatum vero cum conſummatum fuerit,generat mortem. Si autem ſuggeſtio & delectatio ſiſtat citra conſenſum, eſt veniale peccatum. Si verò conſequatur conſenſus, & opus in his,quę diuina lege prohibita ſunt,peccatum eſt mortale conſummatum. Quod ſi medio modo fit, vt conſenſus ſine opere ſit, aut quia vult in opus procedere, ſed non poteſt,tunc voluntas pro facto reputatur, nec minus culpabilis eſt,quàm ſi in ipſo facto deprehenderetur,aut quia non vult in opus procedere, ſed vult interius voluptari in delectatione,& tunc manducat mulier,ſed non vir. Et licet non ſit peccatum plene conſummatum,eſt tamen inter mortalia computandum, quia muliere manducante, totus homo damnari meretur, quod maxime intelligi habet in peccatis carnalibus. Ratio autem ad intelligẽtiam prędictorum hæc eſt. Cũ peccatum dicat receſſum voluntatis à primo principio, inquantum ipſa voluntas nata eſt agi ab ipſo, & ſecundum ipſum & propter ipſum, omne peccatum eſt inordinatio mentis ſiue voluntatis,circa quam nata ſunt eſſe virtus,& vitium,peccatum igitur actuale, eſt actualis inordinatio voluntatis. Inordinatio autem iſta,aut eſt tanta,quòd ordinem iuſtitiæ exterminat,& hoc modo dicitur mortale peccatum, quia natum eſt auferre vitam, ſeparando ipſam à Deo, per quem viuificatur anima iuſta. Aut eſt tam modica,ꝙ ordinem illum,non perimit,ſed tantum in aliquo perturbat,& tunc dicitur veniale peccatum,quia de ipſo adipiſci poſſumus cito veniam pro eo quòd gratia non tollitur per ipſum, nec inimicitia diuina incurritur. Eſt autem ordo iuſtitiæ, vt bonũ incommutabile, præferatur commutabili, vt bonum honeſtum, præferatur vtili, & voluntas Dei, præferatur voluntati noſtræ, vt iudicium rationis, rectæ præſit ſenſualitati humanæ. Et quoniam lex Dei iſtum ordinem præcepit, & vetat oppoſitum, quando bonum commutabile præfertur æterno, & bonum vtile præfertur honeſto, & voluntas noſtra præfertur diuinæ voluntati,& ſenſualis appetitus prefertur rationi rectæ,tunc committitur mortale peccatum. De quo dicit Ambroſius, quòd eſt pręuaricatio legis diuinæ,& cœleſtium inobedientia præceptorum, vel mandatorum. Hæc autem committitur,ſiue omittatur quod lex diuina præcepit,ſiue fiat id quod prohibet. Ex quo duplex genus peccati oritur, delictum.ſ. & commiſſum. Quando vero bonum commutabile plus debito diligitur,ſed non præfertur incommutabili,& vtilitas non præfertur honeſtati, & voluntas noſtra plus debito amatur,ita tamen quòd non præfertur diuinę, & caro concupiſcit,non tamen præfertur iudicio rationis rectæ,tunc non eſt mortale,ſed veniale,quia licet hoc ſit pręter legem,non tamen directè eſt contra legem. Senſualis autem appetitus rationi recte non pręfertur, niſi quando ei ratio conſenſit,& ideo peccatum mortale citra conſenſum non committitur, ſi tamen ſenſualitas inordinatè moueatur,cum illa ordinatio ad malum inclinet,licet ratio non conſentiat, peccatum eſt aliquod, quia aliquo modo lędit ordinem iuſtitię. Et quia in ſtatu innocentiæ non mouebatur ſenſualitas, niſi ſecundum rationis motum,ideo ſtante homine,non poterat ibi eſſe veniale peccatum. Nunc autem quia rationi repugnat ſenſualitas,velimus,nolimus,ideo neceſſe habemus committere aliquod veniale peccatum per primos motus,qui &ſi particulariter,& ſingilatim poſſint declinari,omnes tamen nullo modo poſſunt caueri,qui ſic ſunt peccata,ꝙ ſunt etiam pœnę peccati, & ideo merito dicuntur venialia,quia hoc ipſo digna ſunt venia. Verum quia ratio his conſentire non compellitur, ſi poſt conſenſum delectationis conſentiatur in opus, tũc eſt plenus conſenſus,ac per hoc peccatum conſummatum, quia peruenit vſque ad virum i.vſque ad partem ſupremam rationis,ex qua pendet plenitudo cõſenſus. Quia vero non ſolum in opus, verum etiam in delectationem eſt conſenſus, in quo inferior portio ſequitur ſenſualitatem, ideo ſi in delectatione ſenſuali ratio ſenſualitati ſuccumbat, & mulier ſerpenti obedit, ac per hoc fit ſubuerſio recti ordinis, & ita ſubuerſio iuſtitię, propter quod committitur mortale peccatum, licet minus graue,quod non ſolum imputatur mulieri,verum etiam viro,à quo mulier compeſci debuit,& cohiberi ne obtemperaret ſerpenti. Et ſic patet,ꝙ in perpetratione omnis peccati actualis,fit aliqualis imitatio primi peccati, ſecundum explanationem doctoris præcipui Auguſtini 12. De ciuitate Dei.

*Iac. 1.*

*Nota*

*Culpa venialis, & mortalis, quo modo dinoſceda.*

*Conſummatio in peccati cõſenſu.*

*De origine, & diſtinctione capitalium peccatorum. Cap. 9.*

In peccatis aliud initium, aliud radix, aliud fomentũ, aliud caput.
Eccleſ. 10.
1. Ioan. 2.

COnſequenter deſcendendum eſt ad ortum peccatorum in ſpeciali, inter quæ quędam ſunt capitalia, quædam pœnalia, quædam finalia ſiue irremiſſibilia, quaſi prima, media. & poſtrema. Circa ortum vero peccatorum capitalium hoc eſt in ſumma tenendũ, videlicet ꝙ peccatorum actualium vnum eſt initium, duplex radix, triplex fomentum, ſeptiforme caput, ſiue capitale peccatum. Vnum inquam eſt capitale initium, ſcilicet ſuperbia, iuxta quod dicit ſcriptura. Initiũ omnis peccati ſuperbia. Duplex radix. ſ. timor male humilians, & amor male accedens. Triplex fomentum, ſecundum tria quæ ſunt in mundo. ſcilicet concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Septiforme vero caput. ſ. ſuperbia, inuidia, ira, accidia, auaritia, gula, & luxuria. Inter quæ quinq; præcedentia, ſunt peccata ſpiritualia: duo vero vltima, ſunt carnalia. Ratio autem ad intelligentiam horum hæc eſt. Quia cum peccatum mortale ſit actualis à primo principio receſſus, receſſus autem à primo principio non poteſt eſſe, niſi per contemptum ipſius, vel in ſeipſo, vel in ſuo præcepto. Contemptus autem primi principij cum ſit ſuperbia, neceſſe eſt, ꝙ omnis mortalis peccati culpa, ſiue offenſa, initium ſumat à ſuperbia. Quia vero nullus contemnit primum, & ſummum principium, vel eius præceptum per ſe, niſi per hoc ꝙ aliquid aliud ab ipſo, vel vult acquirere, vel timet perdere, hinc eſt ꝙ neceſſe eſt, omne peccatum actuale originem trahere à duplici radice, ſ. timore, & amore, qui radices ſunt malorum, licet non ęquæ primæ. Nam omnis timor ortum habet ab amore, nullus enim timet aliquid perdere, niſi quia amat illud habere, & ideo per ea habet foueri timor, per quæ fouetur & amor. Amor autẽ inordinatus eſt, reſpectu commutabilis boni. Et quoniam illud eſt triplex. ſ. interius excellentia, exterius pecunia, inferius carnalis laſciuia, hinc eſt ꝙ neceſſe eſt eſſe tria peccatorum actualium radicalia fomenta, quæ ſuperius ſunt prætacta, ad quæ dum aĩa inordinate fertur, omnia peccata actualia oriuntur. Et quia hoc fit ſecundum ſeptiformem modum, ideo ſeptem ſunt peccata capitalia, ex quibus generatur vniuerſitas vitiorum. Voluntas enim noſtra aut deordinatur, quia appetit quod non eſt appetendum, aut quia refugit, ꝙ non eſt refugiendum. Si quia appetit, quod non eſt appetendum, vt pote bonum, vt nunc, ſiue commutabile, ſiue appares bonum, aut eſt interius, & ſic eſt priuata excellentia, quam amat ſuperbia, aut exterius, & ſic eſt ſufficientia, quam amat auaritia, aut inferius, & ſic aut delectabile, quia ad conſeruationem indiuidui, & ſic alimentum quod eſt delectabile ſecundum guſtum, & appetitur à gula, aut quia ad conſeruationem ſpeciei, & ſic coitus qui eſt delectabilis ſecundum tactum, & appetitur à luxuria. Si autem voluntas deordinatur, quia refugit quod non eſt refugiendum, hoc poteſt eſſe tripliciter, ſecundum triplicem modum refugiendi. Aut enim refugit ſecundum peruerſum inſtinctum ipſius rationalis, & ſic eſt inuidia. Aut ſecundum inſtinctum iraſcibilis, & ſic ira. Aut ſecundum inſtinctum concupiſcibilis, & ſic eſt accidia. Vnde quia quatuor ſunt principalia appetibilia, & tres vires, ſecundum quarum inſtinctum eſt fuga, ideo tãtum ſeptẽ ſunt capitalia peccata. Rurſus, quia ſenſus appetibilis eſt cum delectatione, ſenſus autem rei fugiendæ eſt cum dolore, hinc eſt, ꝙ quatuor habent coiunctam lætitiam, tria vero alia habent adiunctam triſtitiam, & pœnam, omnia tamen dicuntur capitalia, quia deordinationes ſunt principales, & multarum aliarum deordinationum ſunt principia ſuo modo influentia. Vnde licet quædam ex his principaliter fugam reſpiciant, habent tamen ex ipſa delectabilia ſua. Nam inuidia vult priuatum bonum poſſidere ſine ſocio, & ita integraliter. Ita ſine contrario, & ita imperturbabiliter. Accidia ſine labore aliquo, & ita infatigabiliter. Et quia hæc nõ de facili obtinentur, ideo magnum exercitum vitiorũ ſecum trahunt ad huiuſmodi, quæ appetunt exequenda, vel ad ea, quę reſpuunt declinanda, reſpectu quorum dicuntur capitalia peccata, quaſi capita ex quibus manant alia quam plurima.

Deductio ſeptenarii capitaliũ peccatorũ.

*De origine, & qualitate pænalium peccatorum. Cap. 10.*

Quædam peccata ſunt etiam pœna peccati.

DE peccatis pœnalib. hoc tenendum eſt, ꝙ licet malum culpæ, & malum pœnæ ſint diuerſæ malorum differentiæ, quædam tamen ſic ſunt peccata, quod etiam ſunt pęnæ peccati. Speciali namq; modo peccata, & pęnæ peccati dicũtur illa, quæ habent adiunctum dolorem, & męſtitiam, ſicut accidia, inuidia, & cõ ſimilia. Minus ſpecialiter dicuntur illa, quę habent adiũctam vel meram deprauationẽ naturæ, vel ignominiã, vel ignorantiam, ſicut ſunt illa, propter quæ dicitur peccator in reprobum ſenſum tradi. Generaliter autem peccata quæ ſunt inter primam apoſtaſiam, & vltimam gehennæ pęnam, & peccata poſſunt dici, & pęnæ peccati, iuxta quod dicit Greg. Crimina criminibus vindicari. Licet autem idem dicatur peccatum, & pœna peccati, tenendum tamen eſt, ꝙ oĩs pœna inquantum pœna iuſta eſt, & à Deo, nulla vero culpa iuſta eſt, nec à Deo, ſed tantum à liberæ voluntatis arbitrio. Pœna vero quę merè eſt pœna, à Deo eſt inflicta, quę vero eſt culpa, vel inclinans ad culpam, eſt contracta, vel acta. Ratio autẽ ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cum malum dicat receſſum à primo principio, per hoc ꝙ non nocet bono, non autem nocet bono, niſi aliquid adimẽdo de bono, bonum autem conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine, nullum eſt malum, quod non ſit modi, ſpeciei, & ordinis corruptiuum, Ordo autem duplex eſt, ſ. ordo naturæ, & ordo iuſtitiæ. Ordo autem naturæ eſt in bono naturali, ordo iuſtitiæ in bono morali. Et quia bonum naturale in omni natura, bonum morale in voluntate habet conſiſtere, ideo ordo naturæ eſt in omni natura, ordo autem iuſtitiæ in voluntate electiua habet conſiſtere. Et quia voluntas eſt inſtrumentum ſeipſum mouens, natura vero non, hinc eſt, ꝙ ordo iuſtitiæ eſt ordo non tantum factus, ſed etiam factiuus, ordo autem naturæ, eſt ordo factus. Quoniam ergo malum poteſt priuare ordinẽ iuſtitiæ, & ordinem naturæ, hinc eſt, ꝙ duplex eſt malum, ſcilicet culpæ, & pœnæ. Rurſus quia ordo iuſtitiæ eſt ordo voluntarius, hinc eſt, ꝙ malum culpæ eſt affectio voluntaria, malum autem pęnæ eſt affectio inuoluntaria. Poſtremo quia ordo iuſtitiæ, qui ineſt voluntati, eſt ordo factiuus, ideo malum culpæ, quod eſt eius priuatio, eſt malum quod facimus, & malum pęnæ, eſt malum quod patimur. Et quia non eſt paſſio niſi naturaliter præcedat actio, nec eſt actio ad quam non ſequatur aliqua paſſio, hinc eſt, ꝙ nulla eſt pęna ſine præcedente merito culpæ, nulla eſt & culpa, quin cominetur aliqua pęna. Et quoniam quod facimus à nobis eſt, quod nos vero patimur, poteſt eſſe à nobis, & ab alijs, vtpote à cauſa ſuperiori, vel inferiori, ideo licet omnis culpa ſit à nobis, non tamẽ omnis pœna eſt à nobis, imo quædã eſt à nobis acta, quædã inflicta, quædam cõtracta. Et quia cũ qui facit quod non debet, iuſtũ eſt pati quod debet, iõ oĩs pęna inquantum pœna, iuſta eſt, & à diuina prouidentia, quia eſt ad culpam ordinata, & ipſius culpæ ordinatiua. Quia vero paſſio illa pôt eſſe per adeptionem

Omnis culpa à nobis, non omnis pœna à nobis.

nem

nem boni naturalis,vel boni moralis cum naturali,hinc eſt ꝙ quædam pœna eſt mere pœna, quædam vero eſt pœna,& culpa, quia bonum morale ꝙ eſt iuſtitia,non adimitur,niſi per iniuſtitiã,quæ eſt culpa. Prima igitur pœna eſt à Deo,& ſecundum ꝙ pœna, & ſecundum id quod eſt à Deo inquã, non inſtituente, ſed vindicante. Secunda vero cum ſit culpa, ſecundum id quod culpa non eſt à deo non eſt niſi ſolum quantum ad ordinẽ, ipſa vero vel eſt acta ſi ſequatur ad actuale, vel eſt contracta,ſi ſequatur ad originale. Si igitur proprie accipiatur malum,ſecundum quòd eſt priuatio boni naturalis, & affectio inuolũtaria,& malum quod patimur,ſic non coincidit cum malo culpæ in idem,licet ſit annexũ eidem. Si vero accipiatur large,vt dicatur malum quod patimur,ſiue à nobis,ſiue aliunde,ſiue in natura,ſiue in voluntate,ſic coincidunt in idẽ,ſed non ad idem,vel ſecundũ idem,quia ꝙ eſt in ſe culpa,dr̃ reſpectu pcedentis culpæ pœna,vel culpa rõne actionis,pœna dicitur eſſe rõne paſſionis. Et ſic patet quõ, pro quanto,& quare aliquid ſimul dicatur eſſe peccatum,& pęna peccati.

*De origine peccatorum finalium,quę ſunt peccata in ſpiritum ſanctum. Cap. II.*

Quare peccatum in ſpiritũ ſanctũ dicatur irremiſſibile.

DE peccatis autem finalibus, ſiue irremiſſibilibus cuiuſmodi ſunt peccata in ſpiritumſanctum,hoc eſt tenendum,quòd licet omne peccatum generaliter ſit contra Deum trinuum, & vnum, appropriate tamẽ dicitur,aliquod peccatum eſſe in patrem, aliquod in filium,aliquod in ſpiritumſanctum. Hoc autem peccatum in ſpiritumſanctum irremiſſibile dicitur in hoc ſeculo, & in futuro, non quia in hoc ſeculo non poſſit dimitti,ſed quia raro dimittitur,aut vix in hoc ſæculo, quãtum ad culpam,modicum autem & quaſi nihil fiet remiſſio ſibi in futuro quantum ad pœnã. Huius autẽ peccati ſex ſunt differentiæ.ſ. inuidia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ, deſperatio, præſumptio, obſtinatio mentis,& impœnitentia finalis. Ratio autẽ ad intelligentiam prædictorum hęc eſt. Quia cum peccatum dicat receſſum à primo principio trino, & vno, omne peccatum imaginem trinitatis deformat, & ipſam animam fœdat,quantum ad triplicem potentiam. ſ.iraſcibilem,rationalem,& concupiſcibilem, & à libero arbitrio procedit,quod gerit in ſe inſigne trinitatis, ſ.patris ratione facultatis,filij ratione rationis, ſpiritusſancti ratione voluntatis. Licet autem hæc tria concurrant ſimul ad omnem culpam, quælibet tamen harum per ſuum defectum,poteſt eſſe ratio deordinandi alias. Defectus autem circa facultatem eſt impotentia, circa rationem eſt ignorantia,circa voluntatem eſt malitia. Et hinc eſt,quòd cum quædam ſint peccata ex impotẽtia,quædam ex ignorantia,quædam ex malitia,& potentia attribuitur patri,ſapientia filio,& voluntas ſpirituiſancto,quòd quædam dicuntur eſſe in patrem,quędam in filium, quædam in ſpiritumſanctum. Et quoniam nihil magis eſt in voluntate,quàm ipſa voluntas, & volũtas ipſa eſt origo peccati,nullum peccatum eſt adeo voluntarium,& mere,ſicut eſt illud quod prouenit ex corruptione exiſtente in voluntate. Cum enim dupliciter dicatur inuoluntarium, ſcilicet per violentiam, & per ignorantiam,primum per defectum potentiæ, ſecundũ per defectum ſcientiæ,quando voluntas ſola corruptione ſua,licet poſſit reſiſtere,& ſciat hoc malum eſſe, aliquid eligit,tunc dicitur peccare ex certa malitia, & tale peccatum merè procedit ex improbitate voluntatis liberi arbitrij,& directe impugnat gratiã ſpiritusſancti, per quam fit remiſſio peccati. Et quia merè procedit ex libertate arbitrij,ideo non habet colorem excuſationis, & propterea modicum,& quaſi nihil debet ei, qui punitur de pœna relaxari. Quia vero directe impugnat gratiam ſpiritus ſancti,per q̃ fit remiſſio peccati,ideo dicitur irremiſſibile,nõ quia nullo modo poſſit remitti, ſed quia quantũ eſt de ſe,directe eſt impugnatiuum medicamenti & remedij,per quod fieri habet remiſſio peccati. Et quoniam peccati remiſſio fit à Deo per gratiam pœnitentialem,intra eccleſiaſticam vnitatem,ideo differentiæ huius peccati accipiuntur ſecundum quòd directe impugnant illa tria. Aut enim impugnant ipſam gratiam pęnitentialem in ſe. Aut in comparatione ad Deũ, à quo datur. Aut in comparatione ad eccleſiam in qua ſuſcipitur. Si in comparatione ad vnitatem eccleſiæ, ſic quia vnitas eccleſiæ conſiſtit in fide,& charitate,ſiue in gratia,& veritate,ſic eſt duplex peccatum.ſ.inuidia fraternæ gratiæ,& impugnatio veritatis agnitæ. Si in comparatione ad Deum dantem, quia vniuerſæ viæ eius quantum ad iuſtificationem, maxime ſunt miſericordia,& veritas,ſic eſt duplex peccatum,vnum quod impugnat miſericordiam,& hoc eſt deſperatio,aliud quod impugnat iuſtitiam,& hoc eſt impunitatis præſumptio. Si vero impugnat ipſam gratiam pęnitentialem in ſe,vel ſecundum ſe,ſic eſt duplex,quia gratia pęnitentialis facit reſilire à peccatis commiſſis,& præcauere à committendis. Contra primum eſt obſtinatio mentis, contra ſecundum eſt impœnitentia finalis,ſecundum quòd finalis impœnitentia dicitur propoſitum non pœnitendi, ſic.n.eſt ſpecies peccati in ſpiritumſanctum. Secundum autem quod finalis impęnitentia dicit continuationem peccati vſque in finem,ſic eſt ſequela omnium mortalium,quæ in hac vita non remittuntur, & maximè omnium ſpecierum peccati in ſpiritumſanctum. Et ſic omne peccatum initium ſumit à ſuperbia,& conſummationem, ſiue finem habet in finali impœnitentia,in quam qui peruenerit,corruit in gehẽnam,à qua quidem impęnitentia finali nullus peccãs mortaliter poteſt liberari, niſi interueniat gratia mediatoris Chriſti,& ideo incarnationem ipſius deſiderabat vniuerſitas ſaluandorum, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

# BREVILOQVII

## PARS QVARTA,

**In qua de Incarnatione verbi agitur.**

*De ratione qua decuit verbum Dei incarnari. Cap. I.*

POſtquam prædicta ſunt aliqua de trinitate Dei,de creatura mundi, & corruptela peccati,reſtat nũc aliqua breuiter dicere de incarnatione verbi, ꝑ quod quidem verbũ incarnatum facta eſt ſalus,& reparatio generis humani,non quia aliter Deus humanũ genus ſaluare, vel liberare non potuerit, ſed quia nullus alius modus ita congruus,& conueniens erat ipſi reparatori,& reparabili,& reparationi. Ratio aũt ad intelligentiã prædictorum hæc eſt. Quia cũ primũ principium effectiuum rerum non poterat,nec decuit eſſe niſi Deum, & non minus ſit res conditas reparare,quam in eſſe producere, ſicut non minus eſt bene eſſe,quàm ſimpliciter eſſe, decẽtiſſimũ fuit rerum principium reparatiuum eſſe Deum ſummum, vt ſicut omnia creauerat Deus per verbum increatum,ſic omnia repararet per verbum incarnatũ. Quoniã ergo Deus oĩa fecit potẽter,& ſapiẽter, & optime,ſiue beneuolenter, decuit vt ſic repararet reparanda, ꝙ ſuam potentiam, ſapientiam, & beneuolentiam oſtenderet. Quid autem potentius quam coniungere

Prima ratio ad incarnatiõis myſteriũ declarandum.

extrema ſummè diſtantia in vnam perſonam? Quid ſapientius,& congruentius,quam ꝙ ad perfectionem, totius vniuerſi fieret coniunctio primi, & vltimi, verbi.ſ.Dei,quod eſt omnium principium & humanæ naturæ,quæ fuit vltima omniū creaturarū? Quid beneuolentius quam ꝙ Dn̄s propter ſerui ſalutem,accipiat ſerui formam, immo hoc tantæ benignitatis eſt, vt nihil clementius,nihil amicabilius, nihil benignius cogitari poſſit. Conuenientiſſimus ergo erat hic modus Deo reparatoria,propter commendandam diuinum potentiam,ſapientiam,& beneuolentiam.

Secunda ratio.

Rurſus,quia homo cadens in culpam, auerterat ſe, & receſſerat à principio potentiſſimo,ſapientiſſimo, & beneuolentiſſimo, ideo corruerat in infirmitatem,ignorantiam,& malignitatē, ac per hoc de ſpirituali effectus carnalis,animalis & ſenſualis, & ideo ineptus erat ad diuinā virtutem imitandum,ad lucem cognoſcendam, ad bonitatem diligendam. Ad hoc igitur quòd hō ab ipſo ſtatu repararetur, congruentiſſimum fuit, vt ei condeſcenderet primum principium,reddendo ſe illi noſcibile,amabile, & imitabile. Et quia homo carnalis, animalis & ſenſualis non nouerat,nec amabat,nec ſequebatur,niſi ſibi proportionalia,& conſimilia, ideo ad eripiendum hominem de hoc ſtatu, verbum caro factum eſt, vt ab homine qui caro erat, & cognoſci poſſet,& amari,& imitari,ac per hoc & homo Deum cognoſcens, & amans, & imitans remediaretur à morbo peccati.

Tertia ratio.

Poſtremò,quia homo perfecte reparari non poterat, niſi recuperaret mentis innocentiam,Dei amicitiam,& ſuam excellentiam, quæ ſoli Deo ſuberat, & hoc non potuit fieri niſi per Deum in forma ſerui,ideo congruum fuit verbum incarnari. Excellentiam nanque recuperare non poterat,niſi reparator eſſet Deus, quia ſi mera creatura, tunc homo eſſet ſubiectus meræ creaturæ,& ſic nō recuperaret ſtatum prioris excellentiæ. Amicitiam quoq; Dei recuperare non poterat, niſi per mediatorem conuenientem. qui manum poſſet ponere in vtrunque, & vtrique parti conformis eſſet,& vtrique amicus,& ideo ſicut ſimilis Deo per diuinitatem,ſic ſimilis homini per humanitatem. Innocentia vero mentis recuperare non poterat, niſi dimiſſa culpa,quam dimittere non decebat diuinā iuſtitiam niſi per ſatisfactionem condignam,& quia ſatisfacere non poterat,niſi Deus pro toto humano genere, nec debebat niſi homo,qui peccauerat,ideo cōgruētiſſimum fuit,humanum genus reparari per Deum hominem natum de genere Adæ,quoniam ergo excellentia recuperari non poterat niſi per reparatorem excellentiſſimum,nec amicitia reformari poterat niſi per mediatorem amicabiliſſimum, nec innocentia reacquiri poterat,niſi per ſatisfactorem ſufficientiſſimum,excellentiſſimus autē reparator non eſt niſi ſit Deus,amicabiliſſimus mediator non eſt,niſi ſit homo, ſufficientiſſimus ſatisfactor non eſt, niſi ſit Deus pariter & homo, congruiſſima fuit noſtræ reparationi incarnatio verbi, vt ſicut genus humanum in eſſe exierat per verbum increatum, & in culpam ceciderat per verbum inſpiratum,ſic à culpa reſurgeret per verbum incarnatum.

## *De incarnatione verbi quantum ad vnionem naturarum. Cap. 2.*

Opus, modus, & tēpus, incarnationis Domini, &c.

CIrca ipſum igitur verbum incarnatum,tria nobis conſideranda occurrunt.ſ.vnio naturarum, plenitudo chariſmatum, & ꝓpeſſio paſſionum,propter dimendum genus humanum. Circa naturarum vnionem hæc tria conſideranda ſunt ad intelligendum incarnationis myſterium, ſcilicet opus, modus,& tempus. De opere autem incarnationis hæc tenenda ſunt ſecundum fidem chriſtianam.ſcilicet,quod incarnatio eſt opus Trinitatis per quam fit aſſumptio carnis à diuinitate,& vnio diuinitatis cum carne, ita quòd aſſumptio non tantum eſt carnis ſenſibilis,ſed etiam ſpiritus rationalis ſecundum potentiam vegetandi,ſentiendi,& intelligendi,ita etiam quod vnio non ſit in vnitate naturæ, ſed perſonæ non humanæ, ſed diuinæ, non aſſumptæ, ſed aſſumentis,non perſonæ cuiuslibet,ſed perſonæ ſolius verbi,in qua tanta fuit vnio,vt quicquid dicitur de filio Dei,dicatur de filio hominis,& econuerſo, his tamen exceptis,in quibus exprimitur vnio, vel clauditur negatio. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt,Quia incarnationis opus nō ſolum eſt à primo principio inquantum eſt effectiuum in producendo,verum etiam inquantum reparatiuum remediando,ſatisfaciendo, & reconciliando. Quoniam ergo incarnatio inquantum dicit aliquem effectum eſt à primo principio,quod omnia facit, ratione ſummæ virtutis & ſubſtantia,virtus & operatio vnita eſt,& indiuiſa omnimode in tribus perſonis,hinc eſt,quod neceſſe eſt incarnationis operationem à tota trinitate emanare. Quia vero eſt à primo principio inquantum eſt reparatiuum remediando,& totum genus humanum lapſum fuerat, & vitiatum,non ſolum ratione animæ, verum etiam & carnis,hinc eſt quod neceſſe fuit,quòd totum aſſumeretur,vt totum curaretur. Et quoniam nobis magis nota eſt pars carnis & magis à Deo diſtat, vt expreſſior fiat nominatio,& maior exprimatur humiliatio,& profundior explicetur dignatio,hinc eſt,quòd opus iſtud non inanimatio, ſed incarnatio nominatur. Rurſus, quia cum ſit à primo principio inquantum eſt reparatiuum ſatisfaciendo, & ſatisfactio non fit niſi ab eo qui debet & poteſt, & non debet niſi homo, nec poteſt niſi Deus, oportuit, quòd in ſatisfactione ſimul eſſet concurſus vtriuſque naturæ, diuinæ, ſcilicet, & humanæ.

Nec debuit niſi homo, nec potuit niſi Deus, nos redimere.

Et quia impoſſibile eſt, quod diuina natura cōcurrat cum alia,ſicut pars ad conſtitutionem tertij, nec quod ipſa tranſeat in aliam naturam, nec alia natura tranſeat in ipſam,propter ſimplicitatem,& immutabilitatem ipſius perfectiſſimā, hinc eſt quòd deitas, & humanitas non vniuntur in vnitate naturę,nec accidentis,vniūtur igitur in vnitate perſonæ,& hypoſtaſis. Et qm̄ diuina natura in nullo ſuppoſito poteſt ſubſiſtere, ꝑterquā in propria hypoſtaſi,ideo vnio illa non poteſt eſſe in hypoſtaſi, ſeu perſona hominis, ſed Dei,ac per hoc illam vnionem,primum principium in vna ſuarum hypoſtaſum fecit ſeipſum ſuppoſitum humanæ naturæ, & ita vna tantum eſt ibi perſonalitas,& vnitas perſonalis, ex parte ſcilicet aſſumentis, Poſtremo, quia eſt à primo principio,vt eſt reparatiuum reconciliando,& reconcilians eſt mediator, mediatio autem proprie conuenit Dei filio,ideo & incarnatio. Mediatoris nanque eſt, eſſe medium inter hominem & Deum, ad reducendum hominem ad diuinam cognitionem, ad diuinam conformitatem, & ad diuinam filiationem. Nullum autem decet magis eſſe medium quàm perſonam, quæ producit,& producitur, quæ eſt media trium perſonarum. Nullumque magis decet reducere hominem ad diuinam cognitionem quàm verbum, quo ſe pater declarat, quod eſt vnibile carni ſicut & verbum voci. Nullumque magis decet reducere ad diuinam conformitatem, quàm eum qui eſt imago patris. Nullumque magis decet ad filiationem adoptiuam reducere quam filium naturalem;ac per hoc nullum magis decet fieri filium hominis, quam ipſum filium Dei. Quoniam igitur idem omnino eſt filius hominis, & Dei ratione incarnationis, & quæcunque vni,& eidem ſunt eadem,inter ſe ſunt eadem. Hinc eſt quòd neceſſario fit communicatio idiomatum, niſi ſit vocabulum,in quo aliqua repugnantia includatur, ſicut

ſunt

ſunt iſta in quibus includitur reſpectus vnionis vnius naturæ ad alteram, ſicut vnire, incarnari, aſſumere, & aſſumi, vel negatio alicuius, cuius oppoſitum alteri cõpetit, ſicut incipere eſſe, creari, & conſimilia, in quibus inſtantia fertur contra regulam præhabitam, propter cauſam prædictam.

### *De incarnatione, quantum ad modum.* Cap. 3.

Quæ concurrerunt ad opus incarnationis.

DE modo incarnationis hoc tenendum eſt, quod Angelo nunciante virgini myſterium incarnationis perficiendum in ipſa, virgo credidit, appetiit, & cõſenſit, ſpiritus ſanctus in eam ſuperuenit ad ſanctificandum, & fœcundandum, cuius virtute virgo concepit Dei filium, quem virgo peperit, & poſt partum virgo permanſit. Concepit autem nõ ſolum carnem, verum etiam carnem animatam, & verbo vnitam, nulli peccato obnoxiam, ſed omnino ſanctam, & immaculatam, ratione cuius mater Dei dicitur, & eſt dulciſſima virgo Maria. Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ, hæc eſt. Quia incarnatio eſt opus, manans a primo principio, inquantum eſt reparatiuum modo congruẽtiſſimo, modo communiſſimo, & modo completiſſimo. Decet enim eius ſapientiam operari congrue, decet eius largitatem operari communiter, & virtutem operari perfecte. Quoniam ergo incarnatio eſt a primo principio reparante, modo congruentiſſimo, & cõgruus modus eſt, quod medicina ex oppoſito reſpondeat morbo, & reparatio lapſui, & remedium nocumẽto. Cum ergo genus humanum lapſum fuerit per diabolicam ſuggeſtionem, & per conſenſum mulieris deceptæ, & generationem, concupiſcentialem transfundentem originale in prolem, oportuit, quod e contrario hoc eſſet Angelus bonus ſuadens bonum, & virgo credens, & conſentiens in bonum ſuaſum, & charitas ſpirituſſancti ſanctificans, & fœcundans ad conceptũ immaculatum, vt ſic contraria contrariis curarentur.

Angelus debuit annuntiare.

Ac per hoc ſicut mulier per diabolum decepta, & per virum concupiſcibiliter cognita, & corrupta, tranſfudit in omnes culpam, morbum, & mortem, ſic mulier per Angelum erudita, & per ſpiritumſanctum ſanctificata, & fœcundata, abſque omni corruptione tam mentis, quam corporis prolem generaret, quæ omnibus ad ipſam venientibus, daret gratiam ſanitatem, & vitam. Rurſus, quia incarnatio eſt a primo principio reparante modo communiſſimo. Nam per verbum incarnatum reparatur lapſus hominum, & angelorum, vt pote cœleſtium, & terreſtrium, & hominum lapſus reparatur ſecundum vtrunque Sexum, vt medicamentum ſit commune omnibus, decentiſſimum fuit, quod ad incarnationis myſterium fieret concurſus Angeli, mulieris, & uiri: Angeli, vt denuntiantis, mulieris uirginis, vt concipientis, viri vero, vt conceptæ prolis, vt ſic Angelus Gabriel eſſet nũcius patris æterni, virgo immaculata eſſet tẽplũ ſpirituſſancti, proles cõcepta eſſet ipſa perſona verbi, ac per hoc in cõi reparatione oĩum, cõis fieret concurſus triũ de triplici hierarchia, ſcilicet diuina, angelica, & humana, ad inſinuandũ nõ ſolum trinitatem Dei, verum etiam generalitatem beneficii, & liberalitatem reparatoris ſummi.

Angelus, mulier, & vir ſimul.

Et quoniã liberalitas ſpirituiſancto appropriatur, & ſanctificatio virginis in qua peracta fuit verbi conceptio, hinc eſt, quod licet opus illud ſit a tota trinitate, per appropriationem tamen dicitur virgo concepiſſe de ſpirituſancto. Poſtremo quoniam eſt a primo principio, reparãte modo completiſſimo, hinc eſt, quod in conceptione, completio debita fuit in prole, fuit in cõceptu, fuit et in virtute concipiente. Et quia completio debita debuit eſſe in prole, hinc eſt, quod in inſtanti conceptionis, non tantum fuit ſeminis deciſio, verum etiã conſolidatio, configuratio, viuificatio per animam, & deificatio, per deitatem vnitam, vt ſic virgo Dei filiũ vere conciperet per vnionem carnis ad deitatem, mediante ſpiritu rationali, per quem tanquam per medium congruentiæ, caro erat idonea ad vnionẽ.

In primo inſtãti incarnationis multa myſteria celebrantur.

Quia vero completio debita debuit eſſe in conceptu, cum ex quatuor modis, tres modi producendi hominem præceſſiſſent, primus nec de viro, nec de muliere, ſicut in Adam, ſecundus de viro ſine muliere, ſicut in Eua, tertius de muliere, & viro, ſicut in omnibus concupiſcibiliter natis, decuit ad complementum vniuerſi, quartum modum introduci, qui. ſ. eſſet de muliere, ſine ſemine virili, per virtutem ſummi operatoris. Quia vero completio debita debuit eſſe in virtute, hinc eſt ꝙ in conceptione filii Dei ſimul concurrit virtutis innata, virtus infuſa, & virtus increata. Virtus innata materiam præparauit, virtus infuſa purificando ſegregauit, virtus increata ſubito perfecit quod non poterat à virtute creata, niſi ſucceſsiue fieri. Et ſic beatiſsima virgo Maria mater fuit, completiſsimo modo, ipſum Dei filium concipiendo abſque viro, fęcundante ſpirituſancto. Et quia in mente virginis amor ſpirituſſancti ſingulariter ardebat, ideo in carne eius virtus ſpirituſſancti miracula faciebat, gratia. ſ. partim excitante, & partim adiuuante, & partim eleuante naturam, iuxta quod conceptus ille mirabilis exigebat.

Nota.

### *De incarnatione quantum ad plenitudinem temporum.* Cap. 4.

DE tempore vero incarnationis hoc tenendum eſt, quod licet Deus in principio potuerit incarnari, noluit tamen niſi in fine ſæculorum, præcedente lege naturæ, & lege figuræ, poſt Patriarchas et Prophetas, quibus, et per quos fuit incarnatio repromiſſa, poſt quos incarnari dignatus eſt tanquam in ſine temporum, et plenitudine, iuxta quod dicit Apoſtolus. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.

Galat. 4.

Ratio autem ad intelligentiam horum, hæc eſt. Quia incarnatio eſt opus primi principij reparantis, iuxta quod decet, et conuenit ſecundum libertatem arbitrii, ſecundum ſublimitatem remedii, et ſecundum integritatem vniuerſi. Nam ſapientiſsimus artifex, in agendo, omnia hæc attendit. Quoniam ergo libertas arbitrii hoc requirit, vt ad nihil trahatur inuita, ſic debuit Deus genus humanum reparare, ut ſalutem inueniret, qui vellet quærere ſaluatorem, qui vero nollet quærere ſaluatorem, nec ſalutem per conſequens inueniret.

Ratio prima, cur Deus tandiu diſtulerit incarnari.

Nullus autem quærit medicum, niſi recognoſcat morbũ, nullus quærit doctorem, niſi recognoſcat ſe ignorantem, nullus quærit adiutorẽ, niſi recognoſcat ſe impotentem. Quia igitur homo in principio ſui lapſus, adhuc ſuperbiebat de ſcientia, et uirtute, ideo pręmiſit Deus tempus legis naturæ, in quo conuinceretur de ignorantia. Et poſt cognita ignorantia, ſed permanente ſuperbia de virtute qua dicebant, non deeſt, qui faciat, ſed deeſt qui iubeat, addidit legem præceptis moralibus erudientem, et cęremonialibus aggrauantem, vt habita ſcientia, et cognita impotentia, confugeret homo ad diuinam miſericordiam, et gratiam poſtulandam, quæ data eſt nobis in aduentu Chriſti, ideo poſt legem naturæ, et ſcripturæ, ſubſequi debuit incarnatio verbi. Rurſus quoniam ſublimitas remedii requirit, vt credatur fide firmiſsima, et

ametur charitate ardentiſsime,tanquam myſterium, ſecretiſsimum,& ſaluberrimum, ideo congruentiſsime fuit vt ante Chriſti aduentum pręirent multa teſtimonia prophetarum,tam explicita in verbis,quam implicita in figuris,vt multis,& firmis teſtimoniis,ꝙ erat ſecretum,fieret certum,& indubitabile ad credẽdum. Pręirent etiam multiplicia promiſſa, & ardentiſsima deſideria,vt promiſſum beneficium expectaretur,expectatum differretur,dilatum amplius deſideraretur,& diu deſideratũ,feruentius amaretur, & gratioſius ſuſciperetur,& ſuſceptũ ſollicitius ſeruaretur.

Tertia ,& potiſsima ratio.

Poſtremo ꝙ integritas,& perfectio vniuerſi requirit, vt vniuerſa ſint ordinata quantum ad loca,& quantum ad tempora,& hoc opus,ſ.incarnationis erat perfectiſsimum inter omnia opera diuina,& proceſſus debet eſſe ab imperfecto ad perfectum,& non econuerſo,hinc eſt ꝙ opus illud debuit fieri in fine temporũ, vt ſicut primus homo,qui erat totius mundi ſenſibilis ornamentum,vltimo fuerat conditus, ſ. ſexto die, ad totius completionem, ſic ſecundus homo totius mundi reparati complementum,in quo primum principium coniungitur cum vltimo, ſcilicet Deus cum limo,fieret in fine temporum, hoc eſt in ſexta ætate, quæ eſt ætas apta ad exercitium ſapientiæ,& ad eneruationem concupiſcentiæ,& ad tranſitum à ſtatu turbinis ad quietem,quæ omnia competunt ſextæ ætati decurſus mundi propter incarnationem filii Dei.

Quæ ſit plenitudo temporis.

Qm̃ ergo aduentus Chriſti,fuit in tempore legis & gratiæ & in exhibitione miſericordiæ repromiſsæ,& in principio ætatis ſextæ,& hæc omnia dicunt plenitudinẽ, quia lex gratiæ implet legem ſcripturæ,& ſolutio promiſsi implet promiſsionem, & ſexta ætas ratione perfectionis ſenarii,ſonat in plenitudinem, hinc eſt ꝙ in aduentu filii Dei dicitur eſse plenitudo temporum, non propter hoc ꝙ in eius aduentu tempus finiatur, ſed quia temporalia miſteria impleantur. Sicut autem Chriſtus non debuit venire in principio temporis, quia aduẽtus eius nimis fuiſset feſtinus,ſic nec debuit differre vſq. in finem vltimum,quia tunc nimium eſſet tardus. Decebat enim Saluatorẽ inter tempus morbi,& tempus iudicii,introducere tempus remedii. Decebat mediatorem quædam ſuorum membrorum ꝓcedere,quædam ſequi.

Optimæ decentiæ.

Decebat ductorem perfectum, tunc ſe oſtendere cum eſset opportunitas currendi ad brauium,& hoc eſt in fine temporum, & citra terminum,& in approximatione ad finale iudicium,vt per timorem iudicii ſtimulati,& per ſpem præmii attracti,& per perfectionem exempli animati vigoroſè,& perfectè ſequamur ducem de virtute in virtutem, vſq. quo perueniamus ad brauium fœlicitatis æternæ.

### *De plenitudine gratiæ Chriſti, quantum ad chariſmata in effectu. Cap.5.*

POſtquam innotuit nobis verbum incarnatum quãtum ad vnionem naturarum,conſiderandum eſt, quantum ad plenitudinem chariſmatum ſpiritualiũ. Circa quæ primo conſideranda eſt plenitudo gratiæ in affectu,deinde plenitudo ſapientiæ in intellectu,& poſtremo plenitudo meriti in opere & effectu.

Chriſtus plenus,gratia, & veritate. Ioan. 1.

De plenitudine igitur gratiæ in effectu,in Chriſto hoc tenẽdum eſt ꝙ in Chriſto a ſui conceptione,fuit plenitudo omnis gratiæ quantum ad gratiam ſingularis perſonæ,quantum ad gratiam capitis, & quantum ad gratiam vnionis. Ita quod per gratiam, ſingularis perſonæ,habuit omnis culpæ immunitatem,& quantum ad actum,& quantum ad poſſe,quia nec peccauit,nec peccatum potuit habere. Per gratiam vnionis dignus eſt, non tantum fœlicitate gloriæ,verum etiam adoratione latriæ,quæ eſt cultus reuerentiæ ſoli Deo debitæ. Per gratiam vero capitis,influit motum, & ſenſum in vniuerſos, qui ad eum accedunt vel per fidem rectã, vel per fidei ſacramenta,ſiue aduentum eius præceſſerint,ſiue fuerint ſubſecuti. Nam & qui præibãt, & qui ſequebantur,clamabant, oſanna filio Dauid.

Matth. 21.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia reparatio,eſt operatio primi principii,ita quod ab ipſo manat ſecundum liberalitatem, & ad ipſum reducit ſecundum conformitatem,ideo oportet ꝙ fiat per gratiam,& deiformitatem. Gratia.n.& manat à Deo liberaliter,& reddit hominem deiform. Quoniam ergo reparatiuum principium per gratiam reparat, & omnis res plenius,& perfectius eſt in ſuo fonte,& origine quàm alibi,neceſse eſt ꝙ in principio noſtro reparatiuo ſ.Chriſto Dño fuerit omnis gratiæ plenitudo.

De triplici gratia in Chriſto

Et quoniam reparatiuum principium in reparando non tantum tenet rationem principii, verum etiã medii & extremi, extremi quidem in ſatisfaciendo, medii in reconciliando,& principii in ſuperfluendo, ideo neceſse eſt ꝙ in Chriſto fuerit plenitudo gratiæ ratione extremi ſatisfacientis,medii reconciliantis, & principii ſuper influentis. Quoniam igitur extremum ad ſatisfaciendum idoneum,neceſſe eſt eſſe Deo placens,ac per hoc ab omni peccato perfectè immune, & hoc non poteſt eſse niſi per donum diuinæ gratiæ in aliquo homine,neceſſe fuit ponere in Chriſto gratiam ipſam ſanctificantem, & confirmantem, quam vocamus gratiã ſingularis perſonæ. Rurſus Quoniam medium ad reconciliandum conueniens non eſt, niſi habeat in ſe vtranque naturam ſuperiorem & inferiorem,ſ.adorabilem,& adorantem,& hoc nullo modo fieri poteſt niſi per ſumme dignatiuam, & gratuitam vnionem,ideo neceſse eſt in Chriſto ponere gratiam ſuper omnem gratiam,& omni modo reuerentiã venerandam,quam vocamus gratiam vnionis, ratione cuius Chriſtus homo eſt ſuper oĩa benedictus Deus,& ideo cultu latriæ venerandus.

Gratia Vnionis eſt ſumma.

Poſtremo principium influendum,efficax non eſt, niſi habeat in ſe plenitudinem fontalem,& originalem,quæ non tantum eſt plenitudo ſufficientiæ,ſed etiam ſuperabundantiæ,ideo neceſse eſt verbum incarnatum eſse plenum gratiæ & veritatis,ita quod de plenitudine eius accipere valeant vniuerſi iuſti,ſicut vniuerſa membra à capite recipiunt influentiam motus & ſenſus. Et propter hoc vocatur hæc gratia, gratia capitis,pro eo,ꝙ ſicut caput habet in ſe ſenſuum plenitudinem, & cæteris membris eſt conforme,cæterisque pręſidet, ac cæteris beneficium præſtat influentiæ, quæ ipſi capiti connectuntur, ſic Chriſtus habens in ſe gratiam ſuperabundantem,& nobis conſimilis in natura,præ cæteris ſanctus,& iuſtus,cæteris,qui ad ipſum accedũt præſtat beneficium gratiæ,& ſpiritus, per quæ fit ſenſus & motus in ſpiritualibus.

Fides eadẽ,in præteritis,præſentibus, & futuris, iõ reſpectu omniũ vnus eſt Chriſtus.

Et quoniã ad ipſum accedere eſt per fidem,vel per fidei ſacramentum,& fides Chriſti eadem eſt in præteritis,præſentibus,& futuris,ideo ratio influendi in Chriſto ponitur reſpectu omnium tam præteritorum, quàm præſentium, quã etiam futurorum in Chriſtum credentiũ,& in Chriſto renatorum,qui per fidem copulantur Chriſto, & per gratiam influentem fiunt membra Chriſti, & templa Spiritusſancti,ac per hoc filii Dei patris, connexi ad inuicẽ per indiſsolubile vinculum charitatis. Quod ſicut diſtantia locorum non diuiditur,ſic nec diuturnitate temporum ſeparatur,ac per hoc omnes iuſti,vbicunque ſint,& quandocunque fuerint,vnum efficiunt corpus Chriſti myſticum,ſenſum & motum ſuſcipiẽdo ab vno capite influente,ſecundum fontalem, radicalem, & originalem plenitudinem omnis gratiæ in Chriſto habitantis ſicut in fonte.

*De plenitudine ſapientiæ Chriſti in intellectu.*
*Cap.* 6.

Plenitudo ſapientiæ triplex in Chriſto.

Quinque modi cognoſcendi in Chriſto

DE plenitudine vero ſapientiæ Chriſti in intellectu, hoc tenēdum eſt, quod in verbo incarnato, Chriſto.ſ.Domino noſtro, fuit omnis ſapientiæ plenitudo, non ſolum quantum ad cognita, verum etiam quo ad cognoſcendi modos, & differentias. In Chriſto namque fuit cognitio ſempiternalis ex parte deitatis, cognitio ſenſibilis ex parte ſenſualitatis, & carnis, cognitio ſcientialis ex parte mentis, & ſpiritus. Et hæc fuit triplex, quædam ſcilicet per naturam, quædam per gratiam, & quędam per gloriam. Vnde ſapientiam habuit, & vt Deus & vt homo, & vt comprehenſor, & vt viator, & vt illuminatus per gratiam, & vt rectè formatus per naturam, & ita in vniuerſo fuerunt in Chriſto quinque modi cognoſcendi. Primus eſt ſecundum diuinam naturā, & hoc modo cognouit omnia actualia, & potentialia, finita & infinita, cognitione actuali, & comprehenſiua. Secundus eſt per gloriam, & hoc modo cognouit omnia actualia, & finita, cognitione actuali, & comprehenſiua, infinita vero cognitione habituali, vel exceſſiua. Tertius per gratiam, & hoc modo cognouit omnia ſpectantia ad humani generis redemptionem. Quartus eſt ſecundum naturam integram, cuiuſmodi fuit in Adam, & hoc modo cognouit omnia, quæ ſpectant ad vniuerſi cognitionē. Quintus eſt ſecundum ſenſibilem experientiam, & hoc modo cognouit omnia, quæ veniunt ad organa ſenſuum, ſecundum quem modum dr̄, quod didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam. Ratio autem ad intelligētiam prædictorum hæc eſt. Quia ſicut reparatiui principii eſt nos reparare per liberaliſſimam gratiam, ſic etiam per prouidentiſſimam ſapientiam. Quod. n. ſecundum ordinem ſapientię conditum fuerat, nō poteſt abſq. luce & ordine ſapiētiæ reparari, & ideo ſicut Chriſtus debuit eſſe immunis ab omni culpa, ſic elongatus debuit eſſe ab oī ignorātia, ac totaliter repletus ſupernæ ſapientiæ luce, & circunfulgentia. Quapropter cognitionem perfectam habuit ſecundum vtranque naturam, & potentiam cognoſcitiuam, & ſecundum omnium rerum exiſtentiam. Quia ergo res habent eſſe in æterna arte, & in humana mente, & in proprio genere, neceſſe fuit Chriſtum habere hanc triformem rerū cognitionem. Quia vero res dupliciter poteſt cognoſci in arte, ſ. vel ab ipſo artifice, vel ab alio contemplāte artem, ſimiliter habet dupliciter cognoſci in mente, etiam præter acquiſitionem, quæ Chriſto non competit propter imperfectionem, ſ. vel ſecundum habitum innatum, vel ſecundum habitum infuſum, hinc eſt, ꝙ neceſſarium fuit ad perfectam ſapientiæ plenitudinē, quinque modos prædictos reperiri in Chriſto Deo, & homine, vt in arte æterna cognoſceret res, & per naturam deitatis, & per gloriam comprehenſionis, in mente autem ſua per habitum naturalem, & innatū, ſicut cognouerunt Adam & Eua, & angeli, & per habitum gratuitum, & infuſum, ſicut ſancti Dei per Spiritum ſanctum illuminati, in proprio vero genere cognoſceret via ſenſus, & memoriæ, & experientiæ, quæ in nobis facit rem incognitam cognoſci, in Chriſto verò rem cognitam, ſecundum vnum modum, cognoſci fecit ſecundum alium modum. Quoniam autem diuina ſubſtantia virtus, & operatio eſt immēſa, hinc eſt, quod ſecundum primum modum qui eſt per naturam deitatis, infinita actualiter comprehendit, quod enim ineffabili modo ſummè infinito, omnis infinitas eſt finita. Quia vero creaturæ quantuncunque ſublimatæ finita eſt ſubſtantia, virtus, & operatio, ita tamē quod mens humana non quieſcit, niſi in bono infinito, nec tamen illud proprie comprehendit, quia infinitum non comprehenditur a finito, accepta comprehēſione proprie, hinc eſt, quod quantum ad ſecundum modum cognoſcendi, aīa Chriſti per gloriam comprehenſionis, capit quantuncunq. poteſt capere nata finita, per bonum infinitum beatificata, cui eſt ſummè vnita, ac per hoc ad finita ſe extendit actualiter comprehendendo, ad infinita vero habitualiter, vel etiam excedendo, nō enim poteſt anima Chriſti æquari verbo, nec in ſcientia nec in aliquo alio. Rurſus, quia gratia maxime reſpicit opus reparationis, hinc eſt, quod ſecundum tertium modum cognoſcendi per gratiam perfectiſſimā, cognouit Chriſtus omnia, quæ ſpectant ad reparationem noſtram, longe excellentius, & melius, quam aliquis prophetarum, vel etiam angelorum. Amplius, quia natura hominis bene inſtituta, nata erat omnibus creaturis præeſſe, & ipſas noſſe tāquam eas, quæ debeant ſibi ſeruire, ſicut patuit in primi hominis conditione, hinc eſt, quod quantum ad quartum modum cognoſcendi, cognouit Chriſtus omnia, quæ ſpectant ad mundanam machinam conſtruendam, lōge excellentius quam Adam. Poſtremo quia ſenſus nō eſt perceptiuus rerum, niſi ad obiecti præſentiā, hinc eſt, quod ſecundum cognitionem ſenſitiuam non ſimul cognoſcebat omnia, ſed modo hęc, modo illa, iuxta quod oportunum erat ad reparationem humani generis faciendam.

Heb. 5.

Quælibet res habet triplex eē.

Nota.

*De plenitudine meriti Chriſti in effectu.*
*Cap.* 7.

Septē modi merēdi in Chriſto.

DE plenitudine autem meriti Chriſti hoc tenendum eſt, quod in Chriſto Domino fuit omnis meriti perfectio & plenitudo. Primo quantum ad eum qui merebatur, quia non tantum fuit homo, verumetiam Deus. Secundo quantum ad tempus in quo merebatur, quia ab inſtanti conceptionis ſuæ vſq; ad horam mortis ſuæ. Tertio quantum ad id per quod merebatur, quia per perfectiſſimum habitum charitatis, & perfectiſſimum exercitium virtutis in orando, in agendo, & in patiendo. Quarto quantum ad eum cui merebatur, quia non tantum ſibi, verumetiam nobis, immo omnibus iuſtis. Quinto quantum ad illud quod merebatur nobis, quia non tantum gloriam, verumetiam gratiam, & veniam, & non tantum gloriam ſpiritus, ſed etiam ſtolam carnis, & apertionem ianuæ cœleſtis. Sexto quantum ad id quod merebatur ſibi, quia licet non mereretur ſibi glorificationem mētis quam iam habebat, merebatur tamen glorificationem corporis, & accelerationem reſurrectionis, & clarificationem ſui nominis, & dignitatem iudiciariæ poteſtatis. Septimo quantum ad modum, quo merebatur. Cum .n. tripliciter dicatur aliquis mereri, vel de indebito faciendo debitum, vel de debito faciēdo magis debitū, vel de debito uno modo, faciendo debitum alio mō, omnibus his modis meruit nobis, tertio tantum modo meruit ſibi faciente hoc plenitudine gratiæ Spiritusſancti, per quam Chriſtus ſimul erat beatus, & in ſtatu merendi, ita quod ſuper eius meritum, omnia merita noſtra habent fundari. Ratio autem ad intelligētiā horum hæc eſt. Quia cū in principio reparatiuo, Chriſto.ſ. Domino noſtro neceſſaria fuerit plenitudo gratiæ & ſapientiæ, quæ ſunt nobis origo rectè, & ſanctè viuendi, neceſſe eſt, quod in Chriſto fuerit plenitudo, & perfectio omnis meriti, ſecundum omnem modum plenitudinis. Quia enim in Chriſto fuit plenitudo gratiæ vnionis, per quam erat Deus ab inſtanti cōceptionis, habens gloriam comprehenſionis, & motum liberi arbitrii, hinc eſt, ꝙ neceſſario fuit in Chriſto perfectio meriti, & quantum ad excellentiſſimam dignitatem

tem merentis,& quantum ad celerrimam oportunita
tem temporis. Rurſus quia fuit in eo plenitudo gratię
ſingularis perſonæ,per quam habuit firmam charita-
tem.& omnes virtutes perfectas,quārum ad habitus,
& exercitia neceſſe fuit,quòd in eo eſset plenitudo me
riti,quantum ad id per quod cōtingit mereri,cuiuſmo
di eſt radix charitatis,& actus multiplicis virtutis. Am
plius,quia fuit in eo plenitudo gratiæ capitis, per quā
pleniſsimam habuit influentiam in membra ſua,hinc
eſt,quod plenitudinem habuit meriti,non tantum re-
ſpectu ſui,ſed etiam reſpectu noſtri, quibus ſicut om-
nia ſpiritualia,quæ habemus influit ratione deitatis,ſic
meruit ratione aſſumptæ humanitatis, ſiue ſint bona
ſtatus pſentis,ſiue æternæ fœlicitatis. Poſtremo,quia
tātorum chariſmatum plenitudo neceſſario ponebat
in Chriſto ſummam,& perfectam fœlicitatem,ſecun-
dum ſui partem ſuperiorem,licet diſpenſatiuè propter
nos eſset in ſtatu viæ,hinc eſt,quod perfectionem ha
buit meriti,quautum ad id quod meruit ſibi,quia non
gloriam & beatitudinem animæ concreatam,quæ na
turaliter in ipſo omne meritum ante ibat,ſed ſolum il
la cum quibus ſtatus vitæ ſtare non poterat, ſicut ſto-
lam carnis cum glorificatione, ſuę excellentiſsimæ di-
gnitatis, hinc eſt,quod perfectionē habuit meriti quā
tum ad modum merendi. Quia enim in ipſo ab inſtan

Nota.

ti cōceptionis fuit perfectiſsima plenitudo,ſtatim om
nia meruit,quæ potuit mereri reſpectu ſui,ac per hoc
de debito vno modo,facere potuit debitum alio mo-
do,de indebito autē debitum,vel de debito, magis de
bitum facere non potuit ſibi,quia nullo modo potuit
in ſanctitate proficere,cum à principio eſset ſanctiſsi-
mus,fecit tamen hoc nobis,quod merito ipſius iuſtifi
camur per gratiā,& proficimus in iuſtitia, & per ęter
nam gloriam coronamur. Ac per hoc, in merito Chri
ſti radicata ſunt omnia merita noſtra, ſiue ſatisfacto-
ria pœnæ, ſiue meritoria vitæ æternæ,quia nec ab of-
fenſa ſummi boni digni ſumus abſolui,nec immenſi-
tatem æterni præmii,quæ Deus eſt,digni ſumus lucra
ri,niſi per meritū nominis Dei,qui dicere poſsumus,

Omniamerita noſtra radicata in merito Chriſti.

& debemus. Omnia opera noſtra operatus es in nobis
Domine. Ipſe inquam eſt Dominus cui propheta di
xit. Dixi domino Deus meus es tu, quoniam bono-
rum meorum non eges.

Iſa. 26.

Pſalm. 15.

*De paſsione Chriſti inquantum ad ſtatum patien-*
*tis.* Cap. 8.

POſtquam circa verbum incarnatum conſiderata
eſt vnio naturarum, conſiderata eſt nihilominus
plenitudo chariſmatum,deinde cōſideranda eſt tole-
rantia paſſionum. Circa quam cōſiderādus eſt ſtatus
patientis,& modus patiēdi,& exitus paſsionis. De ſta
tu vero patientis hæc tenēda ſunt, ſcilicet quod Chri
ſtus aſsumpſit non tantum humanam naturam, ſed
etiam defectus circa naturam. Aſsumpſit enim pœna

Tria conſideranda in paſsione Chriſti.

litates corporales,vt famem, ſitim, & laſſitudinem.
Aſsumpſit & ſpirituales,vt triſtitiam,gemitum,& ti-
morem. Nec tamē omnes corporales aſsumpſit, ſicut
ſunt delectus ęgritudinum corporaliū multiformiū.
Nec omnes ſpirituales,ſicut ſunt ignorantia,& rebel
liones carnis ad ſpiritum. Nec qualitercūq; quia ſic
neceſsitatem patiendi ſuſcepit, vt tamen nihil pati
poſset inuitè,nec ſecundum voluntatem diuinitatis,
nec ſecundum voluntatem rationis,licet paſſio fuerit
contra voluntatem ſenſualitatis,& carnis, ſicut expri
mit oratio Saluatoris,quæ dicit. Non ſicut ego uolo,
ſed ſicut tu vis.

Ratio autem ad intelligētiam prædictorū hęc eſt.
Quia cum principium reparatiuum in reconciliando,
neceſsario habeat mediatoris officium, ideo neceſse
eſt, ꝙ habeat conuenientiam cum vtroque extremo-

Math. 26.

rum non ſolum quantum ad naturam, verum etiam
quantum ad ea quæ ſunt circa naturā, quoniam ergo
Deus eſt iuſtus,& beatus,impaſsibilis,& immortalis,
homo vero lapſus eſt peccator,& miſer,paſsibilis, &
mortalis, neceſse fuit mediatorem Dei,& hominum,
vt poſset hominem reducere ad Deum,cum Deo cō
municare in iuſtitia,& beatitudine, cū homine vero
in paſsibilitate,& mortalitate,vt ſic habendo mortali
tatem tranſeuntem, & beatitudinem permanentem,
hominem reduceret de præſenti miſeria ad vitā bea-
tam. Sicut econtra,angelus malus habendo immorta
litatem cum miſeria,& iniuſtitia,fuit mediator faciēs
cadere in culpam,& miſeriam per ſuggeſtionem ſuā.
Quoniā ergo Chriſtus mediator debuit habere inno
centiam,& beatitudinem fruitionis,cū mortalitate &
paſsibilitate,hinc eſt, quod ſimul debuit eſſe viator,
& comprehenſor. De omni enim ſtatu aliquid ha-
buit in ſe,ſecundum quod dicitur,aſsumpſiſse de ſtatu
innocentiæ peccati immunitatem,de ſtatu naturę lap
ſę mortalitatem, de ſtatu vero gloriæ beatitudinem
fruitionis perfęctæ.

Rurſus quoniam pœnalitates vitioſe,ſicut ſunt illa
quatuor propter peccatum mortale inflicta, ſcilicet
ignorantia, infirmitas,malicia,& cōcupiſcentia ſtare
non poſſunt cum perfectiſsima innocentia, hinc eſt,
quod has nec aſsumere debuit,nec aſsumpſit. Quia ve
ro pœnæ,quæ ſunt exercitatiuæ virtutis perfectę, &
teſtificatiuæ humanitatis veræ non ſimulatæ,potiſsi-
mæ illæ ſunt,quæ reſpiciunt noſtram naturam in cō-
muni,ſicut fames,& ſitis in abſentia alimēti,triſtitia,
& timor in preſentia nocumenti, hinc eſt, quod illas
debuit aſsumere,& aſsumpſit. Poſtremo quia nullus
innocens debet inuitus aliquam pœnam ſubſtinere,
hoc eſset contra ordinē diuinæ iuſtitiæ,nullus ēt mor
talis vult mori,& pati,ſecundum appetitum naturæ,
quia naturaliter refugit mortem,hinc eſt quod Chri-
ſtus debuit habere huiuſmodi pœnalitates,ſic tamen

Innocentē inuitum pati eſt contra ordinē diuinæ iuſtitię.

vt nihil poſset pati inuite ſecundum rationem,nō ſo
ſum propter beatitudinem,& deitatem omnipotentē
ſibi vnitam,per quam poterat repellere omnia,ſed ēt
propter perfectiſsimam innocentiam, qua ſecundum
ordinē naturalis iuſtitię,nihil permittitur pati inuitę,
ſic etiam pateretur,vt etiam hoc eſset cōtra naturalē
inclinationem,& appetitū naturæ,qui eſt in ſenſuali
tate,& carne. Et hinc eſt,quōd Chriſtus orans ſecun
dum rationem,voluntatē carnis exprimebat,quæ paſ
ſionem refugiebat cum dicebat, Tranſeat à me calix
iſte, voluntatem rationis voluntati patris conforma-
bat,& appetitui carnis præponebat,cum dicebat. Nō

Duæ volūtates in Chriſto cōformes.

mea voluntas,ſed tua fiat. Et ſic vna uoluntas,nō erat
alteri contraria,quia ſecundum voluntatem diuinam,
quod iuſtum erat voluit, ſecundum volūtatem ratio
nis iuſtitiæ conſenſit,ſed ſecundum volūtatem carnis
pœnam recuſauit,ſed tamen iuſtitiam non accuſauit.
Et ſic vnaquęque voluntas,quod ſuum erat operaba
tur,& quod ad ſe pertinebat ſequebatur,voluntas ſci
licet diuina iuſtitiam,voluntas rationalis obedientiā,
voluntas carnis naturam ac per hoc non erat in Chri
ſto colluctatio,et pugna,ſed pacata ordinatio,et tran
quilitas ordinata.

*De paſsione Chriſti quantum ad modum patien-*
*di.* Cap. 9.

DE modo autem patiendi hoc tenendum eſt, ꝙ
Chriſtus paſsus eſt paſsione generaliſsima,paſ-
ſione acerbiſsima, paſsione ignominioſiſsima,
paſsione interemptoria,ſed viuificatiua. Paſsione in-
quam generaliſsima,quantū ad naturā humanā, nō
ſolum ſecundū omnia membra corporis principalia,
verum etiā ſecundum omnem animæ potentiā,licet

nihil

nihil pati poſſet ſecundum diuinam naturam. Paſſus eſt etiam paſſione acerbiſſima, quia non ſolum dolendo, vt patiens per vulnera, ſed etiam condolendo, vt compatiens propter noſtra delicta. Paſſus eſt etiam paſſione ignominioſiſſima, & propter patibulum crucis, quæ erat ſupplicium peſſimorum, & propter conſortium iniquorum, videlicet latronum, cum quibus fuit deputatus. Paſſus eſt etiam paſſione interemptoria per ſeparationem animæ à corpore, ſalua tamen vnione vtriuſque cum deitate. Anathema enim eſt, qui dicit Dei filium naturam quam ſemel aſſumpſit, aliquando reliquiſſe. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia reparatiuum principium, ſicut ordinatè produxit, ſic & ordinatè reparare debuit genus humanum. Sic igitur reparare debet, vt ſalua ſit libertas arbitrij, ſaluus ſit nihilominus honor Dei, ſaluus ſit etiam ordo regiminis vniuerſi. Quia ergo reparare debuit ſalua libertate arbitrij, reparauit dando exemplũ efficaciſſimum, exemplum autem illud efficaciſſimum eſt, quod inuitat, & informat hominem ad culmen virtutum. Nihil autem magis informat hominem ad virtutem, quam exemplum tolerandi mortem propter iuſtitiam, & obedientiam diuinam, mortem (inquam) non quácunque, ſed pœnaliſſimam. Nihil vero magis incitat, quàm tanta benignitas, qua pro nobis altiſſimus Dei filius abſq; noſtris meritis, imo cũ multis noſtris demeritis, poſuit animam ſuam, quæ benignitas tanto maior oſtenditur, quantum pro nobis grauiora, & abiectiora pati voluit Deus. Qui.n. proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ, quomodo nõ ẽt cum illo omnia nobis donauit? Ex quo inuitamur ad ipſum amandum, & amatum imitãdum. Rurſus quia reparare debuit ſaluo honore Dei, ideo reparauit offerendo obſequium ſatisfactiuum. Eſt autem ſatisfacere, honorem Deo debitum rependere. Honor autem Deo ſubtractus per ſuperbiam, & inobedientiam, reſpectu rei ad quam homo aſtringitur, nullo modo melius reſtituitur, quàm per humiliationem, & obedientiam ad eam rem, ad quam nullatenus tenebatur. Quoniam ergo Chriſtus Ieſus, inquantum Deus, equalis erat Patri in forma Dei, inquantum homo innocens nullatenus erat debitor mortis, dum ſemetipſum exinaniuit, & factus eſt obediens vſque ad mortem, exoluit Deo, que non rapuit per obſequiũ ſatisfactionis perfectæ, & obtulit ſacrificium ſuauitatis ſummæ pro perfecta Dei placatione. Poſtremò quia reparare debuit, ſaluo ordine regiminis vniuerſi, ideo remedium conuenientiſſimum reparauit. Conuenientiſſimum autem eſt, vt contraria contrarijs curentur.

Iſa. 54.

Exemplũ Chriſti efficaciſſimũ in paſſione.

Quomodo Chriſt' ſatisfecit iuſtitiæ Dei Patris

Paſſio Chriſti remediũ conuenientiſſimum.

Quia ergo homo volens eſſe ſapiens, vt Deus, peccauit in ligno vetito volens delectari, ita quòd inclinatus eſt ad libidinem, erectus in præſumptione, ac per hoc totum genus humanum infectum eſt, & perdidit immortalitatem, & incurrit debitam mortem, hinc eſt, ꝙ ad hoc, quòd homo repararetur conuenienti remedio, Deus factus homo, voluit humiliari, & in ligno pati, & contra vniuerſalem infectionem pati paſſione generaliſſima, contra libidinem paſſione acerbiſſima, contra præſumptionem paſſione ignominioſiſſima, contra mortem debitam, & inuitam, pati voluit mortem non inuitam, ſed voluntariam.

Quia ergo generalitas corruptionis in nobis infecerat non ſolum corpus, & animam, ſed etiam omnẽ corporis partem, & omnem animæ potentiam, hinc eſt, quòd Chriſtus paſſus eſt in omni corporis parte, & in omni potentia animæ, & in ſuperiori portione rationis, quæ ſummè in Deo delectabatur, vt ratio, & propter vnionem ſui ad ſuperius, & ſummè patiebatur vt natura, & propter coniunctionem ad inferius, quia Chriſtus erat viator & comprehenſor ſimul.

Pro generalitate corruptionis fuit generalitas paſſionis.

Rurſus, quia libido vehementer infecerat in nobis animam, & carnem, & quantum ad carnalia, & quantum ad ſpiritualia peccata, hinc eſt, quòd Chriſtus & acerbiſſima paſſione paſſus eſt in carne, & amariſſima compaſſus eſt in anima. Et quia in carne erat maxima æqualitas complexionis, & perfecta viuacitas ſenſuũ, in anima vero ſumma charitas ad Deũ, & ſumma pietas ad proximum, hinc eſt, quòd vterque dolor fuit intenſiſſimus. Amplius quia tumor ſuperbiæ aliquando conſurgit interius ex præſumptione, & aliquãdo exterius ex oſtentatione, & aliena laude, ideo ad remediandum omnem ſuperbiam, Chriſtus paſſus eſt vtrunque genus ignominiæ, & in ſe patiente, & in comitatu quẽ habuit in paſſione. Poſtremo quia hæc omnia non attingebant diuinam naturam impaſſibilem, ſed ſolum humanam, hinc eſt quòd in morte Chriſti ſic facta eſt diuiſio animæ à carne, vt tamen ſalua eſſet vnitas perſonæ, & vnio tam carnis quàm animæ cum deitate. Et quia vnio animæ cum corpore facit hominem, & facit viuum, hinc eſt, quòd Chriſtus non fuit homo in illo triduo, licet anima, & caro eſſent vnitæ cum verbo. Vnde quia mors in humana natura non potuit mortem inducere in perſonam, quæ ſemper fuit viua, ideo mortua eſt mors in vita, & per Chriſti mortem abſorpta eſt mors in victoria, & deuictus princeps mortis, ac per hoc homo à morte, & cauſa mortis, per meritum mortis Chriſti tanquam per medium efficaciſſimum liberatus.

Chriſt' nõ fuit homo in triduo mortis.

## *De paſſione Chriſti quantum ad exitum paſſionis. Cap. 10.*

De exitu autem paſſionis Chriſti, & fructu hæc indubitanter tenenda ſunt, quòd anima Chriſti poſt paſſionem deſcendit ad infernum, ſiue ad limbum, ad liberationem non omnium, ſed eorum qui inter membra Chriſti deceſſerunt, per fidem viuã, vel per fidei ſacramenta. Poſt hæc tertia die reſurrexit à mortuis, reſumendo corpus, quod primo viuificauerat, ſed nõ tale quale prius fuerat quia prius fuerat paſſibile, & mortale, poſtea autem reſurrexit impaſſibile, & immortale viuens perpetuo. Deinde poſt 40. dies aſcendit ad celos, vbi ſuper omnem creaturam exaltatus ſedet ad dexteram Dei patris. Quod dictum intelligitur non quantum ad ſitum, qui non competit Deo Patri, ſed quantum ad excellentiam bonorum, quia ſcilicet reſidet in potioribus bonis patris. Poſtremò interiectis 10. diebus miſit in Apoſtolos promiſſum Spiritumſanctum, per quem congregata eſt eccleſia gentium, & ordinata ſecundum diuerſas diſtributiones officiorum, & gratiarum.

Effectus ſiue fructus paſſionis Chriſti.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia ſicut Chriſtus inquantum verbum increatũ, perfectiſſimè omnia formauit, ſic inquantum incarnatum, omnia perfectiſſimè reformare debuit. Decet enim perfectiſſimum principium, opus non dimittere citra perfectum. Debuit ergo reparatorium principium redemptionis humanæ, remedium perducere ad perfectum. Ad hoc autem quòd eſſet perfectiſſimum, oportuit quòd eſſet ſufficientiſſimum, & efficaciſſimum. Quia ſufficientiſſimum, ideo ſe extendit ad cœleſtia, terreſtria, & infernalia. Quia ergo per Chriſtum ſunt infernalia recuperata, terreſtria remediata, cœleſtia reintegrata: ita quòd primum horum fecit per veniam, ſecundum per gratiam, & tertium per gloriam: ideo poſt paſſionem anima deſcendit ad inferos, ad liberandum in inferno detentos, deinde reſurrexit à mortuis ad viuificandum in peccatis mortuos, aſcendit ad cœlos reducendo captiuitatem, ad reintegrandum Hieruſalem

Perfectiſſimum opificẽ perfectiſſimum op' decet.

ruſalem cœleſtem, miſit Spiritumſanctum ad ædificandum Hieruſalem terreſtrem. Quæ omnia neceſſario conſequuntur, & exiguntur ad ſufficientiam reparationis humanæ. Rurſus quia remedium illud fuit efficaciſſimum, tam in eos, qui Chriſti aduentum præceſſerunt, quam in eos, qui ſequuntur, qui tamen ad ipſum Chriſtum acceſſerunt, & accedunt, & eius membra fuerunt, & ſunt, tales autem ſunt qui adhærent ei per fidem, ſpem, & charitatem, ideo remedium illud habere debuit efficacem, primo in eos, qui in Chriſtum crediderunt, credendo ſperauerunt, & ſperando amauerunt, ac per hoc ſtatim debuit ad inferos deſcendere ad ipſorum liberationem. Vnde aperta ianua cęli per Chriſti paſſionem, qui ſatisfaciendo amouerat rompheam, mutando ſententiam diuinam, eripuit de inferno omnia membra ſua. Debuit etiam habere efficaciam pręcipuam in eos, qui Chriſti aduentum ſequuntur, vt attrahendo ad fidem, ſpem, & charitatem, tandem ad gloriam perduceret cęleſtem.

Veritas mortis per ſepulturã probatur.

Vt igitur ædificaret ad fidem, qua credimus Chriſtũ verum hominem, & verum Deum, qua etiam credimus eum voluiſſe nos redimere per mortem, & ad vitam nos reducere poſſet per reſurrectionem, ideo voluit reſurgere ad vitam immortalem, interiecto tamen ſpacio temporis debito, ſcilicet 36. horarum, in quo oſtenditur, quòd vere mortuus fuit, nec magis accelerare debuit, ne ſi citius reſurgeret, crederetur, quòd nõ vere mortuus fuiſſet, ſed ſe mortuum finxiſſet nec amplius differre, ne ſi ſemper faceret in morte; crederetur impotens, & quòd nullos poſſet ad vitam reuocare, ideoque reſurrexit tertia die. Amplius vt erigeret ad ſpem, ad cœleſtem aſcendit gloriam quam ſperamus. Sed quia ſpes non oritur, niſi ex fide immortalitatis futuræ, & ideo non ſtatim aſcendit, ſed ſpacio quadraginta dierum interiecto, in quo per multa ſigna, & argumenta veram oſtenderet reſurrectionem, per quam animus ſolidaretur in fide, & ſubleuaretur ad ſperandum gloriam cœleſtem. Poſtremò vt inflammaret ad charitatem, miſit ignem Spirituſſancti in die Pentecoſtes. Et quia nullus hoc igne repletur, niſi qui petit, quærit, & pulſat, cum inſtanti, & importuno ſpei deſiderio, ideo non ſtatim poſt aſcenſionem miſit, ſed decem dierum ſpacio interiecto, in quo diſcipuli ieiunantes, orantes, & gementes diſpoſuerunt ſe ad Spirituſſancti ſuſceptionem. Ac per hoc ſicut debitam ſeruauit horam in patiendo, ſic in reſurgendo, ſic in aſcendendo in cœlum, ſic in mittendo Spiritumſanctum, & propter fundationem trium virtutum prædictarum, & propter multa myſteria, quæ in his temporibus implicantur. Et quoniam Spirituſſanctus qui charitas eſt, & per charitatem habetur, eſt omnium origo chariſmatum, ideo cum deſcendit Spirituſſanctus, effuſa eſt plenitudo chariſmatum ad Corpus Chriſti myſticum conſummandum. Et quia diuerſa membra debent eſſe in corpore perfecto & diuerſorum membrorum diuerſa officia, & exercitia, & diuerſorum officiorum diuerſa chariſmata, hinc eſt, quod vni datur per Spiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum, quæ omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult, ſecundum ſuam liberaliſſimam prouidentiam, & prudentiſſimam largitatem.

Obſeruatio temporum in myſterijs Chriſti.

# BREVILOQVII PARS QVINTA, IN QVA DE GRATIA SPIRITVS SANCTI AGITVR.

## *De gratia, inquantum eſt donum diuinitus datum.* *Cap.* 1.

Poſt tractatum de incarnatione Verbi, quod eſt origo, & fons omnis doni gratuiti, dicenda ſunt aliqua de gratia Spirituſſancti, quę nobis quadrupliciter conſideranda occurrit. Primò inquantum eſt donum diuinitus datum. Secundò in comparatione ad liberum arbitrium. Tertiò in comparatione ad habitus virtutum. Quartò in comparatione ad exercitia meritorum. De gratia igitur inquantum eſt donum diuinitus datum, hæc tenenda ſunt, ſcilicet quòd ipſa eſt donum, quod à Deo immediatè donatur, & infunditur. Etenim cum ipſa, & in ipſa datur Spirituſſanctus, qui eſt donum increatum optimum, & perfectum, quod deſcendit à Patre luminum per verbum incarnatum, ſecundum quod Ioannes in Apocal. vidit fluuium ſplendidum ad modum cryſtalli procedere de ſede Dei, & agni. Ipſa nihilominus eſt donum, per quod anima efficitur ſponſa Chriſti, Filia Patris æterni, & templum Spirituſſancti, quod nullo modo fit niſi ex dignatiua condeſcenſione, & cõdeſcenſiua dignatione maieſtatis æternæ per donum gratiæ ſuæ. Ipſa denique eſt donum, quod animam purgat, illuminat, & perficit, viuificat, reformat, & ſtabilit, eleuat, aſſimilat, & Deo iungit, ac per hoc acceptabilem facit, propter quod donum huiuſmodi gratia gratum faciens rectè dicitur, & debuit appellari.

Gr̃æ Spirituſſancti quadruplex conſideratio.

Apoc. 22.

Gr̃a gratũ faciens.

Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec eſt. Quia cum primum principium productiuum pro ſua ſumma beneuolentia fecit ſpiritum rationalem capacem beatitudinis æternæ, & reparatiuum principium capacitatem illam infirmatam per peccatum, reparauit ad ſalutem, & beatitudo æterna conſiſtit in habendo ſummum bonum, & hoc eſt Deus, & bonum excellens improportionabiliter, omnẽ humani obſequij dignitatem, nullus omnino ad illud ſummum bonum dignus eſt peruenire, cum ſit omnino ſupra omnes limites naturæ, niſi à Deo condeſcendente ſibi eleuetur ipſe ſupra ſe. Deus autem non condeſcendit, per ſui eſſentiam incommutabilem, ſed per ſuam influentiam ab ipſo manantem, nec Spiritus eleuatur ſupra ſe per ſitum localem, ſed per habitum deiformem. Neceſſe eſt igitur Spiritui rationali, vt dignus fiat æternæ beatitudinis, quod particeps fiat influentiæ deiformis, hæc autem influentia deiformis, quia eſt à Deo, & ſecundum Deum, & propter Deum, ideo reddit imaginem noſtræ mentis conformem beatiſſimę Trinitati, non tantum ſecundum ordinem originis, verum etiam ſecundum rectitudinem electionis, & ſecundum quietudinem fruitionis. Et quoniam qui hoc habet immediate ad Deum reducitur, ſicut immediate ei conformatur, ideo donum illud immediate donatur à Deo, tanquam à principio influxiuo, vt ſicut immediate emanat à Deo Dei imago, ſic immediate manat ab ipſo Dei ſimilitudo, quæ eſt diuinæ imaginis perfectio deiformis, & ideo dicitur imago recreationis. Rurſus quoniam, qui fruitur Deo, Deum habet, ideo cum gratia, quæ ſua deiformitate diſponit ad Dei fruitionem, datur donum increatum, quod eſt Spirituſſanctus,

Gratia excedit oẽs limites naturæ.

Quomodo De' cõdeſcendit, & nos per gratiá eleuamur.

Pij, atque mirabiles diuinę gratiæ effect'.

ctus, quod qui habet, habet Deum. Et quoniam nullus Deum habet quin ab ipſo ſpecialiter habeatur, nullus habet & habetur à Deo, quin ipſum præcipue, & incomparabiliter diligat, & diligatur ab eo, ſicut ſponſa à ſponſo, nullus ſic diligitur quin ad æternam beatitudinis hæreditatem adoptetur pro Filio, hinc eſt, quod gratia gratum faciens facit animam templum Dei, ſpõſam Chriſti, & filiam Patris æterni. Et quia hoc non poteſt eſſe niſi ex ſumma dignatione, & condeſcenſione Dei, ideo illud nõ poteſt eſſe per habitum aliquem naturalem inſertum, ſed ſolum per donum diuinitus gratis infuſum, quod expreſſe apparet, ſi quis põderet quãtum eſt eſſe Dei templum, Dei Filium, Deo nihilominus indiſſolubilter, & quaſi matrimonialiter per amoris, & gratiæ vinculum copulatum. Poſtremò, quia mẽs noſtra non efficitur conformis beatiſſimæ Trinitati, ſecundum rectitudinem electionis, niſi per vigorem virtutis, ſplendorem veritatis, & feruorem charitatis, & vigor virtutis animam purgat, ſtabilit, & eleuat, ſplendor veritatis animam illuminat, reformat, & Deo aſſimilat, feruor charitatis animam perficit, viuificat, & Deo coniungit, & ex his omnibus homo Deo placens, & acceptus exiſtit, hinc eſt, quòd illa influentia deiformis dicitur habere omnes decem actus prædictos, ita tamen ꝙ denominatur ab vltimo, ſicut à completiſſimo. Dicitur enim gratia gratum faciens, quia habentem facit Deo gratum, cum non ſolum gratis detur à Deo, verumetiã ſit ſecundum Deum, & propter Deum, cum ad hoc ſit, vt per ipſam opus manans à Deo reuertatur in Deum, in quo ad modum circuli intelligibilis, conſiſtit omnium ſpirituum rationalium complementum.

### *De gratia inquantum inuat ad bonum meritorium.* Capitulum. 2.

SEcundò de ſpiritusſancti gratia occurrit nobis conſiderandum in comparatione ad liberum arbitriũ, & hoc ſecundum duplicem modum. Primò ſcilicet inquantum ipſa eſt adiutorium ad meritum. Secundò vero inquantum eſt remedium contra peccatum. Dei gratia ergo Dei inquantum eſt adiutorium ad merendum, hæc tenenda ſunt, quòd cum gratia dicatur generaliter, ſpecialiter, & ꝓprie. Generaliter dicitur adiutorium diuinum, creaturæ liberaliter & gratis impenſum, & indifferenter ad quemcunque actum, & ſine huiuſmodi adiutorio gratiæ, nec poſſumus aliquid efficere, nec durare in eſſe. Specialiter vero dicit gratia adiutorium diuinitus datum, vt quis præparet ſe ad ſuſcipiendum Spirituſſancti donũ, quo perueniat ad meriti ſtatum, & talis dicitur gratia gratis data, & ſine hac nullus ſufficienter facit quod in ſe eſt, vt ſe præparet ad ſalutem. Propriè vero gratia dicitur, adiutoriũ datum diuinitus ad meredum, quòd quidem dicitur donum gratiæ gratum facientis, ſine quo nullus poteſt mereri, nec in bono proficere, nec ad ęternam peruenire ſalutem. Ipſa enim tanquam radix merendi omnia merita antecedit, propter quod dictum eſt, quòd præuenit voluntatem vt velit, ſubſequitur autem ne fruſtra velit. Vnde nullus ipſam mereri poteſt merito condigni, ſed ipſa meretur augeri à Deo in via, vt aucta mereatur, & perfici in patria, & gloria ſempiterna ab ipſo Deo, cuius eſt gratiam infundere, augere, & perficere, ſecudum cooperationem voluntatis noſtræ, & ſecundum propoſitum ſiue beneplacitum prædeſtinationis æternæ. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cum primum principium ſua omnipotenti virtute, & benigniſſima largitate, creaturam omnem de nihilo produxit ad eſſe, ac per hoc creatura de ſe non habeat eſſe, totum autem eſſe habeat aliunde, ſic facta fuit, vt ipſa pro ſua defectibilitate ſemper ſuo principio indigeret, & primum principium pro ſua benignitate influere non ceſſaret. Cum ergo ſpiritus rationalis hoc ipſo, quòd de nihilo eſt, ſit in ſe defectiuus, hoc ipſo, quòd natura limitate, & agena, ſit in ſe recuruus, amãs proprium bonũ, hoc ipſo, quod totus à Deo, ſit totaliter Deo obnoxius. Et qa defectiuus eſt, & de ſe tendit in non eſſe, qa recuruus, per ſe non aſſurgit ad rectitudinem perfectę iuſtitiæ, quia totaliter Deo obnoxius, & Deus bonis eius non indiget, nihil poteſt facere de ſe, & propria virtute, propter quod Deum ſibi conſtituat debitorem, & maximè mercedis æternæ, quæ Deus eſt, niſi per diuinam condeſcenſionem, hinc eſt quod ad hoc, quod ſaluetur in eſſe, cum ſit defectiuus, indiget ſemper adiutorio diuinæ præſentiæ, manutenentiæ, & influentiæ, per quam manuteneatur in eſſe, quæ quamuis ſit vniuerſalis in creaturas omnes, nominatur tamẽ nomine gratiæ, quia non ex debito procedit, ſed ex libertate bonitatis diuinę. Hinc eſt etiam, quod ad hoc vt ſe præparet ad donũ ſupernæ gratiæ, cum ſit recuruus, indiget dono alterius gratiæ gratis datæ, maxime poſt naturam lapſam, per ꝗ habilis efficiatur ad bona moralia, quæ ſunt bona ex circunſtantia, quæ nullo modo poſſunt dici bona, niſi procedant ex intentione recta, videlicet quòd non propter nos, ſed propter ſummum bonum fiant, ad quod non aſſurgit ſpiritus noſter recuruus, niſi pręueniatur à Deo per aliquam gratiam gratis datam. Hinc nihilominus eſt, quod ad hoc, quòd faciat bona opera meritoria, mercedis æternę, cum totaliter ſit Deo obnoxius, & debitor ſui totius, indiget dono gratiæ gratum facientis, per quam Deus ſibi condeſcendat, prius acceptãs ſuam imaginem & voluntatem, quàm operationem ex eo manantem, quia cum cauſa nobilior ſit ſuo effectu, nullus põt ſe facere meliorem, nec facere opus Deo placens, niſi prius placeat ipſe, vt Deus prius ipſum reſpiciat quàm ad munera eius, & ideo omnis radix merendi fundatur in gratia gratum faciente, cuius eſt facere hominẽ Deo dignum, propter quod nullus poteſt eam mereri merito condigni, ſed ſolum merito congrui. Ipſa autem habita meretur ſui ipſius augmentum in ſtatu viæ, per bonum eius vſum merito condigni. Nam cum ſolus Deus ſit ipſius gratiæ fontale principium influendi, ipſe ſolus eſt principium augmentandi, per modum infundentis, & gratia per modum meriti, & dignitatis, & liberum arbitrium per modum cooperantis, & merentis, pro eo quod liberum arbitrium cooperatur gratiæ, & quod eſt gratię ſuum, facit, & ideo non tantum liberum arbitrium per gratiam meretur gratiæ augmentum, in ſtatu viæ merito digni, verum etiam complemẽtum in ſtatu patriæ merito condigni, tum propter ſublimitatem doni Spirituſſancti in merito cooperantis, tum propter veracitatem Dei promittentis, tum propter vertibilitatem liberi arbitrij conſentientis, & finaliter perſeuerantis, tum propter difficultatem ſtatus merendi, tum propter dignitatem Chriſti noſtri capitis interuenientis, quod debet glorificari cum ſuis membris, tum etiam propter liberalitatem Dei tribuentis, quem non decet parua reddere, propter obſequium ſibi fideliter obtemperantis, tum propter nobilitatem operis, quod ex charitate procedit, quod tantũ ponderat in conſpectu iudicis, quantum amor ex quo procedit, qui Deum incomparabiliter præponit omnibus creaturis, & ideo non ſufficienter, & competenter poteſt niſi in Deo, & ſummo bono remunerari, ex quibus omnibus tanquam ex ſeptem rationibus, gloriam æternam merito non tantum congrui, ſed etiam condigni, mereri facit gratia ſeptiformis.

Gratia nõ cadit ſub merito de cõdigno.

Exẽplum eſt in Abel de quo in Gene. ſcriptum eſt, Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius.

Gratia vſu creſcit.

Libe. arbitrium comparatur gratiæ.

Rões condignantis meriti.

*De gratia, inquantum eſt remedium peccati. Cap. 3.*

Homo per ſe cadit, nõ per ſe ſurgit.

DE gratia vero inquantum eſt remedium contra peccatum, hæc tenenda ſunt, ſcilicet quòd liberũ arbitriũ licet ſit ſub Deo potentiſſimo, poteſt tamẽ per ſe in peccatum corruere, ſed nullatenus poteſt reſurgere ſine adiutorio diuinæ gratiæ, quæ dicitur gratia gratum faciens. Illa autem gratia licet ſit ſufficiens remedium contra peccatum, non tamen infunditur adulto, niſi adſit liberi arbitrij conſenſus. Ex quo colligitur, quòd ad iuſtificationem impij quatuor concurrunt, ſcilicet infuſio gratiæ, expulſio culpæ, contritio, & motus liberi arbitrij. Expellitur ergo culpa à Dei dono, non à libero arbitrio, non tamen ſine libero arbitrio. Nam gratiæ gratis datæ eſt liberum arbitrium reuocare à malo, & excitare ad bonum, & liberi arbitrij eſt conſentire, vel diſſentire, & conſentientis eſt gratiam ſuſcipere, & ſuſcipientis cooperari eidem, vt tandem perueniat ad ſalutem. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cum primum principium hoc ipſo quòd primum & potentiſſimum, ſit cauſatiuum omnium, quæ fiunt in vniuerſo preter quàm peccatorum, quæ ſunt tranſgreſſionis legis diuinæ, & cœleſtium inobedientiæ mãdatorum, nihil habet ſibi rebelle iniurioſum, & offenſiuum, niſi peccatum, quod contemnendo Dei præceptum, & auertendo nos à bono incommutabili, offendit Deum, deformat liberum arbitrium, perimit donum gratuitum, & obligat ad ſupplicium æternum. Cum igitur deformatio imaginis, & peremptio gratiæ ſit quaſi annihilatio in eſſe moris, & vitæ gratuitæ, cum offenſa Dei ſit tantum ponderanda, quãtus eſt ipſe, cum reatus pœnę æternæ rationem teneat infiniti, impoſſibile eſt ꝙ hõ reſurgat à culpa, niſi recreetur in vita gratuita, niſi remittatur offenſa, & pœna relaxetur æterna. Solus igitur qui fuit principium creatiuum, eſt & principium recreatiuum, & reparatiuum. Verbum ſcilicet Patris ęternũ, quod eſt Ieſus Chriſtus mediator Dei, & hominum, quod quia oĩa de nihilo creat, iõ creat ſeipſo ſolo ſine aliquo intermedio. Quia vero recreat deformatum per vitium culpæ, reformando per habitum gratiæ, & iuſtitiæ obligatum ad pœnã, abſoluendo per ſatisfactionem condignam, hinc eſt, quòd nos reparat ſuſtinendo pro nobis pœnam in natura aſſumpta, & infundendo gratiam reformatiuam, quæ quoniam continuat nos ſuæ origini, facit nos membra Chriſti, ac per hoc animam peccatricem quæ fuerat inimica Dei, proſtibulum Diaboli, & ſerua peccati, facit ſponſam Chriſti, templum Spiritu ſancti, & filiam Patris æterni, quod totum ſit per gratuitam, & condeſcenſiuam infuſionem doni gratuiti. Rurſus quoniam Deus ſic reformat, quòd leges naturæ inditas non infirmat, ideo ſic hanc gratiam tribuit libero arbitrio, vt tamen ipſum non cogat, ſed eius conſenſus liber maneat, & ideo ad hoc, ꝙ culpa expellatur, non ſolũ neceſſe eſt quòd gratia introducatur, verum etiam ꝙ liberum arbitrium in adultis (in adultis dico) quia in paruulis ſufficit fides Eccleſiæ, & meritum Chriſti, & excuſat impotentia ſui) neceſſe eſt (inquam) ꝙ conformet ſe expulſioni culpæ, per deteſtationem omnium peccatorum, quã vocamus contritionem. Eſt ẽt neceſſe, quòd conformet ſe introductioni gratiæ per complacentiam, & acceptationem doni diuini, quam vocamus motum liberi arbitrij. Et ſic neceſſe eſt, iſta quatuor concurrere ad iuſtificationem impij. Poſtremò quia prædiſpoſitio ad formam completiuam debet eſſe ei conformis, ad hoc, quòd liberum arbitrium ſe diſponat ad gratiam gratum faciẽtem, indiget adminiculo gratiæ gratis datæ, & quia gratiæ eſt liberum arbitrium nõ cogere, ſed præuenire, & ſimul vtriuſq; eſt in actum prodire, hinc eſt, quòd in noſtra iuſtificatione concurrit actus liberi arbitrij, & gratiæ conſonæ quidem, & ordinatæ, ita ꝙ gratiæ gratis datæ eſt excitare liberum arbitrium: liberi arbitrij autem eſt huiuſmodi excitationi conſentire, vel diſſentire, & conſentientis eſt ad gratiam gratum facientem ſe præparare, quia hoc eſt facere quod in ſe eſt, & ſic diſpoſitio gratia gratum faciens habet infundi, cui liberũ arbitriũ põt cooperari ſi vult, & tunc meretur, vel contrariari per peccatum, & tunc demeretur. Si ergo cooperetur ei vſq; in finem, meretur peruenire ad ęternam ſalutẽ. Verum eſt igitur quod dicit Auguſtinus, ꝙ qui creauit te ſine te, nõ iuſtificabit tẽ ſine te. Verum eſt etiã ꝙ non eſt volentis, neq; currentis, ſed Dei miſerentis. Verum eſt ẽt ꝙ nullus poteſt ſuperbire de meritis, quia nihil in nobis Deus præter ſua dona coronat. Reſeruauit n. ſibi Deus munera gratiæ liberaliter largienda, vt diſcat homo non eſſe ingratus, nec in ſe quaſi non acceperit, ſed in Domino gloriari. Verum eſt etiam ꝙ licet liberum arbitrium per ſe legem implere non poſſit, nec grãm in ſe efficere, inexcuſabile tamẽ eſt, ſi non facit quod põt, quia gratia gratis data ſemper eſt preſto ad communitionem, cuius adminiculo facere poteſt, quod in ſe eſt, quo facto, habet gratiam gratum facientem, qua obtenta, diuinam impleat legem, & faciat voluntatem, qua facta, tãdem ad beatitudinem perueniat ſempiternam propter opera meritoria, quæ totaliter ſunt à gratia, totaliter etiam à libero arbitrio, licet principalius à gratia, quia vt dicit Auguſtinus, gratia cooperatur ad liberum arbitriũ ſicut ſeſſor ad equũ, qui quidem ſeſſor liberum arbitrium dirigit, deducit, & perducit ad portum æternæ fœlicitatis exercendo nos in operibus perfectæ virtutis ſecundum donum ipſius gratiæ ſeptiformis.

Iuſtificatio impij quatuor requirit.

Quantum ſit malum peccatum.

Sicut ſolus Deꝰ creat, ita ſolus ipſe recreat.

De iuſtificatione impij, ad quã quatuor cõcurrũt.

De verbis Apoſtoli Ser. ... Ro. 9.

Vnde homo ſit inexcuſabilis a peccato.

*De ramificatione gratiæ in habitus virtutum. Cap. 4.*

TErtiò reſtat agere de gratia in comparatione ad habitus virtutum, circa quã conſideranda ſunt tria. Primum eſt qualiter gratia vna ramificatur in habitus virtutum. Secundum qualiter ramificatur in habitus donorum. Tertiũ qualiter ramificatur in habitus beatitudinum. De ramificatione igitur gratiæ in habitus virtutum hæc tenenda ſunt, ꝙ cum vna ſit gratia gratificans animam, ſeptem tamen ſunt virtutes gratuitæ, quibus regitur vita humana, tres quidem theologicę. ſ. fides, ſpes, & charitas, & quatuor cardinales. ſ. prudentia, temperantia, fortitudo, & iuſtitia, quæ vno modo eſt virtus communis, & generalis, alio modo ſpecialis, & propria. Hæ autem ſeptem virtutes, licet ſint diſtinctæ, & proprias excellentias habentes, ſunt tamen connexæ, & ęquales ad inuicem in eodem, & licet ſint gratuitę per gratiam informatæ, poſſunt tamen fieri informes per culpam, ſola charitate excepta, & iterum reformari per penitentiam adueniente gratia, quæ eſt habituum virtualium, origo, finis & forma. Ratio aũt ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia ſicut principium productiuũ ſua ſumma perfectione in dando vitam naturæ non tantum dat viuere quantum ad actum primum, verum etiam quantum ad actum ſecundum, qui eſt operari, ſic neceſſe eſt ꝙ principium reparatiuum vitam tribuat ſpiritui in eſſe gratuito, & quantum ad eſſe & quantum ad operari. Et quoniam vnius viuentis ſecundum vnam vitam primam, membrorũ multę ſunt operationes vitales ad illius vitę perfectam manifeſtationem, cum actus diuerſificentur per obiecta, & diuerſitas actuum requirat diuerſitatẽ, ſiue diſtinctionẽ habituũ, hinc eſt ꝙ licet vna ſit grã viuificãs, ramificari tñ neceſſario habet in varios habitus ꝓpter varias operationes. Et qm̃ qdã ſunt opera mo-

De gratia triplex cõſideratio.

Cum vna ſit gratia, 7. ſunt virtutes gratuitæ.

Charitas nunquam excidit. i. non poteſt eſſe informis.

Eſſe, & operari à Deo.

ralia

ralia primaria,ſicut credere,quædam media,ſicut intelligere credita, quædam vero poſtrema, ſicut videre intellecta,& in primis anima rectificatur, in ſecundis expeditur,in tertijs perficitur, ideo gratia gratum faciens ramificatur in habitus virtutum, quorum eſt animam rectificare, in habitus donorum, quorum eſt animam expedire, & in habitus beatitudinum, quorum eſt animam perficere. Rurſus quoniam rectitudo animæ perfecta requirit, ꝙ ipſa rectificetur ſecundum duplicem faciem.ſ.ſuperiorẽ,& inferiorẽ,& reſpectu finis, & reſpectu eorum,quæ ſunt ad finem,ideo neceſſe eſt animam quantum ad ſuperiorem faciem,in qua conſiſtit imago Trinitatis æternæ,rectificari per tres theologicas virtutes, vt ſicut imago creationis cõſiſtit in Trinitate potentiarum cum vnitate eſſentiæ, ſic imago recreationis cõſiſtit in Trinitate habituum cum vnitate gratiæ, per quos anima fertur recte in ſummam Trinitatem ſecundum tria appropriata tribus perſonis, ita ꝙ fides dirigit, in ſumme verum credendo, & aſſentiendo, ſpes in ſummè arduum imitando,& expectando,charitas in ſummè bonum deſiderando,& diligendo. Neceſſe eſt etiam quantum ad inferiorem faciem, animam rectificari per quatuor cardinales virtutes. Nam prudentia rectificat rationalem, fortitudo iraſcibilem, temperantia concupiſcibilem, iuſtitia vero rectificat omnes has vires in comparatione ad alterum. Et quia illud alterum determinatè poteſt eſſe proximus, poteſt etiam idem homo comparari ad ſeipſum, vt ad alterum, poteſt etiã eſſe ipſe Deus,hinc eſt,ꝙ iuſtitia circumire dicitur omnes vires. Dicitur etiam non tãtum virtus cardinalis, verum etiam generalis comprendẽs totius animæ rectitudinem, cum ipſa dicatur rectitudo voluntatis. Vnde ipſa non tantum comprehendit virtutes ordinantes ad proximum,ſicut eſt æquitas,& libertas, verũ etiam ad ſeipſum, ſicut eſt pœnitentia, & innocentia, necnon ad Deum,ſicut eſt latria, pietas, & obedientia. Poſtremo, quia omnis rectitudo virtutum ſecundum eſſe gratuitum manat a gratia tanquam ab origine, & radice, & ſecundũ eſſe meritorium comparatur ad charitatem ſicut ad originem, formam, & finem, hinc eſt, quòd cęterę virtutes gratuitæ quo ad habitus ſunt cõnexæ,& quo ad actus meritorios ſunt æquales. Hinc eſt etiam,quòd cæteri habitus virtutum poſſunt eſſe informes,ſola charitate excepta, quæ eſt virtutum forma. Cum enim habentur ſine gratia,& charitate,in quibus conſiſtit vita virtutum,tũc ſunt informes. Cum autem ſuperinfunditur gratia, tunc formantur, & decorantur,& Deo acceptabiles fiunt, ſicut & colores abſque luce ſunt inuiſibiles, ſuperueniente autem lumine fiunt lucidi,pulchri,& aſpectui complacentes. Vnde quemadmodum ex luce,& coloribus fit vnum in ratione motiui,& vna lux ſufficit ad mulos colores illuminandos, ſic ex gratia,& habitibus informibus cũ formantur, fit vnum,ſecũdum rationem meritorij,& gratuiti, & vna nihilominus gratia ſufficit ad informationem & gratificationem habituum diuerſorum.

Virtutum, donorum, & beatitudinum officium.

Neceſſitas gratiæ virtutum in reformatione hominis.

Quando virtutes dicantur informes.

*De ramificatione gratiæ in habitus donorum. Cap. 5.*

DE ramificatione autem gratiæ in habitus donorũ hæc tenenda ſunt, ꝙ licet plurima ſint dona gratiæ gratis datæ, & generaliter omnes habitus diuinitus dati dona Dei non abſurde dici poſſint, ſpecialiter tamen, & appropriatè ſeptem ſunt dona Spirituſſancti, quæ enumerat, & nominat Iſaias loquens de flore,qui proceſſit de radice Ieſſe,ideſt,Chriſto,de quo dicit quòd requieſcit ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ,& intellectus. Spiritus conſilij, & fortitudinis. Spiritus ſciẽtiæ,& pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Dñi. In hac autem enumeratione deſcendendo procedit à ſummo,& cõbinando, vt ſimul oſtendatur donorũ diſtinctio,connexio,origo,& ordo. Rõ autem ad intelligẽtiam prædictorum hæc eſt. Quia cũ principium reparatiuum per ſummam liberalitatem, non tm̃ det gratiam,ad rectificandum contra obliquitates vitiorum per habitus virtutum, verum ẽt ad expediendum contra impedimenta ſynthomatum per habitus donorum,iõ plurificari debent dona gratuita, ſecundum ꝙ neceſſarium eſt ad expeditionis ſufficientiam. Qm̃ igitur anima noſtra indiget ſeptiformiter expediri,hinc eſt, ꝙ ex ſeptiformi cauſa neceſſe eſt Spirituſſancti dona eſſe ſeptiformia. Indiget nanq; expediri contra viciorum obliquitates, quantum ad vires naturales,quo ad ſuper additas virtutes,in patiendo, in agendo,in contẽplando,& vtroq; modo. Primò igitur propter viciorũ obliquitates expeditiſſimè repellendas, ſeptem ſunt dona Spirituſſancti,vtpotè timor contra ſuperbiam,pietas contra inuidiam,ſcientia contra iram, quæ quaſi eſt quædam inſania, fortitudo contra accidiam, quæ mentẽ reddit ad bona inualidam, conſilium contra auaritiã,intellectus contra gulam, & ſapientia contra luxuriam. Secundò propter expediendas vires naturales,debẽt ſeptẽ dona Spirituſſancti eſſe. Nam iraſcibilis indiget expediri ad bona tam in proſperis,quàm in aduerſis,in proſperis expeditur per timorem, in aduerſis per fortitudinem. Concupiſcibilis aũt indiget expediri quantũ ad affectionẽ reſpectu proximi, & hoc fit per pietatẽ,& quãtũ ad effectum reſpectu Dei, & hoc fit per guſtũ ſapientiæ. Rationalis vero indiget expediri in veritatis ſpeculatione,electione,& executione, per donũ autem intellectus expeditur ad verum ſpeculandum,per donũ conſilij ad verum eligendũ, per donum ſcientiæ ad electum exequendum, per donum.n.ſcientiæ rectę cõuerſamur in medio nationis prauæ, & peruerſæ. Teriò propter expedienda ſeptem virtutum officia,ſeptẽ debẽt eſſe Spirituſſancti dona. Nã timor expedit ad temperãtiam,timor.n.carnes cõfigit. Vñ Confige timore tuo carnes meas,pietas ad verã iuſtitiã,ſcientia ad prudentiam,fortitudo ad fortitudinem, ſeu patientiam,conſilium ad ſpem,intellectus ad fidem,ſapiẽtia ad charitatem. Vnde ſicut charitas eſt mater, & conſumatio oĩum virtutum, ſic ſapientia omnium donorum,ita vt vere dicat Sapiẽs. Venerũt mihi omnia bona pariter cum illa,& innumerabilis honeſtas per manus illius. Quartò propter expeditionem in patiendo conformiter ad Chriſtum ſeptem ſunt habitus donorum. Chriſtũ autem ad patiendum mouit paterna voluntas,humana neceſſitas,& virtutis ſtrenuitas. Paterna quidem volũtas mouit,vt cognita per intellectum, vt amata per ſapientiam, vt in reuerentia habita per timorem. Mouit etiam noſtra neceſſitas,ad quã cognoſcendam neceſſaria eſt ſcientia, ad quam miſerandã ſuperadditur pietas. Mouit nihilominus virtutis ſtrenuitas, vt prouida in eligendo per conſilium, vt vigoroſa in perferendo per fortitudinem. Et ſic dona debent eſſe ſeptem. Quintò propter expeditionem in agendo ſeptem dona dãtur à Spirituſſancto. Nam ad actionem expediendam neceſſe habemus expediri ad declinandũ à malo, quod fit per timorem. Neceſſe etiam habemus expediri ad proficiendum in bono duplici, vel neceſſitatis,vel ſupererogationis. Circa primum expedimur per ſcientiam & pietatem, Ita quod vnũ eſt dirigens, & aliud exequens. Circa ſecundum expedimur per conſilium dirigens,& fortitudinem exequentem. Neceſſe ẽt habemus quieſcere in optimo,& hoc quãtũ ad intellectum veri,& quantum ad effectum boni, primũ fit per donum intellectus,ſecundum per donum ſapientiæ, in quo eſt quies. Sextò ad expeditionem in contẽplando, dona Spirituſſancti,in ſeptenario numero ſunt. Nam ad vitam

Septẽ dona Spirituſſancti. Iſa. 1.

Septuplex indigentia hominis.

Pſal. 118.

Sap. 7.

Motiua paſſionis Chr̃i tria.

Tres actus Hierarchici.

vitam hierarchicam, & contemplatiuam neceſſarium eſt aĩam purgari, illuminari, & perfici. Purgari autem oportet a cõcupiſcentia, à malitia, ab ignorantia, ab infirmitate, ſeu impotentia, primum facit timor, ſecundũ pietas, tertium ſcientia, quartum fortitudo. Illuminari autem indigemus in operibus reparationis, & primariæ conditionis, primum dat conſilium, ſm intellectus. Perfici aũt habemus ꝑ acceſſum ad ſummũ quod conſiſtit in vno, & hoc per donũ ſapientiæ, & ſic archanum contemplationis à lato conſummatur quaſi in cubico. Septimo ad expeditionem in actione, & contemplatione, ſeptem debent eſſe dona Spirituſſancti. Nam contemplatiua propter conuerſionem ad Trinitatem, tria debet habere dona expedientia. ſ. quantum ad reuerentiam, maieſtatis timorem, quantum ad intelligentiã, veritatis intellectum, quantum vero ad ſapientiam, ſiue guſtum, bonitatis ſapientiam. Actiua vero, quæ verſatur in agendis, & ſuſtinendis debet habere quatuor. ſ. pietatẽ ad agendum, & fortitudinem ad ſuſtinendum, & directiua horum duorum. ſ. ſcietiam, & conſiliũ. Vnde quia ad expeditionem neceſſaria eſt directio, ideo fit donorum combinatio, & plurima ſunt dona ad intellectum ſpectantia, quia lux cognitionis vehementer expedit ad dirigendos pedes in viam rectam, & pacis.

*De ramificatione gratiæ in habitus beatitudinum, & per conſequens fructuum, & ſenſuum. Cap. 6.*

De beatitudinum fructibus, et ſenſibus earum.

DE ramificatione aũt gratiæ in habitus beatitudinum hæc tenenda ſunt. ſ. ꝙ ſeptem ſunt beatitudines, quas Saluator enumerat in ſermone de monte. ſ. paupertas ſpiritus, mititas, luctus, eſuries iuſtitiæ, miſericordia, munditia cordis, & pax. Ad has vero beatitudines propter ſui perfectionem, & plenitudinem, duodecim fructus Spiritus, & quinque ſpirituales ſenſus conſequuntur, qui nõ dicunt nouos habitus, ſed ſtatus delectationum, & vſus ſpiritualium ſpeculationum, quibus replentur, & conſolantur ſpiritus virorum iuſtorum. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cum reparatiuum principium ſit perfectiſſimum, & perfectiſſime reparatiuum, & reformatiuum per donum gratuitum, ideo gratiæ donũ ab ipſo manans, liberaliter, & abundè ramificari debet vſque ad habitus perfectionũ, qui cum fini approximent, recto vocabulo nuncupãtur ex nomine beatitudinum, quarum ſufficientia, numerus, & ordo colligitur ex integritate perfectionis, & ex modis perfectionum, & ex diſpoſitionibus ad perfectionem.

Integritas perfectionis quibus cõſtet. Tres beatitudines cõtra triplex malum.

Primò igitur ad integritatem perfectionis, requiritur neceſſario perfectus receſſus a malo, perfectus proceſſus in bono, & perfectus ſtatus in optimo. Quoniam autem malũ aut procedit ex tumore ſuperbiæ, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiſcentiæ, ideo ad perfecte elongandum, ab hoc triplici genere mali tres ſunt neceſſariæ beatitudines, ſcilicet paupertas ſpiritus elongans à malo timoris, mititas elongans à malo rancoris, & luctus elõgans à malo libidinis, & languoris concupiſcentialis.

Pſalm. 24.

Quia vero perfectus proceſſus in bono attenditur ſm diuinam imitationem, & vniuerſæ viæ Dñi miſericordia, & veritas, hinc eſt, quòd duplex eſt beatitudo, ſm has duas vias, ſ. eſuries, ſiue zelus iuſtitiæ, & affectus miſericordiæ. Qm̃ autem ſtatus in optimo eſt, vel per limpidam cognitionem, vel per tranquillam affectionem, hinc eſt, ꝙ ſunt duæ vltimæ beatitudines, ſ. munditia cordis ad Deum videndum, & pax mentis ad perfectè fruendum.

Perfectio triplex.

Secundò etiam ſi modi perfectionum attendantur, debent eſſe ſeptem habitus beatitudinum. Nam eſt perfectio religionis, prælationis, & internæ ſanctitudinis. Ad perfectionem autem religionis neceſſario requiritur abdicatio boni priuati, acceptatio boni fraterni, & appetitio boni æterni. Primũ fit per paupertatem ſpiritus. ſm per mititatẽ affectus, tertiũ per amaritudinẽ luctus. Ad perfectionẽ vero prælationis duo neceſſario requirũtur, ſ. zelus iuſtitiæ, & affectus miſericordiæ, miſericordia. n. & veritas cuſtodiunt regem. Secundũ hæc duo diſponi debet regimen prælationis in Eccleſia militante. Prou. 20. Ad perfectionem aũt internæ ſanctitudinis, neceſſario requiritur puritas conſcientiæ, & tranquillitas totius animæ per pacem Dei, omnem humanũ ſenſum exuperantem. Phil. 4. Tertiò ſi attendantur diſpoſitiones præambulæ, ſeptem debent eſſe beatitudines. Timor. n. facit recedere à malo, & à mali occaſione, & quia radix malorum omnium eſt cupiditas, ideo timor diſponit ad ſpiritus paupertatem, in qua ſimul iungitur humilitas cum paupertate, vt ſic elongetur vir perfectus à fonte oĩs culpæ, ſ. à ſuperbia, & cupiditate. Et hinc eſt, ꝙ paupertas ſpũs eſt fundamentũ totius perfectionis euãgelicæ. Vnde primo oportet hoc fundamentũ ſternere, ꝗ vult ad culmen perfectionis peruenire ſecũdũ illud.

Paupertas ſpiritus fundamentum perfectionis. Matth. 19.

Si vis perfectus eſſe, vade & vẽde omnia quę habes, &c. Ecce perfecta paupertas, quæ nihil ſibi prorſus retinet, & ſequere me, ecce humilitas, quæ facit ꝙ hõ abnegando ſeipſum, tollat crucẽ ſuam & ſequatur Chriſtũ, qui eſt totius perfectionis principaliſſimum fundamentũ. Diſponit ergo timor ad ſpiritus paupertatem. Pietas aũt ad mititatẽ. Nam qui pie ad aliquem afficitur, nec illum irritat, nec ab illo irritatur. Scientia vero diſponit ad luctũ, qm̃ per ſcientiã cognoſcimus nos, à ſtatu beatitudinis relegatos in hac valle miſeriæ, & lachrymarum. Fortitudo aũt diſponit ad eſuriẽ iuſtitiæ. Qui. n. fortis eſt, tã auidè ſe tenet cũ iuſtitia, vt malit à vita corporali, quàm à iuſtitia ſeparari. Conſilium vero diſponit ad miſericordiã. Nihil. n. Deus magis cõluluit in ſcriptura, quam facere miſericordiam, quod ſuper oĩa reputat holocauſta. Intellectus autem diſponit ad cordis munditiam, nam ſpeculatio veritatis mundat cor noſtrum, ab oĩbus fantaſijs. Sapientia vero diſponit ad pacem.

Sapientia diſponit ad pacem.

Nam ſapientia iungit nos ſummo vero, & bono, in quo eſt finis, & tranquillitas totius noſtri rationalis appetitus. Qua pace adepta, neceſſario ſequitur ſuperabũdans delectatio ſpiritualis, quæ in duodenario fructuũ Spiritus continetur, ad inſinuandam ſuperabũdantiam delectationum. Eſt. n. duodenarius numerus abundãs, in quo inſinuatur, ſpiritualium chariſmatum exuberãtia, quibus fruitur, & delectatur aĩa ſancta, & tunc eſt hõ ad contemplationẽ idoneus, & ad aſpectus, & amplexus ſponſi, & ſponſæ, qui fieri habent ſm ſenſus ſpirituales, quibus videtur Chriſti ſponſi ſumma pulchritudo, ſub ratione ſplendoris, auditur ſumma harmonia, ſub ratione verbi, guſtatur ſumma dulcedo, ſub ratione ſapientiæ, cõpræhedentis vtrunq;, verbum. ſ. & ſplẽdorem, odoratur ſumma fragantia, ſub ratione verbi inſpirati in corde, aſtringitur ſumma ſuauitas, ſub ratione verbi incarnati inter nos habitantis corporaliter, & reddentis ſe nobis palpabile, oſcubabile, amplexabile, per ardentiſſimam charitatem, quæ mentem noſtrã per extaſim, & raptum tranſire facit ex hoc mundo ad Patrem.

Tranquillitas contẽplationis quibus cõtingat.

Ex dictis igitur manifeſtè colligitur, quòd habitus virtutum ad exercitium principaliter diſponunt actiue. Habitus vero donorum ad actum contemplatiuæ. Habitus aũt beatitudinum ad perfectionem vtriuſq;. Fructus vero Spiritus, qui ſunt charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, dicunt delectationes conſequentes opera perfecta. Senſus vero ſpirituales, dicunt perceptiones mentales, circa veritatem contemplandam, quæ quidem contemplatio fuit in prophetis, per reuelationem quantum ad tripli-

Fruct' ſpiritus 12. qui ſint. Gal. 5.

Spirituales ſenſus qui.

cem

cem viſionem, ſcilicet corporalem, imaginatiuam, & intellectualem. In alijs vero iuſtis reperitur per ſpeculationem, quæ incipit à ſenſu & peruenit vſque ad imaginationem, & de imaginatione ad rationem, de ratione ad intellectum, de intellectu ad intelligentiam, de intelligentia vero ad ſapiẽtiam, ſiue notitiam exceſſiuam, quæ incipit hic in via, ſed conſummatur in gloria ſempiterna. Ex his gradibus conſiſtit ſcala Iacob, cuius cacumen attingit cœlum, & thronus ſalomonis, in quo reſidet rex ſapientiſſimus, & vere pacificus, & amoroſus, vt ſponſus ſpecioſiſſimus, & deſiderabilis totus, in quẽ deſiderant Angeli proſpicere, & ad quem ſuſpirat deſiderium ſanctarum animarum, ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, quo quidem deſiderio feruentiſſimo, ad modum ignis, ſpiritus noſter non ſolum efficitur agilis ad aſcenſum, verum etiam quadam ignorantia docta, ſupra ſe ipſum rapitur in caliginem, & exceſſum, vt non ſolum cum ſponſa dicat, in odorem vnguentorũ tuorum curremus, ſed etiam cum Propheta pſallat, & nox illuminatio mea in delicijs meis, quam nocturnã, & delicioſam illuminationem nemo nouit niſi qui probat, nemo autem probat niſi per gratiam diuinitus datam, quæ quia nemini datur niſi ei, qui ſe exercet ad illam, ideo deinceps conſideranda ſunt exercitia meritorum.

Scala Iacob anagogice. Gene, 28. 3.Reg.10. 1.Pet. 1. Pſal. 41.

Docta ignorátia. Cant. 1. Pſal. 138.

### *De exercitio gratiæ reſpectu credendorum. Cap. 7.*

Circa quatuor exercenda eſt virtus.

QVartò igitur reſtat conſiderare gratiam, quantum ad exercitia meritorum. Circa quod conſideranda ſunt quatuor. Primò de exercitatione gratiæ in credendis, cuiuſmodi ſunt articuli fidei. Secundò in diligendis, cuiuſmodi ſunt illa, quæ ſpectãt ad ordinem diligendi. Tertiò in exequendis, cuiuſmodi ſunt præcepta legis diuinæ. Quartò in poſtulandis, cuiuſmodi ſunt petitiones orationis Dominicæ. De credendis autem hæc tenenda ſunt, quòd licet per fidem aſtringamur credere plurima, quæ ſunt ſupra rationem, & generaliter omnia quæ continentur, & aſſeruntur in canone ſacræ ſcripturæ, ſpecialiter tamẽ, & proprie articuli fidei dicuntur illi, qui continentur in ſerie ſymboli Apoſtolici, qui quidem vno modo ſunt duodecim, ſi habeatur reſpectus ad eos, qui ſymbolum ediderunt, alio modo quatuordecim, ſi conſideremus, quæ radicaliter ſunt credenda, tanquam omnium credendorum fundamenta. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cum primum principium in ſeipſo ſit ſummè verum, & bonum, in opere vero ſuo ſit ſummè iuſtum, & miſericors, & ſummè vero, debeatur firma aſſenſio, ſummo, bono fruens dilectio, ſummè iuſto, vniuerſalis ſubiectio, ſummè miſericordi, fiducialis inuocatio, & gratia ſit ordinatiua mentis noſtræ ad primi principij culturam debitam, hinc eſt, ꝙ ipſa dirigit, & regulat ad debita, & meritoria exercitia, in credendis, amandis, exequendis, & poſtulandis, ſecundum ꝙ requirit ſumma veritas, bonitas, iuſtitia, & miſericordia in Trinitate beata. Quoniam igitur veritati eſt credendum, & maiori veritati magis eſt credendum, & ſummæ veritati per conſequens ſummè eſt credendum, & veritas primi principij in infinitum maior eſt omni veritate creata, & luminoſior omni lumine intellectus noſtri, hinc eſt, quòd ad hoc ꝙ intellectus noſter ſit recte ordinatus in credendis, neceſſe eſt ꝙ plus credat ſummæ veritati, quàm ſibi, & quòd ſe redigat in obſequium Chriſti, ac per hoc quod non ſolum credat quæ ſunt ſecundum rationem, verum etiam quæ ſunt ſupra rationem, & contra ſenſuum experientiam, quod ſi recuſat, non exhibet ſummæ veritati debitam reuerentiam, dum iudicium induſtriæ propriæ præfert dictamini lucis æternæ, quod eſſe non poteſt abſq; tumore ſuperbiæ, & elationis improbãdæ. Ruſus, quia veritas ſupra rationem, ſiue præter rationem eſt veritas non viſa, nec apparens, ſed magis occulta, & ad credendum difficillima, ideo ad hoc ꝙ firmiter credatur, neceſſaria eſt illuſtratio veritatis animam eleuans, neceſſaria eſt etiam teſtificatio auctoritatis animam firmans, primum fit per fidem infuſam, ſecundum per ſcripturam autenticam, quorum vtrunq; eſt à veritate ſumma per Ieſum Chriſtum qui eſt ſplendor, & verbum, & per Spiritumſanctum, qui veritatem oſtendit, & dicit, & nihilominus credere facit. Hinc eſt, ꝙ autoritas præbet fulcimentũ fidei, & fides aſſentit autoritati. Et quia autoritas principaliter reſidet in ſacra ſcriptura, quæ per Spiritumſanctum eſt condita tota ad dirigendam fidem catholicam, hinc eſt, ꝙ vera fides à ſcriptura nõ diſſonat, ſed ei aſſentit aſſenſione non ficta. Poſtremò, quia veritas, ad quam credendam arctamur per fidem, & de qua ſacra ſcriptura agit principaliter, non eſt veritas quæcũq; ſed veritas diuina, vel vt eſt in natura propria, vel vt eſt in natura aſſumpta. Nam in huius veritatis cognitione conſiſtit & præmium patriæ, & meritum viæ, hinc eſt, ꝙ articuli fidei qui ſunt fidei fundamenta, aut ſpectant ad diuinitatem, aut ad humanitatem. Et quoniam diuinitas habet conſiderari in tribus perſonis, ſcilicet in Patre generante, Filio genito, & Spirituſancto procedente, & quadriformi operatione, ſcilicet creatione in eſſe naturæ, recreatione in eſſe gratiæ, reſuſcitatione in reparatione vitæ, & glorificatione in collatione gloriæ, hinc eſt, quòd articuli ſpectantes ad deitatem ſunt ſeptem. Similiter, quia humanitas Chriſti habet conſiderari, vt cõcepta de Spirituſancto, vt nata de Virgine, vt patiens in cruce, deſcendens ad infernum, vt reſurgens à morte, vt aſcendens in cœlum, vt veniens ad finale iudicium, hinc eſt, quòd ſeptem ſunt articuli ſpectantes ad humanitatem, & ſic ſunt in vniuerſo quatuordecim, ad modum ſeptem ſtellarum, ſeptem candelabrorum aureorum, in quorum medio Filius hominis ambulabat. Quoniam ergo vnus eſt Chriſtus in natura diuina & humana, & vna tantum eſt veritas ſumma, quæ eſt ratio credendi, vna prima, ſumma, & ſola, quæ non mutatur per tempora, hinc eſt, ꝙ de omnibus prædictis articulis vna tantum eſt fides, & eadem non mutata, tam in præſentibus, quàm in præteritis, quàm in futuris, licet magis clara ſit, & explicita in eis, qui Chriſtum ſequuntur, quàm in eis, qui præceſſerunt eius aduentum, ſicut nouum teſtamentum clarius eſt quàm vetus, in quibus prædicti articuli continentur. Et quia Spirituſſanctus hos articulos fidei in ſcripturarum profunditate contentos, in vnum compegit per duodecim Apoſtolos, tanquam per teſtes firmiſſimos, hinc eſt, quòd prædicti articuli in vnum ſymbolum Apoſtolorum collecti fuerunt. Et ideo ſecundum Apoſtolos componentes duodecim articuli dici poſſunt, quia quilibet Apoſtolus in ædificationem fidei poſuit vnum articulum quaſi lapidem vnum viuum, quòd Spirituſſanctus recte præfigurauit in duodecim viris, qui duodecim lapides de Iordanis alueo extraxerũt, ad altare Dominicum conſtruendum.

Fides ſummæ veritati innititur.

Ad firmiter credendum duo ſunt neceſſaria.

Diſtinctio credendorum.

Apoc. 1.

Vnitatis fidei ratio

Ioſuæ. 4.

### *De exercitio gratiæ reſpectu diligendorum. Capit. 8.*

DE diligendis autem hæc tenenda ſunt, ꝙ licet omnia opera diuina ſint valde bona, quatuor tamen propriè ſunt ex charitate diligenda. ſ. Deus æternus, deinde nos ipſi, proximus noſter, & corpus noſtrum. In quorum dilectione ſeruandus eſt ordo, & modus, vt Deus diligatur primò, & ſuper omnia, & propter ſe, ſecundò quod nos ſub Deo, & pro Deo, tertiò proximus noſter, ſicut & nos, quartò

Quæ ſunt charitatis diligenda.

quartò corpus noſtrum infra nos, & infra proximum, tanquam bonum minus precipuum. Ad hoc autem exequendum datur vnus charitatis habitus, & duplex mandatum, in quo pendet vniuerſitas legis, & prophetarũ, non ſolum quantum ad vetus teſtamentum, verum etiã quantum ad nouum. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia primum principium hoc ipſo ꝙ primum, eſt ſummum, & hoc ipſo ꝙ ſummum, eſt ſummè bonum, & hoc ipſo ꝙ ſummè bonum, eſt ſummè beatum, & ſummè beatificatiuum, & hoc ipſo ꝙ ſummè beatificatiuum, eſt ipſo ſummè fruendum, & hoc ipſo ꝙ eſt eo ſummè fruendum, ſummè eſt ei inhęrendum per amorem, & in eo quieſcendum tanquam in fine. Quoniam ergo amor rectus, & ordinatus, qui charitas appellatur, principaliter fertur in illud bonum quo fruitur, & in quo quieſcit, & hoc ipſum eſt ratio diligẽdi, hinc eſt, ꝙ illud præcipuè diligit tanquam beatificatiuum, & cætera per conſequens, quæ per illud idonea ſunt beatificari. Quoniam igitur nobiſcũ ad beatitudinem natus eſt proximus peruenire, natum eſt etiã peruenire, & corpus noſtrum tanquam beatificabile cum Spiritu, hinc eſt, quòd quatuor tanquam ex charitate diligenda eſſe dicuntur. ſ. Deus, & proximus, Spiritus noſter, & corpus noſtrum. Rurſus quoniã Deus eſt ſupra nos tanquam bonum ſupremum, Spiritus noſter intra nos tãquã bonum intrinſecũ, & proximus noſter iuxta nos tanquam bonum cognatum, corpus vero noſtrum infra nos tãquam bonum ſubiectum, hinc eſt, ꝙ hic debet ſeruari ordo in diligendo, vt primo Deus diligatur ſuper omnia, & propter ſeipſum, ſecũdò ſpiritus noſter ſub Deo ſupra omne bonum caducum, tertiò proximus noſter iuxta nos ad conſimile bonum, quartò corpus noſtrum infra nos, ſicut bonum infimum, & in eodem gradu contineri debet corpus proximi, quia vtrunque tenet rationem inferioris boni reſpectu ſpiritus noſtri. Poſtremò, quia amor eſt pondus mentis, & origo omnis affectionis mentalis, qui de facili reflectitur in ſe, & difficulter tendit in proximum, & difficilius eleuatur in Deum, hinc eſt, ꝙ licet quatuor ſint diligenda ex charitate, duplex tñ datur mandatum, vnũ quod dirigit in Deũ, aliud quod dirigit in proximũ. Et quia oĩa præcepta, vel ad Deum referuntur tanquam in finẽ, vel ad proximum tanquam in illud, quod eſt ad finem, hinc eſt, ꝙ in his duobus mandatis clauditur collectio mandatorum, & comprehenſio oĩum ſcripturarum, & charitas ipſa eſt radix, forma, & finis virtutum, quæ iungit oẽs cum vltimo fine, & ligat oĩa ad inuicem ſimul, & ordinat, ac per hoc ipſa eſt pondus inclinationis ordinatæ, & vinculum colligationis perfectæ, ordinẽ quidem ſeruans reſpectu diligendorum diuerſorum, quantum ad affectum pariter, & effectum, vnitatem autem habens in habitu quantum ad vnum finem, & vnũ principale dilectum, quod eſt ratio diligendi reſpectu oĩum aliorum dilectorum, quæ per amoris vinculũ nata ſunt colligari in vnum Chriſtum quãtũ ad caput & corpus, quod vnitatem continet in ſe ſaluandorum, quæ vnitas nunc inchoatur in vita, ſed cõſummatur in æterna gloria, iuxta quod Dñs orat, vt ſint vnum, ſicut & nos vnũ ſumus, & ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum, qua vnitate conſummata per vinculum charitatis, erit Deus omnia in omnibus, æternitate certa, & pace perfecta, eruntque omnia per amorem communia communione ordinata, & ordinatione connexa, & connexione indiſſolubiliter alligata.

Matth. 12.

Ratio charitatis impendendę.

Ordo ſeruandus in dilectione.

Ioan. 7.

Finis charitatis.

*De exercitio gratiæ reſpectu agendorum, pręceptorum, & conſiliorum.* Cap. 9.

Præceptorum diuerſitas.

DE præceptis autem legis diuinæ hoc tenendũ eſt, quòd in lege moſayca ſunt præcepta iudicialia, figuralia, & moralia, vtpote decem præcepta decalogi in duabus tabulis conſcripta digito Dei. Lex aut Euangelica iudicialia temperat auferendo, figuralia euacuat adimplendo, moralia conſummat adijciẽdo. Adijcit autẽ documenta inſtruentia, promiſſa excitantia, & conſilia perficientia, cuiuſmodi ſunt conſilium paupertatis, conſilium obedientiæ, & conſilium caſtitatis, ad quæ implenda inuitat Dñs noſter Ieſus Chriſtus eum, qui vult eſſe perfectus. Ratio autẽ ad intelligentiam prędictorum hæc eſt. Quia primum principium, ſicut eſt ſummè bonum in ſeipſo, ſic eſt ſummè iuſtum in opere ſuo, & in vniuerſo regimine diſponendo. Quoniam ergo ſummè iuſti eſt zelare iuſtitiam, non tantum in ſe, verum etiam in altero, iuſtitia autem conſiſtit in cõformando ſe regulis iuris, hinc eſt, ꝙ diuinæ iuſtitię eſt regulas iuſtitiæ homini imprimere & exprimere, non tantum dictando per modum veritatis erudiẽtis, ſed etiam præcipiendo, & obligando, per modum voluntatis imperantis. Et qm̃ gratia facit voluntatem noſtrã voluntati diuinæ cõformẽ, ipſius eſt diſponere nos ad obtemperandum, & ſubiacendum illis regulis iuſtitię, ſecundum dictamen legis diuinitus datæ. Rurſus qm̃ diuinis imperijs dupliciter obtemperare contingit, videlicet ex timore pœnæ, vel ex amore iuſtitiæ, & primum eſt imperfectorum, ſecundum autẽ perfectorum, ideo duplicem Deus homini contulit legem, vnam timoris, & alteram amoris, vnam in ſeruitutem generantem, & alteram in adoptionem filiorũ Dei transferentẽ. Ac per hoc, quia timentibus & imperfectis cõpetit, vt terreantur per iuditia, & manuducantur per ſigna, & dirigantur nihilominus per præcepta, hinc eſt, ꝙ lex moſayca quę eſt lex timoris, continet iudicialia & figuralia, & moralia. Perfectis autem & amantibus competit aperta inſtructio documentorum, larga promiſſio præmiorũ, & alta perfectio conſiliorum, hinc eſt, ꝙ lex euangelica continet iſta tria. Et ideo dicitur lex moſayca differre ab euangelica, quia illa figuræ, hæc veritatis, illa lex pęnę, hæc gratiæ, illa literalis, & iſta ſpiritualis, illa occidens, & iſta viuificãs, illa timoris, & iſta amoris, illa ſeruitutis, & iſta libertatis, illa oneris, & iſta facilitatis. Poſtremò qm̃ regulæ ſpectantes ad iuſtitiæ neceſſitatem continentur in diuinis præceptis, & iuſtitiæ eſt ius ſuũ vnicuiq; reddere, neceſſe eſt, ꝙ pręcepta moralia q̃dam ſint quę ordinent nos ad Deum, quædam ad proximũ, ſecundũ duplex charitatis pręceptum, quod Spirituſſanctus voluit inſinuare per duarum miſteriũ tabularum, & ideo digito Dei ſcriptæ dicuntur. Et quia Deus eſt trinus, Pater. ſ. & Filius, & Spirituſſanctus, cui competit ſumma maieſtas, adoranda veritas profitenda, & charitas acceptanda, ſecundũ vim iraſcibilem, rationalem, & concupiſcibilem, per actũ operis, oris, & cordis, ideo triplex eſt mandatũ primæ tabulæ, correſpondens tribus præmiſſis, ſ. adorationis ſubiectiuę, iurationis veridicæ, & ſabbatizationis ſacratæ. Quia vero proximus eſt imago Trinitatis, & ei quantum præfert imaginem Patris debetur pietas, inquantum imaginem Filij debetur veracitas, inquantum imaginẽ Spirituſſancti debetur benignitas, hinc eſt, quòd ſeptem ſunt mandata, quę ad ſecundam tabulam ſpectant. Nam penes pietatem duo ſunt, vnum, quod pietatem mãdat, ſcilicet de Patre honorando, alterum, quod impietatem vetat, ſcilicet de non occidendo. Penes veracitatem vero, quæ principaliter conſiſtit in verbo, accipitur vnum, ſcilicet de falſo teſtimonio non ferendo. Penes benignitatem vero, cui opponitur cupiditas, & concupiſcentia, quarum vtraque poteſt eſſe in opere, vel in corde, accipiuntur quatuor, ſcilicet non mœchaberis, non concupiſces vxorem, non furtum facies, & non concupiſces rem alienam. Et habent hæc ordinari ſecundum maiora, vel minora nocumenta, per quæ infringi poteſt iuſtitia. Et ſic regulæ ſpectantes ad iuſtitiæ neceſſitatem, debent

Perfectio legis euangelicæ.

Pręceptorum ſufficientia.

berent contineri in decem præceptis. Quoniam autem iuſtitia ad perfectionem peruenit, dum perfectè ſe elongat à malo, & quantum ad culpam, & quantum ad cauſam, & omne malum oritur ex triplici radice, ſcilicet concupiſcentiæ carnis, & concupiſcentiæ oculorum, &

1. Ioann. 2.

ſuperbiæ vitæ, hinc eſt, quòd tria ſunt conſilia Euangelica, perfectè nos elongantia à triplici radice prædicta. Quæ ideo ſunt conſilia, quia vt perfecte faciant recedere à malo, nō ſolum ſeparant ab illicitis, verumetiam à licitis, & conceſſis, quæ poſſunt eſſe occaſio mali, ac per hoc non ſolum iuſtitiam continent ſufficientem, verum etiam ſuper abundantem, ſecundum quòd competit perfectioni Euangelicæ legis, & exercitationi gratiæ perficientis.

*De exercitio gratiæ reſpectu petendorum, & orandorum.* Cap. 10.

Cur Deus à nobis requirat orādi aſſiduitatem.

DE petitionibus autem orationis Dominicæ hoc tenendum eſt, ꝙ licet Deus ſit liberaliſſimus, & promptior ad dandum, quam nos ad accipiendum, tamen à nobis vult orari, vt occaſionem habeat largiendi dona gratiæ Spirituſſancti. Vult autem orari, non ſolum oratione mentali, quæ eſt aſcenſus intellectus in Deum, verum etiam vocali, quæ eſt petitio decentium à Deo, non ſolum per noſipſos, verum etiam per Sanctos, tanquam per adiutores nobis diuinitus datos, vt quod minus digni ſumus impetrare per nos, im-

Rom. 8.

petrare valeamus per Sanctos. Et quia quid oremus ſecundum quòd oportet neſcimus, ne vagaremur incerti, formā nobis tribuit Dominus, & Deus noſter Chriſtus in oratione quam compoſuit, in qua ſub ſeptenario petitionum numero vniuerſitas comprehenditur petendorum. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia primum principium, ſicut eſt ſummè verum & bonum in ſeipſo, ſic miſericors & iuſtum in opere ſuo. Et quia miſericordiſſimum eſt, ideo libentiſſime condeſcendit humanæ miſeriæ per infuſionem gratiæ ſuæ. Quia vero ſimul cum hoc iuſtum eſt, ideo donum perfectum non dat, niſi deſideranti, nō dat gratiam, niſi regratianti, non impendit miſericordiam, niſi miſeriam cognoſcenti, vt ſalua ſit libertas arbitrij, & non vileſcat nobilitas doni, & integer perſeueret cultus honoris diuini. Quoniam ergo orantis eſt affectare ſubſidium, proprium allegare defectum, & gratias agere propter beneficium gratis datū, hinc eſt, ꝙ oratio diſponit ad ſuſceptionem diuinorum chariſmatum, & Deus orari vult ad hoc, vt munera largiatur,

Conditiones orantis.

Rurſus quia ad hoc ꝙ deſiderium efficaciter ſurſum tendat ad impetrandum dona diuina, neceſſe eſt, quod affectio noſtra ſit feruida, & cogitatio in vnum collecta, & expectatio noſtra ſit certa, & firma, & quia cor noſtrum frequenter eſt tepidum, frequēter diſperſum, frequenter etiam pauidum propter peccati remorſum, nec audens per ſeipſum comparere ante Dei conſpectum, hinc eſt, quòd Dominus voluit nos non tantum orare mentaliter, verum etiam vocaliter, ad noſtri affectus excitationem per verba, & ad recollectionem co-

Sanctorū inuocatio.

gitationum per ſenſum verborum. Voluit etiā nos orare per ſanctos, & ſanctos pro nobis, ad dandam fiduciā pauidis, vt ꝙ non audent, vel non poſſunt impetrare per ſe, per idoneos impetratores obtineant, ac per hoc in orantibus humilitas conſeruetur, in ſanctis intercedētibus dignitas declaretur, in omnibus etiam Chriſti mēbris charitas, & vnitas oſtendatur, qua, quæ inferiora ſunt, ad ſuperiora fiducialiter recurrant, & ſuperiora inferioribus liberaliter condeſcendant. Poſtremo quia

Quid oratione petēdum.

Deus iuſtus & miſericors exaudire nō debet niſi in his, quæ ſpectant ad ſuum honorem, & ad noſtram ſalutē, huiuſmodi autem ſunt, quæ ſpectant ad premium patriæ, & ad viaticum viæ, & prima ſunt tria, & ſequentia quatuor, hinc eſt, quod petitiones Dominicæ orationis, quæ docent quid petere vtiliter debeamus, ſunt ſeptem. Quæ enim ſpectant ad diuinum honorem, & præmium patriæ ſunt tria, ſcilicet intelligentia veritatis, reuerentia maieſtatis, & concordia voluntatis. Siue per alia verba. Vel eſt viſio ſummi veri, quod non videtur, niſi à mundis, & a ſanctis, & hæc petitur cum dicitur. Sanctificetur nomen tuum, ideſt tui nominis notitia perfectis ſanctis, & mundis donetur. Vel eſt tentio ſummi ardui, quæ reges facit, & per quam regnum habetur, & hæc petitur cum dicitur. Adueniat regnum tuum. Vel eſt fruitio ſummi boni, quæ non datur niſi his, qui voluntates ſuas habent diuinæ voluntati conformes, & hæc petitur cum dicitur. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra. Quæ autem ſpectant ad tranſitum viȩ, aut reſpiciunt collationem boni conferentis, aut amotionem mali nocentis. Collatio autem boni conferentis petitur in pane cotidiano, ſiue ſuper ſubſtantiali, in quo petitur quicquid neceſſarium eſt ad conſeruationem vitæ præſentis, ſiue ſecundum ſpiritum, ſiue ſecundum corpus. Amotio autem mali nocentis petitur in tribus petitionibus vltimis, quia omne malum aut tenet rationem præteriti, aut futuri, aut præſentis. Vel aliter, aut tenet rationem mali culpȩ, aut pugnæ, aut pœnæ. Primum petitur amoueri in dimiſſione debitorum, ſecundum in victoria tentationum, tertium, & vltimum in liberatione ab oppreſſione malorum. Et ſic ſeptem in vniuerſo ſunt petitiones, in quibus vniuerſaliter petitur quicquid petendum eſt.

Orationis Dominicæ breuiſſima reſolutio.

Et hoc quidem ſatis rectè, vt ſeptenarius petitionum, reſpondeat ſeptenario diuinorum chariſmatum, & donorum gratiæ ſeptiformis, Propter quod notandum eſt, quòd ſeptiformem ſeptenarium proponit nobis ſacra ſcriptura conſiderandum, ſcilicet vitiorum capitalium, ſacramentorum, virtutum, donorum, beatitudinum, petitionum, et dotum glorioſarum trium, ſcilicet ſpiritualium, & quatuor corporalium, vt inferius apparebit. Proponit ergo ſeptenarium vitiorū tanquam primum, à quo debemus recedere, ſeptenarium ſacramentorum ſecundum, per quem debemus incedere, ſeptenarium dotum vltimum, quem debemus appetere, ſeptenarium petitionum penultimum, quo debemus petere, ſeptenarium autem virtutum, donorum & beatitudinum, triplicem intermedium, per quem debemus tranſire, vt ſic ſepties in die laudantes nomen domini & orantes, impetremus gratiam ſeptiformem virtutum, donorum, & beatitudinum, qua vincamus ſeptiformem pugnam vitiorum capitalium, & perueniamus ad ſeptiformem coronam dotum glorioſarum, adiuuante nihilominus ſeptiformi medicina ſacramentorum diuinitus ad reparationem humani generis ſtatutorum,

7. ſeptenarij ex ſacra ſcriptura.

# BREVILOQVII

## PARS SEXTA, IN QVA DE MEDICINA SACRAMENTALI AGITVR.

*De ſacramentali origine.* Cap. 1.

POST quam actum eſt de Trinitate Dei, de creatura mundi, de corruptela peccati, de incarnatione verbi, & de gratia Spirituſſancti, iam nunc ſexto agendum eſt de medicina ſacramentali. Circa quàm conſideranda ſunt ſeptem. Agendum eſt.n. de ſacrorum origine, variatione, diſtinctione, inſtitutione, diſpenſatione, iteratione, & vniuſcuiuſque integritate. De origi-

ne igitur ſacramentorum hoc tenendum eſt, quòd ſa-
cramenta ſunt ſigna ſenſibilia diuinitus, inſtituta tan-
quam medicamenta, in quibus ſub tegumẽto rerũ ſenſi
bilium diuina virtus ſecretius operatur, ita quod ipſa
ex ſimilitudine naturali repræſentant, ex inſtitutione
ſignificant, ex ſanctificatione conferunt aliquam ſpi-
ritualem gratiam, per quam anima curatur ab infirmi-
tatibus vitiorum, & ad hoc principaliter ordinantur
tanquam ad finem vltimum, valent tamen ad humi-
liationẽ, eruditionem, et exercitationem, ſicut ad finem,
qui eſt ſub fine. Ratio autem ad intelligentiam prædi-
ctorum hæc eſt. Quia principium reparatiuum, quod
eſt Chriſtus crucifixus, verbum ſcilicet incarnatum,
quod ſapientiſſimè diſpenſat omnia, quia diuinum, &
clementiſſimè curat, quia diuinitus incarnatum, ſic de-
bet reparare, ſanare, & ſaluare humanum genus ægro-
tum, ſecundum quòd competit ipſi ægrotanti, ægritu-
dini, & occaſioni ægrotandi, & ipſius ægritudinis cu-
rationi. Ipſe autem medicus eſt verbum incarnatum,
Deus, ſcilicet inuiſibilis in natura viſibili. Homo ægro-
tans eſt non tantum Spiritus, nec tantum caro, ſed Spi-
ritus in carne mortali. Morbus autem eſt originalis cul
pa, quæ per ignorantiam inficit mentem, & per concu-
piſcentiam inficit carnem. Origo autem huius culpæ, li
cet principaliter fuerit ex conſenſu rationis, occaſionẽ
tamen ſumpſit à ſenſibus carnis. Ad hoc ergo quòd me
dicina correſpondens eſſet omnibus ſupradictis, opor-
tuit, quòd non tantum eſſet ſpiritualis, verum etiam ali
quid haberet de ſenſibilibus ſignis, vt ſicut hæc ſenſibi
bilia fuerunt animę occaſio labendi, ita eſſent ei occaſio
reſurgendi. Quoniam igitur ſigna ſenſibilia, quantum
eſt de ſe, non habent efficacem ordinationem ad gra-
tiam, licet habeant longinquam repræſentationem de
ſui natura, hinc eſt, quod oportuit, quòd ab auctore gra
tiæ inſtituerentur ad ſignificandum, & benedicerentur
ad ſanctificandum, vt ſic eſſent ex naturali ſimilitudine
repræſentantia, ex adiuncta inſtitutione ſignificãtia, ex
ſuperaddita benectione ſanctificãtia, & ad gratiam præ
parantia, per quam curaretur & ſanaretur anima no-
ſtra. Rurſus; quoniam gratia curatiua non datur elatis,
incredulis, & faſtidioſis, ideo oportuit hæc ſigna ſenſi-
bilia diuinitus dari, quæ nõ ſolum ſanctificarent, & gra
tiam conferrent, ac per hoc ſanarent, verumetiam ſigni
ficatione erudirent, & ſuſceptione humiliarent, & diuer
ſificatione exercitarent, vt ſic per exercitationem exclu
ſa accidia à concupiſcibili, per eruditionẽ excluſa igno-
rantia à rationali, per humiliationem, excluſa ſuperbia
ab iraſcibili, tota aĩa curabilis fieret à gratia Spirituſſan
cti, quæ reformat nos ſecundum has tres potentias, ad
imaginem Trinitatis, & Chriſti. Poſtremò quoniam
per huiuſmodi ſigna ſenſibilia diuinitus inſtituta, gra-
tia Spirituſſancti ſuſcipitur, & in eis ab accedentibus in
uenitur, hinc eſt, quod huiuſmodi ſacramenta dicun-
tur gratiæ vaſa, & cauſa, non quia gratia in eis ſubſtan-
tialiter contineatur, vel cauſaliter efficiatur, cum in ſo-
la anima habeat collocari, & à ſolo Deo habeat infun-
di, ſed quia in illis, & per illa gratia curationis a ſummo
medico Chriſto ex diuino decreto oportet hauriri, li-
cet Deus non alligauerit ſuam gratiam ſacramentis. Ex
præmiſſis igitur apparet non ſolum, quis ſit ſacramen-
torum ortus, verum etiam quis vſus, & quis fructus.
Nam ortus eorum eſt Chriſtus Dominus. Vſus aũt eſt
actus exercitatiuus, eruditiuus, & humiliatiuus. Fru-
ctus autem eſt hominum cura, & ſalus. Patet etiam quæ
ſit cauſa efficiens ſacramentorum, quia diuina inſtitu-
tio. Quæ materialis, quia ſigni ſenſibilis repręſenta-
tio. Quæ formalis, quia gratuita ſanctificatio. Quæ
finalis, quia hominum medicinalis curatio. Et quia de
nominatio fit à forma, & fine, hinc eſt, quod dicuntur
ſacramenta quaſi medicamenta ſanctificantia. Per hæc
enim anima à fęditate vitiorum reducitur ad ſanctifica
tionem perfectam. Et ideo licet ſint corporalia, & ſenſi
bilia, ſunt tamen medicinalia, & ob hoc veneranda tan
quam ſancta, quia ſacra ſignificant myſteria, ad ſacra
præparant chariſmata, à ſacratiſſimo Deo data, ſacra
inſtitutione, & benedictione diuinitus conſecrata, ad
cultum ſacratiſſimum Dei in ſacra Eccleſia conſtituta
vt merito dici debeant ſacramenta.

Inſtitutio diuina ſacramentorum.

Cur ſacramentum ſit ſignum ſenſibile.

Quomodo ſacramenta conferant gratiam.

### *De ſacramentorum variatione.*
### *Capitulum. 2.*

DE variatione autem ſacramẽtorum hoc tenen-
dum eſt, quod ſacramenta ab initio ad curatio-
nem hominis ſunt inſtituta, & ſemper cum
morbo hominis cucurrerunt, & vſque in finem ſe-
culi perdurabunt, ſed alia fuerunt in lege naturæ,
alia ſub lege ſcripta, alia ſub lege gratiæ. Et in his
omnibus illa quæ poſteriora ſunt ſignificatione, ſunt
euidentiora, & effectu gratiæ digniora. In lege enim
naturę fuerunt oblationes, ſacrificia, & decimatio-
nes. In lege autem ſcripta introducta circuncifio,
& adiuncta eſt expiatio, & ſuperaddita eſt oblatio-
num, decimationum, & ſacrificiorum multifor-
mis diſtinctio. In lege autem noua ſtatuta ſunt ſa-
cramenta numero pauciora, vtilitate potiora, virtute
efficaciora, & præeminentia digniora, in quibus eſt
impletio ſimul, & euacuatio ſacramentorum om-
nium prædictorum. Ratio autem ad intelligentiam
prædictorum hæc eſt, quia verbum incarnatum, quod
eſt reparationis noſtræ principium, & fons, & ori-
go ſacramentorum, cum ſit clementiſſimum, & ſa-
pientiſſimum, eo quòd clementiſſimum eſt, non per-
miſit quod curreret morbus peccati ſine remedio ſa-
cramenti, eo vero quod ſapientiſſimum eſt, ideo
iuxta dictamen ſuæ immutabilis ſapientiæ cuncta or-
dinatiſſimè gubernantis, diuerſa adhibuit medicamen-
ta, & varia ſecundum mutationem variam tempo-
rum diuerſorum. Quoniam ergo ab initio precurren-
te tempore, & aduentu Saluatoris magis ac magis
appropinquante, ſemper magis ac magis effectus ſa-
lutis creuit, & cognitio veritatis, congruum fuit, & ip-
ſa ſigna ſalutis per ſucceſſionem temporum alia poſt
alia variari, vt effectus gratiæ diuinæ in ſalutem creſce-
rẽt, ſimulque & ipſa ſignificatio in ipſis ſignis viſibili-
bus euidentior appareret. Et ideo primum per obla-
tiones, poſtea per circuncifionem, ad vltimum per ba-
ptiſmalem abſolutionem, expiationis, & iuſtificationis,
ſacramentum formaliter inſtitutum eſt, quia eiuſdem
mundationis forma, & ſimilitudo in oblatione quidem
occultè inuenitur, in circuncifione vero euidentius ex
primitur, per baptiſmum autem manifeſtius declara-
tur. Et hinc eſt, quòd illa primi temporis ſacramenta
(ſicut dicit Hugo) fuerunt ſicut veritatis vmbra, medij
temporis ſicut figura, ſeu imago, poſtremi, ſcilicet gra-
tiæ ſicut corpus, quia intra ſe veritatem, & gratiam cu-
ratricem continent quam præſentant, & præſentialiter
conferunt quod promittunt. Rurſus quoniam præſen-
tia veritatis, & gratiæ, quæ in lege gratiæ exhibetur ra-
tione ſuæ excellentiæ, & multiformitatis in opere & vir
tute, per vnum ſignum exprimi nõ poterat, vt decebat,
hinc eſt, quòd in omni tempore, & lege plura fue-
runt ſacramenta data ad illam veritatem, & gratiam
exprimendam, ſed præcipue in tempore legis figu-
ræ, cuius eſt figurare multa ſigna, & varia præceſſe-
runt, quæ ſua varietate Chriſti gratiam multipliciter
exprimerent, & excellentius commendarent, & multi-
pliciter commendando nutrirent paruulos, exercerent

Pro varietate temporum, vt tria ſacramenta.

imperfectos

imperfectos, & duros onerando frangerent, & ad iugum gratiæ domarent, & quodammodo emollirent. Poſtremò quoniam ſuperueniente veritate ceſſat vmbra, & figura prænuncians ſortitur finem intentum, quo habito ceſſare debet eius vſus, & actus, hinc eſt, quod gratia ſuperueniente, vetera ſacramenta & ſigna impleta ſunt pariter & ſublata, quia ſigna erant pronoſtica futuorum, & quaſi prænunciantia de longinquo, & noua nihilominus inſtituta tanquam demonſtratiua præſentis gratiæ, & rememoratiua quodammodo paſſionis dominicæ, quæ fons eſt, & origo gratiæ curatiuę, ſiue in nobis, ſiue in his qui præceſſerunt Chriſti aduētum, ſed in his qui præceſſerunt, tanquam pretium promiſſum, in his qui ſequuntur, tanquam pretium perſolutum. Et quoniam nō debetur gratia promiſſioni pretij, niſi ratione perſolutionis, & abundantior debetur perſoluto pretio, quàm promiſſo, hinc eſt, quòd paſſio Chriſti immediatiua ſanctificat ſacramenta temporis legis nouæ, & pleniori gratia in eis redundat. Propter quod illa præparauerunt, & perduxerunt ad hæc, ſicut via ad terminum, ſicut ſignum ad ſignatum, ſicut figura ad veritatem, & ſicut imperfectum reducit, & præparat ad perfectum.

Dignitas ſacramentorum nouæ legis.

### *De ſacramentorum numero, & diſtinctione. Capit. 3.*

DE diſtinctione autem, & numero ſacramentorū nouæ legis, hoc tenendum eſt, quòd ipſa ſunt ſeptem, ſecundum correſpondentiam ad gratiam ſeptiformem, quæ per ſeptennarium temporis non reducit ad principium, quietem, & circulum æternitatis, ſicut ad octauam reſurrectionis vniuerſalis. Horum autem ſacramentorum ianua eſt baptiſmus, deinde confirmatio, euchariſtia, pœnitentia, vnctio extrema, ordo, & matrimonium, quod licet vltimo collocetur propter morbum concupiſcentiæ annexum, ipſum tamen fuit ante omnia introductum in Paradiſo, etiam ante peccatum. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia principium noſtrum reparatiuum, & curatiuum noſtrorum morborum Chriſtus dominus, verbum incarnatum, cum ſit Dei virtus, & ſapientia, & miſericordia noſtra ſic potenter, ſic ſapienter, ſic clementer, ſic decenter ſua debet inſtituere ſacramenta in lege gratiæ, vt nihil prorſus deſit curationi noſtræ quantum competit ſtatui vitæ præſentis. Ad perfectam autem curationem ægritudinis concurrunt hæc tria, ſcilicet expulſio ægritudinis, introductio ſanitatis, & conſeruatio introductæ ſalutis. Primum igitur quoniam ad perfectam curationem, perfecta & vniuerſalis requiritur morbi expulſio, & morbus eſt ſeptiformis, triplex culpabilis, ſcilicet culpa originalis, mortalis, & venialis, & quadruplex pœnalis, ſcilicet ignorantia, malitia, infirmitas, & concupiſcentia, & non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum, ſicut dicit Hieron. hinc eſt, quòd oportuit adhiberi contra hæc ſeptennarium medicamentorum, ad hunc ſeptiformem morbum plenius expellendum, ſcilicet contra originalem, baptiſmum, contra mortalem, pœnitentiam, contra venialem, vnctionem extremam, contra ignorantiam, ordinem, contra malitiam, euchariſtiam, contra infirmitatem, confirmationem, & contra concupiſcentiam, matrimonium, quod eam temperat, & excuſat. Rurſus, quia perfecta curatio non poteſt eſſe ſine reſtitutione integræ ſanitatis, & ſanitas animæ integra conſiſtit in vſu ſeptem virtutum, trium ſcilicet theologicarum, & quatuor Cardinalium, hinc eſt, quod ad harum vſum ſanum reſtituendum, inſtitui oportuit ſeptiforme ſacramentum. Nam baptiſmus ſanando diſponit ad fidem, confirmatio ad ſpem, euchariſtia ad charitatem, pœnitentia ad iuſtitiam, vnctio extrema ad perſeuerantiam, quæ eſt fortitudinis complementum, & ſumma, ordo ad prudentiam, matrimonium ad temperantiam conſeruandam, quam maxime perſequitur infirmitas carnis, ſed honeſtas remediat nuptiarum. Poſtremò quoniam perfecta curatio eſſe non poteſt, ſine conſeruatione ſalutis introductæ, & ſalus introducta conſeruari non poteſt in conflictu certaminis, niſi in acie eccleſiæ, quæ eſt terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, & hoc quidē fit per ſeptiformis gratiæ armaturam, hinc eſt, quòd neceſſe eſt ſeptem eſſe ſacramenta. Nam vt hæc acies ſit perfectè, & continue communita, cum conſtet ex partibus corruptibilibus, indiget ſacramētis munientibus, releuantibus, & renouantibus, munientibus pugnantes, releuantibus cadentes, & renouantibus morientes. Sacramentum autem muniens, aut munit ingredientes, & ſic eſt baptiſmus, aut ſtantes, & ſic eſt confirmatio, aut exeuntes, & ſic eſt extrema vnctio. Sacramentum autem releuans, aut releuat à caſu veniali, & ſic eſt euchariſtia, aut à mortali, & ſic eſt pœnitentia. Sacramentum autem renouans, aut renouat in eſſe ſpirituali, & ſic eſt ordo, cuius eſt adminiſtrare ſacramēta, aut in eſſe naturali, & ſic eſt matrimonium, quod quia renouat multitudinem in eſſe naturæ, quod eſt omnium fundamentum, ideo primo fuit ante omnia inſtitutum, ſiue introductum, licet propter morbum concupiſcentiæ annexum. Et quia minimè eſt ſanctificatiuum, quamuis ſignificatione ſit ſacramentum magnum, inter medicamenta ſpiritualia vltimo collocatur, & locum ſortitur extremum. Vnde quia baptiſmus eſt ingredientium, cōfirmatio pugnantium, euchariſtia vires reſumentium, pœnitentia reſurgentium, extrema vnctio exeuntium, ordo nouos milites introducentium, matrimonium nouos milites præparantium, patet ex his ſufficientia, & ordo medicamentorum ſacramentalium, & armorum.

Collatio ſacramentorum, & virtutum.

Cant. 6.

### *De ſacramentorum inſtitutione. Cap. 4.*

DE inſtitutione autem ſacramentorum hoc tenendum eſt, quòd ſeptem ſacramenta legis gratiæ Chriſtus inſtituit, tanquam noui teſtamenti mediator, & præcipuus lator legis, in qua vocauit ad promiſſa æterna, dedit præcepta dirigentia, & inſtituit ſacramenta ſignificantia. Inſtituit vero ea in verbis, & elementis, ad euidentiam ſignificationis, & efficaciam ſanctificationis, ita quòd ſemper habent ſignificantiam veritatis, ſed non ſemper efficaciam curationis, non propter defectū à parte ſui, ſed à parte ſuſcipientis. Inſtituit autem prædicta ſacramenta diuerſimode. Quædam ſcilicet ex eis confirmando, approbando, & conſummando, vt matrimonium, & pœnitentiam. Quædam autem inſinuando, & initiando, vt confirmationem, & vnctionem extremam. Quædam vero initiando, & conſummando, & in ſemetipſo ſuſcipiendo, vt ſacramentum baptiſmi, Euchariſtiæ, & ordinis. Hæc enim tria & plene inſtituit, & etiam primus ſuſcepit. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hoc eſt. Quia principium reparatiuum noſtrum eſt Chriſtus crucifixus, verbum ſcilicet incarnatum, quod quia verbum eſt patri coęquale, & conſubſtantiale, eſt verbum ſummæ virtutis, ſummæ veritatis, & ſummę bonitatis, ac per hoc, & ſummæ auctoritatis, & ideo ipſius eſt proprie nouum teſtamentum introducere, ipſius eſt etiam dare legem integram, & ſufficientem ſecundum exigentiam ſummæ virtutis, & veritatis, ac bonitatis ſuę. Ratione igitur ſummę bonitatis, promiſſa propoſuit beatificantia, ratione autem ſummę veritatis, pręcepta dedit dirigentia, ratione verò ſummę virtutis, ſacramenta ſtatuit adminiculantia, vt ſic per ſacramenta virtus repararetur, ad implenda præcepta

Inſtitutionis ſacramētorum modus diuerſus.

dirigentia, & per præcepta directiua perueniretur ad promiſſa æterna, faciente hoc verbo æterno, Chriſto ſcilicet Domino in lege euangelica, inquantum eſt via, veritas, & vita. Rurſus quoniam reparatiuum principium non ſolum eſt verbum, inquantum verbum, ſed etiam inquantum incarnatum, quod hoc ipſo, quòd incarnatum omnibus ſe offert, quantum ad notitiam veritatis, & omnibus digne accedentibus ſe exhibet ad gratiam curationis, hinc eſt, quòd tanquam plenum gratiæ, & veritatis ad maiorem euidentiam ſignificandi, & efficaciam ſanctificandi, ſacramenta inſtituit in elementis ſimul, & verbis, vt dum elementa oculis, & verba auribus ſe offerrent, qui ſunt duo ſenſus maxime cognoſcitiui, euidentiam darent ſignificationis expreſſæ, deinde etiam verba ſanctificarent elementa, vt plenior fieret efficacia curationis humanæ, quæ quoniam nulli datur repugnanti, & impugnanti fontem gratiæ interius in corde, ideo ſic inſtituta ſunt, vt ſignificarent ſemper, & vniuerſaliter, non autem ſanctificarent, niſi accedentes digne, abſque omni fictione. Poſtremo, quoniam & ſi verbum incarnatum ſit fons gratiæ ſacramentalis, aliqua tamen gratia ſacramentalis fuit ante incarnationem, aliqua vero non, niſi poſt Spiritusſancti miſſionem, quædam autem medio modo ſe habens, hinc eſt, quòd oportuit ſacramenta inſtitui diuerſimodè. Nam ante incarnationem neceſſaria fuit compunctio pœnitentialis, & generatio matrimonialis, ideo hæc duo ſacramenta non de nouo inſtituit, ſed iam à ſe inſtituta, & naturali dictamini quodammodo impreſſa conſummauit, & confirmauit in lege euangelica, dum pœnitentiam prædicauit, & nuptijs interfuit, & legem coniugij approbauit, ſecundum quòd colligitur ex diuerſis euangelij locis. Ante vero Spiritusſancti miſſionem, nec fuit plena Spiritusſancti donatio ad confirmationem, & nominis Chriſti publicam confeſſionem, nec vnctio mentis plenaria ad euolationem, ideo hæc duo ſacramenta, ſcilicet confirmationem, & extremam vnctionem Chriſtus ſolum initiauit, & inſinuauit, confirmationem manum paruulis imponendo, & prædicendo diſcipulos baptizandos Spiritusſancto, vnctionem vero extremam diſcipulos ad curandum mittendo, qui infirmos vngebant oleo, ſicut

Marci 6.

dicitur in Marco. Medio autem tempore, & fuit regeneratio, & eccleſiæ ordinatio, & ſpiritualis cibatio, ideo Chriſtus hæc tria ſacramenta, ſcilicet baptiſmi, euchariſtiæ, & ordinis, & completè & clarè inſtituit. Primò baptiſmum ſuſcipiendo, deinde formam dando, & cæteris publicando. Ordinem vero dando primò poteſtatem ligandi, & ſoluendi peccata humani generis, & poteſtatem conficiendi ſacramentum altaris. Euchariſtiam vero comparando ſe grano frumenti, & conficiendo, & dando diſcipulis imminente paſſione ſacramentum corporis, & ſanguinis ſui. Et ideo hæc tria ſacramenta per Chriſtum diſtinctè, & integrè debuerunt inſtitui, & in lege veteri multipliciter figurari, tanquam ſacramenta ſubſtantialia noui teſtamenti, & propria legiſlatoris, verbi ſcilicet incarnati.

### *De Sacramentorum diſpenſatione. Capit. 5.*

De miniſtris ſacramentorũ.

DE diſpenſatione vero ſacramentorum hoc tenendum eſt, quòd poteſtas diſpenſationis ſacramentorum regulariter ſpectat ad ſolum genus humanum. In omnibus autem ſacramentis diſpenſandis neceſſaria eſt in diſpenſante intentio. In aliquibus etiam neceſſariò cum intentione requiritur ordo ſacerdotalis, vel pontificalis. Pontificalis inquam neceſſarius eſt diſpenſationi confirmationis, & ordinis. Sacerdotalis vero diſpenſationi euchariſtiæ, pœnitentiæ, & vnctionis extremæ. Baptiſmus autem & matrimonium, licet ad ſacerdotes ſpectent, poſſunt tamen præter ordinem ſacerdotalem diſpenſari de facto, maxime in articulo neceſſitatis. His autem exiſtentibus, ſacramenta diſpenſari poſſunt à bonis & malis, à fidelibus, & hæreticis, intra eccleſiam, & extra, ſed intra ſecundum veritatem, & ad vtilitatem, extra vero non ad vtilitatem, licet diſpenſentur ſecundum veritatem. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia reparatiuum principium noſtrum, verbum ſcilicet incarnatum, inquantum Deus, & homo, ſacramenta inſtituit ad ſalutem hominum, ordinauit ſicut & congruum fuit, vt hominibus diſpenſarentur per miniſterium hominum, propter ſeruandam conformitatem diſpenſatoris ad ſaluatorem Chriſtum, & ad ipſum hominem ſaluandum.

Congrua diſpoſitio ſacramẽtorum diſpẽſar dorum.

Quoniam ergo Saluator Chriſtus humanum genus ſaluauit, ſecundum quòd exigebat æquitas iuris, dignitas ordinis, & ſecuritas ſalutis, operatus eſt enim ſalutem noſtram modo recto, ordinato, & certo, hinc eſt, quòd ſecundum horum trium exigentiam, ſacramenta commiſit hominibus diſpenſanda. Primò igitur, quia rectitudo iuris exigit, vt opera hominis, ſecundum quod homo non fiant præcipitanter, & opera hominis, vt miniſtri Chriſti aliquo modo referantur ad Chriſtum, & opera hominis, vt miniſtri ſalutis aliquo modo referantur ad ſalutem, vel in generali, vel in ſpeciali, & diſpenſatio ſacramentorum eſt opus hominis, vt rationalis, vt miniſtri Chriſti, & vt miniſtri ſalutis, hinc eſt, quòd neceſſe eſt, quòd fiat ex intentione, qua quis intendat facere quod Chriſtus inſtituit ad humanam ſalutem, vel ſaltem facere, quod facit eccleſia, in quo clauditur in generali intentio prædicta, quia ipſa eccleſia ſicut ſacramenta a Chriſto accepit, ſic ad fidelium ſalutem diſpenſat. Rurſus, quia ordo dignitatis exigit, vt maiora maioribus, minora minoribus, & media medijs committantur, & quædam ſunt ſacramenta, quæ præcipuè reſpiciunt eccellentiam virtutis, ſiue dignitatis, vt ſacramentum confirmationis, & ordinis, quædam quæ reſpiciunt indigentiam neceſſitatis, vt baptiſmus, & matrimonium, quorum vnum generat, alterum regenerat ad exiſtentiam debitam, quædam autem media, vt euchariſtia, pœnitentia, & vnctio extrema, hinc eſt, quòd prima tanquam ſuprema, non poſſunt diſpenſari niſi ab Epiſcopis, & Pontificibus, quantum eſt de iure communi, alia vero tanquam infima, diſpenſari poſſunt à quibuſcunque ordinibus, & perſonis inferioribus, maxime in articulo neceſſitatis, quod dico ratione baptiſmi, media vero à ſolis ſacerdotibus, qui inter Epiſcopos, & inferiores perſonas ſunt quaſi in medio conſtituti.

Gradus dignitatis in Eccleſia diuerſus.

Poſtremò, quia ſecuritas ſalutis exigit, vt res ſic fiat, vt in dubio non cadat, & nullus eſt, qui certus ſit de bonitate, & credulitate diſpenſatoris, & idem ipſe non eſt certus de ſe, vtrum odio vel amore dignus ſit, ideo ſi ſacramenta diſpenſari ſolum poſſent a bonis, nullus eſſet certus de ſuſceptione ſacramenti, & ſic oporteret ſemper iterari, & ſic malitia vnius præiudicaret alienæ ſaluti. Nulla etiam eſſet ſtabilitas in gradibus hierarchiæ eccleſiæ militantis, quæ maxime conſiſtit in ſacramentis diſpenſandis, & ideo congruum fuit, vt ſacramentorum diſpenſatio committeretur homini, non ratione ſanctitatis, quæ variatur ſecundum voluntatem, ſed ratione auctoritatis, quæ ſemper manet quantũ eſt de ſe, ac per hoc oportuit, quòd ſe extenderet ad bonos, & ad malos, ad eos qui ſunt intra, & ad eos qui ſunt extra eccleſiam. Verum quia extra vnitatem fidei, & charitatis, quæ facit nos filios eccleſiæ, & membra, nullus poteſt ſaluari, ideo ſi ſacramenta extra recipiantur, non ad ſalutem recipiuntur, quamuis vera ſint ſacramenta, ſed vtilia

Quare nõ ſolis bonis, nec à ſolis bonis diſpenſentur ſacramenta.

poſſunt

poſſunt fieri., ſi quis redeat ad ſanctam matrem eccleſiam vnicam Chriſti ſponſam, cuius filius tantum Chriſtus ſponſus reputat dignos hæreditate ęterna.

Vnde Aug. contra Donatiſtas. Eccleſia Paradiſo comparata, indicat nobis poſſe quidē baptiſmum eius homines etiam foris accipere, ſed ſalutem beatitudinis extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte Paradiſi, ſicut ſcriptura teſtatur, etiam foras largiter manauerunt, nominatim quippe commemorantur, & per quas terras fluant, & quod extra Paradiſum conſtitutæ ſint, omnibus notum eſt, nec tamen in Meſopotamia, vel in Aegipto, quo illa flumina perueniunt, eſt fœlicitas vitæ, quæ in Paradiſo cō memoratur, ita fit, vt cum Paradiſi aqua ſit extra Paradiſum, beatitudo tamen non ſit niſi intra Paradiſum. Sic ergo baptiſmus poteſt eſſe extra eccleſiam, munus autem beatę vitæ non niſi intra eccleſiam reperitur, quę ſupra petram etiam fundata eſt, quæ ligandi, & ſoluendi claues accepit. Hæc eſt vna, quæ tenet, & poſſidet omnem ſponſi ſui & Domini poteſtatem, per quam coniugalem poteſtatem etiam de ancillis parere filios poteſt, qui ſi non ſuperbiant, in ſortem hæreditatis vocabuntur, ſi vero ſuperbiant, extra remanebunt. Magis ergo, quia pro eccleſiæ honore atque vnitate pugnamus, non tribuamus hæreticis, quicquid apud eos eius cognoſcimus, ſed eos arguentes doceamus, quod extra vnitatem habent non valere ad ſalutem, niſi ad eandem venerint vnitatem.

Simile. Gen. 2.

Matth. 16

*De ſacramentorum iteratione.*
*Capitulum. 6.*

DE iteratione autem ſacramentorum hoc tenendum eſt, quòd licet commune ſit omnibus ſacramentis non iterari ſuper eandem perſonam, & materiam, & ex eadem cauſa, ne fiat contumelia ſacramento, ſpecialiter tamen tria ſunt ſacramenta, quæ non ſunt aliquatenus iteranda, ſcilicet baptiſmus, confirmatio, & ordo. In his nanque tribus imprimitur triplex caracter interior, qui non deletur, inter quos caracter baptiſmalis retinet fundamentum, nec alij poſſunt imprimi, niſi ille primitus imprimatur. Vnde ſi quis ordinatur non baptizatus, nihil prorſus efficitur, ſed eſt totum de nouo faciendum, quia non intelligitur iteratum, quod conſtat non fuiſſe factum. Ratio autem ad intelligentiam præmiſſorum hæc eſt.

Quia principium noſtrum reparatiuum, verbum ſcilicet incarnatum, licet ratione ſuæ ſummæ virtutis, & ſapientiæ, & bonitatis nihil agat inefficaciter, nihil ineptè, nihil infructuoſè, potiſſimè tamen hoc obſeruare debet in nobiliſſimis operibus ſuis, cuiuſmodi ſunt illa per quæ reparatur genus humanum. Quoniam ergo ſacramenta ſunt de genere huiuſmodi operum diuinorum, hinc eſt, quòd contumelia quodammodo fit eis, quando ſuper eandem materiam, & perſonam, & ex eadem cauſa iterantur, quia ex hoc oſtenditur, quòd prius diſpenſata fuerunt inefficacia, inepta, & infructuoſa, contra id quod exigebat ipſius reparatiui principij virtus, & ſapientia, & bonitas ſumma, quæ ſemper aſſiſtit ad operandum in illis, & per illa ſacramenta. Rurſus quoniam inter hæc ſacramenta reparantia, in quibus eſt generaliter efficacia diuinæ virtutis ad reparationem humani generis, quædam ſunt, quæ tantum introducta ſunt propter remedia morborum, quædam etiam non ſolum ad hoc, ſed ad ſtatuendum, diſcernendum, & ordinādum in eccleſia hierarchicos gradus, & morbi poſſunt variari, expelli, & iterum introduci, gradus autem eccleſiæ debent eſſe firmi, & ſolidi, & inconcuſſi, hinc eſt, quòd ſacramenta quæ reſpiciunt morbos iterabiles, habent effectus tranſeuntes, ac per hoc, & iterabiles ratione nouæ cauſæ, ſacramenta vero illa quæ reſpiciunt gradus hierarchicos, & ſtatus fidei determinatos, neceſſe eſt, quòd præter effectus remediātes aliquos effectus, tribuant permanentes, ad gradum & ſtatum eccleſiæ diſtinctionem fixam, & ſtabilem. Et quoniam hoc non poteſt fieri per data naturalia, vel dona gratuita, gratum facientia, neceſſe eſt quod fiat per aliqua ſigna ſubſtantiæ incorruptibili ſcilicet animæ incorruptibili, à principio incorruptibili, ſecundum conformitatem ad incorruptibile indelebiliter, & gratis impreſſa, quæ caracteres appellantur, qui quoniam nunquam delentur, ideo nec iterari poſſunt, nec illa ſacramenta in quibus huiuſmodi caracteres imprimuntur. Poſtremo, quoniam triplex eſt ſtatus fidei, ſecundum quem habet fieri diſtinctio in populo chriſtiano in acie eccleſiaſticæ hierarchicæ, ſcilicet ſtatus fidei genitæ, roboratæ, & multiplicatæ. Secundum primum fit diſtinctio fidelium ab incredulis, per ſecundum fit diſtinctio fortium ab infirmis, & debilibus, ſecundum tertium fit diſtinctio clericorum à laicis, hinc eſt, quòd illa ſacramenta quę reſpiciunt triplicem fidei ſtatum prędictum, caracteres imprimunt, per quos indelebiliter impreſſos ſemper diſtinguunt, ac per hoc nunquam iterari poſſunt. Quoniam ergo baptiſmus reſpicit ſtatum fidei genitæ, in quo populus Dei diſtinguitur ab incredulis, vt Iſraelitę ab Aegyptijs, & confirmatio reſpicit ſtatum fidei roboratæ, in quo diſtinguitur populus fortis ab infirmis, ſicut pugiles ab his, qui ad pugnam non ſunt idonei, & ordo reſpicit ſtatum fidei multiplicatæ, in quo diſtinguitur clerus à laicis, ſicut leuitæ ab alijs tribubus, hinc eſt, quòd in his tantum tribus ſacramentis caracteres imprimuntur. Quia vero diſtinctio populi à non populo prima eſt, & radicalis, hinc eſt, quod character bapiiſmalis eſt fundamentum omnium aliorum characterum, & ideo illo non ſubſtrato, nihil poterit ſuperædificari, ac per hoc oportet, de nouo fieri: ſi autem ille ſubſternatur, alij imprimi poſſunt, nec vnquam vlterius iterandi ſunt, nec ſacramenta tria prædicta quę hos imprimunt, ex cauſa aliqua iterantur, & grauis de facto iterantibus debet pœna imponi, propter diuini contumeliam ſacramenti, licet alia quatuor ex cauſis diuerſis poſſint ſine ſui contumelia iterari.

Quare tria ſint pœnitus initerabilia.

Triplex ſtatus fidei.

*De integritate baptiſmi. Capit. 7.*

IAm nunc ſeptimo loco reſtat videre de integritate vniuſcuiuſque ſacramenti, quæ cum ſint in numero ſeptiformi, primo dicendum eſt de baptiſmi integritate, quod eſt ianua omnium aliorum ſacramentorum. De integritate igitur ſacramenti baptiſmi, hoc tenendum eſt, quòd ad hoc quòd aliquis baptizetur verè & plenè, requiritur expreſſio formę vocalis à Domino inſtitutæ, quæ eſt hæc. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & Spiritusſancti, amen. abſque omiſſione vocabuli, & ſine interpoſitione vocabuli, abſque præpoſteratione ordinis ſupradicti, & ſine commutatione nominis prænotati. Requiritur etiam merſio, vel ablutio per elementum aquæ in toto corpore, vel ſaltem in digniori parte, ita quòd expreſſio, & merſio fiat ab vno, & eodem & in eodem tempore, quibus concurrentibus, ſi non ſit fictio in baptizando, datur ei gratia regenerans, & rectificans, & purificans ab omni culpa. Quod vt efficacius fiat, cathechiſmus & exorciſmus, tanquam præparatorij præmittuntur tam in paruulis, quam in adultis, ita tamen quòd in adultis requiritur fides propria, in paruulis ſufficit fides aliena. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt. Quia cum principium noſtrū reparatiuum, verbum. ſ. incarnatum, tanquam perfectiſſimum, & ſufficientiſſimum

Forma baptiſmi.

Catechiſmus.

principium reparare habeat genus humanum per medicamenta ſacramentorum,ita quòd nihil ſit in eis ſuperfluum,nihil inordinatum, nihil etiam diminutum, ita diſponere debuit, quòd ſacramentum baptiſmi, & alia integrarentur ſecundum quòd exigebat ſua virtus, noſtra ſalus, & etiam noſter morbus. Quoniam ergo virtus nos reparās,eſt virtus totius Trinitatis,quā ſancta mater eccleſia credit in animo,confitetur in verbo, & profitetur in ſigno,ſub trium perſonarum diſtinctione,& proprietate,ordine,& origine naturali: eſt ēt virtus paſſionis Chriſti, qui mortuus, & ſepultus fuit,& die tertia reſurrexit,hinc eſt, ꝙ ad horum expreſſionē in ſacramento,quod primum omnium ſacramentorum eſt, & in quo primò & principaliter hæc virtus operatur,debuit fieri expreſſio Trinitatis diſtincta, propria, & ordinata nominatione,quantum eſt de forma cōi,licet in tempore primitiuæ eccleſiæ potuerit fieri in nomine Chriſti,in quo intellectus clauditur totius Trinitatis. Debuit etiam fieri propria,& odinata nominatio verbi baptizandi,cum trina merſione,ad expreſſionem mortis Chriſti, & ſepulturę,& reſurrectionis poſt triduum factæ,quantum eſt de cōgruitate. Et quia ſimul operatur vtraq; virtus, & in vno Chriſto Saluatore, vtrunq; horum debet fieri ab vno, & eodem ſimul,& eodem tempore,propter ſeruandam vnitatem in ſacramento, & ſignificandam vnitatē in noſtro mediatore. Rurſus quoniam ſalus noſtra requirebat inchoari per regenerationem, ſeu renouationem in eſſe gratiæ conferentis ſpirituale eſſe,abſtergendo immunditiam, effugando tenebras,& refrigerando concupiſcentiam,quæ vniuerſaliter labefactat,omnem hominem deſcendentem ſeminaliter ab Adam,hinc eſt,ꝙ ſacramentum primum,quod eſt regeneratiuum, debuit fieri in elemento,quod haberet conformitatem ex naturali repræſentatione,ad triplicem effectum prædictum gratiæ inchoantis noſtram ſalutem. Quoniam ergo aqua ſua puritate mundat,ſua peruietate,ſeu diaphaneitate luminis eſt delatiua,ſua frigiditate refrigerat, & maxime communis eſt omnibus inter omnia liquida,hinc eſt, ꝙ ſacramentum regenerationis noſtræ perfici debuit in elemento aquæ indifferenter,quia omnis aqua omni aquę eſt eadem ſpecie, & etiam ne aliquis propter defectum elementi periculum ſalutis incurrere poſſet. Poſtremò, quoniam morbus noſter, contra quem principaliter eſt baptiſmus,eſt originale peccatum,quod animā priuat vita gratiæ, & omnium virtutum rectitudine habilitante,& pronum quodam modo reddit ad omne genus culpæ,& traducitur aliunde,& paruulum facit concupiſcibilem,& adultum actu concupiſcentem, redigit etiam in diabolicam ſeruitutem,& in poteſtatem principis tenebrarum,hinc eſt,quòd ad hoc,ꝙ per illud ſacramentum per contrarium ſufficiens adhibeatur remedij medicamentum,congruit in eo dari gratiam regenerantem contra priuationem vitæ gratuitæ,gratiam rectificantem in ſeptiformi virtute contra priuationem virtutis habilitatiuę,gratiam purificantem ab omni culpa contra pronitatem ad omnem deordinationem vitio ſam. Et quoniam originale peccatum trahitur aliunde, & paruulum facit concupiſcibilem,& adultum actu cōcupiſcentem,neceſſaria eſt adulto fides propria, & pœnitentia,ſed paruulo ſufficit aliena, quæ ſcilicet eſt in vniuerſali eccleſia. Quia vero baptiſmus debet eruere à ſeruitute diaboli,& de poteſtate principis tenebrarū tā paruulos,quàm adultos,hinc eſt,quod vtrique exorcizari debent ad expulſionem poteſtatis contrariæ, vtrique etiā cathechizari,adulti vt expuſa caligine erroris, informentur ad fidem, paruuli vero vt ſciant patrini quid eos debeant edocere,ne pro humano defectu impediatur baptiſmatis ſacramentum, quo minus habeat finem ſuum.

Trinitatis atq; paſſionis Chriſti myſteriū in baptiſmo exprimitur.

Effectus baptiſmi.

*De integritate confirmationis.* *Cap. 8.*

DE ſacramento confirmationis hoc tenendum eſt, quòd ad ipſius integritatem requiritur forma vocalis quæ ſecundum morem magis communē hæc eſt. Signo te ſigno crucis,confirmo te chriſmate ſalutis,in nomine patris,& filij,& ſpiritusſancti, Amen. Requiritur etiam chriſma,quod conficitur ex oleo oliuarum, & balſamo, de quo cum per manus Epiſcopi ſignum crucis fronti imprimitur, ſub prædicta forma verborum,confirmationis ſuſcipitur ſacramentum, per quod confirmatur homo, vt pugil ad nomen Chriſti audacter,& publice confitendum. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia reparatiuum principium noſtrum,verbum ſcilicet incarnatum,ſicut æternaliter conceptum eſt in corde patris,& temporaliter in carne ſenſibiliter apparuit homini, ſic neminem reparat,niſi ipſum & corde credendo concipiat, & creditum exterius confitendo depromat confeſſione debita,cuiuſmodi eſt confeſſio veridica, veritate plena,quæ non tantum eſt veritas ſpeculatiua, verumetiam practica. Hæc autem eſt, in qua non tantum eſt ad æquatio intellectus, ſermonis, & rei, verumetiam in qua totus homo veritati conformatur ſecundum intelligentiam rationis,ſecundū complacentiam voluntatis, & ſecundum adhærentiā virtutis, vt ſic ex toto corde,tota anima,& tota mente,ſit ex corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta,& talis eſt cōfeſſio integra,placida, & intrepida,vt ſit ex integra ratione eius de quo eſt,placida ratione eius,coram quo fit,intrepida ratione eius, à quo fieri habet illa confeſſio. Quoniam ergo ad hoc homo puſillanimis non eſt idoneus,niſi per manum ſupernæ gratiæ confirmetur, ideo ad hoc ſacramentum confirmationis fuit diuinitus inſtitutum,tanquam immediate ſequens baptiſmum. Quia verò finis imponit neceſſitatem ijs, quæ ſunt ad finem,ideo integrari, debet hoc ſacramentum ſecundum exigentiam confeſſionis prædictæ; & ſuarum conditionum, trium videlicet prædictarum. Primò ergo quoniam confeſſio hæc debet eſſe integra, & integritas confeſſionis non eſt, niſi quis confiteatur Chriſtum verum hominem pro hominibus crucifixum, eundemque verum Dei filium incarnatū,in Trinitate patri, & Spirituiſancto per omnia coęqualem,hinc eſt,quod in forma vocali non tantum ſit expreſſio actus confirmandi, verum etiam ipſius ſigni crucis,& nominis beatiſſimæ Trinitatis. Amplius,quia confeſſio debet eſſe placida ratione eius,coram quo fit,& fieri habet coram Deo, & hominibus, & Deo non poteſt placere,niſi adſit lumen intelligentiæ,& nitor conſcientiæ, nec proximis, niſi adſit odor bonæ famæ,& vitæ honeſtæ,ideo ad horum deſignationem in elemento exteriori commiſcetur oleum oliuarum, quod eſt nitidum,& balſamum, quod eſt odoriferum,vt per hoc ſignificetur quòd confeſſio,ad quā hoc ſacramentum ordinat,& diſponit,coniunctum debet habere nitorem conſcientiæ, & intelligentiæ, cum ſuaui odore,tam vitæ,quam famæ,ne contrarietas aliqua ſit inter linguam,& conſcientiam,vel inter linguā, & famam, propter quam talis confeſſio non acceptetur ab homine,nec approbetur à Chriſto. Poſtremo quoniam talis confeſſio debet eſſe intrepida, vt nec pudore, nec timore dimittat quis dicere veritatem, & tempore perſecutionis ignominioſam mortem Chriſti in cruce, confiteri publice formidat quis, & erubeſcit, præcipue horrens incidere in conſimilem pœnam, & ignominiam paſſionis, & huiuſmodi, timor,& pudor potiſſimè apparet in facie, & maximè in fronte, ideo ad omnem verecundiam, & formidinem propulſandam, & manus poteſtatiua imponitur, quæ confirmet

Confeſſio vere Chriſtiana.

Intrepide fit confeſſio.

confirmet,& crux fronti imprimitur, vt non erubeſcat eam publice confiteri,nec formidet pro confeſſione nominis Chriſti,(ſi opus fuerit,) quantamcunque pœnā, vel ignominiam ſuſtinere, tanquam verus pugil vnctus ad prælium, & tanquam ſtrenuus miles ferens in fronte Regis ſui ſignum, & crucis eius triumphale vexillum,cum quo paratus ſit penetrare hoſtium cuneos ſecurus. Non enim poteſt crucis gloria libere prædicari, ſi crucis pœna,& ignominia formidetur,iuxta quod ſanctus dicebat Andreas. Ego ſi crucem expaueſcerem,gloriam crucis minime prædicarem.

*De integritate Euchariſtiæ.* Cap. 9.

Doctrina vere catholica de Euchariſtia.

DE ſacramento euchariſtiæ hoc tenendum eſt, q. in hoc ſacraméto verum Chriſti corpus, & verus ſanguis non tantū ſignificatur, verū et veraciter continetur ſub duplici ſpecie, panis, ſ.& vini tanquam ſub vno, & non ſub duplici ſacramento, hoc autem eſt poſt conſecrationem ſacerdotalem, quæ fit in prolatione vocalis formæ à Domino inſtitutæ ſuper panem.ſ.hoc eſt corpus meum,ſuper vinum vero, hic eſt calix ſanguinis mei, quibus verbis cum intentione conficiendi à ſacerdote prolatis, tranſubſtantiatur vtrunque elementum ſecundum ſubſtantiam in corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti remanentibus ſpeciebus ſenſibilibus,in quarum vtraq; continetur totaliter,non circumſcriptibiliter,nec localiter, ſed ſacramentaliter totus Chriſtus. In quibus etiam proponitur nobis, vt cibus,quem qui digne accipit, non ſolum ſacramentaliter, verum etiam per fidem, & charitatem ſpiritualiter manducando,corpori Chriſti myſtico magis incorporatur, & in ſeipſo reficitur, & purgatur q. vero indigne accedit,iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans ſanctiſſimum corpus Chriſti. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hęc eſt. Quia principium noſtrum reparatiuum,verbum.ſ.incarnatum, & ſufficientiſſimum eſt in virtute,& ſapientiſſimum eſt in ſenſu, ideo ſic nobis contulit ſacramenta,ſecundum quod exigit ſapientia, & efficientia ſua. Et quia ſufficientiſſimum eſt, ideo largiendo medicamenta morborum, & chariſmata gratiarum, non tantum inſtituit ſacramentum,quod nos in eſſe gratiæ generaret, vt baptiſmus,& genitos augmentaret, & roboraret vt confirmatio, verū etiā quod genitos, & augmētatos enutriret,vt ſacramentum euchariſtiæ, propter quod hæc tria ſacramenta omnibus dantur,qui accedunt ad fidem. Quoniam ergo nutrimentum noſtrum quantū ad eſſe gratuitum attenditur in vnoquoque fidelium per conſeruationem deuotionis ad Deum, dilectionis ad proximum, & delectationis intra ſeipſum, & deuotio ad Deum exercetur per ſacrificij oblationem,dilectio ad proximum per vnius ſacramenti communionem,& delectatio intra ſeipſum per viatici refectionem, hinc eſt, quòd principiū noſtrum reparatiuum illud ſacramentum euchariſtiæ dedit in ſacrificium oblationis, & ſacramentum cōmunionis,& viaticum refectionis. Quia vero principium noſtrum reparatiuum non tantum eſt ſufficientiſſimū, verum etiam ſapientiſſimum,cui eſt omnia agere ordinate, ideo ſic dedit & diſpoſuit nobis ſacrificium,ſacramentum, & viaticum exhibere, ſecundum quòd competit tempore gratiæ reuelatæ, ſtatui viæ, & capacitati noſtræ. Primo igitur quoniam tempus gratiæ reuelatæ requirit,quòd iam non offeratur oblatio qualiſcunque, ſed pura, placida, & plenaria, & nulla alia oblatio eſt talis, niſi illa quæ in cruce fuit oblata, ſcilicet Chriſti corpus, & ſanguis, hinc eſt, quòd neceſſario oportet in hoc ſacramento non tantum figuratiue, verum etiam veraciter corpus Chriſti,tanquam oblationem huic tempori debitam, contineri. Similiter quia tempori gratiæ conſonat, quòd ſacramentum communionis,& dilectionis,non tantum ſit communionem,& dilectionem ſignificans, verum etiam ad illam inflammans,vt efficiat,quod figurat, & quod maximè nos in flammat ad dilectionem mutuam, & maximę vnit mēbra,eſt vnitas capitis,à quo per vim amoris diffuſiuā, vnitiuam, & transformatiuam, manat in nos dilectio mutua, hinc eſt, quòd in hoc ſacramento continetur verum Chriſti corpus, & caro immaculata,vt ſe nobis diffundens, & nos inuicem vniens, & in ſe transformans per ardentiſſimam charitatem, per quam ſe nobis dedit, ſe pro nobis obtulit, & ſe nobis reddidit, & nobiſcum exiſtit vſque ad finem mundi. Per hunc etiam modum refectio competens ſtatui gratiæ eſt refectio ſpiritualis, communis, & ſalutaris. Refectio autem ſpiritus eſt verbum vitę, ac per hoc refectio ſpiritualis ipſius ſpiritus in carne, eſt verbum incarnatum, ſeu caro verbi, quæ cibus eſt communis, & ſalutaris, quia licet ſit vna,omnes tamen ſaluantur per ipſam. Quia ergo non eſt dare alium cibum ſpiritualem communem,& ſalutiferum,niſi ipſum verum corpus Chriſti,hinc eſt, quod neceſſe eſt, ipſum in hoc ſacramento veraciter eſſe contentum,exigente hoc perfectione ſacrificij placatiui, ſacramenti vnitiui, & viatici refectiui, quæ debent eſſe in tempore noui teſtamenti, & gratiæ reuelatæ,& veritatis Chriſti. Rurſus,quia ſtatui viæ non competit Chriſtum aperte videre, propter velamen ęnigmatis, & propter meritum fidei, nec conuenit Chriſti carnem dentibus attrectare, & propter horrorem cruditatis, & propter immortalitatem ipſius corporis, ideo neceſſe fuit, corpus & ſanguinem Chriſti tradi velatum ſacratiſſimis ſymbolis, & ſimilitudinibus congruis,& expreſſis. Et quoniam nihil magis idoneum eſt ad refectionem, quàm cibus panis,& potus vini, nihil eſt etiam magis idoneum ad ſignificationem vnitatis corporis Chriſti veri,& myſtici,quam panis factus de mundiſſimis granis, & vinum expreſſum de puriſſimis acinis in vnum collectis,ideo ſub his ſpeciebus magis,quam ſub alijs debuit hoc ſacramentum exiberi. Et quia Chriſtus ſub illis ſpeciebus eſſe debebat,non ſecundum mutationem factam in ipſo, ſed potius in eis,ideo ad prolationem duplicis verbi prædicti, in qua inſinuatur exiſtentia Chriſti ſub ſpeciebus illis,fit conuerſio ſubſtantiæ vtriuſque in corpus,& ſanguinem,remanentibus ſolis accidentibus, tanquam ſignis ipſius corporis contentiuis, & etiam expreſſiuis. Quia vero corpus Chriſti beatum & glorioſum non poteſt diuidi in partes ſuas, nec ſeparari ab anima, neque à diuinitate ſumma,ideo ſub vtraque ſpecie eſt vnus Chriſtus, & totus, & indiuiſus, ſcilicet corpus, & anima, & Deus;ac per hoc vtrobiq; eſt vnum, & ſimpliciſſimum ſacramentum continens totum Chriſtum. Et quoniā quęlibet pars ſpeciei ſignificat corpus Chriſti,hinc eſt,quòd totum ſic eſt in tota ſpecie, quòd in qualibet eius parte, ſiue ſit integra, ſiue diuiſa, ac per hoc non eſt ibi,vt circumſcriptum,vt occupans locum, vel habens ſitum, vt perceptibile per aliquem ſenſum corporeum,& humanum,ſed omnē latens ſenſum,vt fides habeat locum, & meritum. Propter quod etiam; vt non deprehendatur, accidentia illa habent omnem operationem, quam etiam habebant prius, licet ſint præter ſubiectum,quandiu continent intra ſe Chriſti corpus,quod quidem eſt, quandiu durant in ſuis proprietatibus naturalibus, & ſunt idoneæ ad cibandum. Poſtremo quoniam capacitas noſtra ad Chriſtum efficaciter ſuſcipiēdum non eſt in carne, ſed in ſpiritu, non in ventre, ſed in mente, & mens Chriſtum non attingit, niſi per cognitionem, & amorem, per fidem, & charitatem, ita quòd fides illuminat ad recognitionem, vel recordationem, & charitas inflammat ad deuotionem, ideo, ad hoc quod aliquis dignè accedat, oportet

1.Cor. 11.

Sacrificiū, ſacramentum,& viaticum eſt Euchariſtia.

Mira ſapiētia Chriſti, Euchariſtiam inſtituens.

tet quod ſpiritualiter comedat, vt ſic Chriſtum per recordationem fidei maſticet, & per deuotionem amoris ſuſcipiat, per quæ non in ſe transformet Chriſtum, ſed ipſe potius traijciatur in eius myſticum corpus. Propter quod manifeſte colligitur, quod qui tepide, indeuotè, & inconſideratè accedit, iudicium ſibi manducat, & bibit, quia tanto ſacramento contumeliam facit. Et ideo conſilium eſt his qui ſe ſentiunt minus mundos mente, vel carne, vel etiam indeuotos, vt differant quouſque parati ad eſum veri agni, mundi, deuoti, & circūſpecti accedant. Propter quod etiam hoc ſacramentum præceptum eſt celebrari cum ſolennitate præcipua, tam quantum ad locum, quam etiam ad tempus, & quantum ad verba, & orationes, & quantum ad veſtimenta in celebratione miſſarum, vt tam ipſi ſacerdotes conficientes, quàm etiam ſuſcipientes percipiant gratiæ donum, per quam purgentur, illuminentur, perficiantur, reficiantur, viuificentur, & in ipſum Chriſtum per exceſſiuum amorem ardentiſſime transferantur.

Quomodo quis digne accedat.

Solenniter celebrari debet Euchariſtia.

*De integritate pœnitentiæ.* *Capit.* 10.

DE ſacramento pœnitentiæ hoc tenendum eſt, quòd ipſa eſt ſecunda tabula poſt naufragium, ad quam naufragans per mortale peccatum recurrere poteſt, quandiu eſt in ſtatu præſentis vitæ, quādocunque, & quotienſcunq; diuinam clementiam voluerit implorare. Ipſius autem partes integrales, ſunt contritio in animo, confeſſio in verbo, & ſatisfactio in facto, ex quibus tunc pœnitentia integratur, cum peccator omnem mortalem culpam perpetratam, & facto deſerit, & verbo accuſat, & animo deteſtatur, proponens nunquam iterare peccatum. His autē debito modo concurrentibus cum abſolutione facta ab eo, in quo eſt ordo, clauis, & iuriſdictio, abſoluitur homo à peccato, & reunitur eccleſiæ, & reconciliatur Chriſto mediante claue ſacerdotali, per cuius etiam iudicium non tantum fieri habet abſolutio, verum etiam excommunicatio, & relaxatio, quæ proprie habet fieri ab Epiſcopo tanquam ab eccleſiæ ſponſo. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia principium noſtrum reparatiuum, verbum ſcilicet incarnatum, eo ipſo quod verbum, eſt fons veritatis, & ſapientiæ, eo ipſo quòd incarnatum, fons eſt pietatis, & indulgentiæ, ideo reparare debet genus humanum per medicamenta ſacramentorum, & præcipue contra morbum præcipuum, qui ſcilicet eſt mortale peccatum, iuxta quod decet Pontificem pium, medicum peritum, & iudicem æquum, vt ſic in curatione noſtra appareat verbi incarnati ſumma clementia, & ſumma prudentia, & ſumma iuſtitia. Primum igitur, quoniam in curatione noſtra à mortali culpa per pœnitentiam, apparere debet ipſius Chriſti Pontificis pijſſimi ſumma clementia, & ſumma clementia Pontificis ſuperexcedit omnia peccata humana, qualiacunque, & quantacunque ſint, & quotienſcunque fuerunt perpetrata, hinc eſt quòd peccantes ſuſcipere ad veniam, eſt ipſius Pontificis clementiſſimi, non ſolum ſemel nec bis, ſed quotieſcunque ſuppliciter implorauerint clementiam Dei. Et quia diuina clementia tunc verè, & ſuppliciter imploratur, quando interuenit pœnitentiæ lamentum, & ad hoc poteſt homo ſe conuertere, quandiu eſt in ſtatu præſentis vitæ, quia conuertibilis eſt in bonum, & in malum, hinc eſt quòd quantumcunque, & quandocunque, & quotieſcunque, peccator peccauerit, ad ſacramentum pœnitentiæ poteſt habere refugium, per quod ſibi fiat remiſſio peccatorum. Rurſus, quia in curatione noſtra debet apparere, & manifeſtari ipſius Chriſti medici periſſimi ſumma prudentia, & prudentia medici eſt in adhibendo remedia contraria, per quæ non tantūm morbus auferatur, verum etiam præſcindatur cauſa, & cum peccetur in Deum delectatione, conſenſu, & perpetratione, ſcilicet in corde, ore, & opere, hinc eſt, quòd prudentiſſimus medicus inſtituit, vt contra deordinationem peccatoris ſecundum triplicem vim, ſ. affectiuam, interpretatiuam, & operatiuam, quæ fit per delectationis complacētiam occultam, eſſet reformatio pœnitentis ſecundum triplicem vim prædictam per dolorem pœnitentiæ conceptum in corde per compunctionem, expreſſam in ore, per confeſſionem, conſummatam in opere per ſatisfactionem. Et quia ōmnia peccata mortalia ab vno Deo auertunt, & vni gratiæ opponuntur, & vnam principalem hominis rectitudinem peruertunt, hinc eſt, quòd ad hoc quòd pœnitentiæ medicamentum ſit ſufficienter ex ſuis partibus integratum, neceſſe eſt quòd penitentia habeatur de omnibus peccatis, & quantum ad præteritum, per diſplicentiam de perpetratis, & quantum ad pñs, per ceſſationem de perpetrandis, & quantum ad futurum, per propoſitum nunquam recidiuandi, vel in idem, vel in aliud genus peccati, vt ſic totaliter recedendo à culpa per penitētiam, diuina gratia ſuſcipiatur, per quàm obtineatur venia omnium peccatorum. Poſtremò quoniam in curatione noſtra manifeſtari debet ipſius Chriſti iudicis recta iuſtitia, & ipſius in propria perſona non eſt iudicare ante iudicium vltimum, & finale, ideo ad particularia iudicia ante finem, iudices debuit conſtituere, & quia iudices iſti inter Deum offenſum & hominem offendentem ſunt quaſi intermedij, vt proximi Chriſto, præpoſiti populo, Domino autem illi præcipue ſunt proximi & familiares ratione officij qui ſunt eius præcipue miniſterio conſecrati, ſcilicet ſacerdotes, ideo omnibus in ſacerdotali ordine conſtitutis, & ſolis datur poteſtas duplicis clauis, ſcilicet clauis ſciētiæ ad diſcernendum, & clauis quæ eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi ad dijudicandum, & abſolutionis beneficium impendendum. Quia verò propter confuſionem vitandam non quilibet, cuilibet eſt prælatus in eccleſia militante, cum ipſa eccleſiaſtica hierarchia debeat eſſe ſecundum poteſtatem iudiciariam ordinata, ideo hæc poteſtas ligandi, & ſoluendi conceſſa eſt primo vni primo, & ſummo ſacerdoti, cui collata eſt tanquam ſummo capiti poteſtas vniuerſalis, & deinde ſecundum particulares eccleſias diuiditur in partes, ita ꝙ primo in Epiſcopos, deinde in Presbyteros deſcendit à capite vno, Ideo licet vnuſquiſque ſacerdos habeat ordinem, & clauem, ad eos tamen vſus clauis tantum ſe extendit, qui ſibi ordinariè ſunt ſubiecti, niſi ſibi ab eo, qui habet iuriſdictionem ordinariam committatur. Cum vero illa iuriſdictio ſit principaliter in capite ſummo & deinde in Epiſcopo, & poſtremo in ſacerdote curato, poteſt quidem à quolibet eorum committi alteri, ſufficienter quidem ab infimo, magis à medio, & maximè à ſupremo. Et quia in Pontifice ſummo, & etiam in Epiſcopis eſt huiuſmodi iuriſdictio, non tantum ad iudicandum inter Deum & hominem in occulto, verum etiam ad iudicandum inter hominē, & hominem in aperto, tanquam in illis quibus commiſſum eſt eccleſiæ regimen, & cuſtodia, ſicut ſponſo committitur ſponſa, hinc eſt, ꝙ gladium habent prælati, quo poſſunt percutere ad iuris defenſionem, in excōmunicatione, & poteſtatem largiēdi de theſauris meritorum eccleſiæ, quos habent repoſitos, & commendatos, tam à capite, quàm à membris, & hoc in relaxatione, vt ſic tanquam veri Dei iudices ligandi, & ſoluendi integram poſſideant poteſtatem, per quā impœnitentes feriant, & compeſcant rebelles, & nihilominus abſoluant, & reconcilient Deo, & ſanctæ matri eccleſiæ veraciter penitentes.

In penitentia oſtenditur Chriſti clementia

Oſteditur Chriſti ſūma prudētia.

Contritio, cōfeſſio, ſatisfactio requiritur.

Recta Chriſti iuſtitia manifeſtatur.

Iuriſdictionis poteſtas qualiter ſit collata, & diſtributa in Eccleſia

*De integritate vnctionis extremæ. Cap. 11.*

DE ſacramento extremæ vnctionis hoc in ſumma tenendum eſt, ꝙ ipſa eſt ſacramentum exeuntium ex hac vita, præparans, & diſponens ad ſanitatem perfectam. Valet ēt ad delenda venialia, & ad recuperandam ſanitatem præſentem, ſi infirmo expediat; Ad huius autem ſacramenti integritatem requiritur oleum ſimplex, ſed conſecratum, vocalis expreſſio orationum, inunctio infirmi in ſeptem partibus determinatis, ſ. in oculis, auribus, naribus, labijs, manibus, pedibus, & lumbis. Nec debet illud ſacramentum dari, niſi adultis, & poſtulantibus, imminente periculo mortis, & hoc per manum & miniſterium ſacerdotis. Ex quo colligitur quod inter hoc ſacramentum, & confirmationem eſt differentia ſeptiformis, ſcilicet in efficacia, in materia, in forma, in ſuſcipiente, in dante, in loco, & in tempore. Rō aūt ad intelligentiā prædictorum hæc eſt. Quia principium noſtrum reparatiuū, verbum. ſ. incarnatum, nos reparat inquantū mediator Dei, & hominum, hō Chriſtus Ieſus, & inquantum Ieſus habet ſaluare, inquātum autem Chriſtus vnctus, habet vnctionis grām in alios deriuare, hinc eſt, quòd ipſius eſt in ſacramentis ſuis vnctionem membris ſuis tribuere ſalutarem. Quoniam autem anima ad hoc quòd perfecte ſanetur, indiget triplici genere ſanitatis, ſcilicet ad ſtrenuitatem actionis, ad ſuauitatem contemplationis, & ad fęlicitatem comprehenſionis, & prima eſt intrantium in aciem eccleſiæ, ſecunda eſt præſidentium in eādem, quorum eſt alios erudire, & tertia eſt exeuntium de eadem per mortem, hinc eſt, quòd non ſolum vnctionem ſacramentalem inſtituit dominus in confirmatione, verum etiam mediam in ordine pontificali, & extremam imminente periculo mortis. Quoniam ergo finis imponit neceſſitatem his quæ ſunt ad finem, hinc eſt ꝙ ſm exigentiam huius finis debet hoc ſacramentum operari, debet ēt integrari, ſuſcipi, & diſpenſari. Primum igitur quia huius ſacramenti operatio debet regulari à fine, & finis eſt, quia introductum eſt ad ſalutem fœlicitatis perpetuæ facilius & expeditius conſequendam, & hoc fit per deuotionem ſurſum leuātem, & per exonerationem à culpis venialibus, & alijs ſequelis quę deorſum deprimunt: hinc eſt, ꝙ ſacramentum iſtud efficaciam habet & ad deuotionem excitandam, & ad venialia dimittenda, & ad peccatorum ſcoriā facilius abolendam. Et quia plurimis infirmis expedit adhuc viuere ad ſuorum cumulum meritorum, hinc eſt, quòd ſacramentum, iſtud & animam vigorando in bono, & exonerando à malo, frequenter etiam alleuiat à morbo. Et hinc eſt, quòd dicit beatus Iaco. quòd oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Rurſus quia huius ſacramenti inſtitutio debet eſſe ſecundum exigentiam finis, & hæc eſt acquiſitio ſpiritualis ſalutis per remiſſionem culparum, & hæc ſalus reſpicit ſanitatem, & munditiam conſcientiæ interioris, ſecundum quam iudicat ille iudex cęleſtis, hinc eſt, ꝙ in iſto ſacramento debet eſſe oleum ſimplex, & conſecratum, quia ſanctitatem & nitorem deſignat in habitaculo conſcientiæ. Quia verò ſuper iſtam ſalutem mortalis homo non habet poteſtatem, hinc eſt, quòd oratio & forma vocalis exprimitur per verbum deprecatiuum, ad impetrandum gratiæ donum. Et quoniam anima infirmitates ſpirituales contrahit in corpore, ſecundum quatuor virtutes ipſius corporis regitiuas, ſcilicet ſenſitiuam, interpretatiuam, generatiuam, & progreſſiuam, hinc eſt, quòd membra his virtutibus deſeruientia ſunt inungenda. Quia igitur quinque ſunt membra deſeruientia quinque ſenſibus, ſcilicet oculi viſui, aures auditui, nares olfactui, manus tactui, & os guſtui, & etiā alij virtuti, ſcilicet, interpretatiuæ, & pedes deſeruiunt progreſſui, & lumbi generationi, quia genitalia indignum, & pudendum eſt contrectari, & etiam nominari, hinc eſt, quod inunctio debet fieri in ſeptem locis prædictis, vt ſic diſponatur homo per hoc ſacramentum ad plenitudinem ſanitatis per deletionem omnis venialis peccati. Poſtremo quia iſtius ſacramenti ſuſceptio à fine dependet, & finis eſt velocior tranſitus ad cœlum per depoſitionem omnium venialium, & conuerſionem mentis ad Deum, ideo non debet dari niſi adultis, qui venialiter peccant, nec aliquibus niſi petentibus, qui deuotione ſurſum eriguntur, nec aliquibus niſi in periculo inſtitutis, & quaſi in tranſitu ad alium ſtatum. Et quia hoc ſacramentum eſt periclitantium, & tñ habet materiam ſacram, ſcilicet oleum cōſecratum, hinc eſt, quòd propter periculum euitandum communiter committi debet Sacerdotibus, & propter conſecrationem olei non eſt niſi à conſecratis manibus contrectandum. Ex variatione igitur finis in confirmatione, & vnctione extrema, oritur diuerſitas in efficacia, in materia, & in forma, in loco, & in tempore, in ſuſcipiente, & in diſpenſante. In efficacia, quia illud ſacramētum diſponit ad melius agonizādum, hoc ad celerius euolandum. In materia, quia illud in oleo permixto balſamo, hoc vero in oleo puro. In forma, quia illud in indicatiua, hoc vero in deprecatiua. In loco, quia illud in fronte, hoc vero in multiplici parte. In tempore, quia illud in ſanitate, hoc vero in ægritudine. In ſuſcipiente, quia illud non ſolum adultis, verum etiam paruulis, hoc verò tantum adultis. In dante, quia illud ab Epiſcopis, hoc autem à Sacerdotibus quibuſcunque. Et hæc omnis diuerſitas à fine procedit, quia ſicut claruit diuerſitas in finib. proximis, diuerſitatem introducit in his, quæ ad fines illos habent finaliter ordinari.

Diſcrimen inter extremam vnctionē, & confirmationem.

Perfecta ſanitas quibus cōſtat.

Efficacia extremæ vnctionis.

Iac. 5.

De particularibus vnctionibus.

Quare nō niſi adultis conferendum.

Solus ſacerdos eſt miniſter.

*De integritate ordinis. Capit. 12.*

DE ſacramento Ordinis, hæc in ſumma tenenda ſunt, ꝙ ordo eſt ſignaculum quoddam, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Licet autem ordo ſit vnum de ſeptem ſacramentis, ſeptiformis tamen eſt ordinis gradus. Primus eſt in hoſtiarijs, ſecundus in lectoribus, tertius in exorciſtis, quartus in acolitis, quintus in ſubdiaconis, ſextus in diaconis, ſeptimus in ſacerdotibus. His autem quaſi per modum cuiuſdam præparatorij ſupponitur clericalis tonſura, & etiam pſalmiſtatus, per modum autem complementi ſuperponitur Epiſcopatus, Patriarchatus, & etiam Papatus, à quibus manant ordines, & diſpenſari debet ſub debitis ſignis, tam ex parte viſus, quam ex parte auditus, ſolennitate debita nihilominus obſeruata, quantum ad tempus, locum, officium, & perſonam. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia principium noſtrum reparatiuū, verbum, ſ. incarnatū, quia vt Deus & homo ſacramentorum medicamenta ad ſalutem hominum inſtituit ordinatè, diſcretè & poteſtatiuè, ſecundum exigentiam ſuæ bonitatis, & ſapientiæ & virtutis, hinc eſt, quòd ipſa medicamenta ſacramentorum commiſit hominibus diſpenſanda, non qualitercunq; ſub eo modo quo exigebat ordo, diſcretio & poteſtas. Oportuit ergo aliquas perſonas ad huiuſmodi officium exequendum diſtingui, & ſegregari, quibus ordinario iure poteſtas huiuſmodi cōmitteret. Et quia huiuſmodi diſcretio non debuit fieri niſi per ſigna ſacra, cuiuſmodi ſunt ſacramenta, hinc eſt, quod debuit eſſe aliquod ſacramentum, quod eſſet ſacrum ſignaculum, ordinatiuum, diſtinctiuum, & poteſtatiuum ad ſacramenta cætera diſpenſanda modo diſtinctiuo, poteſtatiuo, & ordinatiuo. Et ideo ordo diffinitur ſignaculum quoddā, in quo ſpiritualis poteſtas tra-

Vnius ſacramenti ordinis 7. ſunt gradꝰ.

Quid ſit ordinis ſacramentum.

ditur

ditur ordinato, ita ꝙ ſimul in eius notificatione clauduntur tria prædicta, ex quibus colligi poſſunt in ſumma, quæ ad integritatem ordinis exiguntur. Primum igitur quoniam ordo eſt ſignaculum diſtinctiuum, & ſequeſtratiuũ ab omni populo, vt quis totaliter diuino ſit cultui mancipatus, ideo ordines præcedit diſtinctio quædam in tonſura, & corona, per quam intelligitur appetituum temporalium relecatio, & mentis eleuatio ad eterna, vt totus oſtendatur clericus deputatus eſſe ad diuinum cultum, & ideo dicit in ſuſceptione coronæ, dominus pars hæreditatis meæ. Et quia talis debet eſſe inſtructus in diuinis laudib. quæ maxime conſiſtunt in Pſalmis, ideo Pſalmiſtatus, tanquam præambulans cæteros ordines antecedit, quem tamen largo modo Iſidorus inter ordines numerauit. Secundo vero, quia ordo eſt ſignaculum ordinatiuum, & in ſeipſo etiam eſt ordinatum, & ordo conſiſtit in graduũ diſparitate, & diſtinctione completa ſecundũ quòd exigit ſeptiformis gratia, ad cuius diſpenſationem ſacramentum ordinis principaliter ordinatur, hinc eſt quòd ſeptem ſunt ordines gradatim ordinati, vſque ad ſacerdotium, in quo ſtatus eſt ordinum, quia ipſius eſt conſecrare ſacramentum corporis Chriſti, in quo eſt plenitudo omnium gratiarum, vnde alij ſex ſunt tanquam ſubminiſtratiui & quaſi gradus quidã per quos aſcenditur ad thronum Salomonis. Qui & ſex ſunt propter numeri perfectionem, quia ſenarius eſt primus numerus perfectus, & propter hoc quòd ſic exigit perfectio & ſufficientia officij miniſtrandi. Nam oportet aliquos miniſtrare quaſi à remotiori, aliquos à propinquiori & aliquos à proximo, vt nihil deſit miniſterio ordinato. Et quia quodlibet iſtorum miniſteriorum geminatur ſecundum actum purgandi & illuminandi, hinc eſt, quòd ſex ſunt ordines miniſteriales, & ſeptimus omnium perfectiſſimus, in quo altaris conficitur ſacramentum, qui conſummatur in ordine vno tanquam in termino vltimo & completo. Poſtremò quia ordo eſt ſignaculum poteſtatiuum non tantum reſpectu aliorum ſacramentòrum diſpenſandorum, verumetiam reſpectu ſui, & poteſtas ſuper poteſtatem eſt poteſtas excellens, ideo ſibi non tantum competit poteſtas ſimplex, cuiuſmodi eſt in ordine ſimplici, verumetiam eminentia poteſtatis, cuiuſmodi eſt in his, quorum eſt ordines ordinare & diſpenſare. Et quia excellẽtia quanto magis deſcendit, tanto magis dilatatur, & quanto magis aſcendit, tanto magis vnitur, hinc eſt, ꝙ plures ſunt Epiſcopi, pauciores Archiepiſcopi, pauciſſimi Patriarchæ, & vnus pater patrum, qui Papa merito appellatur, tanquam vnus primus, & ſummus pater ſpiritualis omnium patrum, immo omnium fidelium, & hierarcha precipuus, ſpõſus vnicus, caput indiuiſum, Põtifex ſummus, Chriſti vicarius, fons, & origo, regula cunctorum principatuũ eccleſiaſticorum, à quo tanquam à ſummo deriuatur ordinata poteſtas, vſque ad infirma Eccleſiæ membra, ſecundum quòd exigit præcellens dignitas in eccleſiaſtica hierarchia. Et quia hæc dignitas præcipue manet in ordine, ideo hoc ſacramentum nõ debet diſpenſari, niſi cum magna diſcretione, & ſolennitate, ac per hoc nõ à quolibet, nec cuilibet, nec in quolibet loco, nec quolibet tempore, ſed perſonis literatis, honeſtis, & à cunctis irregularitatibus alienis, ieiuno ſtomacho, loco ſacro, tempore miſſæ, & temporibus ab eccleſiaſtico iure ſtatutis, debent huiuſmodi ordines diſpenſari, & hoc ab Epiſcopis, quibus propter ſui eminentiam reſeruatur diſpenſatio ordinum, confirmatio per impoſitionem manuum, conſecratio monialium & abbatum, & dedicatio Eccleſiarum, quæ propter ſui celebritatem non debent diſpenſari, niſi ab his qui habent præeminentiam poteſtatis.

De prima tonſura, & Pſalmiſtatum.

Pſal. 15.

Hierarchie eccleſiæ ordinatio.

Primatus ſummi Põtificis.

### De integritate matrimonij. Cap. 13.

De ſacramento matrimonij hæc in ſumma tenenda ſunt, ꝙ matrimonium eſt coniunctio legitima maris & fœminæ, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Hæc autem coniunctio non ſolum fuit poſt peccatum, verum etiam ante peccatum, ſed prius inſtitutum fuit ſacramentum coniugij in officiũ, non autem non ſolum in officium, verum etiam in remedium contra libidinis morbum. Prius ſignificabat coniunctionem Dei, & animæ, nunc autem preter hoc, ſignificat coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ, & duarum naturarum in vnitate perſonæ. Introducitur autem hæc coniunctio in eſſe per liberum conſenſum animorum ex parte vtriuſque perſonæ, exterius expreſſum in aliquo ſigno ſenſibili, conſummari autem habet in copula carnali. Nam per verba de futuro dicitur matrimonium initiari, per verba de præſenti ratificari, ſed per carnalem copulam habet conſummari. Huius autem ſacramenti tria ſunt bona, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum, & duodecim impedimenta, quæ impediunt contrahendum, & dirimunt iam contractum, quæ in his verſibus, continentur, Error, conditio, votum, cognatio, crimen. Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas. Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis. Hæc ſocianda vetant coniugia, iuncta retractant. Ratio autem ad intelligẽtiam prædictorum hæc eſt. Quia principium noſtrum reparatiuum, verbum ſcilicet incarnatum, eo ipſo quòd verbum Dei, eſt fons ſapientię in excelſis, eo ipſo quòd incarnatum eſt, clementię fons in terris, & ideo eo ipſo quòd verbum incarnatum, eſt humani generis formatiuum ex ſumma ſapientia, eo ipſo quod incarnatum, eſt ipſius reformatiuum ex ſumma clementia, ideo enim humanum genus reparat per clementiam, quia prius reparabile fecit ex ſapientia, quæ pro ſuo ſummo ordine exigebat; quòd genus humanum faceret, potens ſtare, potens labi, potens etiam reparari, ſicut in præcedentibus oſtenſum fuit. Quoniam ergo verbum Dei in ſua ſapientia hominem fecit, ſicut & congruum fuit potentem ſtare, cadere, & ſurgere, hinc eſt, ꝙ genus humanum, eo modo propagandum ordinauit, quòd ex ipſo modo propagandi haberet, quod manuduceret ipſum ad ſtandum, haberet & quòd manuduceret ad remedium, ſicut etiam in propagatione illa eſt aliquid per peccatum, ſcilicet, libido, quę traducit morbum. Et quia ſtatus hominis erat ex coniunctione ipſius animæ ad Deum per amorem vnitiuũ modo caſtiſſimo, ſingulari, & indiuiduo remedium veniebat ex coniunctione diuinæ naturæ & humanæ in vnitatem hypoſtaſis, & perſonæ vnitatem (inquam) diuina gratia introductam, vt ſingularem & indiuiduam. Hinc eſt quòd Deus ab initio inſtituit, vt propagatio fieret per coniunctionem maris, & feminæ, indiuiduam & ſingularem, quæ ſignificaret ante peccatum coniunctionem Dei, & animæ, ſeu Dei, & ſubceleſtis hierarchiæ, poſt peccatum vero coniunctionem Chriſti, & humanæ naturæ, ſeu Chriſti, & Eccleſiæ, & ideo vtrobique eſt ſacramentum, ſcilicet, ante & poſt, licet alio, & alio modo, quantum ad ſignificationem, & vſum. Cum enim eſſet ſacramentum, antequam ſuperueniret morbus, libido quæ ſuperuenit per peccatum, potius habet per matrimonium excuſari, quam ipſum valeat viciare, quia non morbus medicamentum corrumpit; ſed medicamentum habet curare morbum. Ex quo manifeſtę apparet, quid ſit matrimonium, & qualiter diuinitus ſit introductum in eſſe. Rurſus quia quælibet prædictarum ſpiritualium vnionum in ſacramento matrimonij ſignificatarum eſt vnio vnius, ſicut agentis & influentis, alterius ſicut patientis, & ſuſcipientis, & hoc faciente amoris vinculo, qui ex mera

volun-

Matrimonij definitio.

Tria bona.
12. Impedimẽta abſoluta.

Sapientiſſime Deus ab initio matrimonium inſtituit.

Diſtinctio ſexuum.

voluntate procedit,hinc eſt quòd matrimonium debet eſſe coniunctio duplicis perſonæ, differentis ſecundum rationem agentis,& patientis.ſ. virilis ſexus, & muliebris,& hoc ex mero conſenſu voluntatis. Et quia voluntas exterius non appatet, niſi per ſigna ipſam exprimentia,hinc eſt quòd neceſſe eſt, vt conſenſus mutuus exterius exprimatur. Quia vero conſenſus vt de futuro non eſt proprie conſenſus,ſed ipſius promiſſio, conſenſus vero ante commixtionem non facit plenariam vnionem,quia nondum ſunt vna caro, hinc eſt, ꝙ per verba de futuro dicitur matrimonium eſſe initiatum, de præſenti ratum vel confirmatum, ſed in carnali copula conſummatum, quia tunc ſunt vna caro,& vnum corpus fiunt, ac per hoc plene ſignificat vnionem illam quæ eſt inter nos & Chriſtum:tunc. n.plene traducitur corpus vnius in corpus alterius ſecundum ſui comparis poteſtatem ad procreandam prolem. Et ideo ipſius matrimonij ſunt tria bona, ſcilicet ſacramentum, propter vinculum inſolubile, fides propter debiti ſolutionem,proles vero,ſicut effectus conſequens ad vtrunque. Poſtremò quia dicta coniunctio matrimonialis debet eſſe ex libero conſenſu, procedens ad copulationem perſonarum diſtantium in vnam matrimonij legem, & hoc poteſt duodecim modis impediri, hinc eſt quòd 12. ſunt impedimenta matrimonij. Quod patet ſic. Ad matrimonialem namque conſenſum requiritur libertas in conſenſu, & libertas in conſentiente & idoneitas ad coniunctionem. Sed libertas in conſenſu tollitur per duo,ſecundum duas partes inuoluntarij,ſcilicet,per ignorantiam, & per violentiam.Et ſic ſunt duo impedimenta, ſcilicet error,& violentia. Libertas autem in conſentiente tollitur per hoc, ꝙ quia eſt alligatus alteri,& hoc vel Deo,vel homini. Si Deo, hoc eſt vel per votum expreſſum,vel per aliquid, quod habet votum annexum. Primum eſt in voto, ſecundum in ordine. Si autem homini,hoc eſt dupliciter, aut per ligamen exiſtens, aut per ligamen præcedens. Primum eſt in ligamine,quo quis ligatus eſt vxori, ſecundum eſt in crimine,quando mechus, vel mecha machinatus eſt in mortem coniugis, vel ipſo viuente fidem de contrahendo dedit. Et ſic ſunt quatuor impedimenta, ſcilicet votum, ordo,ligamen,& crimen.Idoneitas autem ad vnionem eſt diſtantia perſonarum conueniens, quæ tollitur per nimiam proximitatem, vel per nimiam elongationem. Nimia autem proximitas venit ſiue per generationem,ſiue per aliquid ſimile generationi,vt eſt cognatio legalis,aut ſpiritualis, aut venit per commixtionem ſexuum, aut per contractionem ſponſalium. Et ſic ſunt tria impedimenta,ſcilicet cognatio,affinitas,& publicę iuſtitiæ honeſtas. Nimia autem diſtantia aut attenditur quantum ad ea quæ ſunt naturæ, vt cum non poſſunt commiſceri carnaliter, aut quantum ad ea quæ ſunt fortunæ,quæ non ſunt in noſtra poteſtate, vt patet cum eſt vnus ſeruus, & alter liber, aut quantum ad ea,quæ ſunt religionis chriſtianæ, vt cum vnus eſt baptizatus,alter vero minimè.Et ſic ſunt tria impedimenta,ſcilicet impotentia coeundi,error conditionis, & diſparitas religionis, ac per hoc ſunt in vniuerſo duodecim impedimenta, quæ Spiritusſancto dictante introducta ſunt in Eccleſia Dei. Cui ſcilicet Eccleſiæ & ſi omnia ſacramenta ſunt commiſſa,potiſſime coniugij ſacramentum commiſſum eſt regulandum propter varietates,quæ circa hoc ſacramentum incidere poſſunt, & propter morbum annexum qui eſt maxime infectiuus,& minime tenens modum, & ideo ipſius Eccleſiæ eſt gradus cognationum limitare, ſicut pro tempore expedire videt,& perſonas legitimas vel illegitimas iudicare, & diuortia facere. Sed nunquam debet nec poteſt matrimonium quod legitimè introductum eſt, annullare, quia quos Deus coniunxit, non poteſt homo quantuncunque ſit magnę potentiæ,ſeparare, cum ipſius Dei iudicio iudicandi remaneant vniuerſi. Matth. 19. & Mar. 10.

Sponſalia de futuro.

In matrimonij contractu liber conſenſus reqrit.

Impedimẽtorum,ſufficientia.

Poteſtas Eccleſię,ad moderãda matrimonij iura.

# BREVILOQVII PARS SEPTIMA,

## IN QVA TRACTATVR DE STATV FINALIS IVDICII.

### *De iudicio in communi. Cap. I.*

POſtquam aliqua breuiter dicta ſunt, De Trinitate Dei, de creatura mundi,de corruptela peccati, de incarnatione verbi, de gratia Spiritusſancti, & de medicina ſacramentali, reſtat nunc ſeptimò, & vltimò aliqua breuiter tangere de ſtatu finalis iudicij. De quo in ſumma tenendum eſt, quòd ſine dubio iudicium vniuerſorum futurum eſt, in quo Deus pater per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum iudicabit viuos & mortuos bonos,& malos,reddendo vnicuiq; ſecundum exigentiã meritorum.In hoc aũt iudicio fiet apertio librorũ,ſ. conſcientiarum, quibus merita & demerita vniuerſorum ſibiipſis,& cæteris innoteſcent, faciente hoc virtute illius libri,vitæ,verbi, ſcilicet incarnati,qui in forma diuinitatis,nõ videbitur,niſi à bonis, in forma vero humanitatis,in qua & ſententiam promulgabit, videbitur tam à bonis quam à malis,licet terribilis in eadem forma appareat reprobis,& blandus iuſtis. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia primum principium,cum hoc ipſo quòd primum ſit à ſeipso, ſecundum ſeipsum,& pp ſeipſum,hoc ipſo ipſum eſt efficiens, forma, & finis, vniuerſa producens, regens, & perficiens,ita ꝙ ſicut producit, ſecundum altitudinem ſummæ virtutis, ſic etiam regit ſecundum rectitudinem veritatis, & conſumat ſecundum plenitudinem bonitatis. Quoniam ergo altitudo ſummæ virtutis requirebat,vt non tantum eſſet productio creaturæ ad veſtigium, verum etiam ad imaginem non ſolum creaturæ irrationalis, verũ ẽt rationalis,non ſolum creaturæ, quæ mouetur ſecundum impetum naturalem, verum etiam ſecundum libertatem voluntatis,& creatura quę eſt ad imaginem,quia capax eſt Dei,eſt beatificabilis, creatura rationalis eſt diſciplinabilis, creatura habens libertatem voluntatis eſt ſecundum legem iuſtitiæ ordinabilis,& deordinabilis,hinc eſt, quòd rectitudo veritatis legem homini imponere debuit,in qua ad beatitudinem inuitaret,& ad veritatem erudiret, & ad iuſtitiam obligaret, ita tamen quòd libertatem voluntatis non cogeret, quin pro ſuo libito voluntatis iuſtitiam relinquere poſſet & ſequi, cum ſic res quas condidit adminiſtrat, vt eas agere proprios motus ſinat. Et quia plenitudo bonitatis in conſummando operatur, ſecundum quòd exigit altitudo virtutis,& rectitudo veritatis,hinc eſt, quod conſummatio beatitudinis non datur à bonitate ſumma niſi his qui ſeruauerunt iuſtitiam,à rectitudine veritatis impoſitam, qui ſuſceperũt diſciplinam, & amauerunt illam ſummam & perpetuam fœlicitatem plus quàm bona tranſitoria.Et quoniam quidã hoc agunt, quidam autem oppoſitum pro ſuarum varietate voluntatum, quæ interius occultantur,& in ſtatu viæ ſecundum ſuum arbitrium currunt, hin eſt,ꝙ manifeſtationem altitudinis virtutis,rectitudinis veritatis, & plenitudinis bonitatis, neceſſe eſt vniuerſale iudiciũ ſequi,in quo fiãt iuſtæ retributiones præmiorum,apertæ declarationes meritorum, & irreuocabiles

Rõ futuri vniuerſalis iudicij.

uocabiles lationes ſententiarum, vt in iuſtis retributionibus ſtipendiorum ſummæ bonitatis appareat plenitudo, in apertis declarationibus meritorum, veritatis appareat rectitudo, & in irreuocabilibus lationibus ſententiarũ, ſummæ virtutis, & poteſtatis appareat altitudo. Primum igitur quoniam iuſta retributio reſpicit culpam, cui debetur pœna, vel iuſtitiam, cui debetur gloria, & vniuerſi filij Adæ habent hanc vel illam, hinc eſt, quòd neceſſe eſt iudicio retributionis omnes iudicari, vt boni glorificentur, & impij condemnentur. Rurſus quia aperta declaratio meritorum requirit, quòd ſimul appareat quid agendum eſt, & quid actum eſt, vel omiſſum à libertate voluntatis humanæ, ſecundum varietatem circunſtantiarum, hinc eſt, quòd & libri conſcientiarum aperientur, vt appareant merita, & liber vitæ vt appareat ipſa iuſtitia, ſecundum quem approbanda vel reprobanda ſunt merita illa. Et quoniam ille liber vitæ eſt liber, in quo ſcripta ſunt oīa ſimul & lucidiſſimè, & in conſcientijs ſcribuntur veraciter, ideo ex concurſu apertionis horum librorum fiet aperta declaratio omnium meritorum, ita quòd occulta cordis cuiuſlibet & ſibi & cæteris innoteſcant. Vnde vt vult Aug. liber ille eſt vis, qua fiet vt ad memoriam cuiuslibet cuncta mirabiliter reuocentur, vt lucide appareat æquitas diuinorum iudiciorum in apertiſſimo lumine veritatis. Poſtremò quia irreuocabilis latio ſententiarum debet fieri ab eo qui poſſit audiri, & videri, & à quo non poſſit appellari, & videri ab vniuerſis non poteſt ſumma lux, quam tenebroſi oculi videre non poſſunt, pro eo quòd facie ad faciem videri non poteſt ſine deiformitate mentis, & iocũditate cordis, neceſſe eſt ꝙ iudex appareat in effigie creaturæ. Quia vero pura creatura auctoritatem non habet ſummam, à qua appellari non poſſit, hinc oportet quòd iudex noſter & Deus ſit, vt iudicet per auctoritatem ſummam, & homo ſit, vt videatur & diſceptet cum peccatoribus in effigie humana. Et quia vna vox diſceptationis terret culpabiles, & aſſecurat innocentes, hinc eſt quòd vna eius effigies iuſtos lætificabit, & econtrario impios deterrebit.

Forma iudicij celebrandi.

Liber vitæ in iudicio, quid.

*De antecedentibus ad iudicium, cuiuſmodi eſt pœna purgatoria. Capit. 2.*

Deinde in ſpeciali circa ſtatum finalis iudicij conſideranda ſunt quædam, ſicut præambula, quædam ſicut concomitantia, & quædam ſicut conſequentia. Præambula autem ſunt duo, ſcilicet pœna purgatorij, & ſuffragia eccleſiaſtica. Primò igitur de pœna purgatorij hoc tenendum eſt, quod ignis purgatorius eſt ignis corporalis, quo tantum ſpiritus iuſtorũ, qui in hac vita non impleuerunt pœnitentiam & ſatiſfactionem condignam, affliguntur ſecundum plus, & minus, ſecundum quòd plus vel minus de cremabili ſecum ex hac vita traxerunt, affliguntur autem minus grauiter quam in inferno, & grauius quam in hoc mũdo, non tamen ita grauiter, quin ſemper ſperent, & ſciat ſe in inferno non eſſe, licet forte pro pœnarum magnitudine hoc aliquotiens non aduertant. Hac autem afflictione ab igne corporali inflicta purgantur ſpiritus à reatibus & ſcorijs, & etiam reliquijs peccatorum, quibus ſufficienter expurgatis, immediate euolant, & intro ducuntur in gloriam paradiſi. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia cum primum principium eo ipſo quòd primum ſit optimum, & perfectiſſimum & eo ipſo quòd optimum, ſit ſummè amatiuum boni, & ſummè deteſtatiuum mali, ſicut ſumma bonitas non patitur, quòd bonum maneat irremuneratum, ſic etiam non debet pati, quòd malum remaneat impunitum. Quoniam ergo viri iuſti aliquando decedunt, qui in hac vita non totaliter penitentiam impleuerunt, cum meritum vitæ æternæ in eis non poſſit remanere irremuneratum, & vitium culpæ non poſſit remanere impunitum, ne perturbetur pulchritudo ordinis vniuerſi, neceſſe eſt, quòd ipſi finaliter præmientur, neceſſe eſt etiam, quod ijdem temporaliter puniantur ſecundum ſuarum culparũ exigētiam & reatum. Et quia culpa commiſſiua & offenſiua fuit maieſtatis diuinæ, & damnificatiua Eccleſiæ, & deformatiua imaginis diuinæ, menti noſtræ impreſſæ, maximè ſi fuit culpa mortalis, & venialis, etiam diſponit ad hoc, & de oſtenſa requiritur punitio, de damno vero agenda eſt ſatiſfactio, & de deformatione requirēda eſt expurgatio, hinc eſt, quòd neceſſe eſt quòd pœna illa ſit iuſtè punitiua, digne ſatiſfactoria, & ſufficienter expurgatiua. Primum igitur quoniam pœna illa debet eſſe iuſtè punitiua, & ſpiritus qui contempto bono æterno & ſummo ſe ſubiecit infimo, iuſtè debet inferiori ſubijci, vt ab eis ſuſcipiat pœnam, ex quorum occaſione perpetrauit culpam, & ratione quorum & Deum contempſit, & ſeipſum vilem fecit, hinc eſt, quòd ordo diuinæ iuſtitiæ exigit, vt ſpiritus ab igne materiali habeat puniri, vt ſicut ſecundum ordinem naturæ anima vnitur corpori, vt influat vitam ipſi corpori, ſic vniatur igni materiali ſecundum ordinem iuſtitiæ, vt punibile punienti, a quo ſuſcipiat pœnam. Et quia viri iuſti qui ſunt in gratia, non ſunt digni niſi pœna tranſitoria, & tanto maiori digni ſunt pœna, quanto maiora commiſerunt peccata, & minorem egerunt pœnitentiam, hinc eſt quòd ab igne materiali puniuntur temporaliter, quidam tamen diutius, quidam vero breuius, quidam acerbius, quidam leuius, ſecundum quòd reatus exigit offenſarum. Neceſſe enim eſt, vt dicit egregius doctor Auguſtin. quod tantum vrat dolor, quantum hæſerat amor. Tanto enim difficilius quis purgatur, quanto medullis cordis eius intimius amor inhæſerat mundanorum. Amplius quoniam pœna illa debet eſſe ſatiſfactoria, & ſatiſfactio reſpicit libertatem voluntatis, & ſtatum viæ, potiſſimè cum ibi iā non ſit ſtatus merēdi, & pœnæ illæ minime teneant rōnem voluntarij, neceſſe eſt, quòd illud quòd deficit ex parte libertatis in voluntate ſuſtinente, ſuppleatur in acerbitate ex parte pœnę. Quia vero gratiam habent qui purgantur, quam quidem vltra perdere non poſſunt, hinc eſt, quòd nec à triſtitia penitus abſorberi, nec in deſperationem incidere, nec in blaſphemiam poſſunt nec volūt aliquatenus proſilire, ac per hoc licet grauiter puniantur, longe tamen aliter & mitius, quàm in inferno, & ſtatum etiam illum indubitanter ſciunt alium eſſe quàm iſtum, in quo ſunt illi, qui in inferno irremediabiliter cruciantur. Poſtremò quia pœna illa debet eſſe expurgatoria, & purgatio illa ſpiritualis, neceſſe eſt vel quòd ignis ille ſpiritualem habeat virtutem diuinitus ſibi datam, vel, vt magis credo, ipſa virtus gratiæ interius habitantis adiuta à pœna extrinſeca ipſam animam iam pro offenſis punitam, & à reatuum onere alleuiatam purget purgatione ſufficienti, vt iam nulla remaneat diſſimilitudo ad gloriam. Et quoniam tales ſpiritus diſpoſiti ſunt in ſummo, ad deiformitatem gloriæ ſuſcipiendam in ſe, cum ianua ſit aperta, & purgatio conſummata, neceſſe eſt illos ſpiritus euolare, in quibus charitatis ignis ſurſum leuans, & nihil retardans ex parte impuritatis animæ, vel reatus. Nec enim decet diuinam miſericordiam, ſeu iuſtitiam, vt amplius differat gloriam, cum inueniat receptaculum idoneum, & magna ſit pœna in dilatione præmiorum, nec amplius puniri debeat ſpiritus iam purgatus.

Summaria doctrina de purgatorio.

Ratio inſtituti purgatorij.

Nota.

Ratio grauitatis pœnæ.

Quo pacto ſpiritus ab igne materiali patiantur ex diuina iuſtitia.

Aīæ purgatæ, ſtatim euolant ad gloriam.

Dean-

*De antecedentibus ad iudicium, cuiuſmodi ſunt ſuffragia Eccleſiaſtica. Cap. 3.*

DE ſuffragijs autem Eccleſiaſticis hoc tenendum eſt, quòd ſuffragia Eccleſiæ proſunt mortuis, ſuffragia dico quę pro mortuis Eccleſia facit, ſicut ſunt ſacrificia, ieiunia, eleemoſinæ & alię orationes & pœnæ voluntariè aſſumptæ pro eorum culpis celerius & facilius expiandis. Proſunt autem mortuis non quibuſcunque, ſed mediocriter bonis, vtpote illis qui ſunt in purgatorio. Non valde malis, ſcilicet illis qui ſunt in inferno, nec valde bonis ſcilicet his qui ſunt in cœlo, quin potius econuerſo eorum merita & orationes ſuffragantur Eccleſię militanti, cuius membris multa beneficia impetrant beati. Proſunt autem ſecundũ magis & minus, vel pro diuerſitate meritorum in mortuis, vel pro charitate viuorum, quæ magis ſolicitatur pro aliquibus quam pro alijs, & hoc vel ad pœnarum mitigationem, vel celeriorem liberationem, ſecundum quòd ſupernę prouidentiæ diſpenſatio melius eis viderit expedire. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quoniam primum principium cum ſit optimum, ac per hoc ſummæ veritatis contra malum debet pariter ſummæ ſuauitatis eſſe ad bonum, & ideo cum ratione ſceueritatis iuſtitiæ, iuſti in quibus eſt reatus culpæ, debeant poſt hanc vitam in purgatorio tormentari, debent etiam ratione ſuauitatis miſericordiæ releuari, & habere auxilium, & munimen, maxime quia in miſeria ſunt conſtituti, & ſuis operibus & meritis non poſſunt amplius ſe iuuare. Diſponere igitur debuit regimen diuinæ prouidentiæ, ſuffragia eis conferri ab eis qui poſſunt, ſalua tamen rectitudine iuſtitiæ, à qua nec debet, nec poteſt dulcedo miſericordiæ diſſentire, nec aliquatenus ſeparari. Quoniam igitur rectitudo iuſtitiæ exigit conſeruationem honoris diuini, regiminis vniuerſi, & qualitatis meriti humani, ideo ſuperni, & primi principij prouidentia ſumma diſpoſuit, hæc ſuffragia valere defunctis ſecundum dulcedinem miſericordiæ, & rectitudinem iuſtitiæ, ſeruãtis honoris diuini dignitatem, vniuerſi regimen, & humani meriti qualitatem. Primò igitur quoniam in huiuſmodi ſuffragijs ſeruari debet iuſtitia, quæ diuini præcipue eſt conſeruatiua honoris, & honor diuinus nihilominus exigit opera ſatisfactoria & pœnalia ſibi perſolui pro culpis, hinc eſt quòd per illa opera habent ſuffragia fieri, per quæ potiſſime fit ſatisfactio, & honor recompenſatur Deo. Quoniam igitur huiuſmodi ſunt tres partes ſatisfactionis, ieiunium, oratio, & eleemoſyna, & altaris ſacrificium, in quo maxime redditur honor debitus propter placentiam illius qui in ſacrificio illo offertur, hinc eſt ꝙ ſuffragia Eccleſiæ conſiſtunt in huiuſmodi operibus ſatisfactorijs, & maxime in miſſis celebrandis, ſecundum quòd Grego. in 4. dialog. inſinuat aliquos, propter miſſarum beneficia de pœnis magnis celerrime liberatos, & per hoc pompa exequiarum, & accuratio funeris, & huiuſmodi non debent inter ſuffragia Eccleſiæ computari. Propter quod & ſanctus Auguſt. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda, ꝙ curatio funeris, conditio ſepulturæ, & pompa exequiarum, magis ſunt ſolacia viuorum, quam ſubſidia mortuorum. Amplius, quia debet ibi ſeruari iuſtitia conſeruatiua ordinis, & regiminis vniuerſi, & hæc exigit vt in communicatione influentiarum ſaluetur ordo, & ſymbolum, interea in quibus & in quæ influentiæ illæ manant, ac per hoc inferius non debeat influere in illud quod eſt ſupra, neque in id quod eſt per omnimodam diſtantiam elongatum, hinc eſt quòd ſuffragia eccleſiæ non poſſunt valere his qui ſunt in inferno, quia ſunt à corpore Chriſti myſtico penitus ſeparati, vnde nulla ſpiritualis influentia capitis ad eos peruenit nec eis prodeſt, ſicut nec influentia capitis prodeſt mẽbris à corpore amputatis. Hinc eſt etiam, ꝙ non proſunt beatis, quia ſunt omnino ſuperiores ſecundum ſtatum, & iam in termino exiſtentes non poſſunt ad altiora conſcendere, ſed magis econuerſo ipſi proſunt nobis & eorum orationes, nam & hoc meruerunt in carne, ideo diſpoſuit ordo diuinus, vt etiam ipſis ſanctis Dei orationes offerantur, vt & ipſi ſuffragentur nobis, ad diuina beneficia impetranda. Non proſunt ergo eis Eccleſiaſtica ſuffragia, ſed magis nobis ꝓſunt ſua. Reſtat igiť ꝙ proſunt ſolis iuſtis, qui ſunt in pœnis purgatorij. Nam ibi ratione pœnę & impotentiæ ſe iuuandi, ſunt viuis inferiores, ratione vero iuſtitiæ cæteris membris Eccleſiæ ſunt coniuncti, ita vt merito eis Eccleſiæ ſanctæ merita poſſint, propter ſymbolum & ordinem ſuffragari. Poſtremo quoniam debet in his ſeruari iuſtitia, quæ penſat exigentiam meritorum, hinc eſt, ꝙ ſuffragia illa quæ communiter fiunt pro defunctis, licet omnibus bonis valeant pro modulo ſuo, his tamen amplius valent, qui magis meruerunt vt ſibi valerent, & prodeſſent, dum erant in ſtatu viæ. Illa vero quæ ſpecialiter fiunt pro aliquibus, quia intentio facientis eſt recta, & ſecundum Deum procedit, & Eccleſiaſtica inſtitutio abſque dubio non eſt caſſa, ideo plus valent illis pro quibus determinatè fiunt, licet etiam alijs aliquo modo communicentur. Nec tamen poſſunt ita alijs ſubuenire, ſicut illi principali perſonæ, pro eo ꝙ licet ſint ſpiritualia, tamen diuina iuſtitia pro maiori culpa maiorem exigit emendam, & pro pluribus culpis plures emendas. Vnde exemplum de lumine, quod æqualiter illuminat ad vnam menſam ſedentes, non placet, quia huiuſmodi ſuffragia potius aſſimilari habent pretijs redemptiuis, quam huiuſmodi influentijs diffuſiuis. Quãtum autẽ cuilibet determinatè valeant, illæ certitudinaliter, diffinire habet, cuius eſt in reatibus & pœnis, & ſuffragijs attendere pondus, numerum, & menſuram.

Opera ſatisfactoria ſuffragantur defunctis.

In inferno non eſt ſuffragi oũ locus.

Eccleſiæ ſuffragia q bus magis proſint.

Simile.

*De concomitamitantibus iudicium, ſicut eſt conflagratio ignium. Cap. 4.*

DEinde aliquid dicendum eſt de concomitantibus iudicium, quæ ſunt duo. ſ. conflagratio ignium mundanorum, & reſurrectio corporum. De cõflagratione igitur hoc tenendum eſt, quod ignis præcedet faciem iudicis, quo terræ facies exuretur, ita quod figura huius mundi mundanorum ignium & conflagratione peribit, ſicut factum eſt aquarum inundatione tẽpore diluuij. Dicitur autem tranſire figura huius mundi, non quantum ad deſtructionem totalem huius mundi ſenſibilis, ſed quia per actionem illius ignis omnia elementaria inflammantis conſumentur vegetabilia, & animalia purgabuntur, & innouabuntur elementa, maxime aer & terra, purgabuntur iuſti, & adurẽtur reprobi, quibus factis ceſſabit etiam motus cœli, vt ſic completo numero electorum, fiat quodammodo innouatio & præmiatio corporum mundanorum. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia principium rerum vniuerſale cum ſit ſapientiſſimum, & ſi in omnibus quæ agit, attendit ordinem ſapientiæ, potiſſime tamen in his debet attendere, quæ ſpectant ad conſummationem, vt ſic non diſcordet primum a medio, nec medium a poſtremo, ſed in cunctis congruentiſſime ordinatis appareat illius primi principij ſapientia ordinans, & bonitas, & altitudo. Quoniam ergo Deus ſecundum ſapientiam ſuam ordinatiſſimam, cunctum mundum iſtum ſenſibilem & maiorem fecit propter mundũ minorem. ſ. hominem, qui inter Deum & res iſtas inferiores in medio collocatus eſt, hinc eſt, ꝙ vt omnia ſibi inuicem congruant, & habitatio cum habitatore habeat armoniam, homine bene inſtituto, debuit mundus

iſte

*Commotio totius creaturæ.*

iſte in bono & quieto ſtatu inſtitui, homine labente debuit etiã mundus iſte deteriorari, homine perturbato debuit perturbari, homine expurgato debuit ex purgari, homine innouato debuit innouari, & homine conſumato debuit quietari. Primò ergo qm̄ mundus ille perturbari debet homine perturbato, ſicut ſtetit cum ſtante, & quodammodo cecidit cum labente, & in futuro iudicio propter ſeueritatem iudicis oſtendendam, neceſſe eſt omnium corda terreri, & peccatorum maximè, qui vniuerſorum dominum contempſerunt, vt ſic omnis creatura diuinum accipiat zelum, & conformetur actori, conformetur etiam habitatori, neceſſe eſt totius orbis cardines horribiliſſime commoueri. Et quia nihil intenſius, & velocius, et horribilius in agendo commouet alia elementa, quam ignis, hinc inde ex omni parte concurrens, hinc eſt, quòd neceſſe eſt, ꝙ ipſius iudicis faciem ignis præcedat, non ex vna parte tantũ, ſed ex omni parte mundi, vt ſit ibi concurſus, ignis elementaris & terreſtris, ignis purgatorij, & etiam infernalis, vt per infernalem reprobi adurantur, per purgatorium iuſti purgentur, per terreſtrem hæc terrę naſcentia conſumatur, per elementarem elementa ſubtilientur, & ad innouationis faciem diſponantur, & ſimul cum hoc cætera conturbentur, vt non ſolum homines & dæmones, verum etiam angeli videntes terreantur. Rurſus qm̄ mundus iſte purgari debet cum homine expurgato, & homo in ſtatu finalis temporis indiget purgari à ſcoria auaritiæ & malitiæ, ſicut in primo tempore à face luxuriæ, indiget etiam purgari, & velociter & intime & perfectè, hinc eſt, ꝙ ſicut mundus prius deletus eſt, & quodammodo purgatus per elementum aquæ, quod eſt frigidum contra ardorem, & fœtorem luxuriæ, ſic finalis mundus per ignem propter refrigerium charitatis, & frigus malitiæ & auaritiæ, quæ regnabunt in fine quaſi in ipſius mundi ſenectute, quæ quia maximæ ſunt adherentiæ, neceſſe eſt, ꝙ purgans ſit actionis intimæ, violentæ, & acceleratæ, quod non contingit reperiri in elemento alio, quam in igne, & ideo ſicut factum eſt aquarum inundatione diluuium, ſic per actionem ignis huius mundi ſenſibilis facies exuretur. Amplius quoniam mundus ille innouari debet cum homine innouato, nec innouari poteſt aliquid in nouam formam, niſi perdat vetuſtã, & quodammodo diſponatur diſpoſitione noua ſuper inducta, hinc eſt, ꝙ cum ignis maximè habeat virtutem expulſiuam formæ extraneæ, habeat etiam vim ſubtilitatiuam, & cœleſti naturæ cognatam, ideo per ipſum debet fieri purgatio ſimul & innouatio, ita quòd cum geminam habeat efficaciam quantum ad aliquam, iudicis aduentum præcedit, quantum autem ad reliquam habet ſequi. Et cum innouatio ſit ad nouitatem, quæ amplius non redit ad vetuſtatem, ac per hoc ad nouitatem incorruptibilem, quam dare non eſt in potentia alicuius creaturæ, hinc eſt, ꝙ licet in illa purgatione & innouatione ignis aliquid agat per naturalem virtutem vt inflammare, purgare, rarefacere, & ſubtiliare, tamen neceſſe eſt, ꝙ cum illa virtute naturali ſit virtus operans ſupra naturam, cuius imperio fiet conflagrationis initium, & cuius et virtute fiet nihilominus cõplementũ. Poſtremò qm̄ mundus ille debet cõſummari hoïe cõſummato, & tunc eſt hõ conſummatus, quãdo in gloria cõpletus erit numerus electorũ, ad quẽ quidẽ ſtatum oĩa tendunt, ſicut ad finem vltimũ & cõpletum, neceſſe eſt facta cõpletione illius numeri terminari, & quietari motus naturæ celeſtis, neceſſe etiã terminari tranſmutationes elementares, neceſſe eſt et per conſequens terminari generationem, quæ eſt in aĩalibus & in plantis. Cũ.n.oĩa iſta ordinentur ad formã nobiliſſimã, quę quidẽ eſt aĩa rationalis, poſito ſtatu in aĩalibus, neceſſe eſt & ſtatũ, et complemẽtũ poni in cæteris præcedẽtib.

*Senectus mundi.*

*Mundus nouus.*

*Quo pacto tã hominis quã mundi totius conſummatio & pfectio fiet.*

Et iõ corpora cœleſtia habita quiete & luminis plenitudine, dñr remunerari. Elemẽta vero quę amplius non habent vim multiplicandi per tranſmutationem mutuã, dñr interire, non quantũ ad ſubſtãtiã, ſed quantum ad actionem & paſſionem mutuam, & hoc maxime quantum ad qualitates actiuas. Vegetabilia vero, & ſenſibilia, quia non habent poteſtatẽ & vitam perpetuam, & durationem ſempiternam, qualis cõpetit ſtatui illius nobilitatis, neceſſe eſt in propria natura conſumi, ita tñ ꝙ ſaluentur in principijs, & quodammodo in ſimili, videlicet in hoïe, qui ſimilitudinẽ habet cũ oĩ genere creaturæ, & iõ in ipſius innouatione & glorificatione poſſunt dici omnia innouari, & quodammodo pmiari.

## *De concomitantibus iudicium, ſicut eſt reſurrectio corporum. Cap. 5.*

DE reſurrectione autem corporũ hoc tenendum eſt, ꝙ oĩum corpora hoĩum in generali reſurrectione reſurgent, nulla in eis exiſtente diſtantia quantum ad ordinationem tp̄is, ſed magis quantum ad ordinationẽ dignitatis. Nam mali ſurgent cum ſuis deformitatibus, & penalitatibus, miſerijs, & defectibus, quos habuerant in ſtatu viæ. In bonis autẽ natura ſeruabitur, & vitia detrahentur, & oẽs reſurgent integro corpore, & plena ætate, & debita menſura membrorũ, vt ſic oẽs ſancti occurrant in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Surgent aũt tam in bonis, quam in malis corpora eadẽ numero, quę prius, & ex eiſdem partibus conſtituta, ſalua totius veritate naturæ, non ſolũ quantũ ad membra principalia & humiditatem radicalem, verum etiam ſaluis capillis, & cęteris membris, quæ faciunt ad decentiam corporis, ita ꝙ in quaſcunque auras vel ſinus naturæ, puluis humani corporis cedat, ad eam animã redibit, quę ipſum primitus vt viueret & creſceret, animauit. Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt. Quia primum principium eo ipſo, ꝙ primũ & ſummum, eſt vniuerſaliſſimum, & ſufficientiſſimum, ac per hoc principium eſt naturarũ, & gratiarum, & præmiorum, principiũ et potentiſſimũ, clementiſſimũ, & iuſtiſſimum, & licet ſecundũ quandã appropriationem ſit potentiſſimum in conſtitutione naturarũ & clementiſſimũ in collatione gratiarũ, & iuſtiſſimum in retributione ſtipendiorum, tñ ſigillatim ſingula ſunt in ſingulis, quia ſumma potentia, clementia, & iuſtitia nullatenus poſſunt ab inuicem ſeparari, & iõ in opere retributionis neceſſe eſt, ꝙ ipſa fiat, ſecundum ꝙ exigit rectitudo iuſtitiæ, & reformatio gratiæ & completio naturæ. Qm̄ ergo iuſtitia neceſſariò requirit, vt homo qui meruit, vel demeruit nõ in aĩa ſolum, nec in corpore ſolũ, ſed in anima ſimul & corpore puniatur, vel præmietur in vtroque, reformatio aũt gratiæ requirit, vt totum corpus aſſimiletur Chriſto capiti, cuius corpus mortuum neceſſariũ fuit reſurgere, cũ vnitũ eſſet inſeparabiliter deitati, cõpletio vero naturæ requirit vt hõ conſtet ſimul ex corpore, & aĩa tanquã ex materia & forma quæ mutuũ habẽt appetitũ & inclinationẽ mutuã, neceſſe eſt, reſurrectionẽ eſſe futuram, exigente hac conſtitutione naturę, infuſione gratiæ, & retributione iuſtitię, ſecundum quas tota vniuerſitas hẽt regi. Et iõ ex his tribus, oĩa clamãt hoĩem ſuſcitandũ, vt oĩs tollatur excuſatio illis, qui contra hãc veritatẽ fidei obſurdeſcunt, & merito contra tales vniuerſus pugnet orbis terrarum. Primò igitur, qm̄ reſurrectio debet eſſe ſecundum exigentiã ordinis diuinæ iuſtitiæ, & diuina iuſtitia reddit vnicuiq; quod ſuũ eſt pro loco & tẽpore, & oĩs aĩa corpori ſemel, & ad punctum temporis vnita, vel habet in eo culpã vel gratiam, neceſſe eſt ꝙ oẽs reſurgant. Et quia diſtinctus debet eſſe ſtatus retributionis a ſtatu viæ, & reſurrectio ſpectat ad ſtatum retributionis, vt non confundatur

*Vniuerſalis reſurrectionis qualitas & ratio.*

*Sap. 5.*
*Ratio iuſtitie Dei.*

fundatur

fundatur ordo vniuerſi & vt fides habeat meritũ, quæ credit quod non videt, & vt certius & clarius appareat æquitas diuinæ iuſtitię, & vt ſimul fiat conſummatio & retributio finalis in angelis, & hominibus requirit hoc diuina iuſtitia, vt omnes reſurgant ſimul, quantum eſt de lege communi. Quod dico propter Chriſtum & eius beatiſſimam matrem glorioſam virginem Mariã. Quia vero malis debetur pęna & miſeria, & bonis gloria, ideo etſi ſimul reſurgant in tempore, valde tamen diſſimiles erunt in conditione. Nam quia malis reſurrectio nõ eſt ad vitam ſed ad ſupplicium, neceſſe eſt quòd ipſi cum in firmitatibus, & deformitatib. & defectibus ſuſcitentur.

Chriſt' & Maria V. à lege communi exẽpti.

Ratio ex lege gratiæ.

Rurſus quia reſurrectio debet eſſe ſecundum exigentiã conſummationis gratię, & perfecta gratia facit nos conformes Chriſto capiti noſtro, in quo nullus fuit defectus membrorum, ſed perfecta ętas, & ſtatura debita, & effigies formoſa, opportunum eſt, quòd boni ſuſcitẽtur in optimis cõditionibus, ac per hoc neceſſe eſt, quòd in eis vicia detrahantur, & natura ſeruetur. Opportunum etiam eſt, vt ſi aliquod membrum deerat, ſuppleatur, ſi aliqua erat ſuperfluitas, auferatur, ſi aliqua membrorũ deordinatio, corrigatur, ſi paruulus erat ad quãtitatem ætatis Chriſti, quam habebat in reſurrectione (licet nõ in mole) diuina virtute deducatur, ſi decrepitus, ad eandem ætatem reducatur, ſi gigas, ſi nanus, ad menſuram congruam limitetur, vt ſic omnes integri, & perfecti occurrant in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Ratio ex conditione naturę.

Poſtremò quia reſurrectio debet eſſe ſecundum exigentiam perfectionis naturæ, & natura ſpiritus rationalis exigit, quòd viuificet corpus proprium, quia proprius actus in propria materia habet fieri, neceſſe eſt, quòd idem corpus numero reſurgat, alioquin non eſſet reſurrectio vera. Requirit etiam natura animę rationalis, & immortalis quòd ſicut hẽt eſſe perpetuũ, ſic corpus habeat cui perpetuo influat vitã, ac per hoc corpus quod animæ vnitur, ex ipſa vnione ordinationẽ habet ad incorruptionem perpetuam, ita tamen quod illud in quo cõſiſtit ſubſtãtia totius corporis, ſicut ſunt membra principalia, & etiam humiditas radicalis, & caro ſecundum ſpeciem habeat ordinationem neceſſariã, alia vero, ſ. caro ſecundum materiam, & partes quę ſunt de bene eſſe corporis habeãt ordinationem de cõgruo, & ideo primæ partes ſunt ordinatæ ad reſurrectionem ſecundum ordinem neceſſitatis, aliæ verò omnes ſecundum ordinem congruitatis. Quem quidem ordinem, quia Deus impreſſit naturę, & natura non poteſt perficere, quia non poteſt mortuum ſuſcitare, & ipſa diuina prouidẽtia nihil debuit facere fruſtra, neceſſe eſt, quòd ipſius virtute reparetur corpus idem numero, et immortale, & ex omnibus partibus conſtitutum, & ſalua tota veritate humanę naturæ. Cum autem hęc natura non habeat in poteſtate, ſed ſolum in appetitu, quia nec idẽ corpus numero deſtructum reparare poteſt, cum non poſſit in totam rei ſubſtantiam, nec corpus immortale poſſit efficere, cum omne per naturam generabilẽ ſit corruptibile, nec diſperſa colligere poteſt, neceſſe eſt, ꝙ reſurrectio non ſeminalibus nec naturalibus cauſis, ſed primordialibus attribuatur, vt fiat ſecundum curſum mirabilem & ſupernaturalem, & ſecundum diuinæ imperium voluntatis.

### *De conſequentibus ad iudicium, ſcilicet de igne infernali.* Cap. 6.

De pęna infernali optima reſolutio.

CONſequenter de conſequentibus ad iudicium eſt dicendum, quæ ſunt duo. ſ. pœna infernalis; & gloria cœleſtis. De pœna igitur infernali hoc tenendum eſt, quòd pœna infernalis eſt in loco corporali deorſum, in quo æternaliter affligentur omnes reprobi tam homines quàm ſpiritus mali. Affligentur autem eodem igne corporali, qui concremabit & affliget ſpiritus, & ętiam corpora, nec tamen corpora illa conſumet, ſed ſemper affliget alios plus, alios minus ſecundum exigentiam meritorum. Huiuſmodi autem affl ctioni ignis, coniuncta erit afflictio ſecundũ omnes ſenſus, coniuncta erit pœna vermis, & carentia viſionis Dei, ita quòd in his pœnis erit varietas, & cum varietate acerbitas, & cum acerbitate interminabilitas, vt ad reproborum ſupplicium, tormentorum fumus aſcendat in ſecula ſeculorum.

Apo. 4.

Ratio autem ad intelligentiam prędictorum, hęc eſt, Quia çum primum principium ſummum ſit, quicquid habet, habet in ſummo, ideo neceſſe eſt, ipſum eſſe rectiſſimum. Cum ergo in retribuendo agat ſecundum rectitudinem, ſicut contra ſe facere non poteſt, nec ſe negare, nec ſuam iuſtitiam impugnare, ſic neceſſariò ſua rectitudine exigente oportet, quòd peccatum puniatur, ſecundum quantitatem culpę, in his maxime, qui legem miſericordiæ contemnentes, per impœnitentiam impegerunt in ſeueritatem iuſtitię.

Diuinæ iuſtitiæ ſeueritas.

Quoniam ergo ſeueritatis iuſtitię eſt conſiderare culpam, non ſolum quantum ad radicem, verumetiam quantum ad circunſtantias aggrauantes, congruiſſimum eſt, vt iudex iuſtus pęnas debitas ab impijs exigat vſque ad vltimum quadrantem, vt ſic nõ remaneat dedecus peccati ſine decore iuſtitię, & ſicut manifeſta eſt poteſtas in creando, et ſapientia in gubernando, & clementia in reparando, ſic manifeſtetur ſumma iuſtitia in puniendo. Quoniam ergo diuina iuſtitia, peccatorem impium debet punire ſecundum exigentiam culpæ, & culpa mortalis, ad quam ſuccedit finalis impœnitentia, ipſa habet rationem deordinationis perpetuæ, deordinationis libidinoſæ, deordinationis multimodę, neceſſe eſt, quod ipſa puniatur pœnarum æternitate, acerbitate, & multiformitate. Primò igitur deordinationis perpetuę, pęna debet eſſe perpetua, quia peccatum quod quis committit, et de quo nunquam pœnitet, ꝑpetuo in animo durat, & à vita perpetua, ſ. Deo ſeparat, & à voluntate procedit, quæ in peccato vellet perpetuo delectari. Et licet delectatio illa tranſiens ſit momentanea, quia tamen deordinatio tenet rationem perpetuitatis, pœna deordinationi reſpondens, debet habere carentiã finis, vt ſicut homo in ſuo perpetuò finem non appoſuit à peccato recedendo, ſic Deus in ſuo perpetuo non deſiſtat à puniendo, & ſicut homo cõtra infinitum peccauit, ſic pœnam habeat infinitã.

Perpetua & imparia damnatorum tormenta.

Et quia non poteſt habere pœnam infinitam intenſiue, habeat ſaltem duratione. Et ſicut voluntas eius poſt mortem ſemper malo adhæret ſine ſuſceptione pœnitentiæ, ſic Deus ſemper affligat ſine immutatione ſententię requirente hoc perpetuitate deordinationis in impijs damnatis. Rurſus quoniam deordinationis libidinoſæ pęna debet eſſe afflictiua, quia delectatio punitur per triſtitiam contrariam, & ſpiritus rationalis in peccando conuertit ſe ad bonum proprium, & vt nunc, & partiale libidinosè amandum, & ex hoc contemnit diuinum imperiũ & dominiũ, hinc eſt, quod ad hoc, quòd illa delectatio improba perfectè puniatur, in qua ſimul eſt delectatio cum contemptu, neceſſe eſt, quòd ad punitionem illius contemptus & delectationis, peccator ſiue ſit homo, ſiue ſpiritus pręcipitetur in locum infimum, & maximè à ſtatu glorię longinquum, hoc eſt in profundiſſimum infernum. Neceſſe eſt etiam quòd ibi exponatur affligendus infimę naturę, ac per hoc non à ſubſtantia ſpũali patiatur, ſed à corporali, & infima, hoc eſt à fęcibus corporum mundanorum, vt in fęcibus defigatur, & igne, & ſulphure concremetur. Et quoniam ſpiritus, qui per naturam præponitur corpori, & in corpus habet influere, & ipſum mouere, dignitatem naturæ per culpam peruertit, & ſe ſubijcit quodammodo vilitati, & nihi-

& nihilitati peccati,hinc eſt, quod ſecundum ordinem iuſtitiæ debet ordinari, vt tam peccator ſpiritus, quam homo igni corporeo alligetur,nõ vt in illum influat vitam,ſed vt diuino decreto ſuſcipiat pœnam.Cum. n. rei quam horret per timorem diuinitus immiſſum, & quã ſentit per vim naturalis ſenſus, ſit inſeparabiliter alligatus,neceſſe eſt,ꝙ acriter tormentetur.Et quia ille ignis non agit niſi per diſpoſitionem peccati,& reatus,& maculæ,ex improbitate libidinis procedentis, & hæc non eſt æqualiter in omnibus,hinc eſt,ꝙ ab eodem igne alij cremantur plus,alij vero minus,ſicut ab eodem igne aliter vritur palea,& aliter comburitur lignum.Quoniam autem illa peccati diſtinctio & reatus ſecundum quam actio ignis moderatur,eſt in eodem vniformis, & nunquam creſcit,nec decreſcit,nec mutatur,hinc eſt,ꝙ diuino imperio ordinante,ignis ille ſic agit, ꝙ ſemper vrit, & non conſumit,ſemper affligit, & non interimit, quia non agit ad ſuæ formæ multiplicationem, ſed ad pacis animæ in corpore perturbationem, ſiue ipſius ſpiritus in ſeipſo,vnde non fit noua ademptio, ſed ademptæ pacis continuatio,vt ſic in eadem pena, nec acerbitas æternitatem, nec æternitas tollat acerbitatem. Poſtremò quoniam deordinationis multimodæ, pœna debet eſſe multimoda,& in omni peccato actuali mortali,eſt deordinata auerſio à ſumma luce & bonitate, & inordinata conuerſio ad bonum commutabile,& deordinatio voluntatis contra dictamen rationis rectæ, hinc eſt, quòd omnes actualiter peccantes,qui erunt damnati,punientur pœna triplici,propter auerſionem, carentia viſionis Dei,propter conuerſionem, pœna incendij materialis, propter pugnam voluntatis,& rationis,pena vermis, vt ſic ex hac multiplicitate pœnarum afflicti, & variè, & acerbè, & æternaliter crucientur, & tormentorum fumus aſcendat in ſecula ſeculorum.Amen. *Apoc. 14.*

*De conſequentibus ad iudicium, ſcilicet gloria paradiſi. Cap. 7.*

*Præmium beatorum triplex.*

De gloria autem cœleſti hoc in ſumma tenendum eſt,quòd in ipſa eſt præmium ſubſtantiale, conſubſtantiale,& accidentale. Præmium (inquam) ſubſtantiale conſiſtit in viſione, fruitione & tentione vnius ſummi boni.ſ.Dei,quem beati videbunt facie ad faciem hoc eſt nudè,& ſine velamine fruentur auidè & delectabiliter,quem etiam tenebunt ſempiternaliter,vt ſic verificetur illud Bernardi,quòd Deus futurus eſt rationi,plenitudo lucis,voluntati,multitudo pacis,& memoriæ,continuatio æternitatis. Præmium vero conſubſtantiale conſiſtit in gloria corporis, quæ ſecunda ſtola dicitur,qua reſumpta, perfectius anima beata tendit in ſummum cœlum. Et hæc ſtola conſiſtit in quadruplici dote corporis,i.in dote claritatis,ſubtilitatis, agilitatis, & impaſſibilitatis,quæ erunt ſecundum plus & minus in diuerſis,ſecũdum maioritatem,& minoritatem prius habitæ charitatis. Præmium autem accidentale cõſiſtit in quodam decore ſpeciali ſuperadiecto,qui quidẽ aureola nuncupatur, & ſecundum doctorum ſententiam, debetur triplici generi operum, ſcilicet martyrio, prædicationi,& continentiæ virginali. Et in omnibus prædictis ſeruabitur gradus,& diſtinctio, ſecundum exigẽtiam meritorum.

*Aureola.*

*Beatitudinis noſtræ ratio.*

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hęc eſt. Quia primum principium hoc ipſo,quòd primum,habet ſummam vnitatem,veritatem,& bonitatem, & hoc ipſo in eò etiam eſt ponere ſummam potentiam,ſapientiam,clementiam,& iuſtitiam.Quoniam autem hæc in uiſibilia Dei manifeſtari decet ꝑ opera,ideo Deus mũdum iſtum ſenſibilem principiãs ſic producit, ſic gubernat,ſic reparat,ſic remunerat,& cõſummat,quòd in productione manifeſtaretur ſumma potẽtia,in gubernatione ſumma ſapientia, in reparatione ſumma clementia, & in remuneratione iuſtitia conſummata. Vt ergo manifeſtaretur potentia ad ſuiipſius laudem,& gloriam,& honorem,omnia produxit de nihilo,faciens aliquid ꝓpe nihil,ſ.materiam corporalem,& aliquid prope ſe, ſ.ſubſtantiam ſpiritualem,& ſimul hæc iungẽs in vno homine,in vnitate naturæ,& perſonæ,ſ.rationalem animam, & corporalem materiam. Vt manifeſtaretur ſapientia, ipſe quidem prouidentiſſime omnia gubernat, & ordinate. Nam ipſe ſupremum hominis regit per ſeipſum, mentem ſcilicet,quam illuſtrat,& infirmum,ſcilicet corpus per liberum arbitrium voluntatis, vt ſic corpus & corporalia quo ad regimen ſubiaceant ſpiritui, ſpiritus vero Deo. Vt manifeſtaretur clementia,lapſum hominem reparauit,aſſumendo hominis naturam,ſuſcipiendo pœnalitates,& tandem perferendo pœnã,vt ſic ſumma miſericordia miſero miſericordem faceret eſſe conformem ad reuelationem miſeriæ, non ſolum in dignitate naturæ conditæ,verum etiam in defectibus naturæ in miſeria conſtitutæ.Vt tandem manifeſtetur iuſtitia, retribuet vnicuique ſecundum exigentiam meritorum, non ſolum malis pœnam,verumetiam iuſtis gloriã ſempiternam.Sic.n.exigit retributio æqua, & reparatio gratuita,& gubernatio ordinata,& productio virtuoſa.Nã omnium horum conſummatio eſt in fine.

*Iuſta et cõgrua retributio,tam quoad corpus, quam quoad animam.*

Primo igitur quoniam omnium iuſtorum præmiatio fieri debet,ſecũdum quòd exigit retributio iuſta & etiam productio virtuoſa,& productio Dei fecit rationalem ſpiritum propè Deum, capacem Dei, capacem ſcilicet ſecundum vim inditæ imaginis ipſius beatiſſimæ Triniatis, cui in iuſtis totus hominis ſpiritus, ſecundum integritatem imaginis deſeruiuit, hinc eſt quòd à nullo minus Deo,poteſt rationalis ſpiritus præmiari, nec impleri, nec eius capacitas terminari, ideo in præmium datur ei deiformitas gloriæ, per quam Deo effectus conformis, & ratione ipſum videat clare, & voluntate diligat plenè, & memoria retineat in æternum,vt ſic anima tota viuat,tota dotetur in tribus animæ viribus, tota Deo configuretur, tota illi vniatur,tota in illo requieſcat, in ipſo ſicut in omni bono inueniens pacem,lucem, & ſufficientiam ſempiternam, per quam in ſtatu omnium bonorum congregatione perfecto conſtituta, & æterna vita viuens dicatur beata, & etiam glorioſa. Ruſus quoniam retributio illa debet fieri ſecundum quòd exigit, non ſolum retributio iuſta,& productio virtuoſa, verumetiam gubernatio ordinata, & Deus in productione corpus animæ alligauit, & naturali, & mutuo appetitu inuicem copulauit, ad gubernationem vero ſubiecit, & in ſtatu meriti fecit, vt ſpiritus condeſcenderet, & intenderet corpori,gubernando propter exercitium in merendo, nec naturalis appetitus patitur,quòd anima ſit plenè beata, niſi reſtituatur ei corpus, ad quod reſumendum habet inclinationem naturaliter inſertam, nec regiminis ordo ſuſtinet, quòd reſtituat corpus ſpiritui beato niſi per omnia illi conforme,& ſubiectum quantum poteſt corpus ſpiritui conformari.Quoniam ergo ſpiritus eſt viſione lucis æternæ clarificatus, ideo debet in eius corpore claritas lucis ꝑ maxime reſultare. Quia vero dilectione illius ſummi ſpiritus eſt ſummè ſpiritualis effectus,ideo in corpore habere debet correſpondentem ſubtilitatem & ſpiritualitatem.Quia tentione ęternitatis factus eſt omnino impaſſibilis, ideo in corpore eius debet eſſe impaſſibilitas omnimoda,tã intra,quam extra. Quia verò ex his omnibus, ſpiritus promptiſſimus eſt ad tendendum in Deum, ideo in corpore glorioſo debet ſumma agilitas reperiri. Quoniam igitur per has quatuor proprietates fit corpus ſpiritui conforme

formę, & etiam ſubiectum, hinc eſt, quòd in his quatuor præcipuè dotari dicitur, ratione quorum idoneitatem habet ſequi ſpiritum, & locari in regione cœleſti, quæ eſt regio beatorum. In iſtis enim proprietatibus, cœleſtibus corporibus aſſimilatur per quas quaſi gradatim diſtat corpus cœleſte à quatuor elementis, & ſic dos corporum quadruplicata, & corpus in ſe perfectum reddit, & conforme habitationi cœleſti, & ſpiritui beato, per quem à ſummo capite deo vſque in oram veſtimenti, ſcilicet corporis plenitudo dulcedinis, & beatitudinis ebrietas redundat, & quantum eſt poſſibile deriuatur. Poſtremò, quoniam illa premiatio debet fieri ſecundum quod exigit retributio iuſta, & productio virtuoſa, & gubernatio ordinata, & etiam reparatio glorioſa, & in diuerſis Chriſti mẽbris diuerſa ſunt chariſmata gratiarum, non ſolum quantum ad interiora dona, verum etiam quantum ad exercitia exteriora, non ſolum quo ad habitus, verumetiam quo ad ſtatus, non ſolum quo ad perfectionem charitatis in mente, verumetiam quo ad perfectionis decorem & pulchritudinem in opere corporali, hinc eſt quòd aliquibus mẽbris, non ſolum ſtola animæ cum tribus eius dotibus, & ſtola corporis cum quatuor, verumetiam excellentia quædam decoris & gaudij debetur, propter excellentias perfectionis, & decoris habiti in corpore virtuoſo. Quoniam igitur triplex eſt genus operis præcellentis, perfectum, & pulchrum, & ſpirituali formoſitate formoſum, ſecundum triplicem vim animæ, ſecundum rationalem prædicatio veritatis producens alios ad ſalutem, ſecundum concupiſcibilem, perfecta declinatio concupiſcentiarum, per integritatem perpetuam continentiæ virginalis, ſecundum iraſcibilem, perpeſſio mortis ad honorem Chriſti, hinc eſt, quòd his trib. generibus iuſtorum, ſcilicet pędicatoribus, Virginib. & martyribus, debetur illa excellentia præmij accidentalis, quod aureola nuncupatur, quod ad decorẽ fecit nõ ſolum animæ, verumetiam corporis, quia non redditur voluntati tantum, ſed operi extrinſeco, ſubſternens ſibi meritum, & præmium charitatis, quod conſiſtit in ſeptiformi dote, triplici animæ, & quadruplici corporis, in quibus clauditur conſummatio, integritas, & plenitudo omnium bonorum ſpectantium ad glorię complementum. Qualia autem & quanta ſint illa, non verba mea, ſed Beati Anſelmi ponantur. Ait enim in fine proſologij. Excitare nunc anima mea, & erige totum intellectum tuum, & cogita quantum potes, quale & quãtum ſit illud bonũ. Si enim ſingula bona delectabilia ſunt, cogita intentè, quam delectabile ſit illud bonum, quod continet iucunditatem omnium bonorum, non qualẽ in concretis rebus ſumus experti, ſed tanto differenter quanto differt creator à creatura. Si enim bona eſt vita creata, quàm bona eſt vita creatrix? Si iucunda eſt ſalus facta, quàm iucunda eſt ſalus, quę fecit omnem ſalutem? Si amabilis eſt ſapientia in cognitione rerum conditarum, quàm amabilis eſt ſapientia, quę omnia condit ex nihilo? Deinde ſi multæ, & magnę delectationes ſunt in rebus, & delectabilibus, qualis, & quanta eſt delectatio in illo, qui fecit ipſa delectabilia? Qui hoc bono fruetur, quid illi erit, & quid illi non erit? Certè quicquid volet erit, & quod nolet eſſe non erit. Ibi quippe erũt bona corporis & animæ, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit. Cur ergo per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuę & corporis tui? ama vnũ bonũ, in quo ſunt omnia bona & ſufficit, deſidera ſimplex bonũ, qđ eſt omne bonũ, & ſatis eſt. Quid enim amas caro mea, quid deſideras anima mea? Ibi eſt quicqd amatis, quicquid deſideratis. Si delectat pulchritudo, fulgebunt iuſti ſicut Sol. Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis tui, vt nihil obſiſtere poſſit, erunt ſimiles Angelis Dei, quia ſeminatur corpus animale, & reſurget corpus ſpirituale, poteſtate vtique non natura. Si longa, & ſalubris vita, ibi erit ſana æternitas, & æterna ſanitas, quia iuſti in perpetuum viuent, & ſalus iuſtorum à Domino. Si ſatietas, ſatiabuntur, cum apparuerit gloria Dei. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus Dei. Si melodia, ibi Angelorum chori concinunt ſine fine Deum laudantes. Si quælibet non immunda, ſed mũda voluptas, torrente voluptatis tuę, probabit eos Deus. Si ſapientia, ipſa Dei ſapientia oſtendet eis ſeipſam. Si amicitia, diligent Deum plus quàm ſeipſos, & inuicem tanquam ſeipſos, & Deus illos plus quam ſeipſos, quia illi illum, & ſe inuicem per illum, & ille ſe, & illos per ſeipſum. Si concordia, omnibus illis erit vna voluntas, quia nulla illis erit niſi Dei voluntas. Si poteſtas, omnipotentes erunt ſuæ voluntatis, vt Deus ſuæ. Nã ſicut poterit Deus quod volet per ſeipſum, ita poterunt illi per illum quod volent, quia ſicut illi non aliud volent, quam quod ille, ita ille volet quicquid illi volent, & quod ille volet, non poterit non eſſe. Si honor, & diuitiæ, Deus ſuos ſeruos bonos, & fideles ſupra multa conſtituet, immo filij Dei, & Dei vocabũtur, & erunt, & vbi erit filius Dei, ibi erunt & illi hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Si vera ſecuritas, certe ita certi erunt nunquam, & nullatenus iſta, vel potius iſtud bonum ſibi defuturum, ſicut certi erunt ſe non ſua ſponte illud amiſſuros, nec dilectorem Deum illud dilectoribus ſuis inuitis ablaturum, nec aliquid Deo potentius, inuitos Deum, & illos ſeparaturum. Gaudium vero quale, aut quantum eſt, vbi tale, ac tantum bonum eſt? Cur humanum, cor indigens, cor expertum erumnas immo obrutum erumnis, quantum gauderes, ſi his omnibus abundares. Interroga intima tua, ſi capere poſſunt gaudium ſuum de tanta beatitudine ſua. Sed certè ſi quis alius, quem omnino ſicut te ipſum diligeres, eandem beatitudinem haberet, duplicaretur gaudium tuum, quia non minus gauderes pro eo, quàm pro te ipſo. Si vero duo, vel tres, vel multo plures idipſum haberent, tantundem pro ſingulis, quantum pro te ipſo gauderes, ſi ſingulos ſicut te ipſum amares. Ergo in illa perfecta charitate, innumerabilium Angelorum, & hominum beatorum, vbi nullus minus alium, quam ſeipſum diligit, non aliter gaudebit quiſque pro ſingulis alijs, quàm pro ſeipſo. Si ergo cor hominis de tanto ſuo bono vix captet ſuum gaudium, quomodo capax erit tot, & tantorum gaudiorum? Et vtique quia quantum quiſque diligit aliquem, tantum de bono eius gaudet, ſicut in illa perfecta fœlicitate vnuſquiſque plus amabit ſine comparatione Deum, quàm ſe, & omnes alios ſecum, ita gaudebit plus abſque æſtimatione de fœlicitate Dei, quàm de ſua, & omnium aliorum ſecum. Sed ſi Deum ſic diligent toto corde, tota mente, tota anima, vt tamen totum cor, tota mens, tota anima non ſufficiat dignitati dilectionis, profecto ſic gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima, vt tamen totum cor, tota mens, tota anima non ſufficiat plenitudini gaudij. Nondum ergo Domine dixi aut cognoui, quantum gaudebunt illi beati tui, vtique tantum gaudebunt, quantum amabunt, tantum amabunt, quantum cognoſcent te. Quantum cognoſcent te, & quantum amabunt te, certe nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit in hac vita, quantum te cognoſcent, & amabunt in illa vita. Oro Deus cognoſcam te, amem te, vt gaudeam de te, & ſi non poſſum ad plenum in hac vita, vt proficiam in dies, vſque dum veniat illud ad plenum, proficiat hic in me notitia tui, & ibi fiat plena, creſcat hic amor tuus, & ibi fiat plenus, vt hic gaudium me ſit in ſpe magnum, & ibi ſit in te plenum. Domine per filium tuum iubes, imò conſulis petere, & promittis accipere

Marginalia: Quibus aureola reddenda. — Res oĩbus meritò cõtemplãdæ. — Sapient. 3. — 1. Cor. 2. — Matth. 22. — 1. Cor. 15. — Sap. 5. — Pſalm. 36. — Pſal. 16. — Ibidẽ. 35. — Ibidem. — Rom. 8.

vt gaudium noſtrum plenum ſit. Deus verax peto, acci
piam vt gaudium meum plenũ ſit. Peto Domine quod
Ioan. 16. per admirabilem conſiliarium noſtrum conſulis, acci-
piam quod promittis per veritatem tuam, vt gaudium
meum plenum ſit, meditetur interim inde mens mea, lo
quatur inde lingua mea, amet illud cor meum, ſermoci-
netur os meũ, eſuriat illud anima mea, ſitiat caro mea,
deſideret tota ſubſtantia mea, donec intrem in gau-
dium Domini mei, qui eſt trinus & vnus Deus benedi-
ctus in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS BREVILOQVII

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI

*Centiloquium, quod Compendium Theologię dicitur.*

Prou. 22. ECce ſcripſi eam tibi tripliciter in cogi-
tationibus, & ſcientia vt oſtenderem
tibi firmitatem, & eloquia veritatis
Prefatio auctoris. reſpondere ex his, illis, qui miſerunt
te. Informãs Sapiens in his verbis eũ
qui intendit ad prædicationis officiũ
promoueri, quatuor innuit ſtudioſo diſcipulo vidẽda. ſ.
in quo eſt ſtudendum quia in trina traditione, cũ dicit.
Ecce deſcripſi eam, ſ. doctrinam ſacram tripliciter, quia
ad diſcretionem boni, & mali informaui rationalẽ, ad
reiectionem mali animaui iraſcibilem, ad dilectionem
boni excitaui concupiſcibilem. Item tripliciter doctri-
na ſacri canonis eſt deſcripta, quia præter literalem ſen-
ſum tribus modis trahitur exponenda, ſ. moraliter, ſiue
tropologice, allegorice, & anagogice. Tropologia ſiue
moralitas, eſt quando per illud quod factum eſt, datur
intelligi quod faciendum eſt. Allegoria eſt quando, p
illud quod factum eſt, indicatur illud quod credendum
eſt. Anagogia eſt quaſi ſurſum ductio, quando per vnũ
factum intelligendum eſt illud, quod deſiderãdum eſt,
ſcilicet æterna fęlicitas beatorum. Secundo, de quo eſt
conferendum, quia de audita lectione, cum addit. in co-
gitationibus, & ſcientia, ideſt vt cogites quæ audiſti, &
intellectum frequenter cogas circa ruminationem, vt
ſcias vbi audita, & ruminata comprehendas per cogni-
tionem. Tertiò quid proponendum in prædicatione,
quia præcepta moralia quæ ſub lege naturæ, ſcripturæ,
& gratiæ, firma & immobilia permanſerunt, & euange-
lia præcipue, quæ ex ore altiſſimo prodierunt, cum di-
cit, vt oſtenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis.
Quartò per quid reſpondendum in interrogatione, qa
per ea quæ ſunt ex lectione percepta, in ratione colle-
Intẽtio auctoris. cta, & prædicatione concepta, cum ſubiungit, reſpon-
dere ex his, ideſt examinatoribus illis qui miſerunt, i.
miſſi ſunt, quomodo examinent te. In adminiculũ ita-
que paruulorum, rudis rogatus à rudibus, rudẽ tracta-
tum rudibus cõpilaui, in quo rudium ruditas, circa ge-
neralia theologię, ſaltem ruditer poterit erudiri, & ex la
cte infantiæ ad cibum ſolidum, præuia Dei gratia, cum
ſenſus induſtria præparari. Collegi autem hoc ex di-
ctis proborum, quæ hinc inde decerpens in vnius opu-
ſculi anguſtiam coarctaui. Quod cũ & cẽtum recipiat
Materia tractanda. ſectiones, centiloquium poterit appellari. Cuius conti-
nentia, vt facilius pateat requirenti, præmittuntur cen-
tum tituli ſectionum, quæ ex quatuor partibus diſtin-
guuntur. In vniuerſo enim agitur de quatuor in pręſen
ti opuſculo. Primò, ſ. de malo ſub ratione culpæ. Secun-
dò de malo ſub ratione pœnæ. Tertiò de bono ſub ra-
tione gratiæ. Quarto de bono ſub ratione gloriæ.

# CENTILOQVII PRIMA PARS,

Quæ habet. XXXIII. Sectiones.

*De malo culpæ in generali. Sectio I.*

MALVM conſiderare occurrit quantum Auguſt.
ad diffinitionem. Quod diffiniens Au-
guſt. ait. Malum eſt priuatio modi, ſpe- Malũquid.
ciei. & ordinis. Ad cuius intelligentiam
eſt notandum, quod creatura quælibet,
quantumcunq, modica comparari habet ad Deum ſm
triplex genus cauſæ, ſcilicet efficientis formalis, & fina-
lis, & ſic habet modum, ſpeciem, & ordinem. Creatu-
ra vero rationalis non ſolum habet modum, ſpeciem, &
ordinem, prout eſt natura quædam, ſicut cæteræ crea-
turæ, verum etiam prout eſt voluntate libera. Volun-
tas autem noſtra quando habet modum, ſpeciem, & or
dinem, tunc eſt bona. Tunc autem habet hæc tria, quan
do in operando continuatur virtuti diuinæ, vt princi-
pio mouenti, conformatur ei, vt regulæ dirigenti, vni- Mod.ˢ ſpẽs
tur ei, vt fini quietanti. In primo eſt modus, in ſecundo & ordo in
eſt ſpecies, in tertio ordo attenditur ſecundum triplex anima.
genus cauſæ, Quandocunque verò quis peccat mor-
taliter, diſcontinuatur neceſſario à Deo tanquam à prin
cipio mouente, quia Deus nunquam mouet ad pecca-
tum, diſcordat à Deo tanquam à regula dirigente, elon-
gatur, & deordinatur à Deo, tanquam à fine quietante
ponens creaturam finem ſui. Et ſic malum culpæ pri-
uat, & corrũpit hæc tria inſeparabiliter, & æqualiter, nõ
tamen totaliter in rationali creatura, inquantum eſt a-
gens voluntarie, & libere, vltra alias creaturas. Malum
vero pœnæ corrumpit hæc tria prædicta, prout cum
alijs creaturis conuenit, in natura. Item conſideratur Malum tri
malum quantum ad diſtinctionem. Diſtinguitur. n. plex.
malum per triplicem differentiam, ſ. in malum culpę, ſi-
ue tranſgreſſionis, malum pugnæ, ſiue tentationis, ma-
lum pœnæ ſiue punitionis. Malum culpæ idem eſt, qđ
iniuſtitia generalis ſiue abſentia debitæ honeſtatis, vel
paſſio voluntaria. Malum pœne, eſt abſentia debitæ de-
lectationis, cum ſenſu ſui contrarij, ſiue paſſio inuolun
taria. Malum pugnæ tenet medium inter iſta, nã Diabo
lo eſt culpa in inſtigando, iuſto eſt pœna in reluctãdo.
Quantum ad ſubdiuiſionem. Subdiuiditur. n. malum
in malum culpæ, ſecundum ſe, & per ſe, quod nullo mo
do poteſt bene fieri, vt odire Deum, & blaſphemare
Deũ, in malum in ſe. ſiue in genere, vt occidere, quod
poteſt bene fieri pp iuſtitiam. In malum ex circunſtan
tia, vt dare elemoſynam propter vanam gloriam. Item
conſideratur quantũ ad introductionem. Et ſic malum
originatur à bono, ideſt à voluntate & libero arbitrio
non efficiente, ſed deficiente. Subſtantificatur in bono,
non. n. eſt eſſentia aliqua vel natura, ſed corruptio bo-
ni, quæ non põt eſſe, niſi in bono, quod corrumpitur, i.
in libera voluntate contrariatur bono. Ad quod intelli
gendum nota, quod malum corrumpit & perimit iuſti-
tiam, ideſt rectitudinem voluntatis. Tria enim circa re
ctitudinem animæ attenduntur, ſ. potentia rectificabi-
lis, hanc non corrumpit habitus rectificans, hunc pri-
uat ſimpliciter, & corrumpit. ſ. gratiam, & virtutes, ha-
bilitas media, & hanc diminuit, dum minus redditur
homo habilis ad bonum per peccatum, non tamen tol-
lit eam. Non enim opponitur malum illi habilitati

ratione

ratione naturæ,cuius eſt,ſed ratione gratiæ, & virtutis, ſiue finis,ad quæ eſt.

*De tentatione. Sectio. 2.*

Tentationis diffinitio.

MAlum tentationis ſiue pugnæ notificatur per diffinitionem Hugonis de Sancto victore. Tẽtare eſt callide experiri, & quaſi quibuſdã blandis conatibus probare, Auguſtinus. Omnis tentatio probatio eſt. Caſſiodorus. Tentatio Diaboli eſt aſſimilatio apparentis boni ad fallendum. Sic etiam aliter diffinitur. Tentatio eſt pulſatio ex intẽtione, vel propoſito ad declarandum bonum hominis ſiue malum. Multiplicatur per diuiſionem. Poteſt.n. tentatio conſiderari quantum ad motiuum,& ſic diuiditur tentatio in eam, quæ eſt ab hoſte,à carne, & à mundo. Iuxta illud, Mundus caro,demonia,diuerſa mouent prælia. Item in eam,quę eſt tentatio,alia ab hoſte,alia à carne,prima generaliter, ſecunda ſpecialiter. Diuiditur etiam quantum ad inſtrumentum,& ſic generaliter eſt illa diuiſio Gregorij. Eſt quædam tentatio per vitia, quædam per flagella. Specialiter,& ſic eſt illa ſuper pſalmo. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum. Multiplex eſt tẽtatio, quarum prima eſt error ſiue neſcientia viæ veritatis,ſecũda difficultas vincendarum concupiſcentiarum, tertia tedium boni,quarta tempeſtas ſeculi. Quantũ ad effectũ, & ſic generaliter,eſt illa de qua dicitur. Tẽtatio vos nõ apprehendat niſi humana. Tentatio alia diabolica,alia humana. Diabolica malum habet exitum,quia terminatur in mortali. Humana non habet periculoſum exitũ, quia vel ibi eſt peccatum veniale,vel nulla eſt ibi culpa. Specialiter,& ſic eſt illa de doctrina chriſtiana. Diabolus tentat aut vexando carnem, aut vulnerando naturalia,aut expoliãdo gratuita. Quantum ad gradum, & ſic generaliter eſt illa, tentatio alia exterior,alia interior. Specialiter,& ſic eſt illa Gregor. Tentatio tribus modis perficitur,ſ.ſuggeſtione,delectatione, & cõſenſu. Quantum ad tentãdi modum. Et ſic eſt illa generaliter & implicitè ſuper Pſal. Qui habitat in adiutorio. Quædam tẽtatio eſt leuis,& occulta,quædam grauis, & occulta,quædam leuis,& manifeſta,quædã grauis,& manifeſta. Generaliter,& explicitè. ſic eſt illa Riccardi,per ſeptẽ membra. Prima eſt importuna,quæ pertinaciter inſiſtit, ſcđa eſt dubia,quæ animũ dubietatis nebula inuoluit, tertia eſt ſubita,quæ iudicium rationis pręuenit,quarta occulta,quæ deliberationis ordinẽ prӕterfugit,quinta eſt violenta,quæ vires noſtras tranſcendit, ſexta fraudulenta, quæ animum ſeducit,ſeptima perplexa,quę varijs vitijs impetit. Si ſpecialiter & implicitè,ſic eſt illa Aug. Diabolus tentat vt leo,tẽtat vt draco. Si ſpecialiter & explicitè, ſic eſt illa Gregor. ſuper Iob. Diabolus premẽdo rapit, inſidiando circunuenit,minando terret, ſuadendo blanditur,deſperando frangit, promittendo decipit. Diuerſificatur autem per intentionem. Nam tentat Deus, vt erudiat,Diabolus,vt decipiat,mundus vt alliciat,homo vt conijciat,caro vt inficiat.

Diuiſio.

1. Cor. 10.

*De diffinitione peccati. Sectio. 3.*

VIſo de malo culpæ in generali,& de malo pugnę, quod impellit ad culpam, deſcendendum eſt ad peccatum in ſpeciali. Circa quod tria conſiderare debemus. ſ. modum diuiſiuum, modum diffinitiuum,modum punitiuum. Poteſt autem peccatum conſiderari formaliter prout dicit priuationem, & materialiter, prout ſubſternit ſibi aliquam actionem. Habet ergo formales diffinitiones, prout dicit priuationem per hunc modum. Nam aut dicit receſſum à bono,& ſic tribus diffinitionibus quaſi idem circumloquentibus diffinitur. Prima in li. de Ci. Dei hæc eſt, peccatum eſt abſentia boni. Vbi debet eſſe. Secunda in li. de Chriſtiana religione. Peccatũ eſt appetitio non naturarum malarum,ſed deſertio meliorum. Tertio in lib. de natura boni. Peccatum eſt corruptio ſpeciei,modi,& ordinis. Aut dicit receſſum à naturæ rectitudine,& ſic triplex diffinitio idem circumloquens inuenitur, Prima eſt Damaſceni. Peccatum eſt ab eo,quod ſecundum naturam, in id, quod eſt præter naturam, conuerſio. Secunda eſt Anſelmi, Peccatum eſt carẽtia debitę iuſtitię. Tertia eſt Auguſtini. Peccatum eſt defectus quidam à luce veritatis,natura nõ perimens, ſed obſcurans. Aut dicit receſſum ab omnis boni complemento,& perfectione, & ſic tripliciter diffinitur. Primo ab Aug. in lib. de libero arbitrio. Peccatum eſt auerſio à bono incommutabili. Secundò ab eodem in li. de Chriſtiana religione. Peccatum eſt carere bonis incommutabilibus,quibus fruẽdum eſt. Tertiò etiam ab eodem. Peccatum eſt tenebra intellectus. Habet quoque peccatum materiales diffinitiones put ſubſternit ſibi actum,et ſecundum hoc poteſt tripliciter comparari. Aut ad Deum quem offendit. Et ſic tripliciter diffinitur. Primò ab Auguſtino contra Manicheos, Peccatum eſt in præceptis veritatis,vel in ipſa veritate errare. Secundò ab Amb. in li. de paradiſo. Peccatum eſt præuaricatio legis diuinę,& celeſtium inobedientia mãdatorum, vel præceptorum. Tertio ab Aug. Peccatũ eſt dictum vel factum,vel concupitum contra legem Dei. Aut ad virtutem quam excludit. Et ſic triplex datur diffinitio de peccato. Prima eſt Baſilij. Peccatum eſt diſpoſitio animę,contrarie ſe habens ad virtutem. Secunda Aug. in li. de duabus animabus. Peccatum eſt voluntas retinendi,vel aſſequendi quod iuſtitia vetat. Tertia eſt Auguſtini in lib. de Vera religione. Peccatum eſt appetere quæ Chriſtus contempſit,vel contemnere,q̃ Chriſtus appetijt: Aut ad bonum quod prętendit. Et ſic tripliciter diffinitur. Primò ab Aug. in li. de Ciui. Dei. Peccatum eſt male vti bono. Secundo ab eodem, in lib. de Trinit. Peccatum eſt vti fruendis,& frui vtendis. Similiter in lib. 83. quæſtionum. Tertiò in libro de libero arbitrio. Peccatum eſt ſpreto bono incommutabili, rebus commutabilibus adhærere. Duę autem inueniuntur diffinitiones peccati. Vna hæc eſt. Peccatum eſt actus incidens ex defectu boni. Secunda eſt hęc. Peccatum eſt demeritum pœnę ęternę.

*De peccato originali. Sectio. 4.*

VIſa de peccati diffinitione,ſequitur videre de diuiſione. Diuiditur autem peccatum in originale & actuale, veniale, & mortale delictum, & commiſſum. Et hæ diuiſiones ſumuntur penes cauſam formalem. Item in peccatum cordis,oris,& operis, item in peccatum ſuperbiæ,ſiue inanis gloriæ, inuidiæ, iræ,accidiæ,auaritię,gulę,luxurię. In concupiſcentiam carnis,in concupiſcentiam oculorum,& ſuperbiam vitæ. In peccatum cognitionis, delectationis,conſenſus operis,& conſuetudinis. Et hę ſumuntur penes cauſam materialem. Item peccatum aliud ex ignorantia, aliud ex infirmitate,aliud ex certa malitia perpetratur. Item peccatum aliud ex timore male humiliãte,aliud ex amore male accendente. Et hæ ſumuntur penes conditiones peccantis. Item peccatum aliud in Deum,aliud in ſe,aliud in proximum. Et hę ſumuntur penes circunſtãtias eius,in quem peccatur. Primam diuiſionem proſequamur. Primò quantum ad peccatum originale. Circa quod ſunt quatuor attendenda,diffinitio,corruptio,curatio,& nominatio. Diffinitur autem peccatum originale ab Anſelm. ſic,peccatum originale eſt carentia ſiue nuditas debitę iuſtitię per inobedientiam. Adde facta,q̃ comitatur carentia viſionis Dei. Iſta diffinitio eſt for-

Peccati diuiſiones.

Peccatum originale.

malis, indicans huius peccati eſſentiam,cauſam, & pœnam.Item aliter diffinitur ſic.Peccatum originale eſt vitium ex qualitate ſeminis in humana natura natū. Iſta eſt materialis,oſtendens originalis peccati effectum, & originem.Item diffinitur tertio ab Augu. ſic.Peccatum originale eſt concupiſcentia, vel concupiſcibilitas,quæ paruulum facit concupiſcibilem, adultum concupiſcentem.

Qualiter contrahatur.

Corrumpitur autem genus humanum per originale peccatum, quia licet anima non ſit ex traduce, originalis tamen culpa tranſit ab anima Adę ad animas poſterorum,mediante carne infecta, tanquam per concupiſcentiam generata, & per libidinem ſeminata, quæ infectionem ſerui trahens, animam ſibi vnitam inficit,& vitiat,non tan tum pœna,ſed & culpa. Et ſic homo per cōcubitum generatus naſcitur natura filius irę, quia priuatus eſt rectitudine diuinæ iuſtitię,propter cuius abſentiam incurrit quantum ad animam, infirmitatem,ignorantiam,malitiam, & concupiſcentiam, quantum vero ad corpus pęnalitatem,labores,dolores,defectus,morbos multiplices,& præter hæc pęnam mortis, & incinerationis,pœnam carentiæ viſionis Dei, & amiſſionis gloriæ cœleſtis tam in paruulis, quàm in adultis.

Quomodo curetur

Curatur autem originale peccatum per baptiſmum, ſic quantum ad culpam,quòd tamen remanet quantum ad temporalem pœnam, ſic curatur quantum ad reatum pœnæ æternæ,ꝙ remanet quantum ad actum, & motū concupiſcentiæ,ſic curatur in parente, quòd nihilominus à curato parente tranſmittitur in generatam prolē, ſic tollitur originalis culpæ macula, quòd remanet ſequela,cum qua oportet nos pugnare, quandiu viuimus in hac vita.

Quot nominibus exprimatur.

Nominatur autem originale diuerſis vocabulis,tam ex parte culpæ,quam ex parte pœnæ.Comparatum.n.ad animam dicitur infirmitas, quia reddit animam impotentem reſiſtere motibus. Dicitur fœditas, quia ſecundum eam anima ratione corporis coinquinatur.Dicitur pronitas,propter inclinationē appetitus ad malum. Dicitur corruptio, quia ducit ad nihilum.ſ.ad peccatum.Dicitur vicium,quia diminuit naturales virtutes. Dicitur languor naturæ propter diminutionem boni naturalis et delectabilis.Comparatum vero ad corpus,dicitur lex carnis,quia eſt pœna à lege iuſtitiæ naturaliter inflicta. Dicitur lex membrorum,quia præſtat aptitudinem ad faciēdum opera mala. Dicitur tyrānus, propter dominationem quaſi violentam in concupiſcentis.Dicitur fomes, quia eſt cauſa materialis conſeruandi peccatum in carne. Ambroſius diffiniens fomitem dicit ſic.Fomes eſt morbidus quidam affectus, qui commouet ad illicitum deſiderium,quantum ad actum generatiuæ, & nutritiuæ. Comparatum ad actus delectabiles illicitos,dicitur concupiſcentia, vel concupiſcibilitas.Differunt tamen,quia concupiſcibilitas dicit potentiam,concupiſcentia vero actum. Dicitur etiam libido,quia ſequitur quicquid libet,ſ.voluptuoſas delectationes in ſenſu.Comparatum vero ad pœnam ad quam obligat,dicitur peccatum originale,quia eſt carētia, vel nuditas debitæ,& originalis iuſtitiæ.

### *De peccato actuali. Sectio. 5.*

Sequitur videre de peccato actuali.Circa quod quatuor videamus,ſ.diffinitionem eſſentialem,originalitatem, differentiam materialem,& maioritatem.

Peccatum actuale quod. Quomodo perpetretur.

Diffinitur autem peccatum actuale ſic.Peccatum actuale eſt carentia debitæ iuſtitiæ, facta per inobedientiam propriæ voluntatis, vel eſt auerſio ab incommutabili bono,& ad bonum commutabile conuerſio. Trahit autem peccatum actuale originē à libera voluntate vniuſcuiuſque per ſuggeſtionem,& delectationem, conſenſum,& operationem.Si autem ſuggeſtio, & delectatio iſtant citra conſenſum, peccatum eſt veniale, ſi autem ſequatur conſenſus,& opus in his,quæ diuina lege prohibentur,peccatum eſt,mortale conſummatum. Si autem medio modo fiat, vt ſit conſenſus ſine opere, hoc poteſt eſſe dupliciter.Quia aut homo vult in opus procedere,ſed non poteſt,& tunc voluntas pro facto reputatur,nec minus culpabilis eſt. quam ſi in ipſo facto deprehenderetur.Aut nō vult in opus procedere,ſed vult interius voluptari in delectatione, & tunc licet non ſit peccatum plenarie conſummatum,eſt tamen inter mortalia reputandum,quod maximè de peccatis carnalibus habet intelligi.

Peccatum Angeli.

Differentiæ materiales actualis peccati ſunt duæ,ſcilicet,peccatum Angeli & hominis. Peccatum Angeli inchoatum eſt in præſumptione, ſtatim.n. vt vidit ſuam pulchritudinem præſumpſit, & conſummatum eſt in ambitione, quia præſumens de ſe appetijt quod erat ſupra ſe,atque confirmatū eſt in inuidiæ, & odij auerſione,quia,ex quo non potuit hoc obtinere quod appetijt,cœpit odio,& inuidia contraire.Et ſic in peccato Luciferi, ſuperbia præſumptionis fuit prima generatione, ſuperbia ambitionis fuit prima conſummatione.

Peccatum hominum

Peccatum vero hominis fuit inobedientia, ad quam præcipitauit Diabolus hominem per triplex appetibile naturale,ſ.per bonum glorioſum,copioſum, & delicioſum. Tentauit enim de excellentia, ſufficientia, experientia,ſiue demulcentia.Diabolus. n.per mulierē volens deijcere hominem, promiſit mulieri dignitatis excellentiam dicens. Eritis ſicut dij.Deinde ſubiunxit cognitionis abundantiam dicens. Scientes bonum & malum.Tertio prætendit ſuauitatis experientiam, cum oſtendit ei lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue.Vnde peccatū mulieris inchoatum fuit in ſuperbia, progreſſum habuit in auaritia,quia nō in rebus ſolum, ſed etiam in ſcientia inuenitur auaritia, conſummatum fuit in gula.Et ſic deordinatum fuit quantum ad iraſcibilem,appetendo alta,quantum ad rationem, appetendo ſcire occulta,quantum ad concupiſcibilem,volendo guſtare ſuauia.

Exceſſus peccati ad peccatum dicitur 12. modis.

Peccatum maius vnum altero dicitur duodecim modis, primò cauſalitate, & ſic peccatum Diaboli dicitur maius eſſe,quia eius inuidia mors intrauit in orbem terrarum.Secundo generalitate,& ſic peccatum primi parentis fuit maius, quia ſe per totum genus humanum diffudit.Tertiò enormitate, & ſic peccatum Iude fuit maximum, quia tradidit Dominum ſaluatorem. Quartò ingratitudine, & ſic eius peccatum dicitur eſſe maius, qui plura gratiarum dona percepit. Quintò periculoſitate, & ſic peccatum ignorantiæ dicitur eſſe grauius,quia periculoſius.Sextò inſeparabilitate, & ſic peccatum cupiditatis dicitur eſſe maius, quia cum cætera vitia cum homine conſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit. Septimò importunitate, & ſic ſuperbia dicitur eſſe maximum peccatum, quia etiam ex bonis operibus generatur.Octauo pronitate,& ſic luxuria dicitur eſſe grauius, ad quàm homines pronius inclinantur. Nonò maioris gratiæ impugnatione, & ſic peccatum in Spiritum ſanctum dicitur eſſe grauius. Decimò ratione maioris offenſæ, & ſic peccatum idolatriæ dicitur eſſe maius. Vndecimò ratione maioris facilitatis reſiſtendi,& ſic peccatum Adæ fuit grauiſſimum.Duodecimò ratione maioris improbitatis & libidinis,& ſic peccatum cuiuſlibet generis poteſt fieri maius altero.

### *De peccato veniali & mortali. Sectio. 6.*

Sequitur videre de diuiſione peccati in veniale, & mortale. Ad cuius euidentiam tria ſunt breuiter attendenda,ſcilicet ordo diuinæ iuſtitiæ, qui imponitur,peccatum veniale, quod contrahitur, & peccatum

catum mortale quod incurritur. Ordo autem diuinæ iuſtitiæ, ad quem Dominus hominem obligauit, eſt, vt bonum incommutabile præferatur bono commutabili, vt bonum honeſtum præferatur bono vtili, & voluntas Dei præferatur voluntati noſtræ, & iudicium rationis rectæ præferatur, & præſit ſenſualitati humanæ. Peccatum vero actuale, eſt inordinatio actualis voluntatis. Iſta autem inordinatio ſi eſt tam modica, quòd ordinem iſtum non exterminat, quamuis in aliquo perturbet, tunc peccatum eſt veniale. Quod habemus pertractare breuiter quantum ad diffinitionem, diſtinctionem & curationem. Diffinitur autem ſic. Peccatum veniale eſt libido ſiue amor voluptatis in creatura circa Deum.

Peccatum veniale quid & quotuplex

Diſtinguitur autem veniale tripliciter. Nam quoddam eſt veniale ex ſurreptione, & ideo veniale eſt, quia non poteſt vitari tunc, & quia committitur pręter rationem, ſemper eſt veniale. Quoddam eſt veniale ex cogitatione ſine conſenſu, & ideo veniale, quia non plene conſentitur, vt in cogitatione, & delectatione de muliere, citra conſenſum in delectatione, & ideo veniale fit mortale per complacentiam & conſenſum. Quoddam eſt veniale cum delectatione, & conſenſu, & ideo veniale eſt, quia non eſt deordinatio contra præceptum, vt ebrietas & mendacium iocoſum, & iſtud cum ſit veniale propter delectationem, quæ eſt citra Deum, tamen poteſt fieri mortale propter nimiam libidinem & contemptũ. Nõ tamen intelligendum eſt, quòd aliquod veniale per eſſentiam fiat mortale, ſed quia de veniali fit tranſitus ad mortale, per complacentiam & conſenſum, ſiue per libidinem & cõtemptum. Curatur autem peccatum veniale per actus, in quibus eſt aliqua humiliatio, & deuotio, qui quidem actus gratia informati repugnant veniali, & ſic ad actum curationis, & deletionis venialium, gratiam gratum facientem coadiuuant & vigorant. Huiuſmodi remedia his verſibus continentur. Confiteor, tundo, reſpergo, conteror, oro. Signor, edo, dono, per quæ venialia pono, Vnctio, pœna leuis, compaſſio quę fit egenis. Hæc enim remedia ſunt. Generalis confeſſio, pectoris tunſio, aquæ benedictæ aſperſio, cordis cõtritio, dominica oratio, ſignatio ab Epiſcopo, Euchariſtiæ ſumptio, offenſæ condonatio, extrema vnctio, leuis pœnitentia, compaſſio fraterna. Si autem eſt tanta deordinatio voluntatis, quòd ordinem exterminat ſupradictum, tunc mortale eſt peccatum, quod poteſt conſiderari quantum ad diffinitionem, punitionem, & remiſſionem. Diffinitur autem ab Ambroſio ſic. Peccatum mortale eſt præuaricatio legis diuinæ, & cœleſtium inobedientia mandatorum, vel præceptorum. pœna peccati mortalis, eſt æterna damnatio. Dicitur enim mortale, quia per ipſum vita gratiæ perditur in præſenti, & vita gloriæ in futuro. Et ſic contrahitur mors culpæ, & infligitur mors gehennæ. Iuſtè autem propter mortale, in quo quis finaliter perſeuerat, ſempiternaliter cruciatur. Vnde ſecundum Gregorium, quia peccator peccat in ſuo æterno, æternaliter eſt cruciandus. Secundum Auguſtin. vero, quia peccat contra bonum æternum, & infinitum, æternaliter punietur. Curatur autem ſiue remittitur mortale peccatum per ſeptiforme remedium, ſcilicet per baptiſmum, eleemoſynam, martyrium, conuerſionem proximorum, dimiſſionem iniuriæ, fletum penitentiæ, & per dignam euchariſtiæ ſumptionem. Attende tamen quod baptiſmus, & pœnitentia non ſolum valent contra pœnam peccati, verum etiam contra culpam, cætera vero valent contra pœnam tantum. Vnde verſus. Sunt ſeptem delere quibus mortalia poſſis. Fons, eleemoſyna, martyrium, conuerſio fratrum. In te peccanti dimittere, flere reatum. Sanguinis, & carnis Chriſti, perceptio digna.

Remedia 11. contra veniale.

Mortale quid.

Remedia 7. contra mortale.

*De ignorantia. Sectio. 7.*

Sequitur videre de diuiſione peccati in delictum & commiſſum. Præuaricatio præceporum eſt delictum, hoc eſt trangreſſio præceptorum affirmatiuorum. Præuaricatio prohibitionum eſt commiſſum, hoc eſt tranſgreſſio præceptorum negatiuorum. Differentiæ delicti ſunt ignorantia, omiſſio, negligentia. Delictum dicitur quaſi derelictum, ideſt boni deſertio. Bonum eſt duplex, ſ. ſciendum, cuius deſertio dicitur ignorantia, & faciendum, quod duo requiruntur, ſ. quòd fiat bonus actus, cuius deſertio dicitur omiſſio, & quòd bene fiat, ideſt cum debitis circũſtantijs, quarum deſertio dicitur negligentia. Circa ignorantiam quadruplex diuiſio eſt attendenda. Prima eſt hęc. Ignorantia alia negationis, alia priuationis, alia prauæ diſpoſitionis. Ignorantia negationis eſt in paruulis, quæ non eſt culpa, neque pœna, vſque ad præfinitum tempus. Ignorantia priuationis eſt in adultis, qui tempore determinato ignorãt, quę poſſent ſcire, vel obliti ſunt, quæ aliquando didicerunt. Ignorantia prauæ dipoſitionis eſt, qua quis opinatur contraria fidei, quæ poteſt erronea dici, & eſt in hæreticis. Prima excuſat a toto, ſecunda à parte nõ à toto, tertia accuſat in toto, quia peruerſam ſequitur voluntatem. Secunda diuiſio eſt hæc. Ignorantia alia facti, alia iuris. Iuris, aut iuris naturalis, & hæc non excuſat, cum ſit ſcriptum in corde hominis, vel iuris diuini, vt leges prophetarum, euangelij & doctrinę Apoſtolicæ, & iſta accuſat ſicut de magno, & mortali delicto prælatos maxime, Epiſcopos & Metropolitanos, qui tenentur de fide, & ſpe reddere rationem. Accuſat autem ſicut de veniali clericos ſimplices, & illiteratos, qui cum potuiſsẽt diſcere noluerunt. Laicos vero in nullo accuſat, quia ad ipſos non pertinet dummodo non contemnant. Si eſt iuris poſitiui, vt legum, & decretorum, ſolos iudices accuſat. Si eſt ignorantia iuris continentis morales conſtitutiones Eccleſiaſticas, ad diſcernenda peccata, accuſat ſacerdotes, & confeſſores. Si vero eſt ignorantia facti, aut indifferentis, ſic ſufficienter excuſat, aut neceſſarij ad ſalutem, & ſic aut non poteſt vitari ſicut in amente, qui à natiuitate caruit iudicio rationis, & hæc excuſat, aut poteſt vitari, ſicut in Iudeis, & Paganis qui potuerunt ſcire Chriſtum paſſum fuiſſe pro ſalute hominum, & hæc nõ excuſat. Tertia diuiſio ignorantiæ eſt, quia alia eſt ſimplex, vt quando aliquis neſcit, quæ tenetur ſcire, facit tamen aliquid ſed non plene vt illa ſciat, hæc excuſat à tanto ſed non à toto. Alia eſt craſſa ſiue ſupina, vt quando quis negligit ſcire, quæ tenetur, & tamen non eſt determinatum ei quod teneatur ſcire illa, hęc minus excuſat, non excuſat à toto, ſed à tanto. Alia eſt affectata ſiue affectiua, vt quando aliquis negligit ſcire, quæ tenetur ſcire, cum ei ſit determinatũ, quòd tenetur ſcire illa, hęc accuſat potius quam excuſat. Quarta diuiſio eſt. Ignorantia alia vincibilis, alia inuincibilis. Vincibilis alia poteſt remoueri cũ magna difficultate, vt in valde hebetibus, hæc excuſat à tanto non à toto, ſi eſt de neceſſarijs ad ſalutem. Alia poteſt remoueri cum facilitate, vt iningenioſis, hęc non excuſat. Inuincibilis, alia eſt inuincibilis per naturam, vt in puero, qui nõ vtitur ratione, & in decrepito, qui non diſcernit, & in eo, qui naſcitur amens, hęc excuſat à toto. Alia eſt inuincibilis per culpam, vt in eo qui per culpam efficitur furioſus, & ſecundum quoſdã non excuſat à toto.

Delictũ & commiſsũ.

Ignorãtia quadruplex.

1. Pet. 3.

*De omiſſione, & negligentia. Sectio. 8.*

Viſo de ignorantia, quæ eſt deſertio debitę ſcientię, ſequitur videre de omiſſione, & neglegẽtia, que dicunt deſertionem rei debitæ faciendæ. Omiſſio eſt deſertio actus debiti in

tempore determinato. Et dicitur actus debitus, quem tenemur facere. Circa omiſſionem autem habemus videre quatuor actus debitos. Tẽtionem, diſtinctionem, Deſcriptionem, Abſolutionẽ: Dicitur autem omiſſio, derelictio actus, non circunſtantię, actus principalis, nõ annexi, præcepti affirmatiui non negatiui: eſt autem triplex tentio, quam omittere non debemus. Quædam eſt ratione diuinæ obligationis. Et hæc eſt duplex, vna ad agendum, vt in præceptis affirmatiuis, vt honora patrem tuum, alia ad non agendum, vt in præceptis negatiuis, ſiue prohibitionibus, vt nõ occides. Prima obligat, ſemper, ſed non ad ſemper, niſi pro loco, & tempore. Secunda obligat ſemper, & ad ſemper. Quædam eſt ratione ſpontaneæ conſenſionis, vt in contractibus, votis, iuramentis, promiſſis, & obligatione, quam facit conſcientia. Quædam ratione culpabilis offenſionis. Nam propter culpam mortalem obligatur homo, ſiue tenetur ad pœnam æternalem, propter venialem vero ad pœnam temporalem. Deſcribitur autem tentio ſic. Tẽtio eſt alieni pręcepti, vel prohibitionis, vel propriæ, aſſenſus, vel culpæ, ad agendum, vel non agendum, vel patiendum obligatio. Ad agendum quantum ad præcepta affirmatiua, non ad agendum quantum ad præcepta negatiua, & prohibitiones, ad patiendum quantum ad culpam. Triplex eſt autem abſolutio prædictæ triplicis tentionis, ſcilicet impoſſibilitas, diſpenſatio, & pęnitentia.

Obligatio multiplex

Negligentia eſt debitæ circunſtantiæ derelictio in bono opere faciendo. Circa quam breuiter ſunt videnda tria. ſ. eius originatio, denominatio, concomitatio. Oritur autem negligentia ex torpore, Vnde dicit Gregorius. Duo ſunt in bonis operibus timenda, deſidia. ſ. & fraus. Deſidiam facit minor amor Dei. Fraudẽ maior amor ſui. Item deſidia per torporem naſcitur, Fraus per priuatam dilectionem. Fraus iſta ſic notificatur. Fraudem in opere Dei perpetrat qui ſe inordinate diligens, ad remunerationis tranſitorię bona feſtinat. Tripliciter autem fraus iſta committitur, aut cum cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut cum quælibet res exterior deſideratur. Vt enim bonum opus bene fiat, requiritur bonus finis, quem qui omittit, fraudatur. Requiruntur & aliæ circunſtantiæ, vt locus, tẽpus, modus, quas qui omittit, vtique negligit. Nominatur autem duplici vocabulo, ſ. negligentia, & deſidia, quæ ſi large accipiantur, communia ſunt ad quamcunq; omiſſionem, tam actus debiti quam circunſtantię. Si verò accipiatur ſtricte per omiſſionem circunſtantiæ, tunc deſidia magis reſpicit communem ſignificationẽ. Deſidia dicitur quaſi deſiſtentia, negligentia vero magis reſpicit ſignificationem propriam, ſcilicet omiſſionem circũſtantiæ debitæ, quaſi non diligentia, quæ diligentia circunſtantias diligẽter proſequitur. Sunt autem comites negligentiæ torpor, & pigritia, quæ quamuis ſint idẽ, tamen pigritia dicitur, eo quod pigeat difficultas laboris. Torpor vero aſpicit appetitum quietis. Triplex eſt autem torpor ſiue pigritia. ſ. infirmitatis naturalis, ſicut in flegmaticis, & eſt pœna, & non culpa. Et eſt torpor infirmitatis acquiſitæ ex culpa præcedente, vt in ebrioſis, & guloſis, & talis non excuſat ſecundum quoſdam. Et eſt torpor libidinoſus, & dicitur torpor captatus, & ille torpor eſt voluntas recuſans facere bonum difficile, eo ꝙ difficile. Et talis torpor ſiue pigritia cum ſit peccatum, reprehenditur in ſcripturis.

Negligentia quid.

Fraus

Deſidia.

Torpor.

De *commiſſione. Sectio.* 9.

SEquitur videre de commiſſo. De quo eſt breuiter videndum, & adiungendum, ꝙ eſt transgreſſio legis diuinæ prohibentis quantum ad præcepta negatiua. Poteſt autem aliquid committi contra naturam, Et hoc dupliciter, ſ. contra naturam communem hominibus & brutis, vt ꝙ maſculus pro fœmina ſit. Et hoc eſt peccatum ſodomiticum. Aut contra naturam particularem, vt in natura angelica, aut humana, & hoc eſt naturale iudicatorium dictans malum eſſe fugiendum, & bonũ faciendum. Iſta natura dictat ꝙ debemus Deo obedire, Deum colere, & diligere. Dictat ẽt quod proximo debemus facere, qđ nobis volumus fieri ab eodem. Et quod nobis nolumus fieri, alij non debemus irrogare. Sic largo mòdo, omne peccatum quod cõmittitur, eſt contra naturam. Poteſt etiam aliquid contra legẽ cõmitti. Et hoc dupliciter verſatur, nam lex prohibet aliquid quantum ad omne tempus, & hoc eſt prohibitũ, quia eſt malum, & ſic ſunt prohibitiones decalogi. Prohibet etiam aliquid nõ ſimpliciter, ſed ad tempus, & ſic ſunt prohibitiones cerimonialium, & hoc eſt malũ, qa prohibitum. Committi poteſt etiam aliquid contra cõſuetudinem, & hoc eſt, quod committitur contra mores, Propriè autem loquendo mos non ſcriptus dicitur conſuetudo, mos vero ſcriptus conſtitutio nominatur, Nota tamen quòd facere contra conſuetudinem conſeruatiuam honeſti eſt peccatum, facere contra conſuetudinem deſtructiuam honeſti, ſanctum eſt, facere contra conſuetudinẽ indifferentem, malũ non eſt. Honeſtum autem eſt, quod ſua vi nos trahit, & ſua dignitate nos allicit. Itẽ nota, ꝙ lex reſpicit honeſtum, conſuetudo ſiue conſtitutio reſpicit vtile, quod eſt conſeruatiuũ honeſti.

Peccatum contra naturam.

Contra legem.

Contra cõſuetudinẽ.

*De errore, prauo iudicio, & perſonarum acceptione. Sectio.* 10.

SEquitur de diuiſione peccati, in peccatum cordis, oris, & operis. Et primò aliquid de peccato cordis, breuiter videamus, & primò de eius diffinitione, poſtea de differentijs. Peccatum cordis ſic diffinitur: Peccatum cordis eſt trangreſſio legis diuinæ per inordinationem intrinſeci motus mẽtis. Differentiæ autem eius ſunt peccatum cogitationis, delectationis, & conſenſus. De peccato delectationis viſum eſt ſupra, cum de peccato actuali ageretur. Ad peccatum cogitationis pertinet error, prauum iudicium, & acceptio perſonarum. Ad peccatum conſenſus reducitur peccatum conſcientiæ. Quantum ad peccatum cogitationis primò videndum eſt de ipſa, deinde de prauo iudicio, poſtremò de perſonarum acceptione. Cogitationum alia ſpeculatiua pure, & iſta nõ eſt peccatum, alia practica ſiue affectiua. Prima eſt in conſpectu mentis, & eſt inuolũtaria, quantum eſt de ſe. Secunda in aſpectu cum affectu, & eſt voluntaria, & ideo poteſt eſſe peccatum. Error quidam eſt infirmantis, qualis eſt in febricitãtibus, quibus dulcia videntur amara. Quidam eſt infirmitatis naturalis originalis, quo corrũpitur ratio in iudicijs, & frequẽter deuiat. Iſte error non eſt voluntarius, non eſt peccatum, ſed pœna peccati. Quidam eſt error peruerſæ volũtatis, cuius eſt habere falſa pro veris. Talis autem error aut eſt contra fidem, vel bonos mores, & ille ſemper eſt peccatũ. Si non eſt cõtra fidẽ, vel bonos mores, tunc aut accidit in his quæ ſunt ſupra iudicium humanum, vt iudicare de intentionibus cordium, & ſic ſemper eſt peccatum, quia tunc vſurpatur, quod ſolius Dei eſt. Aut accidit in his, que ſubſunt iudicio humano, vt errare, in logicis naturalibus, & mathematicis, & tunc nõ eſt peccatum. Prauum iudicium recipit diffinitionem, & diſtinctionem. Diffinitur autem ſic. Prauum iudicium, eſt ex errore proueniens temeraria ſententia vel ſuſpitio mali de occultis aliorum. Error eſt habere ignota pro notis. Sententia eſt in aſſerentia, vel diffiniendo quòd ita eſt. Suſpitio eſt in opinando cum dubitatione temeraria, et ſententiando que ad ipſum non pertinent. Diſtinguitur autem humanum iudicium ſm̃ hunc modũ. Iudiciũ aliud eſt certitudinis, aliud temeritatis, aliud ſuſpitionis.

diuiſio alia generalis, peccatũ

Peccatum cordis qã.

Error.

Prauum iudicium.

Primum

Primum.ſ. iudicium certitudinis non eſt peccatū, quia
de manifeſtis licite iudicamus. Secundum iudiciū teme
ritatis eſt triplex, videlicet diffinitionis, arguitionis, aſ-
ſertionis. Diffinitionis, cū quis de futuris male iudicat.
Nam de alicuius correctione deſperare, & eum tanquā
abiectum reprehendere, qui nunc apparet malus, cum
neſciamus qualis futurus ſit, temerarium iudicium eſt.
Arguitionis, cum quis iudicat de his, quæ ad eum non
Rom.14. pertinent, de quo Paulus dicit. Tu quis es, qui alienum
ſeruum iudicas? Aſſertionis, cum quis iudicat de occul
Matt.7. tis. Gloſſa ſuper prædictum locum. De quibus incertū
eſt quo animo fiant, ſine periculo nemo iudicat, Augu.
vel Beda ſuper illud dictum Chriſti nolite iudicare, di-
cit, hoc loco nihil aliud nobis præcipi, niſi vt ea facta, q̄
dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem inter
pretemur. Primum eſt pernicioſum, ſ'm præſumptuo-
ſum, tertium ſuperſticioſum. Tertium iudicium ſ. ſuſpi
tionis eſt triplex. ſ. ſuſpitionis violentæ, quando omnia
ſigna apparent mali, nulla, vel pauca boni. Temerariæ,
quando multa boni, pauca mali. Leuis, quando multa
mali, pauca boni. Primò modo non eſt peccatum, ſc'do
Matt.7. veniale graue, tertio veniale paruum. Nota quod iudi-
cium certitudinis, nec veniale eſt, nec mortale. Iudiciū
temeritatis menſuratur iuxta illud Saluatoris. In quo iu
dicio iudicaueritis, iudicabimini. Glo. ſi quem iudica-
ueris temerarie damnatione veniali, venialiter condem
naberis, ſi damnatione mortali, mortaliter cōdemnabe-
ris. Et hoc intellige ſine præiudicio. Iudiciū ſuſpitionis,
quandiu manet in ſuſpitione, non eſt mortale, niſi ve-
niat in aſſertionis iudicium. Circa perſonarū acceptio-
nem attendendum eſt quātum ad diffinitionem, & dif
Perſonarū ferentiam triplicem. Diffinitur autem ſic. Perſonarum
acceptio. acceptio eſt iniuſtitia, qua præfertur perſona perſonæ
propter cauſam indebitam. Differentiæ acceptionis per
ſonarum ſunt tres. Vna committitur in honoris exhibi
tione. De qua Iac. dicit. Fratres mei, nolite habere fidē
Iac.2. Ieſu Chriſti in perſonarum acceptione. Alia eſt in iudi
Deut.16. cij executione. De qua in Deut. Non accipies perſonā
in iudicio. Alia in promotione ad dignitates, quæ prohi
betur in electione Dauid, cui non prætulit Dominus
1.Reg.16. fratres ſuos, propter vultus pulchritudinem, ſeu pro-
pter altitudinem ſtaturæ.

### *De peccato conſenſus, & de peccato contra conſcientiam, & de perplexitate. Sectio. II.*

Conſenſus quid. SEquitur videre de peccato conſenſus, vbi primò vi
dendum eſt de ipſo conſenſu, quid eſt. Secundo de
peccato contra conſcientiam. Tertiò de differen-
tijs perplexitatis. Conſenſus diffinitur ſic. Conſenſus
eſt nutus voluntatis ſpontaneus, vel motus animi liber
ſui. Et cum nihil ita ſit in poteſtate noſtra, ſicut cōſenti
re, vel diſſentire, hinc eſt, q̄ conſummatur ibi omne pec
catum. Initiatur.n. in cogitatione, creſcit in delectatio-
ne, perficitur vero in conſenſu. Ad intelligendum quō
peccatur, quando agitur contra conſcientiam, multipli-
Conſciētia citas conſcientiæ attendenda eſt. Conſcientia.n. vno mo
do dicitur ſuperior pars rationis, quam Græci ſyndere
ſim vocant, & apud nos, ſcintilla cōſcientiæ poteſt dici.
Hæc diffinitur a Baſilio ſic. Conſcientia eſt naturale iu
dicatorium faciendi, vel non faciendi. Differunt tamē ſe
cundum rationem, ſyndereſis, & conſcientia. Nam ſyn-
dereſis iudicat faciendum. i. dignum fieri. Conſciētia ve
ro iudicat faciēdum. i. debitum fieri. Alio modo dicitur
conſcientia habitus naturalis dictandi bonum, vel ma-
lum, & ſic diffinitur a Damaſceno. Cōſcientia eſt lex in
tellectus noſtri naturalis, appoſita peccato. Et ſ'm hoc
conſcientia nunquam errat. Tertio dicitur conſcientia
opinio habita de agendis, vel non agendis, i. debitis fie-
ri, vel non fieri formata. De qua Apoſto. Quidam cum 1.Cor.8.
conſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum man-
ducant, & alibi. Omne quod nō eſt ex fide, peccatū eſt.
Gl. 1. omne quod eſt contra conſcientiā. Iſto tertio mo Rom.14.
do conſcientia eſt habitus acquiſitus, frequenter erro-
neus in iudicando eſſe faciendum, quod non eſt facien-
dum, & econuerſo. Poteſt autem dictare conſcientia ter
tio modo dicta, aliquid ſecundum legem Dei, præter le
gem Dei, contra legem Dei. Et eſt hic ſermo de dictami
ne conſcientiæ per modum præcepti ſiue prohibitionis,
non per modum conſilij, vel perſuaſionis. Primo modo
conſcientia ligat ſimpliciter, & vniuerſaliter, quia legi
Dei concordat, qua conſcientia oſtendit eſſe ligatum.
Secundo modo conſcientia ligat quandiu manet, vnde
tenetur homo, vel eam deponere, vel quod dictat ope-
re adimplere, vtpote ſi dictat cōſcientia, quod leuare fe-
ſtucam de terra, eſt neceſſarium ad ſalutem. Tertio mo Conſcien-
do conſcientia non ligat ad faciendum, vel non facien- tia erronea
dum, ſed potius ad ſe deponendum, quia cum talis con-
ſcientia ſit erronea, & error ille repugnet legi diuinæ, ne
ceſſario quandiu durat, ponit hominem extra ſtatū ſa-
lutis, vtpote ſi dicat peccatrix alicui, moriar ſi nō cogno
ſcas me, & ille incipiat habere conſcientiam de mortali,
ſi non cognouerit peccatricem, nō eſt in ſtatu ſalutis ip-
ſa conſcientia perdurante, quia ſi non cognoſcit eā, pec
cat mortaliter contemnendo Deum, cum dictet conſcien
tia hoc Domino diſplicere, ſi cognoſcit eam, facit cōtra
præceptum Domini. Perplexitas naſcitur ex errore con
ſcientiæ. Eſt autem triplex perplexitas. Prima eſt intelli Perplexi-
gentiæ verborum ſacræ ſcripturæ, quæ videntur ſibi re tas triplex.
pugnare. Secunda eſt intelligentia faciendorum, de qua
Paulus. Quid oremus neſcimus, &c. Tertia eſt ineuita- Rom.8.
bilitas peccandi. Prima diſſoluitur per diſtinctionem,
& conſiderationem cauſarum dicendi vtrunque. Secun
da diſſoluitur per inſpirationem Spiritusſancti, quæ eſt
vnctio docens de omnibus per meritum orationis, de
qua Iaco. dicit. Si quis indiget ſapientia, poſtulet a Deo Iac.1.
&c. Et in Paral. dicitur. Cum ignoremus quid agere de 2.Par.20.
beamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros
dirigamus ad te. Tertia diſſoluitur per depoſitionem er
roneæ conſcientiæ.

### *De mendacio, periurio & contentione. Sectio 12.*

SEquitur videre de peccato oris, quod pluribus dif-
ferentijs variatur. Peccata enim oris ſunt mēdaciū, Peccatum oris.
in quo veritas deſtruitur, periurium in quo veritas
contemnitur, contentio, in quo veritas impugnatur.
Eſt enim contentio veritatis impugnatio cū confiden-
tia clamoris. Hæc tria præcipue ſunt contra veritatem.
Iſta vero contra bonitatem ſunt, ſcurrilitas, quę eſt con
tra honeſtatem, vaniloquium ſiue multiloquium, quod
eſt contra vtilitatem. Adulatio quæ eſt contra rectitu-
dinem in laude aliena. Iactantia, quæ eſt contra rectitu-
dinem in laude propria. Blaſphemia, quæ eſt contra re-
ctitudinem in vituperium Dei. Maledictum, quod eſt
contra rectitudinem in vituperium proximi quantum
ad penam. Contumelia, quæ eſt contra rectitudinem in
vituperium proximi, quantum ad culpam apertam, quę
improperatur. Detractio, quæ eſt contra rectitudinem
in vituperium proximi, quantum ad occultam culpam. Mendaciū
De mendacio eſt videre quantum ad diffinitionem, & qd, & quo
diuiſionem. Diffinitur autem ab Auguſtino ſic. Menda tuplex.
cium eſt falſa ſignatio vocis cum intentione fallēdi. Et
nota quod cum mentiri ſit contra mentem ire, poteſt
homo mentiri dicendo falſitatem ex certa ſciētia. Item
poteſt homo mentiri dicendo veritatem, quia quam-
uis ſit verum quod loquitur, tamen aliud ſentit in con-
ſcientia.

ſcientia. Item poteſt homo dicere falſum non mentiendo, nec peccando, vt quando fallitur, adhibita tamen debita diligentia. Diuiditur autem mendacium diuiſione trimembri. ſ. in mendacium officioſum, pernicioſum, iocoſum. Officioſum eſt quod iuuat. Pernicioſum qđ nocet, Iocoſum quod delectat. Diuiditur autem diuiſione octimembri ſic, Octo ſunt genera mendaciorum, primum, quod fit in doctrina religionis, vt dicere Chriſtum non eſſe de virgine Maria natum. Secũdum, quod nulli prodeſt, & alicui obeſt, vt mendaciũ detractionis, vt ſi quis eſt teſtis falſus in cauſa criminali. Tertiũ, qđ alicui obeſt, vt proſit alij, vt quod aliquis ſit teſtis falſus in cauſa pecuniaria. Quartum, quod fit ſolum mentiendi libidine. Quintum, quod fit cupiditate placendi aut delectandi ſuaui eloquio, vt mendaciũ adulationis. Sextum, quo quis mentitur, pro conſeruanda pecunia alicuius. Septimum, quo quis mentitur pro conſeruanda vita alterius. Octauum, quo quis mentitur pro conſeruãda caſtitate alterius. Nullo horum mendaciorum eſt mentiendum. Dat autem talem regulam Auguſt. quod quanto aliquod mẽdacium magis accedat ad primum, tanto maius eſt peccatum, & quanto magis recedit à primo mendacio, tanto minus eſt peccatum. Poſt mendacium quo veritas deſtruitur, ſequitur periuriũ, quo

Iuramẽtũ.

veritas contemnitur. Sed quia periurium eſt violatio iuramenti, prius videndum eſt de iuramento quantum ad eſſentiam, & ſic iurare eſt inuocare Deum in teſtem ſuæ locutionis. Quantum ad licentiam, & ſic iurare licet propter pacem, & iuſtitiam conſeruandam, vel amicitiam confirmandam. Propter veritatem aſtruendam, & ſic Paulus frequenter iurabat. Propter calumniam vitandam, ſicut iurant actor, & reus. Propter fidelitatem ſeruandam, ſic iurant principes regi. Quantum ad formam, & ſic eſt forma conceſſa, vt iurare per Deum. Et hæc variatur. Nam in veteri teſtamento dicebatur viuit Dominus, ideſt per Deum viuum. In eccleſia primitiua dicebatur, teſtis eſt mihi Deus, ideſt teſtem Deum inuoco. Modo vero dicitur, per Deum. Et eſt forma nõ conceſſa, vt iurare per idola. Quãtum ad comites, & ſic dicitur, quòd iuramentum tres debet comites habere. ſ. veritatem, quæ debet eſſe in conſcientia, vt nouerit ita eſſe iudicium, vt diſcrete iuret, & cum deliberatione. Iuſtitiam, vt quod iuratur ſit licitum, & honeſtum. Quantum ad differentias, quæ ſunt duæ. ſ. iuramentum aſſertorium, vt quando iuratur vel de pręſenti, vel de pręterito ita eſſe, vel fuiſſe. Promiſſorium, vt cũ iurat aliquis de futuro aliquid ſe facturum. Modo videri poteſt periurij diffinitio, quæ eſt talis. Periurium eſt mendacium

Periurium.

iuramẽto firmatum. Poteſt etiam videri diſtinctio, quæ eſt hæc. Periurium dicitur falſa iuratio. Item peruerſa iuratio, quæ fit quando eſt illicitum, quod iuratur. Tertio dicitur tranſgreſſio iuramenti.

### *De adulaticne, maledicto, & detractione.* *Sectio 13.*

SEquitur videre de adulatione, maledicto, & detractione, quæ contra rectitudinem laudis & vituperij committuntur. Adulatio aũt diffinitur ſic. Adu-

Adulatio quid.

latio eſt ſermo laudis alicui exhibitus intentione placendi. Diſtinguitur autem ſic. Eſt enim quædam adulatio, quæ bonum non habitum attribuit, quædam que habitum extollit, dicendo maius eſſe, quàm ſit. Quædã eſt quæ malum nutrit laudando malum, & dicendo eſſe

Pſal. 9.

bonum, & licitum. Vnde in Pſam. dicitur. Laudatur peccator in deſiderijs animę ſuæ, & iniquus benedicitur. Quædam eſt qua homo homini vult placere, nõ

Gal. 1.

propter Deum, laude tamen vera, de qua Paulus. Si adhuc hominibus placerem, ideſt placere vellem, non propter Deum, Chriſti ſeruus non eſſem. Maledictum

Maledictũ quadruplex.

quadrupliciter variatur. Eſt enim maledictum ſurreptionis, de quo dicit Auguſtin. Si enim cum omni facilitate, & temeritate maledixerimus, ad minima pertinet pęccata. Laſciuiæ eſt, cum alicui non ex animo maledicimus, de quo dicit Hieronymus. Qui negligit oris maledici reſecare conſuetudinem, & ſi non corde maledicat, immunditiam tamen labiorum, & oris inquinamentum incurrit. Eſt & maledictum odij, quod ex malo corde procedit zelo vindictæ. Quartum eſt maledictum iuſtitiæ, quod ex charitate procedit, ſcilicet cum alicui amico noſtro maledicimus ad eius correctionem. De his duobus vltimis dicit Grego. Scriptura ſacra duobus modis maledictum cõmemorat, aliud quod approbat, aliud quod condemnat. Aliter enim profertur amore iuſtitiæ, aliter amore vindictæ. De-

Detractio multiplex.

tractio ſic diffinitur. Detractio eſt alienę famæ denigratio. Committitur autem ſex modis, ſcilicet cum bonũ negamus quòd nouimus eſſe factum, vel cum tacemus ne fiat alijs manifeſtum, vel cum peruertimus, dicendo illud mala intentione eſſe factum. Item malum occultum reuelando in caſu non conceſſo, vel augmentando, dicendo maius eſſe, quàm ſit, vel adinueniendo mendaciter malum, quod factum non fuit. Tenetur autem detractor ad reſtitutionem bonæ famæ, quam abſtulit. Maius enim bonum aufert detractor, quàm raptor, & non dimittitur pęccatum niſi reſtituatur ablatum.

### *De peccato operis.* *Sectio 14.*

DE peccato operis breuiter eſt videndum, quantum ad diffinitionem, & diſtinctionem ab offenſa voluntatis, & ſuperadditionem ad malitiam voluntatis. Eſt autem peccatum operis tranſgreſſio legis diuinæ per inordinationem extrinſeci motus mentis. Ad peccatum operis reducitur peccatum conſue-

Peccatum operis, & conſuetudinis.

tudinis. Peccamus enim cogitatione, delectatione, conſenſu, verbo, opere, & conſuetudine. Peccatum autem operis comparari habet ad peccatum voluntatis interius, prout ſunt coniuncta, & ſic ſunt vnum peccatum, pro eo quod eſt ibi vnus contemptus, & vna auerſio. Vnum inquam ſunt loquendo formaliter, cum ſit ibi vna deordinatio præuia. Loquendo tamen materialiter plura ſunt peccata, quia plura ſunt deordinata, ſcilicet voluntas interior, & actus exterior. Si autem hęc duo ad inuicem comparentur tanquam diſiuncta, ita quòd vnus peccet voluntate tantum, alius voluntate, & opere, tunc diuerſa ſunt peccata, non ſolum materialiter, ſed etiam formaliter. Superaddit vero malitia operis ſuper malitiam voluntatis, quando voluntas mala non vult opus procedere, quia tunc non eſt omnino plenus conſenſus. Nam ſi actus operis ſubſequatur contemptum, auerſio, & conuerſio conſummantur. Si autem voluntas mala vult in opus malum procedere, ſed non poteſt, tunc diſtinguendum eſt. Nam vnum peccatum maius altero tripliciter iudicatur, ſcilicet aut ratione maioris contemptus Dei, & ſic opus non addit iniquitatem voluntatis. Aut ratione maioris delectationis, & libidinis, & ſic opus aggrauat, maxime quantum ad genus carnalis peccati, quo peccat quis in ſeipſo. Aut ratione maioris dãnificationis, & ſic opus addit ad malam voluntatem, maxime quantum ad genus peccati, quo quis peccat in proximum. Quantumcunque enim velit quis fornicari, non tantum delectatur in voluntate, quantum in opere. Et quantumcunque velit quis occidere, non tantum nocet volendo, quantum actualiter occidendo.

*De ſeptem vitijs capitalibus in generali.*
*Sectio 15.*

SEquitur videre de diuiſione peccati in ſeptem vitia capitalia, quę ſunt Superbia, inuidia, ira, accidia, auaritia, gula, luxuria. De quibus primo videndum eſt in generali, deinde de ſingulis in ſpeciali. In generali tria ſunt in vitijs capitalibus attendenda. ſ. diuerſa nominatio, connexiua ordinatio, ſufficiens aſſignatio. A beato Greg. & alijs doctoribus ſic nominatur, Superbia, inuidia, ira, accidia, auaritia, gula, luxuria. Ab Iſid. ſic. Gaſtrimargia, fornicatio, philargiria, triſtitia, accidia, cenedoxia, ſuperbia. Item ſuperbiam quidem & cenedoxiam, ſiue vanam gloriam diſtinxit Iſid. Sed Greg. coniunxit, quia idem ſunt in re, differentes tantũ ratione. Superbia. n. dr̃, quando aliquis ſibi magnus apparet intra animum, vana gloria eſt, quando aliquis nititur magnus apparere per laudem in facie aliorum. Similiter Iſid. diſtinxit accidiam, & triſtitiam. Sed Greg. coniunxit, quia idem ſunt in re, ſed differũt ratione. Idẽ. n. motus eſt in accidia, & triſtitia, differens ratione terminorum. Nam ſm̃ auerſionem, & receſſum ab arduo graui dr̃ triſtitia, ſm̃ vero acceſſum, & cõuerſionem ad leuia dicitur accidia, vt qa iſti eſt graue ſurgere ad matutinas, triſtis auertit ſe. Quia vero leue eſt ei quieſcere, accidioſus conuertit ſe. Ordinantur autem vitia capitalia ſm̃ connexionem, qua fit, vt vnum ex altero proferatur. Nam ſuperbus nõ vult ſubeſſe maiorib. vult præferri æqualibus, vult conculcare minores. Et ſi nõ poteſt, inuidet maioribus, quia principantur, æqualibus, quia proſperantur, minoribus, quia exaltantur. Et cum ſic nihil proficiat, concipit iram de facili ad maiores, mediocres, & minores. Deinde decidit in accidiam, qua mentis tranquillitas perturbatur. Et tunc cum interiorem conſolationem amiſerit, ad exteriorem per auaritiam ſe conuertit, & ſic factus opulentus immoderatè per ingluuiem farcit ventrem, & poſtremò ad luxuriam reſoluit carnẽ, à ſummo rationis vertice vſque ad carnis infimum deprauatus. Sic patet, quòd quinq; prima ſunt ſpiritualia, duo vero vltima ſunt carnalia. Accipitur autem ſufficientia ſeptem capitalium vitiorum, pœnes pronitatem ad apparens bonum. Hæc autẽ pronitas ſi eſt reſpectu boni, quod reſpicit ſpiritum ſecundum ſe, poteſt eſſe quadruplex, ſecundum quatuor conditiones boni, ad quod appetitus hominis inclinatur. Appetit. n. quis bonum ſub ratione dignitatis, & ſic eſt ſuperbia. Aut ſub ratione proprietatis, & ſic eſt inuidia. Aut ſub rõne ſecuritatis, & ſic eſt ira. Aut ſub rõne quietis, & trãquillitatis, & ſic eſt accidia. Si vero ſit pronitas reſpectu boni quod reſpicit carnem ſiue ſpiritum in carne, ſic poteſt eſſe tripliciter. Nã ſpiritus carnis appetit bonũ ſub ratione ſufficientis, & ſic eſt auaritia, aut ſub ratione demulcentis, & ſic eſt luxuria, aut ſub ratione reficientis, & ſic eſt gula. Et ex hoc patet numerus, & ſufficientia vitiorum capitalium.

De vitijs capitalibus varie doctorũ ſententię.

Sufficiens connumeratio peccatorum.

*De differentia inter capitale vitium, initium peccati, & radicem malorum.*
*Sectio 16.*

ATtendenda eſt differẽtia inter capitale vitium, peccati initium, & radicem malorum. Capitale vitium dr̃, quia ſicut caput eſt membrorũ principale, & completum, & aliorum membrorum principium quantum ad motum, & ſenſum, ſic vitium quod dicitur capitale, nominat peccatum completum, à quo alia vitia oriuntur. Initium verò nominat proprie illud, in quo actus inchoatur. Radix autem, illud à quo nutrimentum trahitur, & fomentum. Vnde cum peccatum nutrimentum trahat ex parte appetibilis, & dicat receſſum à Deo, hinc eſt, ꝙ initium peccati attenditur ex parte auerſionis, radix vero ex parte cõuerſionis. Et ſic auerſio eſt rõne contẽptus, conuerſio vero eſt rõne cupiditatis, & libidinis. Et ideo ſuperbia dr̃ initiũ omnis peccati, cupiditas radix omnium malorum. Dicitur autem initium peccati tripliciter, ſiue nominatur, aut prout dicit receſſum liberi arbitrij à lege maieſtatis, & ſic ſuperbia ſiue contemptus Dei dr̃ initium peccati, quia qui præceptum tranſgreditur creatoris, à ſuperbia incipit & contemptu. Aut à lege veritatis, & ſic error dicitur initium peccati, quia ſicut dicit Sapiẽs. Omnis malus ignorans. Et verè ab ignorãtia incipit & errore, qa æterna deſerit pro terrenis. Aut à lege bonitatis, & ſic inſipientia dicitur initium peccati. Vnde Chryſ. ſuper illud Pſal. A facie inſipientiæ meæ, dicit, ꝙ omnis peccati initium inſipientia eſt. Inſipientia. n. eſt contraria ſapiẽtiæ, in qua diuina bonitas prægustatur. Merito ergo ab inſipiditate dicitur inchoare, qui potius in malitia peccati, quàm in ſuauitate Dei elegit delectari. Radix etiam peccati, ſiue mali, quæ circa peccatum dicit libidinis pronitatẽ, tripliciter poteſt ſumi. ſ. generaliſſima, cum dr̃, cupiditas, ſiue libido eſt radix omnium malorum. Generaliter, vt cum dicitur, duplex eſt radix malorum. ſ. amor male accendens, & timor male humilians, ſiue deijciens. Amor eſt reſpectu boni, timor reſpectu mali. Minus generaliter, vt cum dr̃, quòd triplex eſt radix peccati. ſ. concupiſcentia carnis, cõcupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Et ſic patet ex prædictis, quomodo accipiatur vitium capitale. Patet etiam, quòd initium dicitur aliquando de ſuperbia, aliquando de errore, aliquando de inſipientia. Patet nihilominus, ꝙ aliqũ dicitur vna radix, aliquando duæ, aliquando tres.

Caput peccati.

Initium.

Pſal. 37.

Radix.

1. Ioann. 2.

*De Superbia. Sectio 17.*

IAm de ſingulis vitijs capitalibus eſt videndum. Et primo de ſuperbia. Circa quam tria ſunt attendenda, ſcilicet diffinitio, differentia, & gradus. Superbia diffinitur ſic à Bernardo, ſuperbia eſt propriæ excellentiæ appetitus. Sic ab Aug. li. de Innocentia. Superbia eſt amor propriæ excellentiæ. Item ab eodem in li. de Ciu. Dei. Superbia eſt peruerſæ celſitudinis appetitus. Superbia ſm̃ Greg. habet quatuor differentias. Prima eſt qñ homo attribuit ſibi bonum, quod habet. Secunda eſt quando, & ſi non ſibi, tamen ſuis meritis. Tertia eſt qñ iactat ſe habere quod non habet. Quarta eſt qñ ſe exiſtimat alijs præualere. Vnde Verſus. A ſe pro meritis, falsò plus omnibus inflat. Secundum Anſel. lib. de Similitudinibus, quatuor ſunt exaltationis ſpecies. Quædã eſt exaltatio in opinione, quædam in voluntate, quædã in ſermone, quedam in opere. Exaltatio in opinione eſt, cum quis reputat ſe dignũ epiſcopatu, vel aliqua dignitate, tamen nollet eam habere. Exaltatio in voluntate, eſt cum quis vellet habere Epiſcopatum, tamen non reputat ſe dignum, vel etiam opinatur. Exaltatio in ſermone, eſt quando nec ſe dignum reputat, nec vellet habere, tñ loquitur ampulloſa de aliqua ſcientia, vt magis appareat. Exaltatio in opere, eſt quãdo aliquis nec ſe dignum reputat, nec vellet habere, nec loquitur magna, tamen exaltatur in opere, vt quando vocatur ad conſilia, & huiuſmodi. Gradus ſuperbię ſecũdum Ber. ſunt duodecim. ſ. curioſitas, leuitas mentis, inepta lætitia, iactantia, ſingularitas, arrogantia, præſumptio, defenſio peccatorum, ſimulata confeſſio, rebellio, libertas peccãdi, cõſuetudo. His quaſi quibuſdã paſſibus, ſuperbus diligẽter ad finem quem intendit peruenit. Curioſitas, eſt qñ ſuperbus diligenter inquirit rumores. ſ. quid de ipſo dicatur. Leuitas mentis, eſt qñ leuiter aliquis mutatur de dele-

Superbiæ diffinitio.

Differẽtiæ

Gradꝰ duodecim.

delectatione ex verbis laudis, in triſtitiam propter verba vituperij. Inepta lætitia eſt, quando lætatur ex defectibus, & criminibus aliorum. Iactantia eſt, quãdo narrat ea, quæ habet, vt laudetur. Singularitas eſt, quando præter conſuetudinem aliqua ſingulariter operatur, vt ſolus appareat, & laudetur. Arrogantia eſt, quando iactat ſe habere, quod non habet. Præſumptio eſt, quãdo ingerit ſe ad faciendum, quod ad eum non pertinet. Defenſio peccati eſt, quando peccatum ſuum, & errorem defendit, & excuſat quis manifeſte, & aperte. Simulata confeſſio eſt, quando peccatum ſuum excuſat occultè. Rebellio, quando diſſidet. ſ. ſuperioribus, paribus, & inferioribus, ſuperioribus obuiat, inferiores opprimit, pares moleſtat, & perturbat, tunc libertas peccandi ſuccedit, quia nec Deum timens, nec homines reuerens peccat liberè, conſuetus ad mala, in profundum decidens peccatorum.

### *De inani gloria.* *Sectio* 18.

Inanis gloriæ diffinitio.

SEquitur videre de inani gloria, quæ idem eſt, quod ſuperbia ſecundum rem, ab eadem differens ratione. Circa quam breuiter videnda ſunt quatuor, ſcilicet diffinitio, oppoſitio, differentiæ, & filiæ. Inanis gloria ſic diffinitur. Inanis gloria eſt amor laudis propriæ, propter excellentiam apparentem. Inanis gloria ad humilitatem habet opponi. Humilitas aũt quatuor habet actus, & ſic habet quatuor oppoſitiones. Primus actus eſt velle ſubijci, & ſic opponitur ſuperbię large ſumptę. Secundus eſt de ſe parua ſentire. Vnde Auguſt. dicit. Humilitas eſt ſenſus propriæ paruitatis, & ſic opponitur tumori, vel elationi. Tertius eſt velle ſubeſſe omnibus, ſcilicet ſuperioribus, paribus, & inferioribus, & ſic opponitur ſuperbiæ ſtrictè ſumptæ, quæ eſt amor propriæ excellentiæ. Quartus eſt de ſe velle parua dici, ſic opponitur inani gloriæ. Habet inanis gloria duas differentias formales, ſcilicet appetitum fauoris, & appetitum laudis. Fauor eſt excellentia alicuius in corde, laus in ore. Tres autem habet differentias materiales, quæ ponuntur in Hier. vbi dicit. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me dicit Dominus. Cum gloria ſit beatiſſimæ Trinitatis propria, non eſt gloriandum in ſapientia, quę attribuitur Filio, nec in fortitudine, quæ attribuitur Patri, nec in diuitijs tam temporalibus, quàm ſpiritualib. quæ attribuuntur Spiritui ſancto. Inanis gloriæ ſecundum beatum Gregor. ſeptem ſunt filię, ſcilicet inobedientia, iactantia, hypocriſis, incõtinentia, pertinacia, diſcordia, nouitatum præſumptio. Inobedientia eſt voluntas fugiens minorationem poteſtatis, nolens ſubiacere ſuperioribus in debitis. Iactantia, eſt voluntas propter apparẽtem poteſtatem propriam ſe oſtentans. Hypochriſis, eſt voluntas per ſpeciem ſanctitatis ſe ſimulans fallaciter in aperto, & vtiliter agens in occulto, ſiue intentione, ſiue opere. Incontinentia, eſt voluntas per conformationem ſui ab his, qui mali ſunt, laudari appetens. Pertinacia, eſt voluntas fugiens minorationem probitatis, dicta vel facta ſua irreuocabiliter defendens. Diſcordia, eſt voluntas fugiens minorationẽ ſapientiæ ab his, quæ ab alijs dicuntur diſſentiens. Nouitatum præſumptio, eſt voluntas excedens qualitatem ſui ordinis, propter apparentem nouitatem ſcientię, vel ſapientiæ oſtentari cupiens. Iſidorus vero diſtinguẽs inter ſuperbiam, & inanem gloriam, propter differentiam rationis dicit, quòd de ſuperbia oriuntur contemptus, inuidia, inobedientia, blaſphemia, murmuratio, detractio, & plura alia. De inani gloria vero ſecundum eundem, oriuntur contentiones, hæreſes, iactantia, & præſumptio nouitatum.

Differẽtię. Filię ſeptẽ. Iſid. aliter.

### *De inuidia.* *Sectio* 19.

Inuidiæ nominatio.

SEquitur videre de inuidia quantum ad quinque. ſ. quantum ad diuerſam nominationẽ, diuerſam diffinitionem, oppoſitionem, differentias, & filias. Inuidia dicitur aliquando nomine iræ, vt dicitur in Geneſi, quare iraſceris, Glo. i. liuore torqueris. Aliquando nomine odij, vt habetur in eodẽ. Oderant eum fratres. i. inuidebant. Aliquando nomine emulationis, ſicut conſtat ex primo Regum. Affligebat eam emula eius. Tamen emulatio quatuor habeat ſignificationes hoc verſiculo compræhenſas. Emulor, inflatur, amat, inuidet, ac imitatur. Aliquando nomine proprio. Et ſic Damaſcenus dicit quòd quatuor ſunt ſpecies triſtitiæ. ſ. accidia, quæ eſt triſtitia aggrauans. Achos, que eſt triſtitia vocẽ auferens. Miſericordia, quæ eſt triſtitia de alieno malo. Inuidia, quæ eſt triſtitia de alieno bono. Diffinitur aũt ſic inuidia ab Auguſtino. Inuidia eſt odium fœlicitatis alienæ, A Remigio ſic. Inuidia eſt dolor de alieno bono. A Damaſceno. Inuidia eſt triſtitia de alienis bonis. A Philoſopho. Inuidia eſt triſtitia in apparenti fœlicitate alicuius inimicorum. Item aliter. Inuidia eſt diſſenſio ab alieno bono, extimato diminuere proprium. Differentiæ inuidiæ materialiter aſſignatæ ſecũdum Aug. ſunt tres. ſ. inuidere ſuperioribus, paribus, & minorib. ſiue inferioribus. Inuidet. n. homo ſuperioribus, quia eis non æquatur. Paribus, quia in melius proſperantur. Inferioribus, ne ei æquentur. Opponitur autem timor domini ſuperbiæ, ratione humilitatis quam generat, & pietas inuidiæ, ratione charitatis ex qua generatur. Prima. n. & potiſſima filia charitatis eſt pietas, quæ ad omnia valet. Filiæ inuidiæ ſecundum Beatum Grego. ſunt quinque. ſ. odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio in proſperis ipſius. Odium, eſt voluntas affectans proximo malum, vt careat contriſtãte bono. Suſurratio, eſt voluntas loquendi ſeminans diſcordias inter fratres, vt perſequatur proximo propter ipſius bonum contriſtans. Detractio, eſt voluntas famam proximorum per verba denigrans, vt deſtruat in aliorum opinione contriſtans bonum. Exultatio in aduerſis proximorum, eſt voluntas procurata in proximi aduerſitate delectans. Afflictio in bonis proximi, eſt voluntas procurans malum ſuo deſiderio, per euentum proſperitatis contrariæ defraudata.

Geneſ. 4. ibidẽ 37. 1. Reg. 2. Diffinitio. Differẽtię. Filiæ ſeptẽ.

### *De Ira.* *Sectio* 20.

Irę diffinitio.

SEquitur videre de ira quantũ ad quatuor. ſ. quantũ ad diffinitionẽ, oppoſitionem, differentias, & filias. Diffinitur autem ira à Caſſiodoro ſic. Ira eſt animi motus concitatus ad pęnam prouocans inferendam. A Rabano. Ira eſt omnis malus motus ad nocendum. Ab Auguſtino. Ira eſt triſtitia ex impotentia vlciſcendi. A Damaſceno. Ira eſt feruor eius, qui circa cor eſt ſanguinis, ex euaporatione fellis, vel returbatione fiens. Item ab eodem ſic. Ira eſt id qđ eſt audax mentis vindex concupiſcẽtia. Itẽ ab eodem. Ira eſt deſiderium repunitionis. A Philoſopho. Ira eſt appetitus contrarij doloris propter apparentem examinationem, & appetitus inferendi dolorem ſibi aduerſanti propter illam iniuriam apparentem, quæ quodãmodo examinat, per hoc ꝗ debito ordine hoĩem quantum ad iudicium aĩæ priuat. Habet aũt ira oppoſitionem ad manſuetudinem rõne ſui initij, quia manſuetus ẽt nunquam vult incipere iraſci. Ad irã per zelũ, rõne materię. Sunt. n. circa eãdẽ materiã. ſ. circa perſonã ira per vitiũ, & ira per zelũ, quã vtraque vult puniri. Sed ira ꝑ vitiũ, vult ꝗ perſona puniatur, vt ſic ſatietur vindicta perſonæ. Ira vero per zelum, appetit punitionem perſonæ, vt deſtruat vitium in perſona.

Breuiter

breuiter ira per zelum, vult punitionem perſonæ cum debitis circunſtantijs. Ira per vitium cum indebitis. Ad patientiam vero habet ira oppoſitionem ratione finis, quia patientia extinguit iram, ne procedat. Nam qui pa
Prouer. 5. tiens eſt, iras mitigat ſuſcitatas, vt teſtatur Salomon.
Differetia. Species, ſiue differentiæ iræ ſunt tres ſecundum Damaſcenum. ſ. fel, mania, cotus, Fel ſiue fellea paſſio, dicitur ſubitus animi motus impatiens læſionis. Et accidit ex parte corporis, ex commotione fellis, & ex parte animæ, ex corruptione vis iraſcibilis, & tunc mouetur fel ad vindictam, vt expellatur triſtitia. De qua dicit Aug. Ira eſt commotio paſſionis illatæ, hæc ira cito tranſit,
Filię ſex. Mania, dicitur manes ira, & memorię tradita. Cotus, eſt ira obſeruans tempus ad vindictam. Filiæ iræ, ſecundum beatum Gregorium ſunt ſex. ſ. rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blaſphemia. Rixa, eſt audax vindicandi voluntas, in iniuriam facti procedēs. Tumor mentis eſt voluntas vindicandi, fugiens ad uerſantem, propter eſtimatas inimicitias. Contumelia eſt voluntas vindicans, per exprobationem malorum, Clamor eſt voluntas ſe vindicans in exaltando vocem, per vituperium, ad aliorum aures perueniens. Indignatio eſt voluntas ſe vindicans per ſignum moleſtiæ exterius declaratum. Blaſphemia eſt voluntas ſe vindicans per opprobrium Deo, vel ſanctis illatum. Secūdū Iſidorum ſunt tres filiæ iræ. ſ. homicidium, clamor, indigna-
Iſid. aliter. tio. Quæ ſic diſtinguuntur. Nam vindicta infertur homicidio per manum, clamore per os, indignatione, per ſignum.

## De accidia. Sectio. 21.

SEquitur videre de accidia quantum ad tria. ſ. quantum ad diffinitionem, oppoſitionem & filias. Diffi
Accidiæ diffinitio. nitur autem ſic ab Auguſtino. Accidia eſt tædiū interni boni. A Richardo. Accidia eſt torpor animi, bonū inchoare negligētis A Damaſceno. Accidia eſt triſtitia aggrauans. A magiſtris. Accidia, eſt diffidētia de ꝓprijs virib. & auxilio Dei implendi ardua, ſiue mandata. Opponitur aūt accidia, inquantum eſt diffidentia implēdi præcepta, virtuti ſpei, cuius eſt confidere. In quantū eſt tædium interni boni, ex quo generatur puſillanimitas, opponitur virtuti fortitudinis. Inquantū vero quod eſt facile, reputat difficile, opponitur virtuti charitatis, quæ omnia etiam difficilia facit facilia reputari. Quantum vero ad ſuam eſſentiam, quæ ex triſtitia, opponitur
Filiæ ſex. gaudio ſpiritus. Accidia ſecūdum Beatum Greg. habet ſex filias, quę ſunt videlicet, malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor, vagatio mentis circa illicita. Malitia, eſt voluntas grauedinis impatiens, machinās malum illius, quem eſtimat inferētem. Rancor eſt voluntas ex impotentia repellendæ grauedinis amaricata, amaritudinem intus clauſam per ſignum exterius manifeſtans. Puſillanimitas, eſt voluntas immoderate metuens grauedinem in aggreſſu agēdorum, ſiuę de proprijs viribus immoderate diffidens. Deſperatio eſt voluntas grauedinē reprimens de adiutorio ad perficienda agenda diffidēs, ſiue de remuneratione diuina propter ſuſtinentiam grauedinis, quæ eſt in implēdis præceptis diffidēs. Torpor, eſt voluntas grauedinis impatiens, tepida, vel pigra ad expletionem agendorum inchoatorum. Vagatio mētis circa illicita, eſt voluntas interno gaudio deſtituta, in rebus exterioribus illicitis quietem, vel conſolationem quærens. Secundum Iſido. aliæ ſunt filiæ triſtitiæ, aliæ
Iſid. aliter. accidiæ. Ipſe enim triſtitiam vocat voluntatem, inquantum à graui debito ſe auertit. Accidiam vero vocat voluntatem, inquantum ſe ad quietem indebitam conuertit. Dicit ergo. De triſtitia exeunt rancor, puſillanimitas, amaritudo, deſperatio. De accidia ſecundum ipſum oriunur ocioſitas, ſomnolentia, importunitas, inquietudo mentis, corporis inſtabilitas, verboſitas, curioſitas.

## De auaritia. Sectio. 22.

SEquitur videre de auaritia, quantum ad quinque. ſ. quantum ad diffinitionem, comparationem, oppoſitionem, differentias, & filias. Aug. ſuper Gen. ad literam, diffinit ſic auaritiam. Auaritia, eſt appetitus non Auaritiæ
ſolum pecuniæ, ſed etiam altitudinis, & ſcientiæ. Idem diffinitio
in libr. de Ciui. Dei. Auaritia eſt libido habendi pecuniam. Idem alibi. Auaritia eſt immoderata habendi cupiditas. Item. Tullius diffinit eam ſic. Auaritia eſt Nominatio.
amor immoderatus habendi. Comparatur autem auaritia idolatriæ. Vnde ſępe dicitur idolorū ſeruitus in ſcri-
ptura. Hoc autem dicitur, quia cultor Dei ad Deum tri Ephe. 5.
pliciter cōparatur. ſ. diligendo, honorando, & in ipſo cōfidendo, quę tria in auaro reſpectu pecunię inueniūtur, & reperiūtur, propter quod auaritia non immerito dr ſeruitus idolorum. Duplex eſt etiam actus auaritię. ſ. diligere pecuniam, & retinere, ſiue non dare. Ratione pri-
mi actus, auaritia opponitur charitati, quæ bonū diligit Nota.
incommutabile. Ratione vero ſecundi actus, opponitur largitati, ſiue liberalitati, quæ dat danda, & retinet retinēda. Duplex quidem eſt actus largitatis. ſ. dare danda, & retinere retinenda. Cuius duplex eſt extremitas vitioſa, ſ. prodigalitas, quæ dat non danda, & auaritia, quæ retinet non retinenda. Largitas, ſiue parcitas quod idē eſt, eſt virtus, tamen ratione actuum differēs erit medietas. Si autem attendatur oppoſitio, ſecundum actū dandi, prodigalitas eſt ſuperfluitas, quę dat non danda. Auaritia eſt diminutio, quæ nihil dat. Largitas eſt medietas. Si vero ordinatur ſecundum actum retinendi. Auaritia eſt ſuperfluitas, quæ retinet retinenda, & non retinēda, prodigalitas eſt diminutio, quę nihil retinet, parcitas vero eſt medietas. Differentię auaritię ſunt quinque, ſcilicet beneficij ſubtractio, furtum, rapina, vſura, Simonia. Differētię.
Subtractio beneficij eſt auaritia, retinens beneficium, quod tenetur dare pauperibus in tempore neceſſitatis, vt diues indigenti. Furtum eſt auaritia, retinens rem alienam inuito Domino. Rapina eſt auaritia, per vim occupans rem alienam. Vſura eſt auaritia, acquirens per mutuum aliquid pręter ſortē. Symonia eſt auaritia ſtudioſe appetens vendere, vel emere ſpiritualia vel ſpirituali annexum. Filiæ auaritię, ſecundum Greg. ſunt ſeptem, ſ. proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo mentis, violentia, obduratio mentis contra miſericordiam. Proditio, eſt voluntas per deceptionem domeſticorum acquirendis inhians. Fraus, eſt voluntas profectum proxi Filię ſeptē.
mi decipiens, propter terrenum emolumentū. Fallacia, eſt voluntas per verba decipiens proximum cauſa lucrādi. Periurium, eſt voluntas violans ſacramentum, & iuramentū. Inquietudo mentis, eſt voluntas cogitare non ceſſans, qualiter poſſit diuitias congregare. Violētia, eſt voluntas per vim aliorum bona rapiens. Obduratio mētis contra miſericordiam, eſt voluntas concitata aduerſus poſtulationem indigentis ex nimio ardore pecuniæ
retinendæ. Secundum Iſid. octo ſunt filiæ auaritię, ſ. mē Iſid. aliter.
dacium, fraus, furtum, turpis lucri appetitus, falſa teſtimonia, violentia, inhumanitas, & rapacitas.

## De gula. Sectio. 23.

SEquitur videre de gula quantum ad quatuor, ſcilicet quantum ad diffinitionem, oppoſitio- Gulæ diffinitio.
nem, differentias, & filias. Diffinitur autem gula quantum ad exceſſum in cibo ſic Gula eſt immoderatus amor edendi. Quantum vero ad exceſſum in potu dicitur ebrietas, quam diffinit Seneca ſic. Nihil aliud

aliud diffinio ebrietatem, quàm inſaniam voluntariam. Quantum vero ad exceſſum cibi, & potus ſic poteſt diffiniri. Gula eſt immoderatus amor alimenti. Item ſic. Gula eſt immoderatus amor delectationis eius, quæ eſt circa, vel ſecundum guſtum. Secundum hoc gula poteſt ſumi ſtrictè pro immoderantia in cibo, & ſic opponitur ei parſimonia. Vel large poteſt accipi pro immoderantia in cibo & potu pariter. Et ſic opponitur ei ſobrietas, quæ modum ſeruat in vtroque. Differentiæ ſiue conditiones gulæ ſecundum Iſido. ſunt quatuor, ſ. quid, quantum, quando, quomodo. Quid, ad ipſam rem pertinet. Quando, ſi ante legitimum tempus appetat. Quantum, ad immoderantiam refertur. Quomodo, ſi nimis ardenter appetat. Secundum Beatum Gregor. ſunt quinque differentiæ hoc verſu comprehenſæ. Præproperè, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſè. Præproperè, pertinet ad ſumptionem cibi ante tempus. Lautè, pertinet ad cibi ſubſtantiam, cum, ſ. ex ſe præcioſus & delicatus eſt. Nimis, ad cibi quantitatem. Ardenter, attenditur ex parte affectiuæ, Studioſe, ex parte cognitiuæ. Duas iſtas vltimas differẽtias ſecundum Beatum Gregorium, ſub illa, quæ eſt quarto modo, apprehendit Iſidor. Quinque ſunt filię gulæ ſecundum Gregor. ſ. inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis, vel ſenſus circa intelligentiam, Inepta lętitia, eſt voluntas per exteriores luſus excitans libidinem in guſtu, & ex ipſa poſt modum excitata. Scurrilitas, eſt volũtas per verba carnalia libidinem guſtus commouens, & ex ipſa poſtmodum commota. Immunditia, eſt voluntas per nimiam cibi ſumptionem, libidinem in guſtu continuare deſiderans. Multiloquium, eſt voluntas per multiplicationem verborum, intendens in guſtu conſeruare libidinem. Hebetudo mentis, eſt voluntas libidinis conſeruandæ propriæ carnis abſorpta, intelligere ſpiritualia faſtidiens. Secundum Iſido. duæ ſunt filiæ gulæ, ſ. cõmeſſatio, & ebrietas, quarum vna in cibo attenditur, alia in potu.

*Gulæ diffinitio.* — *Differẽtię.* — *Filiæ quinque.* — *Iſid. aliter.*

## *De luxuria.* Sectio. 24.

SEquitur videre de luxuria quantum ad diffinitionem, oppoſitionem, tentationem, differentias, & filias. Diffinitur ſic. Luxuria eſt libidinoſæ voluptatis appetitus. Item ſic. Luxuria eſt concupiſcentia nimia experiendæ voluptatis. Item ſic. Luxuria eſt inordinatus appetitus illius delectationis, quæ eſt ſecundum coitum. Opponitur autem luxuria continentiæ. Cuius triplex eſt differentia. Eſt enim continentia coniugalis, vidualis, & virginalis. Quintuplex autem tentatio eſt luxuriæ, ſecundum quòd in hoc verſu continetur. Viſus, & alloquium, contactus, & oſcula, factum. Hoc quippe ordine tentatio luxuriæ conſumatur. Primò. n. inchoatur in viſu exteriori, ſiue interiori, vt in cogitatione. Deinde venitur ad alloquium, poſtea tranſitur ad contactum, deinde prorumpitur ad oſculum, poſtea conſummatur per factum. Differentiæ luxuriæ ſunt ſex, ſ. fornicatio, adulterium, ſtuprum, ſacrilegium, inceſtus, peccatum contra naturam. Fornicatio, eſt luxuria, qua ſolutus cognoſcit ſolutam naturali vſu. Et intelligitur & ſolutus & ſoluta à vinculo coniugij, conſanguinitatis, affinitatis, ordinis, & religionis, vel voti continentię. Adulterium, eſt luxuria qua coniugalis thorus violatur. Stuprum, eſt luxuria qua virginalis incorruptio violatur, ſeu defloratur. Sacrilegium, hic appellatur ſacræ perſonæ læſio, per vitium luxuriæ. Et melius luxuria ſacrilega diceretur. Hęc eſt luxuria, qua votum continentiæ violatur, & hoc in ſe, vel quando in ſacris ordinibus conſtitutus, vel religioſus aliquis fornicatur cum aliqua ſoluta, vel ſoluta aliqua cum religioſo, vel ſacerdote. Inceſtus, eſt coitus contra conſanguinitatem, affinitatem vel compaternitatem commiſſus. Peccatum contra naturam, eſt luxuria qua naturalis vſus coeundi maris, & fœminæ diſſipatur. Filiæ luxuriæ ſecũdum Gregorium ſunt octo, ſcilicet cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror, ſiue deſperatio futuri ſeculi. Cæcitas mentis, eſt voluntas faſtidiens, & deſpiciens ſuperiora & ſpiritualia. Inconſideratio, eſt voluntas præuidere renuens agenda inferiora. Inconſtantia, eſt voluntas libidine carnis confracta, ſtatum ſuum tenere nõ valens. Præcipitatio, eſt voluntas ad aggredi quęlibet impetuoſe. Amor ſui, eſt voluntas affectione carnis imbuta, ſibi propter ſe ſuper omnia adhærens. Odium Dei, eſt voluntas, Deum tanquam impedimentum propriæ voluntatis carnalis vel voluptatis deteſtans. Affectus præſentis ſæculi, eſt voluntas præſens ſeculum ſemper manere deſiderans, propter fruitionem voluptatis carnis. Deſperatio, ſiue horror futuri ſæculi, eſt voluntas voluptate præſenti cęcata, de æterna iocunditate deſperans. Secundum Iſidor. quatuor ſunt filiæ fornicationis, ſ. turpiloquia, ſcurrilia, ludrica, Stultiloquia. Sapientiæ in ſermone, opponuntur ſtultiloquia. Bonitati in ſermone, opponuntur alia tria. Nam cum triplex ſit bonitas, ſcilicet vtilitas, delectatio licita, & honeſtas, ſermoni vtili, opponuntur ludrica, ſermoni delectabili licito, opponuntur ſcurrilia, ſermoni honeſto, opponuntur turpiloquia.

*Luxuriæ diffinitio.* — *Tentationes.* — *Differẽtię.* — *Filiæ 8.* — *Iſid. aliter.*

## *De peccato ex infirmitate, & ignorantia, & induſtria.* Sectio. 25.

SEquitur videre de diuiſione peccati trimembri, quæ eſt. Peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantia, ex certa malitia ſiue induſtria perpetratur. Quod alijs verbis dicitur in Euangelio. Eſt peccatum in patrem, peccatum in filium, peccatum in Spiritum Sanctum. In patrem cui attribuitur potentia, peccare dicitur, quando quis peccat ex infirmitate. In filium, cui attribuitur ſapientia, qui peccat ex ignorantia. In Spiritum Sanctum, cui attribuitur bonitas, qui peccat ex induſtria, ſiue ex certa malitia. Primò videndum eſt de peccato ex infirmitate, quod eſt auerſio voluntatis malè humiliatæ, vel malè accenſæ ab infirma creatura, a Deo omnipotente. Duæ ſunt differentiæ huius peccati effectiuæ, timor malè humilians, & amor malè accendens. Tripliciter autem diſtinguit amor, ſcilicet amor gratuitus, libidinoſus, & naturalis. Gratuitus, habet finem principalem ſummum bonum, ſcilicet incommutabilem Deum. Libidinoſus, habet finem voluptatem, ſiue delectationem in creatura. Naturalis, habet finem neceſſitatem, ſiue vtilitatem propriam. Primus eſt laudabilis, quia virtus, ſecundus vituperabilis, quia peccatum, tertius nec laudabilis nec vituperabilis, quia naturalis eſt. Similiter diſtinguitur triplex timor, ſcilicet naturalis, gratuitus, libidinoſus. Naturalis eſt paſſio, id eſt primus motus, & in teſtimonium humanitatis veræ fuit in domino Ieſu Chriſto. Gratuitus multiplicatur in ſeruilem, initialem, & filialem, de quibus alibi dicetur, ſcilicet in libro de donis. Libidinoſus, diuiditur in humanum, quo quis eligit peccare, ne lędatur in corpore, & mundanum quo quis eligit peccare ne lædatur in poſſeſſione. Timore libidinoſo homo male humiliatur, timore gratuito bene, timore naturali, nec laudabiliter, nec vituperabiliter. Item amore libidinoſo, homo malè accenditur, amore gratuito, benè, amore naturali, indifferenter.

*Alia generalis diuiſio peccati Matth. 12. & Mar. 13* — *Amor triplex.* — *Timor triplex.*

Pecca-

Peccatum ex ignorantia, eſt auerſio voluntatis ignorantis & perpetrātis quod malum eſt, ab omni ſcientia Dei. Nota tamen, quòd aliud eſt peccatum ex ignorantia, aliud peccatum ignorantiæ. Peccatum ignorantiæ, eſt omiſſio debitæ ſcientiæ. Peccatum ex ignorantia, eſt peccatum quod committitur ignoranter. Eſt ignorantia iuris, & ignorantia facti. Ignorantia facti duplex, aut adhibita debita diligentia, & hoc excuſat à toto, aut nō adhibita debita diligentia, & hoc excuſat à tanto, & nō à toto. Ignorantia iuris, quædam eſt vincibilis, quę eſt culpa, hæc autem aut ex vero conſenſu, vt ignorantia affectata, & iſta ſic ex vna parte excuſat, & alia magis aggrauat. Aut eſt ex negligentia, & ignauia, ſicut ignorantia craſſa & ſupina, & iſta & ſi aliquo modo excuſat, non tamen ſic excuſat, quin æterno igne ardeat, ſicut dicit Aug. Sic & ignorātia iuris inuincibilis poteſt eſſe duplex. Aut. n. eſt introducta per præambulam culpam, aut præter omnem culpam Si præter omnem culpam, aut ſimpliciter priuat cognitione iuris, ſicut in infantibus, & furioſis, qui omnino carent vſu rationis, & hæc excuſat à toto. Vnde dicit Bern. quòd paruulis, infantibus, & dormietibus, nihil imputatur, quod faciunt. Aut nō tollit omnino vſum rationis, ſed ſemiplenum, & tūc non excuſat à toto, ſed à tanto, ſicut in his qui non plenè ſunt furioſi, ſed habēt aliquo modo aliqua interualla lucida, & in pueris qui ſunt aliquo modo capaces præcepti, licet non plenè. Si autem ignorantia eſt introducta per præambulam culpam, ſicut in ebrio, & furioſo, quorum vterque præcitauit ſe in hoc per culpam ſuam, ſic non excuſat à toto, ſed vt dicit Philoſophus, Ebrius habet duplices maledictiones, vnam pro culpa præcedenti, aliam pro culpa ſequenti. Non tñ propriè loquendo eſt dicendum, quòd ebrius aliquid perpetrans nouā culpam committat, ſed ex conſequenti culpa aggrauatur prima, vt videtur magis peritis, quamuis aliqui dixerunt, quòd præter culpam primam in ebrietate commiſſam, ſecūdo committat nouam. Peccatum ex induſtria, ſiue in Spiritum ſanctum, eſt auerſio voluntatis malignantis à ſummo clemente Deo. Cuius ſunt ſex differentiæ, ſ. deſperatio, præſumptio, impugnatio veritatis agnitæ, inuidentia fraternæ gratiæ, obſtinatio mentis, finalis impœnitentia. Quarum ſufficientia accipitur ſic. Iſtud peccatum impugnat gratiam pœnitentialem, per quam fit remiſſio peccati à Deo intra Eccleſiaſticam vnitatem. Poteſt ergo impugnare pœnitentiam in ſe, & ſic ſunt duę ſpecies, quia pęnitentia facit reſilire à commiſſis, contra quod eſt obſtinatio mentis, facit etiam præcauere à committendis, contra quod eſt finalis impęnitentia, ideſt propoſitum nunquam finaliter pœnitendi. Si autem impugnat gratiam pœnitentialē in comparatione ad Deū à quo datur, ſic eſt duplex ſpecies. Nam vniuerſæ viæ domini, miſericordia, & veritas, ſiue iuſtitia. Miſericordiam impugnat deſperatio, iuſtitiam impugnat præſumptio. Si autem impugnat gratiam pœnitentialem in comparatione ad vnitatem Eccleſiæ in qua recipitur, ſic eſt duplex peccatum. Nam vnitas Eccleſiæ maximè conſiſtit in duobus, ſcilicet in fide, ſiue veritate, contra quam eſt impugnatio veritatis agnitæ. Et in gratia ſiue charitate, contra quam eſt inuidentia fraternæ gratiæ.

Nota.

Ebrius peccans bis peccat.

Peccati in Spiritū ſanctū ſex ſpecies.

### *De idolatria, & hęreſi.* *Sectio 26.*

SEquitur videre de diuiſione peccati, quæ eſt, peccatum aliud in Deum, aliud in proximum, aliud in ſeipſum. Peccatum in Deum, dicitur impietas. Peccatum in proximum, iniquitas. Peccatum in ſeipſum, impuritas. Primò videndum eſt de peccatis, quibus inhonoratur diuinæ maieſtatis omnipotentia, ſuperſtitione colendi, quæ ſunt idolatria, ritus iudaicus, ritus ſarracenicus, apoſtaſia, ſchiſma, hæreſis. Idolatria, eſt falſa & ſuperſtitioſa proteſtatio maieſtatis diuinæ in idolo. Idolatrię duę ſunt ſpecies. Vna in rebus naturalibus, alia eſt in rebus artificialibus, ſicut oſtenditur in lib. Sapientiæ. Committitur autem tripliciter, ſcilicet proteſtatione cordis, vt credere de creatura, quòd ſit omnipotens, qđ eſt proprium creatoris. Confeſſione oris, vt eſt non ſolum credere, ſed etiam verbis exprimere. Exhibitione operis, vt fit in reuerentia, & in ſacrificijs. Triplex eſt apoſtaſia, ſcilicet perfidiæ, cum quis recedit à fide, vt Iulianus apoſtata. Inobedientiæ, cum quis recedit à præceptis eccleſię, & ſic initium ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare à Deo. Irregularitatis, cum quis recedit à religione clauſtrali vel clericali. Apoſtaſia ſic pōt deſcribi. Apoſtaſia, eſt temerarius à ſtatu fidei, vel obedientiæ, vel religionis receſſus. Schiſma, eſt illicita diſſenſio eorum, inter quos vnitas eſſe debet, vel illicitus ab vnitate diſſenſus. Omnis hæreſis eſt ſchiſma, ſed non conuertitur. hęreſis, eſt receſſus à fidei veritate. Item differunt ſchiſma, & hæreſis. Nam hereſis addit prauum dogma, Schiſma in fide confingit aliquam hæreſim. Poſt receſſum enim ab vnitate Eccleſiæ, ſequitur inobedientia in mandatis Eccleſiæ, in fine vero ſequitur aſſertio, quòd non eſt obediendum Eccleſiæ. Hæreſis idem eſt quòd diuiſio, & ſic dicitur hæreſis proprijſſime receſſus à fide, ꝓpriè, falſa interpretatio ſcripturarum, minus propriè, excommunicatio. Secūdum hoc hæreticus dicitur multipliciter. Vno modo ſecundum Auguſt. hæreticus eſt, qui alicuius temporalis lucri & maxime gloriæ principatusq; ſui gratia, falſas opiniones de fide, ac nouas gignit, aut ſequitur. Gignit, vt hereſiarchæ, Sabellius, & Arrius, ſequitur vt Sabelliani, & Arriani decepti per tales. Secundum Hieronymum poteſt hæreticus appellari, licet ab Eccleſia nō deceſſerit, qui aliter intelligit ſcripturam, quàm ſenſus Spiritusſancti expoſtulat. Tertiò dicitur hæreticus quicunque à ſacramentis Eccleſię vel communione fidelium eſt diuiſus, vt excommunicatus, ſeu ſubuerſor Eccleſiæ, ſeu ſubriſor ſacramentorum, vnde ſymoniacus hæreticus reputatur.

Alia diſtinctio generalis peccati.

Idolatria.

Sapien. 13.

Apoſtaſia.

Schiſma.

Hæreſis.

Hæreticus qs dicatur.

### *De interdicto, & duobus ſpeciebus excommunicationis.* *Sectio 27.*

SEquitur de hæreſi, quæ eſt excommunicatio, diffuſius videre in ſpeciali. Et primo de interdicto, quod eſt excommunicationis initium. Ad quod notandum, quod nomine cenſuræ Eccleſiaſticæ, intelligitur ſententia interdicti, excommunicationis, & ſuſpenſionis. Propriè autem excommunicatur perſona à communione ſacramentorum, & fidelium ſeparata. Suſpenditur etiam perſona quandoque ab officio, quandoque à beneficio, quandoque ab vtroq; interdicitur locus, vt puta ciuitas, villa, vel caſtrum. In generali interdicto debent iſta conferri ab Eccleſia. Baptiſmus paruulorum, morientibus penitentia, peregrinis crucem accipientibus, ob reuerentiam crucifixi, non eſt pœnitentia deneganda. Poteſt Epiſcopus baptizatos paruulos confirmare, ſemel in menſe, vel ſeptimana, populum interdictum cauſa prędicationis ad Eccleſiam conuocare. Item morientibus, ſi digne pœniteant, poteſt Euchariſtia miniſtrari. Clerici decedentes, ſine pulſatione campanarum, ceſſantibus ſolennitatib. cum ſilentio in cemiterio ſepeliri poſſunt, ſi bene ſeruauerunt interdictum. In conuentualibus Eccleſijs, bini, vel tres ſimul horas canonicas poſſunt legere, non cantare, ianuis clauſis, & interdictis excluſis. Et hoc ita de miſsè, ꝙ exterius non poſſint audiri, ex quo colligitur, quòd

Interdictū

quòd interdicti, & multo fortius excommunicati, non debent horas extra eccleſiam auſcultare. Pleriſque tamen religioſis indultum eſt, vt ianuis clauſis, & interdictis excluſis, poſſint ſimul celebrare diuina, quod hodie ad Epiſcopos extenditur, niſi ſpecialiter eis prohibeatur. Excommunicatio verò, eſt animaduerſionis gladij ſpiritualis Eccleſię à communione ſacramentorum, & fidelium ſeparatio. Excommunicationis duę ſunt ſpecies, Vna quæ dicitur maior, excludens à ſacramentis, & legitimis actibus fidelium, hoc verſiculo comprehẽſis. Os, orare, vale, communio, menſa negatur. Alia quę dicitur minor, ſeparans à ſacramentis. Item excommunicatio quædam infligitur à iure. Et hæc eſt conſeruatiua. Quia licet videatur eſſe ad libertatem Eccleſiæ conſeruandam, principalius tamen eſt ad culpam præcauendam. Quædam infligitur à iudice. Et hæc eſt curatiua. Nam licet videatur eſſe propter emendam faciendam, principalius tamen eſt propter contumaciam confringendam. Pœna ſuſtinentis excommunicationem eſt multiplex, quæ in hoc verſu continetur. Gratia ſubtrahitur, magis ac magis obice rupto. De vitio cadit in vitium, ſuffragia perdit. Eccleſiæ ſathanæ vexandus traditur ille. Quem ligat ex proprijs anathematis vltio culpis. Circunſtantia vero præſeruans perſonam participantem cum excommunicato, ne excommunicationis vinculo inuoluatur, eſt multiplex, vt his verſibus continetur. Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe. Hæc anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe. Vtilitas communicantis, vt quando petit quod ſibi debetur, excommunicati, vt quando ſecum tractat de correctione. Lex matrimonij, quæ ligat virum & vxorem. Humile, vt filij non emancipati, ſerui, ancillę, ruſtici, mancipijs, & alijs obnoxijs aſtricti. Res ignorata, vt quando neſcitur eſſe excommunicatus, cum quo participatur. Neceſſe, vt peregrini & pauperes, ac cæteri viatores.

*Excommunicatio.*

*Indemnis participatio.*

*De duabus regulis generalibus circa excommunicationem.* *Sectio.* 28.

Circa excommunicationem nota duas regulas generales. Prima eſt hæc. Quicunque in clericum vel in perſonam eccleſiaſticam manus inijcit temere violentas, excommunicatus eſt. Hoc fallit in 14. caſibus. Primus eſt in apoſtata percuſſo, qui clericus ignoratur. Secundus eſt in apoſtata admonito ſe non corrigente. Tertius eſt in eo qui gerit procurationem, & adminiſtrationem ſecularium perſonarum. Quartus eſt, in eo qui ex loco inijcit manus in clericum. Quintus in magiſtro, qui cauſa diſciplinę verberat clericum. Sextus in eo, qui vim ſibi illatam à clerico vi repellit. Septimus in eo, qui clericum deprehendit cum vxore, matre, vel ſorore, aut filia commiſceri. Octauus in eo, qui auctoritate ſuæ prælationis, vel de mandato prælati, manus inijcit in clericum. Nonus in ſenioribus Eccleſiæ. Decimus in dominis. Vndecimus in patribus familias. Duodecimus in propinquis. Tertiuſdecimus in eo, qui manus in clericum inijcit depoſitum, & curæ traditum. Quartuſdecimus cum clericus transfert ſe ad vitam clericatui prorſus contrariam, vt quando fit miles, vel contrahit bigamiam. Secunda regula eſt hæc. Quicunque eſt excommunicatus propter manus iniectas in clericum violentas, pro abſolutione ad ſedem apoſtolicam eſt mittendus, hoc autem fallit in 15. caſibus. Primus eſt, quando percuſſor eſt in mortis articulo conſtitutus. Secundus caſus eſt in eo, qui iuſtam excuſationem habet, vt inimicitias capitales. Tertius eſt in hoſtiario, qui neceſſitate officij ſui aliquem clericum non enormiter percuſſerit. Quartus in infirmo. Quintus in paupere. Sextus in ſenectute depreſſo. Septimus in clauſtrali, qui enormem non intulit læſionem. Octauus in muliere. Nonus in eis qui ſui iuris non ſunt. Decimus in his qui ſunt magnæ potentiæ, & nimium delicati, ita vt laborem in eundo ad curiam non poſſunt ſuſtinere. Vndecimus in his qui non grauem læſionem, ſed leuem, vel modicam iniuriam intulerunt clericis. Duodecimus in impubere, ſiue ante pubertatem, ſiue poſt poſtulet ſe abſolui. Tertiuſdecimus in ſeruo, de cuius abſentia dominus nimium grauaretur, vel cum ipſe ſeruus verberaret clericum, vt materiam habeat euadendi. Quartuſdecimus de monialibus. Quintuſdecimus in omnibus communitrr viuentibus.

*Caſus ab excõicatione excepti in clerici pcuſſione.*

*Caſus in qbus percuſſor ſedem Apoſt. adire non tenetur.*

*De diuinatione.* *Sectio.* 29.

Sequitur videre de peccatis, quibus inhonoratur diuinæ ſapientiæ altitudo, ſuperſtitione ſciendi, qui ſunt ſortilegium, & diuinatio. Ad huius mali notitiam eſt videndum, quid ſit diuinatio, quę ſunt eius ſpecies, vtrum omnis diuinatio ſit prohibita. Diuinatio ſic deſcribitur. Diuinatio eſt ſuperſtitioſa inueſtigatio præſcientiæ futurorum. Cuius quinq; ſunt ſpecies, ſcilicet mantia, maleficium, ſortilegium, augurium, præſtigium. Mantia, dicta eſt à mente, quæ in ea præualuit. Et hec habet quinque ſpecies. ſ. necromantiam, quę eſt diuinatio facta in cadaueribus mortuorum, à necrõ, quod eſt mortuus, & mantia, diuinatio. Geomantiam, quæ eſt diuinatio facta in terra, à Gea quod eſt terra, vt in circulo. Hydromãtiã, quę eſt diuinatio facta in aqua, ab hydor, quod eſt aqua, vt in aqua pluuiali. Acromantiam, quæ eſt diuinatio facta in aere, vt in contemplatiuis circulis. Pyromantiam, quæ eſt diuinatio facta in igne, à pyr, quod eſt ignis. Iſtæ ſunt ſpecis mantiæ. Maleficium, eſt peritia per quam mulieres faciunt aliquas ligaturas in damnum vel incommodum alicuius, vt de criſta galli, & de rana, & de imagine cum eis. Sortilegium, eſt ratio diuinandi per ſortes. Vſus huius diuinationis fuit in veteri teſtamẽto. Sorte etiã vſi ſunt Apoſtoli, ante Spiritusſancti plenitudinem. Augurium, eſt ratio diuinandi per garritus auium vel geſtus, vt per volatum. Præſtigium, eſt per quod diabolicis illuſionibus oculi hominum perſtringuntur, ne poſſint cernere quod verum eſt, ſed fantaſtica figmenta, vt faciunt incantatores. Præter hos modos ſunt alij multi & plures, qui quotidie per diabolum adinueniuntur. Eſt etiam diuinatio facta in varia inſpectione pſalterij, & euangelij. Eſt & diuinatio, quæ futura prædicit in fatis, & conſtellationibus, dicta matheſis media producta. Eſt & diuinatio facta per aurarum, vel aſtrorum inſpectionem, dies, & horas cuſtodiens in agendis, & dicitur auruſpicium. Eſt quæ exta, vel inteſtina pecudum inſpicit. Eſt quæ in aris idolorum à demonibus reſpõſa accipit. Dicitur autem ariolus diuinator in aris. Eſt quę ſomnia obſeruat. Coniecturator, dicitur obſeruator in ſomnijs. Augur, in garritu auium. Maleficus immolans demonibus pueros, vel ſaltem luſtrans magus alio nomine dictus. Incantator eſt præſtigioſus fallens oculos intuetium. Phito eſt ventiloquus per ſpiritum malignum loquens, à Phitone, vel Phitio, ideſt Apolline dictus. Diuinus, ideſt auruſpex, ideſt inſpector aſtrorum. Auſpex, qui volatum auium aſpicit. Augur, qui voces audit auium. Extipex, qui exta, ideſt inteſtina pecudum inſpicit. Aſtrologus, qui in aſtris auguratur. Genitaliacus, qui mores hominum prædicere conatur, ſecundum

*Diuinatio qđ & quotuplex.*

ſecundum ſigna ſub quibus homines naſcuntur. Hic vulgo mathematicus vocatur, cuius ſuperſtitio cõſtellatio dicitur à latinis. Horoſcopus, qui per horas natiuitatem hominum ſpeculatur diuerſo & diſſimili facto. Sortilegus eſt, qui ſub nomine fictæ religionis, diuinationis ſcientiam profitetur, vel ex inſpectione aliquarum ſcripturarum prędicit futura. Saltator, qui dum quncunq; pars membrorum ei ſalierit, exinde aliquid proſperum vel triſte ſignificari prædicit. Eſt autem omnis diuinatio deceptio, & deluſio diabolica, ideo maledicta à Deo, & ab Eccleſia interdicta. Nec poteſt ea ex voluntario commercio quiſquam vti ſine peccato. Aut enim eſt ibi peccatum infidelitatis, dum aliquid diuinum diabolo attribuitur, quod Dei eſt. Aut eſt peccatum idolatriæ, vtpote in oblationibus & ſacrificijs. Aut eſt peccatum inobedientiæ, quia ſit contra prohibitionem Dei & Eccleſiæ. Talis autem prohibitio eſt ſancta, quia talis peccat in ſeipſum, dum diſcrimini ſe committit: Peccat in maieſtatem diuinam, dum recurrit ad diabolum, quaſi non ſit omnipotens, omniſciens, benignus Deus chriſtianorum: Peccat in Eccleſiam, cum commercium habeat cum illo, qui omnino præciſus eſt ab Eccleſia, & eidem aduerſatur.

Oĩs diuinatio damnabilis.

*De hypocriſi, & ſimonia, & ſacrilegio.*
*Sectio 30.*

Sequitur videre de peccatis, quibus vilipẽditur ſanctitas bonitatis diuinæ peruerſitate vtendi, qđ fit tripliciter, ſcilicet apparentis ſanctitatis ſimulatione, vt in hypocriſi, abuſione doni gratuiti, vt in ſymonia, violatione loci ſacri, vt in ſacrilegio. Primo de hypocriſi ſunt videndæ notificationes & differentiæ. Hypocriſis ſic diffinitur à Rabano. Hypocrita eſt qui vult videri, quod non eſt, ſcilicet bonus, quaſi alterius perſonæ repræſentator. Item aliter diffinitur. Hypocrita eſt, qui vult videri bonus, cum non ſit. Item aliter, Hypocriſis eſt vitium clauſum, ſimulatione virtutis palliatum. Poteſt etiam hoc modo diffiniri. Hypocriſis eſt vitium quo quis vult videri bonus inordinatè: Spècies hypocriſis ſecũdum Richardum ſunt quatuor, ſcilicet affectatio dignitatis, affectatio liberatatis, affectatio auctoritatis, affectatio poteſtatis. Secundum Grego. Pardus in Daniele habens quatuor alas, hypocrita habens quatuor ſpecies. Prima eſt iactantia de bono manifeſto. Secunda ſimulatio de bono occulto. Tertia excuſatio de malo manifeſto. Quarta diſſimulatio de malo occulto. Symonia, eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquod ſpirituale, vel ſpirituali annexũ. Hæc autem contrahitur tripliciter ſecundum Gregorium, ſcilicet munere à manu, quod eſt pecunia. Munere ab obſequio, quod eſt ſeruitus indebitè impenſa. Munere à lingua, quod eſt fauor. Tres autem ſunt differentiæ materiales ſymoniæ. Prima eſt quando venditur ſpirituale, ſicut ſunt Eccleſiæ ſacramenta. Secunda eſt quando venditur annexum ſpirituali, vt eſt prabenda. quæ ratione conſanguinitatis ſiue pretij vel fauoris datur, & obtinetur indigne. Tertia eſt, quando venditur ſpirituale & annexum ſpirituali, vt eſt prædicatio. Sacrilegium, eſt ſacræ rei violatio, vel eiuſdem vſurpatio, quaſi ſacriledium. Committitur autem ſacrilegium aliquã do ratione perſonæ, vt cum religioſus vel clericus verberatur. Quandoque ratione loci, vt quando Eccleſiæ, vel cemiterij immunitas violatur. Quandoque ratione rei, vt quando res ſacra vel ſacro vſui deputata vſurpatur. Circa quod eſt diſtinguendum, quia ſacrilegium committitur aut auferẽdo ſacrum de ſacro, aut ſacrum de non ſacro, aut non ſacrum de ſacro.

Hypocriſis quid, & quotuplex.

Dan. 7.

Symonia.

Sacrilegiũ.

*De rapinis, furto, vſura, homicidio, & ſcandalo.*
*Sectio. 31.*

Sequitur videre de peccatis quę committuntur in proximum, quorum tria ſunt genera. Quibuſdam enim lęditur proximus in poſſeſſione, quæ ſunt rapina, furtum, vſura. Rapina, eſt manifeſta & violenta alienæ rei contrectatio. Furtum eſt occulta, & ignorante domino & inuito alienæ rei contrectatio. Vſura, eſt ſub ſpecie negociationis domino ſciente, alienę rei contrectatio. Quibuſdam etiam læditur in perſona, vt in homicidio & in bello. Eſt autem homicidium, hominis occiſio ab homine facta. Duplex eſt autem homicidium, ſ. ſpirituale, & corporale. Spirituale, eſt quo quis occiditur ſpiritualiter, quod fit duobus modis, ſcilicet odiendo, nam qui odit fratrem ſuũ, homicida eſt. Et detrahendo. Lingua enim detractoris eſt gladius acutus. Corporale vero homicidium, eſt quo quis corporaliter occiditur, quod etiam fit duobus modis, ſcilicet lingua & opere. Lingua tripliciter, ſcilicet præcipiendo, conſulendo, & non defendendo. Opere quadrupliciter, ſcilicet iuſtitia, caſu, neceſſitate & voluntate. Quibuſdam verò læditur in mente proximus, vt ſunt ſcandala. Eſt autem ſcandalum, dictum vel factum minus rectum, præbens alijs occaſionem ruinę. Scandalon gręcè, latinè, obex. Sicut ad obicem in via poſitum læditur pes euntis, ſic dictum vel factum minus rectum, eſt obex, ſcilicet dictum, vel factum minus rectum. Aliquando dicitur actio ſiue impactio illius qui ſcandalizat. Aliquando dicitur caſus & ruina illius qui ſcandalizatur. Vnde Verſus. Scandalum æquiuocat obex, impactio, caſus. Eſt autem duplex differentia ſcandali. Eſt enim ſcandalum actiuum, & paſſiuum. Actiuum, quo quis alij dat occaſionem ruinę ſpiritualis. Paſſiuum, eſt ipſa ruina facta ad obicem mali exempli alterius, vt cum fornicatur quis exemplo alterius. Ad ſciendum autem quæ ſunt propter ſcandalum omittenda, duę regulæ ſunt notandæ. Vna eſt Bernardi, alia Hieronymi. Regula Bernardi eſt hæc. Peccamus ex infirmitate, vel ignorantia, ex certa etiam interdum malitia cauendum eſt, ne quid faciamus quod ſit in ſcandalum alicuius. De talibus dicit dominus Petro. Ne autem ſcandalizemus eos &c. In tertio vero caſu cum ſcandalum procedit ex certa malitia, non propterea eſt omittendum opus vel ab ope deſiſtendum. Vnde dicit dominus de Phariſæis ſcandalizatis ex malitia. Sinite eos, cęci ſunt, &c. Regula Hieronymi eſt talis. Omne quod poteſt fieri vel non fieri ſalua tripli ci veritate, omittendum eſt propter ſcandalum. Non eſt autem omittenda veritas vitæ, doctrinæ, iuſtitiæ, propter ſcandalum euitandum. Veritas vitę, pertinet ad omnes, comprehendens præcepta, prohibita, & conſilia. Veritas doctrinæ, pertinet ad prædicatores, & magiſtros. Veritas iuſtitiæ, pertinet ad prælatos comprehendens duas partes iuſtitiæ, ſcilicet ſeueritatem in puniendo malos & reos, & liberalitatem in ſuſtinendo iuſtos.

Tripliciter in proximũ peccamus.

1. Ioan. 3.

Scãdalum.

Circa ſcandalũ duę regulę obſeruandę.

Matth. 17.

Matth. 15.

*De peccato luxuriæ, & gulæ.*
*Sectio 32.*

Sequitur videre de peccatis quibus peccat quis in ſeipſum, quæ ſunt duo, ſcilicet peccatum luxuriæ deordinans generatiuam, & peccatum gulæ deordinans nutritiuam. Peccata quę accidunt ex deordinatione generatiuæ ſunt iſta, ſcilicet pollutio nocturna, luxuria in propria vxore, fornicatio ſimplex meretricium, raptus, adulterium, inceſtus, vitium contra naturam. Peccata ex deordinatione nutritiuæ

Dupliciter in noſipſos peccamus.

duplicìter committuntur, manducando, & ſic dicitur guloſitas,& bibendo,& ſic dicitur ebrietas. Quod fit quinq; differentijs, vt ſupra dictum eſt, hoc verſu comprehenſis. Præpropera, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſè: Suppoſito quòd coitus cóiugalis poſſit eſſe peccatum, videndum eſt per diſtinctionem, quis coitus coniugalis eſt peccatum,& quis nó,& quis venialis & quis mortalis. Nota ergo, quòd coitus coniugalis alius eſt licitus alius eſt fragilis, alius eſt impetuoſus. Licitus eſt triplex. Quidam fit cauſa prolis generandæ ad cultum diuinum, & hic eſt theoſebiæ virtutis, quę dicitur pietas. Quidam cauſa reddendi debitum, & hic eſt iuſtitiæ. 1. Cor. 7. Quidam cauſa fornicationis vitandæ,& hic eſt cautelę, De quo Apoſtolus. Vnuſquiſque habeat ſuam vxorem propter fornicationem vitandam, ſupple: Fragilis ex fragilitate proueniens, cum quis in vxore quærit coniugalem delectationem, non cauſa prolis habendæ, nec debiti reddendi, nec fornicationis vitandę, ſed cauſa delectationis in cóiuge. Et diſtinguitur, aut illa delectatio amatur citra Deum,& tunc culpa eſt venialis. Vel amatur pluſquam Deus, vel æque vt Deus, & tunc peccatum eſt mortale. Impetuoſus eſt, qui ex libidine ſola proueniens, metas honeſtatis, & rationis excedit. Et ideo mortalis eſt quinque modis. Primo quando fit propter ſatiandam libidinem, per blanditias meretricias. Secundò quando fit præter naturalem modum. Tertiò quando fit in tempore prohibito. Quarto cum fit in loco ꝓhibito. Quintò cum accedit vir ad pregnantem mulierem vicinam partui, aut in fluxo mẽſtruo laborantem. Simplex fornicatio eſt luxuria, qua ſolutus cum ſoluta naturali vſu fœminæ commiſcetur, ita quod ſolutus excludit vinculum matrimonij, conſanguinitatis, affinitatis, ordinis, voti, religionis, & hoc cum muliere ſoluta, quæ vnius vel paucorum libidini ſe exponit. Meretricium, eſt commertium nefarium cum muliere, quę multorum paret libidini. Nam meretrix proprie dicta eſt mulier, quæ multorum libidini ſe exponit. Adulterium eſt alterius thori violatio. Inceſtus, eſt lubricum carnis contra conſanguinitatem, affinitatem, votum commiſſum, de quibus ſupra dictum eſt.

*De paſſionibus ſiue proprietatibus peccatorum. Sectio. 33.*

Peccatorũ circunſtantiæ. AD clariorem expeditionem prædictorum, poſtremò videndum eſt de paſſionibus, ſiue proprietatibus peccatorum. Sciendum eſt ergo, quod ad peccatum quędam ſunt antecedentia, quędam circunſtantia,& quædam ſubſequentia. Antecedentia quædam ſunt ex parte auerſionis, quędam ex parte conuerſionis. Ex parte auerſionis à Deo, ſunt contemptus, omiſſio, ingratitudo, inobedientia,& præuaricatio, Ex parte conuerſionis ad creaturam ſunt, libido, concupiſcentia, delectatio, conſenſus in peccatum,& praua intẽtio. Subſequentia ſunt macula,& reatus. Circunſtantia ſunt illa, quę circunſtantias nominamus. Auerſionem à Deo comitantur contemptus, omiſſio, ingratitudo, inobedientia,& pręuaricatio. Nam voluntas ad Deum conuerſa,& Deo conformis, vult quod Deus vult, & non vult quod Deus non vult, & hoc debet fieri. Tum quia voluntas Dei ſuperior eſt ſimpliciter, voluntas rationalis creaturæ inferior, & ideo tenetur ſeq̃ ſuperiorem, quod ſi non facit, dicitur contemnere. Tum quia dignum eſt facere, quicquid Deus vult fieri, & ideo cũ auertimur, dicimur omittere. Tùm quia iuſtum eſt, ꝓpter accepta beneficia, obſequium impendere. Vnde cũ auertimur à Deo, dicimur ingrati. Tum quia ipſe eſt dominus,& nos ſerui, ideo tenemur facere quicquid nouimus ipſum velle, quod cum nó facimus, dicimur inobedientes,& præuaricatores, ſed inobedientes, quia auertimur à voluntate Dei, præuaricatores, quia tranſgredimur legem eius. Et nota quod in voluntate auertente ſe à Deo contemptus, omiſſio, ingratitudo, inobedientia,& præuaricatio, idem ſunt ſecundum rem, differunt autem ſecundum rationem. Nam contemptus reſpicit Dei potentiam, omiſſio ſapientiam, ingratitudo beneficium, inobedientia pręceptum, præuaricatio legem. Et ſic ſecundum iſta, receſſus eſt in frequenti auerſione à Deo, elongatio vero eſt in obduratione. Conuerſionem autem voluntatis ad creaturam comitatur libido, quæ eſt improbitas voluntatis, bonum creatum præeligens,& deſerens increatum. Quam ſequitur concupiſcentia, quæ eſt primus motus ex fomite proueniẽs in ſenſualitatem, tendens ad delectationem illicitam. Tunc ſequitur delectatio, cum inferior pars rationis condelectatur. Tertio eſt conſenſus, cum ſuperior pars rationis non contradicit, ſed aſſentit. Iſte triplex ſtatus, deſignatus eſt in prima tentatione, per ſerpentẽ, mulierem & virum. Deinde reſtat operis conſummatio, vel adhuc eſt praua intentio. Nam intentio eſt ad opus. Et ſic ex parte conuerſionis, actuale peccatum antecedit libido, concupiſcentia, delectatio, conſenſus in peccatum, & praua intentio. Circunſtantiæ verò dicuntur quæ peccatum circunſtant, quæ nos circunſtantias appellamus. Eſt autem circunſtantia, proprietas perſonæ, vel negocij, ex ſe pertinens ad laudem, vel vituperium, vel diminuendo, vel augendo, vel in aliud genus peccati trahendo. Proprietas perſonę eſt, vt quia pulcher eſt homo, ſapiens, bonus, & cætera huiuſmodi. Et talis proprietas reſpódet ad quæſtionem factam per quis. Proprietas negocij eſt, quæ pertinet ad opus, & eſt genus operis, vt quia fecit hoc, vbi fecit, quare fecit, quo tempore fecit,& quomodo fecit. Quæ in hoc verſiculo continentur. Quis, quid, vbi, quib. auxilijs, cur, quo modo, quando. Quæ poſſunt in 14. differentias explicari, his verſibus comprehenſas. Aggrauat ordo, locus, perſona, ſcientia, tempus. Ætas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa. Et modus in culpa, ſtatus altus, lucta puſilla. Ex his autem quinque reſpiciunt perſonam, ſcilicet, ſcientia, ętas, códitio, ordo,& ſtatus. Tres reſpiciunt crimẽ, ſcilicet copia, cauſa, lucta puſilla. Duæ ſunt adiacentes, ſcilicet locus,& tempus. Ad peccatum vero ſequentia ſunt macula, & reatus. Anima enim ad creaturam conuertitur, ſecundum Auguſtinum, obtenebratur, peioratur, & deſtruitur. Iſta autem obtenebratio, peioratio, & deſtructio, idem ſunt quod deformitas imaginis Dei, ſiue diminutio naturalis boni, ſiue macula, quia ex contactu ſpirituali inferiorum, qui eſt per amorem inordinatum, ſordidatur imago Dei in nobis, & polluitur. Reatus vero ſequitur peccatum, ratione auerſionis, quia tantũ bonum eſt Deus, ſicut dicit Au. vt nulli bene ſit, qui ab eo recedit. Sicut ergo ex conuerſione ad creaturam eſt macula, ſic ex auerſione à Deo eſt reatus, qui eſt obligatio ad pęnam. Peccatum quippe pertranſit actu ſed remanet reatu, Peccatum ſcilicet actuale.

Que peccatũ præueniant.

Quæ circũſtent.

Quæ ſequuntur.

# CENTILOQVII SECVNDA PARS,

Quæ habet VII. Sectiones.

## *De vulneratione naturalium.* *Sectio 1.*

Peccati pœna.

POSTQVAM viſum eſt de malo, prout tenet rationem culpæ, videndum eſt de malo, inquantum tenet rationem pœnæ. Eſt ergo notandum, quod malum, ſiue peccatum, punitur pœna multiplici in præſenti, & etiam in futuro. In præſenti autem punitur, quantum ad animam, & quantum ad corpus. Quantum ad animam punitur in vulneratione naturaliũ, & expoliatione gratuitorum. Vulnera quibus vulnerata eſt anima propter peccatum, ſunt quatuor ſecundum Bedam. Dicit enim quod quatuor ſunt nobis inflicta propter peccatũ Adę, ſcilicet infirmitas, ignorantia, malitia, & concupiſcentia ex his contracta, & conflata. Quorum ſufficientia accipitur. Anima ſicut dicit Auguſtin. eſt media inter Deum & creaturas. Deus autem eſt omnipotens, omniſciens, ſummè bonus, eſſentia indiuiſus. Potentia attribuitur Patri, ſapientia Filio, bonitas Spirituiſancto. Indiuiſio ad Patris & Filij & Spirituſſancti pertinet vnitatem. Auertens ergo ſe à Deo anima, & ad creaturas tranſiens, per amorem deſerendo potentiam, qua pôt, quicquid pôt, incurrit infirmitatem. Deſerendo ſapientiam, qua ſcit, quicquid ſcit, incurrit ignorantiam. Deſerendo bonitatem, qua valet, quicquid valet, incurrit malitiam. Deſerendo ſubſtantiam indiuiſam, incurrit concupiſcentiam, qua homo diuiditur in ſeipſo, & à ſeipſo, intantum vt voluntas ſenſualitatis voluntati non ſubiaceat rationis. Non.n. quod volumus, hoc facimus bonũ, cum caro aduerſus ſpiritum concupiſcat. Eſt autem infirmitas ex deſertione omnipotentiæ, impotentia reſiſtendi malis, vel difficultas in agendis bonis. Ignorantia ex deſertione ſummæ ſapientiæ, eſt habitudo ad cognoſcendum ea, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Malitia ex deſertione ſummæ bonitatis, eſt pronitas, vel inclinatio ad malum. Concupiſcentia ex deſertione indiuiſæ ſubſtantiæ, eſt corruptio diuidens appetitus, vt appetitus ſenſualitatis, ab appetitu rationis diſſentiat. Peccauit ſiquidem per rationalem primus parens ſcientiã indebitam appetendo, & ideo in rationali potentia eſt punitus per ignorantiam. Peccauit in concupiſcibili, appetendo cibum vetitum, & ideo in concupiſcibili eſt punitus per caſum in malitiam, quæ dicitur pronitas ad malum. Peccauit in iraſcibili, appetendo indebitam poteſtatem, & ideo in iraſcibili eſt punitus, cadendo in infirmitatem. Ex tribus autem prædictis, concupiſcentia eſt conflata. Hæc aũt quadruplex pęna vulnerans animã, per originale peccatum ad poſteros eſt tranſmiſſa.

Accidētia quatuor.

Nota.

## *De ſpoliatione gratuitorum.* *Sectio 2.*

SEquitur videre de ſpoliatione gratuitorum, qua punitur anima propter peccatum. Eſt autem ſpoliatio gratuitorum, ſubtractio gratiæ gratum facientis, mortificatio meriti præcedentis, fruſtratio ſanguinis redimentis, iniuria angeli promouentis, inimicitia domini præſidentis, deformatio diuinæ imaginis, honoratio dęmonis, ſeruitus peccati, reatus æterni ſupplicij, debilitatio liberi arbitrij, elongatio ſuperni beneficij, & prouocatio omnis creaturæ Dei, in vltionem inimicorũ creatoris ſui. Et quia teſte Auguſt. nunquam eſt dedecus culpę, ſine decore iuſtitiæ, nec eſt culpa commiſſa, ſine pœna permixta, ideo nota, quod quædam ſunt ſic peccata, quod etiam ſunt pęna peccati. Speciali modo ſunt illa peccata, & pęna peccati, quæ habent adiunctam męſtitiam & dolorem, ſicut ſunt inuidia, ira, gula, & accidia. Minus ſpecialiter dicuntur illa peccata, & pœna peccati, quæ habent adiunctam meram deprauationem naturæ, vel ignominiam, ſicut ſunt illa peccata, propter quæ dicitur homo, tradi in reprobum ſenſum. Generaliter verò peccata, & pœna peccati dici poſſunt omnia peccata quæ ſunt inter primam apoſtaſiam, & vltimam gehennæ pęnam. Dicit enim Beatus Grego. quod crimina criminibus vindicantur. Et peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Licet autem idem dicatur peccatum, & pœna peccati, non tamen, quod omnis pœna inquantum pęna, iuſta eſt, & à Deo eſt. Nulla autem culpa iuſta eſt, nec a Deo eſt, ſed tantum à liberæ voluntatis arbitrio. Pęna verò, quæ merè pœna eſt, à Deo eſt inflicta, quæ verò culpa eſt, vel ad culpam inclinans, eſt contracta, vel acta. Et ſic collige breuiter, quod triplex eſt pœna, ſ. acta, inflicta, & contracta. Acta eſt, quæ ſequitur ad peccatum actuale, nam qui culpam mortalem committit, pęnam damni facit ſibi, qui gratiam Dei perdit. Pęna inflicta eſt, quam Deus non ſtatuendo, ſed iudicando, vel vindicando peccatori infligit. Pœna contracta eſt, quæ ſequitur ad peccatum originale.

Aliqđ peccatũ eſt pęna peccati.

Pęna triplex.

## *De pęnis corporalibus.* *Sectio 3.*

SEquitur videre de pœnis quantum ad corpus, quas homines propter peccata patiuntur. Patiuntur autem homines propter culpam pœnas naturales, de quibus dicit Beatus Greg. ꝙ ſeptem ſunt ſagittæ naturam hominum moleſtantes, ſcilicet frigus, calor, fames, ſitis, labor, morbus, mors. Hæ ſunt pęnę naturales, & generales, quæ a primis parentibus ad poſteros ſunt tranſmiſſæ, & in ipſis progenitoribus inchoatæ. Nam primi parentes ſtatim poſt culpam ſenſerunt pœnam rebellionis, & erubeſcentiæ in carne, & poſt diuino iudicio vir incurrit pœnam laboris & anguſtiæ, pœnam famis, & indigentiæ, pęnam mortis, & incinerationis. Mulieri autem duplicata eſt pęna, quia inflicta eſt ei pœnalitas multiplicium ærumnarum in conceptu, pœna doloris in partu, pœna ſubiectionis ad virum in conuictu: patiuntur etiam pœnas perſonales complures. Plurimi enim filiorum Adam patiuntur in membris diminutionem, quidam ſuperfluitatem, quidam intrinſecam corruptionem, quidam extrinſecam deformitatem, quidam ſunt paralitici, quidam epileptici, & alij ſunt diuerſis infirmitatibus, & ægritudinibus, & ſpecialibus morbis oppreſſi, alij leproſi, alij à dęmonibus oppreſſi. Patiuntur quoque pœnas temporales. Nam teſte Oroſio, ab Adam vſque ad nos ſunt ſecula tranſacta, nunc bellis grauia, nunc morbis corrupta, nunc fame triſtia, nũc terrarum motibus terribilia, nunc inundationibus aquarum inſolita, nunc eruptionibus ignium metuenda, nunc ictibus fluminum, plagiſq; grandinum ſeua, nunc parricidijs flagitiiſq; miſerá.

## *De locis pœnalibus.* *Sectio. 4.*

SEquitur videre de pœna, qua punitur quis poſt hãc vitam. Ad cuius rei notitiam ſunt quatuor attendēda, ſcilicet diſtinctio locorum, apertio librorum, conflagratio ignium mundanorum, & triplicatio cruciatuum inflictorum. Triplex autem locus eſt, ſiue receptaculum, poſt hanc vitam ad peccata hominum puniēda, ſecundũ triplex genus peccati. Eſt.n. locus purgatorius, & hoc debetur peccato veniali. Eſt limbus, & hic debetur peccato originali. Eſt infernus, & hic debetur peccato mortali. Et creduntur eſſe ſub terra gradatim poſita iſta loca, ꝙ aliter diſtingui poſſunt,

Triplex receptaculũ puniendarum culparum.

ſecundum differentiam quadrimembrem. Pœnalis.n.locus dicitur alicui deputatus, aut ſecundum pœnam damni, & ſic eſt limbus, aut ſecundum pœnam ſenſus, & ſic eſt infernus. Vtrunq; autē membrorum in duo diuidit. Nam qui pęna damni puniuntur, aut ſimpliciter & eternaliter puniūtur, & hi ſunt in inferiori parte loci illius, qui dicitur limbus, aut puniuntur non æternaliter, ſed ad tempus, & hi erant in ſuperiori parte eiuſdem loci, qui dicebatur Abrahæ ſinus. Similiter qui pœna ſenſus puniuntur, aut ſimpliciter, & æternaliter puniuntur, & iſti ſunt in inferno propriè dicto. Aut ad tēpus puniuntur, & iſti ſunt in purgatorio. Determinatur autem locus purgatorius ſecundum legem communem, & ſic credendum eſt, eſſe inferius non ſuperius, ſicut creditur de limbo. Determinatur etiam ſecundum diſpoſitionem diuinam, & ſic diuerſis diuerſa conceſſa ſunt loca, vel propter eorum celeriorem liberationem, vt poſſint alijs ſuam indigentiam reuelare, vel propter noſtrā inſtructionem, vt cogitemus poſt hanc vitam, quam magnum reſtare peccantibus cruciatum, vel propter alicuius ſancti impetrationem, ſicut legitur, ſanctus Patricius cuidam in quodam loco purgationem à Deo impetraſſe. Locus verò infernalis abſq; dubio, eſt ſub terra deorſum, in quo omnes reprobi æternaliter affligentur, tam homines, quàm ſpiritus mali, ſub eodem igne materiali qui ſemper affliget damnatos, nec conſumet, ſecundum exigentiam meritorum excrucians omnes ſenſus. Nec ſolus ignis reprobos inflammabit, ſed & cætera elementa confuſa, & permixta, in reprobos conuertentur, ita quod erit ibi ignis ardens, aqua congelans, aer inquietus, & perturbatus, & terræ fœtor. Vnde Gregorius. In inferno erit frigus importabile, ignis inextinguibilis, fetor intolerabilis.

*De apertione librorum.* *Sectio.* 5.

*In iudicio finali quomodo, & cur acta omnia ſingulis patebunt.*

SEquitur videre de apertione librorum, i. conſcientiarum quæ fiet in iudicio. De qua apertione tenendū eſt, quod in iudicio ſingulis aderit vis diuina, qua fiet, vt omnia merita vel demerita ſibi ipſis, & alijs innoteſcant. Sibi ipſis autem innoteſcent propria, vt in promptu habeant ſinguli cogitationes accuſantes, vel etiam defendentes. Reducentur etiam ad memoriam ſingulorum cogitationes, affectiones, & operationes, & intentiones, ad oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ ſecundum ſtatum illum, & ad oſtenſionem diuinæ miſericordiæ ſecundum ſtatum tranſactum, vel præteritum. Ad oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ in retribuendo ſingulis, ad memoriam reducentur bona, vel mala, in quibus finaliter permanſerūt, quia illa ſola digna ſunt retributione æterna. Ad oſtenſionem diuinæ miſericordię, de preterito rememorabuntur mala bonorum, à quibus ſunt miſericorditer liberati, & bona malorum, quæ eis dominus miſericorditer operatus eſt. Non ſolum autem ſibiipſis, verum etiam ſingulis ſingulorum ſingula innoteſcent geſta, & cogitata bona & mala, & ex tunc nota erunt & aperta omnibus. Et hoc ad certam liberationem meritorum, quæ ſcitur in omnium actuum bonorum & malorum recognitione, ita vt ſinguli de ſingulis meritis aliorum, valeant iudicare. Oſtēſio quippe malorum in bonis, erit ad manifeſtationem diuinæ miſericordiæ, prius ſibi factæ. Oſtenſio bonorum in eiſdem erit ad manifeſtationem iuſtitiæ, qua dignè à Deo præmiātur. Oſtenſio autem bonorum in malis erit ad manifeſtationem diuinæ miſericordiæ, in hoc ſæculo ſibi factæ. Oſtenſio vero malorum in eis erit ad manifeſtationem iuſtitiæ, qua dignè a domino condemnantur. Aperietur nihilominus alius liber, qui eſt liber vitæ, verbum, ſcilicet incarnatum, cuius virtute omnia iſta fiēt, qui in forma deitatis non videbitur niſi à bonis. In forma humanitatis in qua ſententiā promulgabit, videbitur tam à malis, quam à bonis, licet in eadem forma appareat terribilis reprobis, blandus iuſtis.

*De igne conflagrationis.* *Sectio* 6.

DE igne conflagrationis iam modo eſt agendum. De hoc breuiter eſt tenendum, ꝙ ignis præcedet faciem iudicis quo terrę facies exuretur, ita ꝙ figura huius mundi ignium conflagratione peribit, ſicut factum eſt aquarum inundatione diluuium. Sicut enim prius mundus deletus eſt per aquam, quæ eſt frigida, & purgatiua, contra ardorem, & fetorem luxurię, qua illud ſæculum inficiebatur, ſic finalis mundus, per ignem qui calidus eſt, & conſumptiuus finiri debet, contra teporem charitatis & algorem, ſiue frigus auaritiæ, quæ maximè regnabit in ſęculi ſenectute. Et quia tunc hominis iniquitas punietur, neceſſe erit, terreri corda omnium peccatorum, qui vniuerſorum Dominum contempſerunt. Et quia habitaculum debet conformari ſuo habitatori, tunc totus mundus perturbabit homine perturbato, ſicut ſtetit cum ipſo ſtante, & quodammodo cecidit cum labente. Quia etiam tunc iudicis ſeueritas oſtenditur, cum diuinum zelum accipiet omnis creatura, vt ſuo conformetur auctori, & ideo neceſſe erit, totius orbis cardines commoueri; Et quia nihil eſt intenſius, & velocius, & horribilius in agendo, & commouendo cætera elementa, quam ignis, ex omni parte concurrens, hinc eſt, quod ipſius iudicis faciem præcedet ignis, non ex vtraque parte tantum, ſed ex omni parte mundi, ita quod ibi erit concurſus ignis elementaris, terreſtris, purgatorij, & infernalis, & tunc per infernalem reprobi adurentur, per purgatorium iuſti purgabuntur, per terreſtrem terræ naſcentia conſummentur, vtpote vegetabilia, & animalia, per elementarem omnia ſubtiliabuntur, & ad inuocationis faciem diſponentur, & etiam cum hoc non ſolum homines, ſed etiam demones turbabuntur, & tandem homines reprobi, & ſpiritus mali cum infernali igne in baratrum intrudentur.

*Diluuij, & conflagrationis ratio.*

*De cruciatibus inferorum.* *Sectio* 7.

SEquitur videre iam ſeptimò, de tribulatione cruciatuum inferorum. Ad cuius rei notitiam eſt tenendum, quod omnes actualiter peccantes, & in peccatis finaliter perdurantes, pœna triplici apud inferos punientur, ſecundum quod multimoda deordinatio eſt in mortali, & actuali peccato. In omni quippe mortali peccatō eſt deordinata auerſio à ſumma luce, & bonitate, & huic debetur carentia viſionis Dei. Eſt etiam deordinata conuerſio ad bonum cōmutabile, & huic debetur pœna materialis incendij. Eſt etiam tertiò deordinatio voluntatis liberæ, contra dictamen rectæ rationis, & huic debetur vermis intrinſecus. Punietur etiam pœna ęterna, ſecundum quod deordinatio in mortali peccato eſt perpetua. Peccatum enim quod quis committit, & de quo nunquam pœnitet, perpetuò in anima perdurat, & à vita perpetua, ſcilicet Deo, perpetuo ſeparat, & à voluntate procedit, quæ vellet in peccato perpetuo delectari. Et licet illa delectatio tranſiens, ſit momentanea, deordinatio tamen tenet rationem perpetuitatis, ideo pœna deordinationi reſpondens, debet habere carentiam finis, vt ſicut homo in ſuo perpetuo, non appoſuit finem à peccato recedendo ſic Deus in ſuo perpetuo, non deſiſtat à puniendo, & ſicut contra infinitum peccauit, ſic pœnam habeat infinitam. Et quia infinitam pœnam non poteſt habere intenſione, ſaltem infinitam pœnam habeat duratione. Et ſicut voluntas

*Damnatorum pęna triplex*

*Peccatum poſt mortem perpetuum.*

luntas poſt mortem, malo adhæret ſine ſuſceptione pœnitentiæ, ſic Deus ſemper affligat ſine ſententiæ mutatione. Punietur nihilominus pœna acerba, ſecundum quod deordinatio in peccato fuit libidinoſa. Delectatio enim libidinoſa puniri debet per pœnam afflictiuam. Et quia peccatores delectabiliter creaturæ adhæſerunt, & creatorem contumaciter contempſerunt, ideo præcipitabuntur in locum infimum, & maximè à ſtatu gloriæ lōginquum, ſ. in profundiſſimum infernum, vbi exponentur affligendi infimæ naturæ, ſ. fœcibus corporum mundanorum igne fumoſo, & ſulphureo concremandi, in illo igne inſeparabiliter alligandi, & ab eodem ſecundum exigentiam meriti æternaliter cruciandi, nunquam tamen ſubſtantialiter conſumendi. Et ſic patet, quòd in pœnis damnatorum erit varietas, & cum varietate æternitas, & cum æternitate acerbitas.

# CENTILOQVII TERTIA PARS,

Quæ habet. LVII. Sectiones.

### De eo quod eſt frui, & vti. Sectio 1.

DICTO de malo culpæ, quod eſt fugiendum, & de malo pœnæ, quod eſt pertimeſcendum, videndum eſt de bono, & hoc dupliciter. Primò ſub ratione meriti in viatoribus. Secundò ſub ratione præmij in compræhenſoribus. Ad meritum viatorum ſpectat cognoſcere, & diſcernere triplex. ſ. bonum increatum, quod eſt Deus, procreatum, quod eſt mundus: coniugatum quod eſt Chriſtus. Deus eſt creator, mundus creatura: Chriſtus creator, & creatura. Deo eſt fruendum, mundo eſt vtendum, Chriſti Dei felicitate eſt fruendum: Chriſti hominis conformitate eſt vtendum. Sunt ergo res quibus eſt fruendum, vt increatæ: ſunt quibus eſt vtendum, vt procreatæ: ſunt quæ fruuntur & vtuntur, vt Angeli & homines. Res quibus eſt fruendum, faciunt nos beatos: res quibus eſt vtendum ad beatitudinem, adiuuant viatores: res quæ fruuntur & vtuntur, habent Chriſtū Deum & hominem, vt contemplentur delectabiliter eius diuinitatem, & imitentur exemplariter eius humanitatem. Deitas Chriſti maximè beatificat Angelos, & Sanctos compræhenſores, humanitas verò eius maximè lætificat, & ædificat homines adhuc viatores. Eſt autem frui, alicui rei amore inhærere, propter ſeipſam. Vti verò, eſt id quod in vſum venerit, referre ad obtinendum illud, quod fruendum eſt. Item fruimur cognitis, in quibus ipſius voluntas delectata conquieſcit. Vtimur verò eis, quæ ad illud referimus, quo fruēdum eſt. Item aliter accipit hæc duo Aug. dicens. Vti, eſt aſſumere aliquid in facultatē volūtatis. Frui, eſt vti cū gaudio, non adhuc ſpei, ſed iam rei. Videndū eſt ergo per ordinem de his trib. Et primo, de Deo trino, & vno. Secundo, de mundo ex creatura triplici conſtituto. Tertio de Chriſto, & triplici eius beneficio, ſ. doctrina, vel ſcriptura ſacra, gratia virtutum, & medicina ſacramentali.

Bonum triplex.

### Quid de Deo trino et vno credendum eſt, & intelligendum, & exprimendum. Sectio 2.

DE Deo trino, & vno ſecundum fidem rectam, habemus credere, intelligere, & exprimere. Credere de pluralitate pſonarum in vnitate naturæ, hoc eſt, quod in diuinis eſt vna natura, & tres perſonæ; ſ. pater, & filius, & Spiritusſanctus, quarū prima à nulla eſt, ſecūda à prima ſola eſt per æternam generationem, tertia à prima, & ſecūda eſt, per communem ſpirationem: ita quod perſonarum Trinitas non præiudicat vnitati, nec eſſentiæ vnitas piudicat Trinitati. Habemus quoque intelligere, quod in diuinis ſunt duæ emanationes: vna per modum naturæ, qua generatur filius: alia per modū voluntatis, qua ſpirat, & procedit Spiritusſanctus. Tres hypoſtaſes, vna Patris, vna Filij, vna Spiritusſancti. Quatuor relationes, ſ. paternitas, filiatio, ſpiratio, & proceſſio. Quinque notiones. ſ. quatuor prædictæ relationes, & innaſcibilitas eſt quinta, ita quod innaſcibilitas priuatiuè, & paternitas poſitiuè ſunt duæ patris notiones. Filiatio eſt notio filij, ſpiratio actiua eſt communis notio patris, & filij: pceſſio eſt notio Spiritusſancti. Tres ſunt etiam proprietates perſonales, quæ his vocabulis exprimūtur. ſ. pater, & filius, & Spiritusſanctus. Habemus tertium, myſterium Diuinitatis beatè exprimere ſm duos modos prædicandi, ſ. per modum ſubſtantiæ, & per modum relationis. Omnia enim pdicamēta dicta de Deo, tranſeunt in ſubſtantiam, excepta relatione, quæ rōne ſubiecti in quo eſt, tranſit in ſubſtantiam, ne faciat compoſitionē, ratione verò termini ad quem eſt, manet, vt faciat diſtinctionem, ſecundum tres modos ſupponendi, ſ. ſecundum modum ſubſtantiæ, notionis, & perſonæ, de quibus datur talis regula. Quod ſuppoſita eſſentia, non ſupponitur notio, vel perſona, & ſuppoſita notione, non ſupponitur perſona, vel eſſentia: & ſuppoſitā perſona, non ſupponitur notio, vel eſſentia, ſecundum quatuor modos ſignificandi ſubſtantiam, ſ. nomine eſſentiæ, ſubſtantiæ, hypoſtaſis, & perſonæ. Horum quatuor exempla in creaturis ſunt, humanitas quæ eſſentiam, homo qui ſubſtantiam, aliquis homo qui ſignificat hypoſtaſim, ſiue ſuppoſitum, Petrus qui dicit perſonam, ſecundum quinque modos dicendi, ſiue quærendi. ſ. per quis, qui, quæ, quod, & Quid. Quis ratione ſubſtantiæ: qui, ratione hypoſtaſis: quæ, ratione notionis: quod, ratione ſubſtantiæ: quid, ratione eſſentiæ. Secundum tres modos differendi. ſ. ſecundum differentem modum exiſtendi, ſiue emanandi, ſicut differt perſona à perſona. Secundum modum differentem ſe habendi: ſicut differt perſona, & eſſentia, quia perſona vna refertur ad aliam, ſed eſſentia non refertur. Secundum modum intelligendi, ſicut differt vna proprietas ſubſtantialis ab alia, vt bonitas, & ſapientia.

Duo modi prædicā di in diuinis.

### Qualiter Deus trinus, & vnus manifeſtat ſe in effectibus creaturæ. Sectio 3.

DE Deo trino, & vno ſecundum fidem catholicam eſt tenendum, quod licet ſit incommutabilis, inſenſibilis, incircunſcriptibilis, reddit tamen ſe per creaturas diuerſas i. per effectus multiplices manifeſtum, ita quod in creaturis omnibus dicitur Deus eſſe, quantum ad naturam, & hoc tripliciter, ſ. per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, ita quòd extra immenſitatem diuinæ eſſentiæ nihil manet, propter limpiditatem diuinæ præſentiæ nihil latet, contra infinitatem diuinæ potentiæ nihil valet, & ſic eſſe competit beatiſſimæ Trinitati. Dicitur habitare in iuſtis, quantum ad gratiam, quæ eſt effectus beatiſſimæ Trinitatis, ad Deum reducens, & faciens, nos habere Deum, & Deū haberi à nobis, ac per hoc Deus Trinitas in nobis dicitur habitare. Dicitur ſedere in beatis, quantum ad gloriam, ratione cuius Deus trinus in beatorum mentibus quietatur, in quorum poteſtatiua, ſedet vt æquitas: in cognitiua, lucet vt veritas: in affectiua, ardet vt charitas. Dicitur apparere ſenſibiliter cum expreſſa ſigni-

Deus in iuſtis habitat.

Sedet.

Apparet.

ſignificatione, ſicut Spirituſſanctus in ſpecie columbæ
apparuit ſup Chriſtũ,& in linguis igneis ſuper Apoſto
los. Et quia perſonæ diſtinctæ ſunt,diſtinctis poſſunt ſi
gnari ſignis,ita quod tres ſimul perſonæ,(ſicut Abrahã
in tribus Angelis dicitur apparuiſſe trinitas perſonarũ)
poſſunt etiam duæ apparere,& quælibet ſingilatim dici
tur deſcendere de cœlis,& hoc cum effectus,tam ſpiri-
tualis, quam ſenſibilis inchoatione, qui quamuis in ſe
immutabilis perſeueret, tamen de abſente dicitur fieri
nobis præſens, quando in nobis incipit habitare per do
num gratuitum,quod non videmus,ſicut accidebat fre
quenter in eccleſia primitiua. Dicitur mittere, ſiue mit
Mitti & mittere qd
ti, cum æterna productione. Pater ſiquidem mittit fi-
lium,quando inſinuat, quod procedit ab ipſo per æter-
nam generationem, pater & filius mittunt ſpiritũ ſctũ
cum inſinuant,quod procedit ab ambobus per commu
nem ſpirationem. Pater non mittitur, quia a nullo pro-
cedit. Spirituſſanctus non mittit perſonam, ſed mitti-
tur,quia non producit,ſed producitur. Filius vero mit-
titur,& mittit,quia producitur,& producit. Dicitur in-
carnari,per commertium diuinæ naturę, & humanæ in
perſonæ vnione, quæ vnio facta eſt tantum in perſona
filij,quam tamen eſt tota Trinitas operata.

*De appropriatis patri.* *Sectio* 4.

DE Deo trino, & vno ſecundum fidem catholicã,
eſt tenendum, quod licet omnia eſſentialia tribus
perſonis æqualiter, & indifferenter conueniant, tamen
patri dicitur appropriari vnitas,æternitas, ratio princi-
piandi,& omnipotentia. Hæc autem quatuor dicun-
tur appropriari patri, non quia fiant propria,cum om-
nibus perſonis ſint communia, ſed quia ducunt in co-
gnitione perſonæ patris, quæ eſt origo perſonarum in
Trinitate, non habens principium, ſed principians, à
qua etiam fluit omne poſſe. Eſt autem Dei potentia cõ
pleta,non poſſe deficere,cum non ſit de nihilo,non po-
tens ſuccumbere,cum non ſit de aliquo,non potens in-
digere,cum nunquam careat aliquo bono,potentia ve-
ro hominis in peccando deficit,in patiendo ſuccumbit:
in corporalibus actionibus indigentiam includit. Eſt
igitur Deus omnipotens, ita tamen quod eis non attri-
buuntur actus culpabiles,vt poſſe mentiri,& malum fa
cere,nec actus pęnales,vt poſſe metuere,& dolere, nec
actus materiales,ſiue corporales,vt poſſe currere,& am
bulare. Eſt etiam Dei potentia ordinata, ita quod ei nõ
attribuuntur actus inconuenientes,vt poſſe facere ma-
iorem ſe,vel alium Deum æqualem ſibi, vel creaturam
infinitam actu. Quia ſicut dicit Anſelmus,quodlibet in
conueniens(et minimum) eſt impoſſibile apud Deum.

*De appropriatis filio.* *Sectio* 5.

FIlio appropriatur veritas, ſpecies, ratio exemplan-
di,& omnis ſcientia. Hæc autem quatuor dicun-
tur appropriari filio,non quia fiant propria,cum tribus
perſonis ſint communia, ſed quia ducunt in cognitio-
nem filij perſonæ,quę eſt à patre, vt verbum, quod eſt
patri æquale, & ideo ſummè pulchrum, in quo omnia
præuiſa, & diſpoſita exemplantur, à quo tanquam pri-
mo & ſummo exemplari fluit omne ſcire. Cognoſcit
autem Dei ſapientia limpidè omnia bona, & mala, &
præterita,præſentia,& futura, actualia,& poſſibilia,in-
compræhenſibilia à nobis,& infinita. Ita tamen quod
in ſe nullo modo diuerſificatur, licet diuerſa vocabula
Dei ſapientia diuerſimodè appellatur.
ſortiatur. Nam inquantum ipſa ſapientia Dei eſt cogno
ſcitiua omnium poſſibilium,dicitur ſcientia,ſiue cogni
tio. Inquantum eſt cognoſcitiua omnium quæ fiunt in
vniuerſo,dicitur viſio: Inquantum eſt cognoſcitiua om
nium quę bene fiunt,dicitur approbatio. Inquantũ eſt
cognoſcitiua omnium quæ futura ſunt,dicitur præſcien-
tia,ſiue præuiſio. Inquantum eſt cognoſcitiua eorum
quę ab ipſo Deo fienda ſunt, dicitur diſpoſitio. Inquan
tum eorum quæ præmianda ſunt,dicitur prædeſtina
tio. Inquantum eorum quę damnanda ſunt, dicitur re-
probatio. Poſſunt autem ad tria reduci vocabula iſta ſe
ptem, ſ. ad notitiam ſimplicis cognitionis, qua cogno-
ſcit Deus bona, & mala, quæ ſunt, fuerunt, & futura
ſunt,& quæ poſſunt eſſe, & nunquam erunt. Ad noti-
tiam viſionis,qua cognoſcit Deus omnia bona, & ma-
la,quæ ſunt,fuerunt, & futura ſunt. Ad notitiam ap-
probationis,qua cognoſcit Deus quæ ſunt, fuerunt,&
futura ſunt tantum bona.

*De appropriatis Spirituiſancto.* *Sectio* 6.

SPirituiſancto appropriatur bonitas, vſus, ratio fi-
niendi,& voluntas,ſiue beneuolentia. Hæc autem
quatuor appropriantur Spirituiſancto, non quia
fiant propria, cum tribus perſonis ſint communia, ſed
quia ducunt in cognitionem perſonæ Spirituſſancti,
quæ eſt a patre,& filio, vt amor,& donum ſummè pro-
ficuum,& communicatiuum,omnis noſtri deſiderij fi-
nitiuum,ad quod bonum, tãquam an finem ſummum,
tendit omne velle rationabiliter ordinatum, & inclina-
tum. Eſt autem voluntas Dei ſic recta, quod nullo mo
do poteſt obliquari: ſic efficax, quod nullo modo po-
teſt retardari: ſic vnica,quod tamen quinque ſignis ha-
bet ſignificari: quæ hoc verſiculo continẽtur. Imperat,
& prohibet,permittit,conſulit, implet. Dicitur autem
Diuinæ voluntatis ſigna.
voluntas Dei ratione regulata prouidentia, qua omnia
quæ in vniuerſo fiunt,irreprehenſibiliter gubernantur,
cum nihil præcipiat,prohibeat,& conſulat,niſi rectè,ni
hil agat,niſi bene: nihil permittat fieri, niſi iuſtè. Cum
autem voluntas Dei ſit rectiſſima, nullus poteſt eſſe re
ctus,niſi conformetur ei, & nemo poteſt ei conforma-
ri,niſi ſibi ſignis aliquibus innoteſcat, tanquam regula
rectitudinis proſequendæ. Eſt autem duplex rectitudo,
Rectitudo duplex.
quædam neceſſitatis,quæ conſiſtit in faciendo bonum,
ad quod eſt pręceptum, & in declinando malum, pro-
pter quod eſt prohibitio,quædam eſt perfectionis in ſu
pererogando vltra debitum,ad quod eſt conſilium. Eſt
etiam voluntas Dei efficaciſſima, ita quod nullus po-
teſt aliquid efficere,niſi ipſa coefficiente, & ſic eſt im-
pletio in ſignum voluntatis efficientis. Item nullus po-
teſt deficere,vel peccare, niſi ipſa iuſtè, & merito deſe-
rente,& ſic eſt permiſſio, vt ſignum voluntatis diuinæ
iuſtitię deſerentis.

*De quatuor ſimul creatis,& de menſuris durabilium.* *Sectio* 7.

POſtquam vidimus de bono increato,quod eſt
Deus,videndum eſt de bono creato, quod eſt
mundus. Circa productionem autem mũdia-
lis machinę, habemus primò explicare creatu
rę ſummitatẽ. Et ſic dicit Beda,quod quatuor fuerunt
primo creata,quæ dicuntur eſſe coæua, vel fuiſſe, ſcili-
cet natura angelica,cęlũ empyreum, materia quatuor
elementorum,& tempus. Quorum ſufficientia ſic acci-
pitur. Primò debuerũt creari aliqua prima in quolibet
genere creaturæ,ſ. reſpectu creaturarum ſpiritualium,
& corporalium actiuarum, & corporalium paſſiuarũ,
& etiam reſpectu menſurarum. Reſpectu creatura-
rum ſpiritualium primo creata eſt natura angelica, re-
ſpectu creaturarum corporalium actiuarum, eſt pri-
mò creatum cœlum empyreum, de quo dicit Dama-
ſcen. quòd eſt continentia omnium corporalium, & ſpi
ritualium creaturarum. Reſpectu creaturarum cor-
poralium paſſiuarum, primò creata eſt materia qua-

tuor

tupr elementorum. Reſpectu menſurarum primò creatum eſt tempus, quod generaliter accipitur pro menſura cuiuſlibet durationis habentis initium, ſiue finē habeat, ſiue non. Ad cuius rei notitiam ſecundum ꝙ tres ſunt menſurabilium, ſiue durabilium menſuræ principales, ſcilicet æternitas, æuiternitas & tēpus proprie dictum. Æternitas eſt diuinarum perſonarum duratio, quæ non habet principium, neque finem, de qua dicit Boetius, quod eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Æuiternitas, eſt menſura eorum, q̄ hn̄t principium, ſed non finem, ſicut ſunt Angeli, animæ, cæleſtis natura, & materia quatuor elementorū. Hæc mēſura aliquando dicitur æuum, aliquando æternitas creata. Sed quia æternitas propriè dicitur de diuinis, æuum vero aliquādo pro tempore inuenitur, ideo ex his duobus æuiternitas nominatur. Tempus autem propriè dictum eſt menſura eorum, quæ habent principium atq; finem, ſicut ſunt generabilia, atque corruptibilia, quæ ſm motum primi mobilis variantur, vſq; ad completionem numeri quatuor elementorum. Quarta vero differentia non pōt eſſe, quæ careat principio, habens finē.

Tres durationis menſuræ.

*De veritate exprimenda cum excluſione erroris circa productionem mundi,* *Sectio* 8.

SEcundo habemus errorem extinguere, & exprimere veritatem. Propter quod tenendum eſt, qđ vniuerſitas machinę mundialis eſt producta in eſſe ex tempore, in quo excluditur error ponentium mundum æternum. Ex nihilo, in quo excluditur error ponentiū æternitatem circa materiale principium. Ab vno principio, in quo excluditur error Manichæorum, ponentium pluralitatem principiorū. Solo & ſummo, in quo excluditur error ponentium, Deum produxiſſe inferiores crearuras per miniſterium intelligentiarum. In certo pondere, numero, & menſura: in quo oſtenditur, ꝙ creatura eſt effectus trinitatis, ereantis ſub triplici genere cauſalitatis. ſ. efficientis, ratione cuius eſt in creatura vnitas, modus, & menſura exemplaris, ratione cuius eſt in creatura veritas, ſpecies, & numerus finalis, ratione cuius in creatura eſt bonitas, ordo, & pódus. Oīs quippe creatura conſtituitur in eſſe, ab efficiente: formatur ad exemplar: ordinatur ad finem, ac per hoc eſt vna, vera, & bona, modificata, ſpecioſa, & ordinata, mēſurata, diſcreta, & ponderata. Alijs etiam vocabulis prędictus ternarius nominatur ab Auguſtin. in libr. de aīa & ſpiritu. Dicitur eſſentia, ſpecies, & vſus. A Dionyſio, armonia, ſpecies, & commenſuratio. Item ab eodem, ſubſtantia, virtus, & operatio. Ex vna ergo parte cadūt vnitas, modus, eſſentia, ſubſtantia, menſura, & cōmenſuratio. Ex vna veritas, numerus, ſpecies, & harmonia. Ex vna bonitas, ordo, vſus, pondus, & operatio. De primo autem ternario nota, quod vnū nominat ens cōmutabile, connumerabile, & hoc propter indiuiſionem ſui in ſe, verum nominat ens cognoſcibile, & hoc habens per indiuiſionem ſui, à propria ſpecie, bonum, nominat ens communicabile, & hoc habet per indiuiſionem ſui à propria operatione.

In quo creatura Trinitatis effectus oſtendit.

*De triplici differentia creaturæ.* *Sectio* 9.

TErtio circa productionem mundi, habemus attendere creaturę triformitatem. Produxit enim Deus trinus, & vnus differentiam triplicem creaturæ. Nam produxit creaturam purè corporalem, vt eſt mundialis machina, creaturam purè ſpiritualem, vt eſt natura angelica, creaturam ex vtraque compoſitam, vt eſt natura humana. Sic enim decuit Deum producere varia, & diuerſa, vt multiplicitas creaturæ faceret ad perfectionē vniuerſi, quæ conſiſtit in amplitudine ambitus, in ſufficientia ordinis, & influentia bonitatis, ex quibus etiam diuina potentia, ſapientia, & bonitas innoteſcit. Decuit namque Deum ſic res producere, vt eſſent ad manifeſtationem ſuæ potentiæ, quæ quidem apparuit in productione creaturarum ſummè diſtantium, & earundē coniunctione, vt patet in natura humana, in qua corporeum, & incorporeum vniuntur. Item decuit Deum, ſic res producere, vt eſſent in manifeſtationem ſuæ ſapientiæ, quæ maximè ex perfectione ordinis declaratur, qui quidem ordo neceſſario tria requirit, ſcilicet infimum, medium, & ſupremum, infimum fuit natura corporalis, ſupremum natura ſpiritualis, medium natura compoſita ex vtraque. Item decuit Deum ſic res producere, vt eſſent in manifeſtationem ſuæ bonitatis, & beneuolentiæ, quæ maximè conſiſtit in diffuſione, & communicatione in alterum. Sic ergo diuina bonitas communicauit actum nobiliſſimum, qui eſt viuere, & intelligere, vt non tantum daret alij potentiam viuendi, & intelligendi, ſed etiam potentiam ſe communicandi alij, quod factum eſt in homine, in quo ſpiritualis vita, & intellectiua perficit corporalem.

Potentia, ſapientia, & bonitas Dei ꝑ creata patet.

*De productione machinę mundialis.* *Sectio* 10.

DE his tribus differentijs videndum eſt per ordinem, & primo de natura purè corporali, cuiuſmodi eſt machina mundialis, quæ ſex diebus fuit in eſſe producta, ita quod in principio ante omnem diem creauit Deus cęlum, & terram. Prima vero die formata eſt lux: ſecunda, factum eſt firmamentum in medio aquarum: tertia die, ſeparatæ ſunt aquæ a terra, & congregatæ in vnum locum: quarta die, ornatum eſt cęlum luminaribus: quinta die, aer, & aqua ornati ſunt piſcib. & auibus: ſexta die, ornata eſt terra animalibus, & hominibus: ſeptima die, requieuit Deus à nouarum ſpecierum productione, quoniam omnia fecerat, vel in ſimili, ſicut illa quæ propagantur: vel in ratione ſeminali, ſicut illa quæ alijs modis introducuntur in eſſe. Et ſic colligitur ex prædictis, quod triplex fuit operatio diuina in mundi machina producenda, ſ. creatio, diſtinctio, & adornatio. Prima operatio appropriatur patri: ſecunda filio: tertia Spirituiſancto. Creatio fuit ex nihilo, iō fuit in principio ante omnem diem, tanquam rerum oīum, & temporum fundamentum. Diſtinctio vero corporū mūdanorum, fuit modo triplici, ideo per triduum fuit facta, ita ꝙ prima die fuit facta diſtinctio naturę luminoſæ à perſpicua, & opaca, cum lux à tenebris eſt diſtincta. Secunda die eſt facta diſtinctio naturæ perſpicuę à perſpicua, cum aquæ inferiores à ſuperioribus ſunt diuiſæ. Tertia die, facta eſt diſtinctio naturæ perſpicuę ab opaca, cum diuiſæ ſunt aquę à terra. Ornatus autem qui diſtinctioni corporum correſpondet, eſt etiam in triduo conſummatus. Ita quod ornatus naturæ luminoſę eſt factus quarta die, in formatione ſtellarum, & ſolis, & lunæ. Ornatus naturæ perſpicuæ factus eſt quinta die, in qua facti ſunt piſces, & aues, in aquæ, & aeris ornamentum. Sexta die eſt factus ornatus naturæ opacæ, quando factæ ſunt beſtiæ de terra, facta ſunt reptilia, facta eſt humana natura, ad conſummationem omnium prædictorum.

Nota.

*De conſiſtentia machinæ corporalis.* *Sectio* 11.

COnſiſtit autem tota natura corporea maximè in duobus, ſcilicet in natura elementari, & cœleſti. Cœleſtis diſtinguitur in tres cęlos principales, ſcilicet empyreum, cryſtallinum, & firmamentum.

Natura cœleſtis triplex.

mentum. In firmamento autem quòd eſt cęlum, continentur ſeptem orbes, ſeptem planetarum, qui ſunt, Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. Natura vero elemẽtaris diſtinguitur in quatuor ſphæras, ſ. ignis, Aeris, Aquæ, & terræ. Et ſic procedendo à ſummo cœli cardine, vſq; ad centrum terræ occurrunt nobis decem orbes cęleſtes, & quatuor ſphæræ elementares, ex quib. tota mũd i ſenſibilis machina integratur, ita ꝙ cœleſtia influunt in terreſtria, & elemẽtaria, quãtum ad diſtinctam ſignificationem temporum, dierum, menſium, & annorum, dicẽte ſcriptura. Sint in ſigna, & tpa dies, & annos. Influunt etiam quantum ad effectiuam productionem rerum generabilium, & corruptibilium, & corporum humanorum. Sic tamen ſunt in ſigna temporum rerum, & operationum per lucem, calorem, motum, & virtutem, vt non ſint certa ſigna contingentium futurorum, nec influant ſuper liberum arbitrium per vim conſtellationum, quam dixerunt aliqui, Fatum eſſe. Et ſic colligitur ex prædictis, qđ Deus ordinatè res condidit, quantum ad tempus, ordinatè diſpoſuit, quantum ad ſitum, ordinatè gubernat, quantum ad influentiam. In ſcriptura ſacra ordinatè narrat, quantum ad doctrinæ ſacræ ſufficientiam, quæ in principio ſui inſinuat naturam luminoſam, nomine celi, naturam opacam, nomine terræ, naturam perſpicuam, nomine aquæ. Inſinuat & beatiſſimã trinitatem, patrem, in nomine Dei creantis: filium, in nomine principij: Spiritum ſanctum, in nomine Spiritus Dei. Inſinuat etiam nobis appropriata trium perſonarum, ſcilicet omnipotentiam Patris in producendo, omniſcientiam Filij in diſtinguendo, beneuolentiam Spũſſancti in influendo,

Natura elementaris quadruplex.

Gen. 1.

*De ſufficientia cœlorum.* *Sectio 12.*

DE natura celeſti ſpecialiter eſt videndum, Celum quidem ſecundum communem acceptionem, nominat naturam perſpicuam contentiuã. Secundum vero propriam acceptionem, nominat naturam perſpicuã contentiuam, nulli contrarietati ſubiectam. Secundum primam acceptionem, ſeptem cœli à Rabano diſtinguuntur, ſcilicet cęlum aereum, olympum, igneum, ſydereum, aqueum, empyreum. Quorum ſufficientia ſic ſumitur. Cœlum enim natura perſpicua, & contentiua, aut eſt datiua luminis, aut receptiua. Si eſt datiua, aut eſt vniformis non mota, & ſic eſt cœlum empyreum, aut multiformis & mota, & ſic eſt ſydereum, aut vniformis & mota, & ſic eſt cryſtallinum, quarta differentia non habetur, ſcilicet multiformis, & non mota. Si autem natura perſpicua eſt luminis receptiua ſeparabiliter, aut inſeparabiliter. Si inſeparabiliter, aut ſecundum ſuperioris ſuperficiei circulum, & ſic eſt olympũ, quod monti appropinquat olympo. Si vero ſeparabiliter, aut ſecundum ſuperiorem partem, & ſic eſt æthereum, aut ſecundum inferiorem, & ſic eſt aereum. Si autem dicatur cœlum natura perſpicua contentiua nulli contraria, ſic à quibuſdam octo orbes diſtinguuntur, ſcilicet ſeptem planetarum cum octaua ſphæra. A quibuſdam amplius eruditis, nouem, Ab alijs vero vlterius illuſtratis, decem. Horum autem ſufficientia ſic poteſt accipi. Diſtinctio enim cœlorum, aut eſt per primam diuerſitatem formarum, aut eſt per diſpoſitiones motuum, & luminarium contentorum. Si per diuerſitatem formarum, ſic diſtinguuntur tres cœli. Aut enim in cœlo viget natura perfectæ luminoſitatis, & ſic eſt habile ad ſtatum gloriæ, & quietum, ſic eſt empyreum, aut viget in eo natura perfectæ perſpicacitatis, & effectiuæ frigiditatis, & ſic eſt aqueum, ſiue cryſtallinum, quod facit ad conſeruationem rerum corruptibilium, ideo eſt habile ad motum, aut viget in eo natura perfectæ perſpicuitatis ſimul, & luminoſitatis, & effectiuæ caliditatis, & ſic eſt ſydereum, quod facit tranſmutationem inferiorum, ideo eſt multiforme habile ad motum. Si vero cęli penes contenta luminaria diſtinguuntur, ſic eſt orbium diſtinctio attendenda. Aut enim orbis continet ſydereum multitudinem, & ſic eſt cœlum ſydereum, ſiue ſtellatum. Aut continet vnitatem, & ſic ſeptem planetæ, ſeptem orbibus ſunt diſtincti, quibus regitur vniuerſitas temporum, dierum ſeptenar.o diſpenſata.

Celorum numerꝰ diuerſimode computat.

*De quatuor attributis Angelis, cum conditione ſui.* *Sectio 13.*

DE natura pure ſpirituali, cuiuſmodi eſt angelica, ſex per ordinem ſunt videnda, ſ. conditio angelorum omnium, præuaricatio malignorum dæmonum, confirmatio beatorum ſpirituum, diffinitio aliquorum nominum communium, non omnium, diuiſio hierarchiarum diuerſorum ſtatuum, cuſtoditio commiſſorum hominum. De conditione ſupernorum ſpirituum eſt tenendum, quod Angelis à primordio ſuæ conditionis ſunt quatuor attributa, ſ. ſimplicitas eſſentiæ, diſtinctio perſonalis propter rationem naturaliter inſitam, memoria, intelligentia & voluntas, & libertas arbitrij ad eligendum bonum, & reſpuendum malum. Hæc autem quatuor principalia attributa, alia quatuor comitantur, ſ. virtuoſitas in operando, officioſitas in miniſtrando perſpicacitas in cognoſcendo, & immutabilitas in eligendo. Immutabilitas (inquam) poſt electionem, ſiue in bono, ſiue in malo. Subſtantia quippe ſpiritualis, & incorporea, ſimplex, & omni carens diuiſione quãtitatis, cuiuſmodi eſt natura angelica, hoc ipſo quod eſt ſimplex, eſt virtuoſa in operando, hoc ipſo quod eſt virtuoſa, & perſonaliter diſcreta, competit ei diſtinctio officij in miniſtrãdo, hoc ipſo quod eſt ſimplex & virtuoſa, competit ei perſpicacitas in diſcernendo, hoc ipſo quod eſt perſpicax & ſimplex, & habens intellectũ deiformem, habet poſt electionem ſtabilitatem in electo, ſiue bonum fuerit ſiue malum. Sufficientia horum quatuor ſic accipitur. Angelus poteſt conſiderari quadrupliciter, ſ. in ſe, & ſic eſt eſſentiæ ſimplicitas, ad alterum Angelum, & ſic eſt diſtinctio perſonalis, ad Deum, & ſic eſt memoria, intelligentia, & voluntas, in quibus conſiſtit ratio imaginis ad ea, quæ eius regimini ſunt ſubiecta, & ſic eſt libertas liberi arbitrij.

*De præuaricatione ſpirituum malignorum.*
*Sectio. 14.*

DE præuaricatione damnatorum ſpirituum eſt tenendum, ꝙ lucifer primus inter Angelos præſumens de bono priuato appetijt priuatam excellentiam, volens alijs ſuperferri, ideo cum omnibus adhærentibus ſibi, perdidit locum ſummum, ſ. cęlum empyreum, deſcendens in locum imum, ſ. caliginoſum aerem, vel infernum. Cecidit aũt in culpam per liberum arbitriũ, lapſus vero in pœnam per diuinum iudicium. Cadẽs autem factus eſt immutabilis poſt ruinã. Ideo ſtatim fuit obſtinatus in malo, excæcatus à vero, deordinatus in operatione, infirmatus in virtute. Voluntas diaboli obſtinata habet deformitatem in qua eſt continuatio, naturæ variatio, deciſio ſiue minoratio ratione primæ maculæ, a cuius adhæſione nullatenus ſeparatur. Habet nitatem in qua eſt continuatio, quantum ad actum peccandi, tamen interuenit variatio quantum ad genus peccati. Ratio vero in diabolo eſt excæcata. Præcedit aliquãdo futura, quod dicit Aug. fieri quatuor modis, ſcilicet ſenſus vel ingenij acrimonia, longa temporũ experientia, doloſa cautela, quia proponit aliquando facere quę prędicit, aliena doctrina, cum ab angelis aliquid

Status, & voluntas diaboli poſt caſũ.

didicit

Cur miniſteriū diaboli homi nibus inter dictum.

didicit, iuſto Dei iudicio permittente. Miniſterialis diaboli operatio eſt hominibus interdicta, tum propter peccatum infidelitatis, ne attribuatur diabolo quod eſt Dei, tam propter peccatum idolatriæ, quia deſiderat diabolus aliquid ſibi immolari, tum propter peccatum inobedientiæ, quia voluntarium commeritum cum diabolo præciſo tum à Deo quam ab Eccleſia prohibetur. Virtus diaboli peccati merito coarctata, quādo permittitur, vertitur ad miracula facienda, propter tranſmutationes repentinas circa corporeas creaturas. Poſſunt diſcerni diaboli miracula, à miraculis Dei veris quatuor modis, ſ. ex parte principalis agentis. Nam in miraculis Dei operatur virtus potentiæ infinitæ, in miraculis diaboli, virtus creaturæ. Ex parte miniſtri, quia miracula Dei fiunt per publicam iuſtitiam, ſ. per fidem iuſtificantem, quæ publice prædicatur, vel ſigna publicæ iuſtitię, vt in peccatoribus qui per fidem aliquando ſunt miracula operati. Miracula diaboli fiunt per priuatos contractus, & arcana quædam, quia ſic inuentores artis magicæ cum demonibus pepigerunt. Ex parte finis, quia miracula Dei fiunt ad hominum vtilitatem, & Dei gloriā. Miracula dæmonum, & magorum ad deceptionem & fraudem. Ex parte facti, quia miracula Dei ſunt excellē tia, vt ſuſcitare mortuos, illuminare cecos, & ſimilia. Miracula diaboli ſunt vilia, vt facere muſcas, bufones, & ſerpentes.

Miracula diaboli a mirac. Dei in quibus differant.

*De confirmatione ſpirituum bonorum. Sectio. 15.*

SEquitur videre de confirmatione ſpirituum beatorum, de quibus tenendum eſt, quod alijs apoſtatantibus, ipſi immobiliter Domino adhæſerunt, ita qđ alijs per malitiā irreuocabiliter obſtinatis, ipſi ſunt per gratiam, & gloriam in voluntate perfectè confirmati. ſimul. n. tempore non natura, gratiam et gloriam cōuerſionis, & adheſionis ad Deum merito perceperūt, ratione cuius, fuerunt quantum ad volūtatem ſtabiles, & fęlices. In ratione ſunt perfectè illuminati, ſecundum cognitionem matutinam, & veſpertinam. Lux quippe diuina, Angelum illuminans ad cognitionem Dei, Angelum facit lucem. Cognitio autem Dei in ſe dicitur dies, quia pure eſt lux tanquam cognitio, & ratio cognoſcendi. Lux autem angelica diuinitus illuſtrata, habet cognoſcere creaturam, quæ reſpectu Dei, tenebra reputatur, ideo eius cognitio dicitur veſpertina, prout cognoſcitur in ſeipſa, dicitur matutina, prout ex illa cognitione conſurgit mens angelica in laudem Dei, cognitionē illam referens ad cognitionem quam habet in verbo, & virtute. In virtute ſunt perfectè fortificati, ſiue in operādo, ſiue in exequendo, & hoc ſiue aſſumpto corpore, ſiue etiam non aſſumpto. In operatione ſunt perfectè ordinati, ſiue contemplatiua, ſiue adminiſtratiua. Duplex eſt enim vis angelica, contēplatiua, qua contemplantur Deum, & negociatiua, ſiue adminiſtratiua, qua negociantur circa ſalutem hominum. Non poſſunt autem deordinari aſcendendo ad contemplationem Dei, nec deſcendendo in adminiſtrando homini, quia quocunq. mittuntur, ſemper currunt, et militant intra Deum.

Angelorū vis duplex.

*De diffinitionibus Angeli, ordinis, & hierarchiæ. Sectio. 16.*

SEquitur videre de diffinitionibus trium vocabulorum, quæ faciunt ad notitiam Angelorū, quæ ſunt Angelus, ordo, hierarchia. Ex multis nempe Angelis ordo conſurgit. Ex pluribus ordinibus ſaltem tribus, cōſtituitur angelica hierarchia. Angelus diffinitur à Damaſceno ſic. Angelus, eſt ſubſtantia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo miniſtrans, ſecundum gratiam, non naturam, immortalitatem ſuſcipiens. Ordo ſic diffinitur à Grego. Eſt multitudo cœleſtiuum ſpirituum, qui inter ſe in aliquo munere gratiæ ſimilantur, ſicut & in naturaliū datorum munere conueniunt. Triplex autem inuenitur diffinitio hierarchiæ, ſecundum quod triplex eſt differentia hierarchiæ. ſ. diuina, angelica, & eccleſiaſtica. Diuina ſic diffinitur à Dionyſio. Hierarchia eſt diuina pulchritudo vt ſimpla, vt optima, vt conſummatiua. Angelica ſic diffinitur ab eodem. Hierarchia eſt ordo diuinus, ſciētia, & actio, deiforme quantum poſſibile eſt ſimilans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes, proportionabiliter in Dei ſimilitudinem aſcendēs. Eccleſiaſtica magiſtraliter ſic diffinitur. Hierarchia eſt rerum ſacrarum, & rationabilium ordinata poteſtas, debitum in ſubditis obtinens principatum. Hæc autem diffinitio poteſt etiam cōuenire angelicæ hierarchiæ. A Damaſceno diffinitur Angelus quantum ad ſubſtantiam, cum dicit. Angelus eſt ſubſtantia incorporea. Quantum ad virtutem, cum dicit, intellectualis ſemper mobilis arbitrio libera. Vbi tangitur triplex virtus angelica, ſ. cognitiua, cum dicit intellectualis, operatiua, cum dicit, ſemper mobilis, quia infatigabiliter operatur, imperatiua, cum dicit, arbitrio libera. Operatio tangitur, cum dicitur, Deo ſeruiens. Duratio, cum dicitur, gratia non natura immortalitatem ſuſcipiens. Ordo notificatur quantum ad fundamentum, cum dicitur, Ordo, eſt cœleſtium ſpirituum multitudo, & quātum ad complementum cum dicitur, qui inter ſe in aliquo munere gratię ſimilantur, & quātum ad diſpoſitionem, quæ inter hæc medium tenet locum, cum dicitur, ſicut in naturalium donorum participatione conueniunt. Diffinitio angelicæ hierarchiæ notificat ipſam egredientem à Deo per modum imaginis, cum dicit. Hierarchia eſt ordo diuinus, ſcientia, & actio, vt ordo. i. ordinata poteſtas reſpondeat patri, ſciā filio: actio, ſpiritui ſancto: ſecundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Secundò deſcribitur, vt egrediens per modum ſimilitudinis, cum dicitur: deiforme quantum poſſibile eſt ſimilans, quantum ad habitū, & ad inditas Dei diuinitus illuminationes, proportionabiliter in Dei ſimilitudinē aſcendens, quantum ad actum. In diffinitione hierarchiæ increatæ, oſtenditur eſſe vnitas in trinitate, cum dicitur, diuina pulchritudo. Pulchritudo enim ex pluralitate, & æqualitate conſtat. Vt autē oſtendatur, quod pluralitas non præiudicat vnitati, dicitur, vt ſimpla, quod vnitas pluralitati, dicitur, vt optima, quod vnitas ſpectat ad perfectionem pluralitatis, & ē conuerſo ſubiungitur, vt conſummatiua.

Hierarchiæ triplex definitio.

Angelus quid.

*De triplici diuiſione hierarchię. Sectio. 17.*

SEquitur videre de tribus diuiſionib. hierarchię. Prima hæc eſt. Hierarchiarum alia ſuper cœleſtis. i. diuina, alia cęleſtis. i. angelica, alia ſubcœleſtis. i. eccleſiaſtica, vel humana. Omiſſa eccleſiaſtica, & diuina, ſubdiuiditur angelica hierarchia in ſupremā, mediā, & infimam, ſiue per alia vocabula: in epiphaniam, hyperphaniam, & hypophaniam. Epiphania, eſt incaleſcentis actionis incendio, altioris intellectus faſtigio iudicij que libera reſultatio diſtributa. Hyperphania ē, diuina illuminatio ſui particeps interſcalari reuerētia inſigniēs, vſum edocens dominandi, arcenſque contrarium. Hypophania, eſt diuinum participium legibus naturæ occurrens, arcana referens pro capacitate diſcreta. Tertia diuiſio eſt hæc. In ſuprema hierarchia quæ dicitur epiphania, ſunt Seraphin, Cherubin, & Throni. In media ſiue hyperphania, ſunt dominationes virtutes, & ptātes. In infima, ſiue hypophania, ſunt principatus, Angeli, & Archangeli. Aguntur quidem, & agunt Angeli, ſecūdū ordinem hierarchicum in eis initiatum, per naturā conſummatum

Angelorū mutua actio.

ſummatum per glòriam quæ in eis ſtabiliuit liberi arbitrij vertibilitatem: illuſtrauit perſpicacitatem, roborauit virtuoſitatem, & ordinauit officioſitatem. Perſpicacitas rationis in contemplando, aut reſpicit bonitatem deſiderandam, ſic ſunt Seraphin, aut veritatem intelligendam, ſic ſunt Cherubin, aut maieſtatem venerandã: ſic ſunt Throni. Ad Thronos ſpectat reuerẽtia: ad Cherubin ſapientia: ad Seraphin, beneuolentia. Ad perfectã virtuoſitatem, ſpectat virtus imperatiua, quæ eſt in dominationibus, virtus executiua, quæ eſt in virtutibus: virtus expeditiua, quæ eſt in poteſtatibus, quarum eſt arcere cõtrarias poteſtates. Ad perfectã officioſitatem, ſpectat regere, quod faciunt principatus: dirigere, quod faciunt Archangeli: reuelare, quod faciunt Angeli.

*De cuſtodia hominum per Angelos.*
*Sectio.* 18.

Officia Angelorũ erga homines.

IAm ſextò, et vltimò, circa naturam angelicam, de cuſtodia hominum ſuo regimini commiſſorum, eſt videndum. Ad cuius notitiam eſt notãdum, quod Angeli habent ab hominibus defectum quadruplicem releuare. ſ. pronitatem ad malum, difficultatem ad bonũ, longinquitatem à Domino, & tepiditatem à mente. Ad quæ quatuor deſignanda, quatuor nomina Angelorũ, & non plura, ſunt in ſcriptura hominibus reuelata. ſ. Raphael, qui interpretatur medicina Dei, ſiue ſanans Dominus: hic eſt miſſus curare Tobiam à cęcitate oculorum, & Saram ab improperio de occiſione virorum. Et hoc contra duo, quæ ex originali contraximus, quæ ſunt ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia noxiarum, per quę duo reddimur ad malũ labiles. Item Gabriel, qui interpretatur, fortitudo Dei, qua fortificamur, & confortamur ad obſeruantiam præceptorum Dei, & adimpletionem conſiliorum. In ſignum primi, miſſus eſt annunciare ortum pręcurſoris de coniugatis. In ſignum ſecundi, miſſus eſt annunciare ortum Saluatoris de Virgine. Per Ioannis exemplum, reddimur fortes ad expugnandum malum, per Chriſti beneficium, & exemplum, reddimur diſpoſiti & faciles ad bonum. Item Michael, qui interpretatur, quis vt Deus. qui dicitur animas in cœlo Domino præſentare, propter quas de manu diaboli eruendas, commiſit prælium cum dracone. Huius duas ſolennitates ſolenniter celebramus, ſcilicet apparitionis, & dedicationis. In ſignum, quod ipſe pro nobis eſt, dum viuimus in hoc ſæculo, & dum educimur de exilio. Itẽ Vriel, qui interpretatur lucens Deo, ſiue apparens Deo, vel ignis Dei, aut incendium Dei, quæ duplex interpretatio innuit, quod per eius miniſteriũ illuſtramur in veritate, & inflammamur in charitate. Mittuntur enim Angeli, ad illuminandum noſtrum intellectum, & inflammandum noſtrum affectum, & ſi non effectiuè, ſaltem diſpoſitiuè. De hoc nomine, Vriel, legitur in tertio Eſdræ, quia miſſus eſt iſte Angelus ad conſolationem populi Dei, qui ab alienigenis præmebatur. Habent etiam Angeli circa hominem actum triplicem frequentare. ſ. purgare, illuminare, perficere. Primus actus, ordinatur ad amotionem impedimentorum: ſecundus actus, ad cognitionem verorum: tertius, ad dilectionem bonorum. Habent tertiò in hominibus effectum duplicem procreare. Vnum. ſ. reſpectu boni, vel conſeruandi, vel acquirendi, vel augmentandi. Alium reſpectu mali, vel deſerendi, vel vitandi, vel minuendi. Habent nihilominus omnes propter miniſterium humani generis militare. Quidam enim mittuntur ad nos miſſione exteriori, quidam mittuntur ad Angelos propter nos miſſione interiori, ſicut illa ſuperna agmina, quæ præeminent, quæ vſum exterioris officij nunquã habent, tamen ad nos, vel propter nos mittuntur, ſecundum ꝙ dicit Apoſtolus, quod omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Habent quoq; Angeli ad cuſtodiam hominum deputati, ab infuſionẽ animę vſque ad egreſſionem de corpore, conatum diaboli contra hominem refrenare. Vnde dicit Beatus Hieron. Magna eſt dignitas animarum, vt vna quæq; habeat ab ortu natiuitatis ſuę, in cuſtodiam Angelum delegatum. Et beatus Greg. dicit, ꝙ vnuſquiſq; habet vnum bonũ Angelum ſibi ad cuſtodiam, & vnum malum ad exercitium deputatum.

Actus hierarchici Angelorũ ad homines.

*De diffinitionibus animæ.* *Sectio.* 19.

REſtat videre de tertia differentia creaturę, quæ compoſita eſt ex ſpirituali, & corporali, cuiuſmodi eſt humana. Et primò, quantum ad animam: ſecundò quantum ad corpus, tertio quantum ad coniunctum. De anima humana duo ſunt principaliter videnda. ſ. diffinitio, & potentiarum diuiſio. Anima, ſeptem diffinitionibus diffinitur. Prima eſt in lib. de motu cordis. Anima eſt ſubſtantia incorporea, intellectualis, illuminationum quę ſunt a prima, & vltima relatione perceptiua. Secunda eſt Remigij. Anima, eſt ſubſtantia incorporea, regens corpus. Tertia eſt Ariſt. in lib. de Anima Anima eſt actus primus corporis organici phyſici, potentia vitam habentis. Quarta eſt Augu. Anima eſt ſimilitudo omnium. Quinta eſt ſimiliter Auguſtin. Anima eſt ſubſtantia quædam, rationis particeps, regendo corpori accommodata. Sexta ſumitur ex Geneſi. Anima eſt deiforme ſpiraculum vitę. Septima eſt Senecę. Anima eſt ſpiritus intellectualis, in ſe, & in corpore ad beatitudinem ordinatus. Per primam diffinitionem notificatur anima rationalis, prout eſt ſpiritus: per ſecundam, & tertiam, prout eſt anima. Copulatur enim anima, & vnitur corpori, vt motor mobili, & ſic eſt ſecunda: & vt pfectio perfectibili, & ſic eſt tertia. Per alias vero quatuor, quæ ſequuntur, diffinitur vt anima, & ſpiritus: ita quod quarta eſt per comparationem ad creaturas generaliter: quinta per comparationem ad corpus quod perficit: ſexta per comparationem ad Deum tãquam ad ſuam cauſam efficientem: ſeptima per comparationem ad Deum, vt finem vltimum: circa quem non poteſt rationalis anima quietari.

Anima hominis qd, & qualis.

*De diuiſione potentiarum animę, ſecundum magiſtros in quinque membra.*
*Sectio.* 20.

SEquitur videre diuiſionem potentiarum animæ. Ad quarum notitiam habẽdã, quadruplex eſt diuiſio percurrenda. Vna diuiſio ſecundũ magiſtros eſt in quinque mẽbra, ſcilicet in ſenſualitatẽ, ſenſum, imaginationem, rationem, et intellectum. Senſualitas ſecundũ magiſtros, eſt illa potentia, quæ ſenſificat corpus & mouet, & appetit ea quę ſunt delectabilia corpori, & refugit nociua. Sẽſus eſt illa vis animæ, qua homo cognoſcit res corporales præſentes. Imaginatio, eſt illa vis animę, quæ intuetur res corporales abſentes. Ratio eſt illa vis animæ, qua anima inter bonum & malum, inter verum & falſum diſcernit infra ſe. Intellectus eſt illa vis animę qua anima apprehendit res immateriales, & intelligibiles, vt animam, angelum, & Deum. Iſtorum quinque membrorum ſufficientia, ſic poteſt ſumi. Anima eſt quaſi duo, ſicut dicit Augu. Eſt anima, & ſpiritus. Anima, inquantũ corpus perficit & viuificat, ſpiritus inquãtum ſine corpore conſideratur, & ſeparata perdurat. Secundũ vero qđ eſt aĩa, comparatur ad corpus, et corpus ad ani-

De potentijs optima reſolutio.

ad animam:& ſic congruit anima corpori,& aptatur ei, vt influat ei vitam & ſenſum. Et hæc potentia animæ dicitur ſenſualitas. Congruit etiã corpus animę & aptatur ei, vt per corpus perficiatur quantum ad vitam inferiorem. Et hæc potentia dicitur ſenſus. Senſus autem eſt duplex, ſ. interior qui dicitur imaginatio, & exterior qui communiter dicitur ſenſus: vt viſus qui fit per oculum,& auditus per aurem, & ſic de alijs. Ipſa vero anima inquantum ſpiritus, dicitur duplicem habere aſpectum. Vnum reſpectu inferiorum, & vnum reſpectu ſuperiorum, ſecũdum quod dicit Aug. quod anima duas habet partes. ſ. vnam ad ſuperiora reſpicientem,& aliam ad inferiora. Inferiorem magiſtri appellãt rationem, ſuperiorem vero intellectum.

Duplex animę portio.

*De diuiſione potentiarum ſecundum naturales. Sectio. 22.*

SEcunda vero diuiſio ſecundum naturales, eſt in tria membra. Secundum. n. quod anima comparatur ad actus, tres ſunt animæ potentiæ, ad actũ triplicem ordinatæ. Tres quidem ſunt actus animæ primi. ſ. vegetare, ſentire, & ratiocinari. Et ſecundum hoc diſtinguitur triplex animæ potentia. ſ. vegetabilis, ſenſibilis, & rationalis. Nota tamen quod vegetabilis eſt anima in plantis. Senſibilis eſt anima in brutis. Rationalis eſt anima in hominibus. In homine autẽ non ſunt tres animæ, ſed tres potentiæ ſunt dicendæ in anima. Vegetabilis, appetit eſſe, ſenſibilis, bene eſſe, rõnalis, optime eſſe. Vegetabilis, ſubdiuiditur in generatiuam & nutritiuam. Generatiua, eſt ad conſeruationem eſſe vniuerſalis. ſ. ſpeciei. Nutritiua, eſt ad conſeruationem eſſe ſingularis. ſ. indiuidui. Nutritiuæ duplex eſt actus. ſ. nutrire, & iſte actus ſemper eſt neceſſarius, augmentare, & iſte ſolum eſt neceſſarius vſque ad rei completionem. Vnde nutriuntur ſemper animalia, non autem ſemper augmẽtantur. Vis ſenſibilis diuiditur in appræhenſiuam,& motiuam. Apprehenſiua, diuiditur in ſenſum particularẽ,& ſenſum communem, ſiue in ſenſum exteriorem,& interiorem. Senſus particularis ſiue exterior, diuiditur in quinque ſenſus. ſ. viſum, auditum, guſtum, odoratum,& tactum.

In homine eadem eſt anima vegetatiua, ſẽſitiua,& rationalis.

Circa iſtos quinq. ſenſus, tria neceſſario requirũtur, ſcilicet bonitas organi, diſpoſitio medij,& præſentia obiecti. Organum viſus, ſunt pupillæ oculorum, organum odoratus, ſunt nares, organum auditus, ſunt aures, organum guſtus, lingua,& palatum, organum tactus, ſunt nerui totius corporis. Iſta organa deſcendunt ab interiori parte cerebri. In qua quidẽ eſt neruus q dicitur opticus,& deſcendit ad pupillas,& ramificatur in duas partes. Alius deſcendit ad nares, aliud ad aures, quidã alius ad linguam,& palatum, quidam multipliciter ramificatus, eſt organum tactus in toto corpore. Obiecta vero ſenſuum ſunt hęc. Obiectum viſus eſt color,& eius differentiæ. Obiectum odoratus, eſt odor & eius differentiæ. Obiectum guſtus, eſt ſapor & eius differentię. Obiectum auditus, eſt ſonus & eius differentiæ. Obiectum tactus, ſunt elemẽtares qualitates, vt calidum, humidũ, frigidum, ſiccum, rarum,& denſum, leue, & graue, aſperum,& lene. Media ſenſuum ſunt hæc, aer, & aqua, & quodlibet corpus diaphanum, & tranſparens. Illuminatum, eſt medium in viſu. Aer exterior,& interior, eſt medium in auditu. Auris enim concaua, in concauitate habet aerem intrinſecum ſibi connaturalem. Vapor per aerem delatus, eſt medium in odoratu. Res. n. odorifera quaſi fumum ſenſibilem euaporat, ex quo immutatur aer deferens odoratui odoratum. Humor ſaliualis, eſt medium in guſtu. Caro, eſt medium in tactu. Interior diuiditur in tres partes, ſecundum tres partes cerebri, quæ ſunt, anterior in qua eſt imaginatio, media in qua eſt æſtimatiua, poſtrema in qua eſt memoria. Imaginatio aliquando dicitur ſenſus communis, aliquando imaginatio, aliquando fantaſia. Senſus communis, dicitur inquantum ibi concurrunt ſenſus particulares quinque, tanquam lineę ad centrum, ibiq; ligantur. Imaginatio dicitur, inquantũ repræſentat formas prius receptas à particularibus ſenſibus, quamuis abſentes. Fantaſia, in quantum poteſt componere formas nouas ſecundum ſimilitudines eorum, quæ percepit per ſenſus particulares. Aeſtimatiua, eſt illa vis, ſecundum quam dicimus ſagacitatem vel prudentiam in brutis, vt in vulpe ſiue in alijs, in appetendis delectationibus,& refugiendis nociuis. Memoria, eſt vis illa, quæ conſeruat ſiue retinet formas ſenſibilium ſpecierum. Vis ſenſibilis motiua eſt motiuum ſecundum motum mouens vniuerſaliter mẽbra corporis, vt caput, brachia, & armos. Motiua pedũ dicitur greſſibilis, quia ſecũdum eam mouetur animal motu progreſſiuo. Vis rationis diuiditur in intellectũ ſpeculatiuum, qui exercetur in contemplatione veri, & practicum, qui in operatione boni. Secundum hanc duplicem radicem intellectuum, dicuntur vita actiua, & contemplatiua.

Ad perfectam ſenſationem 3. requiruntur.

*De diuiſione potentiarum ſecundum naturales & theologhos. Sectio. 22.*

TErtia diuiſio ſecundum theologos & naturales eſt hæc. Potentiarum, alia corporalis. i. corporis regitiua, alia ſpiritualis. Corporis regitiua diſtinguitur in animalem, vitalem,& naturalem Secundum has vires anima regit corpus. Vis animalis ſecũdum medicos, eſt in cerebro, vitalis in corde, naturalis in epate. Vis animalis, diuiditur in cognitiuam, & motiuam. De cognitiua dictum eſt ſupra. Motiua, diuiditur in iraſcibilem,& concupiſcibilem. Motus. n. animalis aut eſt à malo nociuo, & dicitur motus fugæ, qui eſt ab iraſcibili. Aut eſt ad bonum delectabile, & talis motus eſt à concupiſcibili. Vis vitalis, eſt vis motiua aeris in corpore animalis, per arterias, vnde eſt pulſus. Tanti. n. caloris eſt cor, quod niſi refrigeraretur aere attracto per inſpirationem, & emiſſo per reſpirationem, animal moreretur. Hæc eadem vis eſt motiua ad vocem formandam, eo modo quo formatur vox irrationalis, vt vox auium,& animalium. Vis naturalis compræhendit nutritiuam, & generatiuam. Sed nutritiua eſt ad conſeruationem naturæ ſingularis, generatiua eſt ad conſeruationem naturæ vniuerſalis. Nutritiuæ virtuti aliæ quatuor deſeruiunt. ſ. appetitiua, quæ appetit nutrimentum, digeſtiua, quæ ſeparat conueniens, & non conueniens in alimento, retentiua, quæ tranſmittit ad ſingulas partes corporis, quod conueniens eſt in nutrimento, vt facta deperditio reſtauretur, expulſiua, quæ expellit, quod in nutrimento fuit inconueniens,& nociuum. Spiritualis autem. i. ſpiritus regitiua, diuiditur aliquando ſecundum naturam intellectiuam, et affectiuam, Aliquando ſecundũ officia, vt cum diuiditur ratio in ſuperiorem, & inferiorem. Aliquando ſecundum ſtatus, vt cum diuiditur in intellectum ſpeculatiuum,& practicum. Speculatiuus intellectus, extenſione fit practicus, dum coniungitur voluntati, & operi. Aliquando ſecundum aſpectus, vt cum diuiditur cognitiua in rationem, quæ aſpicit ad inferius, & intellectũ, qui aſpicit ad par,& intelligentiam, quæ aſpicit ad ſuperius. Aliquando ſecundum actus, vt cum fit diuiſio in inuentiuam,& diiudicatiuam. Inuenire. n. & iudicare, ſunt actus potentiæ cognitiuæ ad inuicem ordinati. Aliquando ſecundum differentias, vt cum diuiditur intellectus in agentem,& poſſibilem. Nam prima differentia intellectus, vtitur anima ad abſtrahendum, ſecũda vero ad recipiendum. Aliquando ſecundum diuerſos

Vis animalis, vitalis, & naturalis.

Nutritiuæ quatuor vires deſeruiunt.

Intellectiua,& affectiua.

ſos modos mouendi, & ſic eſt diuiſio voluntatis, ſiue appetitus, in naturalem, & deliberatiuam. Prima eſt diuiſio principalis in intellectum, & affectum, ſiue cognitiuam, & affectiuam, ſiue in rationem, & voluntatē. Voluntas dicitur potentia. Et ſic diffinitur ab Anſelmo. Voluntas eſt inſtrumentum per ſeipſum mouens. Dicitur actus ſiue motus potentiæ, & ſic diffinitur ab Aug. in libr. 38. quæſtionum. Voluntas eſt animi motus, cogente nullo, ad aliquid admittendum, vel non admittendum, vel adipiſcendum, vel non adipiſcendum. Dicitur etiam volitum, vt cum dicit aliquis, hæc eſt mea voluntas. Sex ſunt actus ad voluntatem liberam pertinentes ſecundum Damaſcenum, ſ. conſiliū, iudicium, ſentētia, electio, operatio, & vſus. Liberum arbitrium vult, ecce voluntas. Inquirit & ſcrutatur, ecce conſilium, iudicat, ecce iudiciū, diſponit, ecce ſententia: eligit, ecce electio, quæ eſt duobus placentibus alterum preoptare, impetū facit, ecce operatio: agit, ecce vſus. Ratio autem habet quinque actus, duos per quos dirigetur in finem veri, quorum vnus precedit cognoſcere, & dr ratiocinatio, quę ſic ab Augu. diffinitur. Ratiocinatio, eſt rationis inquiſitio. Huic ratiocinationi eſt inſitum ingenium, qđ diffinitur ab Auguſt. Ingenium, eſt illa vis animę, ſiue intentio, qua ſe extendit anima, & exercet ad incognitorum cognitionem. Alius actus eſt ipſum cognoſcere, q eſt aſpectus veri. Et ſecundum hoc diffinitur ratio ab Aug. Ratio eſt animi aſpectus, quo per ſeipſum verum intuetur. Habet etiam ratio tres actus, per quos dirigitur in finem boni. Primus eſt boni et mali diſcretio, ſiue boni & melioris. Secundus eſt diſcretione facta, boni ſiue melioris electio. Tertius eſt dilectio. De his tribus dicit Augu. Ratio eſt animæ aſpectus, quo bonum & malum diſcernit, virtutes eligit, Deum diligit.

*Voluntas quid.*

*Ingenium quid.*

### *De diuiſione potentiarum ſecundum Auguſtinum. Sectio. 23.*

QVarta diuiſio potentiarum ponitur ab Aug. in libro de Spiritu, & anima, quæ facit ad maiorem euidentiam prædictorum. Diſtinguit autem vires animæ in rationalem, concupiſcibilem, & iraſcibilem. Per rationalem, eſt anima habilis ad cognoſcēdum aliquid infra ſe, & ſupra ſe, in ſe, et iuxta ſe, cognoſcit ſiquidem Deū, ſupra ſe, ſe in ſe, Angelū iuxta ſe, & quicquid cœli continetur ambitu infra ſe, per concupiſcilem & iraſcibilem habilis eſt affici ad aliquid appetendum, vel fugiendum, amandū, vel obediendū. De rōnabilitate, oīs ſenſus animę naſcitur, de concupiſcibilitate, oīs affectus. Affectus quadripartitus eſſe dignoſcit, dū de eo, quod amamus iam gaudemus, vel gaudendū ſperamus, vel cum de eo quod odimus iam dolemus, vel dolendum metuimus. Vnde de concupiſcibilitate gaudium, & ſpes, de iraſcibilitate, dolor & metus oriuntur. Qui quidem quatuor effectus animæ, omnium ſunt vitiorum, atque virtutum quaſi quædam principia, & cōmunis materia. Affectus quidem omni operi nomē imponit. Notandum vero, quod ſenſus animæ virtutes apprehenſiuę vocantur, ſiue cognitiuæ, quæ à rationabilitate oriuntur. Quinque autem ſunt progreſſus ad ſapientiam, ſenſus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia. Senſus, eſt ea vis animæ, quæ rerum corporearum corporeas recipit formas, ſed præſentes. Imaginatio, eſt ea vis animæ, quæ rerum corporearum, corporeas recipit formas, ſed abſentes. Senſus nanque formas accipit in materia, imaginatio extra materiam. Et ea vis exterius formata, ſenſus dicitur, & eadem vſque ad intimū traducta, vocatur imaginatio, quæ de ſenſu oritur. Ratio eſt ea vis animæ, quæ rerum corporearum formas, naturas, differentias, propria, & accidentia omnia percipit incorporea, ſed non extra corpora, niſi ratione abſtentia. Abſtrahit enim in corporibus, quæ fundantur à corporibus, non actione, ſed conſideratione. Intellectus eſt ea vis animæ, quæ inuiſibilia percipit, vt Angelos, dæmones, animas, & omnem ſpiritum creatum. Intelligentia eſt ea vis animæ, quæ immediate ſupponitur Deo, cernit quidem ipſum ſummum verum, & verè immutabile. Sic ergo anima, ſenſu percipit corporea: imaginatione, corporum ſimilitudines: ratione, corporum naturas: intellectu, ſpiritum creatum: intelligentia, ſpiritum increatum ad imaginationem, quæ dicitur ſenſus communis, & etiam phantaſia, pertinent ea quæ vident in ſomnis dormientes, de quibus dicit Auguſtin. quod omnium quæ ſibi videntur videre dormientes, quinque ſunt genera, ſcilicet oraculum, viſio, ſomnium, inſomniū, & phantaſma. Oraculum eſt, cum in ſomnis parens, vel aliqua grauis perſona, ſeu ſacerdos, vel etiam Deus aliquid euenturum aperte, vel non euenturum, faciendum, vel vitandum denuntiat. Viſio, eſt cum id quis videt, quod eodem modo quo apparuerat euenit. Somnium, eſt figuris tectum, & ſine interpretatione intelligi non poteſt. Inſomnium, eſt quādo id quod vigilantem fatigauerat, ſe ingerit dormienti, ſicut eſt cibi cura, vel potus, vel aliqua ſtudia, vel artes, vel infirmitates. Iuxta infirmitates. n. diuerſi diuerſa accipiunt ſomnia. Alia enim vident ſanguinei, alia colerici, alia melancholici, alia flegmatici. Iſti enim vident rubra, & varia: & illi nigra, & alba. Fantaſma, eſt quando vix dormire ceperit qs, & vigilare ſe exiſtimat, & videtur aſpicere irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas diſcrepātes, & varias, lætas, & turbulētas. In hoc genere eſt ephialtes, quem opinantur vulgares, inuadere dormientes, & opprimere quieſcentes, quod eſt niſi fumoſitas, conſcendens ad cerebrum à ſtomacho, vel à corde, vim cōprimens animalem.

*Tres vires animæ.*

*Ad ſapientiā quinq; gradus.*

### *De quo eſt anima. Sectio. 24.*

POteſt colligi ex prædictis, quod anima eſt ens viuens, intelligens, ac libertate vtens. Forma quidem eſt anima, non a ſeipſa nec de diuina natura, ſed à Deo per creationem de nihilo in eſſe deducta. Forma autem viuens eſt non ex natura extrinſeca, ſed ex ſeipſa, non vita mortali, ſed perpetua. Forma vero intelligens, non tantum creata, ſed etiam creatricem eſſentiam, ad cuius imaginem, & ſimilitudinem facta eſt. Imago autem nominat conformitatem in quantitate, ſimilitudo vero, conuenientiam in qualitate. Imago nanque dicit quandam configurationem, & illa importat figuram, quæ eſt quantitas in qualitate, & qualitas in quantitate. Similitudo vero, dicitur rerum differentium eadem qualitas. Ex hac primaria differentia triplex modus diſtinguendi inter imaginem & ſimilitudinem aſſignatur, ſecundum Hugo. Imago reſpicit figuram, ſimilitudo naturam. Alius eſt modus diſtinguendi, quod imago eſt in naturalibus, ſimilitudo in gratuitis: Tertius modus ſecundum Aug. eſt, quod imago eſt in potentia cognoſcendi, ſimilitudo in potentia diligendi. Hæc vltima eſt per appropriationem, pro eo quod in imagine, quæ eſt per creationem, duæ ſunt potentiæ ex parte cognitiuæ, ſ. memoria, & intelligentia: & vna ex parte affectiuæ. ſ. voluntas. Econtrario autem in ſimilitudine, quæ eſt per recreationem ſiue iuſtificationem, duæ ſunt virtutes ex parte affectiuæ, ſ. ſpes, & charitas, & vna ex parte cognitiuę. ſ. fides. Et propterea ponitur imago in potentia cognitiua, ſimilitudo in potentia affectiua. Diffinitur aūt imago ab Hylario in lib. de ſynodis ſic. Imago, eſt eius rei ad, quam imaginamur ſpecies in differentijs. Eſt etiam anima forma libertate vtens, quia ſemper eſt libera à coactione. Hæc

*Animæ definitio.*

*Imago, & ſimilitudo differunt.*

autem

autem libertas à coactione, nihil aliud eſt quam facultas rationis & voluntatis, quæ ſunt potentiæ animæ principales. Hæc autem libertas, conſurgit ex deliberatione præambula, & voluntate adiuncta, & communiter liberum arbitrium appellatur. De quo libero arbitrio videndum eſt, quantum ad diuerſam diffinitionē, & quantum ad variam denominationem. Liberum arbitrium à philoſopho ſic diffinitur. Liberum arbitriū, eſt de voluntate iudicium. A Bernardo ſic in libro de libero arbitrio. Liberum arbitrium, eſt conſenſus ob voluntatis inamiſcibilem libertatem, & rationis indeclinabile iudicium. ab Auguſt, ſic. Liberum arbitrium, eſt facultas rationis & voluntatis, qua bonum eligitur gratia aſiſtente, vel malum eadem deſiſtente. Ab Anſelmo in lib. de libero arbitrio ſic. Liberum arbitrium, eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem propter ſeipſam. Poteſt enim liberum arbitrium conſiderari quantum ad actū, & ſic diffinitur à Bernardo. Quantum ad actum, & obiectum, & ſic ab Anſelmo. Quantum ad actum, & obiectum, & finem vltimum, & ſic ab Aug. Denominatur autem iſta potentia à magiſtro ſententiarum, libertas à coactione, ſiue neceſſitate, a culpa, & a miſeria. A Bernardo verò, libertas arbitrij, conſilij, & complaciti. A magiſtro ſententiarum priuatiuè. A Bernardo poſitiuè, Conſiderari. n. poteſt libertas iſta quantum ad eſſe, & ſic dicitur a magiſtro libertas a coactione priuatiuè. A Bernardo libertas arbitrij poſitiuè. Itē quantum ad bene eſſe, ad quod requiritur duplex bonum. ſ. bonum rectificans, ſiue ordinans, & bonum delectans, ſiue quietans. Et excluditur duplex malum, ſ. malum deformās, & malum affligens. Reſpectu mali deformantis dicitur à magiſtro libertas à culpa priuatiuè. Reſpectu boni rectificantis, dicitur à Bernardo libertas conſilij poſitiuè. Reſpectu mali affligentis, dicitur à magiſtro libertas à miſeria priuatiuè. Reſpectu boni quietātis, dicitur à Bernardo libertas complaciti poſitiuè.

Liberum arbitrium, qd & quale.

*De conditione humani corporis.* *Sectio.* 25.

SEquitur videre de natura compoſita, hoc eſt humana natura quantum ad corpus. Fuit enim corpus primi hominis de limo terræ conditum, & formatum, animæ ſubiectum, & proportionabile ſuo modo. Proportionabile (inquam) fuit, quantum ad æqualem complexionem, & quantum ad pulcherrimam & multiformem organizationem, & quantum ad ſtaturæ rectitudinem. Quamuis enim corpus & anima multum diſtent, tamen intimum ſpiritus, & ſupremum corporis, ſunt vnibilia miro modo. Spiritus. n. animalis ſiue rationalis habet potentiam viuificandi, potentiam vegetandi, & potentiam ſentiendi. Corpus vero, habet complexionis æqualitatem, organorum multiformitatem, & ſpirituum ſubtilitatem ſecundum triplicem differentiam. Habet namq; ſpiritum vitalem, ſpiritum naturalem, & ſpiritum animalem. Comparādo igitur complexionis æqualitaem, ad potentiam viuificatiuam, per medium ſiue vinculum ſpiritus vitalis, optimus eſt nexus. Similiter comparando non ſolum complexionem æqualem, verumetiam organizationis perfectionem, ad potentiam vegetatiuam, & ſenſitiuam, mediante ſpiritu naturali, & animali, optima eſt proportio, & mirabilis nexus. Vnde ſicut terra & ignis, quamuis multum diſtent, duplici tamen medio connectuntur, vno quod magis communicat cum igne, alio quod magis communicat cum terra, ſic eſt in propoſito intelligendum. Rurſus quoniam anima tanquàm ab beatitudinem ordinata, & habilis, tendit ſurſum, corpus habet ſtaturæ rectitudinem, & caput ſurſum erectum, vt ſic rectitudini ſpiritus atteſtetur. Fuit etiam corpus animæ ſubijcibile & ſubiectum, ita q; eſſet ob

Quo modo corpus et anima rationalis inter ſe longiſſimè diſtantia in homine cōnectantur.

temperans, ſine rebellione: vegetabile, ſine defectione, propagabile, ſine libidine. Vnde datus eſt ſibi paradiſi terreſtris locus in tranquillam habitationem, datum eſt ei lignum vitæ, ad continuam vegetationē, formata eſt ei mulier de latere viri, in conſortium & adiutorium, ad immaculatam propagationem. Et quia homo ex homine (ſicut eſt in cæteris) ſeminaliter propagatur, de ratione ſeminali eſt aliquid adiungendum. Ad quod notandum eſt, quod cauſa & cauſalis ratio communis eſt ad principium extrinſecum, & intrinſecum, quantum eſt de vi nominis. Semen vero & ratio ſeminalis, reſpicit principium intrinſecum. Poſſunt tamen diſtingui, vt cauſa & ratio cauſalis accipiatur quantum ad principium increatum, ſemen, & ratio ſeminalis quantum ad principium creatum. Differunt tamen cauſa, & ratio cauſalis, quia cauſa dicit principium productiuum, ratio vero cauſalis, dicit regulam dirigētem illud principium in operatione ſua. Similiter etiam differunt ſemen, & ratio ſeminalis. Regula autem agentis increati, eſt forma exemplaris vel idealis. Regula agentis creati, eſt forma naturalis. Et ita rationes cauſales ſunt formæ ideales, vel exemplares, rationes vero ſeminales, ſunt formæ naturales. Et ſecundum hoc patet, q; rationes cauſales & primordiales, ſunt idem re, differentes ſolum ratione. Primordiales dicuntur, per priuationem prioris, cauſales, per poſitionem poſterioris. Et primordiales reſpiciunt Deum, & primum principium, cauſales reſpiciunt Deum, & vltimum finem, qui eſt cauſa cauſarum. Similiter naturales rationes, & ſeminales, idem ſunt re, ſed differunt ratione, quia ſemen dicit vt ex quo, natura vt à quo, ratio ſeminalis attenditur inquantum dicit potentiam naturæ, vt ex aliquo aliquid fiat. Vel ſeminalis ratio, reſpicit inclinationem, & virtutem intrinſecam, quæ mouet & operatur ad affectus productionem, naturalis vero ratio concernit producentis ad productum aſſimilationem & modi agendi aſſuetudinem.

Ratio ſeminalis.

Rationes cauſales, & primordiales.

*De toto homine, ex corpore, & anima conſtitutio.* *Sectio.* 26.

IAm tertio eſt vidēdum de toto homine, ex anima & corpore conſtituto. De quo doctrinaliter eſt tenēdū, quod homini datus eſt duplex ſenſus. ſ. interior ſiue mentis, & exterior ſiue carnis. Datus eſt ei duplex motus. ſ. imperans in volūtate, & exequens in corpore. Datum eſt ei duplex bonum, vnum viſibile, alterum inuiſibile. Datum eſt ei duplex pręceptum. ſ. naturæ, & diſciplinę. Pręceptum naturæ: Creſcite & multiplicamini. Præceptum diſciplinę: De ligno ſcientię boni & mali ne comedas. Datum eſt ei quadruplex adiutorium. ſ. ſcientiæ, & conſcientię, ſynderеſis, & gratiæ. Et ſic pōt colligi ex prædictis, q; creatura mundi eſt quaſi quidā liber in quo relucet, repręſentatur, & legitur trinitas fabricatrix ſecundum triplicem modum expreſſionis. ſ. per modū veſtigij, per modum imaginis, & per modum ſimilitudinis: ita quod ratio veſtigij inuenitur increaturis omnib. ratio imaginis, in ſolis intellectualibus ſiue rationalib. ratio ſimilitudinis, in ſolis deiformibus. Omnis enim creatura Deum habens vt principium, configuratur ei per vnitatem, veritatem, & bonitatem, & hoc eſt veſtigium habens Deum, vt obiectum, ipſum capit per memoriam, intelligentiam, & voluntatem, hæc eſt imago habens Deum, vt donum infuſum, configuratur ei per fidem, ſpem, & charitatem, ſiue per viſionem, tentionem, & perfectam dilectionem, in hoc eſt ſimilitudo. Et quia imago eſt expreſſa ſimilitudo, & hæc in creatura rationali, ſecundum gradum triplicem inuenitur ampliato nomine, poteſt diſtingui triplex imago in creatura rationali, qua repræſentatur expreſſe

Quibus præditus fuerit homo a principio.

Trinitas

trinitas fabricatrix Eſt. n. imago creationis, quæ conſiſtit in tribus potētijs, & in vnitate ſubſtantiæ, ita quod memoria repræſentat Patrem, intelligentia Filium, & voluntas, Spiritumſanctum. Subſtantia vero animæ cum ſit vna, repræſentat diuinæ eſſentiæ vnitatem. Eſt etiam imago recreationis, que conſiſtit in tribus virtutibus theologicis, & vnitate gratiæ gratum facientis, ita quod fides repręſentat Filium, ſpes, Patrem, & charitas, Spiritumſanctum. Vnitas vero gratiæ gratum facientis, repræſentat eſſentiæ vnitatem. Eſt & imago glorificationis, quæ conſiſtit in tribus dotibus glorioſis, & vnitate gloriæ, ita quòd aperta viſio repræſentat Filium ſecura tentio, repræſentat Patrem, perfecta dilectio, Spiritumſanctum, vnitas vero gloriæ repræſentat vnitatem eſſentiæ. Prima imago eſt animarum a Deo exeuntium per creationem. Secunda, eſt ad Deum redeuntium per iuſtificationem. Tertia, eſt ad Deum peruenietium per glorificationem. Prima, dicitur proprie imago naturæ, & eſt angelorum omnium & omnium rationalium animarum. Secunda dicitur ſimilitudo gratiæ, & eſt Angelorum conuerſorum & animarum iuſtarum, non autē Dæmonum, nec hominum peccatorum. Tertia, dicitur deiformitas gloriæ, & eſt Angelorum Sanctorū, & Beatarum animarum. Hæc autem tria operatur tribus vicibus, per ſingulos hominum beatorum benignitas Saluatoris.

Imago triplex.

*De vnione naturarum in Chriſto. Sectio. 27.*

POſtquam vidimus de bono increato, quod eſt Deus, & de bono creato, quod eſt mundus. Videndum eſt aliquid de bono ex vtroque coniugato, quod eſt Chriſtus. De quo breuiter tria ſunt videnda. ſ. naturarum ſociatio, gratiarum exuberatio, & pœnarum toleratio. Quantum ad naturarum vnionem in Chriſto, tenere debemus, quòd in fine ſæculorum, quando venit plenitudo temporis, poſt legem naturæ, & ſcripturæ, poſt Patriarchas, & Prophetas, quibus, & per quos fuit incarnatio repromiſſa, dignatus eſt filius Dei incarnari, propter homines redimendos, & tunc Angelo nunciante virgini Mariæ incarnationis myſterium perficiendum in ipſa, virgo credidit, appetijt, & conſenſit, & deſcendit Spiritusſanctus ſuper eam ad ſanctificandum, & fœcundandum, cuius virtute virgo cōcepit Dei filium, quem virgo peperit, & poſt partum virgo permāſit. Cōcepit non ſolum carnem, verumetiam carnem animatā, & verbo vnitam, & nulli peccato obnoxiam, ſed omnino ſanctam & immaculatam, ratione cuius dicitur mater Dei, & virgo Maria. Hanc autem incarnationem fuit tota Trinitas operata. Per quam quidem incarnationem, facta eſt aſſumptio carnis à diuinitate, & vnio diuinitatis cum carne viuifica ſpiritu rationali, ſecūdum potentiam vegetandi, ſentiendi, & intelligendi. In hac autem incarnatione, non eſt facta vnio in vnitate naturæ, ſed perſonæ, non humane, ſed diuinæ, non aſſumpte, ſed aſſumentis, non perſonæ cuiuſlibet, ſed perſonæ ſolius verbi. Hęc vero vnio tanta fuit, vt faceret Deum hominem, & hominem Deum, ita quod quicquid dicitur de filio Dei per naturam, dicitur de filio hominis per gratiam, & econtra, exceptis his, in quibus exprimitur vnio, & includitur negatio. Non enim poteſt dici, quod humana natura diuinam naturam aſſumpſerit, vel ſibi vnierit, ſed quod aſſumpta fuerit, & vnita. Similiter non poteſt dici, quod filius Dei inceperit eſſe. Hoc. n. negatur de aſſumente, ſed vere dicitur de aſſumpto.

*De perfectione gratiarum in Chriſto. Sectio. 28.*

SEquitur videre de perfectione gratiarum, quæ fuerunt in Domino Ieſu Chriſto, de quibus tenēdum eſt, quod in Chriſto a ſui conceptione fuit plenitudo omnis gratiæ, & quantum ad gratiam ſingularis perſone, & quantum ad gratiam capitis, & quantum ad gratiam vnionis, ita quòd per gratiam ſingularis perſonæ habuit omnis peccati immunitatem, & quantum ad actum, & quantum ad poſſe, quia nec peccauit, nec peccare potuit. Quantum ad gratiam vnionis dignus eſt non ſolum fœlicitate gloriæ, verumetiam adoratione latriæ, quæ eſt cultus reuerentiæ ſoli Deo debitus. Per gratiam vero capitis, innuit motum, & ſenſum in vniuerſos, qui ad eum accedunt per fidem rectam, vel per fidei ſacramenta, ſiue aduentum eius præceſſerint, ſiue fuerint ſubſecuti. Chriſto enim conſiderato in ſe quantum eſt ſingulare, ſiue indiuiduum, competit gratiā ipſū ſanctificans, & confirmans, quam vocamus gratia ſingularis perſonæ. In comparatione ad verbum vnitum, competit ei gratia vnionis, ratione cuius habuit ſuperiorem naturam, & inferiorem, diuinam & humanam, adorabilem, & adorātem. In comparatione vero ad corpus myſticum, competit ei gratia capitis, hac ratione, quia ſicut caput habet in ſe ſenſuum plenitudinem, & cæteris mēbris eſt conforme, cæteris membris præſidet, cæteris præſtat beneficium influentiæ, quæ ipſi capiti connectuntur: ſic Chriſtus habens in ſe gratiæ ſuperabundātiam, nobis conſimilis in natura, præ cæteris ſanctis, & ſanctus, & iuſtus, cæteris, qui ad ipſum accedūt, præſtat beneficium gratiæ, & ſpiritus per quem fit ſenſus, & motus in Spiritualibus, ſenſus (inquam) cognitionis, & veritatis, motus dilectionis, & charitatis.

*De plenitudine ſapientiæ in Chriſto. Sectio. 29.*

VIdimus de plenitudine gratiæ, quam habuit Chriſtus in affectu, videamus ſubſequenter de plenitudine ſapientiæ, quam habuit in intellectu. Et ſic tenendum eſt, quod in verbo incarnato fuit omnis ſapientiæ plenitudo, nō ſolum ad cognita, verumetiam quantum ad modos, & differētias cognoſcendi. Fuit namq; in Chriſto cognitio ſempiternalis ex parte diuinitatis, cognitio ſenſibilis, ex parte ſenſualitatis, & carnis, cognitio ſcientialis, ex parte mentis, & ſpiritus. Et hęc fuit triplex, quedam per naturam, quędam per gratiam, quædam per gloriam. Vnde ſapientiam habuit, vt Deus & homo, vt comprehenſor, & viator, vt perfecte illuminatus per gratiam, & vt recte formatus per naturam. Et ita in vniuerſo, fuerunt in Chriſto quinque modi ſciendi, ſiue cognoſcendi. Primus, ſecundum diuinam naturam, & ſecundum hoc, cognouit omnia actualia & poſſibilia, finita & infinita, cognitione actuali & comprehenſiua. Secundus, per gloriam, & hoc modo cognouit omnia actualia & finita, cognitione actuali, infinita vero cognitione habituali. Tertius, per gratiam, & hoc modo cognouit omnia ſpectantia ad humani generis redemptionem, longe excellentius, & melius, quam aliquis Prophetarum, & Angelorum. Quartus, ſecundum naturam integram, cuiuſmodi fuit in Adam, & hoc modo cognouit, quæ ſpectant ad mundanam machinam conſtruendam excellentius, & melius quàm ipſe Adam. Quintus, ſecundum ſenſibilem experientiam, & hoc modo cognouit omnia, quæ veniunt ad organa ſenſuum, ſecundum quem modum dicitur, quod didicit ex his quę paſſus eſt obedientiam. Debuit quidem in Chriſto eſſe quintuplex iſte modus. Nam res habent eſſe in æterna arte, in humana mente, & in proprio genere. In arte cognouit res per naturam diuinitatis, & per gloriam comprehenſionis. In mente per habitum naturalem ſiue innatum, ſicut cognouerunt angeli, per habitum gratuitum, & infuſum, ſicut cognouerunt ſancti Dei,

Quinque modi ſciendi in Chriſto.

Heb. 5.

per

per Spiritumſanctum illuminati. In proprio genere, cognouit via ſenſus, memoriæ, & experientiæ, quæ in nobis facit rem incognitam cognoſci, in Chriſto autem rē cognitam ſecundum vnum modum, fecit per modum alium eſſe notam.

### *De plenitudine meriti Chriſti. Sectio. 30.*

SEquitur videre de plenitudine meriti, quam Chriſtus habuit in opere, & effectu. Et ſic eſt tenēdum, quod in Chriſto domino fuit omnis meriti perfectio, & plenitudo. Primò, quantum ad eum qui merebatur, quia non tantum erat homo verumetiam Deus. Secundò, quantum ad tempus in quo merebatur, quia ab inſtanti conceptionis, vſque ad horam mortis. Tertiò, quantum ad id quo merebatur, propter perfectiſſimū habitum charitatis, & perfectiſſimum exercitium virtutis in agendo, orando, & patiendo.

Quartò, quantum ad eum cui merebatur, quia non tantum ſibi, ſed etiam nobis, immo oībus iuſtis. Quintò, quantum ad id quod merebatur nobis, quia non tantum gloriam, verumetiam gratiam, & veniam. Non tantum gloriam ſpiritus, verumetiam ſtolam carnis, et apertionem ianuę cœleſtis. Sextò, quantum ad id quod merebatur ſibi, quia licet non mereretur glorificationem mentis quam iam habebat, merebatur tamen accelerationem reſurrectionis, & glorificationem ſui nominis, & dignitatem iudiciariæ poteſtatis. Septimo, quantum ad modum quo merebatur. Cum enim dicatur tripliciter quis mereri. ſ. vel de indebito facere debitum, vel de debito facere magis debitum, vel de debito vno modo facere debitum alio modo. Omnibus his modis meruit nobis. Tertiò, tantummodo meruit ſibi, faciente ad hoc plenitudine Spiritusſancti, per quam Chriſtus ſimul erat beatus, & in ſtatu merēdi, ita quod ſupra eius meritum omnia noſtra merita habent fundari. Cum in Chriſto ſi quidem fuerit plenitudo gratiæ in affectu, & plenitudo ſapientiæ in intellectu, neceſſe fuit quod in ipſo eſſet plenitudo, & perfectio meriti, ſecundum omnē modum plenitudinis.

Trib. modis meruit nobis Chriſtus.

### *De tolerantia paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sectio. 31.*

SEquitur videre de tolerantia paſſionis circa dominum Saluatorem. Sciendum eſt, quod Chriſtus aſſumpſit non tantum naturam humanam, ſed etiam defectus circa naturam humanam. Aſſumpſit. n. pœnalitates corporales, vt famem, ſitim, & laſſitudinem. Aſſumpſit & ſpirituales, vt triſtitiam, gemitum, timorem, & dolorem. Nec tamen omnes corporales aſſumpſit, ſicut ſunt defectus ægritudinum multiformium. Nec omnes ſpirituales, ſicut ſunt ignorantia, & rebellio carnis ad ſpiritum, & econtra. Nec eas qualitercunque aſſumpſit, quia ſic neceſſitate patiendi aſſumpſit, vt nihil pati poſſet inuitè, nec ſecundum diuinitatis voluntatem, nec ſecundum voluntatem rationis, licet paſſio fuerit contra voluntatem ſenſualitatis & carnis. In natura paſſibili ſic aſſumpta paſſus eſt paſſione generaliſſima, quantum ad naturam humanam, quia non ſolum ſecundum omnia membra corporis principalia, verum etiam ſecundum omnem animæ potentiam, licet nihil pati poſſet ſecundum naturam diuinam. Paſſus eſt paſſione acerbiſſima, tùm propter complexionis æqualitatem, tùm propter ſenſuum viuacitatem, tum propter ſuſpendij continuitatem, tum quia doluit propter vulnera vt patiens, tum quia doluit propter noſtra delicta, vt compatiens. Paſſus eſt paſſione ignominioſiſſima, propter patibulum crucis, quòd erat ſupplicium latronum, & peſſimorum, & propter conſortium iniquorum latronum. ſ. cum quib. reputatus eſt. Paſſus eſt tandem paſſione interemptoria, per ſeparationē animæ a corpore, ſalua tamen vnione vtriuſq; cum diuinitate. Anathema. n. eſt, qui dicit filium Dei naturam quam ſemel aſſumpſit reliquiſſe. Peracto autem myſterio paſſionis, deſcendit anima Chriſti ad deliberationem eorum, qui inter membra ſua deceſſerant per fidem rectam, vel per fidei ſacramenta, tertia die rediens ab inferis, corpus quod prius viuificauerat, factum immortale et impaſſibile reaſſumpſit, poſt 40. dies cęlos aſcendit, interiectis decem diebus, Spiritumſanctum miſit.

Qualem aſſumpſerit verbū humanam naturam.

Magnitudo paſſionis Chriſti declaratur.

### *De ſacra ſcriptura quantum ad duo teſtamenta. Sectio. 32.*

SEquitur videre de triplici beneficio Chriſti, & primo de doctrina ſacra, ratione cuius dicitur plenus veritatis ad homines deſcendiſſe. Doctrinam ergo ſacram, ſiue ſcripturam diuinam habemus conſiderare quantum ad diuerſitatem teſtameutorum, quantum ad generalitatem contentorum, & quantum ad ſpecialitatem præceptorum. Et ſic ſcriptura ſacra in duo diuiditur teſtamenta, vetus ſcilicet & nouum. Vetus habet multitudinem librorum. Habet enim libros legales quinque, ſcilicet Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeri, Deuteronomium. Habet hyſtoriales decem, qui ſunt, Ioſue, Iudicum, libri regum quatuor, libri Paralippomenon duo, libri Eſdrę tres, libri Thobiæ, Iudith, Eſter, Iob, & libri Machabæorum duo, Sapientiales ſunt quinque, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Cantica, liber ſapientiæ, & Eccleſiaſticus, Prophetales ſunt ſex, ſcilicet Iſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, liber Pſalmorum, & libri duodecim prophetarū, qui ſunt Oſeæ, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naū, Abacuch, Sophonias, Ageus, Zacharias, Malachias, Nouum teſtamentum habet etiam libros multos. ſ. euangelia quatuor, primum ſecundum Matthæum, ſecundum ſecundum Marcum, Tertiū ſecundum Lucam, quartum ſecundum Ioannem. Habet actus Apoſtolorum. Habet epiſtolas Pauli quatuordecim, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galathas vnā, ad Epheſeos vnā, ad Philippenſes vnam, ad Colloſſenſes vnam, ad Theſſallonicenſes duas, ad Tytum vnam, ad Philemonem vnam, ad Timotheum duas, ad Hæbreos vnam. Et ſeptem canonicas, ſcilicet vnam Iacobi, duas Petri, tres Ioannis, vnam Iudæ. Habet etiam librum Apocalipſis. Nouum teſtamentum, & maxime quatuor euangelia, quatuor qualitatibus ſecundum Hiero. contexuntur, quæ ſunt præcepta, mandata, teſtimonia, & exempla. Præcepta ſunt ad declinandum à malis, mandata ad faciendum bona, teſtimonia ad credendum vera, exempla ad imitandum, & explendum honeſta. Timor incutitur pręceptis, fides roboratur teſtimonijs, ſpes erigitur exemplis, charitas conſummatur mādatis. Aſſignatur autem differentia inter legem Moſaycam, & Euangelicam in hunc modum, quia lex Moyſi dicitur lex figurę, lex pœnæ, lex literalis, lex occidens, lex timoris, lex ſeruitutis, lex oneris. Lex autem euangelica dicitur lex veritatis, lex gratiæ, lex ſpiritualis, lex viuificans, lex amoris, lex libertatis, lex facilitatis. In lege quippe euangelica, quatuor conditiones nobiliſſimæ ſunt dictæ, ſcilicet documenta inſtruentia, promiſſa incitantia, ſacramenta adiuuantia, & conſilia perficientia, quæ ſunt conſilium paupertatis altiſſimæ, caſtitatis mundiſſimæ, & obedientię ſiue humilitatis ſubiectiſſimæ. Agitur enim de ſeptem in vniuerſo in ſacra ſcriptura tam noui quam veteris teſtamenti, ſcilicet de Trinitate Dei, & de creatura mundi, de corruptela peccati, de incarnatione verbi, de gratia Spiritusſancti, de medicina ſacramentali, de ſtatu finalis iudicij. Sunt ſpecialiter in ſcriptura quatuor genera præceptorum, ſcilicet quædam ceremo-

Scriptura ſacra tripliciter conſiderantia.

In euangelio contenta.

Res de quibus ſcriptura S. agit.

Præceptorum 4. genera.

nialia

nialia,vt non arabis in boue & aſino, quædam ſacramẽtalia,vt de vitula rufa,& alijs ſacrificijs, & de circunciſione,quædam iudicialia,vt oculum pro oculo,dentem pro dente,quędam moralia, vt decem pcepta decalogi.

*De præceptis decalogi. Sectio. 33.*

Salus hominis fide & morib. conſtat

PRæcepta decalogi ſunt ſpecialiter declaranda,quę dicuntur moralia, quia cum fide ſunt ad ſalutem hominum neceſſaria.In fide enim & moribus,eſt ſalus hominum conſtituta. Fuerunt autem conſcripta digito Dei in duabus tabulis lapideis,in ſignum geminæ charitatis,diuinæ.ſ.& humanæ. De quibus breuiter duo ſunt videnda,ſ.ordinatio, & numeri ſiue ſufficientiæ aſſignatio.Ordinantur autem à Ioſepho hiſtoriographo,ſecundum ordinem rei geſtæ,quinq; in prima tabula, & quinque in ſecunda. Secundum eundem ordinem ab Auguſt.tria in prima tabula, & ſeptem in ſecunda. Origenes conſiderans materiam eorum, quæ ordinantur,diſtinguit primum in duo, ſcilicet non habebis Deos alienos præter me, & non facies tibi ſculptile. In quorum primo, prohibetur adoratio ſtatuæ nihil habentis ſimile in naturis, ſecundo prohibetur adoratio ſtatuæ habentis ſimilitudinem cum aliqua creatura. Duo vero vltima ſecundæ tabulæ non diſtinguit, reputans ea eſſe vnum, ſcilicet non concupiſces vxorem proximi tui, & non deſiderabis rem eius. Auguſtin.vero, conſiderans finem ad quem præcepta decalogi ordinantur,primum non diſtinguit,quia vtrobiq; ſecundum intentionem idolatria prohibetur.Et ſic ponit tantum tria in prima tabula. Præceptum vero de concupiſcentia vxoris, & poſſeſſionis alienæ, diſtinguit in duo,quia alio fine concupiſcitur vxor ad vſum voluptatis, alio fine concupiſcitur poſſeſſio ad vſum cupiditatis, & ſic ſeptem ponit in ſecunda. Augu.ergo ſequentes (quia tria ponit in prima tabula, & ſeptem in ſecunda) ſufficientiam numeri aſſignemus.In prima tabula tria fuerunt præcepta ordinantia ad Deum,quorum ſufficientia poteſt ſumi penes ſubiectum,quod eſt triplex in nobis, ſcilicet potentia iraſcibilis, quæ ordinatur per præceptum de proteſtatione veritatis,potentia concupiſcibilis, quæ ordinatur per præceptum de ſabbatizatione mentis, potentia rationalis, quæ ordinatur per præceptum deordinatione maieſtatis. Poteſt etiam ſumi penes obiectum, quod eſt triplex in diuinis.ſ.ſumma maieſtas reuerenda,reſpectu cuius eſt primum,ſumma veritas profitenda, reſpectu cuius eſt ſecundum,ſumma bonitas diligenda, reſpectu cuius eſt tertium. Poteſt ſumi nihilominus penes actum intermedium, qui eſt triplex.ſ. actus operis, qui exercetur in primo mandato, per actualem adorationem, actus oris, qui exercetur in ſecundo per ſermocinalem prolationem,actus cordis, qui exercetur in tertio, per affectualem dilectionem.Non poteſt bene ſabbatum, id eſt quietem mentis celebrare, qui per quietem continuam, non ſtudet omne peccatum mortale declinare. In ſecunda tabula, ſeptem fuerunt præcepta ad proximum ordinantia. Quorum ſufficientia ſic accipitur. Ad proximum habemus dupliciter ordinari. ſ. per beneficentiam, & ſic eſt primum. ſ. honora patrem & matrem tuam,per innocentiam, & ſic poſſumus nocere proximo tripliciter,actu operis,actu oris,& actu cordis. Actu operis,tribus modis,ſcilicet in propria perſona,& ſic dicitur. Non occides.In perſona coniuncta, & ſic dicitur.Non mechaberis. In poſſeſſione ſua, & ſic dicitur.Non furaberis. In actu oris, poſſumus nocere proximo falſum teſtificando,& ſic dicitur.Non loqueris falſum teſtimonium contra proximum tuum. In actu cordis, poſſumus nocere ei dupliciter, ſcilicet affectu carnalitatis,& ſic dicitur.Non concupiſces vxorem proximi tui, & affectu cupiditatis, & ſic dicitur Non deſiderabis rem eius. Decem præcepta per ordinem his verſib.continentur.Sperne deos, fugito periuria,ſabbata ſerua. Sit tibi Patris honor, ſit tibi matris amor.Non ſis occiſor,mechus,fur, teſtis iniquus.Vicinique thorum,reſque caueto ſuas.

Sufficientia 10. præceptorum.

*De præceptorum ſumma. Sectio. 34.*

AD maiorem notitiam pręceptorum eſt attendẽdum,ꝙ eſt præceptum naturæ,diſciplinę, & ſcripturæ.Præceptum naturæ eſt duplex,innatum, & datum.Innatum eſt duplex, quoddam reſpectu Dei, quoddam reſpectu proximi. Reſpectu Dei eſt illud Deut.videlicet:Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua.Reſpectu proximi eſt duplex, vnum per beneficientiam,de quo Saluator. Quęcunq; vultis vt faciant vobis homines,& vos eadem facite illis. Aliud eſt de innocentia in Tob.Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne alteri aliquando tu facias.Datum eſt duplex præceptum. Vnum ad conſeruationem indiuidui in Geneſi. Ex omni ligno paradiſi comede. Aliud eſt ad conſeruationem ſpeciei, ibidem in Gene. Creſcite, & multiplicamini.Præceptum diſciplinæ eſt duplex.Quoddam ad probationem obedientiæ. De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas.Quoddam ad probationem fidei. Geneſi. Tolle filium tuum vnigenitum,quem diligis Iſaac,& offeres eum mihi. Præcepta ſcripturæ ſunt in quatuor generibus compræhenſa,ſicut ſupradictũ eſt. Quædam ſunt ceremonialia, quædam ſacramentalia, quædam iudicialia & moralia.Hęc quatuor genera pręceptorum fuerunt in veteri teſtamento, tanto multiplicato numero, vt quaſi non eſſent plures dies in anno,nec oſſa in homine, quam præcepta data Dei populo. Lex autem euangelica ſuperueniens, tanquam abbreuians,& conſumans, ceremonialia, & ſacramentalia euacuauit adimplendo, iudicialia temperauit auferendo,moralia conſummauit, conſilia ſalutifera adijciendo. Poſſunt autem omnia præcepta, quæ legimus in ſcriptura,reduci ad tres differentias, ſiue membra,vt dicamus ꝙ præceptum eſt aliud executionis,ſicut eſt illudꝙ implere tenetur ex Domini voluntate,Aliud probationis, ſicut fuit præceptum Abrahæ, vt immolaret filium, in quo requirebat Deus non opus, ſed promptitudinem voluntatis.Aliud inſtructionis, ſicut quandoque curabat Dominus aliquos,et mandabat curatis, ne eum in populo diuulgarent.Non.n. obligabat Dominus curatos,vt tacerent,ſed inſtruebat, vt de magnis operibus laudes non captemus.

Præceptorum tria genera. Deut. 6. Matthę. 7. Tob. 4. Gene. 2. Ibidem. 1. Geneſi. 22 Alia diuiſio præceptorum.

*De gratia in ſe conſiderata, quo ad diffinitionem, diuiſionem, et operationem. Sectio 35.*

SEquitur videre de ſecundo beneficio Ieſu Chriſti quod eſt gratia,ratione cuius,plenus gratia dicitur aduenisse. Eſt autem conſiderare gratiam in ſe,& in comparatione ad habitus virtuales.In ſe habet conſiderari gratia,quantum ad diuerſitatem diffinitionis, diuiſionis,nominationis,et operationis.Diffinitur autem gratia multipliciter, ſecundum ꝗ multipliciter comparatur.Cõparatur aũt ad ſuum principium, & ſic diffinitur ab Iſidoro.Gratia, eſt diuinæ miſericordię donum, per quod bonæ voluntatis eſt exitus. Ad ſuum ſubiectum,& ſic eſt illa ſuper Pſal.vt exhilaret faciẽ in oleo. Gratia,eſt quidam nitor aĩæ ad conciliandum ſanctum amorem ad ſuum oppoſitũ,& ſic eſt,quæ datur in Glo. ſuper Pſal.Gratia eſt iuſtificatio,et receſſio peccatorum. Ad ſuum effectum,& ſic eſt illa Chryſo.Gratia eſt ſanitas mentis,dilectio cordis. Poteſt quinto comparari

Pſal. 103.

ad

ad ſuum præmiũ,& ſic eſt illa.Gr̃a eſt ſimilitudo glorię. Secundũ has oẽs cõparationes,aſſignatur diffinitio magiſtralis,quæ talis eſt.Gratia eſt forma à Deo data gratis ſine meritis gratum faciens habentem, & opus eius bonum reddens.Inuenitur & alia notificatio,quæ competit gratiæ gratis datæ.Graria eſt manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem ſpiritus,ſumpta ab Apoſtolo. Diuiditur etiam gratia multipliciter,ſecundum ꝙ multipliciter cõparatur.

Grę multiplex diuiſio.

1.Cor.12.

Comparata.n.ad ſuum principium à quo eſt, diuiditur in gratiam prædeſtinationis, vocationis,iuſtificationis, & magnificationis. Primo.n.Deus gratiam præparat,ſecundo affert,tertio cõfert,quarto complet. Comparata ad ſuum ſubiectum,in quo eſt,diuiditur in gratiam cognitionis, voluntatis,& perfectionis, ſecundũ triplicem potentiam,ſcilicet intellectiuam,affectiuã. & operatiuam. Et ſumitur à Bernardo in lib.de Libero arbitrio. Comparata ad oppoſitum contra quod eſt, diuiditur in gratiã protectionis,liberationis,& ſaluationis,contra quadruplex malum.ſ.pugnæ, ſiue tentationis,miſeriæ,ſiue perſecutionis,culpæ,ſiue infectionis,& ſequelæ,ſiue damnationis.à primo protegit,à ſecundo liberat à tertio extrahit, à quarto ſaluat. Et ſumitur de

Iſa.31.

Iſai.Proteget Dominus exercitum Hieruſalem, protegens,& liberans,tranſiens,& ſaluans.Comparata ad effectum ad quem eſt,diuiditur in gratiam præuenientẽ, & ſubſequentem ſiue operantem,& cooperantem,quæ ſunt duæ differentię gratię ſecundum effectus,quos habet in voluntate.Dicitur.n.gratia præueniens,quia non eſt à libero arbitrio,ſed infunditur ab ipſo Deo.Subſequens vero dicitur, vel cooperans,inquantum adiuuat liberum arbitrium,reſpectu boni operis eliciendi. Exprimitur autẽ gratia diuerſis vocabulis,ſecũdum diuerſas intentiones nominantium. Dicitur.n. gratia gratis data,& gratia gratum faciens,dicitur gratia operans, & cooperans,ſiue gratia præueniens & gratia ſubſequens.

Varia gratiæ denominatio.

Accipitur.n.gratia largiſſimę,& ſic compræhendit dona naturalia,& dona gratuita.Accipitur minus communiter,& ſic compræhendit gratiam gratis datam, & gratiam gratũ facientem.Et ſic dicit beatus Bernar.ꝙ quædam gratia ſeminat cogitatum,& hæc eſt gratia præueniens.quædam perficit bonum,& hæc eſt gratia ſubſequens Dicit.n.in lib.de Libero arbitrio,ꝙ Deus operatur in nobis cogitare,velle, & perficere. Primum ſine nobis,ſecundum nobiſcum, tertium per nos.Et nota,ꝙ gratia gratis data communiter à Theologis dicitur gratia,quæ bonis,& malis poteſt eſſe communis, & plurificatur in homine ſecũdum munificentiã largitoris. Gratia vero gratum faciens ſolis iuſtis conuenit, qui ſunt prediti charitate.Eſt in vno homine vna ſola,tum ratione vnius principii effectiui cui aſſimilat, tum ratione vnius ſubiecti perceptiui, quod viuificat, tum ratione vnius finis vltimi completiui, ad quem gradatim ordinat.Nam totum hominẽ acceptum Deo reddit, opus à libero arbitrio egrediens meritorium facit,& ad vnum ſummum bonum perducit.Accipitur tertio gratia ſtricte,& ſic compræhendit gratiam gratum facientem, & gloriam,& tum gratia præueniens eſt ipſa gratia,gratia ſub ſequens eſt gloria.Et ſecundum hoc dicit Aug. in libro de natura, & gratia.

Auguſt.

Gratia præuenit, vt pie viuamus,ſubſequitur,vt cum illa ſemper viuamus. Accipitur ẽt magis ſtrictè,& ſic nominat tm̃ gratiam gratum facientem,& tunc præueniens,dicit effectũ contra malum,ſubſequens ad bonum, vel ad bonum tantum,ita quòd præueniens dicitur,ſecundum ꝙ informat,ſubſequens ſecundum ꝙ mouet,vel monet. Eſt duplex effectus gratiæ,vnus in ingreſſu, alius in profectu.Et ſic exponit Aug.in lib.de Natura,& gratia. Hæc autem gratia cum ſit vna,tamen multa in vna operatur.Ipſa enim animam efficit ſponſam Chriſti,filiam Patris æterni,& templum Spiritus ſancti.Ipſam animam purgat, illuminat,perficit,viuificat,reformat,& ſtabilit,eleuat, aſſimilat Deo,coniungit, ac per hoc acceptabilem Deo facit, propter quod tale donum gratia gratum faciens non immerito debuit appellari.

*De gratia in comparatione ad habitus gratuitus vt ſunt virtutes in generali. Sectio 36.*

Sequitur videre de gratia in comparatione ad habitus virtuales,in quibus ramificatur, qui ſunt in triplici differentia.Sunt.n.habitus virtutum, donorũ, & beatitudinum.Primi ſunt ad primos motus animæ, ſecundi ad medios,tertij ad perfectos.Sunt.n. quædam opera moralia primitiua,ſicut credere,quædam media, ſicut credita intelligere,quædam poſtrema, ſicut intellecta videre. Itẽ primi ſunt reſpectu incipientiũ, ſecundi reſpectu proficiẽtium, tertij, reſpectu perfectorũ.Item primi,ſunt ad potentias animæ rectificandas, ſecũdi,ad expediẽdas,tertij,ad perficiendas. Primo de virtutibus aliquid videamus breuiter. De quibus in generali tria ſunt ſimpliciter referenda.ſ.diffinitio, & diſtinctio, & connexio.Multiplex virtutis diffinitio inuenitur.Nam virtus accipitur cõiter, proprie, & magis proprie. Cõiter accepta virtus, compræhendit virtutem moralem, & naturalem, Et ſecundum hoc comparata ad actum, diffinitur à Philoſopho de cœlo,& mundo ſic. Virtus eſt vltimum potentiæ de re, Comparata ad actum, & finem vltimum, diffinitur ab eodem ſic. Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Accepta verò propriè compræhendit moralem tantum, ad Politicam & gratuitam ſe extendens, & ſecundum hoc comparata ad actum diffinitur à Philoſopho in Ethicis ſic. Virtus eſt habitus,qui perficit habentem,& opus eius bonum reddit. Comparata ad principium directiuum,diffinitur ab eodem ibidem ſic. Virtus, eſt habitus voluntarius in mente conſiſtens, recta ratione determinatus, prout ſapiens determinauit. Secundum hoc diffinitur à Tullio. Virtus eſt habitus mentis bene compoſitæ. Item ab Augu.in lib.de Quantitate animæ. Virtus eſt qualitas animæ ſeu vitæ rationi vndique conſentiens. Accepta magis proprie, compræhẽdit virtutem gratuitam. Et ſecundum hoc comparata ad finem, diffinitur ab Auguſt.in Soliloquijs.Virtus,eſt habitus ratione recta, ad ſuum finem perueniens. Comparata ad ſuum ſubiectum,quod informat,diffinitur ab eodem in lib. de Ciui.Dei.Virtus eſt bona voluntas.Ad actum proprium,ſiue complementum,diffinitur in lib. de Moribus Eccleſiæ.Virtus eſt ordo amoris, ſiue amor ordinatus.Comparata ad ſuum principium effectiuum,diffinitur ab Aug.ſic.Virtus eſt bona qualitas mentis,qua recte viuitur,qua nemo male vtitur,quam Deus in nobis ſine nobis operatur.

Virtus qd

Virtutes ſeptem.

Sunt aũt ſeptẽ virtutes, quibus vita regitur Chriſtiana, tres Theologice,ſcilicet fides, ſpes,& charitas;quatuor Cardinales,ſcilicet prudentia, iuſtitia,temperantia, & fortitudo. Quarum ſufficientia ſic accipitur. Duplex eſt facies animæ, ſcilicet ſuperior,quæ eſt reſpectu finis, & inferior quæ eſt reſpectu eorum,quæ ſunt ad finem. Superior habet rectificari per Theologicas, & quantum ad triplex obiectũ. quod eſt in diuinis, & quantum ad triplex ſubiectum, quod eſt in nobis. In diuinis, eſt ſumma veritas, in quam nos dirigit fides in credendo,& aſſentiendo, ſumma maieſtas, ſiue largitas, in quam erigit ſpes in laudando, & expectando, ſumma bonitas, cum qua vnit charitas in complectendo, & diligendo. Triplex etiam ſubiectum in nobis eſt, ſcilicet potentia rationalis,quæ ordinatur,ſiue rectificatur per fidem, iraſcibilis,quæ per ſpem,concupiſcibilis, quæ per charitatem Inferior vero facies animæ, habet rectificari per qua-

Sufficientiæ virtutum ſeptē.

tuor Cardinales. Nam prudentia rectificat rationalem, fortitudo iraſcibilem, temperantia concupiſcibilem, iuſtitia rectificat omnes vires, ſiue virtutes, in comparatione ad alterum. In comparatione (inquam) ad proximum, rectificans omnes vires, dicitur iuſtitia Cardinalis. In comparatione vero ad proximum, ad ipſum, & ad Deum, non ſolum Cardinalis dicitur, ſed generalis iuſtitia, totius animæ rectitudinem compræhendēs. Poteſt & aliter ſufficientia Cardinalium aſſignari per ſubiecta. Nam rationalis rectificare habet reſpectu ſui, & ſic indiget prudentia, reſpectu proximi, & ſic indiget iuſtitia. Iraſcibilis habet rectificari contra aduerſa, & ſic indiget fortitudine, concupiſcibilis contra proſpera, & ſic indiget temperantia. Habent autem virtutes eſſe gratuitum à gratia, tanquam ab origine, & radice, & eſſe eſt meritorium à charitate, tāquam à motore, forma, & fine. Et ideo omnes virtutes quo ad habitus ſunt connexæ, quo ad habitus meritorios ſunt æquales.

### *De fide.* Sectio. 37.

SEquitur videre de ſingulis virtutibus in ſpeciali, & primo de fide. Et primo quantum ad eius eſſentiam. Secundò quantum ad ſymboli continentiam. In ſe poſſumus conſiderare fidem quantum ad diffinitionem, æquiuocationem, actus diuerſificationem, & effectus impetrationem. Diffinitur autem fides multipliciter. Quantum ad genus proprium diffinitur ab Aug. Fides eſt virtus, qua creduntur ea quæ non videntur. Quantum ad finem vltimum ab Apoſtolo. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparētium. A Damaſceno. Fides eſt eorum, quæ ſperantur hypoſtaſis, rerum, quæ non videntur redargutio. Quantum ad obiectum, & primum motiuum ab Auguſt. Fides eſt illuminatio mentis ad ſummam veritatem. Quantum ad actum proprium a Damaſceno. Fides eſt non inquiſitus conſenſus. In ordine ad ſubiectum à Dionyſio. Fides eſt vnicum credentium fundamentum eos collocans in veritate. In cōparatione ad alios habitus, & modum afferendi, ab Hugone ſic, Fides eſt voluntaria quædam certitudo de rebus abſentibus ſupra opinionem, & infra ſcientiam conſtituta. Accipitur autem nomen fidei decem modis. Aliquando enim accipitur pro ſponſione, primo ad Timotheum. Primam fidem irritam fecerunt. Aliquando pro fidelitate. Periit fides, & ſanctus de terra. Aliquando pro conſcientia. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Aliquando pro ſacramento fidei. Vnde dicit Aug. Paruulos habere fidem, non eſt aliud, quàm fidei habere ſacramentum. Aliquando pro acceptione concluſionis, per rationem probatæ. Et ſic dicit Boetius, Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem aliquando pro cognitione compræhenſionis, & ſic accipitur ab Apoſtolo. Iuſtitia Dei reuelabitur ex fide in fidem, Gloſa in fidem ſpeciei, quæ fides dicitur, quia fidentiſſima, & certiſſima eſt. Aliquando pro habitu fidei informis à Iacob. Fides ſine operibus mortua eſt. Aliquando pro habitu fidei formatæ. Iuſtus ex fide viuit. Aliquando pro actu fidei. Et ſic dicit Aug. Fides eſt credere, quod non vides. Aliquando pro obiecto fidei. Vnde dicitur in Symbolo. Hæc eſt fides catholica. Diuerſificatur autem actus fidei, qui eſt credere, per credere Deum, credere Deo, credere in Deum. Credere Deum, & credere Deo poſſunt eſſe actus informis fidei, & formatæ. Poſſunt autem ad eundem actum ſecundum ordinem pertinere. Nam credere Deum, reſpicit diuinam veritatem, vt obiectum, credere Deo, vt motiuum, credere in Deum, vt finem vltimum. Iſtum vltimum actum, multiplicat & exponit Anſel. ſic. Credere in Deum eſt credendo eum amare, credendo in eum ire, ei adhærere, & credendo eius membris incorpora-

Fidei diffinitio. Heb. 11.
Acceptio multiplex. 1. Tim. 5. Ierem. 7. Mich. 7. Rom. 14.
Rom. 1.
Iacob. 2.
Rom. 1.
Actus diuerſus.

ri. Ad hoc enim ꝙ fides perfecte tendat in Deum, requiritur adiunctio charitatis, que ordinat ad amorem Dei, & ſic eſt prima differentia, ad operationem boni, & ſic eſt ſecunda, ad percuſſionem mali, & ſic eſt tertia, ad dilectionē proximi, & ſic eſt quarta. Fidei attribuitur operatio miraculorum. Ipſa eſt enim prima virtus, quæ ſupra ſe eleuat intellectum, captiuans eum in obſequium Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ideo meretur de cōgruo apud Deum opus arduum impetrare, ad quod ſe non extendit poſſibilitas admirantis. Et hoc eſt, ꝙ tangitur in diffinitione miraculi. Miraculum eſt opus arduum, & inſolitum, ſupra ſpem & facultatem admirantis conſiſtens.

Impetratio.
Miraculū quid dicatur.

### *De continentia Symboli quantum ad articulos.* Sectio. 38.

SEquitur de continentia ſymboli, circa quod tria ſunt breuiter attendēda. ſ. differentia ſymbolorum, Sufficientia credendorum, & eſſentia articulorum. Tria ſunt ſymbola fidei Chriſtianæ. ſ. ſymbolum Apoſtolorum, ſymbolum Nyceni concilii, quod 318. Epiſcopi condiderūt, & ſymbolum Athanaſii. Cauſa principalis conditionis primi fuit certa fidei traditio. Cauſa ſecundum fuit certa probatio vel propalatio. Cauſa tertii, fuit errorum pullulantium exterminatio. Primum dicitur maius, non numeroſitate contentorum, ſed maioritate condictorum, vel auctorum. Et dicitur ſubmiſſa voce, quia fuit conditum tempore veritatis nondum propalatæ, vel prolatæ, vel quia eſt ad propriæ conſcientiæ ſecuritatem. Dicit etiam in diei principio, & fine. ſ. in prima & in completorio propter duplicē confeſſionem fidei neceſſariam. ſ. in principio Eccleſiæ, & in fine, vel in principio regenerationis baptiſmalis, & vltimo defunctionis corporalis, in teſtimonium conſeruationis triumphalis, vel in proſperis, & aduerſis, vel in agendo, & patiendo, vel ꝙ fides eſt ſcutum contra tentationes diurnas, contra tentationes nocturnas. Secundum, quia æditum eſt propter veritatem traditam propalandam in diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, propter maiorem conuentum populi, alta voce cantatur, & hoc poſt Euangelium, quia eſt eius breuis collectio, & ante communionem, quia eſt ad ipſam digna præparatio. Tertium dicitur nocte finita prima diei hora, quia fuit æditum tempore veritatis concuſſæ per hæreticos, præualentis finaliter contra eos. Sufficientia articulorum in Symbolo Apoſtolico contentorum, poteſt dupliciter aſſignari. ſ. ex parte cauſæ efficientis. ſ. Apoſtolorum, quia ad condendum Symbolum ſinguli ſingulas particulas poſuerunt. Petrus dicit. Credo in Deum Patrem, omnipotentem, creatorem cœli, & terræ. Andreas ſubiunxit. Et in Ieſum Chriſtum filium eius, Dominum noſtrum. Deinde Ioannes, Qui conceptus eſt de Spirituſancto, natus ex Maria virgine. Deinde Iacobus Maior. Paſſus ſub Ponto Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus, Deinde Thomas deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis. Deinde Iacobus Minor. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, Deinde Philippus. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Deinde Bartholomæus. Credo in Spiritumſanctum. Deinde Matthæus. Sanctam eccleſiam catholicam. Et eſt ſenſus. Credo in Spiritumſanctum, ſanctificantem vniuerſalem Eccleſiā. Deinde Simon Chananæus, Sanctorum communionē, remiſſionem peccatorū. Et eſt ſenſus, ꝙ remiſſio peccatorum fit in cōmunione viuorum, vel ſacramentorū. Deinde Iudas Thadæus. Carnis reſurrectionem. Et eſt ſenſus. Credo ꝙ Deus reſuſcitabit carnem. Deinde Mathias. Vitam æternam amen. Poteſt etiam ſufficientia aſſignari ex parte cauſæ materialis. ſ. ipſorum articulorū. Oēs articuli ſunt de Deo, vel ſecundū naturā, in qua cō

Tria ſymbola fidei.
Symbolū Apoſtolorum.
Sufficiētia articulorū ex cauſa materiali.

ſiſtit

ſiſtit, vel ſecundum naturam quam aſſumpſit. Et ſic quidam articuli ſpectāt ad diuinitatem, quidam ad humanitatem. Qui ad diuinitatem, aut reſpiciunt diuinam naturam in ſe, & ſic eſt primus de ſingularitate, cum dicitur. Credo in Deum, & non in Deos. Aut reſpiciunt diuinæ eſſentiæ tres perſonas, & ſic reſpectu patris eſt. Credo in Patrem omnipotentem. Reſpectu Filij eſt. Credo in Ieſum Chriſtum filium eius, vnicum Dominum noſtrū. Reſpectu Spūſſancti eſt. Credo in Spiritumſanctum. Aut reſpiciunt diuinæ eſſentiæ operationes, quarū vna eſt in collatione naturæ, & hæc eſt creatio habens ſuum articulum. Credo in creatorem cœli & terræ. Alia eſt in collatione gratiæ, & hæc eſt ſanctificatio habens ſuū articulū. Sāctā Eccleſiā catholicā, ſanctorum cōmunionem, remiſſionē peccatorum. Et eſt ſenſus. Credo quòd remiſſio peccatorum fiat in Eccleſia Catholica, vbi eſt communio ſanctorum maſculinè, vel ſanctorum neutraliter, ſ. ſacramentorum. Alia eſt in collatione gloriæ, & hæc eſt glorioſa reſuſcitatio, habens ſuum articulum. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam amen. Septem ſunt ergo articuli reſpectu diuinitatis accepti. Accipiuntur etiam ſeptem reſpectu humanitatis Chriſti, iuxta ſeptem actus principales, quos ad reparationem noſtram Dominus Deus ordinauit. Primus fuit incarnati, habens ſuum articulum, qui conceptus eſt de Spirituſancto, Secundus fuit naſci, habens ſuum articulum Natus ex Maria virgine. Tertius fuit precium pro nobis ſoluere, habens ſuum articulum. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Quartus fuit inferos viſitare, habens ſuum articulum. Deſcendit ad inferna. Quintus fuit infernū ſpoliare, habens ſuum articulum. Tertia die reſurrexit à mortuis. Sextus fuit cœleſtia tranſcendere, habens ſuum articulum. Aſcendit ad cęlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, Septimus erit venire ad iudicium, habens ſuum articulum. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Et ſic ſunt ſeptem articuli reſpectu humanitatis Chriſti. Diffinitur autem à Richardo articulus ſic. Articulus, eſt indiuiſibilis veritas de Deo arctans nos ad credendum. Ab Iſid. vero ſic. Articulus, eſt perceptio veritatis diuinæ tendens in ipſam. Prima diffinitio non tantum conuenit articulo formato, ſed etiam informi. *Articulus quid.*

*De ſpe. Sectio. 39.*

SEquitur videre de ſpe. Circa quam poſſumus conſiderare quatuor, ſcilicet diffinitionem, æquiuocationem, actus excellētiam, & cū fide differentiā. Spes inquantum eſt nomen affectionis diffinitur à Philoſopho. Spes eſt ſuſpitio futuri boni. Inquantum eſt nomen virtutis, tribus diffinitionibus notificatur. Prima eſt hæc. Spes, eſt virtus qua ſpiritualia, & æterna bona ſperantur, ideſt cum fiducia expectantur. Iſta ſpiritualia bona, poſſunt intelligi venia peccatorum, gratia meritorum, & gloria præmiorum, vt dicatur quædam ſpes veniæ, quædam gratiæ, quędam gloriæ. Secunda hæc eſt. Spes, eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex Dei gratia, & meritis præcedentibus. Tertia eſt Aug. hæc. Spes, eſt virtus qua quis ſe ad illud, quod credit peruenturum præſumit. Accipitur autem multiformiter nomen ſpei. Aliquando enim nominat affectionem ſm q̇ dicit Boetius. Gaudia pelle, pelle timorem, ſpemq; fugato. Nec dolor adſit. Aliquando nominat habitum virtutis, & tunc ſpes non habet ortū ex meritis, ſed ex ea, merita oriuntur. Aliquando nominat virtutis actum, & tunc ſpes oritur ex intuitu meritorum. Nemo enim recte ſe ſperat ad beatitudinem peruenturum, niſi qui Deo ſeruiuit, vel ſeruire proponit. Aliquando nominat virtutis ſtatum, & tunc ſpes ex meritis cōcomitantibus habet ortum, iuxta illud Pauli. Probatio operatur ſpem. i. certitudinē ſecundum Glo. ad quam certitudinem per bona opera, & maxime per aduerſorum tolerantiam peruenitur. Aliquando nominat virtutis terminum, ſiue obiectum. i. rem ſperatam, ſ. beatitudinem ſempiternam, & tunc ſpes ex gratia, & meritis præcedentibus habet ortum. Et ſic ſpes virtus, ſecundum primam acceptationem ſui præcedit merita, ſecundum vltimā ſequitur, ſecundum duas intermedias ſequitur, & præcedit. Habet aūt ſpes excellentiam in actu ſuo. Nam habens potentiam iraſcibilem pro ſubiecto, virtutum habitus præſupponit, quibus ſupereminet, vt regina. Habet. n. iraſcibilis deteſtari mala culpę, tolerare mala pœnę, aggredi terribilia, erigi ad ardua. Ad deteſtationem culpę alienæ, requirit iram per zelum. Ad deteſtationem culpæ propriæ, requirit pœnitentiam. Ad perpeſſionem malorum pœnæ, requirit patientiam. Ad aggreſſionem terribiliū, habet fortitudinem, & tunc ad expectationem æternæ beatitudinis, per ſpem erigitur à Deo liberaliter repromiſſæ. Aſſignatur autem inter fidem, & ſpem differentia, per hunc modum. Nam fides eſt bonarum rerum, & malarum, ſpes tantum bonarum. Eſt etiam fides rerum præteritarum præſentium, & futurarum, ſpes tantum futurarum. Item fides eſt rerum propriarum, & alienarum, ſpes eſt ſolummodo propriarum.

*Spei definitio.*

*Nominatio.*

*Rom. 5.*

*Subiectū.*

*Obiectū.*

*De Charitate. Sectio. 40.*

SEquitur videre de charitate. Circa quam debes conſiderare diffinitionem, diſtinctionem, perfectionem, diligibilium ſufficientiam, & ordinis exigentiam. Charitas tripliciter diffinitur. Nam comparata ad obiectum, diffinitur in ſententijs à magiſtro. Charitas eſt dilectio qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum. Comparata ad actum propriū, qui eſt viuere, & adhærere diffinitur ab Augu. ſic. Charitas eſt rectiſſima aīæ affectio coniungens nos Deo, vel Charitas eſt virtus, qua Deum videmus, eo quod frui deſideramus, vel Charitas, eſt vita copulans amantē cū amato. Comparata ad habitum ſibi iniunctū diffinitur ab Apoſtolo. Charitas eſt finis præcepti de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Diſtinguitur. n. inter amorē, & dilectionem, & charitatem. Nam amor, competit rationalibus, & irrationalibus creaturis. Dilectio vero & charitas, tantum rationalibus dr̄ conuenire. Item inter dilectionem, & charitatem differentia inuenitur. Nam dilectio, quaſi de diuerſis electio rationalibus conuenit ſiue iuſtis, ſiue iniuſtis, charitas vero ſolum eſt iuſtorum. Eſt autem in charitate præ cęteris virtutibus, perfectio, & dignitas ſpecialis. Nam cum ſit forma virtutum, non pōt eſſe informis triplici ratione. Vna ex parte obiecti. Idem. n. habet pro obiecto, & pro fine. Inſeparabilis. n. eſt à fine, ratione cuius eſt perfectio quantum ad meritum in virtute. Alia ex parte ſubiecti. Ipſa. n. eſt regula rectificans voluntatem, qua rectificata tota aīa recte viuit. Tertia eſt ex parte cauſæ, habet. n. ſimilitudinem cum Spūſancto, à quo eſt, qui ēt charitas dicitur ſiue amor, à quo inſeparabilis eſt, & iō eſſe informis oīno non pōt. Quatuor aūt ſunt ex charitate diligenda ſecundum Augu. Vnum, quod eſt ſupra nos. ſ. Deus. Alterum, quod nos ſumus. Tertiū, quod iuxta nos, ſ. proximus. Quartū, quod infra nos eſt, ſ. humanū corpus. Horū quatuor ſufficiētia ſic accipit. Ex charitate diligere, eſt ſummum bonum optare dilecto. Qui ergo ex charitate diligit, aut optat ſummū bonum ipſi Deo, & ſic eſt primū mēbrum, aut ſibi ipſi, & ſic eſt ſecundū membrū, aut ſibi ſimili, & ſic eſt tertium, aut ſibi inhærenti, & ſic eſt quartū. Eſt aūt Deus diligendus primo ſuper omnia propter ſe, nos ſecundo pro Deo, & ſub Deo, p̄ximus noſter tertio, ſicut nos, & ex quo nos, quia affectu, & effectu, ad quod nos, quia ad gratiā in præſenti, & ad gloriam in futuro, in quo nos, quia

*1. Tom. 1.*

*Amor dilectio, & charitas differunt.*

*Quatuor ex charitate ſunt diligenda.*

in bono,propter quod nos,quia propter Deum.Quarto corpus noſtrum infra nos, & proximum tanquam bonum minus præcipuum. Ad hæc autem exequenda datur nobis vnius charitatis habitus,& duplex mandatum,in quo pendet vniuerſitas noui,& veteris teſtamẽti. Aſſignat autem Ambroſius præter ſupradictum, alium ordinem diligendi,vt primo Deum,ſecundo noſmetipſos,tertio parentes,deinde filios, & fratres,poſtea domeſticos,demum inimicos diligamus.

### *De prudentia.* *Sectio.* 47.

SEquitur videre de virtutibus cardinalibus, & primo de prudentia. Circa quam tria ſunt breuiter videnda, ſcilicet diffinitio, ſpecierum collectio, & actuum variatio. Prudentia diffinitur, ſiue deſcribitur ab Auguſt.in lib.de Moribus Eccleſiæ. Prudentia eſt amor,ea, quibus adiuuatur in Deum,ab his quibus impeditur,ſagaciter diſcernens.A Gregorio ſic. Prudentia,eſt cognitio vitandarum rerum, & appetendarum. A Tullio in rethoricis ſic. Prudentia eſt rerum bonarum,& malarum, & vtrarumque ſcientia. Ab eodem de officiis. Prudentia eſt cognitio imitandarum fugiendarumq; ſcientia rerum. Ab eodem in libro de requie mentis ſic. Prudentia eſt rerum bonarum,& malarum,cum alterarum dilectione,& reliquarum deteſtatione ſcientia. Partes ſiue ſpecies prudentiæ ſecundum Tullium in rethoricis ſunt tres,ſcilicet memoria, intelligentia, & prouidentia. Memoria, eſt per quam animus aſpicit ea,quæ fuerunt. Intelligentia eſt, per quam perſpicit ea,quæ ſunt. Prouidentia eſt,per quam,futurum aliquid videtur antequam factum ſit. Seneca videtur concordare Tullio in his tribus, dicens. Si prudens es, animus tuus tribus temporibus diſpenſetur. Præſentia ordina,futura prouide, & præterita recordare. Secundum dogma Philoſophorum prouidentia diuiditur in quatuor ſpecies,ſ.prouidentiã, circumſpectionem,cautionem,& docilitatẽ. Prouidentia, eſt præſens notio futurorum pertractans euentum. Circunſpectio eſt contrariorum vitiorũ cautela. Cautio eſt diſcernere à virtutibus vitia,virtutum ſpeciem preferentia. Docilitas,eſt prudentia erudiẽdi imperitos. Secundũ Aug. in libro de Spiritu,& Aĩa,habet prudẽtia plures actus. Nam prudẽtia ſcit quid debeat facere,prudentia eſt ſcire quid poſſit, prudentia eſt in eligendis, prudentia eſt nihil pœnitendum appetere, & nihil præter iuſtum velle facere. Secundum Macrobium, prudentia eſt mundum iuſtum,& omnia quæ in mũdo ſunt,diuinorũ contemplatione deſpicere, & omnem animi cogitationem in ſola diuina dirigere. Prudentia eſt ad rationis normam, quæ cogitat quæque agit, vniuerſa dirigere, & nihil præter rectum velle facere, humaniſque actibus tanquàm rationis arbitrio, prouidere. Prudentiæ inſunt ratio,intellectus,circunſpectio, prouidentia, docilitas,agnitio: Item prudentia in homine iam purgato, eſt diuina non quaſi in electione præferre, ſed ſola noſſe.Officium etiam prudentiæ eſt, ex præteritis, & præſentibus futura perpendere. Vnde dicit Boetius in libro de Conſolatione Philoſophiæ. Non quod ante oculos eſt ſitum ſufficit intueri, verum exitus prudẽtia metitur. Circumſpectionis officium,eſt per diligentem conſiderationem, inter contraria vitia medium tenere.

**Prudentiæ diffinitio.**

**Species.**

**Actus.**

**Officium Temperãtiæ.**

### *De temperantia.* *Sectio.* 41.

SEquitur videre de temperantia quantum ad tria,ſcilicet quãtum ad diffinitionem, ſpecierum aſſignationem,& actiuum variationem. Temperantia deſcribitur à Tullio in prima rethorica. Temperantia eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi,firma & moderata dominatio. Item ab eodem in libro de Officijs. Temperantia eſt dominium rationis in libidinem,& in motus alios importunos.Ab Auguſtin.in libro de moribus Eccleſiæ. Temperantia eſt amor Deo ſeſe integrum incorreptumque conſeruans. A Macrobio. Temperantis eſt, nihil appetere pœnitendum,in nullo legem moderationis excedere, ſub iugo rationis cupiditatem domare. Ab Auguſt.in libro de libero arbitrio. Temperantia eſt affectio coercens, & cohibens appetitum ab his rebus,quæ turpiter appetuntur. Partes temperantiæ ſecundum Tullium in prima rethorica ſunt tres,ſcilicet continentia, clementia,& modeſtia. Continentia eſt per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur. Clementia, eſt virtus per quã animus in odium alicuius temere concitatus,benignitate remittitur. Hæc ſecundum Tullium. Secundum Senecam vero. Clementia, eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi, vel ſuperioris lenitas aduerſus inferiorem in pœnis conſtituendis. Modeſtia ſecundum Tullium eſt,per quam pudor honeſtatis, puram,& ſtabilem comparat auctoritatem. Auctoritas in hac deſcriptione ſtabilis, appellatur grauitas perſeuerans. Secundum dogma Philoſophorum, partes temperantiæ ſunt,quæ fœdis motibus dominantur,quæ ſunt modeſtia,verecundia,abſtinentia,caſtitas,honeſtas,moderantia,parcitas,ſobrietas, pudicitia. Modeſtia eſt quæ facit cultum,& motum, & omnem noſtram occupationem,vltra defectum, & citra exceſſum ſiſtere. Verecundia eſt in geſtu,& verbo honeſtatem ſeruare. Abſtinentia,& honeſtas,moderantia & parcitas, & ſobrietas edulij,cohibent nutrimenta. Abſtinentia,eſt ſtatutum terminum prandendi non præuenire. Honeſtas eſt, nec lautiores cibos quærere,nec in apparatu operam dare. Moderantia eſt nimium ciborum appetitum, rationis imperio reuocare. Parcitas eſt menſuram refectionis non excedere; Sobrietas eſt exceſſum in potu cohibere. Huius officium eſt,arcere mala ebrietatis. Caſtitas eſt abſtinentia ab omni coitu illicito, quæ eſt triplex, ſcilicet coniugalis,vidualis, virginalis. Virginitas eſt ſecundum Auguſt.in carne corruptibili, perpetuæ incorruptionis meditatio.Pudicitia eſt,moderamine rationis petulantiam domare. Actus temperantiæ ſecundum Auguſt.ſunt contra proſpera non præſumere, quod nõ poſſit exerceri in vtendis, terrenas cupiditates non tantum reprimere, ſed pœnitus obliuiſci: Secundum Macrobium, temperantia eſt omnia relinquere, inquantum natura patitur, quæ corporis vſus requirit.

**Tẽperãtiæ Diffinitio.**

**Species.**

### *De fortitudine.* *Sectio.* 43.

SEquitur videre de fortitudine quantum ad diffinitionem ſpecierum aſſignationem, & actuum variationem. Fortitudo ſic deſcribitur à Tullio in prima Rethorica. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio,& laborum perpeſſio. Item ab eodem in ſecunda Rethorica. Fortitudo eſt magnarum rerum appetitio,& humilium contemptio,& cum ratione vtilitatis laborum perpeſſio.Item ab eodem.Fortitudo eſt rationalis aggreſſio terribilium, cum conſtanti eorum perpeſſione. Secundum Ariſtotel. Fortitudo eſt virtus,difficillimorum in paſſionibus operatiua gratia boni. Auguſt. de moribus Eccleſiæ. Fortitudo eſt amor facile omnia tolerans,propter id quod amatur. Fortitudo etiam aliter deſcribitur. Fortitudo eſt firmitas animi contra moleſtias ſæculi. Et ſumitur de Matth. quatuor milia, &cæt. Partes fortitudinis, ſiue ſpecies, ſecundum Tullium ſunt quatuor, ſcilicet magnificentia,fidentia, patientia, & perſeuerantia. Macrobius ſeptem ponit partes fortitudinis, ſcilicet magnanimitatem,fiduciã,ſecuritatem,magnificentiam,conſtantiam, patien-

**Fortitudinis deſcriptiones.**

**Matth. 15. Fortitudinis ſpecies.**

patientiam,firmitatem.Secundum dogma aliquorum,
Fortitudo eſt vi:t 1s reſtringens impetus aduerſitatis.
Huius partes ſunt quæcunque hæc efficiunt, quæ ſunt
magnanimitas,fiducia,ſecuritas,magnificentia,conſtan
tia,patientia,fidentia, & perſeuerantia. Magnanimitas
eſt difficilium ſpontanea,& rationabilis aggreſſio.Fidu
cia, eſt certa ſpes animi, perducendi ad finem rem in-
choatam.Securitas eſt habitus,ſecundum quem immi-
nentes incommoditates,& rei inchoatæ affines nõ for-
midantur.Magnificentia,ſecũdum Tullium eſt rerum
magnarum,& excelſarum cum animi ampla quadam,
& ſplẽdidiſſima propoſitione cogitatio atq; adminiſtra
tio.Secundum Macrobium. Magnificentia,eſt diffici-
lium,& præclarorum conſummatio.Conſtantia eſt ſta
bilitas animi firma,& in propoſito perſeuerans.Patien-
tia eſt virtus contumeliarũ,& omnis aduerſitatis æqua
nimiter mala portans.Item aliter.Patientia eſt æquani-
mis malorum illatorum tolerantia.Grego.Vera patien
tia eſt,aliena mala æquanimiter perpeti,& contra eum
qui mala irrogat,nullo animi dolore moueri. Item ali-
ter diffinitur.Patientia eſt omnium moleſtiarum aliun
de illatarum,victorioſa perpeſſio.Fidentia eſt virtus, ꝑ
quã magnis,& honeſtis in rebus,multum ipſe animus
ſe in fiducia collocauit. Perſeuerantia ſecundum Tul-
lium,eſt ratione bene conſiderata ſtabilis, & perpetua
permanſio.Magiſtraliter ſic deſcribitur.Perſeuerantia,
eſt permanentia in bono,diuturna ſiue finalis.Nota ꝙ
conſtantia eſt permanentia in propoſito.Perſeuerantia
eſt permanentia in bono,ſiue continuatio boni.Con-
ſtantia cauet leuem tranſitum à propoſito in propoſi-
tum,perſeuerantia vero diſcontinuationem,vel imper-
fectionem,reſpectu debiti finis.Secũdum Augu.Actus
fortitudinis eſt contra aduerſa facere,quod poſſit, con
ſtans in tolerandis, nihil niſi turpia timere, & quic-
quid agimus,vel cogitamus, ad rationis normam diri-
gere.

Magnificẽtia.

Perſeuerãtia.

**De iuſtitia. Sectio. 44.**

Iuſtitiæ deſcriptiones.

SEquitur videre de iuſtitia, quantum ad diffinitio-
nem, ſpecierum aſſignationem, & actionum pro-
greſſionem; iuſtitia diffinitur ſic à Tullio in prima
rethorica.Iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate
ſeruata, ſuam vnicuique tribuens dignitatem.Macro-
bius.Iuſtitia eſt vnicuique ſeruare,quod ſuum eſt.Au-
gu.in libro de libero arbi.Iuſtitiam quid dicam eſſe, ni
ſi virtutem, qua ſua cuique tribuuntur. Super Matth.
5.Beati qui eſuriunt,& ſitiunt iuſtitiam.Iuſtitia eſt ſua
cuique tribuere,ſibi,proximo, & Deo. Seneca. Quid
eſt iuſtitia,niſi naturæ tacita conuentio, in adiutorium
multorum inuenta.Idem.Iuſtitia diuina lex eſt, & vin
culum ſocietatis humanæ.Iſidorus.Iuſtitia eſt ordo,&
æquitas,qua homo cum vnaquaq; re bene ordinatur.
Anſelmus. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis propter ſe
ſeruata, propter ſe, rectitudinem,ſcilicet. Item aliter
diffinitur ſic.Iuſtitia eſt virtus, conſeruatrix humanæ
ſocietatis, & vitæ communitatis.Auguſt. de Moribus
Eccleſiæ.Iuſtitia eſt amor,ſoli amato ſeruiens, & pro-
pterea recte dominans cæteris, quæ homini ſubiecta
ſunt. A magiſtris ſic. Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua
voluntas,ius ſuum vnicuique tribuens. Iuſtitia ſecun-
dum quoſdam diuiditur in ſeueritatem, & liberalitatẽ.
Seueritas eſt virtus,debito ſupplicio coercens iniuriã.
Liberalitas eſt virtus beneficiorum erogatrix,quæ pro
affectu benignitas, pro effectu beneficientia nomina-
tur.Et conſiſtit hæc virtus tota in tribuendo.Benigni-
tatem vero diuidunt in ſeptem partes,ſcilicet religio-
nem,pietatem, innocentiam,amicitiam, reuerentiam,
concordiam,miſericordiã.Alij diuidunt in innocentiã,
amicitiam,concordiã,pietatem,religionem, affectum,
& humanitatem.Secundum Tullium in prima rethori
ca.Ad iuſtitiam pertinent religio,pietas,gratia, vindica
tio,obſeruantia,& veritas,addo pro nunc diſciplinam,
& obedientiam.Religio eſt virtus,quæ ſuperioris cuiu
ſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam ceremo-
niãque affert.Hæc Græce dicitur latria, quæ ſic deſcri
bitur.Latria eſt cultus Deo debitus, & exhibitus. Vel.
Latria eſt,voluntas impẽdendi Deo cultum debitum.
Impenditur autem cultus debitus Deo, corde per fi-
dem,ſpem,& charitatem,ore per adorationem, lauda-
tionem,benedictionem, & gratiarum actionem,opere
per oblationem, thurificationem, & geniculationem.
Huius primum officium eſt perpetrati ſceleris pœnite-
re. Secundum eſt,temporalium mutabilitatem parui
pendere.Tertium vitam noſtram ex toto Deo commit
tere.Quartum veritatem ſeruare. Nota tamen, quòd
dulia aliquando idem eſt, quòd latria.Stricte tamen &
proprie accipitur pro reuerentia ſanctis, ſiue perſo-
nis ſublimibus exhibenda, q̃ ſic deſcribitur. Dulia eſt
ſeruitus,vel cultus creaturæ debitus,& exhibitus. Et
videtur idem eſſe cum reuerentia, poſita in prima di-
uiſione iuſtitiæ, quæ ſic deſcribitur. Reuerentia, eſt
virtus perſonis grauibus, vel aliqua prælatione ſubli-
matis,debitæ honorificationis cultum exhibens. Deo
autem debetur latria, ſanctis dulia, beatæ Virgini Ma-
riæ hyperdulia. Pietas, eſt virtus per quam ſangui-
ne coniunctis,patriæq; beneuolis, officium,& diligens
tribuitur cultus. Gratia, eſt virtus, in qua amicitia-
rum,& beneficiorum alterius,memoria,& remuneran
di voluntas continetur. Vindicatio, eſt virtus per
quam vis aut iniuria, & omnino omne quod obſutu-
rum eſt,defendendo aut vlciſcendo propulſatur. Ob-
ſeruantia eſt virtus, per quam homines in aliqua di-
gnitate,cultu quodam, & honore dignantur. Veritas
eſt virtus,per quam immutata ea quæ ſunt,aut quæ an
te fuerunt,aut futura ſunt, dicuntur.Innocentia,eſt pu
ritas animi,iniuriæ omnem illationem abhorrens.Hac
virtute Dei placantur. Amicitia eſt voluntas bona er-
ga aliquem,cauſa illius qui diligitur, cum eius pari in-
tentione à quo diligitur. Huius primum officium eſt,
idem velle & idem nolle,alterum ſecreto admonere, &
palam laudare.Concordia eſt virtus,conciues,& com-
patriotas,in eodem iure,& cohabitatione,& ſpontaneè
metiens.Miſericordia,eſt virtus,per quam animus ſu-
per calamitate afflictorum mouetur. Hæc virtus ni-
hil humanum à ſe alienum putat, aliorum damna, vel
commoda, ſua æſtimat.Diſciplina(ſecundum Cypria-
num)eſt morum ordinata correctio,& maiorum præ-
cedentium patrum regularis obſeruatio.Secũdum Hu-
gonem de ſancto victore.Diſciplina,eſt conſeruatio bo
na & honeſta,cui parum eſt non malum facere, ſed ſtu
det in his,quæ bene agit, per cuncta irreprehenſibilis
apparere. Idem diſciplina, eſt omnium membrorum
motus ordinatus, & diſpoſitio decens,in omni habi-
tu,& actione. Bernard. Diſciplina ceruicem ſubmit-
tit,deponit ſupercilia,vultum componit, ligat oculos,
cachinnos cohibet,moderatur linguam, gulam frenat,
iram ſedat, format inceſſum. Obedientia ſic deſcribi-
tur. Obedientia eſt uoluntas faciendi præceptum, vel
mandatum ſuperiorum. Item ſic. Obedientia,eſt ob-
temperatio,ſm̃ regulam ſacræ ſcripturæ maioribus qui
buſcunq; debita. Vel ſic.Obedientia, eſt ſpontaneum,
& rõnabile propriæ voluntatis ſacrificium. Vel ſic.Obe
dientia,eſt pio ſtudio propriæ volũtatis abnegatio.Au
gu.Citius exauditur vna obedientis oratio,q̃ decem mi
lia contemptoris.Æquitas,eſt amor æqualitatis in his,
in quibus debet eſſe æqualitas. De iuſtitia, dicit Pro-
ſper.Iuſtitia,eſt quædam animi nobilitas,ſuam cuiq; tri
buẽs dignitatẽ,ſuperioribus reuerẽtiã, parib⁹ cõcordiã,

Seueritas & liberalitas quid.

Benignitatis ſpẽs ſeptem.

Latria.

Pietas.

Innocentia.

Miſericordia.

Diſciplina

Obediẽtia

Iuſtitia.

inferioribus diſciplinam, Deo obedientiam, ſibi ipſi ſanctimoniam, inimico patiētis, & miſero compaſſionem. Secundū Aug. Actus iuſtitiæ eſt ſcire quid debeat reddere, non velle plus quam poſſit diſtribuere, oēm animi cogitationem ad ſolum Deum dirigere, & erigere, eumque, tanquam nihil aliud ſit, ſola mentis acie intueri. Secundū alios aūt eſt et actus iuſtitiæ ad vnam conſentire viā, vniuſcuiuſq. virtutis obſequiū ſeruare, vnicuiq; quod ſuū eſt reddere. Itē cum ſuperna, & diuina mente ſociari, vt ſeruet cum ea perpetuum fœdus imitando.

### *De ſeptem donis Spiritusſancti. Sectio. 45.*

Iſa. 11.

SEptem ſunt dona ſpiritusſancti, quæ enumerat Iſa. ſcilicet donum ſapientię, & intellectus, donū conſilii & fortitudinis, donum ſcientiæ, & pietatis, & donum timoris Domini. Habemus aūt videre de donis diuinis, quæ Spirituiſancto attribuuntur tria, ſcilicet ſpecialem ſufficientiā, ſingularem cōſiſtentiam, & generalem, differentiā. Specialis ſufficientia habituum prædictorum, ſic accipitur.

Septē donorum triplex conſideratio.

Dona Spiritusſancti ſpecialiter ſunt, vel principaliter ad expediendas potentias animæ in agendo. Habemus autem expediri quantum ad declinationem mali, & ſic eſt donum timoris. Item quantum ad operationem boni, & hoc dupliciter. Nam aut eſt bonū neceſſitatis, ad quod expedimur per donum pietatis, cuius regimen directiuum eſt donum ſcientiæ. Aut eſt bonum ſupererogationis, ad quod expedimur per donū fortitudis, cuius regimen eſt donum conſilij. Ad maiorem horum donorum euidentiam, attendenda eſt conſiſtentia actuum ſingulorum.

Singulorum donorum proprij actus.

Nota ergo primò, quod ſapientia communiter accepta dicit cognitionem generalem rerum diuinarum, & humanarum ſecundum Augu. & Philoſophum, qui dicit quod ſapiens eſt, qui nouit omnia. Minus cōiter dicit cognitionem rerū æternarū, vnde Apoſtolus. Alij dat ſermo ſapientiæ, i. cognitio æternorum.

1. Cor. 12.

Proprie dicit cognitionē, qua colitur Deus fide, & ſpe, & charitate. Vnde Iob. Pietas ipſa eſt ſapientia.

Iob. 28.

Magis proprie nominat cognitionem Dei experimētalem, & ſic eſt vnum de ſeptem donis Spiritusſancti, cuius actus conſiſtit in deguſtando ſuauitatem Dei. Qui quidem actus partim eſt cognitiuus, partim affectiuus, ita quod in cognitione inchoatur, & in affectione conſumatur. Item habemus quieſcere in optimo, per intelligētiam virtutis, & ſic eſt donum intellectus, & per affectionē bonitatis, & ſic eſt donum ſapientiæ. Scientia et dicitur tribus modis.

Scientia pluribus modis dicitur.

Quædam enim eſt ſcientia, conſiſtens in intellectu purè ſpeculatiuo, fundata ſuper principia rationis, vt eſt ſcientia acquiſita, ſiue humana philoſophia. Quædam eſt conſiſtens in intellectu inclinato ab effectu fundata ſuper principia iuris naturalis, ordinans ad directam, & honeſtam vitam, vt eſt ſcientia prudentiæ virtutis. Quędam eſt conſiſtens in intellectu inclinato à fide & inclinante ad operationem bonam, fundata ſuper principia fidei, habēs ortum à donis ſpiritualis gratia, vt eſt donum ſcientiæ, cuius actus præcipuus eſt, dirigere in agendis ſecūdum exigentiam regulæ fidei, & imitationem Chriſti.

Intellect⁹.

De dono intellectus tene, quod eius actus conſiſtit in contemplatione, non ſolum creatricis eſſentiæ, verum etiam in contemplatione ſpiritualis creaturæ. Habetur quidem cognitio de Deo ſub ratione veri tripliciter. ſ. per ſimplicem aſſenſum, & ſic eſt fides faciens aſſentire, per rationis adminiculum, & ſic eſt intellectus donum, cuius eſt credita per rationem intelligere, per ſimplicem contuitum, & ſic eſt mundicia cordis, cuius eſt videre Deum. Etenim ad intelligēdum credita, nō adiuuatur homo per rationes ſumptas à conditionibus.

Conſiliū.

De dono conſilij tene, quod cōſilium aliquando dicit actum cōſiliandi, aliquando dicit illud, ad quod terminatur ille actus, aliquando dicit habitū, qui expedit, & dirigit animam ad eligendum proſequēda, & vitandum fugienda. Habitus autem dirigens ſi ſit reſpectu eligibilium, quæ ſunt neceſſitatis, eſt prudentiæ, quæ dirigit ad talia, licet minus excellenter, quam ſcientia, quæ eſt donum. Si autem eligibilia ſint arduitatis, & difficultatis, eſt donum conſilij. Poteſt quippe homo dirigi in electione, vel ſecundum regulam iuris naturalis, & ſic eſt prudentia, vel ſecundum regulam iuris diuini, & ſic eſt donum cōſilij, cuius eſt dirigere in electionem proſequendorum. & fugam vitandorum.

Fortitudo.

De dono fortitudinis eſt tenendum, quod eius actus conſiſtit in ſuſtinentia paſſionum, & aggreſſione arduorum. Aggredi autem ardua, ſiue perpeti paſſiones, poteſt homo dupliciter, vel propter iuſtitiæ, & honeſtatis conſeruationem, & ſic reſpicit virtutem fortitudinis, vel propter Chriſti perfectam imitationem, & ſic reſpicit donum fortitudinis. Primum eſt de dictamine iuris naturalis. Secundum de dictamine iuris diuini. Actus ergo doni fortitudinis, attenditur pęnes prōptam, & expeditam tolerantiam paſſionum.

Pietas.

De dono pietatis tene, ꝙ pietas attenditur erga Deum, & eſt idem quod latria, erga parentes, & eſt pars iuſtitię, ſecundum regulam iuris naturalis, & ſecundum obligationem neceſſitatis. Attēditur etiam erga proximum Dei imagine inſignitum, & ſic eſt ſpiritusſancti donum. Sed nota quòd miſericordiæ virtus attendit in proximo conformitatem in natura, & neceſſitatem in miſeria, præuio dictamine iuris naturalis, ſecundum regulam prudentiæ. Pietas vero attendit in proximo diuinam imaginem, præuio dictamine iuris diuini, ſecundum regulam doni ſcientiæ. Ex dono ergo pietatis eſt homo beniuolus cuilibet creaturæ Dei imagine inſignitæ. Talis autem beneuolentia pro loco, & tempore exit aliquando in compaſſionis affectum, aliquando in operis beneficium. Actus ergo pietatis præcipuus eſt, facere hominem beneuolum reſpectu cuiuſlibet proximi, inquantum gerit imaginem creatoris.

Timor.

De dono timoris tene, quod eius actus generalis eſt reſilire ab arduo. Et poteſt diffiniri communiter omnis timor ſic. Timor eſt reſilitio ab aliquo arduo, vel excellente. Si autem illud arduum eſt in genere boni, tunc eſt reſilitio cum reuerentia. Si autem in genere mali, tunc eſt reſilitio cum fuga. Damaſcenus dicit timorem eſſe expectatorem futuri mali. Augu. diffiniens timorem dicit. Timor eſt fuga animi, ne amittat id, quod habet. Timoris donum tria intuetur, ſcilicet pęnam, vt eam fugiat, & ſic eſt timor ſeruilis. Offenſam, vt eam caueat, & ſic eſt timor initialis, qui vnū habet oculum ad penam, & vnum ad offenſam. Maieſtatem ſummam, vt ei reuerenter ſubiaceat, & ſic eſt timor filialis, cui duplex reſpectus eſt, vnus in refugiendo offenſam, ne ſeparetur a Deo, alius eſt principalior in reuerendo Deum, & iſte permanet in beatis.

Timoris ſpecies.

Diſtinguuntur autē ſex timoris differentiæ, ſecundum quod à triplici principio habet ortum. Habet enim ortum à natura, & ſic eſt timor naturalis, a libidine, ſiue concupiſcētia, & hoc vel ex nimio amore ſui, & ſic eſt timor humanus, vel ex nimio amore ſuorum, & ſic eſt timor mundanus. A gratia, & hoc vel à gratia gratis data, & ſic eſt timor ſeruilis, vel à gratia gratum faciente, ſcilicet inchoata, & ſic eſt timor initialis, aut à gratia perfecta, & ſic eſt timor filialis, & iſte dicitur amicabilis, vel amicalis quia timet voluntatum diſſenſionem. Caſtus, quia timet ſponſi complexus ſeparationem, Filialis, quia timet Patris indignationem. Sanctus, quia timet in omnibus inquinationem.

Nota.

De Spiritusſancti donis nota differētiam generalem. Nā quoddā donū eſt à Spūſancto, & nūquā cū Spūſancto, ſic eſt timor ſeruilis, in quo viget volūtas peccandi,

ſi im-

ſi impunitas ſperaretur. Quoddam à Spiritusſancto, & nunquam ſine Spiritusſancto, & ſic eſt donum charitatis,& gratiæ gratum facientis. Quoddam eſt à Spiritu ſancto,& poteſt eſſe cum Spiritusſancto, & ſine Spiritusſancto, vt eſt donum ſcientię & donum prophetię, cæteræ gratiæ gratis datæ.

*De beatitudinibus,& vita actiua, cum operibus miſericordię, & de vita contemplatiua cum oratione, & duodecim fructibus,& quinque ſenſibus. Sectio. 46.*

Matth. 5. Septem beatitudinum enumeratio.

SEptem ſunt beatitudines, quas enumerat Saluator in monte, ſcilicet paupertas Spiritus, mititas, luctus, eſuries iuſtitiæ, affectus miſericordiæ, munditia cordis, & pax. Circa beatitudines, habemus videre numerum ſufficientiam, vitæ duplicis excellentiam, vſus duplicis conſequentiam. Sunt autem beatitudines numero ſeptem, quarum ratio, & ſufficientia ſic accipitur. Beatitudines ſunt ad potentias animę perficiendas. Ad integram autem perfectionem tria præcipua requiruntur, ſcilicet perfectus receſſus à malo, perfectus profectus in bono, & perfectus ſtatus in optimo. Malum autem procedit, aut à tumore ſuperbiæ, à quo elongamur per paupertatem ſpiritus, aut ex rancore malitiæ, à quo elongamur per mititatem, aut ex languore concupiſcentiæ, à quo elongamur per luctum. Perfectus autem profectus, vel proceſſus in bono, eſt ſecundum imitationem diuinam. Vniuerſæ autem viæ Domini ſunt miſericordia, & veritas, quæ pro iuſtitia ponitur. Deum iuſtum, per eſuriem iuſtitiæ imitamur. Deo miſericordi per affectum miſericordiæ conformamur. Perfectus ſtatus in optimo eſt, per limpidam cognitionem in vero, & ſic eſt munditia cordis ad videndum Deum, & per tranquillam affectionem in bono, & ſic eſt pax mentis ad fruendum Deo.

Virtutum donorum & beatitudinum officia.

Habitus virtutum diſponunt ad exercitium vitæ actiuę. Habitus donorum, ad otium vitæ contemplatiuæ. Habitus beatitudinum, ad perfectionem faciunt vtriuſque. De his duabus vitis, ſignatus per Liam, & Rachel, per Petrum, & Ioannem, per Martam, & Mariam dicit Beda.

De actiua, & contemplatiua vita.

Actiua panem corporalem eſurienti, vel panem doctrinæ ignoranti porrigit, errantem corrigit, ſuperbum ad humilitatem reuocat, quæ ſingulis expediunt diſpenſat. Contemplatiua, charitatē Dei, & proximi retinet, ſed ab exteriori operatione quieſcit, ſoli conditoris deſiderio inhęret, & calcatis omnibus curis, ad videndum faciem creatoris inardeſcit, & deſiderat miſceri ſupernis ciuibus, de æterna Domini incorruptione gaudentibus. Eſt autem triplex proprietas in vtraque, ſecundum quas mutuo ſe excedunt. Prima proprietas actiuæ eſt, diligentia vtilitatis, & neceſſitatis publicæ, reſpectu rationalis. Secunda eſt charitas erga proximū cum compaſſione reſpectu concupiſcibilis. Tertia eſt fœcunditas bonorum operum, in agendo cum perfectione patientiæ, reſpectu iraſcibilis. In his contemplatiua exceditur ab actiua. Prima proprietas contemplatiuæ eſt, contuitus pulchritudinis ſummæ maieſtatis, cum delectatione reſpectu rationalis. Secunda eſt quies, cum ſecuritate reſpectu iraſcibilis. Tertia eſt munditia cordis, cum bonitate reſpectu concupiſcibilis. In his contemplatiua excedit actiuam. Ad actiuam pertinent opera miſericordiæ, tam corporalia, quam ſpiritualia.

Opera miſericordiæ corporalia

Corporalia ſunt ſeptem, hoc verſiculo compræhenſa. Vnde verſus. Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Quorum ſufficientia ſic accipitur. Homo eſt ſubſtantia animata, per hoc tangitur vegetabilis, quæ indiget reſtauratione calidi, & ſicci, & hoc per cibum, frigidi, & humidi, & hoc per potum, ſenſibilis, & huic eſt neceſſarium duplex operimentum, propter exteriora nociua, remotum, & eſt hoſpicium, propinquum, & hoc eſt veſtimentum, rationalis, & ſic eſt ſubſtantia libera nata habere libertatem à carcere, vel ab infirmitate, & ſic eſt contra intruſionem in carcere vel in lecto viſitatio, & à ſeruitute, & contra hanc eſt redemptio, mortalis, & ſic ineſt ei mors, propter quam ſiue poſt quam indiget ſepultura.

Opera miſericordiæ ſpiritualia.

Spiritualia quoq; ſunt ſeptem, hoc verſiculo compræhenſa. Inſtrue, conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora. Quorum ſufficientia ſic accipitur. Defectus ſpiritualis in proximo, ſi non poteſt releuari niſi per Deum, tunc adhibenda eſt oratio. Si poteſt releuari per hominem, & eſt cognitiuæ, vt ignorantia cognoſcendorum, tunc eſt inſtructio. Si eſt ignorantia agendorum, tunc eſt conſilium. Si vero eſt affectiuæ, aut eſt culpa commiſſa in te, & ſic eſt remiſſio, aut in alios, & ſic eſt correctio. Si eſt pena, aut eſt releuandus verbo, & ſic eſt conſolatio, aut facto, & ſic eſt ſupportatio. Ad contemplatiuam pertinet oratio. Vnde de contemplatiua videndum eſt quantum ad diffinitionem graduum, diſtinctionem, & contentam ſub ea orationem. Contemplatio ſic diffinitur. Contemplatio, eſt verus certusque intuitus de quacunque re. A Richardo ſic. Contemplatio eſt libera mentis perſpicacia in ſapientiæ ſpectacula cum admiratione ſuſpenſa. Vel ſic. Contemplatio eſt perſpicax & liber animi intuitus in res perſpiciendas vſquequaque diffuſus. Bernardus ponit ſex gradus contemplationis, qui ſunt vacatio, intuitio, admiratio, dilectio, delectatio, anhelatio. Auguſt. de quantitate animæ, ponit ſeptem gradus, ſiue actus.

Primus dicitur animatio, ſecundus ſenſus, tertius ars, quartus virtus, quintus tranquillitas, ſextus ingreſſio, ſeptimus contemplatio. De oratione videndum eſt, quantum ad diffinitionem in generali, & quantum ad aſſignationem petitionum Orationis Dominicæ in ſpeciali.

Orõ quid.

Oratio ſic deſcribitur ab Auguſtino. Oratio eſt pius mentis affectus in Deum directus. A Ioanne Damaſceno ſic. Oratio eſt aſcenſus intellectus in Deum. Idem. Oratio eſt expreſſio deſiderij directi in Deum propter bonum adipiſcendum, vel malum remouendum formata per verbum interius, & exterius. Et magiſtraliter ſic.

Oratio eſt oſtenſio voluntatis noſtræ, ei à quo impetrare ſperamus, id quod deſideramus. Gregorius. Veraciter orare, eſt in compunctione amoris, gemitus, & non compoſita verba reſonare.

Oratio Dominica.

Iam deſcendendum eſt ad orationem quam Dominus compoſuit, in qua ſub ſeptenario petitionum, compræhenditur vniuerſitas petendorum, & quantum ad ea quæ ſpectant ad præmium patriæ, & quantum ad ea quæ ſpectant ad meritum vię. Quæ ſpectant ad præmium patriæ, ſunt intelligentia veritatis, ſiue aperta viſio veri, quæ petitur ibi. Sanctificetur nomen tuum, ideſt notitia tui nominis, perſonis ſanctis & mundis donetur. Reuerentia maieſtatis, ſiue ſecura tentio ſummi ardui, quæ reges facit, & per quam habetur regnum, quæ petitur ibi. Adueniat regnum tuum. Concordia voluntatis, ſiue perfecta fruitio ſummi boni, quæ petitur ibi. Fiat voluntas tua ſicut in cęlo, & in terra. Quæ ſpectant ad meritum ſiue tranſitum viæ, aut reſpiciunt collationem boni, aut amotionem mali. Collatio boni petitur in pane quotidiano ſiue ſuperſubſtantiali, in quo petitur, quicquid neceſſarium eſt ad conſeruationem vitæ præſentis, tam ſecundum ſpiritum, quam ſecūdum corpus. Amotio mali petitur in tribus ſequentibus. Eſt autem malum triplex.

Triplex malum.

Quoddam tenet rationem præteriti, quoddam præſentis, & quoddam futuri. Siue quoddam eſt malum

culpæ, ſiue tranſgreſſionis, quoddam eſt malum pugnæ, ſiue tentationis, quoddam eſt malum pœnæ, ſiue tribulationis. Primum petitur amoueri in dimiſſione debitorum, ſecundum in victoria tentationū, tertium, in liberatione ab oppreſſione aduerſorum. Perfectionem beatitudinum conſequitur duplex vſus, ſcilicet quinq; ſenſuum ſpiritualium, & duodecim fructuum ſpiritus. Senſus ſpirituales ſunt, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Viſu videtur ſponſi Chriſti ſumma pulchritudo, ſub ratione ſplendoris. Auditu auditur Chriſti ſumma armonia, ſub ratione verbi. Guſtu guſtatur Chriſti ſumma dulcedo, ſub ratione ſapientiæ comprehendentis verbum, & ſplendorem. Odoratu odoratur Chriſti ſumma fragrantia, ſub ratione verbi inſpirati in corde. Tactu aſtringitur, & palpatur Chriſti ſumma ſuauitas, ſub ratione verbi incarnati, inter homines habitantis. Fructus vero ſpiritus ſunt, charitas, gaudiū, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, manſuetudo, modeſtia, continentia, & caſtitas. Non ſunt autem ſenſus, neque fructus, per ſe habitus, ſed fructus dicunt, affectuales delectationes, circa bonitatem ſponſi deguſtandam. Senſus autem dicunt, intellectuales perceptiones, circa veritatem ſponſi contemplandam. Quæ contemplatio fuit in prophetis per reuelationem quanrum ad triplicem viſionem, ſcilicet corporalem, imaginariam, ſiue ſpiritualem, & intellectualem. In alijs vero iuſtis reperitur per ſpeculationem, quæ incipit à ſenſu, & peruenit ad imaginationem, de imaginatione ad rationem, de ratione ad intellectum, de intellectu, ad intelligentiam, de intelligētia ad ſapientiam, ſiue notitiam exceſſiuam, & ſic aſſiſtitur vero Salomoni.

*De 5. ſenſib⁹ & 12. fructibus.*

*De Sacramento in generali. Sectio. 47.*

IAm videndum eſt de tertio beneficio Ieſu Chriſti, quod eſt ſacramentalis medicina. De ſacramentis ergo primò videamus in generali, poſtea de ſingulis in ſpeciali. In generali habemus videre, de ſacramentorum inſtitutione, diffinitione, ordinatione, iteratione, ſufficientia, & præcellentia. Inſtitutio ſacramentorum Deum decuit, & nobis expediens fuit. Decuit quidem diuinam miſericordiam nobis prouidere remedia, non ſolum quæ faciunt ad remiſſionem culpæ, ſed etiā pœnæ. Decuit diuinam iuſtitiam, quæ à nobis exigit aliquam humiliationem, quam exhibemus per ſignorum ſenſibilium obſeruationem. Decuit diuinam ſapientiā, quæ in ſenſibilibus decreuit remedia inuenire, ex quibus contingit naturam hominis interire. Nobis expediens fuit. Quoniam enim eramus ceci quo ad rationalem, ideo data ſunt ſacramenta ſenſibilia, ad eruditionem. Quoniam eramus elati quo ad iraſcibilem, ideo data ſunt ſacramenta corporalia ad humiliationē. Quoniam eramus proni ad malum, quo ad concupiſcibilem, ideo data ſunt ſacramenta plura, ad exercitationē. Sacramentum ſic diffinitur in ſententijs. Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, cuius ſimilitudinem gerit & cauſa exiſtit. Hugo de ſancto Victore ſic diffinit. Sacramentum, eſt materiale elementum ſubiectum oculis, ſimilitudine repræſentans, inſtitutione ſignificans, ſignificatione gratiam conferens. Ordinantur autem ſacramenta ſic. Baptiſmus, confirmatio, Euchariſtia, pęnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium.

Quinque prima reſpicinnt perſonam. Ordo, & matrimonium eccleſiam. Ordo patet ſic. Nam baptiſmus eſt ad vulnerum curationem. Confirmatio, ad curationis habitæ conſeruationem, Euchariſtia, ad habitæ & conſeruatæ promotionem. Pœnitentia, ad curationis perditę reparationem. Extrema vnctio ad venialium expiationem, quo ad culpam & pœnæ debitæ partem remittendam. Ordo, eſt reſpectu perſonarum generantium ſpiritualiter. Matrimonium eſt generantium corporaliter. Et vtraque generatio eſt Eccleſiæ neceſſaria, ne deficiat in gratia & natura. Quatuor autem ſunt ſacramenta quę poſſunt iterari, vel potius frequentari, ſcilicet Euchariſtia, pœnicentia, extrema vnctio, & matrimonium. Baptiſmus autem, & confirmatio, & ordo, non iterantur, quia in eis tres characteres indelebiles imprimuntur, quibus ſecundum diuerſos ſtatus fidei, homines ab hominibus diſtinguuntur. Nam ſecundum ſtatum fidei genitæ, eſt character baptiſmalis, ſecundum quod fideles ab infidelibus diſtinguuntur. Secundum ſtatum fidei reprobatæ eſt character confirmationis diſtinctiuus fortium ab infirmis. Secundum ſtatum fidei iam multiplicatæ, eſt character ordinis quo clerici à laicis diſtinguuntur. Sufficientia ſacramentorum ſic accipitur. Sacramenta ſunt medicamēta contra morbum. Morbus autem eſt duplex, ſcilicet morbus culpæ, & morbus pœnæ. Morbus culpæ eſt duplex, ſcilicet originalis culpæ, contra quam eſt baptiſmus, & actualis culpæ, quæ etiam geminatur. Nam quędam eſt culpa actualis mortalis, contra quam eſt pœnitentia, quædam actualis venialis, contra quam eſt extrema vnctio. Morbus pœnæ eſt quadruplex, ſcilicet ignorantia, contra quam eſt ordo, malitia, contra quam eſt Euchariſtia, infirmitas, contra quam eſt confirmatio, concupiſcentia, contra quam eſt matrimonium. Sacramenta ſunt etiam adiuuamenta, quia ſunt in adiutorium ſeptem virtutum. In adiutorium fidei, eſt baptiſmus. In adiutorium ſpei, eſt extrema vnctio. In adiutoſium charitatis, Euchariſtia. In auxilium prudentiæ, ordo. In auxilium temperantiæ, matrimoniū. In auxilium fortitudinis, cofirmatio. In auxilium iuſtitiæ, pœnitentia. Sunt quoque ſacramenta, ornamenta Eccleſiæ militantis, quæ in Canticis dicitur. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Et quidem terribilis, quia fortis & munita prr ſacramentum confirmationis, acies, quia coniuncta & vnita per ſacramentum Euchariſtiæ, ordinata, per ordinem. Ex hac acie quidam ſubtrahuntur per mortem, ad hos reſtaurandos eſt matrimonium, quidam proſternuntur per culpam, ad hos releuandos eſt pœnitentia. Hanc aciem quidam ingrediūtur, vt prælientur, & hoc per baptiſmum, quidam egrediuntur, vt coronentur, & hoc per extremam vnctionem. Dicitur autem vnum ſacramentum aliud præcellere, quinq; modis, ſcilicet propter ſignificationem, ſic matrimonium præcellit, quia ſignificat vnionem naturarum in Chriſto, propter continentiam, & ſic excedit Euchariſtia, propter efficaciam, & ſic excedit baptiſmus, propter dignitatem diſpenſatiuam, & ſic confirmatio, quæ à ſolis Pontificibus diſpenſatur, propter maiorem, digniorem, & nobiliorem gradum in quo ponit, & ſic dicitur ordo maior. Vnde verſus. Maior in effectu baptiſmus, corpus in eſſe. Coniugium ſigno maiori Chriſma miniſtro. Nobiliore gradu præcellere dicitur ordo.

*Sacramentorum diſcrimen.*

*Sacramenta ſunt animæ pharmaca.*

*Cant. 6.*

*5. modis vnum ſacramentū excedit alterum.*

*De baptiſmo. Sectio. 48.*

NVnc de ſacramentis ſingulis eſt videndum. Et primo de baptiſmo, quantum ad diffinitionem, ſignificationē, formæ expreſſionē, effectus collationē, nominis diſtinctionē, & operis completionē. Baptiſmus ſecundum quòd eſt nomen clementi ſignificantis, & ſanctificantis virtute verbi diffinitur ab Hugone ſic. Baptiſmus, eſt aqua diluendis criminibus ſanctificata. Secundum verò quod eſt actus, vel vſus elementi, diffinitur à magiſtro in ſententijs. Baptiſmus eſt intinctio corporis exterior, facta ſub forma verbo-

*Baptiſmus quid.*

verborum præſcripta. Secundum autem quòd accipitur pro ſacramento & re ſacramenti, quæ eſt character, diffinitur à Damaſceno. Baptiſmus eſt vitæ ſpiritualis principium, ſigillum & cuſtodia, & illuminatio mentis. Et tangitur hic quadruplex conditio characteris, quia enim præparat ad gratiam Dei, dicitur vitæ ſpiritualis principium, quia diſtinguit gregem domini dicitur ſigillum, & quia indelebiliter perſeuerat, dicitur cuſtodia: quia ſpiritualiter diſponit ad fidem, dicitur illuminatio mentis. Secundum quòd accipitur pro ſacramento, diffiuitur à Dionyſio. Baptiſmus eſt regenerationis ſacramentum, ſecundum quòd prius ſubſiſtit in anima, animales ſpiritualiter formans motus, ad operationem diuinorum eloquiorum & actionum, & cœleſtis quietis anagogem iter faciens. In hac diffinitione tangitur res ſacramenti, quæ eſt gratia viuificans animam, cum dicitur, ſecundum quòd prius ſubſiſtit in anima. Tangitur habilitatio potentiarũ per virtutem, primò quantum ad actiuam, cum dicitur, formaus animales motus. Secundò quo ad contemplatiuam, cum dicitur, & cœleſtis quietis anagogen. Quantum ad ſignificationem nota, quòd in baptiſmo ſicut in cæteris ſacramentis eſt aliquid, quod eſt tantum ſacramentum, ſiue ſignum ſignificans, vt elementum viſibile, aliquid eſt res tantum ſignificata, vt gratia curans, aliud quod eſt ſacramentum & res ſignata, vt character. Forma quando puer immergitur exprimenda eſt hæc. Ego baptizo te, in nomine patris, & filii, & Spirituſſancti, amen. Hæc forma debet exprimi ſine omiſſione vocali, ſine intermiſſione vocabuli, ſine præpoſteratione ordinis ſupradicti, & ſine commutatione nominis prænominati. Effectus autem qui recipitur in baptiſmo, ab homine humiliter accedente, eſt characteris impreſſio, gratiæ infuſio, & innocentiæ reſtitutio, cœli apertio. Gratia (inquam) infunditur regenerans, rectificans, & purificans, ab omni culpa originali, & actuali, tam mortali quàm veniali, abſoluens nihilominus à pœna æternali, & ab omni pœna ſatiſfactoria temporali. Diſtinguitur autem triplex baptiſmus, ſcilicet flaminis, fluminis, & ſanguinis. In baptiſmo flaminis, qui eſt per pœnitentiam & Spirituſſancti gratiam, purificamur à culpa. In baptiſmo fluminis, purificamur à culpa, & à ſatiſfactoria pœna. In baptiſmo ſanguinis, purificamur ab omni miſeria. Non ſunt autem baptiſmus flaminis, & ſanguinis, ſacramenta. cum in eis deficiant quæ conueniunt ſacramento, ſcilicet repræſentatio ex ſimilitudine, ſignificatio ex inſtitutione, & ſanctificatio ex verbi prolatione. Quantum ad integritatem ſacramenti, ſufficiunt verbum & elementum. Quantum ad ſolennitatem, præmittuntur tanquam præparatoria, catechiſmus & exorciſmus in paruulis & adultis, ita tamen quod in adultis requiritur fides propria, in paruulis ſufficit aliena. Qnantum ad veritatem, requiritur baptizantis recta intentio. Et quantum ad vtilitatem, baptizati fictionis depoſitio.

Triplex Baptiſmus

*De confirmatione. Sectio. 49.*

SEquitur videre de confirmatioue quantum ad formam, quantum ad materiam, quantum ad diſpenſationem, quantum ad gratiæ collationem, & quantom ad ſignificationem. Forma in confirmatione ſeruanda eſt hæc. Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine patris, & filij, & Spirituſſancti amen. In hac forma exprimitur duplex actus, quia in hoc ſacramento datur gratia ad robur fidei, qnantum ad confirmationem in corde, & quantum ad liberam confeſſionem in ore. Vnus actus reſpicit liberam crucifixi confeſſionem, quaſi ſemper ferendam in fronte, alter reſpicit firmam ſtabilitatem in corde. Materia in hoc ſacramento eſt chriſma confectum ex oleo oliuarum, & balſamo. Oleum propter nitorem, ſignificat fidem interiorem ex bona conſcientia. Balſamum propter odorem, ſignificat dignam & laudabilem confeſſionem in euidentia, & hoc ſecundum correſpondentiam ad duplicem actum, in forma expreſſum. Iſtud autem ſacramentum à ſolis Epiſcopis diſpenſatur, quòd ſi alij præſumunt, ninil faciunt. Quia enim tam in confirmatione, quam in ordine datur gratiæ plenitudo, propter hoc, hæc duo ſacramenta per eos ſolummodo diſpenſantur, qui gerunt auctoritatis plenitudinem. Gratia quæ confertur in conſummatione, eſt gratia gratum faciens. Gratia autem gratum faciens, dicitur dupliciter, aut gratum faciens de non grato, & talis eſt gratia baptiſmalis, & pœnitentialis, aut eſt magis gratum faciens, de iam grato, & talis gratia datur in confirmatione, quæ gratiam prius receptam ampliat, & confirmat. In iſto ſacramento aliud eſt, quod eſt tantum ſignum, vt eſt forma audibilis, & materia viſibilis, aliud eſt, quod eſt tantum res, vt eſt gratia corroborans & cõfirmans, aliud eſt, quod eſt res & ſignum, vt eſt character.

Miniſter confir. epiſcopus.

*De Euchariſtia. Sectio. 50.*

SEquitur videre de Euchariſtia, & hoc quantum ad integritatem, ſignificationem, repræſentationem, manducationem, & operationem. De integritate & neceſſitate huius ſacramenti, ſunt quatuor, ſcilicet ordo ſacerdotalis, intentio conſecrandi, materia debita, & forma verborum præſcripta. Materia huius ſacramenti eſt panis de frumento, & vinum de vite. Ille enim cibus, inter omnes cibos & inter omnes potus, eſt conuenientior, communior, efficacior, & ſanior. Ideo dominus ſe comparauit grano frumenti, & ligno uitis. Et ideo in his duabus ſpeciebus confecit, & conficiendum conſtituit, ad inueniendum, quod corpus ſuum ſub hoc ſacramento contentum vt cibus, non eſt cibus qualiſcunque, ſed cibus conueniens, cibus communis, cibus efficax, cibus ſanus. Vino miſcetur aqua, quæ ſignificat populum, & per coniunctionem ſui cum vino, ſignificat membrorum cum capite vnitatem. Per viuum autem ſignificatur vnio membrorum ad inuicem. Forma ſuper panem eſt hæc. Hoc eſt enim corpus meum. Super vinum vero eſt hæc. Hic eſt calis ſanguinis mei. Huius autem formę poſitio eſt ſingularis. Eſt enim verbum operatiuum, non operatione ſucceſſiua, ſed inſtantanea, & operatiuum non alicuius rei nouæ, vel non exiſtentis, ſed terminus eius eſt quod ens actu completum & non mutatum, & ad id terminatum, vt eſt alterius ſignum, id eſt, corporis Chriſti myſtici, & hoc totum fit virtute verbi increati, adiuncto miniſtro circa materiam nihil agente. Quia ergo hic ſermo eſt conuerſiuus, & operatiuus, operatur circa ſubſtantiam panis, ideo pronomen demonſtrat ſubſtantiam panis ſub accidentibus, quę aſpici poſſunt oculis, & tangitur id quod conuertitur per ſubiectum, ſicut in id, in quod conuertitur per prædicatum. Quia vero terminus operationis eſt ens actu non innouatum, debet ibi poni verbum eſſendi, non fiendi. Quia vero ſubito fit conuerſio, ita quod ſimul eſt fieri, & factum eſſe, ideo præſens verbum inſtantaneum non futurum ibi ponitur, eſt, ſcilicet, & non erit. Quia vera operatio terminatur ad corpus verum, vt eſt ſignum corporis miſtyci, in quo eſt diuerſitas operationum, dicitur corpus & non caro, quia corpus eſt ætherogeneum, & non Homogeneum, caro vero homogenea. Quia verò hæc operatio fit virtute verbi increati adiuncta, & vt coniuncta, dicitur meum, non in perſona ſacerdotis, ſed Chriſti verbi, ſcilicet incarnati. Quoniam autem miniſter,

Euchariſtię integritas.

Forma cõſecratiõis. vtriuſque ſpeciei.

nihil operatur circa materiam, nec immutat, ideo nihil plus eſt de forma. Vnde ſi miniſter nec tangat, nec frangat, dummodo conſecrare intendat, & verba dicat, confectum eſt. Quantum ad ſignificationem tene, φ in hoc ſacramento eſt aliud tantum ſignum, vt ſpecies viſibilis panis, & vini, aliud tantum res, vt corpus Chriſti myſticum, aliud res, & ſignum, vt corpus Chriſti verum, quod eſt res ſignata per panem ex diuerſis granis confectum, & ſanguis per vinum ex diuerſis racemis expreſſum, & eſt ſignum corporis myſtici. Quia enim corpus partes habet ætherogeneas, diuerſas operationes in eccleſia ſignificat. In hoc ſacramento fit repræſentatio dominicę paſſionis. Vnde fiunt ſignationes ſeptem vicibus, propter paſſionem Domini exprimendam. Prima vice fiunt tres, propter trinam Chriſti traditionem, ſcilicet à Deo, Iuda, & Iudæo. In ſecunda vice fiunt quinque, propter quinque perſonas quæ in traditione fuerunt, quæ fuerunt, perſona traditi, perſona tradentis Iudæ, perſone ementium, quę fuerunt tres, ſcilicet Pontifices, Scribæ, & Phariſei. In tertia vice duæ propter duplicem conuerſionem duplicis elementi, ſ. panis & vini. In quarta vice fiūt quinque, propter quinque plagas. In quinta vice fiūt duæ propter vincula, quibus fuit ligatum corpus, & propter flagella quibus vſque ad ſanguinem fuit flagellatum. In ſexta vice fiunt tres, propter crucifixionem factam linguis Iudæorum, quando ter clamauerunt, Crucifige. In ſeptima vice fiunt tres cruces de corpore ſuper calicem, propter tres cruciatus, ſ. propaſſionis, paſſionis, & compaſſionis, & duæ alteræ propter aquam & ſanguinem qui de Chriſti latere profluxerunt. Duo autem ſunt modi manducandi illud ſacramentum, ſ. ſacramentalis, & ſpiritualis, quorum diſtinctio oritur a triplici principio. Primo a diſpoſitione ſumentium. Quidam enim accedunt male diſpoſiti, & hi manducant ſacramentaliter. Quidam bene, & hi ſpiritualiter, & ſacramentaliter. Secundo à modo ſumendi. Quidam enim ſumunt ore carnis, & hi ſacramentaliter. Quidam ore cordis, & hi ſpiritualiter. Vnde duplex os, duplex manducatio. Tertio à duplici re huius ſacramenti. Duæ quippe ſunt eſſentiæ huius ſacramenti, ſ. corpus Chriſti verum, & gratia in corpore myſtico faciens vnionem, quarum vna ſine altera ſumi poteſt. Manducare autem ſacramentaliter, eſt manducare ſacramentum, vt ſacramentum. Ad quod quatuor requiruntur, cibi exiſtentia, eius ad cibatum naturalis conuenientia, vt. ſ. ſumatur ab homine non a mure, intentio, & illius intentionis regulatio per fidem. Spiritualis manducatio habet duo, ſcilicet ſuo modo maſticationem, quæ conſiſtit in recogitatione cibi. ſ. carnis Chriſti pro nobis expoſitæ, in pretium redemptionis, & cibum refectionis. Habet etiam incorporationē, quæ conſurgit ex tali recogitatione, dum recogitans ardore afficitur charitatis, & ei de quo recogitat iungitur, & ſic incorporatur, & dum incorporatur reficitur, & magis aſſimilatur. Spiritalis autem operatio, ſiue efficacia huius ſacramenti, eſt vnire non de nouo, ſed iam vnitos per gratiam, magis vnire. Digne enim accedentem reddit feruentiorem, vt carbo ignitus, & fortiorem vt bonus cibus. Et vt iſtam efficaciam habeat in ſumente, primo oportet ipſum ſumentem, cibum iſtum ab alijs diſcernere, per fidem. Secundò hoſpitiū præparare, per ſui probationem. Tertiò in hoſpitium paratum recipere, cum honore & deuotione. Et talis dicitur dignè accedere. Nota de hoſtiæ fractione, verſus. Hoſtia diuiditur in partes, tincta beatos. Plenè ſicca notat viuos, ſeruata ſepultos. Fractio eſt paſſio, partes fractæ, tres iuſtorum differentiæ. Quidam regnant in cœlo, hi per tinctam. Quidā ſecuri expectāt in ſepulchris, hi per eam quę antiquitus ſeruabatur. Quidā pugnant in mundo, hi per ſiccam partem hoſtiæ figurantur.

De ceremonijs Miſſæ.

Duo modi ſumēdi Euchariſtiam

Fructus Euchariſtiæ.

*De pœnitentia.* *Sectio. 51.*

Sequitur videre de pœnitentia, quantum ad diuerſam diffinitionem, diuerſam nominationem, integrationem, iuſtificationem, & ſignificationem. Pœnitentia quantum ad actum principalem ſic diffinitur. Pœnitentia eſt prima virtus, perimens veterem hominem, Ambroſius. Pœnitentia eſt dolor, & amaritudo animæ, pro peccatis quæ quiſque commiſit. Augu. Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, ſemper puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe. Item diffinitur, quantum ad actum annexum, ſic Ambro. Pœnitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Gregorius. Pœnitentia eſt ante acta mala deflere, & flenda non commitere. Item ſic, Pœnitentia eſt virtus vel gratia, qua commiſſa mala cum emendationis propoſito plangimus, & odimus, & plangenda vlterius committere nolumus. Diffinitur etiam quantum ad effectum à Damaſceno ſic. Pœnitentia eſt ab eo quod eſt præter naturam, in id quod eſt ſecundum naturam conuerſio. Item ſuper illud Matth. 3. Pœnitentiam agite. Pœnitentia eſt correctio male mentis. Augu. Pœnitentia eſt quædam res optima & perfecta, omnes defectus reuocās ad perfectum. Pœnitentia diuerſis vocabulis nominatur, ſecundum quòd diuerſa contra peccati maculam operatur. Expellit enim peccati actualis maculam, quæ animam deformat, potentiam ad malum inclinat, ſiue dehabilitat, naturam vulnerat, actu liberæ voluntatis committitur, cum delectatione & libidine perpetratur. Dolere autem culpam vt deformantem, eſt gratiæ reformantis, vt dehabilitantem eſt virtutis habilitantis, vt vulnerantem eſt ſacramenti curantis, vt actu voluntatis commiſſam, per actum ſimiliter volūtatis, vt cum delectatione & libidine perpetratam, cum paſſione contraria, ideo pœnitentia recte dicitur gratia, virtus, ſacramentum, actus, & paſſio. Partes pœnitentiæ integrantes, ſiue integrales ſunt, cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio. Cordis contritio eſt dolor voluntarie pro peccatis aſſumptus. Oris confeſſio debito modo facta, debet habere 16. conditiones his verſibus comprehenſas. Sit ſimplex, humilis, confeſſio pura, fidelis. Sitque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda. Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata. Fortis, & accuſans, & ſit parere parata. In quatuor caſibus ſecundum magiſtros, eſt confeſſio iteranda. Duo ſunt ex parte ſacerdotis, quorum primus eſt propter enormitatem ſceleris, ob quam eſt confitens ad ſuperiorem remittendus, ab eo ſi voluerit iterum audiendus. Secundus eſt propter ignorantiam ſacerdotis, quia tunc eſt quærendus peritus, ſciens ſoluere & ligare, cui ſunt iterum peccata detegenda. Duo verò ſunt ex parte confitentis. Quorum primus eſt propter malitiam fictionis, vt ſi acceſſit cum voluntate peccandi, vel aliquod peccatum ſcienter in conſcientia reſeruauit. Secundus eſt propter contemptum ſatisfactionis, vt quando ſatisfacere negligit, & contemnit. In duobus vltimis caſibus, ſi vadit ad alium ſacerdotem, vel eundem interiectu temporis iam oblitum, debet homo mala ſua iterum confiteri. Et ſic ex parte ſacerdotis eſt duplex defectus, ſcilicet, quia non poteſt abſoluere, vel quia neſcit. Ex parte etiam confitentis eſt duplex defectus, ſcilicet quia contemnit ſacerdotis abſolutionem, aut ligationē. Sunt alij duo caſus, de quibus eſt controuerſia inter doctores, vnus eſt de peccati alicuius obliuione, alius de recidiuatione. Sed poteſt dici quòd in his duobus caſibus iterum omnia peccata confiteri ſit conſilium, non præceptum. Quinque autem ſunt caſus, in quibus

Pœnitētia quid.

Actus pœnitentis.

Cur, & quando ſit iteranda confeſſio.

quibus eſt confitens ad epiſcopum mittendus, vel ſuper eo Epiſcopus conſulendus. Primus eſt de pœnitentia ſolenni, quæ ab ipſo debet imponi, & per eum pœnitus reconciliari. Secundus eſt de excommunicatis, quos non poteſt ſacerdos aliquando abſoluere. Tertius eſt, cum inuenerit ſacerdotem, irregularitate contracta, propter quam debet ad Epiſcopum mittere confitentem, qui ſi poteſt eum abſoluat, vel cum literis ſuis ad Papam mittat. Quartus eſt de incendiarijs. Quintus eſt ſi ſit conſuetudo in aliquo Epiſcopatu, quod certa crimina ad Epiſcopum mittantur, vt homicidium, & ſacrilegium, & iſte caſus non eſt generalis. Satisfacere vt dicit Auguſt. eſt peccatorum cauſas excludere, & eorum ſuggeſtionibus aditū non indulgere. Anſelmus vero dicit. Satisfacere eſt debitum Deo reddere. Partes autem ſatisfactionis, tres communiter aſſignantur, ſcilicet ieiunium, eleemoſyna, & oratio. Ieiunium eſt contra carnis concupiſcentiam. Eleemoſyna contra cupiditatem oculorum. Oratio eſt contra ſuperbiam vitæ. Item ieiunium ordinat nos ad noſipſos. Eleemoſyna ad proximos. Oratio vero ad Deum. Item per orationem reconciliamur Deo, cui ſecundum Augu. per ieiunium, & eleemoſynam facimus duas alas. Quatuor autem ad iuſtificationem impij requiruntur, duo ex parte Dei, ſcilicet gratiæ infuſio, & culpæ expulſio. Et duo ex parte impij, ſcilicet motus liberi arbitrij, conſonans gratiæ aduenienti, & cordis contritio concordans gratiæ culpam expellenti. Hæc autem quatuor præcedit attritio, ſcilicet ad iuſtificationem præparatio, quæ eſt motus fidei & doloris, quamuis longo tempore ſemiplenus. Tanguntur autem hæc quatuor ſupradicta in illo verſu. Commouiſti terram & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia commota eſt. Gratia quippe adueniens in animam commouet rationem, ſecundum quòd eſt poteſtas vel potentia liberi arbitrij, & conturbat voluntatem, per contritionem, & poſtmodum ſanat per peccati expulſionem. Et horum redditur duplex ratio, ſcilicet commotio rationis, & conturbatio mentis, quæ præceſſit, vnde ſubditur, quia commota eſt. Vnde commotio dicitur à con, quod eſt ſimul, quia tunc omnes vires ſuper ſe punguntur, & mouentur ad bonum. In ſacramento pœnitentiæ eſt aliquod, quod eſt tantum ſignum, vt exterior pœnitentia ſecundum inſtitutionem Eccleſiæ, in qua eſt ſacerdotis abſolutio tanquam formale, & confitentis humiliatio ſiue quantum ad actum contritionis, ſiue quantum ad verbum accuſationis, ſiue quantum ad pœnam ſatisfactionis tanquam materiale, aliud quod eſt tantum res, vt peccati remiſſio perfecta. Aliud quod eſt res & ſignū, vt plenitudo interior.

Remiſſio penitentis ad ſuperiorem.

Satisfactionis partes.

Iuſtificationē impij quæ perficiant.

Pſalm. 59.

Signum, et res.

### De vnctione extrema, Sectio. 52.

SEquitur de vnctione extrema. Circa quam ſeptem breuiter ſunt videnda, ſcilicet, quæ materia, quæ forma, quis diſpenſator, quis ſuſceptor, quæ efficacia, quæ ad confirmationem differentia, & quæ ſignificationis conuenientia. Materia huius ſacramenti eſt, oleum ſimplex, ſed conſecratum ab Epiſcopo. Forma verò eſt vocalis expreſſio orationum in ordinarijs contentarum. Huius ſacramenti diſpenſatio ſacerdotibus competit ex officio, & hoc confirmat authoritas, & ratio. Authoritas, dicente Iacob. Quis infirmat, inducat præsbyteros. Ratio etiam hoc confirmat, quia cum materia huius ſacramenti ſit oleum ab Epiſcopo cōſecratum, conſecratis debet manibus contrectari. Et ſic cum ſit medicina periclitantium, non ad ſolos Epiſcopos pertinet. Oleum autem conſecratum non ad aliquos laicos ſe extendit. Debent autem illud ſacramentum ſuſcipere ſoli infirmi ratione vtentes, quia, ſcilicet potuerunt peccare venialiter, vel etiam peccauerunt, & hoc in mortis articulo exiſtentes. Et ſic patet quòd nec infantibus, nec naturaliter ſtultis, debet extrema vnctio diſpenſari, nec intrantibus iuſtum bellum, quia ſacramenta Eccleſię non ſequuntur fortunam, ſed reſpiciunt naturam, nec etiam per ſententiam condemnatis, quia tales, qualitercunque damnati, in Eccleſiæ facie ſunt infames, nec mediocriter infirmantibus, quia adhuc poſſunt venialia iterare. Eſt autem huiuſmodi ſacramentum, tam finaliter quàm efficaciter contra venialia ordinatum, & quantum ad remiſſionem culpæ, & quantum ad dimiſſionem partis pœnę. Valet etiam conſequenter, ad recuperandam corporis ſanitatem, ſi expediat infirmanti. Et quia venialia efficaciter tunc curantur, quando ſic delentur, quod non amplius iterantur, tunc debet adhiberi iſta medicina, quando deſperatur de infirmantis vita. Si tamen contingat eum reſtitui ſanitati, poteſt & debet propter venialia iterata medicina venialium iterari. Et quia venialia peccata per organa ſenſuum maximè contrahuntur, ideo partes tribus potentijs ſeruientes inunguntur. Eſt enim triplex potentia, ſecundum quam anima regit corpus, & etiam contrahit iuſtum morbum, ſcilicet ſenſitiua, generatiua, & progreſſiua. Senſitiuæ deſeruiunt os, oculi, nares, aures, & manus, generatiuæ lumbi, progreſſiuæ pedes. Et ſecundum hoc eſt infirmus in ſeptem corporis partibus, inungendus, ſcilicet in labijs, in oculis, in manibus, auribus, in naribus, in lumbis, & pedibus. Ex prędictis colligitur, quòd inter hoc ſacramentum, & ſacramentum confirmationis eſt differentia ſeptiformis, ſcilicet in efficacia, in materia, in forma, in ſuſcipiente, in dante, in loco, & in tempore. Nota tamen quòd vnctio, quæ fit in chriſmate, dicitur vnctio principalis quadruplici ratione, ſcilicet ratione loci, quia fit in fronte, ratione miniſtri, quia ab epiſcopo, ratione elementi, quia de oleo mixto cum balſamo, ratione effectus propter abundantiam gratiæ, quia ibi datur paracletus in magna abundantia. Iuxta quod nota quòd Chriſmate inunguntur baptizati in vertice, confirmandi in fronte, Pōtifices in capite, reges, vt dicitur, in ſcapulis. In ſacramento extremæ vnctionis, ſecundum exigentiam ſacramentalis ſignificationis, eſt aliquid, quod eſt tantum ſignum, vt exterior vnctio. Aliud quod eſt tantum res, vt venialis morbi curatio. Aliud quod eſt res & ſignū, vt ipſa deuotionis excitatio in anima, quæ nō eſt aliud, niſi quædam ſpiritualis vnctio.

Iacob. vlt.

Qui, & quando extremam vnctionē ſint recepturi.

Effectus ſacramenti.

7. Diſcrimina hui9 a Cōfirmatione.

Signum, & res.

### De ordine. Sectio. 53.

SEquitur videre de ſacramento ordinis, quantum ad præparationem conſignationis, quantum ad ordinis diffinitionem, quantum ad characteris impreſſionem, quantum ad debitam diſpenſationem, quā tum ad rectam ſuſceptionem, quantum ad ſignificationem, & quantum ad ſtatus conſummationem. Qui ſunt ad ordines Eccleſiaſticos aſſumendi, primo aſſignantur ſignaculo diuino, diſtinctiuo & inſtructiuo. Nam tondetur in capite, quod eſt membrum præ cæteris nobile, & quia tonſura tam ſuperius quàm inferius facta, formam habet coronæ, quæ eſt ſignum dignitatis Regiæ, innuitur quòd qui taliter ab aliis diſtinguuntur, ad officium nobile, ſcilicet ad regale ſacerdotium aſſumuntur. Non tantum autem tale ſignum eſt ſignum diſtinctionis, ſed etiam inſtructionis. In tali enim tonſura eſt ſuperfluitatis amotio, in quo inſtruuntur clerici, quid vitandum, quia ſuperfluitas terrenorum. Eſt etiam ſummitatis capitis denudatio, in quo inſtruuntur quid amandum, quia fœlicitas

Prima tonſura.

citas ſupernorum. Eſt figuræ orbicularis impreſſio in quo inſtruuntur quomodo conſeruandum eſt, quia figura orbicularis eſt ſimpliciſſima, capaciſſima, & pulcherrima, ad innuendum quod taliter coronati, dicunt ſimplificari in intentione, amplificari in dilectione, pulchrificari in caſtificatione.

Ordinis deſcriptio.

Ordo ſic diffinitur. Ordo eſt ſignaculum, in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Cum enim ſeptem ſint ordines, ſcilicet ordo ianitorum, lectorum, exorciſtarum, acolytorum, ſubdiaconorum, diaconorum, & ſacerdotum. In ordine ſacerdotali datur poteſtas cõficiendi corpus Chriſti verum, & abſoluendi corpus Chriſti myſticum, & hic ordo tanquam nobiliſſimus, debet habere alios ſibi adminiſtrantes, reſpectu duplicis poteſtatis. In conficiendo corpus Chriſti verum, ſibi ſeruiunt ſubdiaconi, & diaconi, ita quòd poteſtas, & officium ſubdiaconi eſt in accipiendo hoſtias à plebe. Poteſtas & officium diaconi, eſt eaſdem ſubdiacono ſuſceptas ſacerdoti offerre.

7. Ordinũ actus in Chriſto.

In abſoluendo autem corpus Chriſti myſticum, quatuor minores ſubſeruiunt ſacerdoti. Ita quòd poteſtas & officium ianitorum, eſt ad locum ſacrum admittere. Lectorum eſt, documentum præbere. Exorciſtarum eſt, auxilium præſtare. Acolytorum eſt, exempla monſtrare. Hoc officio ſeptiformi, dominus vſus fuit. Fuit namque hoſtiarius, quando facto flagello eiecit negociantes de templo. Fuit lector, quando legit in ſynagoga, aſſumpto libro. Fuit exorciſta, quando ſaliua ſua tetigit linguam ſurdi, & muti. Oſtendit ſe acholytum quando dicit, Ego ſum lux mundi. Fuit ſubdiaconus quando lauit pedes diſcipulorum, & linteo ſe præcinxit. Fuit diaconus quando poſt cœnam corpus, & ſanguinem ſuum, diſcipulis diſpenſauit. Fuit ſacerdos dum ſeipſum in ara crucis obtulit, idem ſacerdos & hoſtia. Et etiam quando in cœna, panem in corpus & vinum in ſanguinem commutauit.

Ioan. 2.
Mach. 21.
Luc. 4.
Mar. 7.
Ioan. 8.
Ioan. 13.

Character impreſſus.

Character cum ſit ſignaculum impreſſum, diſtinctiuum, perpetuum, Chriſto configuratiuum, imprimitur in quolibet ordine, non idem ſed diuerſus, ordine congruo non neceſſario, cum vnus poſſit recipi quamuis indebitè, alio prætermiſſo, ita quòd cum peruentum fuerit gradatim ad ordines ſacerdotis, in quo eſt ſtatus, quamuis ſeptem ſint gradus, vnus eſt tantum ordinis ſacramentum, ſicut vnam dicimus epiſtolam, quamuis habeat multas partes. In quolibet autem ordine character imprimitur in eo ſigno, quod maiorem habet ſimilitudinem ad ſignatum, & in quo principalis poteſtas, quam ordo reſpicit, ſignificatur tradi ordinato. Ad quam ſignificandum duo concurrunt exterius, ſcilicet traditio alicuius inſtrumenti, & expreſſio vocalis verbi, vt in ſigno viſibili ſimul & audibili ſignificetur dari, & hæc duo ſunt eſſentialia, & intrinſeca ordinis ſacramento.

Nemini manuſcito imponẽda.

Debet autem diſpenſari hoc ſacramentum cum magna diſcretione & ſolemnitate, ac per hoc non à quolibet, nec cuilibet, nec in quolibet loco, nec quolibet tempore, ſed ſub debitis ſignis, tam ex parte viſus, quàm ex parte aditus; vt dictum eſt; ſolennitate nihilominus obſeruata quantum ad tempus, & locum, officium, & perſonam.

Conditiones dignè ſuſcipientis.

Requiritur autem multiplex conditio, vt dignè & debitè ſuſcipiatur ordinis ſacramentum, ſcilicet ex parte originis, vt non ſit filius ſacerdotis, vel ſpurius, vel etiam ſolenniter pœnitens. A corporis parte vt non ſit corpore viciatus, demoniacus, epilepticus, à parte actionis, vt non ſit homicida, vel aliter enormis peccator, à parte conditionis, vt non ſit ſeruus, à parte conuerſationis, vt non ſit curialis, à parte coniugationis, vt non ſit bigamus, à parte ſexus, vt non ſit mulier quæ non poteſt ordinari, nec de iure nec de facto, à parte ſenſus, vt non ſit infantulus, in quo nondum viget iudicium rationis. In hoc ſacramento eſt aliud, quod eſt tantum ſignum, vt exterior operatio in traditione alicuius inſtrumenti, & expreſſione verbi. Aliud quod eſt tantum res, vt ſpiritalis poteſtatis collatio. Aliud quod eſt res & ſignum, vt interior characteris impreſſio. Collige ex prædictis, quod ſeptem ſunt ordines & non plures, quatuor ſunt minores, qui dicuntur non ſacri, quia poſt eorum ſuſceptionem, poteſt clericus coniugari. Tres maiores, ſcilicet ſubdiaconatus, diaconatus, & præsbyteratus, in quo eſt ſtatus ordinum, hi dicuntur ſacri, quia poſt eorum ſuſceptionem non licet ordinatis carnali operi deſeruire, cum ſint totaliter diuino cultui dedicati. Et ſic patet, quòd pſalmiſtatus non eſt ordo, ſed officium annexum ordini. Nec epiſcopatus eſt ordo, ſed dignitatis nomen & officij. Colligas in vnum, nomina tam ordinum, quam officiorum, & dignitatum, vt deuenias ad vnum hierarcham Eccleſiaſticæ hierarchiæ, & ſic procede, pſalmiſta, hoſtiarius, lector, exorciſta, acolytus, ſubdiaconus, diaconus, præsbyter, acrhipræsbyter, epiſcopus, archiepiſcopus, Patriarcha, Pontifex ſummus.

Gradatio ordinum.

De Matrimonio Sectio. 14.

SEquitur videre de ſacramento matrimonij, quantum ad diffinitionem, quãtum ad inſtitutionem, & quantum ad contractionem, quantum ad diuiſionem, quantum ad ſignificationem, quantum ad bonum prouenien s, & quantum ad impedimentum prohibens.

Matrimonij deſcriptio.

Matrimonium diffinitur ſic. Matrimonium eſt viri mulieriſque coniunctio maritalis, inter legitimas perſonas, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Eſt autem inſtitutum matrimonium à Deo in officium, in remedium, & in ſacramentum, vel ſignum. In officium (inquam) procreandæ prolis, etiam in ſtatu naturæ inſtitutæ. In remedium, contra impulſum libidinis, in ſtatu naturæ lapſæ. In ſacramentum, ſiue ſignum inſolubilis coniunctionis naturarum in Chriſto, diuinæ, ſcilicet & humanæ. Circa contractionem matrimonij nota, quod per ſponſalia de futuro initiatur, per mutuum conſenſum inter legitimas perſonas, per verba de præſenti expreſſum ratificatur, per carnalem copulam ſubſequentem conſummatur.

Cõtractus matrimonij.

Circa ſponſalia, nota quòd ante ſeptennium contracta de iure non valent, poſt ſeptennium vero tenent. Et hæc quatuor modis contrahuntur, ſcilicet ſimplici promiſſione, fidei datione, ſiue iuramenti interpoſitione datis arrhis ſponſalicijs, & annulli ſubarrhatione.

Impedimẽta ſponſalium.

Sic autem contracta octo modis ſoluuntur. Primus eſt, voto ſollemni ſuperueniente, vt ſi alter ſponſorum intret religionem. Secundus eſt ſuperueniente matrimonio, vt ſi cum alia contrahat de præſenti. Tertius eſt ſuperueniente affinitate, vt ſi cognoſcat aliam conſanguineam ſponſæ ſuæ, & hoc poſſit fama vel facto probari. Quartus eſt incurabili infirmitate ſuperueniente, puta lepræ, vel mutilatione alicuius membri. Quintus eſt altero ſe abſentante, vt cum vadit in regionem longinquam ſine licentia alterius. Sextus eſt altero fornicante. Septimus eſt vtroque volente, ſcilicet cum ambo conſentiunt, & mutuo ſe abſoluunt. Octauus eſt minore petente, vt quando contracta ſunt ſponſalia inter duos, quorum vnus eſt in ætate debita, alter non. Duobus primis modis ſoluuntur ſponſalia ipſo facto. Conſequentibus vero per iudicium Eccleſiæ. Duplex eſt autem effectus ſponſalium contractorum. Vnus eſt obligatio propter promiſſionem, vnde tales compellendi ſunt ad matrimonium contrahendum, niſi timeatur vxoricidium, vel interueniat aliquis caſuum prædictorum. Alius effectus eſt publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ eſt quòd nullus conſanguineorum ſponſi poteſt contrahere cum ſponſa, vel econuerſo. Coniuncti matrimonialiter per Eccle-

ſiam

ſiam tripliciter ſeparantur,aut ſimpliciter quantum ad vinculum,cum oſtenditur propter impedimentum, legitimum non fuiſſe coniugium inter eos, aut ſeparantur ad tempus ad pœnitentiam faciendam, vt quando contra interdictum Eccleſiæ contraxerunt, aut ſeparantur ſimpliciter quantum ad tempus in pœnam,propter aliquod crimen contra ſubſtantiam matrimonij perpetratum, vt quando alter coniugum fornicatur, tunc ſi petat innocens cum probatione adulterij abſoluitur per Eccleſiam,à mutua cohabitatione vxoris, & debiti redditione.Sunt autem ſeptem caſus, in quibus poteſt adultera excipere contra petentem diuortium. Primus eſt ſi fornicari conuicitur. Secundus eſt ſi eam proſtituat. Tertius cum credebat virum in bello eſſe defunctum,& nupſit alteri. Quartus ſi cognita eſt ab altero latenter, quem credebat eſſe virum ſuum. Quintus eſt,ſi fuit vi oppreſſa.Sextus eſt,quando poſt adulterium reconciliauit eam ſibi, & petrjt debitum. Septimus eſt rarior caſus, vt ſi infidelis repudiauit vxorem, & illa nubet alteri, ſi veniat ad fidem debet eam recipere non obſtante quòd fuit fornicata. In matrimonio ratificato eſt aliud, quod eſt tantum ſignum, vt conſenſus exterior per verba, aut nutus expreſſus. Aliud quod eſt tantum res, vt vnio Dei,& animæ per gratiam, quæ tamen eſt ſeparabilis per peccati mortalis tranſgreſſionem, ſicut illud matrimonium eſt ſeparabile,per ingreſſum in religione. Aliud quod eſt res & ſignum,vt conſenſus interior animorum. In matrimonio conſummato, eſt tantum ſignum conſenſus exterior, tantum res,vnio naturarum inſeparabilis in Chriſto,res & ſignum,cõſenſus mutuus animorum. Tria bona coniugij. Tria ſunt bona coniugij, ſcilicet bonum fidei, bonum prolis,bonum ſacramenti.Fides eſt;quòd ſuam cognoſcat & non aliam, & hoc eſt bonum moris cadens in genere honeſti. Bonum prolis cadit in genere conferentis,confert enim proles ad ſpeciei conſeruationem, & ad numeri perfectionem. Bonum ſacramenti cadit in genere delectabilis. Tanta eſt enim ibi vnio, vt propter vxorem relinquat homo patrem, & matrem. Et ſic patet quòd tria ſunt in electione ſecundum philoſophum,ſcilicet honeſtum,conferens, & delectabile. In hoc triplici genere ſunt bona coniugij diſtributa,& ſunt hæc bona numero tria, quia ad hoc quod matrimonium ſit completum, tria potiſſimè requiruntur, ſcilicet inſtitutio,vſus,& fructus. Ratione inſtitutionis, eſt bonum ſacramenti,ratione vſus debiti, eſt bonum fidei, ratione fructus conferentis, eſt bonum prolis.

*De impedimentis matrimonij in generali. Sectio. 55.*

CIrca impedimenta matrimonij, quia frequenter occurrunt,eſt ſpecialiter inſiſtendum. De quibus eſt tenendum, ꝙ quædam ſunt quæ impediunt ex congruitate, ſicut Eccleſiæ interdictum, & feriarum tempus. Et iſta dicuntur impedire contrahendum,ſed non dirimere iam contractum. Quædam impediunt de neceſſitate, quia non ſtat cum eis matrimonij ſacramentum. Vnde ſic impediunt matrimonium contrahendum, quòd etiam dirimunt iam contractum. Hæc autem ſunt numero duodecim, quæ verſibus iſtis continentur. Error, conditio, votum cognatio,crimen,Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen,honeſtas. Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis. Hæc ſocianda vetant connubia,iuncta retractant. Tria ſunt ex parte cauſæ efficientis, quæ eſt conſenſus, ad quem concurrit ratio & voluntas. Contra actum rationis eſt error, contra actum voluntatis eſt vis, ſiue violentia. Contra actum vtriuſque, eſt conditio ſeruitutis, quæ impedit partim propter defectum libertatis,partim propter errorem. Tria ex parte cauſæ materialis. Nam matrimonium eſt coniunctio voluntariè introducta, inter perſonas antea non coniunctas. Vnde coniuncti in proximitate,ad matrimonium ſunt inepti. Coniunguntur autem quidam conſanguinitate,quidam affinitate, quidam publicæ iuſtitiæ honeſtate,quæ contrahitur ex ſponſalibus per verba de præſenti. Et ſic ſunt tria impedimenta, ſcilicet cognatio, affinitas,& honeſtas. Tria ſunt ex parte cauſæ formalis,quia matrimonium eſt vinculum, in quo eſt mutua poteſtas viri & vxoris. Hæc autem poteſtas impeditur, quando alter tradit poteſtatem corporis ſui alij adhuc viuente proprio, & ſic eſt ligamen, aut quia dedicauit ſe Deo, & ſic eſt ordo, aut quia mancipauit ſe Deo & prælato, & ſic eſt votum. Tria autem vltima ſunt ex parte cauſæ finalis. Nam matrimonium eſt ad procreandam prolem,ad cultum Dei,vel ſaltem in remedium tempeſtatis. Contra rationem generãdi, vel remedii eſt impotentia coeundi. Contra cultum Dei qui eſt in fide,eſt cultus diſparitas. Contra cultum Dei qui eſt in moribus,eſt criminis enormitas. Circa impedimentum quod prouenit ex errore, attendendum eſt, quòd error poteſt eſſe circa perſonam, & circa proprietates perſonæ. Error circa perſonam conſenſum tollit, & matrimonium impedit, vt ſi credit conſentire in Mariam de qua cogitat ſenſu interiori, conſentit in Margaretam,quæ offertur ſenſui exteriori. Si autem ſit error circa proprietates perſonæ,non propter hoc matrimonium impeditur,vt ſi credat accipere diuitem & nobilem,quam poſtea depræhendit ignobilem, & pauperem. De proprietatibus autem perſonę excipitur conditio ſeruitutis,quæ impedit matrimonium contrahendum,& dirimit iam contractum. Circa quod nota,ꝙ triplex poteſt eſſe error conditionis, ſcilicet pars, vt cũ ſeruus credit accipere liberam, & accipit ancillam, talis error non impedit. Aut conditionis melioris, vt cũ ſcilicet credit accipere ancillam & accipit liberam, nec iſte error impedit. Aut conditionis deterioris, vt cum credit accipere liberam, cum ſit liber, & accipit ancillam, talis impedit contrahendum,& dirimit iam contractum,niſi velit in eam libere conſentire. Circa votum nota diffinitionem Hugonis. Votum eſt teſtificatio promiſſionis factæ ſpontaneè, quæ Deo & de his quæ Deo pertinent fieri debet. Item aliter diffinitur. Votum eſt melioris boni conceptio cum deliberatione formata. Eſt autem duplex votum,ſimplex, & ſolenne. Simplex eſt, in quo non eſt in prælatum tranſlata poteſtas,impedit contrahendum, ſed non dirimit iam contractum. Solenne votum eſt, quod ſolennizatur ordinis ſacri ſuſceptione, profeſſionis emiſſione, habitus profeſſorum aſſumptione,cum alijs quæ oſtendunt hominem profeſſum, impedit contrahendum, derimit iam contractum. Circa crimen nota,quòd in ſeptem generibus criminum denegatur connubium. Primum eſt adulterium, cum occiſione mulieris ſeu vxoris,ſcilicet fidei datione de ducenda vxore adultera,propria defuncta,vel cum contractione de facto. Secundum eſt inceſtus. Tertium eſt raptus ſponſæ alterius. Quartum eſt de eo, qui inſidians matrimonio,filium ſuum de ſacro fonte leuauit. Quintum eſt de eo, qui occidit præsbyterum. Sextum eſt de eo qui occidit propriam vxorem, ſiue perſequendo culpam adulterii,ſiue perſequendo perſonam ratione odii. Septimum eſt ſolenniter pœnitens. In omnibus iſtis diſpenſatur præterquam in primo, quod reſpicit determinatam perſonam. Nam adulterium cum vxoricidio, vel cum fideidatione, vel contractione de facto, reſpectu illius perſonæ, impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. Item impotentia naturalis coeundi,

Error. Conditio. Crimen.

ſi eſt

ſi eſt temporalis non impedit. Si eſt perpetua impedit, & dirimit, ſi præcedit matrimonium. Si autem ſequatur matrimonium, non dirimit. Sic etiam de ſe-
Ordo. ctis dicitur. Ordo ſacer triplex impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. Minores ordines neutro modo, ſi voluerit ordinatus Eccleſiæ deſerui-
Cultus diſparitas. re. De cultus diſparitate nota, quòd infidelis dicitur aliquando, quia caret fide, non tamen fidei ſacramento, vt hæretica baptizata, talis diſparitas impedit contrahendum, & non dirimit iam contractum. Aut eſt infidelis carens fidei ſacramento, & talis diſparitas impedit & dirimit, etiam ſi mulier ſit fidelis, quia caret baptiſmo, quia eſt ianua ſacramentorum. Circa vim ſiue violentiam tene, quòd coactio poteſt fieri vi, ſi-
Vis. ue metu. Vis eſt maior rei impetus, qui repelli non poteſt, vt cum quis capitur, trahitur, ligatur, talis vis impedit, & dirimit. Metus eſt inſtantis periculi trepidatio. Metus autem eſt duplex, ſcilicet leuis & iuſtus. Leuis eſt qui non cadit in conſtantem virum, vt quando parua eſt comminatio, vel per hominem parua potentem. Coactio per hunc modum ſiue metus non dirimit, nec impedit. Iuſtus metus eſt, qui poteſt cadere in conſtantem virum, vt quando veriſimile eſt, quòd malum inferet qui minatur, & talis coactio tollit conſenſum, & ſecundum iura impedit matrimonium, & di-
Ligamen. rimit iam contractum. Circa ligamen nota, ꝙ quantumcunque fiat diuortium inter coniuges, propter crimen adulterij, quantum ad thorum & cohabitationem manent perſonæ ſic ſeparatæ innubiles cum alijs, cum inter eos quandiu vixerint ambo, permaneat indiſſolubile vinculum & ligamen. Circa honeſtatem publicæ
Honeſtas. iuſtitię nota, ꝙ qui contrahit ſponſalia cum aliqua poſt ſeptennium, & decedit ante conſummatum matrimonium, & ex tali honeſtate retrahuntur conſanguinei ſponſi defuncti, à contractione matrimonij cum relicta, & hæc honeſtas impedit contrahendum & dirimit iam contractum.

*De impedimentis affinitatis, & cognationis in ſpeciali, & primo de affinitate.* *Sectio.* 56.

Affinitas, & conſanguinitas differunt.
DE duobus impedimentis quæ reſtant, ſpecialiter eſt videndum, ſ. de affinitate, & cognatione. Et primo de affinitate. Circa quam primo eſt notanda triplex differentia. Secundo notanda eſt triplex notula. Differt ergo primo inter eſſe affinem, & conſanguineũ. Cõſanguinitas. n. venit ex carnis propagatione. Affinitas autem ex carnali commixtione, præſuppoſita conſanguinitate quæ diffinitur ſic. Affinitas eſt proximitas perſonarum, ex carnali copula proueniens omni carens parentela, quantum eſt de ſe, ſupple. Vnde ſi quis cognoſcit mulierem efficitur affinis omnib. conſanguineis mulieris, & econtra. Secundo differt inter affinitatem, genus & gradus. Nam genus attenditur, penes pluríficationem commixtionis Carnis. Gradus vero ex parte ſanguinis, & propagationis. Propter qđ dicebatur antiquitus. Mutat nupta genus, ſed generata gradum. Erant. n. quondam tria genera affinitatis. Primum erat ex conſanguinitate, & prima carnis commixtione. Verbi gratia. Si frater tuus contraxit cum Maria, illa erat tibi affinis in primo genere. Secundum erat ex affinitate & ſecunda carnis commixtione, vt ſi Maria mortuo fratre tuo contraxit cum Martino, ipſe erat tibi affinis in ſecundo genere. Tertium erat ex ſecunda affinitate & tertia carnis commixtione, vt ſi Martinus defuncta Maria contraxit cum Guillota, ipſa Guillota erat ibi affinis in tertio genere. Et ſic nupta mutabat genus, generata vero ſiue propagata mutabat gradum. Nam ſi Maria mortuo fratre tuo ex Martino filiam generaſſet, & illa filia fuiſſet tibi affinis in ſecundo gradu quaſi neptis, & non in ſecundo genere. Hodie verò ceſſant illa tria genera præter primum, & filia generata ex cognata tua ex alio viro nihil dicetur tibi attinere. Et ſic tertio differt vtrum mulier affinis generet ex conſanguineo vel extraneo. Nam ſi generet ex conſanguineo proles genita attinet tibi gradu conſanguinitatis. Si vero ex extraneo, attinet tibi proles genita gradu affinitatis, vt dictum eſt ſecundum iura antiqua. Secundum vero iura moderna, nihil tibi attinet ꝓles illa. His viſis, tres notulæ ſunt ponẽdæ. Quarum prima eſt, quòd in primo genere affinitatis, non licet contrahere vſque ad quartum gradum incluſiue, ſicut & de conſanguinitate dicitur. Si autem quartum gradum velis agnoſcere, recurre ad perſonam, mediante qua affinitas eſt contracta, & quoto gradu diſtat ab illa, tanto gradu diſtat à perſona, cui eſt affinis, vt ſi contraxiſti cum muliere, factus es affinis conſanguineis mulieris, & quoto gradu aliquis eſt conſanguineus mulieris tuę, toto gradu eſt tibi affinis, & ſi attinet ſibi in quarto gradu conſanguinitatis, attinet tibi in quarto gradu affinitatis. Et ſicut nõ licet vxori tuæ contrahere cum tali, ita nec tibi. Secunda eſt, ꝙ ex quo affinitas eſt contracta, mortua perſona mediante qua eſt contracta, nihilominus manet, quia ſicut vinculum conſanguinitatis eſt perpetuum, ſic etiam affinitatis. Tertia eſt, ꝙ affinitas non ſolum contrahitur per coitum coniugalem, ſed etiam per fornicatorium.

*De cognatione triplici.* *Sectio.* 17.

SEquitur videre de cognatione, quæ diſtinguitur triplex, ſcilicet carnalis, ſpiritualis, & legalis. De ſingulis videndum eſt per ordinem. Et primo de carnali. Circa quam primo ponẽda eſt triplex diffinitio. Ergo videndum eſt quid ſit conſanguinitas, & quomodo diffinitur. Secundo adiungenda eſt triplex notula. Primo conſanguinitas eſt vinculum perſonarũ ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contracta. Secundo videndum eſt quid ſit linea. Linea eſt ordinata collectio perſonarum, conſanguinitate coniunctarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, diuerſos gradus continens. Et quia ordo poteſt attendi quantum ad id quod eſt ſupra, vel ad id quod eſt infra, vel ad id quod eſt iuxta, tres lineæ aſſignantur. Quædam aſcendentium, in qua ſunt gradus iſti, pater & mater, auus & auia, proauus & proauia, ab auus & abauia, atauus & atauia. Quædam eſt deſcendentium, in qua ſunt filius & filia, nepos & neptis, pronepos & proneptis, abnepos & abneptis, atnepos, & atneptis. Quædam eſt tranſuerſalium, in qua ſunt duo fratres, filij duorum fratrum, nepotes duorum fratrũ. Tertio videndum eſt quid ſit gradus. Gradus eſt habitudo ꝑſonarum diſtantium, qua cognoſcitur quota generis differẽtia duæ ꝑſonæ differunt ſeu diſtant inter ſe. Nũc ponendæ ſunt tres notulæ. Quarum prima eſt, ꝙ non licet contrahere cum aliqua cõſanguinea, vſque ad quartum gradum incluſiue. Secunda eſt, ꝙ toto gradu, perſonæ deſcendentes à ſtipite, diſtant à ſe inuicem quoto diſtant a ſtipite. Tertia eſt, ꝙ quando perſonæ inæqualiter diſtant a ſtipite, vtpote vna in ſecundo gradu, alia in quinto, ꝙ linea conſanguinitatis & gradus cõputari debet ſecundum differentiam perſonæ magis remotæ. Circa cognationem ſpiritualem, primo videndum eſt quid ſit. Eſt autem cognatio ſpiritualis propinquitas, ſiue proximitas, proueniens ex ſacramentali donatione, vel ad id tentione. Scđo videndæ ſunt eius differentiæ, q̃ ſunt tres. Cõpaternitas, quæ eſt inter patrem ſpiritualem

Cõſanguinitatis deſcriptio.

Gradus quid.

Cognatio ſpiritualis.

ritualem & patrēm carnalem; Paternitas, quæ eſt inter patrem, qui ſuſcipitur, & eum ꝙ ſuſcipit, ſiue ſit maſculus ſiue fœmina. Fraternitas, quæ eſt inter filium ſpiritualem & filium carnalem, vniuerſaliter & preciſè, nō enim ſe extendit niſi ad eum qui ſuſcipitur. Tertiò vidēdum eſt, quot modis contrahitur, quia dupliciter, ſ. indirectè, vt cum alter coniugum fit compater alicuius per actum coniugis. Directè vt cum aliquis fit compater alicuius per actum proprium, vt quando ipſe perſonaliter, de fonte ſuſcipit filium alicuius. Secundum iſtū duplicem modum intellige iſtos verſus. Quæ mihi, vel cuius mea natum de fonte leuauit. Hæc mea cōmater, fieri mea nequit vxor. Si qua meæ natum non ex me fonte leuauit. Hanc poſt functam meam, non inde vetabor habere. Contrahitur autem hæc Cognatio per catechiſmum, baptiſmum, & confirmationem. Sed per catechiſmum adeò exiliter, vt vix impediat matrimoniū contrahendum, non autem dirimitįam cōtractum. Per baptiſmum vero & confirmationem, contracta cognatio ſpiritualis, ſecundum triplicem differentiam ſupradictam, impedit contrahendum & dirimit iam contractum. Modo videndum eſt breuiter de cognatione legali, quæ ſic deſcribitur. Cognatio legalis eſt, proximitas proueniens ex adoptione. Triplex autem oritur cognatio per adoptionem. Vna eſt quaſi deſcendentium, quæ attenditur inter adoptantem, & filiam, vel neptem adoptatam, & inter ipſos non poteſt contrahi matrimonium. Alia eſt quaſi à latere, quæ attenditur inter filiū naturalem, & filiam adoptiuam, & iſti quandiu ſunt in poteſtate patris, non poſſunt matrimonio coniungi, emancipati vero poſſunt matrimonio copulari. Alia eſt quaſi affinitas quædam, quę attenditur inter adoptatū, & vxorem adoptantis, vel inter adoptantem & vxorem adoptati. Inter iſtas non poteſt matrimonium cęlebrari. Nota ꝙ carnalis cognatio, ſumitur penès legalem, naturalem, ſpiritualis penès diuinam, legalis penès legem humanam. Prima reſpicit bonum naturæ. Secunda bonum gratiæ. Tertia bonū fortunę. Prima corpus ſecundum animam, Tertia coniunctum.

Cognatio legalis.

# CENTILOQVII QVARTA PARS,

Quæ tribus. Sectionibus eſt contenta.

*De triplici differentia præmij.. Sectio. 1.*

Præmium bonorum triplex.

POSTQVAM viſum eſt de bono inquantum tenet rationem meriti, videndum eſt iam vltimo de bono inquantum tenet rationem præmij. Circa quod breuiter ſunt tria videnda, ſ. triplicis præmij differentia, viæ expedientia, & gaudij ſufficientia. Quantum ad primum tenendum eſt, ꝙ triplex præmium legitur in ſcriptura, ſ. præmium quod dicitur aureola, & præmium quod dicitur fructus, & præmium quod dicitur aurea. Aurea eſt merces incorruptibilis, & æterna veritate & bonitate. Comparatur autem talis merces aureæ propter tria. Aurea enim eſt corona de auro. Corona autem debetur filio regis. In qua etiam quantum eſt in ſe, non eſt reperire principium neque finem. Et materia de qua eſt, ſcilicet aurum eſt inter cætera metalla maximè incorruptibile. Præmio ergo quod dicitur aurea præmiantur, qui tranſeunt ad regni hæreditatem, ad Dei æternitatem, ad ſui ſoliditatem ſiue incorruptibilitatem. Hoc autem præmium debetur cuilibet virtuti, & præcipuè redditur charitati, & alijs virtutibus gratia charitatis. Nam ſi finalis charitas amittatur, illud pręmium nulli datur. Et quia eſt bonum increatū de quo percipitur iſta merces, dicitur autem nunc aurea, nunc præmium ſubſtantiale, nunc bonum eſſentiale. Aureola vero eſt gloria incorruptionis, ſecundum profectum trium virium animæ, vel in carne operantium. Tres quippe naturales potentiæ. ſ. rationalis, iraſcibilis, concupiſcibilis in actus perfectiſſimos, egrediūtur reſpectu carnis, tribus virtutibus informatæ, ſ. prudentia, temperantia, & fortitudine. Temperantia habet ſuum perfectiſſimum actum, & difficillimum, qui eſt ſemper ſeruare carnem ſuam integram, abſq; omni contagione venereæ actionis, quod faciunt virgines, ratione cuius debetur eis aureola virginum. Fortitudo habet ſuum actum difficillimum, quem in carne trāſigit & exercet mediante carne, vti eſt ſuſtinere mortem pro iuſtitia, & veritate, quod faciunt martyres, ratione cuius debetur eis aureola martyrum. Prudentia quoque habet actum ſuum difficillimū, quem trāſigit et exercet in carne quæ aggrauat animam, & hic eſt docere alios in fide, & morib. quod faciunt doctores, ratione cuius debetur eis aureola prædicatorum. Aureola igitur virginum eſt gloria de incorruptione carnis, atteſtāte incorruptione mentis. Aureola martyrum eſt gloria de inuicta ſuſtinentia mortis, vſquequo aliquis perſeuerauerit vſq: ad mortem, pro fide, & iuſtitia patienter. Aureola prædicatorum eſt gloria, de incorruptione doctrinæ ad alterum prolatæ, verbo, & mēte, & exemplo. De hac aureola prædicatorum dicitur. Quæ eſt mea ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Deum? In ſignum huius triplicis aureolæ debitæ tribus generibus ſaluandorum, pręmittuntur in aliquibus Eccleſijs antiphonis Beatæ Mariæ verſiculi, in ſignum aureolæ virginum. Antiphonis Beati Pauli Apoſtoli, pro prædicatoribus. Antiphonis Beati Laurentij martyris pro martyribus. Et nota ꝙ pro quatuor datis maximis, quæ dat homo iuſtus Deo, ab eo recipit quatuor dona maxima. Nam pro bona voluntate informata charitate recipit auream. Pro bona doctrina fidei, & morū, recipiunt prædicatores aureolam. Pro ſuſtinentia mortis, recipiunt martyres ſuam. Pro incorruptione carnis, virgines habent ſuam aureolam. Pręmium quod dicitur fructus, attenditur ſecundum vnum prædictorum, ſ. ſecundum continentiam virginalem. Et diuerſificatur fructus ſecundum ꝙ diuerſificatur continentia. Eſt enim continentia coniugalis abſtinens ſe ab omni coitu illicito, non tamen ab omni coitu. Huic reſpondet fructus triceſimus, in quo eſt denarius, quam æterna ſignificat, & ternarios trium bonorum coniugij, ſ. prolis, fidei, & ſacramenti, quæ ad denarium referuntur. Eſt continentia vidualis abſtinens ſe ab omni coitu in carne corrupta reſpectu temporis, & perſonæ à poſteriori tantum, cui reſpondet fructus ſexageſimus. In quo eſt denarius æterna ſignificans, & ſenarius operum, in quibus propter denarium æternorum debent viduæ exerceri ſecundum Apoſtolū. Quorum operum primum eſt reddere parentibus vicem. Secundum eſt inſtare obſeruationib. & orationib. Tertiū eſt filios educare. Quartum pauperes hoſpitio recipere. Quintum ſanctorum pedes lauare. Sextum tribulationem patientibus ſubminiſtrare. Eſt tertio continentia virginalis, abſtinens ſe in carne incorrupta reſpectu cuiuſlibet temporis, & perſonę ab omni coitu, cui reſpōdet fructus centeſimus, qui conſtat ex denario in ſe ductos. Iſte quidem competit virginibus, quæ in terra manentes angelicam ducunt vitam, & tantum interius ſibi vacant propter æternum bonum, quod eſt denarium in ſe ducere, Caſtitas coniugalis bene excolit terram ſuam, vidualis melius, virginalis optimè. Et nota quòd cum virginitas ſit in carne corruptibili, perpetuæ

Aureola triplex.

1. The. 2.

Præmium fructus.

1. Thi. 5. 6. opera vidualis caſtitatis.

petuæ incorruptionis meditatio, virginitas tria dicit. Primum eſt abſtinentia ab omni coitu illicito. Secundum eſt abſtinentia ab omni coitu licito. Tertium eſt integritas mentis & carnis. Quantum ad primum dicit habitum virtutis, huic debetur aurea, quantum ad ſecundum dicit virtutis ſtatum, huic debetur fructus centeſimus, quantum ad tertium dicit decorem, huic debetur aureola. Fructus autem in virginibus determinat ante ſe aureolam. Aureola vero præſupponit auream. Voluntati enim continendi propter Deum debetur aurea, ſed cum additur in carne incorrupta, ſuperadditur ei aureola, quia ſic eſt continentia in ſuo ſummo. Vlterius cum additur, reſpectu cuiuſlibet temporis & perſonæ, debetur ei fructus centeſimus.

### *De expedientia ad præmium.* *Sectio. 2.*

SEquitur videre de his, quæ animam expediunt ad gloriæ ſupplementum. Retardatur enim anima exuta, quamuis gratia finali informata, dupliciter, ne totaliter feratur in Deum, ſ. propter cremabile quod ſecum traxit, & propter corpus ſuum ſocium, quod dimiſit. Contra primum, expeditur per Eccleſiæ orationes, & ſuffragia viatorum. Contra ſecundum, expeditur per conſummationem iuſtitiæ ſiue per remunerationem corporum reſumptorum. Primo ergo videamus, qualiter animabus in purgatorio retardatis, valeant ſuffragia viatorum. Et poſt de reſurrectione mortuorum. Proſunt autem Eccleſiæ ſuffragia defunctis, non quibuſcunque, ſed mediocriter bonis, vt pote illis qui ſunt in purgatorio, non valde malis, vt illis qui ſunt in inferno, nec valde bonis, vt illis qui ſunt in paradiſo, ſed potius eorum orationes & merita militanti Eccleſiæ ſuffragantur, quia nobis adhuc miſeris multa per eos beneficia impetrantur. Proſunt autem ſuffragia ſic impenſa ſecundum magis & minus, vel pro diuerſitate meritorum in mortuis, vel pro ſolicitudine charitatis in viuis. Proſunt inquam ad pœnarum mitigationem, vel ad celeriorem liberationem, prout diuina prouidentia voluerit diſpenſare. Suffragia autem quæ valent præcipue in remedium defunctorum, his verſibus continentur. Miſſa frequens, crebræque preces, ieiunia ſacra. Proſunt defunctis, prodeſt eleemoſyna ſancta. Cum autem per diuina munera & propria merita, necnon & aliena ſuffragia, animæ ad gloriam tranſierint angelorum, adhuc tamen ſecundum ſanctos propter naturalem inclinationem ad corpus, à contemplatione plena, & fruitione perfecta retardantur. Vnde videndum eſt de reſurrectione, de qua ſecundum fidem catholicam eſt tenendum, quod omnia corpora hominum reſurgent in generali iudicio, non exiſtente in eis diſtantia quantum ad ordinem temporis, ſed potius quantum ad ordinem dignitatis. Mali enim non in melius mutabuntur, ſed in bonis natura ſeruabitur, & vitia atque defectus detrahentur. Omnes quippe reſurgent in integro corpore, plena ætate, & debita menſura membrorum, in eiſdem corporibus numero, & eiſdem partibus conſtitutis, ſalua totius veritate naturæ, non ſolum quantum ad membra principalia & humiditatem radicalem, verum etiam ſaluis capillis & mēbris cæteris, quę ad corporis decentiam pertinebunt, ita quòd in quaſcunque auras puluis humani corporis diſperſus fuerit, ad eandem redibit animam, quæ hominem prius vt viueret & creſceret animauit. Et quia electi debent eſſe conformes primogenito mortuorum, i. domino noſtro Ieſu Chriſto, in quo nullus fuit omnino defectus, neceſſe erit, vt ſi aliquod membrorum deerat, ſuppleatur, & ſi aliqua ſuperfluitas inerat, auferatur, ſi aliqua membrorum inordinatio, corrigatur. Si paruus erat, ad quantitatem ætatis Chriſti, quā habebat paruulus, in ratione, quamuis non in mole, virtute diuina deducatur. Si decrepitus, ad eandem ætatem deueniet. Si gigas, ad eandem, ſi nanus deficiens, ad menſuram congruam limitetur, vt ſic omnes ſancti integri & perfecti, occurrant in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Erunt autem in corporibus electorū quatuor conditiones nobiliſſimæ, quæ dotes dicuntur, in quibus cætera bona includuntur. Quæ quidem dotes ſunt claritas, agilitas, impaſſibilitas, & ſubtilitas, quæ ſic corpus perficiunt, quòd ordinant ad animæ actionem, quæ duplex eſt, ſ. cognitio, & dilectio. Claritas habet ordinem ad cognitionem, aliæ tres dotes ad dilectionem. Conſiſtit autem dilectio, quæ eſt delectatio magna, in coniunctione conuenientis cum conuenienti. Eſt itaque agilitas, vt coniūgatur anima Deo, impaſſibilitas, vt non retrahatur, ſubtilitas, vt nihil interponatur inter diligens & dilectum. Poteſt autem ſumi ſufficientia harum dotium, penes cauſam materialem ſic. Corpus humanum quatuor habet defectus, ex quatuor elementis quibus componitur & ſubſiſtit. Ab aqua habet paſſibilitatem, quę eſt elementum fluidum. Contra hunc defectum habet impaſſibilitatem. A terra, habet opacitatem, contra quam habet claritatem. Ab igne, qui conſumit, habet animalitatem, ſecundum quam alimonijs reddit ponderoſum, contra quem defectum habet agilitatem. Ab aere, qui cedit cuilibet impellenti, habet infirmitatem, contra quam habet ſubtilitatem ſiue penetrabilitatem, per quam corpori glorioſo erit peruium omne durum.

Suffragia pro defunctis.

Effectus ſuffragiorum.

Reſurrectio generalis.

Ephe. 4.

4. dotes beatorum corporum

### *De ſufficientia gaudii.* *Sectio. 3.*

IAm ad gaudij ſufficientiam eſt tertiò, ſiue vltimò tranſeundum. Circa quam breuiter eſt attendendum, ꝙ gaudium ſufficiens perficitur & completur in tribus dotibus animæ, quæ ſunt aperta viſio ſummi veri, certa tentio ſummi ardui, perfecta dilectio ſummi boni. In primo perficitur rationalis, in ſecundo iraſcibilis, in tertio concupiſcibilis. Primum eſt præmium fidei, ſecundum præmium ſpei, tertium præmium charitatis. Sunt autem quidam ternarij in ſuperiori facie animæ, quibus ab imo ſui vſq; ad ſummum Dei peruenit, & quieſcit. Sunt tria ſubiecta, ſ. tres potentiæ naturales, rationalis, iraſcibilis, & concupiſcibilis, quæ tanquam fundamenta bonis ſpiritualibus ſubſtituuntur. Sunt tres habitus virtutum theologicarum, ſ. fidei, ſpei, & claritatis, quę a Deo gratis ad informationem trium virium prædictarum infunduntur, & quibus ipſæ potentiæ diriguntur. Sunt tres actus qui a prædictis potentijs, mediantibus tribus habitibus ſupradictis, ſ. tribus virtutibus theologicis eliciuntur, ſ. credere, aſſentiendo ſummæ veritati propter ſe, & ſuper omnia. Sperare, intendendo ſummæ largitati propter ſe, & ſuper omnia. Diligere, complectendo ſummam bonitatem propter ſe, & ſuper omnia. Sunt tria obiecta, ad quæ tres actus egredientes à tribus potentijs virtute trium habituum terminantur. Iſta autem obiecta ſunt veritas increata, maieſtas increata, & bonitas, ita quòd ſummum verum eſt obiectum fidei, ſummum arduum eſt obiectum ſpei, ſummum bonum eſt obiectum charitatis. Verum (inquam) ſub ratione veri, arduum ſub ratione ardui, bonum ſub ratione boni. Et reſpiciūt hæc oīa, ſtatum & meritū viatorum. Sunt ēt tria præmia, ſcilicet cognitio ſiue intelligētia veritatis infallibilis, poſſeſſio ſiue pmanētia dignitatis inamiſſibilis, dilectio ſiue cōplacētia bonitatis infatigabilis. Et ſic po-

Treſdotes animæ glorioſæ.

Præmium triplex.

teſt

eſt colligi ex prædictis, quòd in gloria cœleſti erit præmium ſubſtantiale, conſubſtantiale, & accidentale, Subſtantiale & ex parte animę, conſiſtit in Dei viſione aperta, Dei tẽtione ſecura, Dei dilectionę perfecta, & hęc eſt prima ſtola. Conſubſtantiale ex parte corporis, conſiſtit in claritate, impaſſibilitate, agilitate, & ſubtilitate & hęc eſt ſecunda ſtola. Accidentale conſiſtit in tribus aureolis, quæ non ſunt omnium ſaluandorum.

# SANCTI BONAVENTVRAE
## SERAPHICI DOCTORIS.

### *De tribus ternarijs peccatorum infamibus tractatus.*

TRES ſunt ternarij peccatorum infames. In primo eſt peccatum originale, mortale, & veniale, ad quæ omnia alia peccata reducuntur. In ſecundo eſt peccatum cordis, oris, & operis. Et his tribus modis omnia peccata committuntur. In tertio eſt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Et ab his tribus omnia peccata oriuntur. Quantum autem ad primum nota, quòd illa tria poſſunt diſtingui ſecundum naturam corporalis infirmitatis. Eſt enim quædam infirmitas, quæ cum natura producitur, ſicut podagra. Eſt quædam per quam tota vita deſtruitur, ſicut febris continua. Et eſt quædam per quam natura debilitatur, ſicut febris diſcraſia. Secundum hunc modum, iſta tria peccata diſtinguuntur. Nam peccatum originale eſt illud, quod cum natura traducitur. Et ideo dicitur. Omnes naſcimur filij iræ. Peccatum mortale eſt illud per quod tota vita ſpiritualis deſtruitur, vel conſumitur. De quo dicitur. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Peccatũ veniale eſt illud, per quod natura debilitatur. Et iſta duo ſic differunt. Nam peccatum veniale eſt in anima, ſicut punctura pulicis in corpore, quæ modicũ lædit, ſed peccatum mortale eſt in anima, ſicut morſus ſerpentis in corpore, qui veneno hominem interficit. Vel aliter poteſt patere ſub tali exemplo. Peccatum mortale opponitur charitati, ſed veniale opponitur feruori charitatis. Vnde ſicut homo quando proijcit in ollam feruentem modicum aquæ frigidæ, impedit feruorem, ſed non tollit caliditatem, ita peccatum veniale impedit feruorem charitatis, quia ex hoc efficitur homo tepidus, ſed non tollit charitatem, quia compatiuntur ſe ad inuicem in eodem ſubiecto, ſed mortale deſtruit totum, ſicut ſi homo proijceret in ollam feruentem aquam frigidam in maxima copia, & feruorem impediret, & caliditatem extingueret. Sic ergo differunt mortale, & veniale.

Tres peccatorũ generales diuiſiones.

Eph. 2.

Ezech. 18.

Simile.

Simile.

### *De originali peccato.*

Peccatum originale qualiter ab alijs differat.

CIrca originale, nota quòd ab alijs in quatuor diſtinguitur, quia habet vnitatem, communitatem, æqualitatem, & differentem qualitatem. Primo vnitatem habet, quia eſt vnum in omnibus, nam in vno homine, eſt vnum numero, in omnibus, eſt vnũ proportione reſpectu ad vnum principium. Alia autem peccata ſunt varia & diuerſa. Quod autem peccatum originale ſit vnum, patet ex ipſa natura cum qua traducitur, quia ſicut humana natura eſt vna, ita infectio naturæ eſt vna. Et hoc poteſt patere multis exemplis. Videmus enim quòd arbor vnius naturæ multa folia habet, & tamen omnia folia eandem figuram habet. Et arbor vna multos fructus producit, qui ſimilem ſaporem habent. ſimile eſt in propoſito, quia ab vno homine omnes homines producũtur. Et quia ipſe primus homo peccatum originale commiſit, ideo in omnes poſteros tranſmiſit. Ideo dicitur. Sicut per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum. Secundò habet communitatem, quod de alijs non contingit. Peccatum enim mortale non eſt in omnibus, quia non fuit in Ioanne Baptiſta, Ieremia, & multis alijs, & etiam veniale, quia non fuit in Beata Virgine. Auguſt. cum de peccatis agitur, nolo de virgine fieri mentionem. Sed originale omnibus eſt commune, quia per carnalem originem deſcenderunt. Et quia Chriſtus non deſcẽdit ab Adam per originem carnalem vel ſeminalem, ideo peccatum originale non contraxit. Et ideo dicit Auguſtin. quòd eſſe ſine peccato, ſolius eſt redemptoris, qui fuit ſine peccato contracto & commiſſo. Et ſi aliquis alius miraculoſe ex carne humana formaretur, peccatum originale non haberet, quia ab Adam ſecundum legem communem, ſcilicet concupiſcentiæ non deſcenderet. Cum autem omnes ab eo ſecundum legem prædictam deſcendant, id eſt ſecundum ſeminalem rationem, omnes contrahunt originale peccatum, cuius ſignum eſt mors, quæ eſt ſtipendium originalis. Vnde Paulus. Stipendiũ peccati mors. Vnde ſicut oẽs morimur, ita oẽs originale contrahimus, ſed ſi aliquis non contraheret, redemptione facta per Chriſtum nõ indigeret, quod eſt hæreticum, & à fide catholica alienum. Tertiò habet æqualitatem. In alijs peccatis magna diuerſitas eſt, quia homicidium eſt maius peccatum quàm furtum, & adulterium quàm fornicatio, & ſic de alijs. Et in venialibus ſunt etiam gradus penes illa tria, quæ dicit Apoſtolus, id eſt Lignum, fenum, ſtipulam, ſed peccatum originale ęquale eſt in omnib. quia eſt à principio naturę, quæ æqualiter eſt in omnibus. Quartò habet differentem qualitatem, quia reliqua peccata ideo ſunt peccata, quia voluntaria, & ſi non eſſent voluntaria, non eſſent peccata, ſed peccatum originale non eſt voluntarium voluntate contrahentis, ſed tantum voluntate primi originantis. Alia etiam peccata non traducuntur in filios à parentibus, ſed originale traducitur. Et ratio huius eſt, quia in quolibet homine duo ſunt, natura, & perſona. Ea quæ ſunt perſonæ, non traducuntur à parentibus in filios. Non enim pater traducit in filios virtutes & ſcientiam, quas proprio ſtudio acquiſiuit, nec peccata, quæ proprio actu commiſit, ſed ea, quæ pertinent ad naturam ſpeciei à parentibus in filios traducuntur, niſi aliquod eueniat impedimentum. Vnde oculatus, generat oculatum. Et ſic cum originale peccatum ſit naturæ, à parentibus in filios traducitur. Sed peccatum mortale cum ſit peccatum perſonæ, in filios non traducitur. Huius exemplum, ſcilicet peccati originalis in rebus ſenſibilibus apparet. Si aliquis vellet haurire de fonte aquam, quæ eſſet turbida, & corrupta, hauriendo aquam, hauriret corruptionem. Simile eſt in propoſito, quia cum tota natura ſit corrupta per peccatum originale, quicunque recipit naturam, ſimul recipit, & peccatum. Item alio modo. Omnes homines qui naſcuntur ex Adam, poſſunt conſiderari, vt vnus homo, inquantum conueniunt in natura, quàm à primo parente accipiunt, & ſic multi homines ab Adam deriuati, ſunt tanquam multa membra vnius corporis. Actus autem vnius membri corporalis, non eſt volũtarius voluntate ipſius manus, ſed voluntate ipſius animæ, quæ primò mouet membra.

Roman. 5.

Rom. 6.

1. Corin. 3.

Peccatum originale eſt peccatum naturæ.

Exemplũ.

Vnde homicidium quod manus committit, non imputatur manui ad peccatum, ſecundum ſe, vt diuiſa à corpore,ſed imputatur ei, inquantum eſt hominis aliquid, per quod mouetur, quia à principio hominis eſt motio. Sed inordinatio quæ eſt in homine iſto, non eſt voluntaria voluntate, ſcilicet ipſius hominis, ſed voluntate primi parentis. Vnde inordinatio Adæ, in qua omnes originaliter fuimus, redundat in omnes. Sic calefactio epatis redundat in faciem. Videmus enim, quòd illi qui habent epar calefactum, habent vultum croceum, propter colligationem membrorum ad vnum principium.

Quid ſit originale pecca.

NVnc autem videndum eſt, quid ſit originale peccatum. Circa quod ſciendum, quod ſicut quilibet artifex opus ſuum ordinat & diſponit, vt poſſit conſequi debitum finem, ita Deus hominem ordinauit, vt poſſit peruenire ad vltimum finem. Cum igitur finis humanæ naturæ, omnis naturæ facultatē excedat, non poterat homo ad prædictum finem peruenire, & ideo Deus addidit humanę naturæ donum iuſtitiæ naturalis, quæ quidem iuſtitia in hoc conſiſtebat, quòd quandiu fuit anima Deo ſubiecta, ipſi animæ ſubijciebantur omnes vires corporis, & ipſum corpus, ita quod nullus motus poterat eſſe in corpore, ſine imperio rationis. Vnde ſi in elementis ex quibus corpus componitur, non fuiſſet aliqua pugna, nec in humoribus aliqua diſcraſia, ſi anima Deo perfectè ſubiecta fuiſſet. In viribus etiam corporis & animæ non fuiſſet motus contra imperium rationis, quia nec concupiſcentia tetendiſſet effrenatè in delectabile præter regulas rationis, potentias animæ & vires corporis regulantes, quantum ad obiecta & actus earum. Et ideo ſtatim amoto primo ordine, etiam ſecundus ordo eſt rationabiliter mutatus, quia quam cito anima fuit inobediens Deo, & corpus fuit inobediens animæ. De qua inobedientia dicitur.

Rom. 7.

Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c. Illud ergo quod hunc ordinem priuat, dicitur peccatum originale, id eſt priuatio originalis iuſtitiæ. Quod tali patet exemplo. Corpus in ſtatu innocentiæ erat ſicut equus infrenatus, qui ducitur ſecundum voluntatem ſeſſoris, ſed poſtquam frenum deponitur, inordinatè mouetur.

Iuſtitie origi. effectus

Ita etiam Deus in primo ſtatu infrenabat corpus, quod moueri non poterat, niſi ſecundum regimen rationis, ſed poſtquam homo peccauit, Deus frenum depoſuit, & ſubtraxit, & ſic effrenatè effertur contra imperium rationis. Hoc eſt, quod dicitur.

Gal. 5.

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Ex iſto peccato multi defectus ſunt in homine, ſicut ex graui infirmitate corporali relinquuntur reliquiæ infirmitatis prèteritæ, ſcilicet debilitas in operando, alteratio guſtus in appetendo, viſus in reſpiciendo, greſſus in ambulando. Sic ex originali peccato quædam reliquiæ relinquũtur, quæ vulnera appellantur. Quod ſic patet. Quandiu fuit anima Deo ſubiecta, nihil inordinatum contingebat in carne, nec in viribus animæ. Nam deſiderium ordinatè ferebatur in ſuum delectabile, & animus in aggreſſibile, & intellectus in intelligibile, & voluntas in appetibile. Ex quo autem anima receſſit à Dei imperio, ſtatim inordinatio, & contradictio in omnibus acceſſit. Et ſic deſiderium vulneratum concupiſcentia, animum diſcraſia, intellectum ignorantia, voluntatem malitia habuit. Sunt ergo iſta quatuor vulnera ex primo peccato inflicta.

Peccati orig. effectus. Concupiſcentia.

Quorum primum, ſcilicet concupiſcentia, eſt quaſi vulnus inſanabile, vnde miro modo inimicatur animæ, ideo aſſimilatur cuidam animali, quod vocatur hydrus, quod mirabiliter inimicatur cocodrillo. Cum enim ſit animal venenoſum inuoluit ſe in herba, quam cocodrillus deglutiens, ex veneno moritur, & hydrus de ventre eius exit illæſus, ſic concupiſcentia inuoluit ſe delectationibus, & homo deglutiens mũdi delectabilia, deglutit concupiſcentiam, qua anima veneratur, & priuatur vita gratiæ. Hæc eſt ergo plaga inſanabilis, quæ quanto magis deguſtatur, tanto magis deguſtans famelicus, redditur, vel efficitur. Et ideo dicitur in prouerbio, & habetur 6. Ethico. Quid oportet bibere eum, quem aqua ſuffocat? Quaſi diceret. Sicut aqua ſuffocat nõ ſatiat, ita concupiſcentiæ deditum, nihil eſt quod ſatiet. Hæc eſt plaga, quæ omne bonum eradicat ſpirituale, ideo dixit Daniel ſeni, qui in concupiſcentiam Suſanæ exarſerat, Concupiſcentia ſubuertit cor tuum. A corde ſiquidem procedunt ſenſus, & motus, & corporales actus, Vnde deſtructo corde, omnia illa deſtruuntur. Et ſic concupiſcentia cum cor ſubuertit, omnia alia bona conſumit.

Danie. 13.

Pſal. 37.

Ignorãtia.

Secunda plaga eſt ignorantia, quę vulnerat intellectum. Pſalmus. Lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Sed omiſſo viſu, amittitur omne gaudium, ſecundum illud. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video? Et hoc ideo, quia dulce lumen & delectabile eſt oculis, videre ſolem. Et ratio huius eſt, quia vt dicit ſapiens, inter omnes ſenſus viſus eſt diligibilior. Sed ſi hoc eſt de viſu corporali, multo magis de viſu ſpirituali. Hæc ergo plaga ex primo peccato eſt, quia omnes inuoluimur tenebris, vt dicitur in Iob.

Thob. 5.

Iob. 37.

Infirmitas

Tertia plaga eſt paſſionis vel impotentiæ diſcraſia, quæ poteſt dici infirmitas in anima ad ſimilitudinem infirmitatis corporalis. Dicitur autem corpus infirmũ, quando debilitatur vel in executione propriæ operationis, vel impeditur propter aliquã inordinationem partium corporis, ita humores & membra non ſubduntur virtuti regitiuæ corporis, ſicut oculus dicitur infirmus, quando non poteſt clarè videre, ſic infirmitas animæ dicitur, quando ipſa impeditur in propria operatione, eo quòd partes eius non ſubduntur regimini rationis. Vnde Philoſophus in 1. Ethic. comparat incontinentem paralytico, cuius partes mouentur in contrarium eius, quod ipſe diſpoſuit. Ideo clamat Apoſtolus. Non quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum illud facio.

Roman. 7.

Inter omnes autem paſſiones, quę debilitãt animã, nulla ita debilitat vt amor carnalis. Vnde aĩa propter amorem languet. Languor autem eſt infirmitas animę, vt dicit Tullius. Et ratio huius eſt, quia tunc anima infirmatur & languet, quando à propria & naturali forma diſcedit, hoc autem facit amor, qui transformat amantem in amatum, ita quòd amans iam non agit ſecundum ſuã formã, ſed ſecundum formam amati. Ideo dicebat ſponſa in Can. Nunciate dilecto meo, quia amore langueo.

Can.

Quando autem paſſio amoris multum intenditur, amittit rationis vſum, quia multi propter abũdantiam amoris, verſi ſunt in inſaniã. Amor autem nihil aliud eſt quã complacentia alicuius rei conuenientis, acceptæ per ſenſus. Ex hoc amore procedit concupiſcentia, quæ tendit in rem amatam, nec poteſt quietari, donec perueniat, & cum peruenit, delectatur, quia delectatio nihil aliud eſt, quàm quietatio in re adepta. Hic plura dicta ſunt, quę poſſunt conuenire primo vulneri.

Malitia.

Quarta plaga eſt malitię, quę vulnerat voluntatem. Sed videtur, quòd voluntas nullum peccatum committit ex propria malitia, quia ſicut dicit Dionyſi. in libro de diui. no. Nullus ad malum reſpiciens operatur. Ad quod dicendum, quòd malum non poteſt eſſe ſecundum ſe intentum, ſicut vſurarius extorquendo vſuram, non intendit offenſam diuinam, ſed intendit multiplicare pecuniã. Vnde bene vellet ſi poſſet, abſque offenſa Dei habere pecuniã, ſed duobus propoſitis, offenſam Dei negligit, & acquirit pecuniam. Et ſic eſt de omnibus alijs.

De

*De mortali peccato.*

DIcto de originali peccato, dicendum eſt de mortali. Et quæritur. Vtrum aliquid poſſit eſſe mortale peccatum. Et videtur quòd non, quia mortale dicitur, quod mortem infert, ſed non poteſt inferri animæ mors, cum ſit immortalis, ergo nullum peccatum eſt mortale. Item, mors propria operatione hominem priuat. vnde homo mortuus nihil poteſt operari, ſed peccatores in peccato exiſtentes, multa ſtrenue operantur, & perſpicuè intelligunt, & ſic videtur, quòd nullum ſit peccatum mortale. Et dicendum, quòd multa ſunt peccata mortalia, & verè aliquis actus humanus habet rationem peccati mortalis. Eſt.n. peccatum mortale, quod corrumpit vitam, tollit efficaciam, dimittit viam, & obligat ad gehennam. Vita autem ſpiritualis conſiſtit in calore, ſicut vita corporalis. Vnde defectus caloris eſt defectus vitæ. Sicut videmus in morientibus, quòd paulatim calor deficit in extremitatibus corporis, quæ prius infrigidantur, & calor ad principium vitæ, i. ad cor recolligitur, qui cum ex toto deficit ibidem, vita totaliter perit. Huius exemplum videmus in lucerna, in qua quádiu eſt calor, vel humor, vel liquor, tandiu eſt ibi ſplendor luminis, & deficiente calore, deficit lumen, ſic vita ſpiritualis non eſt aliud niſi quidam calor, i. amor diuinus, qui quidem duplicem faciem habet, ſecundum duplicem aſpectum, vnam quæ reſpicit Deum, aliam quæ reſpicit proximum, quia charitas nihil aliud eſt, quam dilectio qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum. Illud ergo quod iſtum amorem corrumpit eſt peccatum mortale, ſicut blaſphemia, periurium, hæreſis & huiuſmodi, quæ charitatem corrumpunt, quam habemus ad Deum, falſum teſtimonium, furtum, & huiuſmodi, quæ contrariantur charitati, quam habemus ad proximum, & omnia quæ præceptis decalogi prohibentur, peccata mortalia iudicantur. Secundò tollit virtutis efficaciam. Ex quo.n. homo in mortale ſe præcipitauit, iam non poteſt per ſe reſurgere, niſi gratia ſaluatoris mediante, ideo dicitur in Pſal. quòd homo eſt ſpiritus vadens, & non rediens, i. per ſe in peccatum vadens, ſed non per ſe reſurgens, ſicut per ſe poteſt ſe proijcere in profundum lacum, vel lutum, ſed nõ poteſt per ſe exire. Et ideo per ſe homo ad mortem vadit, ſed non per ſe redit niſi miraculosè, quia non eſt regreſſus de priuatione ad habitum ſecundum naturam. Tertiò dimittit viam. Omnis.n. via ducit ad aliquem finem, ſicut omnes viæ contra ciuitatem ducunt ad ciuitatem. Vltimus autem finis omnium eſt vnus, ſ. Deus. Nam ſicut ipſe eſt vnum principium & vniuerſale, ita eſt vnus finis & vltimus omnium. Quando autem alius conſtituitur, diligitur, & eligitur, receditur ab hoc fine vltimo. Et cum finis ſit maxime diligibilis, ille finis conſtitutus diligitur plus quàm Deus, qui eſt vltimus finis. Hoc autem non poteſt ſine mortali accidere, ſicut patet in guloſis, qui ventrem pro Deo colunt. De quibus Paulus. Quorum Deus venter eſt. Et hoc ſic patet. Si proponatur guloſo Deus ex vna parte, & cibus delectabilis ex alia parte, ipſe, ſpreto Deo incommutabili bono, per amorem cibo inhæret, tanquam vltimo fini. Et ſi luxurioſo ex vna parte proponatur adulterium prout eſt delectabile, & ex alia parte Deus prohibens, contemnit Dei prohibitionem, & ſe adulterinæ delectationi immergit, & deuiat à fine. Et hæc eſt differentia peccati mortalis à veniali: Quia mortale totaliter elongat à via, & retrorſum graditur, & ideo quáto magis à via deuiat, tanto magis à fine recedit, & elongatur, iuxta illud Pſal. Longe à peccatoribus ſalus. Veniale autem à via non abducit, nec ab vltimo fine ſeparat. Quartò obligat ad gehennam, quod non cõtingit de veniali vel originali. Sed videtur inconueniens, quòd pro modica delectatione quis adiudicetur æternę damnationi. Eſt dicendum, quòd pœna commenſuratur ſecundum conditionem illius in quem peccatur. Vnde magis peccat, qui percutit militem, quàm qui ruſticum, & magis qui regem offendit, quàm qui militem, & ſic de alijs ſecundum gradum nobilitatis. Qui ergo offendit Deum, qui eſt infinitum bonum, merito pœnam incurrit infinitam, propter contemptum maieſtatis diuinæ, & infinitæ culpæ reſpondet infinitas pœnæ in damnatione. Vnde pœna damnatorum eſt infinita, & eſt finita. Finita eſt in acerbitate, & hoc reſpondet delectationi, quæ fuit in actu peccati. Infinita eſt in duratione, & hoc propter contemptum Dei qui eſt infinitus. Ad illud quòd obijcitur, quod animæ non poteſt inferri mors. Dicendum eſt, quòd duplex eſt mors, ſcilicet naturæ & culpæ. Quo ad mortem naturæ anima dicitur immortalis, ſed quo ad mortem culpæ moritur. Quia ſicut dicit Auguſt. in libr. de mendacio. Sicut corpus viuit ex anima, ita anima viuit ex Deo, ſed anima ſeparata à corpore moritur corpus, ergo cum Deus ſeparatur ab anima, moritur anima, ſed non ſeparatur niſi per peccatũ mortale, ergo &c. Ad aliud quòd mors priuat ab operatione. Dicendum, quòd quicquid peccator operatur mortuum dicitur, nec tamen debet ceſſare à bonis operibus ſicut infirmus, ſi vtatur malis cibis, leuiter moritur, ſi autem bonis, paulatim ad ſanitatem reducitur.

Mortale peccatum quid ſit. Simile. Corrũpit vitam.

Tollit efficaciam.

Pſal. 77.

Dimittit viam.

Philip. 3.

Pſal. 118.

Obligat ad gehennam

Pœna damnatorum infinibilis.

*De veniali peccato.*

POſt mortale & originale, dicendum eſt de veniali. Circa quod quatuor quærenda ſunt, ſ. de ipſius eſſentia, efficacia, ſufficientia, & indulgentia. Quantũ ad primum peccatum, veniale dicitur tripliciter, ſcilicet ab euentu, à cauſa, & ſua natura. Ab euentu, quia omne mortale dicitur veniale per pœnitentiã, vt dicit Ambroſi. A cauſa, quãdo in natura ſua habet, vt veniam mereatur, ſicut peccatum quod ſit ex infirmitate vel ignorantia, habet in ſe cauſam veniæ. Nam qui ex infirmitate frangit ieiunium, non incurrit peccatum. Et ſi ex ignorantia aliquis faciat, quod non credit peccatum, veniam meretur. A ſua natura & à ſuo genere, vt verbũ ocioſum, ridere, & huiuſmodi. Quo ad ſufficientiam licet peccata venialia non ſint determinata aliquo modo, poſſunt tamen reduci ad certum numerum, ſcilicet ad ternarium, ſcilicet lignum, fœnum, & ſtipulam. Et ratio huius eſt, quia veniale dicitur quod de facili purgatur & conſumitur, & ideo per hæc tria deſignatur, quia ab igne de facili comburuntur. Per lignum quidem, peccata venialia grauiora deſignantur, per ſtipulam leuiora, per fœnum mediocria deſignãtur. Et huius ratio eſt, quia omnia ternario conſiſtunt. Vnde quælibet creatura habet ſuum ternarium, ſcilicet eſſentiam, virtutem, & operationem. Et quęlibet operatio conſiſtit in ternario, ſcilicet in principio, medio, & in fine. Et anima in ſua natura habet ternarium, ſcilicet memoriam, intellectum, & voluntatem. Item peccata mortalia per tria diſtinguuntur, ſicut dicit gloſ. ſuper epiſtolam. primo ad Corinth. tertio. ſcilicet per ferrum, æs, & plumbum. Quo ad efficientiam, nota, quòd homo poteſt eſſe ſine peccato mortali, ſed non ſine veniali. Et ratio huius, quia homo dum vnum veniale vitat, aliud incurrit. Vnde dicunt doctores, quòd homo poteſt vitare quodlibet veniale in particulari, ſed non in vniuerſali. Et eſt exemplum de naui, in qua ſunt multa foramina, quorum quodlibet in particulari nauta opilare poteſt, ſed non omnia ſimul, & ideo ſine veniali vix homo eſſe poteſt, dicente Ioann. Si dixerimus,

Quot modis dicatur veniale.

Venialium tres differentiæ.

Sine veniali peccato homo eſſe non poteſt.

quod peccatum nõ habemus,ipſi nos ſeducimus, & ve
1. Ioan. 1.
Veniale multipliciter expiatur.
ritas in nobis non eſt.Quo ad indulgẽtiam, nota quod
ſicut veniale multipliciter incurritur, ita multipliciter
purgatur. Modi autem purgationis his verſibus conti
nentur.Confiteor,tundo,conſpergo,conteror, oro.Si-
gnor,edo,dono,per hæc venialia pono, i.depono & tol
lo.Remittuntur ergo per generalem confeſſionem,per
pectoris tunſionem,per aquæ benedictæ aſperſionem,
per cordis cõtritionem,per dominicam orationem,per
cõfirmationem,ac epiſcopalem benedictionem,eucha-
riſtiæ ſumptionẽ, offenſæ condonationem, extremam
vnctionem,leuem pœnitentiam,compaſſionem frater
nam,vt patet in hoc verſiculo. Vnctio,pœna leuis,com
paſſio quæ fit egenis. Vide in centiloquio de peccato
veniali latius.

NVnc dicendum eſt de radice peccatorum,quę ra
dix dicitur amor ſui.Sed videtur, quòd non.Il-
lud enim quod eſt cauſa omnis boni,non poteſt
eſſe cauſa omnis mali.Sed Apoſtolus cum dicit. Si lin-
guis hominum loquar & angelorum, charitatem autẽ
non habuero, &c.probat charitatem eſſe cauſam om-
nis boni,ergo omnia bona ſunt ab amore & charitate.
Item ab eodem canali non poteſt exire dulcis & amara
aqua,nec ab eadem arbore fructus bonus & malus. Et
ita videtur,quod nec ab amore,bonum meriti,& malũ
peccati.Et dicendũ,quod ab amore procedit omne me
ritum & demeritum,& omne bonum & malum, quia
ab amore caſto & diuino ꝓcedit omne bonum, ſed ab
amore carnali procedit omne malum,nõ poteſt autem
procedere ab eodem canali numero, ſimul & ſemel bo
num & malum,&c.Sicut enim ab eodem foramine nõ
fluit dulcis & amara aqua, ſic nec ab eodem amore bo
Amor proprius radix omniũ peccatorum.
num & malum.Dicendum eſt ergo,quòd amor ſui eſt
cauſa omnis mali,& peccati.Et ratione conuerſionis,&
ratione appropriationis,et ratione reflexionis.Ratione
conuerſionis, quia homini propoſitum eſt duplex bo-
num,ſcilicet incommutabile,& æternum, & commuta
bile,& tranſitorium. Sed peccatum nihil aliud eſt, niſi
ſpreto incommutabili bono, inherere alicui commuta
bili,& temporali bono. Hoc autem non procedit,niſi
ex aliquo inordinato appetitu, alicuius boni tẽporalis,
ſed quòd aliqs appetat inordinate aliquod bonum tem
porale,procedit ex hoc qđ inordinate amat ſeipſum,qa
amare aliquem non eſt,niſi velle ei bonum. Et eſt in tã
tum quod inordinatus amor ſui,eſt cauſa omnis pecca
ti.Quod patet in multis exemplis,tũ ex parte paſſionis
animę,tũ ex parte peccatorum.Ex parte paſſionis ani-
mæ,quia amor eſt cauſa deſiderij,& delectationis, ho-
mo enim propter hoc deſiderat aliquam rem,quia eam
amat,& ſi non amaret non deſideraret.Item delectatio
ex amore cauſatur, quia vt dicit Auguſt. amor inhiãs
habere quod amat,eſt cupiditas,eoque fruens eſt læti-
tia.Item ab amore procedit triſtitia,quia homo triſta-
tur de re amiſſa,quia illam amat. Item ab eo procedit
gaudium, & odium, ideo enim aliquid odio habetur,
quia eſt impedimentum eius quod amatur. Ex parte
etiã peccatorum, quia ex amore ſui procedit ſuperbia.
Nam ſuperbia eſt amor propriæ excellentiæ.Item inui
dia,quæ eſt dolor de bono alterius,inquãtum eſt dimi
nutiuum proprij.Item accidia,quę eſt triſtitia de bono
ſpirituali,inquantum per ipſum impeditur bonum tem
porale,vel corporale.Item ira,ideo enim quis accendi-
tur ad vindictam, quia honor proprius nimis amatur.
Item gula,& luxuria,quæ propter corporalem delecta
tionem appetuntur.Et ſic omnes malæ paſſiones,& vi-
tia capitalia,ex amore inordinato tãquam à radiee pro
cedunt.Secundò ratione appropriationis,bonum enim
commune melius eſt particulari.qui ergo appropriat ſi
bi quod commune eſt peccatum incurrit, ſicut vſura-
rius,qui vendit tempus, quod omnibus commune eſt

& omnibus rebus cõmunius.Cum igitur amor eſt cõ-
munis omnibus creaturis, & terrenis, & ſpiritualibus,
& cœleſtibus,eſt ſuper omnia diffuſiuus, & ideo pecca
tum graue eſt quòd vni ſoli approprietur. Tertio ratio
ne reflexionis.Eſt enim duplex amor,ſ.concupiſcentię,
& amicitiæ.Ex amore amicitiæ procedit bonum, quia
talis amor diligit amicum,eo quia amicus.Sed amor cõ
cupiſcentiæ ſuper ſeipſum reflectitur, ſicut homo dili-
git vinũ non propter vinum, ſed propter ſeipſum,quia
ſibi ſapit. Et iſte amor eſt,qui eſt cauſa omnis peccati.
Poteſt autem quæri quare homo poteſt peccare,& nul
Potentia peccandi in homine vnde.
la alia creatura ſub cœlo.Ratio huius eſt,quia vbi non
eſt voluntarium ibi non eſt peccatum, & ideo nec in
brutis,nec in alijs creaturis poteſt eſſe peccatũ,ſed quia
in homine eſt liberum arbitrium, ideo peccatum com
mittitur ab eodem.Quod poteſt oſtẽdi quadruplici ra
tione,ſ.ratione domicilij,ratione conſortij, ratione iu-
dicij,& ratione oppoſiti.Primò ratione domicilij, ſiue
ratione loci, quia vt dicit ſapiens, locus eſt conſeruati
uus locati, vnde res extra locum ſuum diu conſeruari
non poteſt,Et ſicut eſt in corporalibus, ita eſt in ſpiri-
tualibus.Si enim piſcis extrahatur de mari, & ponatur
in terra, poſt modicum moritur, quia eſt extra locum
ſuum.Et ſi homo ponatur in mari moritur,quia mare
non eſt locus eius proprius.Et roſa quãdiu eſt in ſpina
recens conſeruatur, quando autem à ſpina decerpitur,
& in manu tenetur,corrumpitur,& marceſcit,quia ma
nus non eſt locus eius.Et hæc eſt cauſa quare leuia ten
dunt ſurſum, & grauia deorſum, quia,ſ.vadunt ad lo-
cum proprium vbi conſeruantur.Et tanta eſt virtus lo
ci,quòd quanto magis res appropinquat ad locum pro
prium,tãto fortius mouetur in ipſum. Vnde motus na
turalis eſt in principio debilis,& fortis in fine.Et ſecun
dum hunc modum,quia anima eſt extra locum ſuum,
non poteſt eſſe quin in peccatum labatur. Ideo dicitur
in Cano.Ioan.Si dixerimus quoniam peccatum nõ ha- 1. Ioan. 1.
bemus, ipſi nos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt.
Locus animarum Deus eſt,ſecundum illud Auguſtini
Circuiui in mente mea,&c.Et ideo animæ ſanctorum,
quę ſunt in Deo,ſicut in loco proprio,peccare non poſ
ſunt,de quibus Sapiens.Iuſtorum animæ in manu Dei Sap. 3.
ſunt,& non tanget illos tormentum malitiæ,id eſt pec-
catum,in quo anima tormentatur,ſicut oſtendit Aug.
dicens Iuſſiſti Domine,& ſic eſt,vt pena ſibi ſit omnis
inordinatus animus.Et ideo valde miſerabile eſt,quòd
homo animam ſuam ponat in loco immundo in hoc
terrenitatis cœno.Ibi enim ponis animam tuam,vbi po
nis amorem tuum.Amor enim applicat amantem cum
amato,& ideo anima terrenis applicata, maculatur, &
inficitur,vt dicitur in Oſeæ.Facti ſunt abhominales,ſi- Oſeæ. 9.
cut ea,quæ dilexerunt.Secundò ratione cõſortij. Nam
propter malum conſortium inducitur ad peccandum, Eccl. 13.
quia qui tangit picem inquinabitur,&c.Pſalm.Et cum Pſal. 17.
ſancto ſanctus eris.Et qa anima conſortium hẽt ad car
nem,ideo frequenter peccatum incurrit.Huius exem-
plum videmus in mari. Nam aqua maris in profundo
vbi à terra elongatur habet dulcedinem, ſed ſuperius
vbi ei admiſcetur vapor terreſtris à ſole combuſtus, cõ
trahit amaritudinem.Sic anima propter conſortium ad
terram,contrahit peccatum,quod eſt amariſsimum,vt
habetur in Ieremia. Vide quã malum, & amarũ eſt te Ierem. 2.
dereliquiſſe Dominum Deum tuũ,&c.Sicut.n.ex con
iunctione ad Deũ cauſatur ſumma delectatio, & dul-
cedo,ita ex ſeparatione ſumma amaritudo. Tanto autẽ
quis à diuino cõſortio auertitur,quãto inferius delecta
tur,vt Greg. Tertiò ratione iudicij.Aĩa.n.in operando
quodã vtitur ſillogiſmo.Nam ratio ſuperior proponit
oẽ malum vitandum.Inferior ſubiungit, fornicatio eſt
malum,ſenſualitas adiungit. Accedere ad hanc eſt dele
ctabile.Si ergo voluntas ſit fortis,& aſpiciat ad hoc q
fornicatio

fornicatio ſit malum, eliget non peccare. Si autem reſpiciat inferius ad hoc, quod eſt delectabile, eliget fornicari, & ſic incurret peccatũ, quia de agendis male iudicat. Vnde ita facit caro animæ, ſicut quædam herba poſita in igne, quæ trabes domus facit apparere ſerpentes. Caro.n. continuò firmans, ita obumbrat aſpectum intellectus, vt illud quod eſt amarũ, faciat videri dulce, & bonum malũ, &c. Quartò ratione oppoſiti, quia quelibet res habet diuerſas conditiones, & ſecundum vnam eſt appetenda, & ſecundum aliam eſt fugienda, ſicut patet in pulchritudine. Pulchritudo.n. poteſt appeti inquantum eſt quædam reſultatio diuini decoris, & ſecundum hoc bonum eſt reſpicere pulchrum. Et ſecundum hũc

Pſal. 91.

modum loquitur Pſal. Delectaſti me Domine in factura tua. Sed quia aſpectus pulchri incitat ad concupiſcen-

Proue. vlt.

tiam, ideo aſpicere pulchrum eſt malum. Vnde dicit Salomõ. Fallax gratia & vana eſt pulchritudo. Sic ergo res que ſenſui obijcitur propter diuerſas conditiones ducit

Similia.

hominem in errorem, dum vnam cõſiderat, & aliam negligit. Sicut patet de medico, qui iudicat aliquid eſſe expediens vni ægro, cõſiderata vna eius infirmitate, quod tamen non eſt ſibi expediens ſimpliciter propter aliam ægritudinem quam non conſiderat, quæ ex curatione alterius augmentatur. Exemplum horum videmus in piſcibus, qui videntes eſcam, & non aduertentes hamũ ſub ea latentem, volentes capere eſcam capiuntur ab hamo. Similiter aues videntes virgulas, & non aduertẽtes viſcum, dum in virgulis reſident capiuntur à viſco. Hoc enim patet in his, qui propinant venenum, homo enim conſiderans poculum, & non attendẽs venenum, bibens poculum à veneno occiditur. Sic peccator conſiderans rem delectabilem apparentem, & non attendens amaritudinem latentem, incidit in peccatum. Et huius ſignum eſt, quia vt dicit ſapiens. Praui replentur plenitudine, quia dum ſentiunt amaritudinem pœnitent, quia conſcientiæ eorum remurmurant de peccato. Sic ergo patet, quod peccatum poteſt eſſe in hominibus, & non alijs ſenſibilibus.

Cognitio peccati tripliciter ex opere.

QVæritur quare peccatũ non vitatur, niſi prius cognoſcatur. Ad quod dicendum, quòd peccatum cognoſcitur tripliciter, Primo ex opere, quia ſicut dicit Aug. contra Fauſtum. Peccatum eſt dictum vel factum, vel concupitum contra legem Dei. In dicto peccatum eſt, quia cum locutio inuenta ſit ad exprimendum conceptum cordis vel conceptionem, quandocunque quis loquitur quod in corde non habet, diſcordat à lege ęterna, quæ eſt regula humanorũ actuũ. Ideo præcipitur in Leuit. Non periurabis. In quo prohĩ-

Leui. 19.

betur mendacium. Item cõſiſtit in facto, cuius ratio eſt, quia cum manus ſit miniſtra rationis, vt dicit ſapiens. Conceptiones enim rationis per manus explicantur, quandocunque manuale opus diſcordat à lege diuina, quæ dicit: Non occides, Non furabeis, peccatum incurritur. Item conſiſtit in deſiderio & concupiſcentia. Concupiſcentia enim præter rationis regulam eſt peccatũ, quia quilibet debet eſſe contentus ſuis terminis, & ideo hoc prohibetur lege diuina, quæ dicit. Non concupiſces rem proximi tui. Secundo cognoſcitur ex fine. Et ideo dicit Aug. in lib. de libe. arbitrio, quod peccatum nihil aliud eſt quàm neglectis regulis æternis, temporalia ſectari. Et in lib. 83. quæſtionum dicit, quòd omnis

Ex fine.

humana peruerſitas eſt vti fruendis, & frui vtendis. Et ratio huius eſt, quia cum omnis res ordinetur ad finem debitum, quando à fine deuiat incurrit peccatum, ſicut patet in operibus naturæ. Homo enim generans, intendit generare ſibi ſimile, ſecundum omnium membrorũ proportionem. Quando vero conceptum generatur cũ duobus capitibus, vel duobus digitis, dicitur eſſe peccatum naturæ, quia deuiat à debito fine. Et ſecundũ hunc modum. cum homo ſit ordinatus tanquam ad debitum finem ad diligendum æterna, ideo natura dedit homini oculos ſurſum. vt reſpiciat quod diligere debeat. Quia dicitur in Ethicis. Nullus diligit aliquid, niſi prę delectatione viſus, ſicut patet in amore carnali, quia homo videns rem pulchram & delectabilem, incipit eam ex eius viſione diligere, & diligendo deſiderare & deſiderando apprehendere, & cum adeptus fuerit, tunc in bono conuenienti incipit delectari. Sic debet homo ſurſum oculos dirigere, & cœleſtia contemplari, quia ex hoc generabitur amor, & ex amore deſiderium, & ex deſiderio acquirendi ſtudium. Sed quia peccatores, vt dicitur in Pſalm. Statuerunt oculos ſuos declinare in terram, ideo Pſal. 16.

terram diligunt, & ſic deuiant à recto ſine, ex quo incurrunt peccatũ. Tertio cognoſcitur ex ratione, quia vt dicit Dionyſius, malũ hominis eſt cõtra rationẽ eſſe. Et

Ex ratione. Ratio eſt regula humanorũ actuum

quia ratio, eſt regula proxima humanorum actuum, ideo ſi volumus videre vtrum aliquis humanus actus ſit rectua vel vicioſus, inſpiciamus regulam rationis, ſicut patet in artificialibus, quia tunc lignum cernitur rectũ vel obliquum, ſi apponatur regulæ rectę. Rectum enim eſt iudex ſui & obliqui. Et hoc patet in actu comeſtionis. Cum enim in homine ſit regula rationis, & concupiſcentia carnis, ſi homo ſumat cibum exiſtimans ſibi neceſſariũ, ſecundum quod ratio dictat, non incurrit peccatum, etiam ſi quantitatem excedat. Si autem propter concupiſcentiam ſumat, vel propter delectationem ſolum, pertinet ad gulæ peccatum. Et ſic patet, quòd ratiò eſt recta menſura, & regula actuum humanorum, quantum ad bonitatem moralem, & ſi ab hac diſcordatur, incurritur peccatum. Quartò cognoſcitur ex priua-

Ex priuatione.

tione, quia ſecundũ Auguſtinum in li. de natura boni. Peccatum eſt priuatio ſpeciei, & modi, & ordinis. Secundum quæ tria dicitur, Omnia conſtituiſti in numero, pondere, & menſura, ita quod pondus referatur ad

Sapien. 11

ordinem, menſura ad modum, & numerus ad ſpeciem, quia vnaquæque res dicitur menſurata, pulchra, & ordinata natura. Quælibet enim res menſuratur his tribus duntaxat exceptis, ſ. gratia Chriſti, charitate Dei, luce

Tria immenſurabilia.

cœli. Gratia Chriſti menſuram non habet. Nam Deus omnibus ſanctis gratiam menſuratam dedit, filio autẽ dedit ſpiritum non ad menſuram, vt dicitur in Ioanne. Ioann. 3.

Et ratio huius eſt, quia ipſe fuit fontale principium, à quo eſt omnis gratiarum influxus, propter quod ipſe dicit. Qui credit in me, de ventre eius fluent aquæ viuæ. Idem. 7.

Item charitas non habet menſuram reſpectu Dei, quia cum charitas eius non ſit, niſi reſpectu boni, & vbi eſt maius bonum ibi ſit maior amor, ſicut homo magis diligit aurum quam argentum, quia vbi maius bonum inuenitur, illud magis diligitur, & Deus eſt infinitum bonum, intantum, quòd quanto plus diligitur Deus, tãto diligibilior inuenitur. Ideo dicit Bernar. Modus diligendi Deum, eſt ſine modo diligere. Item lux cœli non habet menſuram reſpectu ſenſibilium, quia cum ſenſibilia habeant virtutem determinatam, & menſuratam, vt patet in arboribus. Nam arbor vnius ſpeciei non extendit ſe ad producedum fructus alterius ſpeciei, vel arboris, ſicut ficulnea non facit vuas. Lux autẽ ad omnia ſe extendit. Vnde dicit Dionyſius, loquens de radio ſolari, quod ad ſenſibilium generationem cõfert, & ad vitam mouet, nutrit, perficit, & auget. Aliæ verò res, habent determinatam menſuram in augmento & diminutione. Vnde ſapiens dicit. Quod omnium natura cõſtantium, terminus eſt & ratio magnitudinis & augmenti, ſicut patet in natura humana. Nam eſt terminus aliquis in augmento, vt in gigantibus, & in diminutione, vt in pigmeis, & ſic eſt de ſingulis rebus, quia ſecundum rerũ diuerſitatem, eſt diuerſitas menſurarum. Anima etiam rationalis habet hanc menſuram, quia poteſt capere omnes ſcientias & virtutes, & poteſt eſſe habitaculum

Aīæ quantitas.

Creatoris.Illud autem quod hanc menſuram minuit & deſtruit eſt peccatum, quod animam ita aſtringit,quòd Deus in ea habitare non poſſit. Exemplum huius patet in materialibus.Peccatum.n.facit in anima quod frigus in aqua,aqua.n.antequam cõgeletur, eſt receptiua corporum, quæ immittuntur,poſtquam autẽ per frigus cõgelatur,ita conſtringitur,quod nihil in ea recipitur, niſi reſoluatur per calorem. Sic anima per peccatum tãtum conſtringitur,quòd nulla virtus in ea recipitur,& Deus inde recedit,niſi calore gratiæ reſoluatur. Et ſic patet,ꝙ peccatum corrumpit animæ menſuram. Item quælibet res eſt ſuo modo pulchra, licet aliquando videatur deformis,quia ſecundum diuerſitatem rerum,eſt diuerſitas pulchritudinis,quia quod eſt pulchrum in homine, non eſt pulchrum in equo.Et ſecundum hunc modum dicit Dionyſius,quòd illud quod eſt laudabile in vno, eſt vituperabile in alio,ſicut eſſe furibundum eſt laudabile in cane,& vituperabile in homine. Et eſſe manſuetum,eſt laudabile in homine,& vituperabile in cane.Et ſic eſt de pulchritudine,quia videmus,quòd rubedo eſt pulchritudo in roſa,& albedo in lilio,& nigredo eſt pulchritudo in equo, & turpitudo in homine, licet apud Æthiopes quanto quis nigrior,tanto pulchrior reputetur. Vnde dicitur,quòd apud eos imago Chriſti colore nigro depingitur,& diaboli albo.Sic anima habet ſuam pulchritudinem, ſ.claritatem, quia anima eſt ſplendor diuinæ lucis,de quo Pſalmus.Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Nihil autem tollit illam pulchritudinem,niſi peccatum, quia peccatum eſt quoddã obſtaculum,quod interponitur inter animam, & Deũ, ſiue lucem diuinam. Vnde ſicut videmus,quòd quando arbor,vel turris opponitur radijs ſolis, ex oppoſito facit vmbram,ita peccatum quod interponitur inter lucẽ diuinam & animam,facit vmbram in anima, & ſic anima peccatoris remanet vmbroſa,& tenebroſa,& amittit nitorem & pulchritudinem ſuam. Et hoc deplorat Hier. Quomodo obſcuratum eſt aurum.Sic ergo peccatum eſt corruptio ſpeciei.Item quælibet creatura eſt ordinata.Ordinatur autem ad duo, ſ.ad operationem, & operatio ad delectationem. Operatio autem hominis eſt duplex,ſ. intelligere veritatem,& diligere bonitatẽ. Illud autem quod corrumpit intellectum, non eſt niſi peccatum. Vnde primus homo licet fuerit mente præditus,tamen per peccatum fuit obtenebratus,& per conſequens totum genus humanum fuit tenebris inuolutum. Et ideo quantumcunque ſtudeant homines, nõ poſſunt peruenire ad cognoſcendum plenè veritatem, licet quilibet apponat aliquid, ad iſtam quoque cognitionem det operam ſtudio veritatis, ſicut patet de philoſophis & doctoribus ſacræ ſcripturæ. Et ſic ex omnibus congregatis licet cognitio veritatis aliquod magnũ augmentum recipiat, tamen adhuc pro maiori parte remanet veritas incognita, quia quandiu ſumus in præſenti vita, non poſſumus cogitare primam veritatem. Et hoc eſt in nobis valde miſerabile, qa illud quod valde lucet,non poſſumus reſpicere.ſ. Deum & ſubſtantias ſeparatas. Vnde exemplum ponitur à ſapiente,quòd ſicut oculus noctuæ non poteſt reſpicere lucẽ Solis, ſic nos non poſſumus reſpicere lucem Creatoris. Et huius exẽplum videmus in naturalib. Illud.n.quod maculat oculum,impedit oculi viſionem. Vnde oculus maculoſus non poteſt clare videre,ſic cum peccatum maculat animam impedit intellectualem eius viſionem, ideo diminute ſunt veritates à filijs hominum.Item operatio ordinatur ad delectationem,quælibet.n. propria hominis operatio habet annexam delectationem. Et virtus etiã facit delectabiliter operari, quia in modum naturæ inclinat,vt dicit Tullius.Ideo dr̃ 2.Eth.Signum autem generati habitus,oportet accipere in operatione delectationem.Illud autem quod impedit delectationẽ eſt peccatum,quia licet luxurioſus faciat aliquando caſta opera,non tamen facit vt caſtus,quia caſtus talia delectabiliter operatur,& luxurioſus cum triſtitia,& ſic de ſimilibus,& ſic peccatum priuat delectationem,ad quã operatio ordinatur.Et ſic patet,ꝙ peccatum priuat modũ, ſpeciem,& ordinem. Huius exemplũ habetur.in infirmitate corporali,quæ priuat à corpore modum,quia totum attenuatur, ſpeciem, quia totaliter deformatur, & humorum ordinem,ex quibus componitur,&c.

Nulla eſt res quę nõ ſua habeat pulchritudinem.

Pſal.4.

Simile.

Tren.2.

Ordo in omnibus.

Simile.

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI

*Formula aurea de gradibus virtutum.*

ACCEDITE ad Dominum, & illuminamini, & facies veſtrę non confundentur dicebat Dauid. Ius hominis eſt ad Deum accedere.Ius Dei accedẽte ad ipſum illuminare.Ad Deũ ſpiritualiter accedit, qui affectiones ſuas ad Deum dirigit,qui ſperat Dei laudem,qui timet Dei contumeliam,qui lætatur de oĩbus, quæ Deo placent,qui triſtatur de omnibus, quæ Deo diſplicẽt, qui diligit virtutes,& opera virtutum,qui odit vitia, & opera vitiorũ,qui erubeſcit iniqua, & opera iniquitatum, & occaſiones iniquitatum. Deus lux vera illuminat accedentem ad cognoſcendum virtutes, & gradus virtutum, quæ ſunt certiſſima via ad regnum cœlorum. Si aliquis calumniatur gradus,qui ponuntur,& ſcit meliores gradus ponere,quàm hic ponuntur,non eſt contra me,nec propter hoc volo litem ſubire. Et ſciendum quod gradus in pleriſque ordinantur, ſecundum raritatem vel ſecundum perfectionem,tamen diuerſis reſpectibus ſe excedunt.

Pſal. 33.

Quid ſit Deo accedere, & ab eo illuminari.

*De gradibus Charitatis. Capitulum primum.*

PRimum autem notandum eſt de gradibus charitatis. Nam dicit ſponſa in canticis. Ordinauit in me charitatem.Infimus gradus charitatis eſt,diligere amicũ à quo homo diligitur,honoratur, fouetur, & in omnibus adiuuatur,qui hoc non curat facere,contra naturam nititur laborare.Diligere enim amantẽ,naturæ eſt, vt dicit Chriſ. Altior gradus diligere inimicũ ex corde propter Deum, qui eum ad imaginem ſuam creauit,& corpore ſuo refecit,& ſanguine ſuo redemit, quia diligere non amantem gratię eſt,vt dicit Chriſoſt. qui hoc facere non curat,filius Dei eſſe recuſat, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos. Altiſſimus gradus charitatis eſt inimicos beneficijs ad amorẽ trahere. Vnde ſup illud. Vt ſitis filij patris veſtri, dicit Gl. Cumulus perfectionis eſt inimicos diligere,& pro ipſis diligenter orare,ſicut fecit Chriſtus,& alia Gloſa ſuper illud.Benefacite,&c.dicit. Non tantum ad amicos,ſed etiam ad inimicos extendite opera charitatis, vt amici eſſe incipiant.In primo gradu ſtant etnici, & publicani, qui diligunt eos,qui ſe diligunt. In ſecundo ſtant perfecti Chriſtiani,qui maledicentibus benedicunt.In tertio ſtant perfectiſſimi religioſi,immo Chriſtus,qui Iudam ad amorem ſuũ traxit,benigniſſimè oſculando,pedes lauando,ſua carne cibando, & in cruce pro perſecutorib.

Can.2.

Graduum charitatis primus ordo.

Infimus gradus perfectionis inimicos diligere.

erando

orando. Item altus gradus charitatis eſt,cum aliquis vtilitatem amici ſui cum proprio lucro quærit. Secundus Altior cũ aliquis commodum amici ſui,cum damno rerum ſuarũ quærit. Altiſſimus cum aliquis bonum amici ſui, cum propria morte quærit. Vnde dicitur maiorem charitatem,&c. Ioan. 15. Ergo maximam charitatem habet, qui animã ſuam pro amicis ponit. In illo gradu ſtetit Chriſtus, qñ pauper factus eſt,cum eſſet diues,vt nos inopia ſua diuites eſſemus,vt dicit Apoſt. 2. Corin. 8 Cum per ſuam contumeliã, nobis obtinuit æternam gloriam. Cum per ſua vulnera, nobis exhibuit medicinam. Cum per ſuam mortem turpiſſimam,nobis comparauit vitam æternam. Item altus gradus charitatis eſt, Tertius. cum quis diligit auferentem ſibi res temporales. Altior cum diligit auferentem ſibi honorem. Adhuc altior cum diligit auferentem ſibi corpus,vel membra corporis. Altiſſimus cum diligit auferentem ſibi virtutes, & dona ſpiritualia, ſiue ipſum Deum,ad peccatum quacunque occaſione inducendo, vel à virtuoſis operibus retrahendo.

### *Gradus obedientiæ. Cap. 2.*

Graduum obediẽtiæ primus ordo.

OBedientiæ altus gradus eſt obedire creatori, redemptori,remuneratori noſtro,qui vult cõmune bonum noſtrum,in præſenti,& in futuro,cui obediendum eſt meritò in omnibus præceptis,& prohibitionibus, quia nihil præcipit, niſi ducat nos ad ſummum bonum,& nihil prohibet,niſi abducat nos à ſummo bono. Altior videtur gradus obedientiæ quodammodo eſſe,cum obedimus homini in perſona Dei,quaſi obediremus ipſi Deo,quia Deo tenemur obedire propterpredicta, ſed nõ homini tenemur niſi propter Deũ. Cum obedimus (inquã) homini perfecto, & diſcreto, qui omnia cum diſcretione, & deliberatione imperat. Altiſſimus autem videtur gradus obedientiæ, cum obedimus homini indiſcreto, & diſcolo,& deſpecto!, in perſona Dei,qui multa imperat cum impetu, & ſine diſcretione,& deliberatione. Vnde Petrus: 2. Pet. 2. Serui obedite Dominis,nõ tantum bonis,& modeſtis, ſed etiam diſcolis. Hæc eſt enim gratia apud Deum.q.d. non eſt meritum magnum bonis,& modeſtis obedire,tamen caute videatur ne obediatur contra ſalutem. Item aliqualis gradus Secundus. eſt obedientiæ in eo,quod homini ſuaue eſt,& leue. Altior eſt obedire in eo,quod graue eſt,& ad breue tempus. Altiſſimus obedire in eo,quod graue eſt ad longũ tempus,vel vſque ad mortem. In hoc gradu ſtetit Chriſtus,cum obediuit Patri ſuo,vſque ad mortem, à principio vitæ,turpiſſima ſuſtinendo. Itẽ aliqualis eſt gradus Tertius. obedientiæ, obedire propter timorem pœnæ inferendæ propter inobedientiam, ſicut ſæpe contingit. Altior eſt obedire propter ſpem gratię in pręſenti,& propter amorem gloriæ in futuro,quod etiam ſæpe contingit. Altiſſimus eſt obedire propter neutrum horum, ſed pure ꝓpter Deum,quia Deus dominus noſter eſt,& nos ſerui eius. Quartus. Item altus gradus eſt obedientiæ implere verbum prælati,propter Deum. Altior implere nutum. Altiſſimus implere voluntatem,ſicut dixit Chriſtus. Non veni fa. volun.&c. Ioan. 6. Et iterum. Si fieri poteſt tranſeat. Marc 4. Item aliquis gradus eſt cum mandatum differtur & tamen impletur. Quintus. Altior cum ſtatim perficitur, ſed tamen cum murmure & inuoluntariè. Altiſſimus cum ſtatim perficitur,ſponte,& cum magno deſiderio.

### *Gradus Humilitatis. Cap. 3.*

Graduum humilitatis primus ordo.

HVmilitatis altus gradus eſt, cum aliquis ſponte ſubijcit ſe maiori,hæc eſt debita. Altior cum ſubiicit ſe pari,hæc abundans eſt. Altiſſimus cum ſubiicit ſe minori,hæc ſupabundans eſt. In hoc vltimo gradu fuit Chriſtus, cum veniẽs ad Iordanẽ ſubiecit ſe Ioanni,dicẽs. Sine modo,ſic.n.decet nos adimplere omnem iuſtitiam,i. humiliatem ſuperabundantem, vt dicit Matthe. 3. Gl. Item altus gradus eſt,cum aliquis habet humilitatẽ Secundus in verbis. Altior cum in factis. Altiſſimus cum habet humilitatem in corde. Ibi.n.eſt virtus, ſed non in verbis vel factis. Quandoque.n.eſt,qui ſe nequiter humiliat verbis, vel factis, vel geſtibus,vel veſtitu, vel inceſſu. Chriſtus vero fuit humilis in corde,cum diceret. Diſcite à me,&c. Matth. 11. Humilis in verbis,dum diceret, Ego ſum vermis,& non homo. Pſal. 21. Et mea doctrina nõ eſt mea, &c. Ioan. 7. Et verba quæ ego loquor,à meipſo non loquor. Idem. 14. Humilis in factis,cum ſe inclinauit ante pedes Apoſtolorũ in lotura. Tertius. Item altus gradus humilitatis eſt,humiliare ſe propter magnitudinẽ,& multitudinem defectuum, iuxta illud prophetæ. Miche. 6. Humiliatio tua in medio tui.i. materia humiliationis, ſit in corde tuo.ſ.defectus tui. Altior eſt humiliare ſe propter abundantiam virtutũ, & donorum ſpiritualium,ſicut arbor nobilis inclinatur ex abũdãtia fructuum. Vnde dicitur. Eccleſ. 5. Quanto maior es,humilia te in omnib. Altiſſimus propter imitationem exempli humilitatis Chriſti. Ioan. 13. Item altus gradus eſt humiliare ſe de omnibus malis commiſſis. Quartus. Altior de omnibus bonis omiſſis, Adhuc altior de omnibus deturpatis. Altiſſimus de omnibus bonis in uacuum perceptis. Iſte ordo ſumitur ex raritate. Quanto.n.gradus eſt rarior, tanto videtur altior. In nullo iſtorum fuit Chriſtus, quia nihil mali commiſit, & nihil boni omiſit, & nihil boni deturpauit,nihil boni inuacuum recepit. Item altus gradus eſt tam vilem ſe reputare, ſicut vere eſt in oculis Dei. Altior ſicut vilis eſſe potuit coram Deo, ſi Dominus non cauiſſet. Altiſſimus ſicut vilis adhuc fieri poſſet,ſi Dominus à tentationibus non cuſtodierit.

### *Gradus Caſtitatis. Cap. 4.*

Graduum caſtitatis primus ordo.

CAſtitatis altus gradus eſt caſtitas coniugalis. Altiòr vidualis. Altiſſimus virginalis. Hoc patet per fructus,qui eis debentur, ſ. triceſimus, ſexageſimus,centeſimus. In hoc vltimo gradu fuit Chriſtus, & beata virgo mater eius. Damaſcenus etiam dicit. A nuptijs abſtinentia eſt angelorum imitatio. Item alius gradus eſt deteſtari geſtus & tactus impudicos. Secundus. Altior deteſtari verba impudica. Adhuc altior deteſtari voluntatem, vel concupiſcentiam impudicam, ſicut Sara dixit. Nunquam concupiui virum, &c. altiſſimus deteſtari cogitationem impudicam,ſicut dicit Iob. Iob. 3. Pepigi fœdus cũ oculis,&c. Item multum quandoque periclitatur caſtitas ex auditu impudico. Magis quandoque ex viſu vt in Dauid,& in ſenibus in Daniele. Sed maxime quandoq; ex tactu impudico. Item maxime adiuuatur caſtitas,ſi homo vitat locum ſuſpectum. 2. Reg. 11. Dan. 13. Magis ſi vitat homines ſuſpectos. Multo amplius ſi vitat familiaritates ſuſpectas,& ea quæ prouocant familiaritates ſuſpectas, vt ſunt dulces literæ, dulces ſalutationes, dulces reſpectus,dulcia verba,& blanda, & crebra munuſcula, de quib. Hier. dicit, Crebra munuſcula,& dulces literas,& ſudariola,& cibos pręguſtatos, ſanctus amor nõ habet. Tertius. Item altus gradus caſtitatis eſt,eſſe caſtum per mundiciam carnis. Altior per mundiciam mentis, quia per impudicitiam maculatur corpus & anima,vt dicit Apoſtolus 1. Cor. 5. quodcunque peccatum fecerit homo,&c. Altiſſimus per imitationem exempli caſtitatis Chriſti.

### *Gradus patientiæ. Cap. 5.*

Graduum patiẽtię ordines 7.

PAtientiæ altus gradus eſt patienter ſuſtinere amiſſionem rerum, vt Iob. Iob 11. Altior patienter ſufferre amiſſionem honoris, vt Dauid cum improperia Semei ſuſtinuit. 2. Reg. 16. Altiſſimus eſt patienter ſufferre mutilationem membrorum,vel ablationem vitæ corporalis. In hoc gradu fuit Chriſtus, cum ſponte pro nobis animam ſuã poſuit. Item altus gradus eſt patiẽtiæ tolerare affi-

afflictionem,quam homo pro peccatis meruit. Vnde Petrus. Si peccantes & colaphizati ſuffertis,&c. Altior patienter ſufferre afflictionem,quam innocenter ſuſtinet pro iuſtitia. Vnde. Si quid patimini propter iuſtitiã,beati. Altiſſimus eſt ſeruẽter appetere afflictionem. In hoc gradu fuit Chriſtus,cũ dicebat. Improperiũ expec.&c. Item altus gradus patientię eſt non vindicare iniuriam facto. Altior non uindicare verbo. Altiſſimus eſt non habere vindictam in deſiderio. Item altam habet patientiam,qui non indicat impatientiam in verbo. Altiorem qui non indicat vultu. Altiſſimam,qui non portat impatientiam in corde ſuo. Item altum gradumpatientiæ habet,qui non vindicat iniuriam ſuam, cum vindicare poteſt, licet non ſine damno. Altiorem, qui non vindicat,cum vindicare poteſt ſine damno. Altiſſimum, cum gratias agit pro afflictione. vt Tobias, cum dixit. Gratias ago tibi Domine, quia caſtigaſti & ſanaſti me. Item altus gradus patientiæ eſt,cum aliquis patienter ſuſtinet aduerſitates,vt à peccatis ſuis purgetur, iuxta illud. In fornace probatur argentum. Altior vt in cœlo glorioſe remuneretur,iuxta illud Mat. Beati eritis cum vos ode.ho.&c. Altiſſimus vt Chriſto vicem repẽdat,iuxta illud Hiero. Fœlix eſt anima quæ pro Chriſti nomine tanta voluerit ſuſtinere, quanta ille pro nobis paſſus eſt. Item altus gradus patientię eſt,de iniuria nunquam quærimoniam facere. Altior nunquam iniuriam propriam excuſare. Altiſſimus eſt iniuriam propriam nunquam alicui ad vindicandum ſignificare,

1.Pet. 2. Pſalm. 68. Tob. 11. Prouer. 27 Matthe. 5.

*Gradus miſericordiæ.* Cap. 6.

Graduum miſericordię ordines ſex. Luc. 6. Iob. 31. Idem. 29. Eccl. 20. Iob. 19. Marc. 8. Luc. 23.

Miſericordiæ altus gradus eſt miſereri proximi, iuxta illud. Eſtote miſericordes. Et Iob. Si negaui quod volebant pauperes,&c. Et iterũ. Oculus fui cœco & pes claudo. Altior miſereri ſui,ſecundum illud. Miſerere animę tuę placens Deo. Altiſſimus miſereri Dei ſicut ipſe petit in Iob. Miſeremini mei, miſeremini mei ſal.vos.&c. Item altus gradus eſt miſereri cõſanguineis afflictis. Altior gradus, miſereri extraneis afflictis. Altiſſimus miſereri inimicis afflictis. In hoc vltimo gradu fuit Chriſtus cum dixit. Miſereor ſuper turbam. Et iterum. Pater ignoſce illis,&c. Itẽ altus gradus eſt miſerere viuis in afflictione corporis. Altior miſereri viuis in afflitione ſpiritus. Altiſſimus miſereri mortuis in purgatorio. Item altus gradus eſt miſereri ſanis in neceſſitate. Altior miſereri infirmis non decumbentibus in neceſſitate. Altiſſimus miſereri infirmis decumbentibus in neceſſitate. Item altus gradus miſericordiæ conſiſtit in dando temporalia,ſicut fecit Abraham, qui nulli negauit hoſpicium. Altior in condonãdo iniurias, ſicut fecit Dauid Sauli, & Semei. Altiſſimus pro iniuriantib. ſupplicando fideliter,ſicut Chriſtus & Beatus, Stephanus. Item in alto gradu miſericordiæ conſiſtit, quem ad miſerendum inducit natura ſuadendo. In altiori,quem inducit homo præcipiendo, vel admonendo, In altiſſimo,quem inducit Deus inſpirando.

*Gradus veritatis.* Cap. 7.

Graduum veritatis obſeruandę ordines quatuor.

Veritatis altus gradus eſt libenter cogitare veritatem,& libenter cogitare de veritate. Altior eſt libenter loqui veritatem,& libenter loqui de veritate. Altiſſimus eſt libenter viuere ſecundum veritatem & alios ad hoc inducere. Item altus gradus eſt cognoſcere veritatem. Altior amare veritatem. Altiſſimus ſeipſum,& alios iudicare ſecundum veritatem, In omnibus iſtis gradibus fuit Chriſtus. Item altus gradus eſt liberè,& abſque adulatione,& ſine pallio pronunciare veritatem,quando liberè pronunciare oportet. Altior liberè defendere veritatem,quando defendere conuenit. Sed qui hoc faciunt ſæpe amaritudinib. replentur, quia veritas res amara eſt. Dicit Sanctus Bernardus Melius eſt tamen pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione pati beneficium. Altiſſimus eſt liberè defendere veritatem coram inimicis. Item altus gradus eſt propter veritatem res temporales in periculo ponere. Altior honorem imponere. Altiſſimus corpus in periculo ponere. Et hoc merito faciendum eſt,quia Chriſtus veritas eſt.

*Gradus paupertatis.* Cap. 8.

Graduum paupertatis perfectę ordines 5.

Paupertatis quæ eſt vna de octo beatitudinibus,altus gradus eſt relinquere res temporales. Altior relinquere amicos ſeculares, & ſpirituales. Altiſſim⁹ relinquere ſeipſum.i.ſingularem ſenſum,amorem priuatum,propriam voluntatem. In omnibus iſtis gradibus fuit Chriſtus, qui reliquit ſeipſum,ſua,ſuos. Item altus gradus eſt pro tranſitorijs non laborare, nec ſolicitari. Altior tranſitoria non appetere. Altiſſimus oblata reſpuere. In ſecundo fuit Apoſtolus cum dixit. Argentum & aurum,aut veſtem nullius concupiui. In vltimo fuit Daniel Propheta,qui contemſit munera Balthaſar, quia ſcriptura reprehendit munuſcula dare,& accipere. Item altus gradus eſt nolle habere certum hoſpitium,ſicut Chriſto non fuit locus in diuerſorio. Altior non habere certum victum & veſtitum tempore ſanitatis. Altiſſimus nolle habere certum victum & veſtitum tempore infirmitatis. In hoc vltimo gradu fuit Chriſtus,cũ non habuit vbi caput ſuum reclinaret, nec hauſtum aquæ,nec veſtem,ſed nudus ante crucem ſtetit. Item in alto gradu paupertatis eſt, qui propter hoc eligit paupertatem,vt à tranſitorijs ſolicitudinibus eruatur. In altiori eſt,qui propter hoc eligit paupertatem, vt in virtutibus & donis ſpritualibus dotetur. In altiſſimo, qui propter hoc eligit paupertatem, vt in ſeſſione ſua apud Chriſtum in iudicio Deus glorificetur. In alto gradu eſt,qui nihil habet proprium in ſpeciali,ſicut multi religioſi. In altiori,cui nihil habet proprium in communi ad annum,vel ad longum tempus,ſicut pauci religioſi. In altiſſimo eſt,qui nihil habet proprium in communi nec ad ſeptimanam,vel ad diem,vt fratres minores.

Actu. 20. Dani. 5.

*Gradus prudentiæ.* Cap. 9.

Graduum prudentiæ veræ, & chriſtianæ ordines 6.

Prudentiæ altus gradus eſt,cognoſcere Deum per creaturas, ſicut dicit Apoſtolus. Inuiſibilis Dei &c. Altior per ſcripturas. Altiſſimus per fidem. Itẽ altus gradus eſt prudentiæ, ordinare mores exteriores ſecundũ voluntatem Dei, altior ordinare affectiones interiores. Altiſſimus ordinare vires animæ ſecundũ placitum Dei. Item altus gradus eſt,ordinare vitam interius & exterius ſecundum exempla ſanctorum. Altior ſecundum exempla Chriſti. Altiſſimus ſecundum mores Chriſti. Item in alto gradu eſt,qui conſiderat amaritudinem animæ cum ſeparatur à corpore. In altiori,qui conſiderat amaritudinem animæ,cum ſeparatur à familiaritate Dei ad breue tempus. Vnde Bern. Quæ anima ſemel accepit,&c. In altiſſimo, qui conſiderat amaritudinem animæ, cum æternaliter ſeparatur à fruitione Dei. Item in alto gradu eſt,qui cõſiderat iucunditatem animæ,cum vnitur Deo ad breue tempus. In altiori eſt, qui conſiderat iucunditatem animę cum vnitur Deo ad longum tempus. In altiſſimo eſt, qui conſiderat iucunditatem animæ,cum vnitur Deo æternaliter. Item in alto gradu eſt, qui conſiderat, quomodo dat ſe Deus in bonis temporalib. In altiori, qui conſiderat,quomodo dat ſe Deus in bonis ſpiritualibus. In altiſſimo eſt, qui conſiderat,quomodo dat ſe Deus totum in omni,quod eſt ipſe in diuina,& humana natura.

Gradus

*Gradus fortitudinis.* Cap. 10.

Graduum verę atque Chriſtianę fortitudinis ordines quatuor.

FOrtitudinis eſt altus gradus vincere mundum & delitias eius contemnendo, ſicut dicit Apoſtolus. Omnia inquit arbi. ſum vt ſter. &c. Altior eſt vincere carnem, & concupiſcentias eius reſtringere, vt Apoſtolus, caſtigo inquit cor. me. Altiſſimus vincere ſe ipſum, ſimpliciter & ſponte vſq; ab mortem obediendo, ſicut in omnibus iſtis fuit Chriſtus. Item altus gradus eſt fortiter reſiſtere peccatis corporalibus, vt ſunt luxuria, gula, &c. Altior reſiſtere peccatis ſpiritualib. vt ſunt placentia propria, diſplicentia aliena, hypocriſis, perſonarum acceptio, ingratitudo. Altiſſimus eſt reſiſtere occaſionibus, tam corporalium quàm ſpiritualium peccatorum, vt munuſcula, & familiaritates, verba blada, &c. Item altus gradus eſt nō conſentire peccatis operationis. Altior nō conſentire peccatis locutionis. Altiſſimus non conſentire peccatis cogitationis. In his omnibus fuit Chriſtus. Item altus gradus eſt fortiter laborare in hoc mundo pro ſancta vita, quæ conſiſtit in bona conſcientia, & in bonis operibus, & moribus. Altior laborare pro ſocietate angelica. Altiſſimus laborare pro vnione Dei in vita æterna.

Pſal. 3.

*Gradus iuſtitiæ.* Cap. 11.

Graduum Chriſtianę iuſtitiæ ordines quinque.

IVſtitię altus gradus eſt reddere proximo ius ſuum. ſ. congratulationem in proſperitate, & compaſſionē in aduerſitate, iuxta illud. Gaudere cum gauden. &c. Et altior reddere ſibimet ius ſuum. ſ. dolorem de malis cōmiſſis, iuxta illud propheticum. Dole quaſi parturiēs, & cautelam contra mala committenda, iuxta illud. Non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinete vos. Altiſſimus reddere Deo ius ſuum. ſ. timorem, quia Dominus iuſtus eſt, & amorem, quia Pater bonus eſt. Vnde Dominus dicit? Si ego Dominus, vbi timor meus, ſi Pater, vbi amor meus? Itē altus gradus eſt, reddere vnicuique bonum pro bono. Altior reddere bonum pro malo. Altiſſimus reddere optimum pro peſſimo. Hoc fecit Chriſtus, quando dedit corpus ſuum ſanctiſſimū Iudę peſſimo traditori. Item altus gradus eſt iuſtificare omnes operationes, vt Deo placeant. Altior iuſtificare omnes locutiones. Altiſſimus iuſtificare oēs voluntates. In iſtis gradibus fuit Chriſtus cū dicit. Quæ placita ſunt ei facio ſemper. Item altus gradus eſt, diſcere iudicare omnia opera ſua, qua intentione, & ad quem finem fiāt. Altior iudicare verba, vtrum ſint vtilia vel nociua. Altiſſimus iudicare conſcientiā, vtrū recta vel erronea ſit, & oēs affectiones, vtrū ordinatę vel inordinatæ ſint. Item altus gradus eſt, exhibere naturalem iuſtitiam omnibus viuis, ſ. quod oderis tibi fieri. & Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines. Altior exhibere iuſtitiam omnibus mortuis conſanguineis in eleemoſynis, orationibus, et maximè in teſtamentis eorum diſtribuendis, ſm ordinationem ipſorū, & in omnibus, quæ ipſis fideliter commiſerūt. Altiſſimus iuſtitiam exhibere mortuis extraneis, ſicut eis commiſerunt, & confidunt.

Roma. 12.
Miche. 4.
1. Theſa. 5
Malach. 1.
Ioann. 8.
Matthe. 7.

*Gradus temperantiæ.* Cap. 12.

Graduum Chriſtianę tēperantię ordines quinque.

TEmperantię altus gradus eſt moderare ſe in omnibus exterioribus, ſ. in victu, habitu, ſomno, in inceſſu, verbis, factis, & moribus, vt omnia ordinatē, & modeſtè fiant ſecundum Deum. Altior eſt temperare ſe in motibus, & affectionibus interiorib. ne nimis circa tranſitoria occupetur. Altiſſimus temperare cogitationes, ne nimis extra Deum euagētur. Item altus gradus eſt, reſtringere ſe ab illicitis interioribus, & exterioribus. Altior refrenare ſe à licitis exterioribus & interioribus ad tempus. Altiſſimus eſt abſtrahere à licitis exterioribus, & interioribus vſque ad mortem, iuxta illud. Virtus eſt, licitis abſtinuiſſe bonis. ille. n. ſolus ad illicita non cadit, qui ſe cautè reſtringit à licitis, dicit gl. ſuper Iob. Qui. n. non vult detrahere, & metiri, & ſimilia, reſtringat ſe à licitis verbis, quia auctore Salomone, In multiloquio peccatum non deerit. Item aliqualis altus gradus eſt, moderate loqui de defectibus hominum in præſentia eorum. Altior temperate loqui de defectibus viuorum, & mortuorum in abſentia ipſorum, ſed tāquam præſentes eſſent. Altiſſimus, exceſſus tam viuorum quàm mortuoram abſentium excuſare fideliter, quia locum excuſationis non habēt. Item Chryſ. ponit gradus de tēperantia cibi, & potus dicens. Nihil ſic ęgritudinem fugat, ſicut moderata refectio, ecce altus gradus. Nihil ſic ſanitatem ſeruat, ecce altior. Nihil ſic acumen ſenſuum operatur, ecce altiſſimus.

*Gradus pacis.* Cap. 13.

Graduum chriſtianæ pacis ordines. 4.

PAcis altus gradus eſt, cum caro ſubijcitur ſpiritui, ſiue rationi, difficilem ſe reddens ad omnia mala perpetranda. Altior cum ſubijcitur caro ſpiritui, promptam ſe exhibens ad omnia bona facienda. Altiſſimus eſt, cum ſpiritus ſubijcitur Deo, omnem ordinationē tam in exterioribus, quàm in interioribus animę viribus penitus obſeruando. Iſte vltimus gradus ſeruatur in cœlo. Item altus gradus eſt inferioribus parcere, ſi in aliquo exceſſerunt, eoſque benigne conſolari, ſi in aliquam afflictionem inciderint. Altior eſt cum paribus benigne cōuerſari, ita quòd faciat eis bonū, quod ſibi iuſtè vult fieri, nec inferat malū aliquod, quod ſibi iuſtè non vult fieri. Altiſſimus voluntatem ſuam voluntati ſuperiorum in omnibus conformare. Item altus gradus, nullum turbare factis. Altior eſt, nullū turbare verbis, vel facie, vel in verbis poſt tergū. Altiſſimus eſt, nullam dare occaſionem iniuſtam alicuius turbationis, ſigno, nutu. In omnibus iſtis gradibus fuit Chriſtus, ſecūdum illud. Non veni facere voluntatem meam, etc. In altum gradum pacis aſcendit, qui mala proximorum non publicat. In altiorem gradum, qui bona proximorum non minuit, nec denigrat, nec inuertit, ſed extollit. In altiſſimum aſcēdit, qui defectibus eorum compatitur, & profectibus eorum ex corde congratulatur. In iſto gradu fuit Chriſtus.

Ioan. 6.

*Gradus Conſtantiæ.* Cap. 14.

Graduum Chriſtianę conſtantiæ ordines quatuor.

COnſtantiæ altus gradus eſt, cum homo tantū vnitur Deo, quòd non poteſt induci ad aliquod malum quod Deo diſplicet, nec abduci ab aliquo bono, quod Deo placet, per amiſſionem rerum temporalium. ſicut Tobias, & Matthathias. Altior cum homo nō pōt cogi per mutilationem membrorum, ſicut illi ſeptem, de quibus legitur in li. Mach. Altiſſimus, cum nō poteſt cogi per ablationem vitæ temporalis, ſicut Paulus cum dixit. Non ſolum alligari, ſed etiam mori paratus ſum, propter nomē Domini Ieſu Chriſti. Item in altum conſtantiæ gradum aſcendit, qui nō recedit à Deo in proſperitate, ſicut Dauid. In altiorē aſcendit, qui non recedit à Deo in aduerſitate illata ab inimicis, vt Stephanus. In altiſſimum, qui nō recedit à Deo in aduerſitate illata ab amicis, vt Iob, qui dixit amicis. Iuſtificationē quam tenere cæpi, non deſeram. Item in alto gradu conſtantiæ eſt, qui non conſentit tentationib. peccatorum carnalium, ſed tamen ſuffert. In altiori eſt, qui non conſentit tentationib. peccatorum ſpiritualiū, ſed tñ ſuffert. Vnde Iac. dicitur. Beatus vir qui ſuffert tentationē, &c. In altiſſimo eſt, qui extirpat à ſe etiam occaſiones tentationum carnaliū, & ſpiritualiū peccatorum. In iſto gradu fuit Chriſtus. Item in altum aſcendit, qui non mouetur

2. Maca. 7.
Actuū. 21.
Iob. 27.
Iac. 2.

2.Regū.6.

tur à ſancta cōuerſatione, vel à bono opere, vel propoſito bono, irriſione, vel vituperatione, vt Dauid, cui Michol irriſit, & contēpſit, et improperauit, quòd ſaltaſſet, ſicut ſcurra nudus coram ancillis. In altiorem, qui non mouetur adulatione, vel laude hiſtrionum, & malorū hominum. In altiſſimum aſcendit, qui nō mouetur adulatione, vel laude bonorum hominum.

*Gradus largitatis. Cap. 15.*

Graduum Chriſtianæ largitatis, ſeu liberalitatis ordines quatuor.

Roman. 1. 1.Corin. 9 Iſa.50. Matth.26. Mar.6. 4.Regū 5. Ioann. 16. Iſa. 1. 2. Cor.12. Matt. 5.

LArgitatis altus gradus eſt, hilariter dare temporalia, ſicut fecit Abraham, qui nulli negauit hoſpiciū. Altior eſt hilariter dare ſpiritualia, ſicut Apoſtolus fecit dicens. Sapientibus, & inſipientib. debitor ſum. Item ſi vobis ſpiritualia ſeminamus &c. Altiſſimus eſt ſponte: & hilariter dare corpus ſuum, ſicut fecit Chriſtus qui dicit per Prophetam. Corpus meū dedi percutientibus, & cum dicit. Comedite ex hoc omnes, hoc eſt, &c. Item in altum gradum largitatis aſcendit, qui dat quicquid ab eo petitur, ſicut Herodes fecit qui filiæ dixit, quicquid petieris dabo tibi. In altiorem aſcendit, qui dat plus, quàm petatur ab eo, ſicut fecit Naamam Iezi ſeruo Eliſei, petenti vnum talentum, dixit. Melius eſt, vt duo accipias. In altiſſimum aſcendit, qui arguit non potentes, vt petant, ſicut Chriſtus. Vſque modo nō petiſtis quicquam. Itē in alto gradu ſtat, qui dat aliquid habens ſpem recuperandi, vel recompēſationis, ſicut ferè faciūt oēs homines, iuxta illud Iſaę. omnes diligūt munera, &c. In altiori ſtat, q dat aliquid, ſine ſpe recompenſationis, ſicut Apoſtolus dedit ſpiritualia dicens. Non quæro veſtra, ſed vos. In altiſſimo ſtat, qui refert gratias accipientibus dona, ſicut Chryſ. dicit de Chriſto. Pro omnibus, q̄ tribuiſti nobis ò Chriſte nihil petis, quàm ſaluari, hoc ipſum tribuens. & accipientibus gratias agens. In omnibus iſtis gradibus fuit Chriſtus Item in alto gradu ſtat, qui dat dona conſanguineis indigentibus. In altiori ſtat, qui dat extraneis indigentibus. In altiſſimo, qui dat inimicis indigentibus, ſicut Deus, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos.

*Gradus Compaſſionis. Cap. 16.*

Graduum compaſſionis Chriſtianæ ordines quinque.

2.Cor.11. 2.Regū.1. In eodem 18. Iob.30. Lucę 19.

COmpaſſionis altus gradus eſt, medullitus condolere amico afflicto. Altior condolere inimico afflicto. Altiſſimus condolere Deo de contumelia ſibi illata. Item in alto gradu eſt compaſſionis, qui condolet ſanis in afflictione ipſorum. In altiori eſt, qui condolet infirmis in infirmitate. In altiſſimo eſt, qui condolet purgandis in pœnis eorum in purgatorio. Item altum gradum aſcendit, qui afflictis condolet in corde, ſicut dicit Apoſtolus. Quis infirmat, & ego nō infir. &c. quis ſcandalizatur, aliquā moleſtia tribulationis, & ego non vror? dicit Gloſ. In altiorem aſcendit, qui ore conquæritur in commodum afflictorū, ſicut Dauid mortē Saulis, & Ionathe dicēs. Quomodo ceciderunt fortes in prælio? In altiſſimum aſcendit, qui plorat ſuper afflictionem, ſicut Dauid lugebat Abſalonem inimicum ſuum, & Iob. Flebam (inquit) quondam ſuper eo, qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi. In his gradibus fuit Chriſtus, quando conquerēdo fleuit ſuper Hieruſalem, dicens. Quia ſi cognouiſſes. Quædam Glo. dicit, ſuper Mar. homo patitur, & ridet Deus cōpatitur, & flet. Item, altus gradus condolere omnibus in afflictionibus corporalibus. Altior condolere in afflictionibus ſpiritualibus. Altiſſimus condolere in defectibus ſpiritualibus. Item altus gradus eſt cōdolere afflictis ad breue tempus. Altior condolere ad longum tempus. Altiſſimus condolere ſemper. In omnibus his gradibus fuit Chriſtus.

*Gradus Congratulationis. Cap. 17.*

Graduum Chriſtianę congratulationis ordines q̄nq.

COngratulationis altus gradus eſt cōgratulari omnibus hominibus, quòd ad imaginem, & ſimilitudinem Dei ſunt facti, et cōgratulari eis in omnib. bonis, quæ à Deo perceperunt. Altior eſt congratulari omnibus Angelis, quòd ſignaculum Dei ſunt, & q̄ nullam miſeriam experti ſunt, & ſemper in fruitione Dei fuerunt. Altiſſimus eſt congratulari Deo de ęterna, & immenſa beatitudine, quam habet à ſeipſo per naturam. Item altus gradus eſt cōgratulari in omni beneplacito ſuo, quod perficitur in cęlo, & in terra ab hominibus. Altior eſt congratulari Deo in omni beneplacito ſuo in cœlo, quod perficitur ab Angelis. Altiſſimus congratulari ſingulis perſonis in oī beneplacito, quod perficit vnicuique perſonæ à duabus perſonis. Item altus gradus eſt cōgratulari omnibus hominibus de omnibus bonis fortuitis. Altior congratulari in omnib. donis naturalib. in corpore, & anima. Altiſſimus in oīb. donis ſpiritualibus, & virtutib. in ſpiritu. Item altus gradus eſt congratulari omnibus conſanguineis in omnibus bonis, et profectu. Altior eſt congratulari omnibus extraneis. Altiſſimus congratulari omnibus inimicis. Item altus gradus eſt congratulari, cum ad congratulandum inſtigat natura. Altior cum ſcriptura. Altiſſimus cum inſpiratio diuina. In omnibus his fuit Chriſtus.

*Gradus abſtinentiæ. Cap. 18.*

Graduum Chriſtianę abſtinētię ordines quatuor.

Rom. 9. Phil. 1.

ABſtinētię altus gradus eſt vitare ſuperflua oblectamēta corporis ī victu, & in veſtitu, & in alijs commoditatibus. Altior vitare oblectamēta ſpiritus, quæ ſubito veniunt, & ſubito terminantur; vt contingit in luxuria, in Choreis, & cum aliquis delectabibiliter audit. & loquitur mendacia, vel detractiones, & ſimilia. Altiſſimus vitare delectabilia ſpiritus quæ ſæpe veniunt, & diu permanent, ſicut eſt in ornatu ſuperfluo, & amicitia carnali, & in gaudio temporali. Item altus gradus eſt libenter vitare illicita oblectamenta, quę homo non poteſt, vel difficulter habere pōt. Altior eſt ſpōte vitare delectabilia, quę habet, vel quę habere pōt. Altiſſimus, qui pōt vitare licita delectabilia, quę habet & quę habere pōt, & quib. meritorie vti pōt, vnde illud. Virtus eſt licitis abſtinuiſſe bonis. Itē altus gradus eſt ſpōte vitare delectabilia in vilibus, & nociuis. Altior vitare delectabilia in raris, & caris ad tempus, & quæ fiūt cum multa diligentia, & magnis ſumptibus comparantur. Altiſſimus vitare delectabilia in raris, & caris omni tempore. Item altus gradus eſt conſolationem tranſitoriam non admittere in omnibus viſibilib. propter Deū. Altior eſt fugere conſolationem tranſitoriam in Angelis & inuiſibilibus propter Deum, ſicut Maria Magdalena dixit. Non quæro Angelos, ſed eum, qui fecit me, & Angelos, &c. Altiſſimus vitare ad tempus conſolationem, quæ poteſt haberi in ipſo Creatore, propter ſalutē proximorum, ſicut dicit Apoſtolus. Optabam anathema eſſe pro fratribus. Et cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. In omnibus his fuit Chriſtus.

*Gradus Concordiæ. Cap. 19.*

Graduum Chriſtianæ concordiæ ordines quatuor.

COncordiæ altus gradus eſt concordare cum ſanctis hominibus in ſancta conuerſatione. Altior concordare cum ſanctis Angelis in continua laude Dei. Altiſſimus concordare cū Deo in perfecta voluntate. Item altus grauus eſt concordare cum ſubditis, defectib. eorū compatiendo. Altior concordare cū paribus, & ſocijs profectibus eorum congaudendo. Altiſſimus concordare cum prælatis voluntati eorum obediendo in omnibus. Item altus gradus eſt concordare cum perfectis, præcepta Dei ſeruando. Altior concordare

cordare

cordare cum perfectioribus, conſilia Dei in ſcriptura perficiendo. Altiſſimus concordare cum perfectiſſimis, diuinis moribus ſe conformando. Item altus gradus eſt concordare cum omnibus hominibus quantũ in ſe eſt, vt omnis perturbatio caueatur. Altior eſt concordare cum omnibus hominibus propter quietem propriã, ne homo in ſeipſo affligatur. Altiſſimus eſt concordare cũ omnibus hominibus, ne propter inquietudinem cordis Deus ab ipſo, vel ipſe à Deo ad breue, vel ad longum tempus alienetur. In omnibus his fuit Chriſtus.

*Gradus Gratitudinis.* Cap. 20.

Graduum gratitudinis ordines quinq.

GRatitudinis altus gradus eſt, digne ponderare naturalia dona corporis. Altior digne põderare naturalia dona animæ. ſ. memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Altiſſimus digne ponderare gratuita dona animæ, ſcilicet dona Spiritusſancti, & virtutes. Item altus gradus eſt ponderare dona temporalia à Deo colla ta. Altior põderare dona ſpiritualia à Deo percepta. Altiſſimus ponderare dona æterna à Deo percipienda. Itẽ altus gradus eſt gratias agere de ſcriptura. Altior eſt gratias agere de ſeptem ſacramentis. Altiſſimus eſt gratias agere de ſanctiſſimis exemplis Ieſu Chriſti, & moribus diuinis. Item altus gradus eſt gratias agere de præceptis ſacræ ſcripturæ. Altior de conſolationibus. Altiſſimus de doctrinis Chriſti in Euangelio. Item altus gradus eſt gratias agere de omnibus creaturis, quas habet homo in terra. Altior eſt gratias agere de omnibus Angelis, & ſanctis, quos homo habet in celo. Altiſſimus eſt gratias agere de omnibus bonis, quæ habet in ipſo. In omnibus his gradibus fuit Chriſtus, ipſo teſte. Quę placita ſunt ei facio ſemper. Ioan. 8.

*Gradus Religionis.* Cap. 21.

Graduum religionis, vt eſt virtutis ſtudium, ordines quinq;

REligionis altus gradus eſt cognoſcere omnia impedimenta religionis, & ea odire, ſicut eſt otium, diſſolutio, mala ſocietas, curioſitas, & nimia libertas. Altior eſt cognoſcere omnia incitamenta religionis, & ea deſiderare, vt eſt maturitas, ſolitudo, taciturnitas, bona ſocietas, bona exempla. Altiſſimus ſtudioſè ſe exercitare in omnibus, quæ pertinent ad religionem, vt ſunt virtutes, & opera virtuoſa. Item altus gradus eſt diligenter ſeruare omnia præcepta religionis. Altior ſeruare omnia vota religionis, non ſolum maxima, ſed & minima. Qui enim minima negligit paulatim decidet. Altiſſimus imitari optimos in religione, & ipſis ſe cõformare. Item altus gradus eſt, relinquere res temporales. Altior relinquere omnes amicos, tam carnales, quàm ſpirituales. Altiſſimus relinquere proprium ſenſum, & propriam voluntatem. Item altus gradus eſt ſeruare religionem, & amare religionem, propter pœnã vitandam, quæ debetur irreligioſis. Altior propter ſpem in pręſenti, & gloriam in futuro, quę debetur religioſis. Altiſſimus amare religionem purè, propter Deum. Item altus gradus eſt, ſemper niti ad proprios defectus videndos, qui ſemper pullulant. Altior niti ſemper ad creſcendum in virtutibus & ſpiritualibus donis, ad conformãdum ſe diuinis moribus. Altiſſimus ſemper dolere, ꝙ non poteſt omnes defectus diuincere, nec ſemper exercere virtutes. In multis his gradibus fuit Chriſtus.

*Gradus contritionis.* Cap. 22.

Graduum contritionis ordines octo.

COntritionis altus gradus eſt, ex corde dolere pro oĩbus peccatis mortalibus. Altior pro oĩbus peccatis venialib. magnis. Altiſſimus dolere pro omnib. peccatis venialibus minimis. Item altus gradus eſt, vehementer dolere pro peccatis operum. Altior dolere pro peccatis verborum. Altiſſimus dolere pro peccatis cogitationum, & affectionum. Item altus gradus eſt, dolere pro commiſſis omnium malorum. Altior pro omiſſis omnium bonorum. Altiſſimus pro deturpatione omnium bonorum per tædium, & teporem, & et impuram intẽtionem, Item altus gradus eſt, dolere pro oĩbus malis, quæ homo commiſit perſonaliter. Altior pro oĩb. quorum occaſio fuit ſcienter. Altiſſimus pro oĩbus, quorũ occaſio fuit ignoranter. Vnde illud ignorantias, &c. Itẽ altus gradus eſt, dolere pro peccatis manifeſtis. Altior ꝓ peccatis occultis, quæ homo ſolus ſcit coram Deo. Altiſſimus dolere pro peccatis, quę ſolus Deus ſcit ſine ipſo in lumine ſuo, vnde Apoſtolus. Nihil mihi conſcius ſum, &c. Item altus gradus eſt, dolere de damno quod ſibi homo per peccatum intulit. Altior quod communitati intulit. Altiſſimus de contumelia quam Deo intulit. Item altus gradus eſt, cum in contritione deletur culpa tantum. Altior cum deletur culpa, & pars pœnæ. Altiſſimus cum deletur culpa, & omnis pœna. Item in alto gradu eſt, qui dolorem mentis indicat in ore pure confitendo. In altiori, qui dolorem indicat in oculis lacrimando. In altiſſimo, qui dolorem indicat in opere, ieiunijs, vigilijs, & diſciplinis carnem ſuam affligendo.

Pſal. 24.
1. Cor. 4.

*Gradus Confeſſionis.* Cap. 23.

Graduum cõfeſſionis ſacramẽtalis ordines quatuor.

COnfeſſionis altus gradus eſt, declarare ſecundum præceptum Apoſtolicum, ſemel in anno omnia peccata illius anni. Altior eſt confiteri ſingulis menſibus. Altiſſimus confiteri ſemel in ſeptimana, cum ſcriptum ſit. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit per confeſſionem. Item altus gradus eſt, confiteri tantũ vni ſacerdoti, iuxta illud. Vade oſtende te Sacerdotib. Altior eſt confiteri pluribus Sacerdotibus ſecularibus, iuxta illud. Ite oſtendite vos ſacerdotib. Altiſſimus cõfiteri pluribus Sacerdotibus religioſis, q diligẽtes ſunt circa confeſſionem, & confitentes. Itẽ in alto gradu eſt, quem ad confitendum mouet horror peccati, & fœtor. in altiori, eſt quem mouet ad confitendum deſiderium regni cœleſtis. In altiſſimo, quem mouet ad confitendũ amor vnionis Dei. Item in alto gradu eſt, qui confitetur, vt à maculis emundetur animæ. In altiori, qui ideo confitetur, vt Deo per munditiam aſſimiletur. In altiſſimo eſt, qui ideo confitetur, vt Deo habitaculum in anima per munditiam præparetur. Sciendum quòd de ſingulis gradibus, de quibus eſt contritio, de eiſdem debet etiam fieri confeſſio.

Prou. 24.
Matth. 8.
Luc. 37.

*Gradus Satisfactionis.* Cap. 24.

Graduum ſatisfactionis, vt ad pęnã pertinet, ordines quinq;

SAtisfactionis altus gradus eſt, emendare dignè peccata propria. Altior bonorum hominum. Altiſſimus emendare peccata malorum hominum. Item altus gradus eſt, emendare peccata conſanguineorum. Altior emendare peccata extraneorum. Altiſſimus emendare peccata inimicorum. Item altus gradus eſt, emendare peccata in propria domo. Altior emendare peccata in eremo. Altiſſimus emendare in clauſtro. Itẽ altus gradus eſt, emendare peccata in clauſtro rigido. Altior emendare in clauſtro rigidiori. Altiſſimus in rigidiſſimo clauſtro. Item altus gradus eſt, emendare peccata eleemoſynis. Altior emendare bonis operibus corporis, ieiunijs, orationibus, peregrinationibus, & ſimilibus. Altiſſimus emendare peccata paſſionibus corporis ſcilicet lachrymis, diſciplinis, cilicijs, & ſimilibus. Perfectius eſt, aduerſa tolerare patienter, quàm bonis operibus inſudare.

Gradus

*Gradus contemplationis. Cap. 25.*

Graduum cõtemplationis ordines quatuor.

COntẽplationis altus gradus eſt cognoſcere Deum in creaturis. Altior cognoſcere Deum in ſcripturis. Altiſſimus eſt cognoſcere Deum in ſua potentia, ſapientia, &c. Itẽ altus gradus eſt cognoſcere Deũ in hominibus, qui ad imaginem eius ſunt creati. Altior cognoſcere Deum in Angelis, qui ſunt ſignaculum ſimilitudinis Dei. Altiſſimus cognoſcere Deum in ſua ſubſtantia. Item altus gradus eſt cognoſcere Deum in ſuis operibus. Altior cognoſcere in ſuis morib. Deum. Altiſſimus cognoſcere Deum in claritate ſua, vnde in Ioan. Vt videant claritatem quam dediſti mihi. Item ad altum gradum contemplationis aſcendit, qui abſtrahit animam ſuam ab omnibus tranſitorijs, & colligit eam ad ſeipſam. Ad altiorem tendit, qui cognoſcit qualis ſit anima in ſe collecta ſuper corpus, & ſine corpore, & ſecundum quem, imaginata. Ad altiſſimum tendit, qui cognoſcit Deum, ad cuius imaginem factus eſt, vt pro poſſe ſuo ſe illi conformet. In omnibus his fuit Chriſtus.

Ioan. 17.

*Gradus diſcretionis. Cap. 26.*

Graduum diſcretionis ordines quinq.

DIſcretionis altus gradus eſt ſecundum ordinem Dei vti donis temporalibus. Altior ſecundum ordinẽ Dei vti donis naturalibus in corpore, & in anima. Altiſſimus vti ſecundum ordinẽ Dei donis gratuitis in anima. Item altus gradus eſt ſeruare præcepta ſcripturæ. altior ſeruare conſilia ſcripturæ. Altiſſimus ſeruare doctrinas Ieſu Chriſti. Item altus gradus eſt regere ſe ſecundum exempla ſanctorum. Altior ſecundũ exempla Chriſti. Altiſſimus ſecundum mores Dei. Itẽ altus gradus eſt cogitare varia beneficia Dei. Altior de beneficijs collatis gratias agere. Altiſſimus laudare diuinam naturam, & bonitatem quæ coegit dantibus. Itẽ altus gradus eſt in omnibus cautũ eſſe corã ſecularibus, ne ſcandalizentur. altior cautum eſſe coram religioſis, vt ædificentur. Altiſſimus coram Deo iudice cautum eſſe ne offendatur.

*Gradus ſpei. Cap. 27.*

Graduum Chriſtianę ſpei ordines quatuor.
Ephe. 1.
1. Corin. 2

SPei altus gradus eſt, expectare cœleſtem hæreditatem, quam daturum ſe Deus nobis per pignus obligauit. ſ. Spiritũ ſanctum in baptiſmo, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, vt dicit Apoſtolus. Altior eſt expectare beatitudinis eandem hæreditatem, quam nobis ſe daturum iuramento firmauit, vnde. Iuſiurandum, &c. Altiſſimus eſt, expectare eadem beatitudinem, quã nobis ſe daturum in lege, et Prophetis promiſit, vnde Apoſtolus. Quod oculus non vidit, &c. Item in alto gradu eſt, qui expectat eternam beatitudinem ex operibus miſericordiæ, & iuſtitiæ, in quibus ſe diu exercuit. In altiori eſt, qui expectat eam ex paſſione Chriſti, qui nobis eam promeruit, vnde Bern. Peccati mihi peccatum, &c. In altiſſimo, qui expectat eam ex mera bonitate, & miſericordia Dei, qui nos ad ipſam creauit. Itẽ in alto gradu eſt, quẽ certificat de æterna beatitudine bene diſcuſſa cõſcientia. In altiori eſt, quem certificat veteris, & nouæ legis ſcriptura. In altiſſimo eſt, quem certificat inſpiratio diuina. Item altũ gradum tenet, qui expectat æternam beatitudinem ex multiplici interceſſione in via, & in patria. Altiorem qui eandem expectat ex diligenti cuſtodia Angelorum. Altiſſimũ qui eãdem a diligentiſſima cuſtodia diuina expectet. Vnde Augu. Perfectioribus adeſt ipſe Deus ad cuſtodiam, imperfectioribus vero ipſi Angeli.

*Gradus timoris. Cap. 28.*

Graduum timoris ordines quatuor.

TImoris infimus gradus eſt, timere iudicem ſecularem. Altior eſt timere iudicem ſpiritualem. Altiſſimus timere iudicẽ ſempiternum. Item altus gradus eſt, timere iudicem Deum, quia punire põt corpus in hoc mundo, Altior, timere eundem, quia punire poteſt animam. Altiſſimus timere eundem, quia punire poteſt corpus, & animam in inferno. Item in alto gradu eſt, quem timor cogit fugere omnia, quæ elongãt à familiaritatę Dei ad breue tempus, In altiori eſt, quem cogit timor fugere omnia, quæ ſeparant ab vnione de longo tempore. In altiſſimo eſt, quem cogit timor fugere omnia, quæ ſeparant à fruitione Dei omni tempore. Item in alto gradu eſt, cui timor ſemper ſuadet requirere voluntatem Dei, iuxta illud. Qui timet Dominũ inquiret, quæ placita ſunt ei. In altiori gradu eſt, cui timor ſuadet ſemper perficere voluntatẽ Dei, iuxta illud. Qui timet Deum ni. negli. & qui timet Deũ faciet bona. In altiſſimo eſt, cui timor omnia bona conſeruat iuxta illud. Timor Domini omnibus ſuper ponit quaſi ſignaculum omnia conſeruans.

Eccl. 2.
Eccl. 7.
Eccl. 15.
Ibidem 25

*Gradus doloris. Cap. 29.*

Graduum doloris vt ad virtutẽ ſpectat, ordines quinque.

DOloris altus gradus eſt, triſtari ex corde de omni incommodo proximorum corporali. Altior triſtari de omni incommodo proximorum, ſpirituali. Altiſſimus triſtari de omni contumelia Dei. Item altus gradus eſt, contriſtari quòd animę continuè in peccatis venialibus maculantur. Altior eſt, contriſtari quòd animæ frequenter peccatis mortalibus vulnerãtur, iuxta illud Ber. Agnoſce, homo, quàm aſpera peccatorum vulnera, pro quibus oportebat Dominum Chriſtum vulnerari. Altiſſimus triſtari, ꝙ vulnera Chriſti quotidie innouantur, cum peccati mortalis vulnere ſauciantur. Item altus gradus triſtari pronitate cadendi, in malum. Altior triſtari de tarditate, & raritate ſurgendi à malo. Altiſſimus eſt, triſtari de difficultate perſeuerandi in bono. Item altus gradus eſt, triſtari de debilitate perficiendi bonum. Altior de debilitate deſiſtendi à malo. Altiſſimus de fortitudine conſumandi malum. Item altus gradus eſt, triſtari quod tam parum curantur exẽpla bonorum hominum in terra. Altior ꝙ tam modicũ curantur exẽpla perfectiora in patria. Altiſsimus, quod tam parum curantur exempla perfectiſsima Ieſu Chriſti, per quatuor Euangeliſtas nobis teſtificata.

*Gradus Gaudij. Cap. 30.*

Graduum gaudij ſpiritualis ordines quinque.

GAudij altus gradus eſt, lætari hic, & in futuro, de æterna ſocietate Angelorum inferiorum, & ſanctorum. Altior eſt, lætari de æterna ſocietate supernorum Angelorum, & ſanctorum, & præcipuè Beatæ Virginis Mariæ, quæ eſt ſuper omnes Angelos, & ſanctos. Altiſſimus lætari de æterna ſocietate Dei. Item altus gradus eſt, letari de mundiſsima carne Chriſti, quam ſibi aſſumpſit de mũdiſsimis ſanguinib. Beatæ Virginis Mariæ, quàm homo videbit in æternum carnalibus oculis. Altior lætari de perfectiſsima anima ſua in omnibus virtutibus, & donis ſpiritualibus, cuius anima non accepit Spiritum ſanctum ad mẽſuram ſecundum ꝙ alij ſancti. Altiſsimus eſt, lætari de diuinitate Chriſti, quam habet communem cum Patre, & Spiritu ſancto æternaliter. Item altus gradus eſt, de omnib. voluntatibus meritorijs lætari. Altior lætari de omnibus meritorijs locutionibus, Altiſsimus lætari de omnibus meritorijs operationibus. Item altus gradus eſt, lætari hic, & in futuro, de exteriori ſancta conuerſatione. Altior lætari de interiorum affectionum ordinatione. Altiſsimus lætari de mentis ſecuritate. Vnde ilud, ſecura mẽs, quaſi iuge conuiuium. Item altus gradus eſt, letari de ſanctæ Trinitatis viſione, ſiue æterna cognitione. Altior lætari de eiuſdem æterna viſione. Altiſsimus lætari de eiuſdem æterna fruitione.

Prou. 15.

Pro-

Augustini ad animam exhortatio

Propterea nos hortatur Aug.dicens. O anima mirabilis creatura,quo te deijcis,terram amas,melior es, ſolem miraris,pulchrior es,cęlum contemplaris,altior es, ſolo creatore tuo inferior.Si vis ergo progredi in me,& ego trãſiens in te,exi totaliter de te,traham te in me, & introduc me,& ſic nec in te,nec in vlla creaturarũ, quic quã amabis præter me.Idem anima inter Deũ , & creaturas media poſita eſt,conuerſione ad Deum illuminatur,melioratur , perficitur, conuerſione aũt ad creaturas obtenebratur,deterioratur,occiditur, Item Deus in trabit in animã omni voluptate dulcior , omni luce clarior,omni honore ſublimior,oĩ ſecreto interior , Greg. eſſe quidem ſine delectatione anima non poteſt , aut.n. delectatur in ſummis,aut infimis.Glo.ſuper Eccle. Fœlix anima,quæ quotidie mũdat cor ſuum,vt recipiat habitatorem Deum,cuius poſſeſſor nullo eget bono,quia omnium bonorum auctorem in ſe habet , Aug.Magna Dei pietas,& ineffabilis bonitas , qui hominẽ ad vitam æternam prædeſtinatum , mori non permittit niſi in eo ſtatu quo melior futurus non eſt, tollit etiam damnandos,cum noſcit eos peiores futuros, vt ſic minus puniãtur,& iuſti eorum exemplo non corrumpantur .

---

# SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

*Tractatus qui confeſſionale nuncupatur.*

IN Dei tabernaculo, i.in ſancta Eccleſia poſitus, & ſi per doctrinæ ſapientiam phialas exuberantis doctrinæ ad inebriandum mentes legentium miniſtrare non potui , in quantum pro diuina largitate ſuffecit , ciatum paruę,atque anguſte, vel(vt verius dicã)penẽ nullius ſcientiæ præſens videlicet opuſculum de informatione ſimplicium ſacerdotum,in confeſſionibus audiendis,compulſus per obedientiam compilaui . Cum ſecundum B. Greg.cir.princ.curæ paſtoralis ſit ars artium , regimen animarum , & occultiora ſunt vulnera cogitationum , quàm viſcerum.Horrendum profectò eſt videre quoſdam ſacerdotes noſtri temporis,qui ſacram ſcripturam, in qua præfati regiminis ars ſufficientiſſime traditur,& iura canonica, & ſcripta doctorũ , in quibus pleniſſimè declaratur , vel per torporem legere negligunt , vel per ignorantiam neſciunt,& tamẽ cordis medicos in audiẽdis confeſſionibus ſe profiteri impudenter nõ metuũt quando qui pigmentorũ vim neſciunt,videri carnis medici erubeſcunt . Talium ergo Deo odibili ignorantiæ , per obedientiam,vt dixi,compulſus ſubſcripta informatione ſimplici ſtudui,ſicut potui,quamuis nõ, vt debui ſubuenire . In primo autem huius opuſculi tituli capitulorum, & ſingularum particularum eorundem continentiæ præmittuntur,quibus ad legentis animam quaſi quibuſdam paſſibus facilius gradiatur.Porrò particularũ quinti capituli continentiæ non prænotantur,quia ſicut inſpicienti patet per ſe poſſunt ſatis faciliter inueniri.Cæterũ ſimplex ſimplicibus ſimplicia ſcribens ſimpliciter , particulas præſentis opuſculi ſecundum quòd occurrerunt memoriæ magis,quàm ſecundum naturalem adinuicem cohærentiã ordinaui, omni qua poſſum humilitate ac deuotione ſupplicans,quatenus.

Mira modeſtia , ac humilitas auctoris.

Sis mihi corrector reſecando ſuperflua lector.
Veraque digneris,quæ deſunt iungere veris.
Omnem defectum partim ſtudio breuitatis.
Scribentis tribuas partim vitio ruditatis.

## SIMPLEX IMFORMATIO Simplicium Sacerdotum, de confeſſionibus audiendis,& primo.

*Qualiter Sacerdos confeſſor habere ſe debeat in confeſſione. Cap. 1. Particula 1.*

QVI ſacit veritatem venit ad lucem , vt manifeſtentur eius opera, quia in Deo ſunt facta.Ex hoc verbo Sacerdos , qui, Angelus Domini exercituum dicitur , intelligat vt non tenebaarum,ſed lucis Angelum ſe oſtendat,ſedens pro confeſſionibus audiendis in loco manifeſto, & omni ſuſpitione carente,vbi videri poſſit ab omnib.& non audiri.Quærendo enim latibula tenebrarum, male agere ſe oſtenderet dicente Chriſto. Omnis enim qui male agit,odit lucẽ.(Qui eſt in intentione mali, & cui placet malum.Hæc Gloſ.) & non venit ad lucem , vt non arguantur opera eius. Caueto ait Hier. Omnes ſuſpitiones , & quicquid probabiliter fingi poteſt , ne fingatur ante deuita.Apoſtolus.Ab omni ſpecie mala, i.non ſolum ab eo,quod eſt malum, ſed etiam ab omni qđ ſpeciem mali prætendit nos admonet abſtinere. Et quia ſecundum Aug.li.de Singularitate clericorum,pene poſt principium.Peius eſt,quàm mechia , continentiã ducere criminoſam,& infamem facere ſanctimoniam. Sacerdos audiens confeſſionem ſedeat, vt dictum eſt in loco publico,& honeſto.ne(quod abſit ) adulterum ſe oſtendat.Nam dr̃.Oculus adulteri obſeruat caliginem . Veniens igitur ad manifeſtationis lucem faciat veritatem , vt dicitur Ioan.ibi gl.i.bona opera, quæ veritas iubet.

Ioann. 3. Malach. 2. Ioan. 3. Hierony. ad Nepotianum epiſtola. 2. Theſſ. 5. Iob 24. Ieann. 3.

*Particula. 2.*

SOlicitus etiam ſit Sacerdos ne dum confitentem foris à ſordibus purgat,ipſe ex his, quæ audit per volũtariam delectationem interius ſordidetur . Debet enim eſſe,vt nobilis manus,quæ altum lauans lauatur ,mundans mundatur,non vt lexiuia vilis , quæ alia mundificans inquinatur.Caueat ergo ne per voluntariam delectationem caput aſpidis fugat , & occidat eum lingua viperæ.Glo.Aſpis eſt paruus ſerpens,vipera prolixioris eſt corporis,& ſic naſcitur,vt violenter exeat.Caput itaque aſpidis fugit,& occidit eum lingua viperæ , quia cũ initium ſuggeſtionis occultæ libenter ſuſcipit, violentis poſtmodum ſe tentationibus deuictus tradit , vel quia venenũ aſpidis concitè,viperæ tardius occidit, per aſpidem violenta,& ſubita, per viperam tentatio tardior ſignificatur.Hæc Gloſſ.

Sacerdos confeſſiones caute & cum timore audiat.

Iob 20.

*Particula. 3.*

DEbet etiam cauere Sacerdos, ne vultum ſibi confitentis maxime mulieris reſpiciat , ne confitens confundatur , & ne ipſe delectatione illicita capiatur , vnde debet ſemper mulier ſedere à latere confeſſoris , quia vt dicit Abac.Facies eius ventus vrens . Et Gloſſ. Greg.ſuper illo verbo Geneſ.Vidit igitur mulier , &c. Ne lubrica in cogitatione verſemur,non debe mus intueri,quod non licet concupiſci , vt. n. munda mens in cogitatione ſeruetur , à laſciuia voluptatis reprimendi ſunt oculi,quaſi quidam raptores ad culpam . Non. n. Eua lignum contigiſſet , niſi prius incautè reſpexiſſet . Penſandum ergo quantum ab illicitis debeamus viſum reſtringere,qui mortaliter viuimus , ſi & mater viuentium per oculos ad mortem venit.Hæc glo.

In faciẽ cõfitentis ne reſpiciat.

*Particula. 4.*

NOn debet etiam confeſſor pœnitentis horrere peccata,quantumcunq. enormia,turpia,magna, inaudita, vel inuſitata ſint, qa vt dicit Ioã. Qui ſine peccato eſt veſtrum,primus in illam mit.Aut enim

Penitentiũ peccata nõ abhorreat. Ioan 8.

con-

confeſſor fuit, vel eſt, vel erit, aut eſſe potuit, in ſimilib.
Deute. 23. peccatis, vel maioribus. Vnde præcipit Deus. Non abo-
minaberis Idumæum i. peccatorem rubore confuſionis
dignum, quia frater tuus eſt, vel Agyptium, id eſt pecca
torem peccatorum anguſtijs tribulatum. Idumeus nam
que rufus, vel rubeus interpretatur. Aegyptius anguſtia
ſiue tribulatio.

*Particula 5.*

Cõfeſſoris alloquium prodeſt cõfitenti. EXinde debet confeſſor, pio ac ſuaui alloquio, ip-
ſum confitentem ad veram compunctionem, &
ad nudam, & ex preſſam confeſſionem inducere,
non ſtatim, ex abruptò ſi tempus ſufficit, inferre, dic
peccata tua, ſed dulciter ei proponere aliqua de confeſ-
ſionis vtilitate, quæ valet ad ſeptem. Valet. n. ad peccati
cognitionem propter inſtructionem Sacerdotis, vnde
Deute. 17. dicitur in Deut. Si difficile, & ambiguum iudicium a-
pud te eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem,
cauſam, & nõ cauſam, lepram, & non lepram, & infra pa
rum Surge & aſcende ad locum, quem elegerit Domi-
nus Deus tuus, & venies ad ſacerdotes Leuitici generis,
Pſal. 31. quæresque ab eis. Pſal. Dixi confite. &c. Si propoſitum
valet, quanto magis ipſa confeſſio? Ad cogniti, & contri
Eccleſ. 4. ti ſatisfactionem. vnde dicitur in Eccl. Eſt confuſio ad-
ducens gloriam & gratiam. Ad penæ diminutionem, vi
Matth. 16. clauium de hoc Matt. Quodcunque ſolueris ſuper ter-
Ioſuæ. 7. ram, &c. ad Dei glorificationẽ, vnde Ioſuæ. Da gloriam
Domino Deo Iſrael, & confitere, atq; indica mihi, quid
feceris. Ad interceſſorum multiplicationem, dicente Ia
Iaco. vlti. co. Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro
inuicem, vt ſaluemini. Ad conſcientiæ aſſecurationem.
Vnde Dauid ſtatim cum dixit Peccaui, audiuit, Domi-
2. Reg. 12. nus quoque tranſtulit peccatum tuum, nõ morieris. Et
2. Corin. 1. hoc eſt magnum bonum, vt dicit Paulus. Gloria noſtra
hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Proponat etiã
ei de peccatorum venia, de Dei miſericordia, & ſuadeat
ei, quòd non verecundetur confiteri, ſed nude, & expreſ
ſe omnia confiteatur, quia non homini confitetur, ſed
Deo ſcienti omnia, qui ſe nude confiteatur, pro abſolu-
to habetur, ſi vero ſcienter aliquid occultauerit, confeſ-
ſio nihil valebit, quia qui in hoc vno offendit, factus eſt
Iaco. 2. omnium reus, inquit Iac. Si vero non vult confiteri pro
ponat ei terrores iudicij, pœnas inferni, & quod multo
melius eſt erubeſcere hic coram vno homine quàm in
die iudicij coram Deo, & omnibus Angelis, homini-
bus, & dæmonibus.

*Particula 6.*

Confeſſor nõ accipiat pſonas, ne corrumpat iudicium. STudeat etiam cõfeſſor cauere ab acceptione perſo-
narum, quòd confeſſor in iudicio penitentie pſo-
nam non accipiat, quæ ſic deſcribitur à magiſtris.
Acceptio perſonæ eſt iniuſtitia qua præfertur per
ſona perſone propter cauſam indebitam. Attende diligẽ
ter o iudex penitentialis, quod tibi dicitur. Non facies
Leuitic. 19. quod iniquũ eſt, nec iniuſte iudicabis. Non conſideres
perſonam pauperis, nec honores vultum potẽtis, Ne vi
delicet declines à uia iuſtitiæ, propter pauperis cõpaſſio
nem, uel propter potentis adulationem. Attende præte-
rea tibi dictũ. Nõ accipias perſonam, nec munera, quia
munera excecant oculos ſapientum, & mutant verba iu
Deute. 16. ſtorũ. Attende nihilominus diligenter, & conſidera vni
uerſaliter omnibus confeſſoribus eſſe dictum. Audite il
los, & quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ille, ſiue pere
grinus nulla erit diſtantia perſonarum. Ita paruũ audie
tis, vt magnum, non accipietis cuiuſquam perſonã, quia
Deuter. 1. Dei iudicium eſt. Audite inquam, i. diligenter intendi-
te peccata, & peccatorum circuuſtantias examinando,
& quod iuſtũ eſt iudicare. Iuſtos videlicet, ſiue diuites,
ſiue pauperes abſoluendo, & impios quamuis et poten-
tes, & diuites condemnando, nec accipietis perſonam
cuiuſquam, pauperes indebitè exaſperando, & diuitib.
& potentibus adulando. Non inquam accipias perſonã
ne maledictione prophetica feriaris, quia dicitur. Væ Iſa. 5.
qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iu-
ſti auferris ab eo.

## DE INTERROGATIONIBVS faciendis in confeſſione, & primo

*Qualiter interrogationes ſint faciendæ in generali* Cap. 2. *Particula 1.*

POſt hæc Sacerdos incipiat audire confeſſionẽ Diſcretio in interrogando ſũme requiritur in cõfeſſione.
ipſius. Interrogãdo, ſi peccator neſciat confite
ri & adiuuando per inquiſitionem diſcrete ta-
men, ita ꝙ ſollicitus ſit, vſitata peccata ſingu-
latim perquirere, inuſitata vero per circunſtantias gene
rales, & valde remotas caute inueſtigare, ne inexpertis
detur materia, vel occaſio, quod ante neſciuerant perpe
trandi, ſicut aliquotiens contingit ex quorundam inſi-
pientium confeſſorum interrogationibus, taliter aũt in
diſcrete interrogantes non ſunt vitiorũ euulſores, & de
ſtructores, ſed potius ædificatores, & plantatores. Iõ vt
dictũ eſt non debet de peccatis inuſitatis expreſſe inter
rogare, ſed nec ad circunſtantias ſpeciales deſcendere, ſed
tantummodo in vniuerſalib. ſtare, & ſapiẽter valde à lõ-
ge, & à remotis generalibus circunſtantijs incipere quæ
rere, ita vt ſi fecit confitens ſtatim cognoſcat, ſi nõ fecit
neſciat quid cõfeſſor dicat. v. g. Si de incontinentia, quæ
rat, & velit ſcire an in turpi vitio peccauit, dicere poteſt,
habuiſti vnquam pollutionem dormiendo. Si dicat ꝙ
ſic, quærat ſi vigilando, quia omnis pollutionis volunta
riæ procuratio, excepto fœdere matrimoniali, peccatũ
mortale eſt. Si adhuc dicat ꝙ ſic, poſſet quærere quomo
do, caueat tamen ne vnquam quærat vtrum illo, vel illo
modo ſpeciali, ſed quærendo generaliter modum, expe-
ctet ab illo determinationem in quo caſu põt intelligi,
quod præcipit Dominus confeſſori ſub typo creditoris Deute. 24.
in Deut. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam quã
debet tibi, non ingredieris domũ eius. i. cor vel conſcie-
tiã eius, vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi pro
feret, quod habuerit, ſi verò dicat quòd non, taceat Sa-
cerdos. Cauere. n. debet ne lupum excitet dormientem,
ne videlicet peccata noua in animo hominis repræſen-
tet. Similiter faciendum eſt in alijs peccatis inconſuetis.
Si autem confitens etiam peccata conſueta neſciat confi
teri, vt fere communiter omnes rurenſes, poteſt, & de-
bet confeſſor interrogare, ſecundum illud Eze. Fili ho- Ezech. 8.
minis fode parietem. Aug. de vera, & falſa pœnitentia
cir. fi. Diligẽs igitur inquiſitor & ſubtilis inueſtigator ſa-
pienter, & quaſi aſtute interroget à peccatore, quod for
ſitan ignorat, vel verecunde velit occultare. Cognito
itaque crimine uarietates eius non dubitet inueſtigare,
& locum, & tempus, & ea quæ ſupradiximus in expone
do eorum qualitates, quibus cognitis adſit beneuolus,
paratus erigere, & ſecum onus portare. Habeat dulcedi
nem in affectione, pietatem in alterius crimine, diſcre-
tionem in uarietate perſonarum. Et infra, ſemper eum
iuuet leniendo, ſpem promittendo, conſolando, & cum
opus fuerit, etiam increpando, hæc Aug. Et introduci
tur hęc auctoritas, & multa de iſta materia de pœniten
tia di. 6. per totum.

*Particula 2.*

TAliter autem Sacerdos poteſt incedere, interrogan De quibus in ſpeciali interrogandum ſit & primo de ſuperbia.
do primò de ſuperbia, & primò. Si ex tumore cor-
dis cum deliberatione, ſuperbiuit de bonis naturæ alios
con-

contemnendo, vtpote de ingenij naturalis ſubtilitate, de corporis fortitudine, pulchritudine, agilitate, & ſimilibus, de omnibus donis, ſ. gratiæ gratisdatę, ſicut de bona voce, de affabilitate, eloquētia, & ſimilibus. Appetendo pro his inordinatē placere, vel eadē ſi non affuerint, culpabiliter affectando. Secundò de bonis fortunę, Si ſe extulit de diuitijs, de parentum multitudine, nobilitate, & de propria dignitate, poteſtate, de acquiſita ſcientia, induſtria, experientia, de conſilij excellentia, & ſimilib. vel ſi defuerunt, ea culpabiliter affectauit, quæret etiam ſi de præmiſſis omnibus, vel aliquibus, aliquando ſe iactauit forte etiam mendaciter, & de quatuor ſpeciebus ſuperbiæ, quæ continentur in hoc verſu. A ſe pro meritis, falſo plus omnibus inſtat. Tertiò de bonis gratię gratum facientis, vtpote de deuotione, oratione, de lachrymis, ieiunio, ſilentio, obedientia, humilitate, & ſimilib. omnibus exercitijs quoquo modo ad gratiam gratum facientē pertinentibus, Quarto extulit de ſe ſi peccatis, vtpote de luxuria, vel alijs quibuſcunque, quia ſecundū beatum Greg. Omni culpa grauius eſt, quando de commiſſo vitio ſuperbitur.

Particula 3.

De inuidia

QVerat etiā de inuidia. Si lætatus eſt de proximi aduerſitate qui eum læſit, vel contriſtatus de proſperitate, quod eſt primus gradus inuidię, vel qui non leſit, quod eſt ſecundus, vel qui benè ſibi fecit, quod eſt tertius. Hic deſcendere poterit de diuerſis aduerſitatib. in ſpeciali, ſcilicet infirmitate corporis, labore, & dolore, vel cordis tribulatione, vel confuſiune, & ſimilibus, ſecundum ꝙ pro varietate perſonarum viderit expedire.

Particula 4.

De ira.

POſtea quærat de ira ſecundum tres gradus irę. Primus eſt. quādo homo iraſcitur, & maledicit, vel malefacit conuicianti ſibi, vel malefacienti. Secundus gradus eſt, quando ex amaritudine cordis ſibi maledicit, vel malefacit ſe percutiēdo, vel aliquid huiuſmodi. Tertius gradus eſt, quando homo ex nimio furore, in ludo vel alibi, maledicit Deo benedicto, vbi etiam quærat de peccatis, quæ proueniunt ex ira, ſcilicet de bellis, homicidijs incendijs, & huiuſmodi.

Particula 5.

De accidia

DEinde quærat de accidia. Primo ſi per tędiū boni, ex cōſuetudine, & prauitate, & deſiderio mali qđcunque malum faciendo lætatur, & bonum quodcūq; faciendo triſtatur, vbi poterit deſcendere ad diuerſa bona, & mala, ſecūdum ꝙ exigit diuerſitas perſonarum, ſecūdò ſi nō ſolum in bono triſtatur, & malo lætatur, ſed etiam aliquos deridendo, à bono retraxit, vel ad malum attraxit, verbis, geſtibus, & exemplis. tertiò, ſi deſperando, vel de miſericordia Dei nimium præſumendo, omni ſtultitiæ & impudicitiæ ſe tradidit per ocium, à bona cogitatione, locutione, & operatione ceſſando, concupiſcentiæ carnis, oculorū, & ſuperbiæ vitę inſiſtendo. Aut amore mali, aut tædio boni, malo per negligentiam non reſiſtēdo, in diſſolutione ſpectacula vana vidēdo, in fractione vocis, in leuitate mentis, in geſtibus corporis laſciuiendo inepte, & nimis ridendo, alios ad riſum mouēdo, fabuloſa, & vana loquendo, vagus, & inconſtans exiſtēdo, quod modo non vult, modo vult, quod nunc laudat, nunc vituperat, grauis ad bona, leuis ad mala, gratiā Dei repellendo, & ſi receperit expellendo, tēpus, horas, dies, & menſes, & annos inutiliter expendendo, penitentias iniunctas indeuote perficiendo, vel imperfectas relinquendo, vel totaliter obmittendo.

Particula 6.

De auaritia

QVærat etiam de auaritia, & tribus gradib. Primus ſi ſua non cōmunicauit, vt debuit, vbi quærat de operib. miſericordiæ ſi obmiſit, & hoc tam de ſpiritualibus, quàm de corporalib. Spiritualia ſunt hæc, doctrina, conſilium, iniuriarum remiſſio, correctio, cōſolatio, ſupportatio, & oratio, quæ præter primum continentur in hoc verſu. Cōſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora. Corporalia continentur in hoc verſu. Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Secundus gradus eſt, quando per fraudem acquirit, vbi quærat de diuerſis modis illicitè acquirendi, de quib. poſtea tangetur, tertius gradus eſt, ſi nō reſtituit illicitè acquiſita, nec etiam operarios, vel ſeruientes ſibi remunerauit, vt debuit.

Particula 7.

De gula.

QVærat etiā de gula, ſecundum tres gradus gulę, primus ſi ſe repleuit frequenter, & præpoſuit epulas dilectioni, vel delectationi Dei, ita ꝙ non delectaret eū quicquam boni agere, ſecundus gradus eſt, quādo quaſi nullū vel paucos dies vult ieiunare, & ſi ieiunat, immunde ieiunat, bibendo vinum ante prandium in quadrageſima, vel alijs diebus ieiunorum, tertius gradus eſt, ſi comedat, aut bibat, vt fortior ſit ad peccandum, quærat ēt de ſpeciebus gulæ ſubſcriptis, prima ſi nimis ſepe ſumpſit cibum, ſecundum ſi varijs ferculis vſus ſit, tertia ſi noua cibaria requirat, & inconſueta, quarta ſi precioſa, & ſumptuoſa requirat, non habito etiam reſpectu quòd magis ſint ſaporoſa, quærat etiam ſi propter delectationem comedit nociua corpori, & in infirmitate poſitus morbum potius confortauit, quàm naturam.

Particula 8.

De luxuria

QVærat etiam de luxuria, de tribus gradib. eius, primus, ſi peccauit ſolutus cum ſoluta, vel ecōtrario. ſecundus, ſi coniugatus cum coniugata, vel econtrario, tertius, ſi vitio ſodomtico, vbi cautiſſime procedat, ſicut ſuperius eſt expreſſum, quærat etiam ſi cum conſanguinea, vel affini.

Particula 9.

De decem preceptis.

POſtea procedere poteſt cōfeſſor ſi voluerit de decē præceptis, quę cōtinentur his verſib. Sperne Deos, vita periuria, ſabbata ſerua. Nō ſis occiſor, mœchus, fur, teſtis iniquus, ſit tibi patris honor, ſit tibi matris amor, nullius nuptam, vel rem cupies alienā. Circa primū preceptum ſic quærat. Si aliquando quatuordecim articulos fidei non credidit, tam de diuinitate, quàm humanitatę Chriſti.

De articulis fidei.

Septem autem articuli pertinentes ad diuinitatem ſic diſtinguuntur. Primus eſt de vnitate eſſentiæ, ſ. Credo in Deū, ſingulariter non Deos, vt notet vnitatem eſſentiæ. Vnde in maiori Symbolo dicitur. Credo in vnum Deum. Iſte primus artic. ſ. Credo in Deum, debet retorqueri ad tres ſequentes, qui ſunt de tribus perſonis. Primus de Patre cum dicitur, Patrem omnipotentem. Secūdus de Filio, cum dicitur. Et in Ieſum Chriſtū filium eius vnicum Dominum noſtrum. Tertius de Spiritu ſancto, cum dicitur. Credo in Spiritumſanctū. Eſt ergo ſenſus. Credo in patrem omnipotentem Deū. Credo in filiū vnicū Dn̄m noſtrum Deum. Credo in Spiritumſanctum Deum. Ecce habemus quatuor articulos pertinentes ad diuinitatem in ſe, tres alij pertinent ad effectus. Primus indicat effectum creationis, ſ. Creatorem Celi, & terræ. Secundus, effectum recreationis. ſ. Sanctā Eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. Tertius, effectum reſurectionis, ſ. Carnis reſurectionem, & vitam æternam. Carnis reſurrectio, pertinet ad corpus. Vita æterna, ad animam. Ecce tres articuli pertinentes ad effectus di-

uinita-

uinitatis, quatuor ad diuinitatem in ſe conſideratam, & ſunt ſimul ſeptem Septem pertinētes ad humanitatem ſunt iſti. Primus, ſ. Conceptus de Spirituſancto, ſecūdus, natus ex Maria virgine. tertius, Crucifixus mortuus, & ſepultus, quartus, Deſcēdit ad inferos, quintus, Reſurrexit à mortuis, ſextus. Aſcēdit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, ſeptimus. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Querat etiā circa Eccleſiaſtica ſacramenta, quæ continentur in hoc verſu. Abluo, firmo, cibo, dolet, vngo, ordinet, iungo. Querat etiam, ſi aliquando voluntarie, & forte ex deliberatione, circa prædicta dubitauit. tertio ſi ſortilegijs, & diuinationibus corde credidit, vel ore docuit, vel talia in opere perpetrauit.

*Particula.* 10.

De 2. præcepto.

QVerat etiam de ſecundo mandato. Si aliquando nomen Dei ſumpſit in vanum, ſine cauſa iurando iuramentum violando, votum tranſgrediendo, falſa iuratione affirmando, vel negando, inutiliter iurando, conſuetudinem incurrendo.

*Particula.* 11.

De 3. præcepto.

QVerat etiam de tertio mandato. Si ſolennitates præcipuas, & dies Dominicos feſtiuos violauit, opera ſeruilia faciendo, choreas ducendo, vel eas ducentib. intendēdo, vel aliquos geſtibus, vel ornatu ad libidinem prouocando, peccata luxuriæ, vel alia committendo. In quibus omnibus poterit deſcendere ad multa ſpecialia, & ſingularia, ſ̃m varias circunſtantias perſonarum.

*Particula* 12.

De 4. præcepto.

CIrca quartum præceptum quærat, ſi ſpiritualē patrem, vel prælatum inhonorauit, eius præcepta contemnendo, excommunicationem incurrēdo, vel quam incurrerat non curando, vel in ea exiſtēs, diuinis officijs ſe ingerendo, vel prælato detrahendo, vel cōtentioſe cōtradicendo, vel corde, vel ore maledicendo, vel debita ſubtrahendo, ſimiliter de parentib. carnalibus, multa huiuſmodi quærere poterit, iuxta quòd viderit expedire.

*Particula.* 13.

De 5. præcepto.

CIrca quintum præceptū querat, ſi occiderit aliquem obmittendo, vt ſi in extrema, vel notabili neceſſitate poſito non ſubuenit. Item ſi occidit committēdo, vtpotè corde odiendo, ore detrahendo, malum conſulendo, opere, vel malo exemplo animam alicuius interficiēdo. Item ſi corporaliter occidit, & hoc tripliciter. Caſu, neceſſitate, vel voluntate, vbi etiam quærat ſi circunſtantia perſonæ exegerit, ſi occidit, conceptum præpediēdo, vel aborſum procurādo, licet fortaſſis effectus in huiuſmodi non fuerit ſubſecutus.

*Particula* 14.

De 6. præcepto.

CIrca ſextum præceptum quærat ſecundū ſeptē differentias luxuriæ, fornicationem, meretriciū adulterium, ſtuprum, ſacrilegium, quod eſt cōcubitus, prout hic ſumitur, quo cōtinentia Deo ſacrata læditur, vel violatur, inceſtum, & peccatum ſodomiticum, poteſt etiam addi octaua differentia. ſ. libidinoſus coitus coniugalis, qui aliquando prouenit ex fragilitate, aliquando ex impetuoſitate, metas honeſtatis, & rationis tranſcendens, & ideo ſemper eſt mortale peccatum, quod fit quinque modis. Primus cauſa faciendæ libidinis, & hoc per meretricias blandicias, ſecundus quando fit contra naturalē vſum, tertius cum ſit in tempore prohibito, quartus cū in loco prohibito. quintus cum acceditur ad vicinā, vel quæ eſt in fluxu menſtruo, hæc ſunt verba magiſtri Alexan. de quibus omnibus Confeſſor interrogādo cautiſſimè procedat, ne efficiatur eis cauſa mortis, quib. oſtendere debuerat viam vitæ.

*Particula* 15.

De 7. præcedto.

CIrca ſeptimum præceptum, quærat de quinq; differentijs contrectationis rei alienæ, quæ ſunt beneficij ſubtractio, rapina, furtum, vſura, ſymonia.

*Particula* 16.

De 8. præcepto.

CIrca octauum præceptum querat de octo generib. mendacij, quorum quinq. ſunt mortalia, & tria veniala, & continentur in his verſibus. Peruerſus doctor, detractor, teſtis iniquus. Mentiriq; libens, & qui mentitur adulans. Res corpus, florem. ſi quis fallendo tuetur, hæc tria ſunt veniæ, ſunt mortis cetera quinque.

*Particula* 17.

De 9. præcepto.

CIrca nonum præceptum, quærat ſi libenter aliquando habuiſſet rem proximi, etiam iniuſte, ſed ſine conatu exteriori auferendi, vel aliquando cum conatu exteriori, ſed ſine effectu.

*Particula* 18.

De 10. præcepto.

CIrca decimum præceptum, quærat. Si moroſas cogitationes luxuriæ voluebat in corde, & ſine cōſēſu operis, vel aliquando cam conſenſu, ſed ſine conatu exteriori directe, vel indirecte ſignis, nutibus, geſtib. per ſe, vel per alios, perſonas aliquas ſollicitando vel etiam ſi concupiſci voluit cum conatu exteriori, vel ſine vt prius. Hic ſimiliter exprime diuerſos conatus, quib. tā mulieres, quàm viri prouocant perſonas, à quibus deſiderant concupiſci.

*Particula* 19.

De 9. modis currendi cū fure.

QVærat etiam de nouem modis currendi cum fure, quos ad multa alia præcepta poterit adaptare, qui continentur in eis verſibus. Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus. Mutus participans, non obſtans, nō manifeſtans. Iſta poſſunt applicari ad eos qui tenent ludeos, meretrices, luſores in domibus, & ad multa alia peccata.

*Particula* 20.

De circunſtantijs peccatorum.

QVærat etiam de circunſtantijs peccatorum, quæ cōtinētur in hoc verſu. Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quādo, quilibet obſeruet animæ medicamina dando. De quib. circunſtātijs loquitur Aug. in libr. de vera & falſa pœnitentia. c. 10. & ponuntur de pœnitentia. di. 5. Conſideret, & in 4. libr. ſen. diſt. 16. circa princ. Poſt igitur illa tria quæ præ omnibus conuenit quæri, ſcilicet an fidē ſanctam firmiter teneat, extra de pe. & re. Deus qui eccleſiam in fi. ſi orationem dominicam ſciat. Si omnes homines in Eccleſia diligat, ac de prædictis circunſtantijs taliter quærat, primo quis ipſe fuerit cum peccauit, cuius, ſ. cōditionis, cuius gradus, eodem enim genere peccati peccat grauius Sacerdos, quam diaconus, diaconus, quam ſubdiaconus, ſubdiaconus quā acolitus, acolitus quàm laicus, religioſus quàm ſæcularis, querat etiam quid fecit, ſ. periurium, fraudem, & huiuſmodi, quærat vbi peccauit in loco ſacro, vel publico. Querat etiam cum quo, vel per quos, non de perſonis, ſed de cōditionibus perſonarum, vtrum, ſ. fuerint coniugatæ vel ſolutæ, cognatæ, vel affines, clerici, vel laici. Quærat etiam quotiens, vt ſi ſciat numerum peccatorum dicat ſecundum veritatem, vel ſaltem ſecundum eſtimationem. Dicat etiā cum quot, & quandiu in peccato permanſerint. Quærat etiam cur, quia ſi grauiter Deū offenderit, qui ex timore, vel coactione peccauit, grauius tamen, qui ex craſſa vel ſupina ignorantia, grauiſſimè qui ex pura malitia. Itē ſi multum peccauit, qui ab alijs cogitur, multo plus, qui ſe cogit peccare, vt quidā luxurioſi, guloſi, malitioſi, deſperati. Quærat etiam quomodo, vtrum tali vel tali modo. Hanc tamen cir-

cunſtan

cunſtantiam non quærat de peccato luxuriæ, niſi à remotis vt prædixi. Quærat et quando, vtrum in tempore feſtiuo, vel non feſtiuo. Item cum quæritur quis fuerit, poteſt quærere de circunſtantijs ſui officij, v.g. Si eſt regularis, interrogetur de inobedientia, de proprietate, incontinentia, de ſymonia, & de alijs pertinentibus ad obſeruantiam regularem. Si eſt clericus, de ſymonia in ordinibus, & beneficijs, & huiuſmodi multis. Præmiſſę etiam circunſtantiæ, & quædam aliæ continentur in verbis præſcriptis. Aggrauat, ordo, locus perſona, ſcientia, tempus, ætas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa. Et modus in culpa, ſtatus, altus, lucta puſilla. Super omnia autem attendat confeſſor, vt confitentem peccato faciat abrenunciare, non tamen iurare propter periculum periurij, niſi in caſibus expreſſis in iure. primus quando qs excommunicatus pro enormi crimine veniá poſtulat. 11.q.vlt. Cum aliquis, extra de ſen.ex.ex tenore. Secundus. Qñ ab hæretico reuertente requirit iuram. 1.q.7. quotiẽs. Tertius ab incendiario, vt 23.q.vlt. peſſimam, Similiter in quolibet horrendo crimine, iurabit pœnitens ſe nunq̃ ſimile cõmiſſurũ. 11.q.2. de viro. Non tamen id faciendum eſt de quolibet mortali, nec etiam de quolibet enormi, cũ periculũ timetur periurij. Ar.ex. de cohabi.cle.& muli. Clericos. Quærat etiam de quinq; ſenſibus, & affectionibus 7. quæ ſunt, ſpes, timor, gaudium, meror, amor, & pudor, & odium. Poterit etiam quærere cum opportunum fuerit de 24. peccatis linguę quæ ſunt hæc, blaſphemia, peccatum murmuris, peccati defenſio, periurium, mendacium, detractio, adulatio, maledictio, conuitium, cõtentio, bonorum deriſio, prauum conſiliũ, peccatũ ſeminantium diſcordias, peccatum bilinguiũ, rumor, ſecreti reuelatio, iactantia, indiſcreta comminatio, promiſſio, ocioſum verbum, multiloquium, turpiloquium, ſcurrilitas, indiſcreta taciturnitas. Attende tamen, ꝙ non omnia que dicta ſunt, de quolibet confitente ſunt inquirenda, ſed varijs varias morbis debes dare curas. Iuxta doc. Hiero. Hoc genus in nullo poteſt eijci, niſi in oratione & ieiunio vbi ait. Medicina cuiuſlibet vulneris adhibenda eſt ei. Non ſanat oculum, quod calcaneum, ieiunio paſſiones corporis, oratione ſanantur peſtes mentis. Hæc gloſſa.

Quãdo ſit exigẽdum iuramentum à confitente.

De 5. ſenſibus.

24. peccata linguæ.

Hie. ſuper Mar. 9.

## DE POENITENTIIS INIVNgendis ſecundum Canones pœnitentiales. Et primo.

### *Quod pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, & vtrum Sacerdos teneatur ſcire canones pœnitentiales. Cap. 3. Particula I.*

CIRCA pnĩas iniungẽdas hoc teneas, ꝙ omnes pęnitentię arbitrariæ ſunt, & arbitrio pęnitentialis iudicis relinquuntur. Et hoc probat Leo pa. 26.q.7. tempora, & Nico.pa.ea. De his vero, et Cõcilium Cartag.ea. pęnitẽtibus, & Hie. de pe.d. 1. Menſuram. Et hanc opinionem approbat cõſuetudo, quia generaliter hoc ſeruatur. Nec obſtat qđ dicit Gre. de pęnitentia di. 5. Falſas penitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatẽ ſanctorum patrum, pro qualitate criminis imponũtur. Quia hoc verum eſt, niſi ex cauſa conſideratis circunſtantijs, pęnitentia temperetur. Nec illud Greg. Quod prolixior debeat eſſe penitẽtia, quam fuerit culpa, de pœ.di. 3. productior, quia hoc intelligendum eſt de interiori pœnitentia, vel poteſt intelligi, de pœna quam patimur propter peccatum primi parentis. Quamuis autem pęnitẽtiæ ſint arbitrariæ, ſemper tamen pro quolibet mortali peccato, ſeptennis pœnitentia eſt imponenda. 33.q.2. hoc ipſum. & §. ſequẽti. 22.q.1. prædicandum, niſi maior vel minor inueniatur à cañ. expreſſa. In quo quidem caſu, ſi crimen publicum ſit, publica non minor vel maior quam ſcripta ſit pœnitentia eſt imponenda, extra de pœ.& re. Qui ſint. Si occultum, tunc indiſtinctè arbitrariæ imponuntur, ſicut probant concordantiæ iam ſignatæ. Certum eſt etiam, ꝙ maior cauſa diſpenſandi in pœnitentia requiritur in publico quàm in occulto. In vtroq. tamen, ex cauſa minor pęnitentia poteſt imponi, conſideratis criminis quãtitate, & qualitate, & perſonæ dignitate, cõditione, ſexu, officio, paupertate, debilitate, conſuetudine, complexione, ſocietate, contritione, loci, religionis, & temporis qualitate, cauſa, animo, voluntate, & alijs circũſtantijs, quas ponit Aug. in lib. de vera & falſa pęnitentia, & introducitur de pœ.di. 5.c. 1. Supradictis igitur conſideratis, alleuiabit, vel aggrauabit Sacerdos diſcretus pœnas peccantium, de pœ.diſt. 1. In actione, &c. Iudicet, quia apud Deum, plus valet mortificatio vitiorum, quam abſtinentia ciborum, vt in pręallegato c. Menſuram, Vt autẽ ſacerdos circa penitentias diſpenſando cautius arbitretur, nota caſus in quibus per canones certę pœnæ ſeu pęnitentiæ imponuntur. Nam canones pœnitentiales tenetur ſcire ſacerdos. 38.di. Celeſtinus pa. omnibus orthodoxis epiſcopis. Nulli ſacerdoti liceat canones ignorare, &c.& c. ſequenti Aug. quæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcendum, i. ſacramentorum liber (hoc eſt miſſale) lectionarius, antiphonarius, baptiſterium, computus, canones pœnitentiales, pſalterium, homelię per circulum anni diebus dominicis & ſingulis feſtiuitatibus aptæ, ex quibus omnibus ſi vnum defuerit, ſacerdotis nomen vix in eo conſtare poterit, quia valde periculoſę Euangelicæ minæ ſunt, quibus dicitur. Si cæcus cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

Recta conſideratio ad bene arbitrandũ.

Canones penitentiales ſcire debet confeſſor.

Matth. 15.

### *Particula 2.*

PRimus canon ex concilio Gangren. 82. di. pręsbyter ſi fornicationem fecerit, quanquã ſecundũ canones Apoſtolorũ debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem beati Sylue.pa. Si non in vitio perduret, ſi ſua ſponte confeſſus adiecit vt reſurgeret, decem annis in hunc modum pœniteat, tribus ſiquidem menſibus à cæteris remotus, pane, & aqua à veſpera in veſperam vtatur. diebus autem dominicis & præcipuis feſtis, modico vino, & piſciculis, atque leguminibus recreetur, ſine carne, & ſagimine, & ouis, & caſeo, ſacco indutus, humo adhæreat, die ac nocte iugiter miſericordiam Dei omnipotẽtis imploret. Finitis tribus menſibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo ſcãdalum patiatur, Nec.n. debet ſacerdos publicè pęnitere ſicut laicus. Poſtea aliquantis reſumptis viribus, annum vnum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & præcipuis feſtiuitatibus, in quibus vino, & ſagimine, ouis, & caſeo iuxta canonicam menſuram vti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & ſanguinis dñi noſtri, ne indureſcat, particeps fiat, & ad pacem veniat, pſalmos cum fratribus vltimus in choro canat, ad cornu altaris non accedat. Iuxta beati Clementis vocem, minora gerat officia. Deinde vero vſq; ad expletionem ſeptimi anni, omni quidẽ tp̃e, exceptis trib. paſcalibus diebus, tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada, in pane, & aqua ieiunet. Expleto anni ſeptimi circulo, ſi fratres apud quos pęnituit, eius condignam pęnitentiam laudauerint, Epiſcopus in priſtinum honorẽ, iuxta beati Calixti Pa. auctoritatem, eum poterit reuocare. Sanè ſciendum eſt, ꝙ ſecundam feriam vnum pſalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando ſi opus eſt, redimere poteſt. Finitis ſeptẽ annis deinde vſque ad finem decimi anni, ſextam feriam nulla interueniente redemptione obſeruet, in pane & aqua. Eadem quoq; pęnitentia erit ſacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quę eum in depoſitionem

tionem adducunt. Neque hoc cuilibet videatur oneroſum, ſi ſacerdos poſt lapſum, dignè, vt ſupradictum eſt pœnitens, ad priſtinos redeat honores. Hæc canon. Legitimas, ſcilicet ſecunda, quarta, & ſexta feria. De ſecunda feria. 11. q. 3. De illis. De quarta & ſexta feria, de conſe. diſt. 3. ieiuna.

*Particula 3.*

Penitentia ſacerdotis fornicantis cum filia ſpirituali.

SEcundus canon eſt Cæleſtini Pa. 30. q. 1. ſi quis Sacerdos, cum filia ſua ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe graue adulterū cōmiſiſſe. Idcirco fœmina ſi laica eſt, omnia relinquat, & res ſuas pauperibus tribuat, & conuerſa in monaſterio iugi pœnitentia Deo vſq. ad mortem ſeruiat. Sacerdos autem qui malum exemplum dederit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando quindecim annis pœniteat, poſtea vero ad monaſterium vadat, ibiq; diebus omnibus vitæ ſuæ Deo ſeruiat. Hęc canon. Idem, non debet Epiſcopus, aut pręsbyter commiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua confeſſę fuerint peccata. Si forte (quod abſit) hoc contigerit, ſic peniteat, quomodo de filia ſpirituali. Epiſcopus quindecim annis, præsbyter duodecim annis, & deponatur, ſi tamen in conſcientia populi deuenerit. Hæc canon.

*Particula 4.*

Penitentia pro peccato contra naturam & iudicialiter probato.

TErtius canon eſt Concilij Lateranen. extra de exceſ. prælat. clerici. & infra. Quicunq. illam incontinentiam, quę contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates igne conſumpſit, deprehenſi fuerint laborare, ſi clerici fuerint deijciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſterio detrudantur. Si laici, excommunicationi ſubdantur & à cętu fidelium ſint, vel fiant penitus alieni. Hæc canon. Hoc autem vitium maius eſt, quam ſi fratrem quis cognoſceret. 32. q. 7. adulterium.

*Particula 5.*

Penitentia ſacerdotis qui clandeſtino matrimonio interſit.

QVartus canon eſt Innocen. 3. in Concilio generali, extra de clande. deſpon. Cum inhibitio copulę coniugalis ſit in vltimis tribus gradibus reuocata, eā in alijs volumus diſtricte ſeruari. Vnde prædeceſſorū noſtrorum veſtigijs inhærendo, clandeſtiua coniugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talib. intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem, ad alia generaliter prorogando ſtatuimus, vt cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſia per præsbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito, vt infra illum qui voluerit, & valuerit legitimum impedimentum ponat, & ipſi præsbyteri nihilominus inueſtigent, vtrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem apparuerit probabilis coniectura circa copulam contrahendā, contractus inrerdicatur expreſſe, donec quod fieri debeat, ſuper eo manifeſtis conſtiterit documentis. Si quis verò huiuſmodi clandeſtina, vel interdicta coniugia inire præſumpſerit, in gradu prohibito etiam ignoranter ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur, pari modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parē tes impedimentum ſcientes legitimum præter omne interdictum, etiam in conſpectu Eccleſiæ contrahere pręſumpſerint. Sanè ſi patochialis ſacerdos tales coniunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet regularis qui eis præſumpſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, grauius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed his qui taliter præſumpſerint etiam in gradu conceſſo, copulari, condigna pęnitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam, malitioſe impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet vltionem, hæc can. Ad alia, i. loca.

*Particula 6.*

Penitentia prius votum contrahentis

QVintus canon eſt Theodori, 27. di. Si vir ſimplex habens votum virginitatis, adiungitur vxori, poſtea non dimittat vxorem, ſed tribus an. pęniteat.

*Particula 7.*

Penitentia excommunicatæ celebrantis.

SExtus canon eſt Ioannis 8. 11. q. 3. de illis præsbyteris, qui tempore prædeceſſoris noſtri domini pa. Nicolai excommunicati, ſacrum myſterium contingere præſumpſerunt, ipſi in ſe damnationis ſicut canones ſtatuerunt, ſententiam intulerunt, tamen quia miſeratio Apoſtolica, veniam ſolet præſtare correctis, ob multitudinem miſericordiæ, illis hanc indulgentiam exhibemus, vt ſancta communione ſaginati, ſtudeant tribus continuis annis per hebdomadam omni quarta, & ſexta feria, à vino & à carne penitus ieiunare, & vltra lugenda nequaquam committere, hæc canon. Saginati appa. i. refecti.

*Particula 8.*

Penitentia accuſantis alium ad mortem.

SEptimus ca. brochardorum li. 44. extra de accu. Accuſaſti aliquem & per tuam accuſationem occiſus eſt, niſi pro pace hoc feceris. 40. dies in pane & aqua qđ carina vocatur, cum ſeptem ſequētibus annis peniteas ſi aūt per tuam delaturam debilitatus eſt, per tres debes quadrageſimas pęnitere, hæc canon. Pro pace, ſ. vt boni quiete viuant. Debilitatus eſt, id eſt mutilatus.

*Particula 9.*

Penitentia tradentis filia ſpiritualem filio carnali.

OCtauius can. Zacharię. & Deus dedit 30. q. 3. Non oportet filiam ſuam, quā de ſacro fonte ſuſceperit, aliquādo filio ſuo ī matrimonio tradere, quia in diuina ſententia germani eſſe inueniuntur. Si quis tali facinore commixtus, minimè reſtrinxerit frena luxuriæ, ab Eccleſia catholica abhominabitur, ſed ſi conuerſus fuerit, poſt ſeparationem ſeptem annis pęnitentiam gerat. Conſcijs ſimul cum eo auctore ſit iſta conditio, id eſt ſimul cum cooperatoribus, & conſentientibus pęniteat. Hæc canon.

*Particula 10.*

Penitentia contrahentis cū ſponſa alterius.

NOnus can. extra de ſpon. duorum. ex brochardorum lib. 30. Accepiſti illam in vxorem tibi, quam alter habuerat ſibi deſponſatam, illam dimitte, quia nunquam poteſt tibi legitima fieri & quadraginta dies in pane & aqua, quam carinam quidam vocant, cum ſeptem ſequentibus annis pęniteas. Hæc canon.

*Particula 11.*

Penitentia eorum qui gradus affinitatis violant.

DEcimus canon eſt ex Concilio Calcedon. 30. q. 4. Si pater & filius, aut duo fratres cum vna muliere, aut cum matre & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit, ſecundum antiquam, & humaniorem diffinitionem, octo annis pęniteat. Hæc canon.

*Particula 12.*

Penitentia ſacerdotis homicidę.

VNdecimus canon. 50. di. Ioannis octaui. Miror minus doctam ſciētiam tuā ſacerdotem putare, poſt perpetratum homicidium, poſſe in ſacerdotio miniſtrare, immo quod eſt ineptius, nobis ſuadere velle, vt ipſi tali præſumptioni præberemus aſſenſum. Quis. n. tam demens, tanque peruerſi ſenſus, tale quid exiſtimaret, vel poſt quantamcunq; pœnitentiam concedendum, cum omni ſit canonicæ diſciplinæ contrarium? Debet ergo ſacerdotio priuatus, lachrimarum fonte, flagitium tam immane diluere, vt talibus ſaltem remedijs curatus, ſalutis poſſit inuenire ſuffragium. Hæc canon.

*Particula 13.*

Penitentia homicidij voluntarij

DVodecimus ca. l. di, ex Cōcilio Eliberitano. Si qua fœmina furore zeli accenſa flagellis verberauit ancillam

cillam ſuam,ita vt infra tertium diem,cum cruciatu animam emittat,eo ꝙ incertum ſit an voluntate,an caſu acciderit,ſi voluntate,poſt ſeptem annos,ſi caſu,poſt quinque annorũ tempora acta pęnitẽtia legitima, ad cõionẽ placuit admitti. Quod ſi infra tempora conſtituta fuerit infirmata,accipiat communionem. Hæc canon. De eodẽ cap. ſequenti,ex concilio Martini Bracharenſis.Si quis voluntate homicidium commiſerit, ad ianuam catholicæ Eccleſiæ ſemper iaceat,& cõmunionem in exitu vitæ ſuæ ſuſcipiat. Si autem non voluntate,ſed caſu aliquo homicidium fecerit, prior canon ſeptem annis pœnitentiam agere iuſſit, ſecundus canon quandoq; mandauit. Hæc canon.

*Particula 14.*

Pęnitentia eius qui prætextu neceſſitatis vel alicuius pietate occidit.

TErtiusdecimus canon.50.di.ex Hylerdenſi Cõcilio. De his clericis,qui in obſidionis neceſſitate poſiti fuerint,id ſtatutũ eſt; vt qui altario ſeruiũt vel miniſtrant,& Chriſti corpus & ſanguinem tradunt, vel ſacra vaſa officio deputata contrectant,ab omni humano ſanguine etiam hoſtili ſe abſtineant,ꝙ ſi in hoc inciderint,tam officio quàm communione corporis Domini duobus annis priuentur, ita vt duobus annis, ieiunijs vigilijs,orationibus,& eleemoſynis, pro viribus quas dominus donauerit,expientur, & ita deinde officio & communioni reddantur, ea tamen ratione, ne vlterius ad officia potiora promoueantur. Quod ſi in definito tempore negligentiores circa ſuam ſalutem extiterint, protelandæ ipſius pœnitentiæ tempus, in poteſtate ſacerdotis maneat. Hæc canon. Sed ſi eſſet ineuitabilis neceſſitas,in nullo imputaretur.50.di.Quia te.Quod verum eſt,quo ad peccatum, ſed quo ad cautelam,& innocentiam ſuæ Eccleſiæ oſtendendam, bonum eſt pœnitere, extra de homi. c.3. Ex pœnitentiali Romano.Interfeciſti furem, aut latronem,vbi comprehendi poterat abſque occiſione, quia ad imaginem Dei creatus eſt,quadraginta dies non intres Eccleſiam, & lanea veſte indutus, ab eſcis & potibus qui interdicti ſunt,& à thoro,& gladio, & equitatu, illos ſupradictos dies abſtineas. In.3.autem & 5.feria & ſabbato, aliquo genere leguminum,vel oleribus, pomis, & paruis piſciculis, cum mediocri ceruiſia, vtere temperate. Si autem ſine odij meditatione, te tuaque liberando huiuſmodi diaboli membra interfeciſti, ſecundum indulgentiam dico,propter imaginem Dei, ſi aliquid ieiunare volueris,bonum eſt tibi, & eleemoſynam fac largiter.Si præsbyter eadem fecerit,non deponatur,tamen quandiu viuit,pœnitentiam agat,hæc canon. Interdicti ſunt.4.d.Deniq;.i.à carnibus,& ab omnibus quę ſementinam trahunt originem carnis,lacte videlicet,& caſeo, & ouis,quia vt dicit ſapiens quidam. Ouum eſt liquida carnis ſubſtantia,lac autem ſanguis,colore mutato, caſeus autem lac coagulatum. Siquis autem per inſaniam committit homicidium,non imputatur.3.q.9. Indicas. Qui vero etiam intuitu diſciplinæ, incautè percutiendo occidit,deponatur,extra de homicidio presbyterorum. Item qui ligatam latronem interficit,deponatur, extra de ho.Suſcepimus.

*Particula 15.*

Pęnitentia matricidę.

QVartuſdecimus canon.33.q.2. Nicolaus Papa. Latorem præſentium matricidam eſſe cognouimus, cui præcipimus,vt ſub iugo pœnitentiæ permaneat,ita vt per annum integrum, Eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores baſilicæ ſtans, orans, deprecans Deum,perſeueret,qualiter tanto eripiatur piaculo. Cõpleto vero anni circulo, introeundi in Eccleſiam licentiam habeat,tamen inter audientes ſtet,et nondum communicet. Completis autem trium annorum circulis, ſacræ communionis illi gratia concedatur. Oblationes vero non offerat,niſi prius aliorum ſeptem an. curricula expleantur. In his autem omnibus annis atque temporibus, carnem non manducet, & nec vinum bibere præſumat, exceptis feſtiuis diebus atq; dominicis, & à paſcha vſq; Pentechoſ. & quocunq; ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, ſed pedibus proficiſcatur, arma non ſumat,niſi contra paganos.Ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam, vſque ad veſperam. A propria ac legitima coniuge ne ſeparetur, ne in fornicationis voraginem corruat, quod ne fiat optamus. Si autem ante annorum trium curſum, finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti,particeps fiat.Sin autẽ, vt ſupra ſtatuimus,efficiatur.Tamen ſi illius cõſeruationem,& lachrimarum fontem, in omnibus videritis floridis actionibus,& bonis operibus pullulare, humanius circa eum ſollicitudo peruigil appareat,mitiſque omnibus demonſtretur.Hæc canon.Inter audientes, id eſt inter laicos.

*Particula 16.*

Pęnitentia vxoricidę.

STephanus Papa V. Aſtulpho.33.q.2.admonere te cum lachrimis,& multo gemitu cordis curauimus fili Aſtulphe,ſed non filius dici debes, qui tam crudeliter infelix homicidium perpetraſti. Nam occidiſti vxorem tuam,partem corporis tui, legitimo tibi matrimonio ſociatam, ſine cauſa mortis,non tibi reſiſtentẽ, non inſidiantẽ quoquomodo vitæ tuæ. Non inueniſti eam cum alio viro nephariam rem facientem, ſed concitatus à diabolo, impio furore inflammatus, more latronum atrocius eã gladio tuo,crudelior omni beſtia interemiſti,& nunc poſt mortem eius addis iniquitatem, ſuper iniquitatẽ filiorum tuorum improbe prædo, qui non pepercipiſti matri,& filios tuos orphanos feciſti,in ducere vis ſuper eã cauſam mortis poſt mortẽ, per vnũ hoĩem homicidam,& reprobũ teſtẽ,inducere vis mortuã q̃m nec Euãgelium, nec vlla diuina & humana lex, vnius teſtimonio ẽt idoneo,quempiam condemnat,vel iuſtificat.Quãto magis per iſtum flagitioſiſſimũ,& ſceleſtum,nec illa viua debuit condemnari, nec poſt mortem eius accuſari,prius cauſa crimĩais ſubtiliter inueſtiganda erat, & tunc ſi ita fuiſſet inuenta, ſecundum legum tramitem debuit vindictam accipere vltionis. Nam ſi verum (quod abſit) fuiſſet, ſicut adulter mentitus eſt, poſt 7.an.pœnitentia peracta, dimittere eam per approbatam cauſam poteras, ſi voluiſſes, occidere tamen eam nullatenus debuiſti. Non enim vult Deus mortem peccatoris, ſed vt conuertatur ad penitentiam & viuat. Idcirco placeat tibi conſilium noſtrum, & facias hoc quod melius & leuius videri tibi poteſt. Miſerere animæ tuæ, vt non ſis tuus tibimet ipſi homicida.Relinque,quapropter te rogamus,hoc malum ſeculum, quod te traxit ad tam immaniſſimum peccati facinus. Ingredere monaſterium,humiliare ſub manu abbatis, multorum fratrũ præcibus adiutus, obſerua cuncta ſimplici aĩo, quæ tibi fuerint imperata,ſi forte ignoſcat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priuſquam crucieris perpetuis flammis. Hoc melius, & leuius tibi eſſe certiſſime ſcias. Sin autem publicam pœnitentiam permanens in domo tua,vel in hoc mundo vis agere, quod tibi peius, & durius,& grauius eſſe non dubites,ita vt agere debeas, exhortamur. Omnibus diebus quibus pœnitere debes, vinum & ſiceram non bibes, carnem nunquàm comedas vllo tempore, præterquam in Paſcha, & in die Natalis domini. In pane, & aqua, & ſale pœnitentiam age, in vigilijs, ieiunijs, orationibus, eleemoſynis omni tempore perſeuera, armis nunquàm cingere,nec in loco quolibet litigare præſumas;vxorem

Ezech.18.

nunquam ducere, concubinam non habere, nec adulterium committere audeas, in balneo nunquam lauaberis, in conuiuium lætantium nunquam te miſceas, in Eccleſia ſegregatus ab alijs Chriſtianis, poſt oſtium & poſtes humiliter te repone, ingredientium & egredientium ſuppliciter orationibus commendate, & communione corporis & ſanguinis domini, cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes, in vltimo tamen exitu vitæ tuæ ſi merueris, pro viatico, ſi ſit qui tribuat, tantummodo venialiter vt accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa quæ tibi durius, & ſatis acrius, erant iuxta magnum pódus peccati, ò infelix adijcienda, ſed ſi hæc omnia, quæ tibi miſericorditer ſupradicta ſunt, perfecto corde, domino auxiliante feceris, & cuſtodieris, confidimus de immenſa Dei clementia, remiſſionem tuorum te habiturum peccatorum, & ſecundum dictum iuſti boniq; paſtoris, reſoluit te ſancta Eccleſia ab hoc vinculo peccati in terris, vt per ipſius gratiam qui eam ſanguine ſuo acquiſiuit, ſolutus ſis in cœlo. Si autem aliter feceris, & ſanctæ matris Eccleſiæ tam ſalubrem admonitioné deſpexeris, ipſe ſis tibi iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, ſanguis tuus ſup caput tuũ. Nos alieni à conſortio tuo, pro aliorum Dei filiorum ſalute ipſo opitulante omni ſolicitudine nitimur deſudare, & domini miſericordiam quotidie attentius implorare. Hæc canon.

### Particula 17.

Penitentia occidentiũ filios.

HVius ſceleris pœna ſecundum leges hęc eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus, in culeo. i. in ſacco corij inſuatur, cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, deinde in profundum maris iactetur, vel in amnem, vt & cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur, ſicut in inſtitutis de publicis iudicijs. §. alia deinde lex. Sed ſecundum canones non ſic, ſed imponitur pœna incluſionis in monaſterium, extra de his qui filios occiderunt. c. 1. quod & Alexander tertius Veniens ad nos M. mulier lachrymabili nos confeſſione monſtrauit, ꝙ cum de quodam filium genuiſſet, & iſte ſibi ſæpe turgido vultu improperaſſet, ꝙ filius eius non eſſet, ipſa iracundiæ calore ducta, eundem filium interfecit, & infra. Mandamus quatenus eam labores inducere, vt ad aliquod monaſterium tranſeat, in quo peccata ſua perpetua pęnitentia deploret. Si autem repugnãte carnis ſuæ fragilitate, ad hoc induci noluerit, ei licentiam in domino nubendi tribuas, quia tutius nobis videtur, vt in domino nubat vni ſoli, quàm inhoneſtè multos admittat. Hæc canon. Hanc tamen penitentiam iniungendam intelligas, ſi is qui filium occidit, coniugem & filios alios non habet, alias ſecus, vt in proximo ca. ſeq. Cum vero in lectis parentum filij inueniuntur oppreſſi, pœnitentia imponatur, quæ continetur in eodem titu. c. vlt. cuius verba ſunt hæc. De infantibus auté, qui mortui reperiuntur, cum patre & matre, & non apparet, vtrum vel à patre, vel matre oppreſſus ſit ipſe, vel ſuffocatus, vel propria morte defunctus, non debent inde ſecuri eſſe parentes, nec etiam ſine pœna, ſed tamen conſideratio debet eſſe pietatis, vbi non voluntas, ſed euentus mortis cauſa fuerit. Si autem eos non latet ipſos interfectores eſſe, ſcire debent ſe grauiter deliquiſſe. Quidam autem penitentiam trium annorum iudicant eſſe debere, quorum vnum peragant in pane & aqua. Hæc canon.

### Particula 18.

Penitentia periurij.

SExta. q. 1. Fabianus Papa. Quicunque ſciés periurauerit, 40. dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos peniteat, & nunquàm ſit ſine pęnitentia, & nũquam in teſtimonium recipiatur, communionem tamen poſt hæc recipiat. Hæc canon.

### Particula 19.

Penitentiã male iurantis.

VIceſimaſecunda. q. 1. Pius Papa, Si quis per capillũ Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blaſphemia contra Deum vſus fuerit, ſi in Eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur, ſi laicus anathematizetur, & ſi quis per creaturã iurauerit, acerrimę caſtigetur, & iuxta hoc ꝙ ſynodus dijudicauerit pęniteat. Si quis autem talem hominem non manifeſtauerit, nõ eſt dubium, quin diuina cõdemnatione coerceatur, & ſi epiſcopus ita emendare neglexerit, acerrimè corripiatur. Hæc canon.

### Particula 20.

Penitentia falſe menſurantis.

EXtra de emptione, & venditione, ex concilio Moguntinen. vt mẽſuræ & põdera iuſta fiant, & infra. Si quis iuſtas menſuras, & iuſta pondera, cauſa lucri mutare præſumpſerit, triginta dies in pane, & aqua pœniteat. Hæc canon. Tales etiam varijs pœnis puniuntur ſecundum leges. Nam aliquando interdicitur negociatio, interdum relegantur, & humiliores ad opus publicum dantur, & inſuper lege cornelia de falſis puniri debent. In tit. de ordinarijs criminib. Annonam. circa finem.

### Particula 21.

Penitentia relabentis poſt ſolemnem penitentiam.

DE penitentia diſt. 5. ex Niceno concilio. Si qui vero per Dei gratiam vocati, primo quidem oſtenderunt fide ſuam, depoſito malitiæ cingulo, poſt hoc autem ad proprium vomitum ſunt reuerſi, vt & pecunias darent, & ambirent rurſus ad malitiam. Iſti decem annis ſint inter penitentes, poſt primum trienium, quo fuerint inter audientes extra Eccleſiam, ab omnibus vero illud pęcipue obſeruetur, vt animus eorum & fructus pęnitentię attendatur. Quicunque enim cum omni timore, & lachrymis perſeuerãtibus, & operibus bonis conſeruationem ſuam non verbis ſolum, ſed opere, & veritate demonſtrant, cum tempus ſtatutum ab his fuerit impletum, & orationibus iam cęperint cõmunicare, licebit epiſcopo humanius circa eos aliqd cogitare. Qui verò indifferenter habuerint lapſum, & ſufficere ſibi ꝙ eccleſiam introierint arbitrantur, iſti omnimodo ſtatuta tempora implebant. Hæc canon. Pecunias darent. Ad negociationem, vel ad vſuram.

### Particula 22.

Pęnitẽtia monialis violatæ atq; eam violantis.

VIceſimaſeptima. q. 1. ex concilio Martini Papa. De filia epiſcopi, vel præsbyteri, ſiue diaconi, ſi deuota fuerit, & maritum duxerit, ſi eam pater, vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. Pater vero in cõcilio cauſas ſe nouerit præſtaturum. Mulier vero non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam, ſi autem viuente eo ſeceſſerit, & pœnitentiam egerit, & petierit communioné, in vltimo fine vitę ſuę deficiens eam accipiat. Hæc canon. Item c. ſequenti ex Concilio Toletano. P. Deuotam peccantem non recipiendam eſſe in Eccleſia, niſi peccare deſierit, & ſi deſinens egerit pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Prius antequàm in Eccleſia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium chriſtianæ mulieris accedat, quòd ſi admiſſa fuerit, & hæc quæ eam acceperit, habeatur in abſentia, corruptorem etiam par pena conſtringat, quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pęnitẽtiam, niſi aut viuente marito, viuere caſtè cęperit, aut poſtquam ipſe deceſſerit. Hæc cano. In affectum receperit ſupple fouendo eam in errore. Cauſas, id eſt pęnas. deuotã peccantem, id eſt fornicantem, habeatur in abſentia, ideſt ex communicata minori excommunicatione.

Particula

*Particula 23.*

Penitentia ſacerdotis celebrãtis, & non cõmunicantis.

DE conſecra. diſtin. 2. Ex cõcilio Toletano 12. Relatum nobis eſt, quoſdam de ſacerdotibus, non tot uicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in uno die uidentur offerre, ſed ſi in vno die plurima Deo offerant ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus à communione ſuſpendant, & in ſola tantum extrema ſacrificii oblatione, communionis ſanctæ gratiam ſumant, quaſi non ſit totiens illi vero & ſingulari ſacrificio participandum, quotiens corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti immolatio facta cõſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit, Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Certum eſt, q͂ hi qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt dominici ſacramenti. Quicunque ergo ſacerdotum, deinceps diuina altaria ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à communione ſuſpenderit, ab ipſa qua ſe indecenter priuauit gratia communionis, anno vno repulſum ſe nouerit. Nã quale erit illud ſacrificiũ, cui nec ipſe ſacrificans, particeps eſſe dinoſcitur? ergo modis omnibus tenendum eſt vt quotieſcunque ſacrificans corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti in altari immolat, totiens perceptionis corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti particeps eſſe debeat. Hæc canon.

1. Cor. 10.

*Particula 24.*

Penitentia abutentis palla altaris.

DE conſecra. diſt. 1. Clemens papa. Nemo per ignorantiam clericum mortuum credat obuoluendum, aut eius ſcapulas operire velit palla, quæ fuit in altari, aut certe quę diacono data eſt in menſa Domini. Qui hæc fecerit, vel leuiter, vel quaſi nihil & negligenter habuerit, diaconus triennio ſexq; menſibus à dominico erit remotus altari, graui percuſſus anathemate, eo quòd clericum non admonuerit, præsbyter decem annis & quinque menſibus excommunicatus ſit, propter quod de dominicis ſacramentis, ſubiecta ſibi non admonuerit miniſteria, & poſtea cum grandi humilitate, matri reconcilietur eccleſie. Hæc canon. Per ignorantiam, ſcilicet iuris. Subiecta ſibi, id eſt, ſubiectos miniſtros.

*Particula 25.*

Penitentia violantis Eccleſiam

DVodecima. q. 2. Nicolaus papa. De viro nefando Burgando nomine, qui rabie inſana commotus, diabolicis ſe laqueis irretire non dubitauit, atque gentilium more, per abrupta itinera & compita, inſidians vobis, in veſtræ Eccleſiæ villa, vna cum clericis veſtris manentibus, & populum ſalubribus inſtruere dogmatum monitis decertantibus, peneq; ſpiritualis verbi, vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile ſalutis propriæ deſiderium habentibus ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina viſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias inuaſiones, ac depredationes violentas inferre dęmoniaco auſu præſumpſerit, & vt epiſtolæ veſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraq; dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctum chriſma pollutis arripere manibus, quaſi vilia, & ad vſum communem apta præſumpſit, dilectio nos veſtra conſuluit, ſi ipſe, vel qui cum eo in tam impio & iniquo ſcelere fuerint, ad pœnitentiam quandoque gratia attracti diuina, venire voluerint, quo eos pœnitentiæ vinculo conſtringatis noſtræ inſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis. De quibus ſi tamen ita eſt, iubemus cum ad penitentiam accelerauerint, vno anno extra Eccleſiã Dei conſiſtere, cuius ſanctiſſima vaſa extra ritum fidei Chriſtianę diripiendo, auferre non dubitauerunt. Secundo vero anno, ante fores Eccleſię ſine communione maneant, tertio vero anno, Eccleſiam Dei, ingrediantur, & inter audientes aſtent ſine oblatione, non manducantes carnem, neq; bibentes vinum, præter natalis & reſurectionis dominicæ dies. Quartò præterea anno, ſi his prioribus tribus eorum fructuoſus fuerit pœnitentiæ labor communioni fidelium reſtituantur, totaq; mentis intentione ſpondentes, talia ſe vlterius nunquam facturos corpus & ſanguinem domini ſuſcipere mereantur, & vſq; ad ſeptimum annum, tribus in hebdomada diebus, ſine eſu carnium, & vini potione pœnitentes maneant. Hæc canon. Per abrupta, ideſt occulta compita, ideſt concurſus viarum. Audientes, ideſt laicos.

*Particula 26.*

Penitentia parentum ſpõſalia infringẽtiũ.

TRiceſima prima q. 3. Ex Elibertano concilio. Siqui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennij tẽpore à communione abſtineant. Si vero idem ſponſus vel ſponſa, in illo graui crimine nõ fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes, ſi vero in eodem vitio fuerint, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſeruetur. Hæc canon. Si quis parentes (Appa.) fregerint, nõ copulando eos ſicut iurauerunt de conſenſu filiorũ. Non fuerint. Ap. quia copulari volunt inter ſe, non obſtantę voluntate parentum. Excuſati (Apparatus) quo ad pęnam Eccleſiæ, non quo ad reatum, ex quo operam dederunt, ne filij copularentur, peccauerunt mortaliter. Hæc appa.

*Particula 27.*

Penitentiã ducentis, quam polluit p adulteriũ.

TRiceſimaprima. q. 1. ex concilio Elibertano. Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem poſtea habuerit in maritum, poſt quinquennij tempus acta legitima pænitentia, placuit eam ad communionem reconciliari. Hæc canon.

*Particula 28.*

Penitentia blaſphemãtis vel maledici.

EXtra de maledictis. Grego. 9. Statuimus, vt ſi quis contra Deum vel aliquem ſanctorum ſuorum & maxime Beatam Virginem, linguam in blaſphemiam publicè relaxare præſumpſerit, per epiſcopum ſuum, pœnę ſubdatur inferius annotatæ, vt videlicet ſeptem diebus dominicis, præ foribus Eccleſiæ in maniſeſto, dum aguntur miſſarum ſolennia blaſphemus exiſtens, vltimo illorum die dominico, pallium, & calciamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, ſeptemque præcedentibus ſextis ferijs, ieiuniet in pane & aqua, Eccleſiam nullatenus ingreſſurus, quolibet quoque prædictorum dierum, tres ſi poterit, alioquin duos reficiat pauperes, ſiue vnũ, & ſi nec ad hoc facultates eius ſuppetant, id in pœnam commutetur aliam, cui etiam ſi renuerit recipere, ac peragere pœnitentiam ſupradictam, Eccleſiæ interdicatur ingreſſus, & in obitu Eccleſiaſtica careat ſepultura. Per temporalem prætera poteſtatem coactione, ſi neceſſe fuerit, epiſcopi diœceſani adhibita contra eum, Blaſphemus ſi diues fuerit quadraginta ſolidos. Aliqui triginta, ſiue viginti, & ſi ad id non ſufficiat, quinque ſolidos vſualis monetę pęna mulctetur, nullam in hoc miſericordiam habiturus, quod etiam inter alia communitatum ſtatuta ponantur. Hæc canon.

*Particula 29.*

Penitentia ſacerdotis reuelãtis confeſſionem.

DE pœnitentia diſt. 6. Greg. Papa Sacerdos ante omnia caueat, ne de his qui confitentur ei peccata ſua alicui recitet quod ea confeſſus eſt, non propinquis, non extraneis, neque (quod abſit) pro aliquo ſcandalo. Nam ſi hoc fecerit deponatur & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat. Hæc canon.

*Particula 30.*

Pęnitentia peierantis & compulſi.

VIceſimaſecunda.q.5.Pius Pap.Qui compulſus à domino,ſciens periurat,vtriq; ſunt periuri, & dominus & miles,dominus quia præcepit,miles quia plus dominum quam animam dilexit. Si liber eſt, quadraginta dies in pane & aqua pęniteat, & ſeptem ſequentes annos,ſi ſeruus eiuſdem,tres quadrageſimas, & legitimas ferias pęniteat.Hæc canon.

*Particula 31.*

Pęnitentia peierantis

VIceſimaſecunda.q.5. Qui periurat in manu epiſcopi,vel in cruce conſecrata,tres annos pęniteat.Qui autem coactus fuerit,& ignorans ſe peierauerit, & poſtea cognoſcit,tres quadrageſimas pęniteat.Hęc canon.

*Particula 32.*

Similis pęnitentia de ierantis.

CApitulo ſequenti ex pęnitentiali Theodori.Siquis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet cauſa,vel neceſſitate periurat, quia plus corpus quàm animam dilexit,tres quadrageſimas pœniteat,alij indicant tres annos,vnum ex eis in pane & aqua.

*Particula 33.*

Pęnitentia peierantis, vel ad periurium cō pellentis.

VIceſimaſecunda.q.5.Si quis conuictus fuerit, alios ad falſa teſtimonia, vel ad periuria attraxiſſe, vel quacunq; corruptione ſolicitaſſe, ipſe quidem vſque ad exitum vitæ non communicet, hi vero qui periurio conſenſiſſe probantur, poſtea ab omni teſtimonio ſunt remouendi,& ſm legem infamia notabuntur. Hæc canō. (Teſtimonio.)ap. etiam poſt pœnitentiam priuatiuam, ſecundum quoſdam.6.q.prima. Quicunque.

*Particula 34.*

Pęnitentia clerici officium innouantis diuinū.

DVodecima diſt.ex Concilio Toletano. 11. De his qui contra voluntatē apoſtoli circūferuntur omni vento doctrinæ,placuit ſancto Concilio, vt metropolitanæ ſedis auctoritate coacti, vniuſcuiuſque prouinciæ ciues,rectoresque Eccleſiæ, vnum eundemque in pſallendo teneant modum,quem in metropolitana ſede cognouerint inſtitutum, nec aliqua diuerſitate cuiuſque ordinis,vel officij, à metropolitana ſede patiantur ſe diſiungi,ſic enim iuſtum eſt,vt inde vnuſquiſque ſumat regulas magiſterij, vnde honoris conſecrationē accipit,vt iuxta maiorum decreta,ſedes, quæ vniuſcuiuſque ſacerdotalis dignitatis eſt mater, Eccleſiaſticæ dignitatis,vel rationis ſit magiſtra. Abbatibus ſanè indultis officiis,quæ iuxta voluntatem ſui epiſcopi regulariter illis implenda ſunt, cætera officia publica, ideſt veſperam,matutinas,ſiue miſſas,aliter, quam in principali Eccleſia celebrare non liceat. Quiſquis autem horum decretorum violator extiterit,ſex menſibus a communione priuatus,apud metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura maneat corrigendus, quatenus apud illum & præteritæ tranſgreſſionis culpam lachrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinā ſtudioſè addiſcat. Sub iſta ergo regula diſciplinæ, non ſolum metropolitanos totius prouinciæ ſuæ pōtifices,vel ſacerdotes aſtringant, ſed etiam cęteri epiſcopi ſubiectos ſibi Eccleſiarum rectores obtemperare inſtitutionibus cogant.Hęc canon.publica appa.clericorum ſecularium,quorum officia publica ſunt.

*Particula 35.*

Penā epiſcopi circa ſymoniam negligētis. Matth.10.

PRima q.1.ex Concilio Toletano 11.Quidquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, nunquā quęſtibus vel quibuſlibet præmijs venundari penitus debet,dicente domino. Quod gratis accepiſtis, gratis date,& ideo quicumque deinceps in Eccleſiaſtico ordine conſtitutus,aut pro baptizandis conſignandiſq; fidelibus chriſmate, vel promotionibus graduum, præmia quælibet vel pretia,niſi voluntariè oblata,pro huiuſmodi ambitione ſuſceperit, equidem ſi ſciente loci epiſcopo, talę quodcunque à ſubditis perpetratum fuerit idē epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubiaceat,pro eo ꝙ ſcita mala connexit, & correctionem neceſſariam non adhibuit. Si autem ſuorum quiſpiam,eodem neſciente, quicquam de ſupradictis capitulis accipiendum ſibi eſſe crediderit, ſi preſbyter eſt, quatuor menſium excommunicatione plectatur,ſi diaconus vero vel clericus, his cupiditatib. ſeruiens,competenti pęna, & debita excommunicatione plectendus eſt. Hæc canon,

*Particula 36.*

Pęnitentia epiſcopi inuitum aliquem ordinantis.

SEptuageſima diſt.ex cōcilio Aurelianen. Epiſcopus qui inuitum,aut reclamantē ordinarę præſumpſerit, annuali pœnitentia ſubditus, miſſas facere non præſumat. Hęc canon. inuitum ap.aliquo indicio alio quàm voce,voluntatem oſtendentem.

*Particula. 37.*

Pęnitentia ſortilegij.

EXtra de ſortilegijs,ex pœnitentiali Theodori.In tabulis,vel codicibus,aut alijs, ſortę furta nō ſunt requirenda,nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus, quis obſeruarę præſumat. Qui autem contrafecerit, quadraginta dies pęniteat.Hæc canon.

*Particula. 38.*

Pęnitentia ſuperſtitionib. vtētis.

EXtra de ſortilegijs.Alex.3.Graden. Patriarchę. Ex tuarum tenore literarū accepimus,quod,V.pręsbyter cum quodam infami, ad priuatum locum acceſſit, non ea intentione,vt inuocaret demonium, ſed vt inſpectione aſtrolabij,furtum cuiuſdam Eccleſię poſſit recuperari. Verum licet hoc ex bono zelo, & ſimplicitate ſe feciſſe proponat,id tamen grauiſſimum fuit,& non modicam inde peccati maculam contraxit,& infra Manda. quat.talem ei pro expiatione illius delicti penitentiam imponas,quòd per annum & amplius ſi tibi viſum fuerit,eum ab altaris miniſterio præcipias abſtinere, & ex tunc liberum ſit ei exercere officium ſacerdotis. Hęc canon.Liberum.ap. hoc intellige dictum ex diſpenſatione,nam de iure communi,debuit remanere priuatus, & Epiſcopus iure contra illum proceſſit. 26. q.5. Non oportet.Si quis epiſcopus.

*Particula 39.*

Pęnitentia eius ꝗ ſanguinē domini negligenter tractat.

DE cōſecra.diſt.2.ex decreto Pij Papæ.Si per negligētiam aliquid de ſanguine ſtillauerit in terram, lingua lambatur,tabula radatur, ſi non fuerit tabula,vt non conculcetur,locus corrodatur, & igne cōſumatur, & cinis intra altare condatur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat.Si ſuper altare ſtillauerit calix, ſorbeat miniſter ſtillam tribus vicibus, & tribus diebus pœniteat.Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenerit,tribus diebus pœniteat. Si vſq. ad tertium,nouem diebus. Si vſq; ad quartum, viginti diebus pœniteat,& linteamina quæ tetigerit ſtilla,tribus vicibus miniſter abluat,calice ſubterpoſito,& aqua ablutionis ſumatur,& iuxta altare recondatur. Hæc canon. Pœniteat.ap.hæc pœnitentia erit,vt tot diebus ieiunet,& tot diebus abſtineat à perceptione ſacramētorum. Arg.45. diſt.Quidam enim de Epiſcopis.

*Particula. 40.*

Penitentia Euchariſtiam euomentis.

DE conſecra.diſtin.2. Ex pœnitentiali Bedæ preſbyteri.Si quis pęr ebrietatem,vel voracitatem Euchariſtiam euomuerit, quadraginta diebus pœniteat,ſi laicus eſt clerici vel monachi ſeu diaconi,& pſbyteri ſeptuaginta diebus pęniteāt,Epi,octoginta.Sipro infirmitatis cauſa euomerit,ſeptē diebus pęniteat. Hęc canon.

Parti-

### Particula 41.

Pœnitentia presbyterũ occidentis.

EXtra de pœni.& re.Ex concilio Moguntino. Qui presbyterum occiderit, duodecim annorum pœnitentia ei ſecundum canones imponatur, & infra. Conuictus vſque ad vltimum temporis vitę ſuæ militiæ cingulo careat, & abſq; ſpe coniugij maneat. Hæc can.

### Particula 42.

Pœnitentia occidentis beneficiatum ſuę Eccleſiæ.

EXtra de pœnis. Inno. 3. In concilio generali hæc decretalis ſecndum quoſdam incipit ibi. In quibuſdam, & pro vna computatur. Sacri nihilominus concilij approbatione ſtatuimus, quatenus ſi patroni, vel aduocati, aut feudatarij, ſeu vicedomini, aut alij beneficiati alicuius Eccleſiæ auctorem, vel clericum alium ipſius Eccleſiæ, vel per ſe, vel p alios occidere, vel mutilare auſu nefando præſumpſerint, patroni iuspatronatus, aduocati aduocatiam, feudatarij feudum, vicedomini dominatum, & beneficiati beneficia prorſus amittant, & ne minus vindictæ quam exceſſus memoria prorogetur, non ſolum de præmiſſis nihil perueniat ad hæredes, ſed etiam vſq; ad quartam generationem, poſteritates taliũ in clericorum collegium nullatenus admittantur, nec in domibus regularibus alicuius prelationis aſſequatur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. Hec canon. diſpenſatum, ap. ab Epiſcopo, licet honeſtum eſſet, quod fieret de licentia Papæ.

### Particula 43.

Pęnitentia incendiariorum.

EXtra de iniurijs, ex pœnitentiali Romano. Si quis domum, vel aream cuiuſq; voluntarie incenderit, ſublata vel incenſa omnia reſtituat, & tres annos pœniteat. Hæc canon. Item alius canon de eodẽ, 23, q. 8. Inn. 3. In vniuerſali concilio. Peſſimam ſi quidem, & depopulatricem, & horrendam incendiariorũ malitiam, auctoritate Dei, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli omnino deteſtamur, & interdicimus. Si quis igitur poſt huius noſtræ prohibitionis promulgationem, malo ſtudio, ſiue pro odio, ſiue pro vindicta, ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur, & ſi mortuus fuerit incendarius, Chriſtianorum careat ſepultura, nec abſoluatur, niſi prius damno, cui intulerit, ſecundum facultatem ſuam reſarcito: & iuret ſe ignem de cætero non appoſiturum. Pœnitentia autem ei detur, vt Hieroſolymis, aut in Hiſpania in ſeruicio Dei, per annum integrum permaneat. Si quis autem Archiepiſcopus, vel Epiſcopus hæc relaxauerit, damnum reſtituat. Et per annum ab Epiſcopali officio abſtineat. Sanè regibus, & principibus, faciendæ iuſtitiæ facultatem conſultis Archiepiſcopis, & Epiſcopis non negamus. Hæc canon. Hodie poſtquam publicati ſunt, non poſſunt abſolui citra ſedem apoſtolicam, extra de ſenten. excommu. Tua nos. Appa. quia hæc non diſtinguitur, de omnibus intelligas. Tamen non credo, quod omnes incendiarij generaliter ſunt ipſo iure excommunicati, niſi de incendarijs Eccleſiarum, cum de alijs non inueniam, & per hanc decretalem probatur, quod ipſo iure ſint excommunicati, ſed illis primo excommunicatis ab epiſcopis, ſubſecuta publicatione & denunciatione, Papa per hanc decretalem ſibi reſeruat eorum abſolutionem ad terrorem. Hæc ap. Raymundus, & Redonenſe tantu intelligunt de incendiarijs ſacrorum locorum. Gaufredus dicit, quod Epiſcopus poteſt incendiarium excommunicare, ſed non abſoluere poſtquam fuerit denunciatus, cum quo concordat textus. Hæc decretalis & apparatus, & copioſa, & ideo magis ei credo.

### Particula. 44.

Pœnitentia communicantis cũ hæretico.

VIceſimaquarta. q. 1. Iulius Papa. Si quis dederit, vel acceperit communionem de manu hæretici, & neſcit ꝙ eccleſia catholica contradicit, poſtea intelligens, annum integrum peniteat. Si autem ſcit, & neglexit, & poſtea penitentiam egerit, decem annos peniteat. Alij iudicant ſeptem, & quidam humanius, vt quinq; annos pœniteat. Si quis permiſerit hæreticum miſſam ſuam celebrare in Eccleſia catholica, & neſcit, quadraginta dies peniteat, ſi pro reuerentia eius, annum vnum peniteat, ſi pro damnatione Eccleſiæ catholicæ, & conſuetudinis Romanorũ, proijciatur ab eccleſia, ſicut hæreticus, niſi habeat penitentiam; ſi habuerit pœnitentiam, decem annis pœniteat, ſi receſſerit ab Eccleſia catholica in congregatione hæreticorum, & alios perſuaſerit, & poſtea pœnitentiam egerit, duodecim annis pœniteat, tres intra Eccleſiam, ſeptem inter audientes, & duos adhuc extra communionem. De his ita in canone dicitur, vt duodecimo anno communionem ſiue oblationem percipiat. Hæc canon. Neſcit appa. ignorantia iuris, vel ignorantia facti craſſa. Inter audientes, appella. cathecuminos, qui olim audiebant miſſam, vſque ad ſecretam miſſæ, & poſtea expellebantur, de conſecrat. diſtin. 1. Epiſcopus nullum.

### Particula 45.

Pœnitentia eius qui cognouit conſanguineas vxoris, vel ſuas, & è conuerſo.

TRiceſima quinta, q. 7, ex Mogõtinen. concilio. Si quis viduam vxorem duxerit, & poſtea cũ filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu cũ duabus ſororib. aut ſi qua cum duobus fratribus, ſeu cum patre & filio, ſi quis relictam fratris, ſi quis nouercam aut neptem, aut nurum, aut conſobrinam, aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam polluerit, eos diſiungi, & vlterius nunquam coniugio copulari præcipimus. Hęc canon.

### Particula 46.

Pœnitentia eius qui cum brutis coierit.

TRiceſimatertia. q. 2. Iſidorus ad Maſonem Epiſcopum. Hoc peccatum, quod canonum cenſura, poſt ſeptem annos remeare penitentem in ſtatum priſtinum præcepit, non electione proprij arbitrij ſancti patres, ſed potius ex ſententia diuini iudicis ſanxerunt. Nam legitur, ꝙ Maria ſoror Aarõ prophetiſſa, cum detractionis aduerſum Moyſen incurriſſet delictũ, illico ſtigmate lepre percuſſa eſt, cumq; peteret Moyſes vt emendaretur, præcepit eam Dominus extra caſtra ſeptem diebus egredi, & poſt emendationem rurſus eam in caſtra admitti. (Num. 12.) Maria verò ſoror Aaron, caro intelligitur ſacerdotis, quæ dum ſuperbiæ dedita ſordidiſſimis cogitationum maculata contagijs, extra caſtra ſeptem diebus, id eſt, extra collegiũ ſanctæ Eccleſiæ ſeptem annis proijciatur, vbi poſt emendationem vitiorum, loci, vel priſtinæ dignitatis recipiet meritum, & poſt pauca. In fine autem epiſtolæ hoc adijciendum putaui, vt quotieſcunque in geſtis conciliorum diſcors ſententia inuenitur, illius magis ſententia teneatur, cuius antiquior, & potior extat auctoritas. Hæc canon. Hoc quanquã de ſacerdotib. videatur ſpecialiter dictũ, generaliter tñ de oĩbus pœnitentibus oportet intelligi. Adimitationem namq; illius diuinæ ſententiæ, Dauid de adulterio, & (2. Reg. 12.) homicidio repræhenſus, vnius hebdomadæ ieiunium in ſatisfactione admiſſi ſceleris, Deo legitur obtuliſſe. Hinc etiam eccleſiaſtica conſuetudine eſt vſurpatum, vt maiorum criminum pœnitentia ſeptem annorum ſpacio concludatur, niſi vel officij excellentia, vel criminum magnitudo, vulgarem conſuetudinem excedens, veluti dum contra naturam humanæ ſo-

cietatis,parentib.vel liberis,vel alijs eiuſmodi perſonis impudicè cohæremus,vel dum relicto naturali vſu con tra naturam more ſodomitico fornicamur, vel vſq. ad coitum brutorum animalium prolabimur, præmiſſum ſpacium tranſcendere cogat.Hæc canon.

*Prrticula.47.*

Pœnitẽtia patroni tres eccleſiæ dilapidantis.

SExdecima.q.7. Filijs vel nepotib. ac honeſtiorib. propinquis,eius qui conſtruxit,vel ditauit Eccleſiam,licitũ ſit hanc habere ſolertiã, vt ſi ſacerdotes ſeu miniſtrũ aliquid ex collatis reb.defraudare prçuiderint, aut honeſta cõmonitione cõpeſcant, aut Epõ, vel iudici corrigenda denũcient. Quod ſi Epiſcopus talia agere tentet,Metropolitano eius hæc inſinuare procurent,Si autem Metropolitanus talia gerat,regis hoc aurib.intimare non differant. Ipſis tamen hæredibus in eiſdem rebus non liceat quaſi proprij iuris poteſtatem præferre,non rapinam & fraudem ingerere, non violentiam quamcunq; præſumere,ſed hoc ſolum in ſalutarem ſolicitudinem adhibere, ꝙ aut nullam noxam operatio nocens attingat, aut multam,vel aliquam partem ſalutaris mercedis aſſumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit,& male rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationis animæ ſententiam ſuſtinebit. Hæc canon.

*Particula.48.*

Pœnitẽtia domum ſuam ſuperſtitiosè luſtrantis.

VIceſimaſexta.q.5.ex Ancyrano concilio. Qui diuinationes expetunt, etiam morem gentilium ſubſequuntur,vel in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt,exquirendi aliquid arte magica,aut expiandi cauſa ſub regula quinquennij iaceant, ſm gradus pœnitentiæ diffinitos. Hæc canon. In domos ſuas, appa.Secundum leges iſti concremantur, ſed ille in cuius domo hæc fiunt, poſt publicationem bonorum,in exilium mittitur,vt de maleficis. Nullus expiandi apparatus,Infirmitatis purgandæ.

*Particula.49.*

Pœnitentia Epiſcopi ſuperſtitioſos conſulentis.

VIceſimaſexta.q.5.ex concilio Toletan.4.ca.30.Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus, aut quilibet de ordinibus clericorum, aruſpices, aut incantatores,aut ariolos,aut certè angures,vel ſortilegos,vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum ſimilia exercentes,conſuluiſſe depræhenſus fuerit,ab honore dignitatis ſuæ ſuſpenſus, monaſterij curam ſuſcipiat,ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus,ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat.Hæc canon.

*Particula.50.*

Pœnitentia ſacerdotis circa Euchariſtiam negligentis.

DE conſecratione diſt.2.ex Concilio Aurelianen. Qui bene non cuſtodierit ſacrificium, & mus vel aliud aliquod animal illud comederit, quadraginta dies pçniteat, Qui autem perdiderit illud in Eccleſia,aut pars eius ceciderit,& non inuenta fuerit, triginta dies pçniteat.Hæc canon.

*Particula.51.*

EXtra de cuſtodia Euchariſtiæ.Inno.3.In concilio generali ſtatuimus, vt in cunctis Eccleſijs chriſma, & Euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauib.adhibitis conſeruentur, ne poſſit ad illa temeraria manus extendi,ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. Si verò is ad quem ſpectat cuſtodia, ea in caute reliquerit, trib. menſibus ab officio ſuſpendatur, & ſi per eius incuriam aliquid nefandi inde contigerit, grauiori ſub iaceat vltio in. Hæc canon.

*Particula.52.*

Pœnitentia iurantis de non faciẽda pace.

VIceſima ſecunda.q.4.ex cõcilio Hylerdenſi.Qui ſacramento ſe obligauerit,vt litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio, vno anno a communione corporis & ſanguinis Domini ſegregatus,reatum ſuũ elemoſynis fletibus,& quantis potuerit ieiunijs abſoluat,ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum celeriter venire feſtinet. Hęc canon.

*Particula.53.*

Penitentia rebaptizati aut reçõfirmatiſciẽter.

EXtra de apoſtatis.Alex.3. Ex literarum tuarũ tenore perpendimus, ꝙ quidam ægritudine longa confectus, inſano ſortilegarũ mulierum credens conſilio,vt ſanaretur,per iterationem fecit iniuriam baptiſmatis ſacramento.& infra. Quia ergo nos tua duxit prudentia conſulendos, qualiter puniri debeat acolytus quem minor ætas & intentio fraternæ ſalutis excuſare videtur,diſcretioni tuæ præſentibus literis reſpondemus ꝙ ad ſuperiores ordines promoueri ſi publicũ eſt, quod proponitur, non valebit, niſi ad religionem tranſire voluerit,vt fauore religionis ipſius, circa eum valeat diſpenſari. Si vero occultum fuerit, promoueri poterit,& exceſſum ſuum dignis pœnitentiæ fructibus expiare. Hæc canon.Idem de eodem de conſecra. diſt. 5.ex concilio Teraconenſe.ca.6. Dictum eſt nobis, ꝙ quidam de plebe bis, vel ter, vel eo amphus Epiſcopis ignorantibus, tamen ab eiſdem Epiſcopis confirmentur. Vnde nobis viſum eſt, eandem confirmationem ſicut nec baptiſmum iterare minimè debere,quia bis vel ter,vel amplius baptizatos,aut confirmatos, non ſeculo,ſed Deo ſoli, ſub habitu regulari, vel clericali religioſiſſimè famulari decretum eſt.Hæc canon.

*Particula.54.*

Pœnitentia raptoris.

EXtra de raptoribus.Eugenius.3. ſtatuimus vt quicunq; ex his, qui violenter ſurrexent in rapinam ſiue Eccleſiarum violatione manifeſtè depræhenſus fuerit,niſi prius ablata reſtituat ſi poterit, vel emendandi firmam & plenam ſecuritatẽ fecerit, pœnitentiæ beneficium ei pænitus denegetur.Si vero vſq; ad obitum in contumacia ſua durauerit, & in extremis poſitus remedium pœnitentiæ humiliter poſtulauerit, ſi emendationem, vel emendandi ſecuritatem præſtiterit, ei pçnitentia, & Eccleſiaſtica ſepultura concedantur. Qui autem in ſanitate obſtinata mente non pçnituerit, vel emendauerit,& in morte ſecuritatem præſtare nequiuerit, ſolennitas pœnitentiæ parum prodeſſe videtur ſicut credimus,ſed de peccato contrito viaticum nõ negetur,ita tamen vt nullus clericorum ſepulturę illius interſit, nec eius eleemoſynam accipere præſumat. Quod ſi qui presbyterorum, vel clericorum, contra hoc in vita,vel in morte pçnitentias dare,aut ſepulturæ intereſſe,vel eorum eleemoſynas accipere attemptauerint,ſeu huiuſmodi rapinæ participes inuenti fuerint,ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patiantur, & eccleſiaſtico beneficio careant,Hęc canon.Secundum Raymundum dicere potes, ꝙ hæc decretalis,eſt localis,vel quando illi non pœnituerant. Videtur enim, ꝙ ſi aliquis eſſet etiam pro huiuſmodi criminibus excommunicatus,& dum in extremis ageret pœnitentiam, iuxta formam Eccleſiæ abſolutus, non debet ei cimiterium, vel alia Eccleſiæ ſuffragia denegari, ſed eius hæredes, & propinqui, ad quos bona peruenerint ipſius, vt pro eo ſatisfaciant, ſunt cenſura Eccleſiaſtica compellendi, extra de ſepulturis. Parochiano. §. parum prodeſſe, ap. quantum ad pœnam temporalem. Hæc canon.

*Particula.55.*

Pęnitentia furantis tẽpore neceſſitatis.

EXtra de furtis ex pœnitentiali Theodori. Si quis p neceſſitatẽ famis,aut nuditatis furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres,& ſi reddiderit,non cogatur ieiunare, Hæc canon.

Parti-

Particula.56.

Pœnitentia ſtupratoris virginis.

EXtra de adulterijs.Gre.puenit ad nos ꝙ Felix quã dam virginẽ decepit ſtupro,ꝙ ſi verum eſt,quamuis eſſet de lege pęna plectendus, nos aliquatenus legis duritiam mollientes, hoc modo diſponimus, vt, aut quam ſtuprauit vxorem habeat, aut ſi renuendum putauerit,corporaliter caſtigatus, excommunicatusq;, in monaſterio, in quo agat pœnitentiam retrudatur, de quo nulla ſit ei egrediendi ſine præceptione licentia. Hæc ca.

Particula.57.

Pœnitentia adulteri,uel adulteræ.

EXtra de adulterijs Alex.3.Significaſti nobis,quendam presbyterum cum alterius coniuge intra Eccleſiam dormiuiſſe,quæ ſe & illum cuidam ſacerdoti huiuſmodi delictum confeſſos fuiſſe publicè tibi detexit,& hoc ipsũ idẽſacerdos nomẽ adulteri celans in tua præſentia dixit, ſuper quo quid fieri deat,cum negante adultero mulier in confeſſione per ſiſtat, conſilium requiſiſti.Ideoq; madamus,quatenus condignam pœnitentiam præfatæ imponens adulteræ, Eccleſiam per aſperſionem aquæ benedictæ reconciliare procures. Prædicto autem ſacerdoti, ne contra Apoſtolum, infirmorum corda,mala fama ipſius percutiantur,& ne vituperetur miniſterium noſtrum, neque præsbyteri ſecutiores exiſtentes, in peccatum licentius prolabantur,cum vicinis presbyteris, quos ſe peierare nolle cognoueris,iuxta arbitriũ tuũ, purgationem indicas,quẽ ſi purgare ſe poterit,in officio ſuo miniſtrare permittas, alioquin ipſum ab officio ſuſpendere non poſtponas. Hæc canon.Pœna autem pro adulterio imponitur mortis,quaſi pro ſacrilegio.Nam ſacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet,vt C.de adulterijs. l.quamuis. Femina autem iure authenticorum, verberata in monaſterium retruditur,quam intra biennium viro recipere licet,biennio tranſacto,vel viro mortuo,antequam vxorem de monaſterio educat, adultera tonſa monaſtico habitu ſuſcepto,ibi dum viuit permaneat, duabus partibus propriæ ſubſtantiæ liberis applicandis, tertia monaſterio.Si liberos non habeat, parentibus extantibus huiuſmodi iniquitati non conſentientibus, tertia pars applicatur, duæ monaſterio,quibus prædictis non extantibus,tota ſubſtantia monaſterio queritur,pactis dotalium inſtrumentorum omni caſu ſeruandis,vt in auc. vt nulli iudicum.hæc ſunt verba Ganfredi.

Particula.58.

Pęnitentia medicorũ canon. negligentiũ.

EXtra de pœnitentijs & remiſſionibus. Inn.tertius. Cum infirmitas corporalis, nonnunquam proueniat ex peccato, dicente Domino languido quem ſanauerat;vade & amplius.n.p.n.d.aliqd ti.con.pręſenti decreto ſtatuimus,& diſtrictè præcipimus medicis corporis, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante oĩa moneant,& inducant,vt medicos aduocent aĩarum,vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute;prouiſum,ad corporalis medicinę remedium ſalubrius procedatur,cum cauſa ceſſante,ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia, huic cauſam dedit edicto, ꝙ quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis à medicis ſuadetur, vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt,vnde facilius mortis periculum incurrunt.Si quis autem medicorum huiuſmodi noſtræ conſtitutionis,poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit,tandiu ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competenter.Cæterum cum anima ſit multo precioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur.Hæc can.

Particula 59.

Pœnitentia cõfeſſione ſacramẽtali abutentium.

EXtra de penitentijs & re.Inno.3.Omnis vtriuſque ſexus fidelis,poſtquã ad annos diſcretionis peruenerit omnia ſua ſolus peccata, ſaltem ſemel in annu,fideliter confiteatur,proprio ſacerdoti,& iniunctam ſibi pœnitentiam,proprijs viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum,niſi forte de proprij ſacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab hmõdi perceptione duxerit abſtinendum.Alioquin viuens,ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens,Chriſtiana careat ſepultura.Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs publicetur,ne quiſquam ex ignorantiæ cæcitate,velamen excuſationis aſſumat.Siquis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata,licentiam prius poſtulet, & obtineat à proprio ſacerdote,cum aliter ipſe illum non poſſit abſoluere vel ligare.Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus,vt more periti medici, ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati,diligenter inquirens, & peccatoris circunſtantias,& peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere conſilium,& cuiuſmodi remedium adhibere,diuerſis experimẽtis vtendo,ad ſanandum ægrotum,Caueat autem omnino, ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo,aliquatenus prodat peccatorem.Sed ſi prudentiori conſilio indiguerit,illud abſque vlla expreſſione perſonæ cautè requirat, quoniam qui peccatum in pęnitentiali iudicio ſibi detectum, præſumpſerit reuelare, non ſolum à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendũ perpetuam penitentiam in arctum monaſterium detrudendum. Hæc canon.

*De vſu clauium,& primo,in quibus ſacerdos abſoluere non valet,& de falſa penitentia, & proprio ſacerdote, Quarti capituli.* Particu.1.

Non eſt abſoluendus qui non eſt vere contritus, qui quatuor modis dicitur.

PRimus caſus in quo ſacerdos non poteſt confitentem abſoluere eſt, cum quis non eſt vere contritus.Talis enim nec a ſummo Pontifice, poſſet abſolui à peccatis.Quatuor autem modis dicitur, & eſt aliquis non vere contritus,ſed falſe,qui notantur de pœnitentia diſtin.5.& ſunt verba Grego. Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſm auctoritatem ſanctorum patrum, pro qualitate criminũ imponuntur, Ideoq; qcũque miles, vel negociator, vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poſſit, ſi grauioribus culpis irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuſte detinet, vel qui odium in corde tenuerit,recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere, per quam ad vitam æternam valeat peruenire, niſi negociationem relinquat,vel officium deſerat, bona quidem quæ iniuſte abſtulit reſtituat, & odium ex corde dimittat,arma deponat,vlteriusq; non ferat, niſi conſilio religioſorum Epiſcoporum,pro defendenda iuſtitia.Quintus modus, notatur eadem diſtinctione ex verbis Inno.1.Fratres noſtros, & præsbyteros admonemus ne falſis pœnitentijs laicorum animas decipi, & in infernum ptrahi patiantur, falſam autem pœnitentiam eſſe, conſtat cum ſpretis pluribus,de vno ſolo pœnitentia agitur,aut cum ſic agitur de vno,vt non diſcedatur ab alio.Vnde ſcriptum eſt.Qui totam legem obſeruauerit,offendat autem in vno, factus eſt omnium reus,ſcilicet quantum ad vitam æternam. Sicut enim ſi peccatis omnibus eſſet inuolutus, ita & ſi in vno  Jacob.2.

tantum

tantum maneat, vitæ æternæ ianuam non intrabit, Falſa eſt etiam pœnitẽtia, cum pœnitens ab officio vel curiali, vel negociali non recedit, quod ſine peccatis agi nullatenus præualet, aut ſi odium in corde geſſerit, aut ſi offenſo cuilibet non ſatisfacit, aut ſi offendenti offenſus non indulgeat, aut ſi arma quis contra iuſtitiam ferat. Hæc canon. Ex his duobus capitulis colligitur, ꝙ quinque modis falſa pœnitentia dicitur. Primus eſt, ſi confitens ex contemptu & ſine rationabili cauſa, pœnitentias ſecundum aucto. patrum taxatas, ſubire noluerit. Secundus ſi officium de quo viuit, non iuſtificauerit, vel ſi ſine peccato exerceri non poſſit, non dimiſerit. Tertius ſi odiũ in corde tenuerit. Quartus ſi ablata non reſtituerit. Quintus ſi in voluntate peccandi remanſerit. Sextus addi poteſt, ſi de peccatis præteritis ſufficienter non doluerit, & hic ſextus modus tangitur ab Auguſt, cuius verba ſunt hæc, Continuè enim dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis virtus. pœnitere enim eſt pœnam tenere, quapropter pœnitentia talium dicitur attritio non contritio. Secundus caſus eſt, quando tam grauia quis commiſit peccata, ꝙ ad ſuperiorem debeat confitens tranſmitti, quæ autem ſint illa, poſtea differetur. Tertius ſi maiori excommunicatione ſit confitens innodatus, à qua non poteſt abſolui, niſi per proprium ſacerdotem. Quartus ſi confitens non eſt ſubditus confeſſoris, & confeſſor non ſit eius proprius ſacerdos. Quia vt dicit canon. 6. q. 3. Scriptum ex Deutero. 23. Nemo debet falcem in meſſem alterius mittere & 9. q. 2. Nullus Parochianum alterius. iu. p. & de penit. d. 6. in fi. dicit. Vrbanus. 2. qui cõtra hæc ſtatuta facere tẽtauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit, & vt dicit Calixtus Papa, 9. q. 2. c. 1. Talis iudicatio nullas habet vires, quoniam nullius alterius iudicis niſi ſui ſententia tenebit. Si autem cogitas, quia tota die contrarium fieri videmus, Reſpon. tanto peius, & qui hos canones non ſeruant, grauiſſimè peccant. Sciendum tamen, quòd proprius ſacerdos alicuius ſex modis efficitur. Vno modo per determinationem ſuperioris, prout determinantur paſtores, vel vicarij ab illis, quibus licet habere vicarios ex diſpenſatione ſuperioris. Secundo modo per priuilegium aliquorum, vt quidam religioſi ſunt. Sed talibus confeſſi, niſi legitimum impedimentum habeant, debent iterum ſacerdoti proprio confiteri. Tertio per licentiam proprij ſacerdotis, cum mittit ſubditos ad aliquos diſcretos. Illa tamen licentia non debet fieri generaliter ad omnes, ſed ad illos, vel ad illum, quem ſcit eſſe dſcretum & notum. Quarto cum quis eſt vagabundus, & peruenit ad ſacerdotem diſcretum & notum. Quinto, cum quis eſt in articulo extremæ neceſſitatis. In illa enim poteſt quilibet ſacerdos quemlibet verũ contritum abſoluere ab omni excommunicatione, & ab omni peccato, quantumcunque ſit graue. Vnde Iulius Papa 26. q. 6. Si præsbyter abnegauerit pœnitentiam morientibus, reus eſt animarum. Sexto propter nimium defectum ſacerdotis. Quinque autem faciunt nimium defectum in ſacerdotibus. Vnũ eſt, ſi ſunt confeſſionis proditores, per hoc enim non ſolum damnantur æternaliter, ſed, vt dicitur in canone, etiam in præſenti puniuntur, per Beatum Greg. depoſitione, & ꝑpetua peregrinatione, de pen. diſtin. 6. Sacerdos. Per Innoc. 3. non ſolum depoſitione, ſed etiam inſuper arcta monaſterij intruſione, extra de pœn. & re. Omnis vtriuſque ſexus. Item alius canon. 5. q. 6. Delatori, aut lingua capuletur, aut conuicto capite damnetur, vel amputetur. Hæc canon. Capuletur, id eſt ſuſpendatur caput, ſcilicet ciuile, non naturale, quod dicitur ſtatus hominis. Inſtit. de capite minuit. Secundum ſi ſunt notorij Iuris, & vt credo facti fornicatores. Tertium ſi ſunt iudicij confeſſionis peruerſores, eo quòd ſint de illis de quibus dicit Iſa. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Quartum ſi ſunt aliquarum perſonarum ſolicitatores. Quintum ſi grauem & cæcam patiuntur ignorantiam, ne ſi cæcus cæcum ducat &c. Nam vt dicitur in ſentent. libr. 4. diſtin. 21. cap. vlt. & de pœn. diſtin. 6. quod autem dicitur. Aliud eſt fauore, vel odio ſacerdotem proprium contemnere, quod canones prohibent. Aliud cæcum vitare, quod Vrbanus facere monet. Ne ſi cœcus cæcum &c. Et in illis caſibus, tunc efficitur ſubito alius ſacerdos proprius, non quilibet tamen, ſed diſcretus, & notus ex ordine, vel perſona. Dico autem notus, ne detur occaſio declinandi ad hæreticos. Si verò prædictorum quatuor nihil impediat, poteſt confeſſor confitentem ab omnibus abſoluere, cum diſtinctione prædicta, videlicet, quòd confitens ſit bene contritus, quod non ſit grauioribus criminibus irretitus, quòd non maiori excommunicatione innodatus, quòd confeſſoris ſubditus, vno prædictorum ſex modorum.

Falſa pœnitentia 6. modis.

Lib. de vera & falſa pœnitentia ca. 6.

Nõ eſt abſoluendus, qui ſuperioris eget auctoritate. Nõ ſubditus abſolui non poteſt.

Proprius ſacerdos 6. modis dicitur.

Defectus ſacerdotũ.

Iſa. 5.

*Particula* 2.

ATtendendum igitur, cum ſint tria genera confitentium, ꝙ ſecundum omnes doctores primis nulla poteſt iniungi pœnitentia vtilis ad ſalutem, nec per maiorem videlicet, nec per minorem. Horum autem ſunt ſex genera. Primi raptores, ſecundi vſurarij, tertij incendiarij, quarti fures, quinti ſimoniaci, ſexti doloſi circumuentores, vt ſunt peruerſi iudices, aduocati iniqui, teſtes falſi, negotiatores fraudolenti, & huiuſmodi, quibus omnibus non poteſt alia à quocunque iniungi pœnitentia, niſi illa Euangelica. Redde quod debes, & illa Apoſtolica. Reddite omnibus debita, & illud Eccleſ. 4. Redde debitum tuum. Quod ſi hanc acceptare noluerit confitens, nulla alia iniungi poteſt, quæ ſibi valeat ad ſalutem. Quia vt dicit Aug. in epiſtola ad Macedonium. 14. q. 6. Si res aliena propter quam peccatum eſt, poſſit reddi, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem pœnitentia veraciter agitur, non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Septimi ſunt quibus etiam à nullo iniungi poteſt pœnitentia, cuicunque mortale peccatum dimittere nolunt, de quibus tactum eſt ſupra, poteſt tamen eis dari conſilium Beati Greg. dicentis de pen. diſtin. 5. Falſas pœnitentias dicimus, &c. Nec tamẽ deſperet, ſed faciat interim quicquid boni poteſt, vt Dominus illuminet cor eius ad penitentiã. Secundi vero ſunt, quibus tantũ à maiore iniungi poteſt pœnitentia, quorum ſunt quinque genera. Primi quibus ſolẽnis pœnitentia eſt iniungenda, non dico publica, ſed ſolennis, quæ fit in capite quadrageſimæ, cum ſolennitate illa, quæ traditur diſt. 50. in capite, & eſt decretũ illud Agaten. concilij, cuius verba ſunt hæc. In capite quadrageſime, omnes pœnitentes qui publicam ſuſcipiũt pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe præſentent Epiſcopo ciuitatis, ſacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis, reos ſeipſos habitu & vultu proteſtantes, ibi adeſſe debent decani. i. archipresbiteri parochiarum, & presbyteri pœnitentium, qui eorum conuerſationem diligenter inſpicere debent, & ſecundum modum culpœ, penitentiam per prefatos gradus iniungere, poſt hoc eos in Eccleſiam introducant, & cum omni clero, ſeptem pœnitentiæ pſalmos, in terra Pontifex proſtratus cum lachrymis, pro eorum abſolutione, decantet, tunc ſurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam ſuper eos ſpargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris ſuſpiriis denunciet eis, quòd ſicut Adã proiectus eſt à Paradiſo, ita, & ipſi pro peccatis ab Eccleſia abijciuntur, poſtea iubeat miniſtris, quòd eos extra ianuam Eccle-

Quib. nõ poſſit ſalutaris peniténtia iniũgi.

Matth. 18.

Rom. 13.

Qui ſint ad ſuperiore remittẽdi.

ſiæ ex-

ſiæ expellant,clerus vero proſequatur eos cum reſponſorio.In ſudore vultus tui,&c.vt videntes ſanctam Eccleſiam,pro facinoribus ſuis tremefactam, atque commotam non paruipendant pœnitentiam. In ſacra autem domini cœna rurſus ab eorum decanis, & eorum præsbyteris,Eccleſiæ luminibus præſententur.Hæc canon.Secundi, quando quis eſt excommunicatus à iure,vel à iudice,qui non debet abſolui niſi à maiore, ſalua diſtinctione iuris.Tertij,quando quis eſt in quacunque irregularitate, quia propter illam debet pœnitentem mittere ad Epiſcopum, vel ad eum qui poſſit diſpenſare. Quarti ſunt incendiarij ſatisfacere volentes, de quibus.23.q.vlti.Euticianus Papa ca. ſi quis; & Innoc.2.ca.ſequenti.Peſſimam. Nam talia maioribus reſeruantur,propter quorundam ſacerdotum ſimplicitatem.Iuxta verbum quod elici poteſt ex gloſa Bedæ ſuper illud.Confitemini alterutrum &c. maiora maioribus,minora minoribus confitenda ſunt. Quintus caſus,ſi ſit conſuetudo in aliquo Epiſcopatu, quod aliqua certa,& grauia crimina ad Epiſcopum deferantur, quæ ſibi ſingulariter reſeruauit,puta in quibuſdam Eccleſijs homicidia,ſacrilegia,peccata contra naturam notoriè facta,peccata falſariorũ,& huiuſmodi talia, ſi ſit conſuetudinis,vt maioribus reſeruentur. Pro omnibus alijs, poteſt iniungi pęnitentia verè contrito etiam à minori,cum diſtinctione prædicta.

Irregulares remittendi ſunt ad Epiſcopum;ſimiliter incendiarij.

Iaco. 5.

*Particula.3.*

In pęnitentijs iniungendis 4. regulæ obſeruandæ.

POſt hoc, notandæ ſunt quatuor regulæ, in iniunctione pœnitentiæ ſtrictiſſime obſeruandæ. Prima eſt, vt ſecundum qualitatem culpæ, imponat qualitatem pœnitentiæ, videlicet pro occultis peccatis occultam,pro manifeſtis vero manifeſtam iniungat pęnitentiam,vt ait ſuper Mar.6.magna glo.Bedæ.quæ ſic incipit,Chriſtus tres mortuos.Notandum quoque, ꝙ publica noxa, publico eget medicamento,leuia autem & ſecreta,poſſunt deleri pęnitentia leui & ſecreta.Hæc gl. Augu.Qui enim multos offendit peccando, multos oportet placare ſatisfaciendo.Item in homilia de pęn.2.q.1.Si peccauerit.vbi contingit malum, ibi moriatur. Secunda regula,vt ſecundum quantitatem peccati,maior vel minor pęnitentia iniungatur,conſideratis tamen diuerſis ſtatibus perſonarum,& circunſtantijs,de quibus tactum eſt in cap.3.partic.1.Sic enim præcipit Dominus. Iuxta menſuram peccati,erit & modus plagarum,ita tamen ꝙ quadragenarium numerum non excedat,id eſt vires pęnitentis. Status enim pęnitentiæ, per quadragenarium numerum figuratur.Item.In menſura contra menſuram, cum abiecta fuerit, iudicauit eam,ſcilicet culpam.Attendendum tamen, ꝙ ſi minorem condigno iniungat ſacerdos pęnitentiam, non eſt propter hoc pęnitens à pęna abſolutus, ſed quicquid purgandum remanſerit, ſi decedit, proculdubio in igne purgatorij purgabitur, quia dicit Gregor. de pœn. diſtinctio.1.ca.Si peccatum Dauid. Aut Deus punit,aut homo,& infra.Nequaquam igitur peccatori parcitur, quia nullatenus ſine vindicta culpa laxatur. Hæc canon.Qualiter autem ſe habere debeat ſacerdos circa infirmos,docetur in pœnitentiali à Theodoro Epiſcopo Cantuarienſi.26.q.7.cap.1.§. Ab infirmis:& lib.ſententiarum.4.diſt.c. Solet quæri.Ab infirmis in periculo mortis poſitis,pura eſt peccatorum confeſſio inquirenda,non tamen illis eſt imponenda quantitas pęnitentiæ,ſed innoteſcenda,& cum amicorum orationibus,& eleemoſynarum ſtudijs,pondus pęnitentiæ ſubleuandum,ſi forte migrauerint, ne obligati, & communione & conſortio veniæ fiant alieni, à quo periculo,ſi diuinitus ereptus conualuerit, pœnitentiæ modum,à ſacerdote ſibi impoſitum, diligenter obſeruet. Et ideo ſecundum auctoritatem canonicam, ne

Lib.de vera, & falſa pœn.c.10.

2. regula.

Deut. 25.

Iſa. 27.

illis ianua pietatis clauſa videatur, orationibus & conſolationibus eccleſiaſticis, ſacra olei inunctione inuncti,ſecundum ſtatuta ſanctorũ patrũ communione viatici reficiantur.Hæc canon.Tertia regula eſt,vt iniungat toto tempore vitæ ſuæ,de peccatis præteritis pœnitere,& propoſitum habeat in futuris ſemper abſtinendi,quia quamuis pœnitentia exterior iniungatur alicui ad tempus,debet tamen vſque ad finẽ vitæ ſuæ dolere, ſecundum quod dicit Augu.in lib.de vera & falſa pœnitentia,& introducitur de pe.diſt.3.cap.4.& ſuperius tactũ eſt.Cõtinuè dolendum eſt de peccato,quod declarat etiam ipſa dictionis virtus. Pænitere enim eſt pœnam tenere,vt ſemper puniat in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando. Iſte pœnam tenet, qui ſemper vindicat, quod commiſiſſe ſe dolet, vbi dolor finitur, deficit & pœnitentia. Hæc Canon. Quarta regula eſt,vt ſibi iniungat illud quod ait ipſe Saluator. Vade & amplius noli peccare. Vnde Augu. Non dixit,ne pecces,ſed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod,quomodo ſeruabitur,niſi dolor in pœnitentia continuè cuſtodiatur?Sic igitur ſemper doleat,& de dolore gaudeat, & non ſemper doluiſſe doleat.Hæc Auguſt.qui ergo in vno,vel in pluribus offendere vult, non debet tali ſiue ſano, ſiue infirmo, ſiue literato, ſiue illiterato, religioſo, vel ſeculari, veniam peccatorum ſacerdos promittere, nec corpus Domini aliquatenus dare,vel licentiare,niſi ſemper de cætero deſiſtere voluerit ab omni mortali,etiam ſi ſit ſacerdos & inſtet feſtum quodcunque, etiam ſi veſtitus miſſalibus indumentis, etiam ſi expectaret Papa, & Imperator,& totus mundus ſacerdotem ſic indutũ, etiam ſi poſt annum peccare vellet, & tibi confiteretur. Talis enim confeſſio eſt iſtorum, qualis erat confeſſio præsbyterorum de quibus legitur.Quod adinuicem confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam de Suſanna,& quia tamen deſiſtere noluerunt, propter iniquitatem ſuam perierunt. Similiter & iſti peribunt in voluntate peccandi permanentes,quia vt Apoſtolus ait. Voluntariè nobis peccantibus,iam non relinquitur hoſtia pro peccato.Glo.In voluntate peccandi permanentibus. Quotieſcunque autem ſacerdos,in voluntate peccandi mortaliter permanentibus licentiat Corpus Chriſti, peccat mortaliter,quia Chriſtum cum Iuda tradit,vt ſecundario crucifigatur.Immo dicit Augu.in glo. ſuper illud Pſal. Et dederunt in eſcam meam fel. ꝙ grauius peccat,qui contemnit regnantem in cœlo, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terra. Hoc quidam peſtiferi,& idiotæ non attendentes, dant largam licentiam communicandi luxurioſis,exactoribus,vſurarijs, concubinarijs,& huiuſmodi monſtruoſis, ira & odio plenis.O magna & infœlix præſumptio, licẽtiare alijs tam ingens flagitium, quod ſibi nullus hominum licentiare poſſet. Magna verò præſumptio ſimplicis ſacerdotis,licentiare alijs,quod nec Papa,nec Angelus, nec Petrus, nec omnes Angelorum exercitus poſſent licentiare. Cum ſententiam iudicis Paulus voce præconia proclamauerit.Quicunq; manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indignè, reus eſt corporis & ſanguinis Domini. Glo.indignus, eſt qui aliter celebrat myſterium Euchariſtiæ,quam à Chriſto traditum eſt, & qui non deuota mente accedit ad Euchariſtiam, vel in voluntate peccandi manens, & iſte talis eſt reus corporis & ſanguinis Domini, id eſt mortis Chriſti pœnas dabit, id eſt ac ſi Chriſtum occiderit, punietur. Hæc glo.cõtinuat. Tam graue peccatum eſt,Chriſtum indignis licentiando tradere, vt ipſe iudex per ſe clamet.Vę autem homini,illi,per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille.gl. Multo melius eſſet omnino non eſſe, quàm male eſſe. Ac ſi aperte dicat.Melius eſſet tali homini,quòd Chriſtus nunquam fuiſſet incarnatus,nunquam natus, nunquam

3.Regula.

4. regula. Ioan.8.

De vera,& falſa pœnitentia.

Dani. 13.

Hebr. 10.

1.Cor. 11.

Matt. 26.

quam paſſus, nunquam à morte reſuſcitatus, licet per hoc multos liberauerit, infernum ſpoliauerit, cœlos ditauerit, quia omnia hæc tali nõ proficiunt ad ſalutem, ſed ad acerbiorem damnationem, quia grauius peccant qui contemnunt regnantem in cœlo, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terra, vt dictum eſt. Vnde in nullo caſu, ſanis, nec infirmis, nec ſacerdotibus, nec alijs peccare volentibus, debet ſacerdos corpus Chriſti licentiare, vel indulgere, quia præcipit Dominus. Nolite ſanctum dare canibus, id eſt ad vomitum peccatorũ redire volentibus. Sciat ergo confeſſor ſtudioſus, ꝙ ſi diſcretè in omnibus prædictis, ſe circa confitentem habuerit, non tantum ſaluat ipſum confitentem, ſed etiam ſeipſum. Inſuper & operit multitudinem peccatorum, ac ampliora gaudia vitæ cœleſtis ſibi conquirit. Sicut Beatus Iacobus dicit. Qui cum diſſeruiſſet de ſacerdotibus, & confeſſione, ſtatum ſubintulit dicens. Scire debet, quoniam qui conuerterit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam ſuam à morte, & operit multitudinem peccatorum.

## DE IRREGVLARITATIBVS & Diſpenſationibus, quinti capituli.

### *Particula prima.*

Sũmarium irregularitatum ipſo iure initan ctarum, quod quia ex ſe ſatis conſtat, nihil annotã dum fuit nobis.

QVi adultus cauſa mortis baptizatur, non debet promoueri, vt d. 57. Si quis. Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare cum eo, propter raritatem clericorum, ſi meruerit eius vita, vt in d.c. Si quis.

### *Particula* 2.

QVi ſcienter bis baptizatur, de cõſec. diſt. 4. Qui bis. Vel bis confirmatur, de cõſec. diſt. 5. dictũ, & diſt. 50. præsbyteros. Cum his non diſpenſatur. Si vero ignoranter, Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt in d.c. Qui bis. & in q. 4. Placuit.

### *Particula* 3.

QVi ſine baptiſmo ordinatur, talem poteſt Epiſcopus baptizare, & iterum ordinare, extra eo. de preſbytero non baptizato. Si quis &c. veniens.

### *Particula* 4.

QVi bis ordinatur. 1. q. 7. Saluberrimum. Cum hoc diſpenſat Epiſcopus, ſi ignoranter, vt ibidem Alexan. Papa.

### *Particula* 5.

QVi per ſaltum aſcendit ad ordinem prætermiſſo aliquo, poteſt ab Epiſcopo ordinari, interim ab executione ſuſpẽſus, donec prætermiſſum ſuſcipiat. diſt. 48. Sicut, & diſt. 52. Sollicitudo, extra de clerico per ſaltum promoto. c. vnico.

### *Particula* 6.

QVi furtiuè ab Epiſcopo ſuo ordinem recepit extra. eo. veniẽs. Cum H. Lator. Si talis intrauerit religionem, Epiſcopus vel prælatus ſuus poteſt cum eo diſpenſare. Hoc intellige, ſi ſententia excomunicationis lata non fuit, vt in dictis cap. & in ap.

### *Particula* 7.

QVi ab alieno Epiſcopo, præter ſui Epicopi licentiã ordinatur 7. q. 1. Epiſcopus in dioc. Cum hoc poteſt epiſcopus diſpenſare. 9. q. 2. Lugdunenſis.

### *Particula* 8.

QVi extra tempora ſtatuta ordinatur, extra de temporibus ordinandorum. Cum quidam. Cum hoc ſolus Papa diſpenſat, vt dicitur ibidem.

### *Particula* 9.

QVi ab Epiſcopo, qui ceſſit loco & ordini ordinatur, extra de ordinatis ab Epiſcopo, qui reſignauit Epiſcopatui, vel excommunicato, requiſiuit. Sed ſi ignorãter ad maiores ordiness à tali ꝓmouetur, Epiſcopus ſuus cum eo poterit diſpenſare, niſi craſſa fuerit ignorantia, vt in dicto c. Requiſiuit. Appa. tamen dicit, quòd etiam ſi probabilis ſit ignorantia, neceſſaria eſt diſpenſatio.

### *Particula* 10.

QVi ab excommunicato vel ſuſpenſo ordinatur, extra de ordinatis ab Epiſcopo, qui reſignauit Epiſcopatui, vel excommunicato. Cum clericis. Sed Epiſcopus, vel Archiepiſcopus poteſt cum eo diſpenſare, vt ibidem dicitur, ſi ignoranter recepit, quia ſi ſcienter, non diſpenſaretur cum eo. 9. q. 1. ordinationes.

### *Particula* 11.

QVi ſuſpenſus vel excommunicatus ordinem recipit. Arc, extra de ætate, & qualitate ordinandorum. Cum bonæ, extra de clerico excommunicato miniſtrante. Poſtulaſti. Cum hoc ſolus Papa diſpenſat, extra. eo. Clerici, in appa.

### *Particula* 12.

QVi reijcit religionis habitũ, & in ſeculo in apoſtaſia fuerit ordinatus, extra. c. conſultationi. Cum hoc ſolum Papa diſpenſat, vt ibidem dicitur, vbi nota quoſdam ſpeciales caſus, in quibus Papa diſpenſat, in appa.

### *Particula* 13.

QVi in quolibet mortali ordinatur Ar. extra de cohabitatione clericorum, & mulierum. Qui ſint. diſtin. 25. primũ, & 9. q. 2. Audi. Et licet talis indigeat diſpenſatione ſecundum Raymundum Rodonen. tamen dicit hæc verba. Non credo ꝙ indigeat diſpenſatione poſt penitentiam, ſit ſit occultum. Ar. extra de tempo. ordi. Qui ſint. cui concordant Ber. in appa. ibidem. Item Rodonen. dicit, ꝙ talis large dicitur ſuſpenſus, non per modum ſententiæ, ſed per modum ſimplicis prohibitionis, contra quam prohibitionem, qui celebrat, non incurrit irregularitatem, ſicut incurrit qui celebrat ſuſpenſus per ſcientiam. De hac materia multa inuenies in ſumma Raymundi tit. de lapſis, & c. 15. §. contra prædictas tres regulas.

### *Particula.* 14.

QVi duos ſacros ordines, vel minores cum ſubdiaconatu, aut diaconata recipit vna die, extra de temporibus ordinan. Litteras, extra e. cap, Dilectus, extra de eo, qui furtiue ſuſcepit ordines. Cum H. Lator. Innotuit. Cum huiuſmodi poteſt Epiſcopus diſpenſare in minoribus, & maioribus, ſi intrauerit religionem, vel prælatus ſuus poteſt, vt in dicta decretali. Innotuit.

### *Particula.* 15.

QVi non habens ordines, diuinum exercet officiũ, vel habens aliquem ordinem, & alterius ordinis quem non habet officium exercet, hic per diſpenſationem Papæ in ordine quem habet toleratur, ſed ad alium non promouebitur, vt 14. q. 3. priuilegium. 25. q. 2. Sic decet, extra. e. Siquis, & c. ex literis.

### *Particula* 16.

QVi excommunicatus, vel ſuſpenſus celebrat, vt extra de cler. ex. mi. clerici. & c. Latores &c, ſeq. & fraternitati & apoſtolicæ. Si minori.

*Particula 17.*

QVi in loco interdicto celebrauit, extra de cleric. excom.mi.Poſtulaſti.In hoc caſu, & in præcedẽti diſpenſat Papa, vt dicitur in c.dictis, maximè clerici.vbi hoc ſatis dicitur in appa.

*Particula 18.*

QVi in hæreſim lapſus, ab ea reuertitur. 1. q.7.Saluberrimum,& c.conuenientibus. Hic ad maiores ordines non promouetur, ſed in ſuſceptis poteſt Epiſcopus diſpenſare cum eo, vt in d.c. Saluberrimum.

*Particula 19.*

QVi hæreticis eccleſiaſtica ſacramenta diſtribuerit, vel eos ſepulturæ tradiderit, vel oblationes eorum receperit, extra.e.excõmunicamus, 1.§.Si vero clericus. Cum his diſpenſat ſolus Papa, vt ibidem dicitur.

*Particula 20.*

QVi hæreticis credentibus, fautoribus, & defenſoribus eorum in aliquo præſtiterit auxilium, conſilium, & fauorem, & qui eis in cauſis, vel in factis, vel alijs litigationibus, ſub eorum examinatione patrocinium præbuerit, & pro eis publica inſtrumenta, vel ſcripta fecerit, perpetuò eſt ab officio ſuſpenſus, extra.e.Si aduerſus nos.

*Particula 21.*

QVi duas vxores ſimul, vel ſucceſſiuè habuit, diſtinct. 34.Chriſtiano 30.q.1.Quomodo. extra de diuor.Gaudemus.

*Particula 22.*

QVi contrahit cum corrupta, vel vidua, diſt. 32.Seriatim,& diſt.34.curandum, & c. præcipimus. & extra de bigamis.cap.1.& 2. Secundum Raymun. non poteſt Epiſcopus cum bigamo diſpenſare. extra de big. Nuper. Ad idem facit extra de biga.Super eo.diſt.50.Si quis viduam, ſed hoc non tenet illud c.d. 34.Lector.niſi fortè quo ad minores ordines, quibus credo, ꝙ Epiſcopus poteſt diſpenſare propter neceſſitatem, ar.di.34. Subdiaconus,& in d.c.Lector,& diſtin.50.Placuit.Si tamen clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, qui nullam ante ſuſceptionem ordinum habuit vxorem, contraheret de facto matrimonium, & poſtea tranſiret ad religionem, in qua conuerſaretur honeſte, poſſet ſuus Epiſcopus diſpenſare, extra.qui clerici vel vo. huc uſq; Raymundus.

*Particula 23.*

QVi duxit viduam à primo viro intactam, vel qui duas vxores habuit prima incognita, ſi mortua fuerit, non eſt bigamus, extra.e.c.debitum,& diſt. 34.cap.vlt.

*Particula 24.*

QVi cum virgine contraxit, ſed poſtea alteram cognouit. 34.diſt.Si cuius vxorem,& ca.ſeq.

*Particula 25.*

QVi infra ſacros ordines conſiſtens, de facto contraxit, extra de bigamis.A nobis fuit.

*Particula 26.*

QVi poſt votum caſtitatis emiſſum, profeſſione regulari contempta, de facto contraxit matrimonium.27.q.1.Quotquot.In iſtis caſibus 5. bigamiæ, poteſt Epiſcopus diſpenſare in minoribus tantum propter neceſſitatem, ar.34.diſt.Lector,& c.Subdiaconus,& diſt.50.placuit.

*Particula 27.*

QVi clauſtra egrediens, phyſicam, vel leges audit, extra ne cle.vel mo. ſuper ſpecula. Cum hoc ſolus Papa diſpenſat, vt dicitur ibidem.

*Particula 28.*

QVi duxit leuem perſonam, vtputa ancillam ioculatricem, licet virginem, à promotione repellitur. 34.diſt.ſi quis viduam.

*Particula 29.*

QVi in duello pugnauit, extra. e.porrò. Cum hoc Epiſcopus diſpenſat, ſi mors, vel deciſio membrorum non ſit ſecuta, vt in d.c.porrò.

*Particula 30.*

QVi ſolennem egit penitentiam, diſt.50. ex penitentibus, 55.diſt.illiteratos, extra de bigamis. cap. 1. Cum his diſpenſat Epiſcopus tantum in minoribus propter neceſſitatem eccleſię, vel vtilitatem, d. 50. placuit, extra de ſen.Excom.Nuper.

*Particula 31.*

QVi illegitimè natus eſt, extra de filijs pręſ. c. 1.extra de elect.Innotuit, extra qui fi. ſint leg.per venerabilem. Si intrauerit religionem, poterit promoueri, quia religio tollit hanc irregularitatem ad omnes ordines.Si remanſerit in ſęculo, poteſt Epiſcopus cum eo diſpenſare ad omnes ordines, extra. e. veniens.Solus autem Papa diſpenſat, vt habeat curam animarum vel pręlationem habeat, extra eo.Nimis in prouincia tua.vbi de hoc plenè dicit in appa.

*Particula 32.*

QVi contempto eccleſiaſtico iudicio, in caſu non licito, vadit ad ſecularem iudicem. 3. q. 5. Si quis Epiſcopus. 11.q.1.Cõtinuam, in auct. Quomodo Apoſtolus.§. Non aliter.

*Particula 33.*

QVi mutilatus eſt ſpõte ſine cauſa, vel iuſta cauſa, vel magno, vel paruo membro, repellitur à promotione,& dicitur iam promotus, extra de corpore vitiatis.Significauit,& diſt.55.Si quis abſcidit partem, & diſt. 33.maritum.

*Particula 34.*

QVi iuſta cauſa, vel propter leprępericulum, amputare facit virilia, vel aliud paruum mẽbrum, non repellitur, vel reijcitur. Idem intelligitur ſi ſit caſu fortuito mutilatus, vel in infantia ſectus, niſi fuerit magnum membrum, quod deformitatem generet, vel ſcandalum, diſt.55. Si quis à medicis,& ſi quis per ægritudinem, & lator, extra e.ex parte.M.& ex parte B.

*Particula 35.*

SI membrum amiſit, quod generet deformitatem, vel ſi amiſit oculum, non poteſt ſine diſpenſatione Papæ promoueri.

*Particula 36.*

DEbilitatus, ſi ſine baculo ſtarę nõ poterit, ab altari repellitur.Ar.de cõſecr.diſt.1. Nullus.44.diſt. Diſciplina.Si manum aridam habet.Si maculam in oculo, quę generet deformitatem, extra. e.quoniam tua.Si leproſus efficitur, extra de clerico ęgrotante, de rectoribus, & c.tua nos. Si morbum caducum patiatur.7.q.1.Illud,& q.2.Nuper, & diſt. 33.Maritum, & c.communiter,& c.1.clerici.Idem eſt de furioſis, vt c. Maritum. Tales non ad adminiſtrationem, vel ordinẽ admittuntur, & ſuſpenſi ſunt ſine culpa, ſed non ſine cauſa, tamen à beneficio remouentur, diſt. 55. Si eccleſiaſtica.7.q.1.Cum percuſſio.

*Particula 37.*

QVi homicidium fecerit ſine cauſa iuſta, cum hoc non diſpenſatur.Si cauſa iuſtitię, cum hoc non diſpenſatur vt poſſit promoueri. Sed ſi ſit promotus in

ipſo

ipſis ordinibus, cum ipſo poteſt per Papam diſpenſari, diſt. 51. Aliquantas. Alias ſi ſpontè fecerit homicidium, ſine ſpe recuperationis, & diſpenſationis deponatur, diſt. 51. Cleric. & c. ſi quis viduam. Si neceſſitate euitabili, ſimiliter ad ſuperiores ordines non poteſt aſcendere, ſed in ſuſceptis cum eo poteſt diſpenſari, licet non facile diſpenſatur, & per Papam. Si ineuitabili, datur cõſilium, vt non miniſtret homicida, etiam in ſuſceptis ordinibus, diſtinct. 50. de his clericis, non tamen deponitur, ſed in ſuo ordine toleratur, de iure abſque diſpenſatione, ſecundum L. & Ra. extra de homicidio. ca. 2. & ſecundum Bernar. in appara. ſuper illud. c. extra. e. Sicut dignum. Si caſu, cum culpa, & negligentia, ab ordine ſuſcepto perpetuò ceſſabit, diſtinct. 50. Hi qui arborem, & extra e. præsbyterum. Epiſcopus tamen poteſt in minoribus, & in ſubdiaconatu iam ſuſcepto diſpenſare. extra. eo. continebatur. Si diaconus, vel ſacerdos fuerit, ad Papam pertinet, vt in ipſis ordinibus, vel miniſtret, vel promoueatur ad ipſos, vt in d. c. Continebatur, & c. lator preſentium. Secundum Ray. tamen, non poteſt diſpẽſare Epiſcopus, diſtinctio. 50. Miror, quod intelligi gunt quidam indiſtinctè, ſcilicet tam de voluntario, quam de caſuali, alij de homicida voluntario. Hæc Raymundus, ſi ſine culpa, & negligentia, in ordine ſuſcepto poterit miniſtrare, & ad maiores promoueri, extra eo. literis. Significaſti, cap. Dilectus, cap. ex literis. Et dicunt quidam, ꝙ non oportet cum eo diſpenſari, vt in dictis cap. apparet. Sed ſecurius & tutius eſt, vt vel ſaltem Epiſcopus, cum eo diſpenſet. diſtinctio. 50. Clerico.

*Particula 38.*

SVnt & alij caſus, in quibus tenetur reatu ſanguinis, licet non occidat, vtpotè qui homini, vel mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non poſſit generare, vel concipere, vel naſci ſoboles.

*Particula 39.*

QVi hominem cœperit, vel capi fecerit, vel conſilium dederit, vel in preſſionem miſerit, ſi expreſſione, vel captione mors ſubſecuta fuerit, extra. e. Sicut dignum.

*Particula 40.*

QVi conſilium, vel mandatum, vel ſtudium dederit, vt homo occidatur, extra e. Significaſti. 2. diſt. 50. Siquis viduam, de penitentia, diſtinct. 1. Periculosè.

*Particula 41.*

QVicunq; in cauſa ſanguinis eſt iudex, aſſeſſor, procurator, aduocatus, officialis, teſtis, notarius ſcribens ſententiam, vel dictans, diſtinct. 51. Aliquantas, & c. Clericis.

*Particula 42.*

QVì chirurgiæ curam adhibuerit, vel potionem dederit, vnde mors fuerit ſecuta, ſi per cupiditatem fecit, & in arte eadem expertus non extitit, nec diligentiam quam debuit adhibuit, tenetur vt de caſua li homicidio, cum culpa, & negligẽtia, extra e. Tua. nos.

*Particula 43.*

QVi intereſt vbi vindicta ſanguinis exercetur, extra. Ne clerici, vel monachi, ſententiam ſanguinis. Bernar. in appa. Si tantum intereſt, propter hoc non videtur irregularis effici, vel debere deponi, ſed alias debet puniri, quia interfuit contra præceptum dicti canonis.

*Particula 44.*

SI hi qui retinent beneficium, vel feudum de eccleſia, ipſi eccleſiæ perſonam occiderint, filij eorum vſque in quartam generationem in clericos non debent promoueri, extra de pœnis. In quibuſdam. Bernar. in appa. dicit ſecundum Ioan. quòd Epiſcopus poteſt cũ talib. diſpenſare, honeſtè tamen eſſet, quòd nullus Epiſcopus in hoc caſu diſpenſaret, vt ſupra dictum eſt.

*Particula 45.*

QVi pro ordinatione ſua, promiſſionẽ, vel iuramẽtum fecerit ordinatori, vel preſentatori, quòd eos ſuper prouiſione ſua non inquietabit, cum eo nõ diſpenſat, niſi Papa, extra de Simo. Si quis ordinauit.

*Particula 46.*

QVi à ſimoniaco ordinatur Epiſcopo, ſiue tunc ſciat eſſe ſimoniacum, ſiue non. 1. q. 1. Si qui à ſimoniacis. Sed in primo caſu, ſine miſericordia deponitur. 1. q. 1. de cetero, niſi violenter attrahatur, 1. q. 1. Conſtat in ſecundo caſu, diſpenſatio toleratur, vt in ca. Si qui à ſimoniacis.

*Particula 47.*

QVi ordinem, vel beneficium aliquod ſpirituale, aliquo dato, vel promiſſo, vel retento, vel in pactionem deducto, vel præcibus carnalibus, vel alienis receperit. 1. q. 1. ordinationes. Sunt nonnulli. Statuimus, decretum. Siqui à ſimoniacis.

*Particula 48.*

NOta ꝙ ſimoniacus in ordine, ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum, ſuſpenſus eſt, quo ad ſe, & quo ad alios. Similiter ſimoniacus in beneficio dando, vel recipiendo, vel in ordine confirmando vel conferendo ſi ſit notorium extra e. Tanta. ſi occultum, quo ad ſe tãtum, extra e. Ex tuæ fraternitatis. De hoc dicitur in app. extra e. ſupra illud c. Accuſatum. Tales ſine ſpe diſpenſationis oportet renunciare ordini, & beneficio ſic ſuſcepto. 1. q. 1. Erga ſimoniacos, extra c. Ex tuæ fraternitatis. & c. Matthæus. Poteſt tamen Papa cum eis ex plenitudine poteſtatis diſpenſare, quamuis non ſit in iure expreſſum. Epiſcopus vero diſpenſare non poteſt, niſi in caſu, ſcilicet ſi crimen neſcientibus ordinato, & ordinatore commiſſum ſit, & poſtquam ſimpliciter renunciauit ordini, vel beneficio ſic ſuſcepto, extra e. de ſimoniacè ordinatis.

*Particula 49.*

QVi Decanatum, vel Archidiaconatum, vel aliquam iuriſdictionem ad agendas vices Epiſcoporum, ſub annuo cenſu receperit, vt ſimoniacus eſt ſuſpenſus. 1. q. 3. Ex multis. extra eo. Ne prælati vices ſuas ſub annuo cenſu. c. Quoniam in quibuſdam.

*Particula. 50.*

SVnt & alij caſus, in quibus ſuſpenditur aliquis ipſo iure, ſed ipſo facto nõ efficitur irregularis. Monitione competenti non præmiſſa, prælatus excommunicans aliquem ſuſpenditur ipſo iure per vnum menſem ab introitu Eccleſiæ, extra de ſententia excommunicationis. Sacro approbante, & in noua conſtitutione. Cũ medicinalis. Quando dicitur monitio competens, intelligitur trina. 24. q. 3. De illicita.

*Particula 51.*

REctor Eccleſiæ, qui pro alienis debitis grauat Eccleſiam ſibi commiſſam, vel literas alicui concedit, vel ſigilla quibus Eccleſia poſſit obligari, ſuſpenditur ipſo iure, donec cum ipſo diſpenſetur, extra de ſolutionibus. Si quorundam.

*Particula. 52.*

ADulter manifeſtus, fornicator, vel teſtis falſus. Si crimina ipſa ſint notoria, ſuſpenſi ſunt quouſque pœnitentiam egerint. extra de temporibus ordi. & qualitate ordin. Quæſitum eſt de ſacerdotibus: extra de cohabitatione clericorum. Quæſitum.

Parti-

*Particula 53.*

SI ordinator ob ordinato acceperit iuramentum, vel promiſſionem, ꝙ ſuper prouiſione eum non inquietet à collatione ordinum, per triennium eſt ſuſpenſus, extra de ſimoniacis. Si quis ordinauerit.

*Particula 54.*

VSurarium manifeſtum, & in hoc decedentem, qui tradiderit ſepulturæ Eccleſiaſticæ, vel receperit oblationes eius, ſuſpenſus eſt vſque ad arbitrium Epiſcopi, extra de vſuris. Quia in omnibus.

*Particula 55.*

QVi eligunt in Epiſcopum perſonam patientem defectum in natalibus, ætate, & ſcientia. i. illegitimè natū, & infra trigeſimum annum ætatis, vel non competentis literaturæ, triennio à beneficijs ſuſpenduntur, extra de electio.

*Particula 56.*

NOta ꝙ capitulum, quandoque diſpenſat ſecundum Raymundum, extra de ſimonia. Ex inſinuatione, extra de præbendis. Cum non ignores. vbi Bern. in appa. videtur ſentire contrarium.

*Particula 57.*

Auguſtin. ſententia.

Mat. 18.

AD pleniorem autem intelligentiam omnium in hoc vltimo capitulo prædictorum, nota verba Auguſt. ſcribentis ad Bonifacium, quæ introducuntur. 50. d. c. vt conſtitueretur. & ſunt hæc. Vt conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam, clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ, alioquin contra claues Eccleſiæ datas diſputabitur, de quibus dictum eſt. Quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Sed ne fortè etiam de criminibus cęteris ſpe honoris Eccleſiaſtici, animus intumeſcens ſuperbè ageret pœnitentiam, ſeueriſſimè placuit, vt poſt actam pœnitentiam de damnabili crimine, nemo ſit clericus, vt deſperatione temporalis altitudinis, medicina maior, & verior eſſet humilitatis. Nam & ſanctus Dauid, de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore ſuo perſtitit, & beatiſſimus Petrus, quando amariſſimas lachrymas fudit, vtiq: Deum negaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus permanſit. Sed non ideo putanda eſt ſuperuacua poſteriorum diligentia, qui vbi ſaluti nihil detrahitur, humilitati addiderunt aliquid, quo ſalus tutius muniretur. Experti credo aliquorum fictas pœnitentias, per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in huiuſmodi cauſis vbi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius, aut illius hominis periculum, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis charitas ſyncera ſubueniat. Hæc Auguſtinus.

*Particula 58.*

Tres regulę ex Aug.

EX his verbis Auguſt. colliguntur tres regulæ. Prima qui peccauit poſt baptiſmum, non poteſt promoueri. Secunda eſt, promotus qui mortale crimē committit, deijcitur. Tertia eſt, qui ab ordine deponitur, non poteſt reſtitui, vbicunque mitius agitur, diſpenſatio eſt. Contra prædictas tres regulas poteſt Papa diſpenſare in omni caſu ex plenitudine poteſtatis, licet plures caſus ſint, in quibus nullo modo diſpenſat, vt in homicidio voluntario. diſt. 50. Miror, in quatuor caſibus, qui continentur in his verſibus. Siue bis ordo datur, ſiue baptiſmus repetatur. Siue vt euertatur fidei ſtatus, ordo petatur. Vel ſi præſtetur, vt vtrinque Simon operetur. Vt diſpenſetur, ſpes irrita prorſus habetur. Baptiſmus repetatur. Siue ignoranter, ſiue ſcienter. Secus tamen eſt, ſi aliquis ad cautelam ſub conditione ſe faciat baptizari, quia talis non incurrit irregularitatem. Euertatur, quando. ſ. aliquis cum poſſit ordinari à catholico Epiſcopo, ſe facit ab hæretico ordinari. Vtrinque Simon. i. ſi ſimonia interueniat ex parte ordinati & ordinatoris. Sed circa Epiſcopos inferiores duplex eſt ſolennis opinio. Vna dicit, ꝙ Epiſcopus poteſt diſpenſare contra duas regulas primas in adulterio, & minoribus criminibus, in maioribus adulterio nequaquam, niſi in caſibus à iure expreſſis, ꝙ in eis poſſit Epiſcopus diſpenſare. Alia opinio dicit, ꝙ poteſt Epiſcopus diſpenſare in omni crimine contra duas regulas primas, niſi expreſsè ſibi ꝓhibeatur à iure. Hoc probatur 82. diſt. Presbyter, & de Pœnitentia diſt. 6. c. 1. in fine. ver. itaque Pontifex iuſtus atq; diſcretus, non cogitur ſacerdotes ſuos ſemper abijcere, nec mox reſtituere, niſi à Romano Pontifice fuerit ſtatutum. Hanc ſecundam opinionem tenent Laurentius, Vincen. Tan. Ioan. Raymun. & Ber. vt notatur in appa. illius cpa. extra de iudicijs. At ſi clerici, quibus, conſentiendo dicatur, ꝙ Epiſcopus contra primas regulas duas, niſi expreſsè ſibi prohibeatur à iure, poteſt in omni crimine diſpenſare.

Quādo ſit epiſcopis interdicta diſpēſatio.

Vnde ſciendum, ꝙ Epiſcopis in vigintiquinque caſibus diſpenſare prohibetur. Primus de homicidio, diſtinctio. 50. Miror, quod intelligunt quidam indiſtinctè tam de voluntario, quā de caſuali, quod etiam generali eccleſiæ conſuetudine roboratur. Alij de homicida voluntario. Secundus caſus de ſimoniaco, cum diſtinctionibus, quas require ſupra c. e. particu. 48. Tertius caſus de eo, qui excommunicatus maiori excommunicatione, vel per iudicium ſuſpenſus ab officio, celebrat, officiando. 7. q. 1. Si quis presbyter. 11. q. 3. Si quis Epiſcopus, primo, extra de ſent. excommunica. Cum illorum abſolutio. Quidam dicunt contrarium in hoc caſu, ſcilicet, ꝙ poſſet Epiſcopus diſpenſare. Ar. 2. q. 4. Quæ de cauſa. Sed non tutum, nec conſuetum, niſi in caſu, ſcilicet. ſi eos redderet ignorantia facti probabiliter excuſatos, extra de cleri. excommunicatis mini. Apoſtolicæ. Quartus caſus eſt de clerico excommunicato in concilio, qui accedit ad iudicium principis in caſu non conceſſo, cōtempto iudice eccleſiaſtico. 26. q. 5. Si quis Epiſcopus. Quintus caſus eſt, de bigamo, extra de bigamis. Super eo. Nuper, & require ſupra c. e. de bigamis. Sextus caſus eſt, de duobus præsbyteris, vt præſint vni eccleſiæ æqualiter. 21. q. 2. c. pen. Septimus caſus eſt de habendis duobus vel pluribus beneficijs, curam animarum habentibus, extra de cleric. Dudum. Octauus caſus eſt, de eo qui conſtitutus eſt infra vigeſimumquintum annum, quia non poteſt cum eo Epiſcopus diſpenſare, vt promoueatur ad honores, extra de elect. Cum in cunctis, extra de ætate, & qualitate ordin. Eam te. vbi præcipit Papa, ꝙ nullus promoueatur, niſi ſit ętatis legitimæ, extra de elect. Nihil eſt. Nonus caſus eſt de illegitimè nato, cum quo non poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt promoueatur ad honores, extra de filijs presbyter. c. penul. & vlti. vbi dicit, ꝙ cum illegitime natis ſolus Papa diſpenſat. Quod autem tales prohibentur ab honoribus, dicitur in concilio Pictauien. extra de filijs presbytero c. 1. Decimus caſus eſt, de eo, qui recipit ordinem ſcienter ab Epiſcopo, qui reſignauit epiſcopatui, cum quo non diſpenſatur, niſi à Papa. Vndecimus caſus eſt de eo, qui recipit ordinem ſcienter ab Epiſcopo excommunicato, extra. eo. cap. 2. Duodeci-

mus caſus eſt, de tertia regula ſupradicta, contra quam non poteſt Epiſcopus, nec aliquis alius à Papa diſpenſare, diſt. 50. cap. 1. & 2. Et 2. quæſt. 6. ideo. 1. & 2. Et intelligas hoc de ſolenniter degradato, Bernar. in appa. illius cap. extra de clerico excommunicato miniſtrante. Clerici. dicit, ꝙ ſi Epiſcopus cum alijs Epiſcopis ipſum ſacerdotio tantum depoſuit, poteſt eum recipere in inferioribus ordinibus, & ſic de alijs ordinibus. Arg. 15. quæſt. 8. Qui admiſerit, & capit. Si quis preſbyter. Si vero depoſitus eſt ab omni ordine, tunc ſolus Papa reſtituit. Hæc appa. & ſunt verba H. Quidam tamen dicũt, & male, ꝙ Epiſcopus poteſt depoſitum reſtituere, pro eis eſt 11. quæſt. 3. Epiſcopus præsbyter, ſed illud poteſt intelligi, cum conſtabat depoſitionem nullam eſſe. Item pro eis eſſe videtur diſtinct. 46. Clericus maledicus. Sed ibi expone, degradetur, ideſt ſuſpendatur. Tredecimus, & Decimusquartus, Decimusquintus, & Decimusſextus, continentur in his verſibus. Siue bis ordo datur, ſiue baptiſmus repetatur. Siue vt euertatur fidei ſtatus, ordo petatur. Vel ſi præſtetur, vtrinque Simon operetur. Vt diſpẽſetur, &c. De primo, require huius ca. particula 4. De ſecundo, require eod. partic. 2. De tertio habes 1. quæſt. 7. conuenientib. §. Item. Tharaſius patriarcha. Ver. Conſtãtinus Epiſcopus dixit. De quarto, require eiuſdẽ capit. partic. 46. & 48. Decimuſſeptimus caſus eſt, de eo qui extra tempora ſtatuta ordinatur; de quo require huius cap. particulam 8. Decimumoctauũ caſum, require particula 8. Decimumnonum, require particula 11. Viceſimum, require particula 12. Viceſimumprimum, require particula 15. Viceſimumſecundum, require particula 17. Viceſimumtertium, require particula 19. Viceſimumquartum, require particula 27. Viceſimumquintum, require particula 35. Fortaſſis apparebunt & alij caſus, ſed de iſtis dixiſſe ſufficiat, qui ad præſens memoriæ occurrerunt. Et quoniam.

Rebus in humanis, nihil omni parte beatum.
Quod Deus vnus habet, cui ſubiaceat oẽ creatum.
Plura quidem dicta, cum reor eſſe relicta.
Hæc quoque cognoſco, merito veniam mihi poſco.
Chriſte reum purga, fac dignum vera Sophia.
Lux, dux, vita, via, fer opem virgo Maria.
Fac precibus gratum, culpæ ſoluendo reatum.
Fac cruce damnatum quondam, nunc clarificatum.
Virgo tuum natum, ſine fine videre beatum.
Quem dilexiſti, molli gremio tenuiſti.
Vbere nutriſti, cui lac ſacrum tribuiſti.
Fac faciem Chriſti cognoſcere quem genuiſti.

2. Cor. 13. De qua facie loquitur Apoſtolus, cum dicit. Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Hæc facies ſummè luminoſa, eſt finis omnium ſtudiorum. Summe gratioſa, finis omnium deſideriorum. Summè virtuoſa, finis omnium ſacramentorum. Sufficientiſſime copioſa, eſt finis omnium laborum & dolorum. De hac facie Auguſtin. ait. (De ciuit. lib. 22. c. 20.) Facies Dei, manifeſtatio eius intelligenda eſt. Hanc optabat cognoſcere ille mitiſſimus Moſes, dicens. (Exo. 33.) Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te. Ad hanc faciem peruenire, eſt finis ſine fine. Ad quem finem omnia finientẽ, nos perducat bonitas infinita, Pater, & filius, & Spiritus Sanctus, Beata Trinitas vnus Deus. Qui eſt benedictus in ſæcula ſeculorum. Amen.

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI

*Tractatus de modo confitendi, & de puritate conſcientiæ, de quo, Cancellarius Pariſien. in tractatu de cognitione caſtitatis mentionem facit.*

## *De conditionibus ad confeſſionem requiſitis.* Cap. I.

QVONIAM fundamentum, & ianua virtutum, omniſque gratiæ ac ſpiritualis conſolationis principium eſt conſcientiæ puritas, ac cordis munditia, ad quam principaliter & præcipuè, per puram, & veram, ac integram, & perfectam confeſſionem peccatorum acceditur, nobis qui vocati ſumus ad ſtatum gratiæ, & ad acquirendas virtutes, ac vitanda vitia, de ſufficienti confeſſione, ac modo confitendi, vt decet viros ad ſtatum perfectioris electos, cum ſumma diligentia & ſollicitudine continua, præ cæteris mortalibus principaliter eſt videndum. (Sanctitas, puram cõſcientiam, & hæc puram cõfeſſionem requirit.)

EST igitur primo videndum, ꝙ confeſſio debet eſſe pura, quia peccata debent ſimpliciter dici abſq; duplicitate & excuſatione, ſicut homo credit ea manifeſta eſſe coram Deo, nec debent verba dici palliantia, aut cooperientia vel minuentia peccatum, ſicut faciunt multi magnas philaterias & hiſtorias longas dicentes, antequam peccatum explicent, vt ſic per illas oſtendant ſe minus culpabiles de peccato, quod quidem peccatum, in fine illorum verborum ſuperfluorum excludat. Vitanda ſunt igitur ſuperflua, & excuſatoria verba, ſed purè dic peccata tua, & ſimpliciter te accuſa. Similiter non debet dici, quod cadat in infamiam alicuius, aut quod poſſit prębere confeſſori occaſionem turbationis contra aliquem, aut materiam contemnendi. Vnde ſi expediret nominare peccata alicuius confitendo propria, tunc taliter explicetur, quòd confeſſor nullo modo poſſit intelligere perſonam, cum qua peccaſti, nec poſſit venire in notitiam complicis in peccato. Sicut ſi dediſti Petro occaſionem peccandi, cum peccauit, non debes nominare ipſum, ſed ſufficit tibi dicere. Fui cauſa committendi peccatum tale cuidam perſonæ. (Confeſſio pura.) (Nota perſonã complicis. nullo modo in confeſſione reuelandam.)

COnfeſſio debet eſſe vera, ita ꝙ nulla falſitas dicatur ſcienter, nec aliquod dubium affirmetur, ſed certa vt certa, dubia vt dubia ſunt dicenda. Et ideo cum confiteris, non dicas, dico culpam meã, ſi feci tale quid, aut ſi dedi materiam turbationis tali, aut ſi feciſſem tale peccatum, ſi potuiſſem, ſed dic ſimpliciter. Feci ſic & ſic, & appetiui ſic, & ſic, & habui voluntatem deliberatam faciendi tale peccatum, & non dimiſi, niſi quia non potui, vel quia neſciui, vel quia timui verecundiam, aut pœnam temporalem. Sunt tamen quidam, qui neſcientes, aut verecundantes, aut non curantes ſpecificare peccata, apertè mentiuntur in confeſſione quam faciunt, dicẽdo quædam generalia ad quandam cautelam, quibus comprehendant peccata omnia, quæ fecerunt. Dicunt n. dico culpam meam, de quinq; ſenſibus meis male cuſtoditis. ſ. viſu, auditu, guſtu, &c. & tamen ſi interrogarentur de quolibet per ſe, inuenirentur non in quolibet offendiſſe præmiſſorum, maxime poſtquam confeſſi fuerint. Et ſic dicunt etiam de ſeptem vitijs capitalibus, (Vera.)

cum

cum tamen non offenderint in omnibus, ſicut ſonant verba eorum. Talis ergo modus, maxime ab his, qui ſepe confitentur, eſt vitandus, ſed dicant vera, & neceſſaria, & dimittant falſa, & ſuperflua. Similiter ante confeſſionem diligenter ſeipſos examinent, & dicant primo omnia vitioſa, & grauia, quæ pro certo nouerint feciſſe, ita quod ſub humilitatis ſpecie, aut cauſa quacunque nullatenus mentiantur. Sed poſtea poſſunt dicere generalia, & leuia, quæ non poſſunt ſpecialiter explicare, ſicut ſunt cogitationes ocioſæ, verba ocioſa, negligentia, pigritia circa orationem, amiſſio temporis, diſtractio cordis in dicendo horas, vel orando, ingratitudo beneficiorum Dei, ſuperflua cura de corpore, & de rebus temporalibus, turbationes leues contra proximum, iudicium leue alieni cordis, deſpectio proximi quo ad perſonam, mores, ſiue vitam, non contentari de omnibus quæ Deus fecit, aut facit, aut fieri permittit, & his ſimilia, quæ cum ſint ineuitabilia, ab anima infirma non poſſunt in numero declarari, ſed potius expedit ea quotidie delere cum lachrymis, aut per ipſa infirmitatem animæ recognoſcere, & in humilitate debita permanere,

Examinis principiũ.

Integra.

CONfeſſio debet eſſe integra, vt omnia peccata, quę habes in memoria, aut quę oblitus fueras cõfiteri & modo recorderis integrè confitearis, nec dicas partẽ vni confeſſori, & partem alteri, quia nullo mõ debes diuidere confeſſionem. Hoc faciunt illi, qui timent deſpici à confeſſore, vel reputari minus boni, plus timentes humanam verecundiam, quam diuinam offenſam, & plus amantes laudem extrinſecam, quã intrinſecam pacem mentis, & conſcientię puritatẽ. Similiter ſi oblitus es, quando confiteris aliqua peccata, & poſtea die ſequenti, vel alia recordaris, ſi potes debes recurrere ad eundem confeſſorem, vt confitearis ſi potes habere copiam, aut ad alium, alioquin ſufficit tibi bona voluntas. Quod ſi non ex obliuione, ſed ex malitia, ac verecundia, oblitus es, vel omiſiſti confiteri aliquod peccatum teneris recurrere ad primum confeſſorem. Et ſi vis recurrere ad alium, teneris confiteri omnia peccata prius confeſſa, & illud quod prius obmiſeras, & omnia quæ poſtea commiſiſti à prima confeſſione facta, & teneris confiteri de mendacio, aut ſimulatione quam commiſiſti, quia dediſti intelligere confeſſori tuo, quod primo integrè confeſſus fuiſti.

*De peccatorum circunſtantijs.* *Cap. 2.*

Circũſtantię loci.

ITem confeſſio debet eſſe plena, quia debet continere circunſtantias aggrauantes peccata, quæ ſunt locus in quo peccas, quia grauius eſt peccare in Eccleſia, aut in loco ſacro, quam in domo, & grauius eſt cogitare aliquod inhoneſtum, quando dicis Miſſam, vel officium, vel quando oras, quam quando ſcribis. Et grauius eſt reſpicere, vel tangere animo impudico corpus hominis ſub pannis, quam manum, vel pedem, quia magis libidinoſa delectatio eſt ibi, & ſic facias differentiam inter locum, & locum.

Circũſtantiæ tpis.

TEmpus, in quo peccas, qa grauius eſt caueri a miſſa, vel ociari in die Dominico, vel feſto ſolemni, quam in die alio ſimplici. Et grauius eſt quodcunque peccatum in magna ſolennitate, quam alio tempore. Et grauius eſt non vacare orationi, vel eſſe diſſolutum in lingua, vel relaxatum in gula, quando homo debet communicare, & die quo homo communicat, quam in alio tempore.

Præſentiæ & modi.

GRauius eſt dicere, & facere aliquod coram eo, qui poteſt ex hoc ſumere occaſionem peccandi, quam illud dicere, & facere occultè. Et grauius eſt ſimulare ſe eſſe patientem, habendo iram in corde quam oſtendere ſe eſſe turbatum, ſicut eſt, non dando tamen alicui per hoc turbationis, vel mali exempli occaſionem, vt dicit Grego. & iõ non ſufficit dicere. Fui iratus de verbo mihi dicto, ſed debet dicere, & addere. Simulaui me eſſe patientem in verbis, & ſignis exterioribus, vt reputarer humilis, vbi eram ſuperbus, ita quod cũ illa ſimulatione, addidi mendaciũ ad iram quam occultaui. Adhuc grauius eſt tangere Bertam oſculando, quam ipſam in eodem loco tangere cum pede, quia iſte modus tangendi eſt magis impudicus. Vnde non ſufficit dicere. Tetigi bertam impudice, ſed oportet dicere locum corporis quem tetigiſti, ſ. manum, vel pectus, ſupra pãnos, vel ad nudum, & dicas modum, ſcilicet cum ore, manu, vel cum pede, &c.

Moræ.

QVoniam ibi maius eſt peccatum, vbi maior mora trahitur, ſiue ſit delectatio corporalis, ſiue mentalis, ſiue iram, ſiue odium teneas per menſem, aut annũ. Et diligenter eſt mora examinanda in peccato cognitionis, quia videndum eſt, ſi in ipſa mora ratio ſuccumbat ſenſualitati, conſentiendo in opus volũtate deliberata ſi poſſet, & tunc eſt minor culpa, quam ſi peccatum opere perfeciſſet, quia ſic volũtas pro facto reputatur. Si autem ſuccumbat ratio, conſentiendo in delectatione ſenſualitati tantum, ita quod non vult in opus procedere, ſed vult tantum interius in delectatione voluptuari, tunc licet ibi non ſit plenus conſenſus, tamen eſt ibi peccatum mortale, ſicut dicit Auguſtin. ſed eſt minus graue, quam primum, vbi eſt conſenſus in delectationem, & in opus. Si verò in neutrum conſentit, ſed ibi facit moram inuitè, quia. ſ. neſciuit vel non poteſt expellere, tunc dicat occaſionem datam. Quamuis hæc ſententia ſatis dura locum habeat in peccatis carnalibus. Poteſt etiam notari in homicidio, & in alijs multis peccatis. Quicquid autem ſit, expedit conſcientiæ mundæ facere prædictam examinationem in quibuſcunque cogitationibus vitioſis, moroſè multum protractis.

Quoties.

NAm grauius eſt facere quodcunq; peccatum corde, aut aliquo ſenſu corporis bis quam ſemel. Et ideo ſi potes recordari, debes ſpecificari vices cogitationum malarum, aut motus libidinoſos in carne, & voluntatem faciendi aliquod peccatum, aut quotiens iteraſti reſpicere in faciem alicuius propter delectationem viſus, aut quotiẽs turbaſti aliquem, aut murmuraſti, & ſic de alijs. Quod ſi non es memor de numero dic bona fide, ſecundum quòd iudicas te totiens iteraſſe peccata. Et attende quòd cogitationes leues & leuia verba non ſunt numero explicanda: niſi eſſent occaſiones alicuius grauis peccati, vel vitij, aut eſſent de ſe in aliquo genere ſeptem vitiorum capitalium. Si tamen propter aliquam cogitationem leuem haberes nimis lõgam diſtractionem mentis in oratione vel pſalmodia: credo quod bonum eſſet explicare ſi eſſes memor propter magnum diſpendium quod facit. Si etiam propter aliquod verbum ſolatioſum, vel leuè aliquem turbaueris, aut orietur aliqua mala ſuſpitio, aut aliquod malum, tunc debet ſpecificari, propter malum ipſius effectus, ſic quod talia ocioſa & leuia ſunt ſpecificanda, quando propterea incurritur aliquod graue vitium vel delictum, aut datur alicui materia peccandi. Sufficit ergo dicere ſimul, omnes diſtractiones mentis habitas in oratione, & in officio propter cogitationes leues; ſic dicendo. Dico meam culpam de nimia diſtractione, & mentis vagatione, quam habui in oratione, audiendo miſſam, & dicendo horas, propter cogitationes inutiles, & ocioſas, in quibus cor meum nimis occupaui, ſic quòd ibi non fui intentus, vt debui & potui. Cogitationes autem vitioſæ procuratæ, & cum delectatione receptę, omnes ſunt explicandæ quantum poteſt homo, quãtum ad qualitatem, morã, & vices, vt ſupra dictum eſt. Cogitationes verò quantumcunq; malæ & vitioſę, q̃ non ſunt ſtudioſè procuratæ, nec cum dele-

ſtatione receptæ, nec cum mora ſeruatæ in corde, nec dediſti occaſionem veniendi propter cibi, & potus intemperantiam, aut propter occaſionem, ſed ſubito venerunt, & receſſerunt, & diſplicentiam habuiſti in illis, & ſtatim quando ſenſiſti, vt potuiſti, expuliſti, aut expellere procuraſti, occupando te in lectione, aut in meditatione ſancta. Tales dico non ſunt confitendæ, quia non ſolum in iſtis homo non offendit, ſed multum meretur, tanquam pugil, pugnator, & victor. Vnde Hiere. Ille prædicatur beatus, qui ſtatim vt cępit cogitare, cogitatus interficit, & allidit ad petram Chriſtum. Sed hodie quidam tales cogitationes confitentur potius ad laudem, & vanam gloriam, vt confeſſor reputet ipſos ſpirituales. Cum tñ talia eſſent occultanda, & etiam in confeſſione tacenda, quia ſolum confitens debet ſe oſtendere ſimpliciter peccatorem. Vnde tales ſunt theſauri Dei latrones, quia vanæglorię appetitores. Et ideo pęna latronum ſunt puniendi. Nam de talibus cogitationibus quibus ſic reſiſtitur, dicit Apoſtolus, quòd Deus facit cum tentatione prouentum. Quod dicit, quia homo talibus reſiſtendo meretur, & ideo intelligo, quod dignì ſunt ſuſpendio, quia ſub ſpẽ charitatis, aut petendi cõſilij, aut alterius cauſæ coloratæ, quæ ſoli Deo ſunt aperta manifeſtant, & aperiunt malitioſè, & ſub dolo. 1.Cor. 10.

*De motu vanagloriæ.* *Cap.* 3.

Peccatum vanę gloriæ caute confitendum.

QVia grauius eſt habere vanam gloriam de gratia ſpirituali à Deo recepta, quam de opere hominis manuali. Vnde confiteri habes de vana gloria, aut ſpirituali, aut corporali. Et grauius eſt dolere de bono ſpirituali alterius, q̃ de bono corporali ipſius, quia primus dolor eſt de inuidia fraternæ gratiæ, quę eſt peccatum in Spiritum ſanctum, quod eſt irremiſſibile. Secundus dolor ex ſimplici procedit inuidia, & ideo non ſufficit dicere. Dolui de bono alterius propter inuidiam, ſed debes ſpecificare ſi de bono ſpirituali, vel temporali. Et eadem ratione, grauius eſt gaudere de ſpirituali damno proximi, ſicut de peccato quod fecit, aut de ipſius infamia, aut quia amiſit Dei gratiam quam habebat, quàm gaudere de temporali damno hominis. Cauendum tamen eſt, qualiter confitearis peccatum prædictum vanæ gloriæ de gratia ſpirituali, ne forte incurras maiorem gloriam vanã, in confitendo primum defectum. Nam dando intelligere confeſſori, quod habuiſti vanam gloriam, quia fui ſti viſus orare, vel in miſſa plorare, vel laudatus, quod bene prædicaueras, ex hoc potes incurrere vanam gloriam, ſiue peccatum vanæ gloriæ, quod confeſſor ex hoc te reputet ſpiritualem. Debes igitur cautè explicare tuo confeſſori, gratiam tibi à Deo datam in oratione, lachrymis, & huiuſmodi, potes tamen dicere. Dum dicerem, vel audirem miſſam, vel prædicarẽ, feci actum aliquem, propter quem perſonæ aliquæ me videntes, cogitaui, quod crederent me habere aliquam ſpiritualem gratiam. Et quia in ipſa cogitatione habui complacentiam, & conſenſum, nec dolui, ideo me accuſo, vel ſic. Appetiui quod aliqui crederent me habere, cum non haberem. Et ad hoc credendum, feci aliquos actus ſimulatoriè. Et idem intelligas de alijs peccatis. Similiter cautè confitearis vanam gloriam, quam habuiſti exercẽdo aliquos actus virtuoſos. Sufficit.n. tibi non explicãdo dicere. Feci aliquem actum, propter quem appetiui non tantum laudem Dei, ſed potius hominum, quia non ſolum volui reputari ab illo cui feci, vel dixi quoddam bonum, ſed vt alijs publicaret. Et nota quod cogitationes de vanagloria, non ſunt confitendæ, niſi quando eſt ibi complacentia & conſenſus, & delectatio moroſa. Si autem ſtatim quando veniunt, cognoſcis ea non debere venire & ex hoc ſtatim diſplicet tibi quòd veniunt, ac per hoc ſtatim recurris ad Deum, vt eas expellat, aut ſaltem te conſentire non ſinat, ſis certus, quòd in eis non peccas, ſed potius per eas coronam acquiris. Dic ergo ſtatim in corde tuo, quãdo ſentis eas. Deus in adiutorium meum intende, vel Domine vim patior, reſponde pro me. Et caueas ne propter huiuſmodi tempeſtuoſas cogitationes, dimittas aliqđ bonum incipere, vel inceptũ continuare ex quo principale motiuum eſt bonum, ſicut hodie multi faciunt, credentes ſpiritui diffidentiæ, qui facit eos credere, quod perdunt quicquid agunt, quia in bonis actibus ſuis, cogitationes vanitatis contrahunt. Reſpondeas ergo tali ſpiritui. Nec propter te facio, nec volo facere illud bonum, nec propter te dimittam. Vnde quantumcunque habeas in iſtis cogitationibus aliquando complacentiam, & conſenſum, doleas & purè confitearis, nec propter hoc ceſſes à bono, propter Deum principaliter inceptо, ſed pugna viriliter & conſtanter, Deum orando, vt cuſtodiat ſuum opus. Si autem eſſes naturaliter paſſionatus, & ſtimulatus de vanagloria, ſicut ſunt quidam qui nihil boni quaſi faciunt, aut dicunt ſine ea. Tunc conſulo tibi, vt non delecteris in loquendo multum de Deo, aut vita ſpirituali, docendo alios ſub ſpecie charitatis, quia pro certo, ſub hoc velo charitatis, latet dulcè venenũ, ſed puto eſſe ſecurius & magis expediens, humiliare ſe, & ſilere à bonis, nè fortè curando infirmeris, quia mens tua adhuc eget cuſtodia. Et frenum eſt neceſſarium linguæ tuæ, donec illa peſtis in corde fluctuare non ceſſat, alioquin (ſicut dixi) ſaluando, aut ſanando alios, tuam deſtruis ſanitatem. Experto crede. Nam docere & curare alios, eſt cibus perfectorum. Si verò neceſſitas ineuitabilis, vel magna, & rationabilis congruentia loquendi occurrat, tunc loquendum eſt taliter, quòd ita te, ſicut & alios, videaris arguere, & docere. Et quia ibi etiam non deerit ſpiritus vanæ gloriæ cupiens, quod per hunc modum loquendi reputeris humilis, & diſcretus. Si etiam occurrit tibi vana gloria quando tacebis, vel quando de locutione te humiliter excuſabis, neſcio tibi aliud remedium, niſi confeſſionem puram, & lachrymas adhibere contra hanc maledictam peſtilentiam. Eſt autem valde timendum, ne timore deſpectionis humanæ totiens hoc vitium confiteri negligas, quotiens te ab ipſo noueris ſuperari, nec vt minus verecunderis, mutes ſæpius confeſſorem, immo vt plus confundaris, ſtudeas eidem ſæpius, & clarius ſolito confiteri. Sic enim virtute humilis confeſſionis ſpiritus ille citius expelletur. Et ſi etiam tuæ confeſſioni ſe ingerat, ita vt de humili & pura confeſſione appetas commendari. Certè ſi te ſenſeris vulneratum, non timeas in fine confeſſionis detegere ipſum vulnus. Eſt enim ſciendum, quòd grauius eſt eſſe inobedientẽ, aut irreuerentem patri, vel matri propriæ, quam illi cui non ſic teneris obedientiam, vel reuerentiam exhibere. Et grauius eſt turbare vnum ſanctum hominem, aut deridere ipſum quam vnum hominem vitioſum. Et grauius eſt, prouocare vnam perſonam religioſam ad aliquod peccatum, quod eſt contra profeſſionem eius, quam vnam perſonam ſecularem inducere ad idem peccatum. Et grauius eſt, inſpicere impudicè vnam iuuenem, & religioſam mulierem quam ſæcularem. Secundum beatum Gregorium. Non licet intueri, quod non licet concupiſci. Et ideo dico eſſe grauius illud vitioſè reſpicere, quod eſt grauius concupiſcere vitioſè. Hoc idem intelligo de tactu, & quocunque actu & verbo impudico. De conſideratione perſonæ, cum qua peccaſti, ſufficit exemplum iam dictum. Non ſis ergo contentus dicere. Non bene cuſtodiui viſum meum, aut dicere. Iteraui pluries aſpectum in faciem alicuius perſonę, cũ complacentia, & imaginatione impudica, ſed dic quali-

Nota.

Nota.

tatem

tatem,& conditionem perſonæ. Et ſi de viſu expedit ſic dicere, multo magis de verbo impudico dante prouocationem ad peccatum, & de tactu aut commotione carnis libidinoſa habita ex allocutione, vel appropinquatione ad corpus alicuius.

*De intentione habita in peccatis.* *Cap. 4.*

Intētio praua cōfitenda.

GRauius eſt facere quodcunque peccatum, cum intentione prouocandi aliquem ad ſimile, aut ad aliquod peccatum, quam ad ſatisfaciendum ſibi ipſi tantum, vt ſi noueris defectū alicuius, facias ipſum deſpici, aut minus reputari propter inuidiam tuam, vel aliam malitiam, aut ſi feciſti aliquem actum cum oculis, aut cum manibus verſus aliquam perſonam, vt prouocares eam ad malum, & ſic de alijs peccatis ſtudioſè, non tantum in damnum facientis, ſed etiam in proximi detrimentum, quæ quidem peccata non ſufficit confiteri, niſi explicentur intentiones malitioſæ. Tales rectè aſſimilantur Demonibus, qui ſunt inimici crucis Chriſti, quia ſtudent animas perdere, pro quarum ſalute Chriſtus ſanguinem ſuum effudit. Item deſcenſus de peccato in peccatum eſt diligenter perſcrutandus. Non eſt ita graue vnum peccatum ſimpliciter, ſicut eſt illud, cuius occaſione plura alia peccata ſunt commiſſa. Vnde ſi ſtudioſè feciſti aliquem defectum tali modo quòd alius fuit culpatus de hoc, & non excuſaſti innocentem, ſed permiſiſti eum iniuſte pati. Vel ſi pro defenſione vnius mendacij protuliſti verba iniurioſa, aut incurriſti plura alia mendacia, aut pro excuſatione vnius mendacij, vel peccati commiſiſti periurium, & ob hoc fuit ſuſpicio de alio, vel facta iniuſta punitio ſuper aliquem, aut ortum eſt odium, aut aliqua turbatio inter aliquos. Omnia hæc, & conſimilia, quæ ex primo peccato ſunt conſecuta, debent cum primo peccato principali plenius explicari.

*De peccati occaſione.* *Cap. 5.*

Occaſiones peccandi explicare oportet.

SImiliter de circunſtantijs peccatorum, non ſolum circunſtantias prædictas, vel ſimiles, ſed etiam occaſiones, & cauſas peccatorum, propter quas incurriſti ipſa peccata, videlicet, quia neglexiſti ea vitare ſicut potuiſti, & ſciuiſti. Huiuſmodi autem cauſæ ſunt taliter dicendæ, ꝙ te cum ipſis accuſes, & non excuſes, ſicut quidā faciunt, imponentes culpam diabolo, ſicut Eua quæ dixit, Serpēs decepit me. Dicunt enim, Tantū me tentauit de tali peccato, quòd oportuit me conſentire, nec potui me defendere vllo modo. Sed illa non eſt confeſſio, nec expreſſio cauſæ peccati, immo eſt excuſatio tui, & accuſatio diaboli, qui forte non eſt culpabilis ibi. Non enim omne peccatum fit ſemper ex ſuggeſtione diaboli, nec omnis tentatio eſt à dæmone, ſed ſecundum beatum Iacobum. Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua, abſtractus, & illectus. Multi ergo mentiuntur dicentes. Dæmon ſeduxit me ad tale peccatum, quod ſibi conſenſi, quia ſola ſua concupiſcentia tentatus cecidi. Et ideo debet dicere. Cum ſentirem me ſtimulari ad tale peccatum perpetrandum, fui negligens in euitando occaſiones me incitantes ad hoc, ſcilicet locum, tempus, & perſonam, & fui negligens in adiuuando me cum ieiunio, cum oratione, & alijs neceſſarijs, ſicut ſciui, & potui. Vnde propter negligentiam, & malitiam meam commiſi ipſum peccatum, potius eligens ſeruire ſuperbiæ, & carni meæ hoc ſuggerenti, quam Spirituiſancto inſpiranti mihi, quod illud non facerem. Reliqui vero imponunt culpam proximo ſicut fecit Adam, qui dixit Deo. Mulier quam dediſti mihi ſociā, dedit mihi de ligno. & comedi. Dicunt enim. Quædam perſona tantum inſtitit me rogando, & blandiendo, & aliqua dona dando, ꝙ nullus de mundo potuiſſet ſe defendere, ſic ꝙ oportuit me finaliter conſentire, aliqui dicunt. Quidam dixit mihi tantum malum de quodam, quod fecit me murmurare de illo, & illum deſpicere. Sed hæc eſt vitioſa confeſſio. Dic ergo ſic de primo. Dum viderem expreſſe, quod locutio, & conuerſatio cum quadam perſona eſſet mihi inutilis, & periculoſa, & ſentirem affectum cordis mei ad ipſam perſonam, aut ipſius ad me non eſſe purum, nec ſecundum Deum, ſed potius ſecundum carnem, & in aſpectu, & præſentia eiuſdem haberem nimiam complacentiam ſenſualem, & ex hoc ſemper haberem imaginationes impudicas de illa, cum libidinoſis motibus carnis, ita quòd propter hæc debebam fugere ipſam, nihilominus fui ſecutus voluptatem carnis, intantū quod ad tale peccatum deueni cum ea, vnde me, & ipſam illaqueaui. De ſecundo dic ſic. Audiens dici aliqua mala de quadam perſona, facilius ea credidi, quam credidiſſem bona ſi audiuiſſem, propter leuitatem cordis mei, & defectum charitatis. Et quando debebam compati murmuranti, & excuſari in corde meo eum, de quo ille murmurabat, ego ſtatim murmuraui cum illo, confirmando malum de quo dicebat, vel addendo ad illud quod dicebat, ac per hoc dedi ſibi occaſionem magis murmurandi. Et nota, quod non debet quis murmurantem nominare, nec factum, de quo murmurauit, quando. ſ. talis nominatio eſſet in excuſationem tui, vel in infamiam proximi. Item ſi te accuſes de turbatione proximi, aut de turbatione habita contra aliquem, propter defectum eius principaliter, non debes exprimere illum defectum, ne per hoc oſtendas te habuiſſe rationabiles cauſas turbationis, & ſic videaris minus peccaſſe, aut motus zelo iuſtitiæ. Sunt enim qui dicunt in confeſſione. Vidi fieri talē defectum, vel audiui dicere tale verbum, & de hoc fui valde turbatus, quia erat contra honorem Dei, & contra bonos mores in malum exemplum aliorum. O ſtulte hypocrita, quid dicis? Nā te ſimpliciter laudas, & nihil pœnitus confiteris, taces peccatum tuum, quod feciſti videndo alienum defectum, quod forte fuit grauius, quam defectus alterius, quia deſpexiſti peccantem, cui debebas compati, & mentiris dicendo te fuiſſe turbatum propter amorem Dei, & proximi cum tamen fueris turbatus propter ſuperbiam tuam, & quia non habes charitatem proximi, quę non permittit aliquem contra proximum turbari. Sic ergo dicas. Videns, vel audiens fieri, vel dici aliquid ꝙ iudicaui eſſe malum, & forte peius, quam fuit, propter malitiam meam, quæ non permiſit me excuſare defectum, nec intentionem dicentis, vel facientis, ſicut poteram, & debebam, non fui motus ad compatiendum illi, vel ad orandum pro ipſo, ſicut debui ex charitate, ſed magis fui commotus ad iram contra ipſum, contemnendo, & iudicando ipſum, & appetendo ſtatim punitionem eius, vel habere poteſtatem puniendi eum, & hoc accidit mihi propter duritiam cordis mei, & quia non recognoſco patientiam Dei, quæ ſupportauit me in grauioribus peccatis abſq; vlla punitione, & ſic de alijs. Sunt alij, qui ſe clarius laudant in confeſſione dicentes. Per gratiam Dei ſatis bene cuſtodiui me tali tempore, vel circa, à tali, vel tali peccato. Nam bene cōtinuaui officium, miſſas, & prædicationes, & orationes meas. Faciant, qui volunt malè, quia ego intendo benè facere, facta mea, & me cuſtodire à peccatis, melius quam faciat maior pars vicinorum meorum, quia prius me permitterem occidi, quàm facerę tale peccatum, & in me non ſentio alium defectum, niſi quia ſum ingratus de beneficijs Dei, nec ſum ſufficiēs ad grates agendum Deo, qui me liberauit ab his peccatis, quæ faciunt multi alij. O Deus. Iſti ſunt ſimiles Phariſeo, qui aſcendit in templum vt oraret, cuius oratio fuit tota ſui exultatio ſuper alios. Sic & iſti, qui debent ſe ſimpliciter accuſare in confeſſione, ſe ſuper alios laudant, narrando bona,

Veræ, & ſanctę confeſſionis praxis.

Geneſ. 3.

Iac. 1.

Ge. vbi ſupra.

Lucæ. 18.

bona, quæ faciunt, de ſuperbia autem, & præſumptione, quæ latet interius, nihil dicunt. ſunt alij, qui confitendo peccata ſua, totam culpam imponunt Deo. Sic enim dicunt. Deus dedit mihi naturam ita peruerſam, & promptam ad tale peccatũ, ꝙ non poſſum cauere, iſti dicunt cum Adam, qui dicit. Mulier quam dediſti mihi, &c. q.d. Si non dediſſes mihi, non peccaſſem. Sed iſti apertè mentiuntur. Nam ſecundum beatum Greg. diabolus non poteſt vincere niſi volentem, cum tamen de ipſo dicatur, quod non ſit poteſtas ſuper terram, quæ illius poteſtati valeat comparari, ergo multo minus poteſt quis violentari à concupiſcẽtia naturali. Sunt alij qui dicunt.
Iob 41. Fui deceptus à tali tentatione, quia Deus noluit me adiuuare, cum tamen ſæpe ieiunarem, & orarem, & ad ipſum recurrerem. Iſti non accuſant pigritiam ſuam, & negligentiam, qua noluerunt vitare occaſionem peccandi, & perſeuerare in oratione. Aſſerũt.n. Deum impium
Pſal. 90. & mendacem, qui tamen dicit in Pſalmo, Clamabit ad
Matth. 11. me, & ego exaudiam eum. Et alibi. Venite ad me om-
Luc. 12. nes qui laboratis. Et alibi. Petite & accipietis. Et Apo-
1. Cor. 10. ſtolus dicit, Fidelis Deus qui non patietur vos tẽtari vltra illud, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum. Sciant ergo, ꝙ ideo relinquuntur à Deo, quia inſipidè, & ſine fide orant, nec volunt pugnare contra ſeipſos, nec perſeuerare patienter poſtulantes auxilium Dei, ſicut decet Sed volunt habere gratiam ſtatim, ſine labore, petentes etiam illam a Deo non humiliter, ſed præſumptuoſè, tanquam non indigni, ac ſi eſſet Deus obligatus eis, orant ipſum cum ſecuritate quadam, vt exaudiantur ſtatim, vt ipſi volunt, & non ſicut ipſe vult, ſicque putantes ipſum ducere ad auxiliandum, potius prouocant ad derelinquendum, quia ſuperbè, & præſumptuoſè accedunt, ad ipſum. Cauſa ergo lapſus eorum eſt ſuperbia, & negligentia ſua quam debent ſimpliciter accuſare.

*De occaſionibus, quæ dantur alijs in peccando.* Cap. 6.

Svnt etiam in confeſſione explicandæ occaſiones datæ alijs ad peccandum, quia omnium peccatorum homo eſt particeps, quib. occaſionem præbuit malitioſè, vel non malitioſè. Vnde confiteri debes ſi malitioſè, vel ignoranter dediſti alicui occaſionem peccandi, nec nominare debes directè, vel indirectè perſonam cui dediſti cauſam, ſed ſola occaſio eſt dicenda. Peccatum verò, quod factum eſt ab alio occaſione tui, poteſt dici explicitè, quando eſt notum confeſſori, non illum, qui fecit, alioquin dic ſolum qualitatem delicti, ſic dicendo. Feci fieri quoddam peccatum mortale, vel graue, propter talia verba, quæ dixi, aut propter tale malũ exemplũ quod dedi. Item ſi habuiſti turbationem cum ſocio in itinere, vel in aliquo opere, aut propter ſocium dixiſti malè officium, quia malè proferebat, non debes dicere, Socius meus me turbauit tali facto, aut dixi malè officium meum propter defectum ſocij mei, quia ſic accuſas ſocium, in cuius notitiam confeſſor poſſit venire, dic ergo. Habui turbationem cum aliquo propter meam ſuperbiam, qa ipſi dixi verba iniurioſa, & ipſum prouocaui ad dicendum mihi. Et ſi eſt illius culpa, dic. Habui turbationem cũ quodam, propter impatientiam meam, quia nolui ſupportare eum in charitate, pp aliqua verba ab eo dicta, vel dixi malè officiũ cũ aliquo in tali hora, & dictante mihi conſcientia, vt redicerem propter pigritiam meam non redixi.

*De pollutione.* Cap. 7.

SI habuiſti pollutionem carnis vigilando, dic cam expreſſe. Si dormiendo, dic cauſam quam dediſſe te credis. Cauſæ poſſunt eſſe cibus, & potus, & intemperantia diei præcedentis, aut alio modo, & ſic dicendo ipſam, dabis intelligere confeſſori vitium dierum præteritorum, vt ſunt cogitationes inhoneſtæ habitæ ante dormitionem, quas explicare debes, potiſſime quæ ſomnias ea quæ præcogitaſti. Nec ſunt recitanda ſomnia vitioſa, vel inhoneſta, niſi ante cogitaſſes ea, aut poſt ſomnium cum delectatione, & mora, & motu carnis cogitaſſes, & hæc ſunt dicenda magis, quia cogitata, quam ſomniata. Si vero ſomniaſti habere aliquem actum impudicum cum perſona, ad quam habes ſenſualem affectum, aut quam ante conſpexiſti oculo impudico, hoc debes exprimere, vt cauſam illius ſomnij, & quia homo plus in talibus delectatur, & multi poſt ſomnium gaudent ſe talia ſomniaſſe. Vbi vero non fuerit aliqua ex prædictis cauſis, vel ſimilibus, nihil de ſomnio eſt dicendum, quia nulla culpa eſt ibi, & tunc ſufficit dolere in corde, & ad quietandum conſcientiam potes dicere. Habui ſomnium inhoneſtũ, cui ſi dediſſem cauſam, quam neſcio, tunc dico culpam meam.

*De cauſis pollutionis.* Cap. 8.

SEcundum ſanctos Patres, triplex eſt cauſa pollutionis nocturnæ. Prima prouenit ex voracitate gulæ, & ſuperabundantia cibi, & potus, quæ eſt diligenter examinanda ab illis, qui vocati ſunt ad ſpirituale exercitium. Nam quandoq; accidit, aliquos relaxari in gula nimis aliquo tempore, & poſtea quando abſtinent, polluuntur in ſomnis, credunt quòd hoc non accidat ex culpa immoderantiæ, ſed potius ex debilitate vel neceſsitate naturæ, ſed errant, quia debent iudicare, & cauere, ne venerit ex nimietate ſaturitatis præteritæ. Quod enim per voracitatem, & ingluuiem cõgregatum fuerat in medullis, neceſſe eſt, vt aliquando per pruritũ, vel per inſenſibilitatem corporis ieiunio afflicti, egeratur. Propter quod, non ſolum abſtinendum eſt à delicatis cibis, verumetiam à vilibus, & cum æquali temperantia continendum eſt, immo panis, & aquæ ſacietas eſt timenda, vt poſſit in nobis acquiſita puritas permanere. Iſti ergo, qui nondum æqualis continentiæ, & moderantiæ gratiam ſunt adepti, nõ minus in præfatam pollutionem incidunt, quæ etiam hominibus abſtinentibus ſic accidit. Secunda cauſa eſt, quando per incuriam, & immunditiam mentis elabitur. Nam mens ſpiritualibus exercitijs vacua, & diſciplinis interioribus nõ intenta, ſenſu corporis, per vanas, & immundas cogitationes euagatur. Ex quib. merito culpæ eliciuntur humores, & ideo volentibus obuiare, neceſſe eſt priuare, & hanc cauſam eradicare, videlicet mentis torporẽ excutere, & ſenſus refrenare, ne mens ad vana, & noxia diſcurrat, & exceſsibus illis aſſuefacta, ad immundiſſima incitamenta luxuriæ ſomnians perturbetur. Prædicta ergo negligentia acquirendi munditiam, & euitandi immunditiam, in confeſsione pariter explicetur. Tertia cauſa poteſt eſſe, quando illudentis inimici inuidia pollutio procuratur. Dum enim videt ſanctum virum, qui per ſollicitam victus moderationem, & integram, & perfectam, ac frequentem peccatorum confeſſionem, perpetuam munditiæ puritatem acquirere conatur, eius conſcientiam perturbare nititur, maximè diebus illis, quibus deſiderat diuino aſpectu complacere, fluxus illius emiſſione polluere procurat, vt ſic à ſancta communione retrahatur. Quibuſdam vero contingere dicitur ex debilitate naturæ, quæ non eſt ita fortis, & valida, ſicut antiquitus dicitur extitiſſe. Hanc cauſam poteſt quis in ſeipſo aduertere, quando in illo turpi moderamine victus frequentius plus ſolito polluitur abſq; turpis ſomnij interuentu, ſicut ego quoſdam cognoui, hac peſte certis temporibus ter, & quater in hebdomada ſordidari, quamuis non minus prædictæ illuſioni poſſit aſcribi.

Tres cauſæ contingentis pollutionis nocturnæ.

Qua-

*Qualiter poſt pollutionem licet, vel non licet accedere ad diuina.* Cap. 9.

SEcundum ſanctorum patrum ſcientiam, vigilanti circunſpectione cauendum eſt, ad communionem ſalutaris conuiuij accedere, tempore quo ſentimus nos ſomnij illuſione pollutos. Sed ſi hoſtis inuidus taliter menti noſtræ illuſerit, vt nobis cœleſtis remedij ſubtrahat medicinam, dummodo nullus repræhenſibilis interueniat pruritus, aut oblectationis aſſenſus, ſi fluxus iſte fuerit naturali neceſſitate profuſus, aut impugnatione hoſtis antiqui procuratus, & abſque ſenſu voluptatis adductus, debemus ad gratiam ſalutaris cibi nihilominus accedere confidenter. Quod ſi creditur eueniſſe occaſione vitioſa, die illa debet ſe humiliter ſubtrahere ab altari, ne in nobis verificetur ſententia Apoſtoli. Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini, id eſt non faciens differentiam inter perceptionem cibi cœleſtis, & carnalis, nec iudicans ipſum corpus domini eſſe, quod tale non niſi pura mente, & carne liceat manducare. Et ideo ſubinfert idem Apoſtol. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. q. d. Multi ex hac præſumptione, & manducatione indigna ſpiritualiter infirmantur, & ſomno mortali dormiunt multi, per peccatum, quod ex ipſa indigna manducatione, & ſumptione incurrunt. Probet ergo, ideſt examinet ſeipſum homo, antequam ſacramentum percipiat, & diligenter ſe videat, vtrum ſit mundus, vel immundus, vtrum deuotus, vel indeuotus, vtrum reuerens, vel irreuerens, vtrum timens, vel præſumens accedat, etiam ſi certus ſit, vel certum ſe putet, quod non ſit vitioſè pollutus, vel aliquo modo, mortali peccato infectus. Nõ. n. debet volens iſtum cæleſtem panem ſumere, eſſe contentus ſe non habere peccatum mortale, neque præcedenti nocte vitioſa occaſione fuiſſe pollutum, quia licet hæc duo quemlibet reddant ipſo cibo indignum, alia tamen plura ſunt quibus ſe homo debet ab hoc cibo ſubtrahere reuerenter, quæ explicare non audeo, quia à ſanctis, & doctoribus ipſa expreſſa non reperi, atq; illuſtrationi gratiæ Dei, ea ſecurius ſimpliciter relinquenda decreui. Id tamen quod pro meipſo retineo, eſt verbum illius, qui hoc ſacramentum inſtituit, quem non credo illud fruſtra protuliſſe. dixit. n. Hæc quotieſcunq; feceritis in mei memoriam facietis. Ex quo quidem verbo arguo mihi ipſi, ꝙ quoties volo id agere, quod ipſe inſtituit, & modo prædicto reliquit, timeo nequaquam ſine remorſu conſcientiæ, ac præiudicio animæ ad illud poſſe accedere, niſi præmemorata ipſius inſtituentis charitate, ac eius paſſione, & morte, in cuius memoriam perpetue recolendam illud ſacramentum debere confici, & percipi ipſe præclarè aſſeruit, & iniunxit. Conſiderans inſuper circa huius ſacramenti primordia, lotionem pedum factã, nõ abſque myſterio, & ſacramento, ibique dictum fuiſſe à Domino. Si nõ lauero te, non habebis partem mecum. Agnoſco per hoc, & iudico, non ſine præſumptionis, & grauis offenſæ periculo, aliquem velle habere partem ſecum ipſum ſacramentum ſumendo, non præhabita alicuius ſpiritualis gratiæ lotione, non ſolum per compunctionis lachrymas puto fieri, verum etiam per interiorem mentis deuotionem, & fidem, in qua ipſe Dominus vocat, & inuitat animam, & trahit, & quodammodo cogit ad ipſum cibum Angelicum, & cœleſtem. Vnde & ipſe dixit illis, quos lauerat. Iam mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Non dixit, propter aquam, qua loti eſtis, ſed propter ſermonem. Hoc autem eſt verbum fidei, quod prædicamus ſecundum Apoſtolum. Vnde in actibus Apoſtolorum legitur. Fide purificans corda eorum. Hãc autem deuotionem, & fidem celebrantis, ſeu ſacramentum ſumentis, credo eſſe illam, quę celebrat, & quæ facit ipſum ſacramẽtum percipi cum effectu, ſicut & verba Chriſti ſunt illa quibus conſecratur, & tranſſubſtantiatur panis, & vinum, in corpus Chriſti, & ſanguinem. Quam quidem deuotionem, voco Dei gratiam, quæ peruenit, & diſponit, ſubſequitur, & infundit. Ad hoc ergo ſacramẽtum, cum inſtantia feruentis, & aſſiduę orationis, procuremus modo prædicto vocari à Domino videlicet pręhabita ipſius memoria, atque compunctionis, & deuotionis, & fidei lotione, ad quæ præparari nos oportet, per mentis & corporis munditiam, & per linguæ, ac ſenſuum refrenationem, & per noſtrarum paſſionem continentiam, & moderationem.

1. Cor. 11.

Nota modeſtiã Au ctoris.

Ioann. 13.

Idem. 15.

Roma. 10.

Act. 15.

*De fluxu libidinis.* Cap. 10.

PRætermittendum quoq; non eſt, ꝙ quibuſdã contingit interdum conſcientiæ dubietas, & perturbatio magna, vnde ipſis vigilantibus abſque illa commotione carnis, & cogitatione immunda, humor quidam per membrum ſecretum egreditur ſine delectatione, & quaſi inſenſibiliter, ita vt multi de hoc aliter non perpendunt, niſi cum pannos ſenſerint madefactos. Cuius cauſa aliqui ignorantes turbantur, & errant, putantes ſe eſſe pollutos. Et ideo ſciendum eſt, ꝙ illius humoris effuſio non eſt pollutio, quia (vt dicunt Medici) ſine libidinoſa delectatione, & carnis motione, nullus poteſt pollui vigilando. Ad ipſius tamen effuſionem humoris videtur naturalis conditio cauſam exibere primariam, ſed deinde id quod ad naturam diſponit cauſa vitioſa, & euitabilis perficit, & conſumat. Quibuſdam hoc prouenire agnoui propter ſolam præſentiam, & allocutionem perſonæ alicuius, in cuius aſpectu habuit complacentiam ſenſualem, & vanam, ſeu ad quam inordinato amore afficitur, aut per tactum impudicum leuem, aut imaginando aliquos actus impudicos fortiter, & moroſè. In his. n. caſibus, & ſimilibus multi inueniuntur habere calefactiones, & commotiones carnis libidinoſas, dictumq; humorem emittere, velint, nolint. Sed eas cauſas & ſimiles quæ ſunt euitabiles, debet quilibet fugere, & euitare pro poſſe, maxime, qui ſentit de hoc ſe paſſionatum, ſeu ad hoc naturaliter inclinatum, ſiue ex vitio mentis, ſiue ex debilitate naturæ, & qui occaſiones huiuſmodi non euitauerit iuxta poſſe, relinquendo amicitiam, & familiaritatem perſonarum, ad quas inordinatè afficitur, fugiendo etiã allocutiones, & aſpectum perſonarum, licet non credam ipſum per dictam effuſionem peccare mortaliter, niſi forte aliter concupiſceret, aut impudice tangeret perſonam, quæ eſt cauſa illius defectus, tamen credo eũ grauiter peccare, & magno peccati mortalis periculo ſubiacere. Et ideo conſilium do tibi, vel tali, quod abſque dilatione moroſa ipſe ſibi violentiam faciat in hac parte fugiendo perſonas huiuſmodi, atq; cum eis omnem oportunitatem loci, & temporis euitet. Hic itaq; prædictus fluxus (qui a quibuſdam vocatur libido) ſi poteſt euitari ipſius occaſio, & ſtudioſè non euitatur, eſt omnino confitendus cum ſuis occaſionibus, & negligentia habita circa ipſas. Si verò contingat ex cauſa, quæ vitari non poteſt, ſicut quando audiuntur verba impudica à caſu, vel loquitur cum perſona, vel ſedet iuxta eam, de cuius præſentia habet complacentiam vanam, & ab ea ſeparari non valet. In his & ſimilib. credo ſufficere, quod tam de occaſione habita, & impotentia vitandi, quã de fluxu illius libidinis dolor eſt ſimpliciter habendus. Qui tamen dubitaret in talibus, quę ſpectant ad conſcientię puritatem, eſt quandoq; valde proficuũ, poteris hoc confiteri propter quietudinem mẽtis & pacem, quamuis expedire non credam.

Conſolatur infirmos.

*De complacentia habita in memoria peccati. Cap. 11.*

SCiendum eſt, quod quando cogitas de iniurijs receptis, & in illa memoria turbaris intra tecum aliqua mora, & appetis vindictam fieri, aut factam eſſe, aut doles, quod non fuit facta per te, aut per alium, aut imaginaris, aliqua facere, aut aliquem motum tenere animo vindicatiuo. Hæc omnia ſunt confitenda, & alia quæcunque ſimilia in mente tua ratione iſtius iniuriæ. Si autem rememorando mala præterita, quæ feciſti, non haberes dolorem, ſed potius delectationem in eis, & propter hanc delectationem facis moram ibidem, non credo expedire, quod ſpecifices ipſa peccata rememorata, ſi alias integrè confeſſus es. Et ſi non habuiſti aliquam delectationem in mente, ſufficit tibi dicere. Mihi venerunt ad memoriam quædam vindictæ, vel iniuriæ quas feci, vel quædam peccata grauia quæ commiſi, de quibus non ſolum non habui dolorem in tali cogitatione, ſed de ipſis cum multa complacentia cogitaui. Et ſi aliud tibi occurrit in carne, vel in mente propter dictam complacentiam, quod tibi videtur aggrauare peccatum, ipſum etiam debes confiteri. Verbi gratia. Si de peccato luxuriæ per te facto habuiſti memoriam, & de hoc habuiſti motum carnis & pœnitudinem, quia ipſum peccatum non feciſti pluries, vel cum pluribus; tunc enim debes ſic dicere. Ex imaginatione quam habui de quodam peccato luxuriæ, habui motum carnis, & complacentiam in mente, & appetiui illud feciſſe multotiens, & cum multis perſonis. Et ſic non oportet te indicare confeſſori, te iam feciſſe illud peccatum, niſi forte alias indicaſſes eidem, & niſi pro maiori humilitate, & merito velis ipſum ei ſimpliciter explicare. Si autem recordaris, te habuiſſe opportunitatem faciendi aliquod peccatum, quod non feciſti, & in ipſa recordatione nō gaudes te euaſiſſe illud peccatum, nec grates agis Deo, quia cuſtodiuit te ab ipſo, & abſtulit oportunitatem, & voluntatem faciendi ipſum. Omnia iſta ſunt plenius referenda. Videtur enim hæc magna ingratitudo, & peccati commiſſio voluntaria. Sed ſi in prædicta recordatione peccatorum, & maxime carnalium, non poſſes vitare complacentiam, & motus carnis dum velles eam ſtudioſè recolere, cauſa te ipſum excitandi ad compunctionem, & dolorem, conſulo tibi, quod non ea ſpecialiter recolas, nec etiam alia peccata, quæ non potes, ſine complacentia recolere, ſicut eſt vindicta facta per te, vel per alium de inimico tuo, aut damnum, vel mors, quia aliquem occidiſti. Debes ergo omnia peccata tua (ſi vis) confiteri generaliter, ſub duobus ſcilicet ſuperbia, & delectatione carnis confiteri, dicendo ſic corde meditando, & ore proferendo. Dico meā culpam de ſuperbia, quam habui contra Deum, & proximum iraſcendo, inuidendo, alios prouocando, mundi gloriam appetendo, proximo iudicando, Dei creaturas contemnendo, meipſum bonum reputando, & alios vilificando, de Dei operibus, ac iudicijs & eius permiſſionibus murmurando, bonas eius inſpirationes, & omnia eius beneficia negligendo, impetus vitioſos ſectando, blaſphemando, & nomen Dei in vanum proferendo, & linguam meam contra veritatem per mendacia, & ſimulationes, per duplicitates, & adulationes, per iuramenta, & multa alia verba vitioſa, loquendo ocioſè accedioſè viuendo, de me nimis confidēdo, de fide dubitando, de occultis Dei operibus rationē præſumptuoſè quærendo, plus quàm oportet ſapere de Deo, & proximo, & de hoc ſæculo multa ſcire cupiendo, gratiam Dei non humiliter affectando, dona Dei occultando, temerariè propalando, non in veritate, ſed in hypocriſi, & falſitate coram Deo, & hominibus ambulando, & multa alia per ſuperbiam mentaliter, & corporaliter exercendo. Poſtquam confeſſus es, dic animo tuo, maximè quando vides te morti proximum. O anima mea egreſſus tuus appropinquat, & propè eſt terminus tuæ ſuperbiæ, & propè eſt finis delectationis huius mundi, & miſeriæ carnis tuæ, quas delectationibus carnalibus pertuliſti, plus ipſas amando, quam Deum, plus ſibi complacendo, quàm tibi, plus laborando pro ipſa, quàm pro te, plus obediendo eius concupiſcentijs, quàm diuinis inſpirationibus & conſilijs. ſ. dum contendiſti ſatisfacere ſibi in delectationibus gulæ, & luxuriæ, multis & diuerſis modis opere, & voluntate, atque ſatiare eius viſum, auditum, guſtum, tactum, & odoratum, quantum & qualiter potuiſti, conſenſiſti amore ipſius carnis, amittere partem maximam tui temporis ſuperflue dormiendo, & quieſcendo in multis operibus vitioſis, ac occupando in nimia cura, & ſolicitudine rerum temporalium, & corporalium te exercendo plus propter auaritiam, & delectationem, quam propter neceſſitatem, conſenſiſti eius pigritiei, quam habuit ſemper ad operandum bonum, & eius ſolicitudini, quam habuit ad peragendum malum quod potuit. In his fuit vita mea. In his expendi tempus meum. Vbi ergo es ò vanitas mea, & ſuperbia mea? quo perrexiſtis delectationes carnis meæ, quid mihi attuliſtis, qd mihi reliquiſtis pro ſubiectione, & obedientia, qua vobis tot annis deſeruiui? pro vobis commutaui vitā æternam, amiſi Deum, acquiſiui infernum, perdidi gaudia infinita, & lucratus ſum lamenta æterna, priuatus ſum ſocietate ſanctorum, & Angelorum, & merui fieri ſocius ciuium infernorum. Conſidera ergo ò anima mea qualem te fecit Deus, quia ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, & modo ſic es denigrata peccatis, nec aliquā virtutem in te agnoſcis. Conſidera in te imaginem tentatoris tui, qui te depinxit colore ſuperbię, gulæ, luxuriæ, auaritię, vanę gloriæ, inuidiæ, accidiæ, & ingratitudinis, negligentiæ, odij, & vindictæ, tibi ſuaſit contemptum Dei, & appoſuit amorem ſæculi, te induxit contra proximum ad murmurandum, iudicandum, decipiendum, deſpiciendum, detrahendum, & aliorum defectus ponderandum, & tua grauia vitia non videndum. Non video igitur ò anima mea, niſi vt prouoceris ad gemitum, fletum, planctum, triſtitiam, & lamentum, & clames humiliter, & feruenter ad Dominum. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Miſerere mei Deus, &c.

Moroſa cogitatio quādo ſit confitenda.

Compendio a confeſſio.

Pro moribundis documentū.

*Qualiter cogitationes inhoneſtæ ſint confitendæ. Cap. 12.*

PLeriq; dubitant, ſi cogitationes inhoneſtę ſint exterius explicādæ. Credo q̄ hoc ſit puritatis, & perfectionis, & magni meriti, ſed non credo eſſe neceſſitatis ſemper, niſi quando ex nimia mora facta in cogitatione illa homo ſentiret ſe inclinari ad faciendum, & perficiendum cogitatum, ſi haberet opportunitatem quam vellet, aut ſi pollueretur ex illa vehementi cogitatione moroſa, aut inordinatè afficeretur ad aliquam perſonam, & de ipſa multum moleſtaretur in cogitatione, habendo motus carnis, & imaginādo habere aliquos actus impudicos cum ipſa perſona. Hunc n. affectum inordinatum debes exprimere cum cogitationibus, & motibus carnis procedentibus ex ipſo affectu, dicendo ſic. Habui affectum ſenſualem, & inordinatum ad quādam mulierem, vel quandam iuuenem talis conditionis, & hunc affectum concepi ex complacentia habita in aſpectu, & collocutione, ac preſentia corporali ipſius de ipſa, vel de ipſo tot vicibus. Habui etiam tot vicibus imaginationes turpes, reſpiciendo oculis corporeis vel mentalibus, vel faciem, vel aliam partem corporis eius, & imaginando cum ipſa perſona habere amplexus, & oſcula, vel talem actum impudicum.

Cogitatio neſinhoneſtę nō ſunt neceſſario confitēdæ ex ſe.

Et in

Et in his feci moram per magnum ſpacium, habendo ibi motus carnis libidinoſos, & ſpecialiter mihi accidit in oratione aut miſſa, & ſemper fui negligens laborare pro poſſe, ad expellendum talia per potentiam, propter nimiam delectationem quam habebam ibidem, nec curaui quantum potui, refrenare oculos ab aſpectu illius perſonæ, quando fuit præſens. Quicunque igitur tales, vel tali modo, cogitationes, & affectiones exprimeret vitioſas, ab eis citò liberaretur, dummodo cum tali confeſſione continuaret orationem, & cuſtodiam ſenſuum, quia demon non poteſt ſuſtinere humilitatem confeſſionis puræ, cum ſit ſuperbus, & immundus, & omnis humilitatis, & mundiciæ inimicus. Et ideo, non eſt melior, & facilior via ad euadendum tentationes luxuriæ, & ſuperbiæ, quam omnes cogitationes vitioſas, cum ſuis circunſtantijs concurrentib. in carne, vel mente ſæpe, & clarè detegere confeſſori, & toties exprimere, quoties renouantur.

### *De motibus carnis.* Cap. 13.

Quando tētatio carnis, confeſſioni ſit obnoxia.

SCiendum eſt, quod motus carnis, qui non prouenit ex cogitatione impudica abſque voluntate, & ſine cauſa. ſ. viſus, vel auditus, ſine aliqua cauſa extrinſeca inhoneſta, ſine dubio prouenit ex nimia repletione prius facta in cibo, & potu. Quidam tamen putāt, ꝙ proueniat ex nimia vigilia, ꝙ poteſt eſſe maximè, quādo conſtat eis, ꝙ non prouenit eis ex aliqua cauſa prędicta, & ideo oportet hominem eſſe parcum in dieta quo ad qualitatem, & quantitatem, quando de talib. moleſtatur contra voluntatem, & diſplicentiam ſuam. Nam intra corpus oritur cauſa. Quia ſecūdum Hieronym. Venter, & genitalia proxima ſunt. Et hoc intelligo, quando non ſunt a cauſa exteriori. Et tunc oportet cauere ipſum ab aſpectibus, collocutione, & approximatione perſonarum, in quarum præſentia ſentit ſe ſenſualiter delectari, alioquin ille, qui videtur motus naturalis, fieret vitioſus. Et quamuis ſit ſecurum cōfiteri tales motus procedentes ſine cauſa vitioſa, quorum intemperantia videtur cauſa, dum tamen per ipſos non turbetur amor, & deſiderium puritatis in corde, & corporalis caſtitas non maculetur in corpore. Si verò procedunt a cauſa vitioſa, confitendi ſunt, & cauſæ, locus & tempus, & mora contracta in eis, & vices motuum, ſicut ſupra de circunſtantijs peccatorum dictum eſt. Non. n. ſufficit generaliter dicere culpam de motibus, ſed debes dicere ſic. Dū eſſem in Eccleſia, vel oratione, vel miſſa, vel ſermone, cogitaui talem actum turpem, aut habui memoriam alicuius perſonæ, in cuius aſpectu iam habui vanam complacentiam, aut inordinatum amorem, aut aſpexi in Eccleſia talem perſonam cum complacentia impudica, cuius cauſa habui motus carnis impudicos toties, & per tantam moram. Et ſi dixiſti illi perſone tibi gratioſę aliqua verba prolixè, aut feciſti aliquod ſeruitium malitioſè, vt. ſ. haberes complacentiam libidinoſam, & motus carnales per maiorem moram, totum confiteri debes, niſi de ipſius præſentia delectationem non habuiſſes.

### *De periculo familiaritatis dominarum.* Cap. 14.

Variæ, & noxiæ inclinationes hominum.

QVoniam multi videntur negligere, vt agnoſcant affectiones ſuas vitioſas, & per conſequens non curant confiteri, cum tamen diligenter ſint perſcrutandæ, & cum vitijs orientibus ex ipſis exprimendæ, ideo prætermittere non intendo. Quia multi afficiuntur nimis ad ſeipſos, quidam ad alias perſonas, quidam ad honores, quidam ad diuitias temporales. Et quia hęc ſunt ſicut murus inter Deum, & animam, ideo nullus hominum habens aliquid de prædictis, poteſt in via Dei proficere, nec habere puram orationem, & maximè quando eſt carnalis affectio ad perſonam. Et de hac intendo modo loqui. Nam talis affectio, multos ſpirituales ſub ſpecie amicitiæ ſpiritualis, a ſtatu orationis impedit, & impediuit. Hæc eſt inquietudo mentis peſtifera, orationē mentis, & oris inficiens, & diſpergens, & affectus contrarios orationi in mente generat, & exercet. Nam ſicut oratio pura mentem purificat, & illuminat, lætificat, fortificat, & impinguat, & ſic carnalis affectio, & immunda mentē inficit, & obſcurat, contriſtat, debilitat, & deſiccat, & corpus eiuſdem maledictionibus implicatur. Et quoniam ſpiritualib. loquor (propter quos illa ſcribo) nouerint ipſi, quod licet carnalis affectio ſit omnibus periculoſa, & damnoſa, ipſis tamen magis pernicioſa, maximè quando conuerſantur cum perſona, quæ ſpiritualis videtur. Nam quamuis horum principium videatur eſſe purum, frequens tamē familiaritas, domeſticum eſt periculum, delectabile detrimentum, & malum occultum bono colore depictū. Quæ quidem familiaritas, quantò plus creſcit, tantò plus infirmatur principale motiuum & vtriuſque puritas maculatur, non tamen de hoc ſtatim perpendunt, quia ſagittarius ille à principio non mittit ſagittas venenatas, ſed ſolum aliqualiter vulnerantes, & amorem augmentantes. Ad tantum verò in breui deueniunt, vt iam non velut Angelos, ſicut inceperant, ſe inuicem alloquantur, & videant, ſed tanquàm carne veſtitos ſe mutuo intueantur, & ſauciant mentes, quibuſdam commendationibus, ac verbis blanditorijs, & adulatorijs, qui videntur ex prima deuotione procedere. Exinde, vnus incipiat alterius appetere præſentiam corporalē, quia forma, vel ſpecies corporum in vtriuſque mente concepta, incitat eos ad volendum præſentiam corporalem, quaſi inſit eis, præſentia mentalis, ſicque ſpiritualis deuotio paulatim conuertitur in corporalem, & carnalem, & ſic ipſorum mentes, quæ ſolebant in oratione cum Deo abſque intermedio loqui, tunc inter ſe, & Deum, alter alterius ponit corporalem effigiem, quam velant, & obtenebrant, ponentes ſibiipſis faciē Dei cum facie creaturæ. Et non minus horrendum eſt, cum ij propriū errorē percipere, & emendare deberent, potius in nutrimentū erroris totū illud iudicant ex maxima charitate procedere, cuius merito (puto) & ſibiinuicem metientes referunt, quod in oratione vnus alteri præſentatur, quò oratio reddatur delectabilis, ac ſi pro ſe inuicem orare cogantur gratia, & virtute diuina, ac per hoc conſolationem ſimpliciter ſenſualem, quam habent in illa præſentatione de ſeipſis facta in oratione prædicta, æſtimant, & affirmant, ac aſſerunt eſſe ſpiritualem gratiam, & diuinam. Quales autem illuſiones recipiant à ſagittario ſupradicto, ſpecialiter mulieres, quæ citius fidem adhibent illuſioni mentali, eſſet horribilè, & quaſi impoſſibilè declarare. Sentiunt namque in oratione prædicta & præſentatione mentali, calorem quendam ignitum à ſagittario illo iactum, quem credunt & dicunt, eſſe ignem charitatis à Spiritusancto immiſſum, volentem coniungere ſpiritum vnius ſpiritui alterius vinculo charitatis, cum tamen ſit ignis libidinoſi amoris, prout frequentia exēpla manifeſtant, & inde deliberat ſe tanquam ſpiritualiter vnitos, poſſe ſecurius, prolixius, & ſæpius ſimul loqui, atque in hoc tempus non perdere, ſed lucrari proinde modos mirabiles & inſolitos, & cautelas adinueniunt, quibus procurant ſimul colloqui, & frequenter allegantes vnus alteri cauſas vtilitate, & neceſſitate depictas, cum tamen in veritate nihil aliud ſit cauſa, niſi onus, cui ratio ſuccumbit. Sic itaque carnali concupiſcentia excecati, tempus, quod olim in oratione conſueuerant expendere, ac ſpiritualiter occupare, nunc in huiuſmodi familiaritatibus, & colloquijs perdunt, & ſic (quod dolendum eſt) allocutiones diuinas pro carnalibus commutantes. Ammodo igitur (niſi mora ſerotina cogente, aut alia

Spiritualis cautela.

ineuitabili cauſa)non poſſunt ab inuicem diſcedere, & tunc inuiti,& triſtes diſcedunt. Hæc autem triſtitia eſt certiſſimum indicium, quod carnis vinculo ſunt alligati,& per hoc viſitationes,& conſolationes diuinæ a carnalib. & diabolicis diſcernuntur. Deniq; quamuis ſe multis exponant periculis, & multa mala incurrant, dum eorum obtenebratis conſcientijs indicant quædam ſibi tanquam ſpiritualibus eſſe licita, quæ fieri nequeunt abſq; periculo,& peccato,putaui tamen melius eſſe non multa de hoc calamo exarare. Hæc tamen tacere non valeo,quin aliqualiter referam, maximè,quia non longe à temporibus iſtis ſimilia contigerunt. Tandem ſpirituales prædicti,quandoque ſe deduci permittunt,vt ſe inuicem familiariter tangant ſub ſpe charitatis, reſerantes ſibi inuicem immenſum cordis amorem, qđ impudenter charitatem appellant. Sed in hac reſeratione amoris,eſt ſummum periculum, quia ex hoc fabricantur ſagittæ,quæ mentes eorum vulnerant mortaliter,ac venenant. Et quod ſuper omnia videtur mihi horrendum,Deo,angelis,hominib.& dæmonibus,fuerunt iam alique ſpirituales nomine, ſpiritu luxurioſo imbutæ,quæ in excuſationem ſuę libidinis præſumpſerunt dicere ſe habuiſſe in illis actibus impudicis magna ſentimenta de Deo,quod nihil aliud iudico, niſi quoddam incitamentum, & inductiuum ad ſimilia ſecurius iterandum,& peiora perpetrandum. Dic mihi, qui talibus credis,& adhæres,ſi iſti ſunt verè ſpirituales(vt aſſeris)quid aliud loqui,aut facere deberent, niſi quod à Spirituſancto procedere poteſt,vel procedit? Ab illo autem nihil procedit noxium,ſed ſolum ꝙ eſt vtile & honeſtum. Quid enim ad Spiritumſanctum de talibus oſculis,aut qualem honorem inde conſequitur Deus, & quæ vtilitas,aut quæ neceſſitas tibi ad ſalutem,vel alteri,vt hos tactus facias,vel patiaris? Quæ conuentio ſpiritus,ad libidinē carnis? Quæ igitur præſumptio tua, vt hanc contumeliam inferas Spirituiſancto.ſ. attribuendo ſibi tuæ impudicitiæ fetorem, quem vix demones patiuntur? Quæ inquam temeritas tua mulier hypocrita,à facie Dei proiecta,vt dicas delectationem carnis libidinoſam,eſſe gratiam,& conſolationem diuinam? Recede ergo fera peſſima de finib. meis,quia demones nequeunt tuam præſentiam ſuſtinere. Hæc itaque fratres chariſſimi,nō incongruè huic operi ſunt inſerta,vt ſciat vnuſquiſque, quòd hæc venenoſa affectio, ſub colore ſpiritus acquiſita,ſummè impedit puritatem confeſſionis,& cordis munditiam,vt ſic hanc fugiat tanquam vitioſam rubiginem,quæ vix poteſt aboleri de mente, ſi alicui fuerit applicata, præcipuè, quia tales perſonæ quam diu ſunt hac ſagitta percuſſæ,quaſi nunquam purè,& integrè confitentur,eo quod ipſum morbum deſpicabilem in perſona ſpirituali, verecundantur totiens detegere plenè,& integrè confeſſori, quia verentur exprimere aliquas circunſtantias tali affectioni annexas, quas vel tacent, vel imperfectè exprimunt,vtentes verbis operientibus dictum morbum, ſicut ſunt occupatio mentis,quaſi continua circa perſonam dilectam, & in oratione,& cunctis actib. ſuis,& imaginationes turpes de ipſa, vana complacentia cordis, in memoria, & aſpectu mentali ipſius, & negligentia in euitando eius præſentiam,& colloquium,& alia, quæ experiuntur ipſi, propterea ſæpe mutant confeſſorem, aut vellent mutare ſi poſſent. Sicque triſtes ſunt,& accedioſi frequenter,tam ratione affectionis fluctuantis in mente,quam ratione confeſſionis imperfectæ, de qua ipſimet non contentantur,ſed quod peius eſt, cum ipſi deberent quærere medicos ſpirituales cautos, & peritos, ac expertos, qui ſcirent illam egritudinem, & cauſas eius agnoſcere,& congruum remedium adhibere, non ſolum non faciunt, ſed potius ſi ſemel ad aliquem talem peruenerint,ipſum ex tunc fugiunt, nec reuertuntur ad ipſum. Quærunt ergo confeſſores idiotas, & ſimplices,qui nec morbū intelligunt,nec cauſas eius agnoſcunt,& ideo nec ſciunt congruam adhibere medelam.

Familiaritas feminarum ſpiritualium maximè vitanda.

Tantum de hac materia dixiſſe ſufficiat,vt per hoc confidenter animentur, per viam puram, & immaculatam incedere,& fugere periculoſam peſtem, familiaritatem mulierum ſpiritualium,quæ non melius,quam fugiendo vitatur. Satis enim poſſet quis hac ſagitta percuſſus ſe ieiunijs,vigilijs,ac diſciplinis affligere,& orare,quod ſi non fugiat perſonam,& omnem occaſionem deſpiciat,nunquam curabitur ab illo morbo, ſed magis augebitur illud vulnus. Propter quod ſequamur conſiliū beati Hierony. dicentis. Fœminam quam vides benè conuerſantem,mente dilige,non frequentia corporali, quia initium libidinis eſt in viſitatione mulierum, & mundus cum mulieribus non melius vincitur, quam fugiendo,quia cum ceteris vitijs,& morbis quis poteſt reſiſtere,huic tamen non poteſt,niſi per fugam. Et alibi. Si mulier potuit vincere eum, qui iam erat in paradiſo,non eſt mirum,ſi eos impediat,qui nondum ad paradiſum peruenerunt. Et iterum. Solus cum ſola non ſedeat in ſecreto,abſque arbitro, & teſte. Et idem. Ne ſub eodem tecto ſolus cum muliere manſeris,nec in preterita caſtitate confidas, quia nec tu Sanſone fortior, nec Salomone ſapientior. Si forte dicas. Iam corpus emortuum eſt,dico tibi,quoniam diabolus viuit, cuius flatus prunas extinctas ardere facit. Idem dicit. Omnes virgines Chriſti,& puellas,aut æqualiter dilige, aut æqualiter ignora. Item Beatus Auguſtinus dicit. Sermo breuis,& rigidus cum mulieribus eſt habendus, nec tamen quia ſanctiores fuerint,ideo minus cauendæ. Que enim ſanctiores fuerint,eo magis alliciunt, & ſub prætextu blandi ſermonis, immiſcent ſe vitijs impijſſimæ libidinis. Crede mihi. Epiſcopus ſum,in Chriſto loquor,non mentior. Cedros libani,i. contemplationis altiſſimæ homines, & gregum arietes, i. magnos prælatos Eccleſiæ ſub hac ſpecie corruiſſe reperi, de quorum caſu non magis præſumebam, quam Hieronymi, & Ambroſij. Sic ait Bernardus. Quotidie conuerſari vis cum muliere,& continens putari? Eſto quod ſis, maculam tamen ſuſpitionis portas. Scandalum mihi es, tolle materiam,& cauſam ſcandali,quia, Væ homini illi per quem ſcandalum venit.

*De verbis vitioſis.* *Cap. 15.*

SCiendum, ꝙ verba vitioſa, & grauia diſtinctè ſunt confitenda,ſecundum differentias ſuas, cum circunſtantijs,& occaſionibus earundem. De murmuratione, quæ fit,quando narratur defectus perſonæ abſentis,ſi confiteri habes,dic vtrum verè, vel falſè, & propter quam cauſam, ſcilicet propter odium, vel vindictam. Si induxiſti,vel inducere cogitaſti aliquem ad hoc, vel deſpexiſti ex hoc,ſi alicui ex hoc nocuiſti, vel alicui audienti generaſti odium de illo, de quo dixiſti,vel aliquid male accidit, aut accidere deſideraſti. Non ergo ſufficit dicere. Multotiens murmuraui, & de multis, niſi iſta explices. Non tamen dicas defectum,de quo murmuraſti, ſi eſt verus, nec nomen perſonæ, ſed dicatur qualitas perſonæ aggrauantis peccatum,ſicut ſi de patre tuo,de ſancto viro,de prælato, & propter quam cauſam. Et ſi defectus eſt falſus, confitere defectum,& perſonam cui falſum impoſuiſti,& debes reuocare coram illis quibus propalaſti, maxime ſi defectus eſſet grauis. Sunt tamen quidam, vt minus diſpliceant confeſſori, exprimunt perſonam cui fecerunt iniuriam,vel de qua murmurauerunt,quando ipſa perſona mala reputatur,quaſi ab omnibus, vel præ omnibus odioſa,vt per hoc iudicetur minus peccaſſe. Sed hoc eſt vitioſe dictum, quia debent in cordibus ſuis

De peccatis linguę.

reputare,

reputare, & per confeſſionem oſtendere, ſeipſos eſſe peiores, quàm illa perſona ſit, quam in ſui excuſationẽ nominare præſumunt. Quidam adhuc peius faciunt,

Peſſimè detrahi ſolet in confeſſione.

quia vt placeant confeſſori, perſonam exprimunt de qua murmurauerunt, vel offenderunt, auferendo rem, vel impediendo eius bonum, quia ſciũt illam perſonam diſplicibilem confeſſori. Iſti grauius peccant, ſic confitendo, quam ſit peccatum confeſſum, quia contra charitatem proximi dupliciter peccant, quia faciunt confeſſorem de peccato gaudere, quod confitentur, & iniuriam inferunt alteri, & ſic non dolent de peccato confeſſo, ſed potius gaudent putantes per hoc captare beneuolentiam de detractione, quod grauius eſt, licet detractio ſit quaſi quoddam ſpirituale homicidium occultum, ſicut quando aliquis audit aliquem laudari de aliqua virtute, & ſufficientia, conatur auferre de corde laudantis, aut cuiuſlibet audientis illam bonam opinionem, quæ habetur de illo negando illud, & potius defectum iſtius declarando, aut hypocritam appellando, quia dicit, quod quicquid facit, pro humana laude facit. Hoc autem vitium committitur propter inuidiam, aut vanam gloriam. Nam detractor quærit laudari ſuper alios, & potiſſimè ſuper illum cui detrahit, aut timet minus reputari, quam ille, qui laudatur, & inde oritur graue peccatum, quia affectat mortem, aut expulſionem, aut tribulationem, aut caſum illius, de cuius laude triſtatur, & ſtatim ſunt diſpoſiti ad audiendum hoc de ipſo cum gaudio. Quod vitium nonnullos ſpirituales pulſat, qui nondum paracletum receperunt. Quidam autem ore non murmurant, nec detrahunt, ne & ipſi deſpiciantur, aut de ipſis murmuretur. Appetunt tamen illud fieri ab alijs. Et omnia talia cum motiuis, & cauſis, ſunt integrè confitenda. De duplicitate, quæ mendacium dicitur, quæ eſt quando lingua, & intentio non concordat, quia facit intelligi, & credi, quod non eſt. Tales quandoque ſunt duplicitates proditoriæ, ſicut in Iuda quando dixit, Aue Rabi. Iſti mel in ore gerunt, & retro pungere quærunt. Nam poſt oſculum, fecit capi Chriſtum.

Varia hypocritarũ ſimulatio.

De ſimulatione, quæ eſt in verbis, ſignis, & operibus exterioribus, cuius contrarium eſt in mẽte hoc eſt proprium hypocritarum. Eſt autem ſimulatio, falſitas veritate depicta. Vel eſt vitiũ, verbis, & actibus virtuoſis operum, Simulatio in verbis eſt, quando te dicis inſipientem, & vitioſum, vt per hoc humilis reputeris, & humilia præeligis, vt non credatur, quod virtuoſus, & ſufficiens reputari velis, ſi autem non virtuoſus reputaris, tunc turbaris. Eſt ergo humilitas in verbo, ſuperbia in mente, Simulatio in opere, eſt quando fit actus virtuoſus, vt ſolum fama acquiratur. Simulatio in ſigno, eſt quando prætenditur honeſtas in ſenſibus, & cor plenum eſt inhoneſtate, nec trahitur quis ab opere malo, niſi quia caret opportunitate quam vellet. Sic quidam religioſi de die quando videntur, vt putentur ſancti, & honeſti, ſenſus ſuos valde componunt & maximè in officio, & choro, inclinationes profundas & ſimilia faciendo, ſed de nocte nulla ſigna deuotionis oſtendunt, dum non ſentiunt ſe videri. Sic quidam ſe macerant abſtinendo, vt ſpirituales appareant, & iudicentur. Aliqui exterius apparent patientes, ſubridendo, qui tamen pleni ira & triſtitia dolent de iniuria eis facta, & ſic omnis hypocrita eſt ſimulator, & duplex, falſus, & per conſequens inimicus & proditor veritatis. Et ideo quia huic vitio multa ſunt annexa alia, cum diligenti examinatione, debent in confeſſione euomere virus ſuum, mendacia ſunt ſe-

Mẽdacia.

cundum ſpecies ſuas confitenda, quia quędam ſunt alijs noxia, & hæc ſunt grauiora non noxijs, quædam deliberate prolata, grauiora à caſu prolatis, quædam iocoſa ad gaudium prouocantia, quædam tamen à viris perfectis ſunt arcenda. Qui vero dicunt mendacium per quandam inaduertentiam, ſicut narrantes hiſtorias, aut multum, aut prolixè loquentes, debent confiteri quæ noſcunt falſa. Qui verò in prædicationibus narrant miracula non vera, aut hiſtorias deriſiuas ſeu fabulas, aut textum ſcripturæ ſacræ trahunt indebitè, vt coaptent verba, malè faciunt, & debẽt confiteri, quia tot veritates ſunt in ſcriptura quæ poſſunt dici, quod non oportet taliter facere, quoniam mendacijs non eget Deus.

Adulatio.

Adulatoria, vt ſunt verba blanditoria ad complacendum, vel vt commendetur, vel vt beneuolus fiat, vel ſeruitium recipiat, ſunt confitenda tanquam mendacia, exprimendo intentionem quàm habuit in prædictis, & potiſſime, qui adulatur geſtibus corporis, & actibus manuum, & oculorum, vt oſtendant affectionem, & compaſſionem ad aliquem, quia omnes tales ſunt mendaces & falſi.

### *Eruditio vtilis ad omnia ſupradicta.* *Cap.* 16.

VT autem ſcias melius confiteri, ſtudeas ſaltem, ſemel in die examinare, quomodo tempus expendiſti, & diſcurre per ſingulas horas cogitando loca in quib. fuiſti, cum quibus perſonis, quid cogitaſti, quid dixiſti, quid audiuiſti, quid feciſti, vt cognoſcas relaxationes linguæ, cordis, & ſenſuum, in quibus, & quotiens offendiſti, aut dediſti alijs materiam offendendi, & ſic ordina in mente tua, ſicut ea fueris memor commiſiſſe, quia melius explicabis omnia quorum fueris memor, & illa pluries pertracta, & ordinatè repete in mente tua, nec te pigeat, in tali examinatione exercere, quia pax, & lętitia mentis quam inde conſequeris, ſuper excedit omne gaudium mundanum. Quod ſi abſque difficultate magna, & cum magna tranquillitate animi, iſtum modum volueris obſeruare, ſtude in paucis delinquere, vt pauca poſſis recolere & confiteri.

Qualis debeat eſſe confeſſor.

Confeſſorem eligas compaſſiuum, probatum in tentationibus, & in via continentiæ ſe exercentem, cui ſæpe confitearis, & aperias omnes defectus clarè & lucidè, & ſtimulos quibus moleſtaris. Sit ille diſcretus, charitatiuus, humilis, & intelligens, ſic qđ poſſis ad ipſum confidenter recurrere, & ſciat tibi remedium adhibere. Aliter aũt ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Ad iſta melius obtinenda, neceſſaria eſt tibi ſolitudo, quæ eſt via primaria ad cordis munditiam, & tutela ad cuſtodiam. Vnde ſi es religioſus, ſi pacem quæris, hinc minimè egredieris. Verſus. Cella quaſi cœlum ſit tibi, qua cœlica cernas. Hic legas, hic ores, mediteris, crimina plangas. Pax eſt in cella, foris autem plurima bella. Si autẽ es ſæcularis, fuge conſortium quantum potes, niſi pro euidenti vtilitate aut neceſſitate. Expedit etiam, vt portes in corde propoſitum tibi cauendi pro poſſe ab omni offenſa Dei, & proximi, & debes te armare cum oratione dicendo, Deus in adiutorium meum intende, &cæ. quia ſine auxilio Dei impoſſibile eſt te à quantumcunque minimo peccato liberari. Et quamuis Deus permittat (quantumcunque ipſum rogaueris in oratione) vt in aliqua peccata incidas, non tamen propter hoc deſiſtas à bono propoſito bene operandi, quia hoc Deus permittit vt agnoſcas te infirmum, & continuè diuino auxilio te indigere, nihilque boni per te ipſum poſſe perficere, quantumcunque cupias, & proponas, propter quod oportet ſemper orare & non deficere. Ille autem ſemper orat q non ceſſat bene facere, & mala vitare deſiderat. Si autem ab incepto opere bono deſtiteris, eo quod in oratione non exaudiris, tunc eſt ſignum ꝙ ſpiritualis ædificij (quod eſt conſcientiæ puritas) cares principio, cui eſt annexa cognitio propriæ vtilitatis ad quod conſequitur virtus humilitatis quæ mentem in bono

confirmat, & facit hominem contentari de omnibus iudicijs & permiſſionib. diuinis, circa omnes creaturas & ſe. Dum. n. in veritate teipſum agnoſcis omnib. compateris, nullum odis, nulli inimicaris, plus gaudes de paſſionibus, & penis corporalibus, quam de conſolationib. carnalibus, quia te vides, iſta meruiſſe & eſſe vtilia, hæc autem eſſe periculoſa. Sic ergo omnia præter peccatum diligas, nihil te præter Deum afficiat, nihil te niſi culpa contriſtet. Et quoniam cognitio & accuſatio ſui ipſius, acquiritur per mentis munditiam, in ſolitudine & mentali oratione, neceſſe eſt, quiſquis ad hãc puritatem peruenire affectat, ſolitudinem velut matrem orationis, & mũditiæ amplectant, & ibi in lectione, & ſui cordis ſcrutatione ſe quotidie ſic exerceat, ꝙ omni ocioſitate vitata omniq; humana verecundia poſtpoſitã & deſpecta, ad veram, & puram, & integram, & plenam confeſſionẽ nunc ſe præparet, & diſponat.

### De modo cognoſcendi ſeipſum. Cap. 17.

POſtremò qui vult ad ſui perfectam cognitionem citò & faciliter peruenire, ac perfectè pacem conſcientiæ poſſidere. Primò cor ſuum ſpoliet omni amore & affectione ſenſuali à quacunq; perſona & re tẽporali, ſic quod inter Deum, & cor tuum nullum ſit medium, & nihil diligas extra Deum, nec præter Deum, & tunc talis affectio non erit medium impediens, ſed adiuuans & cooperans. Secundò exuat cor ſuum ab amore inordinatò ad ſeipſum, videlicet, quod non ſit fur & latro honoris, & laudis, appetendo aliquid de his quæ debẽtur ſoli Deo ſimpliciter. Nihil etiam terrenum appetat, niſi pro Dei ſeruitio, & vtilitate animę ſuę, vel proximi, & abneget propriam voluntatem, cupiat alienum velle potiuſquã ſuum perficere, nec à voluntate Dei, ac eius permiſſione animus ſuus diſcordet. Tertiò ad ſuæ conſcientiæ ſtimulum frequenter ſe exerceat, memorando præterita delicta, ſeipſum arguendo de negligentia, concupiſcentia, & nequitia. De negligentia quidem ſe arguat, ſi cor ſuum non bene cuſtodiuit, ſi tempus inutiliter expendit, ſi opera ſua in finem debitum non reduxit. Adhuc ſi fuit negligens in oratione, in lectione & boni operis executione, quorum vnum non ſufficit ſine altero. Adhuc ſi fuit negligens ad agendum pœnitentiam de commiſſis, ad reſiſtendum tentationibus à Deo permiſſis, ad proficiendũ in bonis ſibi impenſis. De concupiſcentia autem ſe repræhendat, cogitando ſi in ſe viuit, aut vixit concupiſcentia & voluptas appetendo dulcia, mollia, & cibaria ſapida, veſtimenta delitioſa, & oblectamenta luxurioſa, quæ omnia in primo motu ſunt fugienda. Item ſi viuit in ſe, vel vixit concupiſcentia curioſitatis, appetendo ſcire occulta Dei, aut creaturarũ, videre pulchra, habere pretioſa, & ſimilia, quæ omnia procedunt ex auaritia. Item ſi in ſe viuit, aut vixit concupiſcentia vanitatis, appetẽdo humanum fauorem, vel honorem, laudem, & propriam gloriam. Hæc & omnia quæ faciunt hominem vanum, ſunt fugienda à quocunque & maximè religioſo, qui debet ambulare in veritate coram Deo, & hominibus, in cunctis bonis operibus ſuis, & ordinare cor, verba, & opera in laudẽ Dei, & ędificationem proximi & vtilitatẽ ſui, nihil extra Deũ vllatenus appetendo. De nequitia verò ſe arguat cogitando ſi in ſe viuat aut vixit iracundia in verbo, manimo, vel in exteriori ſigno, & ſi aliquem ad iracũdiã prouocauit. Hoc autem vitium non poteſt corrigi, niſi per ſpiritum veritatis, vt. ſ. homo conſideret quid meruit per peccatum mortale, ac per hoc bonitatem Dei attendat, & patientiam quæ ipſum ſuſtinuit vſque nunc. Nec adhuc eum damnare vult, cum iuſtè poſſit, ac poterit quotiens mortaliter peccauerit. Cum ergo veritas ingreditur animam, & ibi permanet, omne cor impatiens, & furioſum efficitur humile, & manſuetum, & omne cor durum, & impium, efficitur pium, & compaſſiuum. Hæc autem virtus ingreditur ſolũmodo in cor mundatum. Item cogitet ſi in ſe viuit, aut vixit nequitia inuidiæ, quæ de bono alterius contriſtatur, & de malo iocundatur, quod vitium directè contradicit ſpiritui ſancto, & ideo ex inuidia oritur peccatum in ſpiritumſanctum, quod dicitur inuidentia fraternæ gratiæ, contra quod ſcriptum eſt in Matth. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum. Et ideo hoc peccatum non remittitur in hoc ſeculo, nec in futuro. Item cogitet ſi in eo eſt, vel fuit nequitia accidiæ, quæ conſurgit ex tedio boni, aut ex ocioſitate nimia, aut ex timore, vel dolore alicuius mali. Et ex hoc oriuntur peſſima, videlicet ſuſpitiones, malignæ cogitationes, blaſphemie, diffidentia de Deo, & finalis deſperatio. Ad hanc ſepiſſimè deueniunt inſolentię dediti, & qui ſe negligunt in bonis exercere, & tempus ſuum vtiliter expendere, nec non qui nimis eſt ambitioſus appetendo exceſſiuè honorem, talis, qui appetit ſupra meritum ſuæ ſufficientiæ, nunquam habet quod appetit, ſed quod peius eſt, iuſto Dei iudicio tanto magis ad ima trahuntur, quantò magis ſeipſos eleuauerunt, & procurauerunt per alios trahi ſurſum. Qui ergo hoc vitiũ vitare deſiderat, ſtudeat ocium euitare, ac mentis & corporis ſuperare pigritiam, eorumq; occaſiones præcidere, quæ ſunt amor quietis & immoderantia victus, propter has duas cauſſas, peccata peſſima ſunt perpetrata. Ex his occaſionaliter venit ira Dei ſuper Sodomã, & Gomorram. Idcircò ſancti patres, fugientes de ſeculo ad deſertum, contra illud vitium accidiæ quæ inficit & diſſipat omne bonum, ſtatim armis temperantiæ, & occupationis, & continentiæ (vt ocioſitatem radicem omnis mali incidęrent) ſe principaliter muniebant. Matth. 10

### De peccatorum origine. Cap. 18.

*De ingratitudine ſiue elatione.*

OMnium vitiorum capitalium vnum eſt initium, ſcilicet ingratitudo. Duplex eſt enim radix. ſ. timor malè humilians, & amor malè inflammans. Triplex fomentum eſt, concupiſcentia carnis, & oculorum & ſuperbia vitę. Septiformè caput eſt, ſuperbia, ira, inuidia, accidia, auaritia, gula, luxuria. Inter quæ ſunt quinque peccata ſpiritualia, & duo carnalia. Cũ tamen peccatum mortale non ſit aliud, quam receſſus à Deo, per ipſius contemptum, in ſe vel in ſuo præcepto. Contemptus autẽ Dei fit ſuperbia, igitur neceſſe eſt, vt omnis peccati mortalis culpa ſumat initium à ſuperbia. Quia vero nullus contemnit Deum vel ſuum præceptum, niſi qui aliquid ab ipſo timet perdere, aut vellet acquirere. Ideo oportet, ꝙ oẽ actuale peccatum trahat originem ab hac duplici radice, aut amoris, aut timoris. Omnis autem timor habet ortum ab amore, qa nullus timet perdere niſi ꝙ amat, iõ amor, & timor, ab eodem fouentur. Et quia amor inordinatus eſt reſpectu boni temporalis, & illud eſt interius excellentia, & exterius pecunia, inferius laſciuia carnis. Ideo tria ſunt fomẽta vitiorum capitalium, & actualium, ad quę dum anima inordinatè fertur, omnia peccata actualia ordiantur. Et quia hoc fit ſecundum ſeptiformem modum, ideo ſunt ſeptem peccata capitalia, ex quibus generatur vniuerſitas peccatorum.

### De peccato in Spiritum ſanctum. Cap. 19

QVamuis omne peccatum ſit contra Deum trinũ & vnum, appropriatur tamen aliquod peccatum in patrem, aliquod in filiũ, aliquod in Spiritum ſanctum. Peccatum aũt in Spiritumſanctum eſt irremiſſibile in hoc ſeculo, & in futuro, non quia in hoc ſeculo nõ poſſit remitti, ſed quia nõ dimittitur niſi raro, aut vix in hoc ſæculo quantũ ad culpam, & modicũ in futuro quantum ad pęnam. Huius autem peccati ſunt

ſex

ſex differentiæ. Inuidia fraternæ gratiæ. Impugnatio veritatis agnitæ, deſperatio, præſumptio, obſtinatio, finalis impœnitentia. Primum eſt contra charitatem Dei, in quantum dolet, quod Dominus Deus eſt bonus, qui ex bonitate ſua dat gratiam, & etiam eſt contra charitatem proximi. Secundum eſt contra veritatem fidei, quæ eſt fundamentum noſtræ ſalutis. Tertium eſt contra miſericordiam Dei, quia credit ſe plus peccaſſe, quã Deus poſſit parcere. Quartum eſt contra iuſtitiam Dei, quia tantum præſumit de miſericordia Dei, ꝙ credit ſe non debere puniri de peccatis, ac per hoc ſe relaxat ad peccandum, & pœnitere non curat. Quintum eſt contra gratiam pœnitentialem, quæ facit reſilire à peccatis commiſſis. Sextum eſt contra gratiam pœnitentialem, quæ facit præcauere à committendis, ſecundum quod ipſa finalis impenitentia dicitur propoſitum non pęnitendi. Sic enim eſt ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum. Secundum autem quod dicit continuationem peccati vſque in finem, ſic eſt ſequela omnium mortalium, quę in hac vita non remittuntur, & maximè omnium ſpecierum peccati in ſpiritum ſanctum. Et ſic omne peccatum initium ſumit à ſuperbia, & finem habet à finali impœnitentia in quam qui deuenit, punitur in gehenna, à qua finali impœnitentia nullus peccans mortaliter poteſt liberari, niſi interueniat gratia mediatoris Chriſti.

Peccati in ſpiritum ſanctum. 6. differentiæ.

*Peccati deſcriptio. Cap. 20.*

CVm omne peccatum dicat receſſum voluntatis à primo principio, inquantum ipſa voluntas nata eſt agi ab ipſo, & ſecundum ipſum, & propter ipſum, ideo omne peccatum eſt inordinatio mentis vel voluntatis, circa quam nata ſunt eſſe virtus, & vitium. Peccatum igitur Actuale ſecundum Augu. eſt dictum vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Vel eſt actualis inordinatio voluntatis. Inordinatio autem iſta, aut eſt tanta quod ordinem exterminat iuſtitiæ, & ſic dicitur peccatum mortale, quod natum eſt auferre vitam ab anima, ſeparando ipſam à Deo, per quem viuificatur anima iuſti: aut eſt tam modica, quod ordinem iſtum non perimit, ſed aliquantum perturbat, & ſic dicitur veniale peccatum, quia de ipſo citò poſſumus veniam obtinere, pro eo quod ipſum non tollit gratiam, non incurritur inimicitia Dei. Ordo autẽ iuſtitiæ eſt, vt bonum æternum præferatur temporali & bonum honeſtum vtili, & Dei voluntas propriæ, & iudicium rationis præſit ſenſualitati humanæ. Et quia lex Dei præcipit hoc, & vetat oppoſitum, ideo quando præfertur temporale æterno, vtile honeſto, ſenſualitas rationi, voluntas propria diuinę; tunc committitur peccatum mortale. De quo dicit Ambroſius quod eſt preuaricatio legis Dei, & cœleſtium inobedientia mandatorum. Hæc autem committitur, quando omittititur quod lex pręcipit, ſiue fit quod lex vetat. Ex quo oritur duplex genus peccati, ſcilicet delictum, & commiſſum. Quando uero bonum temporale plus debito diligitur, ſed non præfertur æterno; & quando honeſto præfertur vtile, & naturalis voluntas plus debito amatur, ſic tamen quod non præfertur diuinæ, & caro concupiſcit, non præfertur iudicio rationis rectę, tunc eſt tantum peccatum veniale, quia licet hoc ſit præter legem Dei, non tamen eſt directè contra eam. Senſualis autem appetitus non præfertur rectæ rationi, ſi quando ratio ei conſentit, ideo peccatum mortale non committitur ſine conſenſu. Si autem ſenſualitas inordinatè moueatur, cum iſta inordinatio ad malum declinet, & in hoc ratio non conſentiat, non eſt aliquod peccatum, quia nec aliquo modo lædit ordinem iuſtitiæ. Et quia in ſtatu innocentiæ non mouebatur ſenſualitas niſi ſecundum motum rationis, ideo ſtante hoc non poterat ibi eſſe veniale peccatum. Nunc autem quia rationi repugnat ſenſualitas, velimus, nolimus, ideò neceſſe habemus committere veniale peccatum aliquod per primos motus. Et licet particulariter ac ſingillatim poſſint deuitari, omnia tamen nullo modo poſſunt caueri, quia ſicut peccata ſunt, ita & pęnæ peccati originalis vel actualis. Et ideo meritò dicuntur venialia, quia hoc ipſo digna ſunt venia. Verum quia ratio his conſentire non compellitur, ſi poſt conſenſum delectationis conſentiatur in opus, tunc eſt plenus conſenſus, ac per hoc eſt peccati conſummatio, quæ peruenit vſque ad ſupremam portionem rationis, ex qua pendet plenitudò conſenſus. Quia verò non ſolum conſenſus in opus, verum etiam in delectationem eſt, in quo inferior pars ſequitur ſenſualitatem, ideò ſi in delectationem ſenſualem, ratio ſenſualitati conſentiat, & ſuccumbat, propterea fit ſubuerſio ordinis, recti & iuſtitiæ, propter ꝙ committitur peccatum mortale, quamuis minus graue, quia non ſolum imputatur inferiori parti rationis, ſed etiam ſuperiori, qua debuit compeſcere, & cohibere inferiorem, ne conſentiat.

Peccatum mortale, & veniale.

*Confeſſio ſiue humiliatio ſui ipſius. Cap. 21.*

ECce deſcripſi cor mundum, & conſcientiam puram vir ego immundus & maculatus, multum me oſtẽdere ſciens, & meipſum neſciens, alienos defectus dijudicans, & meos non inſpiciens, vitia & occaſiones vitiorum vobis aperiens, & ipſa vitia in meipſo corrigere negligens, feſtucam in oculo alieno perſpiciens, & in meo trabem non conſiderans, alienæ vitæ dux eſſe præſumens, & moderamina vitæ propriæ non tenens, omnium mores diſcutiens, & meos non deferens, erga meipſum cęcus permanens, & circa alios oculatus exiſtẽs, fraterna tamen charitate coactus, quia omnium fratrũ animos ſincerè amplector, eò maximè quò eos ſentio perfectam cordis affectare munditiam, mundumque cor ſolicitè ac ſtudioſè perquirere, quo ipſam attingere valeatis (vt ſupra ſcriptum eſt) veſtra charitatiua dilectio humiliter & benignè ſuſcipiat, vbi ſicut in ſpeculo & exemplo veriſſimo viam & ianuam per quam ingreditur anima in atrium domus Domini, (quod eſt conſcientiæ puritas) diligentiſſimè ſpeculetur, firmiter attẽdentes quod ad dictum atrium nullus vnquam in hac vita peruenit, niſi modo prędicto ſeipſum agnoſcere ſtudeat, ſecundum notitiam ſibi datam à Domino, ſuamque conſcientiam mundam & immaculatam ſeruare, & hoc per confeſſionem puram veram & integram ſuperius memoratam. Ipſe nanq; modus confitendi ſuper humilitate perfecta fundatur, procedens ex filiali Dei timore, qui non patitur in corde habitare peccatum, nec circunſtantias peccati, quibus putet Deum eſſe offenſum, dummodo ſtatim euomat per confeſſionem, ſecundum ſui poſſibilitatem, & notitia habitam de peccato. Et huiuſmodi ſollicitudo, ſeruandi cor mundũ & conſcientiã puram, eſt ſignũ congruum & euidens quod quis inter electos Dei filios cõputetur. Vnde talis anima ſecure poteſt dicere. Domine dilexi decorem domus tuæ, ideſt munditiam animæ meę, & locum habitationis gloriæ tuę, ideſt puritatem conſcientiæ meę. Et ratio. Quia in voluntate tua præſtitiſti decori puritatis meę virtutem, & in iuſtitia apparebo purus & mundus in conſpectu tuo, & ſatiabor cum apparuerit gloria tua. Ad quam nos perducat ipſe Deus, qui viuit, & regnat in ſęcula ſęculorum. Amen.

Recognitio modeſtiſſima auctoris.

SERA-

# SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

## TRACTATVS, QVI PHARETRA NVNCVPATVR.

Præfatio.

IN conuerſionis meę primordio cum ob mentis recreationem auctoritates ſanctorum legerem, legens varias corruptiones perciperem, placuit mihi, vt ad ipſum fontem originalium recurrerem & ob maiorem certitudinem, ipſemet aliqua perciperem, quæ poſtmodum vt ſciui ordinaui, vt quę ad meditationem, prædicationem diſputationem ibidem eſſent vtilia, leuius reperirentur. Hoc autem ſciat lector ꝙ reperi aliquando diuerſos doctores vnum dixiſſe, aliquando eundem doctorem idem in diuerſis libris. Diſtinxi autem opuſculum iſtud per quatuor libros, vt dicatur liber primus de perſonarum varietate. Secundus de principalium vitiorum & virtutum multiplicitate. Tertius de pericul. Quartus de gratioſis. In vnoquoque libro poſui quinquaginta capitul. quia talis numerus iubilei eſt figuratiuus. Opuſculum autem iſtud Pharetram appellaui, quia ſicut in Pharetra iacula reponuntur, quibus hoſtis hoſtem ferit, vulnerat, & deijcit, ſic & hæ variæ auctoritates fide dignorum, quas ſi manu operationis tenemus, hoſtem antiquum deijciemus. Sciendum quoque quod cum dico idem, non apponendo vbi intelligendum eſt, in priori libro antea poſito fore. Originalia iſta ſubſcripta ipſe excepi.

*De Beato Gregorio.*

Moralia.
Super Ezechielem.
Regiſtrum ideſt Epiſtolas.
Homilias.
Paſtorale.
Dialogum.
Cantica.

*De Beato Ambroſio.*

De virginitate li. 4.
De viduitate lib. 2.
De officijs li. 1.
De Patriarchis.
De exceſſu ſatyri.
De fide reſurrectionis.
De hexameron.
De figura ſeculi.
De obitu Theodoſij.
De Apologiam Dauid.
Paſtorale.
Sermones.
Epiſtolas.
Supet Lucam.
Super beati immaculati.

*De Io. Chriſoſtomo.*

Super Matthæum bis.
Super Ioannem
De compunctione.
De militia ſpirituali.
De militia Chriſtiana.
De eo quod non læditur homo, niſi à ſeipſo.
Sermones.
Epiſtolam.

*De Iſidoro.*

Ethymologias.
Synonyma.
De ſummo bono.
De ortu & obitu antiquorum.
De nouo teſtamento.

*De Cypriano.*

De 12. abuſibus.

*De Auguſtino.*

De Ciuitate Dei 22. lib.
De Trinitate li. 15.
De Doctrina Chriſt. lib. 4.
De vita Chriſti. 2.
De Diſciplina Chriſtiana.
De Agone Chriſtiano 1.
De confeſſionibus 13.
De gratia noui teſtamenti.
De moribus Eccleſiæ 1.
De vera religione 1.
De cōſenſu quatuor Euangeliſtarum. lib. 4.
De incarnatione verbi. 1.
De eſſentia diuinitatis.
De magiſtro 1.
De ordine diſciplinæ 1.
De opere monachorum. 2.
De ſingularitate clericorum 1.
De 83. quæſtionibus 1.
De ſex quæſtionibus contra paganos.
De quæſtionib. noui & veteris teſtamenti. 1.
De quinque reſponſionibus 1.
De eccleſiaſticis dogmatibus.
De decem chordis 1.
De paſtoribus. 1.
De ouibus. 1.
De cathechizandis rudibus. 1.
De mirabilibus ſacræ ſcripturæ.
De moribus Manichæorum. 1.
De diuinatione dęmonum.
De ſoliloquijs. 2.
De meditationibus. 1.
De virginitate. 1.
De viduitate. 1.
De bono coniugali. 1.
De coniugijs adulterinis 2.
De quantitate animæ. 1.
De duabus animabus 2.
De natura boni. 1.
De natura & gratia. 1.
De correctione & gratia. 1.
De gratia & libero arbitrio 1.
De libero arbitrio. 3.
De ſpiritu & litera. 1.
De vita bona. 1.
De perfectione iuſtitiæ. 1.
De prædeſtinatione diuina. 1.
De fide ad Petrum. 1.
Ad Oroſium. 1.
Ad Bonifacium. 1.
De pœnitentia. 1.
De patientia. 1.
De perſeuerantia. 1.
Regulam.
Enchiridion.
De cura pro mortuis. 1.
De ſymbolo. 4.
De ieiunio ſabbati. 1.
De vtilitate credendi. 1.
De laude charitatis. 1.
De vnico baptiſmo. 1.
De baptiſmo paruulorum. 3.
De ſermone Domini in mōte. 2.
De ſententia Iacobi, ad Hieronymum.
De conflictu vitiorum.
Super Geneſim ad literam, lib. 11.
Super Geneſim contra Manicheos. lib. 9.
Epiſtolas.
Sermones.
De mendacio. 1.
Contra mendacium.
Contra Iulianum. 7.
Contra Adamantium. 1.
Contra quinq; hæreſes. 1.
Contra Donatiſtas.
Contra Epiſtolam fundamenti. 1.
Contra aduerſarios legis, & Prophetarum. 1.

*De Hieronymo.*

Super Iſaiam.
Super duodecim prophetas.
Epiſtolas.
Homilias.

*De beato Bernardo.*

Super Cantica.
Super miſſus eſt.
Super Qui habitat.
Super Ecce nos.
De conſideratione.
De præceptorum diſpenſatione.
De libero arbitrio.
De diligendo Deum.
De amore Dei.
De duodecim gradibus.
Epiſtolas.
Apologiam.
Meditationes.
Sermones.
Flores.

*De Anſelmo.*

De ſimilitudinibus.
Meditationes.

*De Caſſiodoro.*

De anima.

*De Seneca.*

Epiſtolas.
De copia verborum.
De clementia.
De liberalitate.
De ſpiritu, & anima,
Et aliqua de alijs libris & gloſis.

PHA-

# PHARETRAE LIB. I.

## In quo de Perſonarum Varietate Tractatur.

### De Deo. Cap. I.

GREGORIVS in moralibus. Deus ipſe manet intra omnia, ipſe eſt extra omnia, ipſe ſupra omnia, ipſe infra omnia, & ſuperior eſt per potentiam, & inferior per ſuſtentationem, & exterior per magnitudinem, & interior per ſubtilitatem. Idem. Deus hoc eſt, quod habet, æternitatem quippe habet, & ipſe eſt æternitas, lucem habet, & lux ſua ipſe eſt. Idem. Omnipotens Deus & ſi plerunque mutat ſententiam, conſilium nunquam. Idem. Omnipotens Deus, quid nobis profuturum eſſe valeat, ſciens diſſimulat exaudire dolentium vocem, vt augeat vtilitatem, vt vita per pœnam purgetur, & quietis tranquillitas quæ hic inueniri non valet, alibi quærat. Idem. Omnia humana, quæ iuſta, quæ pulchra ſunt, Dei iuſtitiæ & pulchritudini comparata nec iuſta, nec pulchra ſunt, ſed nec omnino ſunt. Idem. Conditor noſter mira diſpenſatione conſilij, & culpas noſtras reſpicit, & viuendi tempora impendit, vt longiora vitæ temporalis ſpatia aut conuerſio fiant adiutorium muneris, aut non conuerſo, augmentum damnationis. Idem in Homili. Vbique nobis occurrit ſuperna medicina, quia Deus, & dedit homini præcepta ne peccet, & tamen peccanti dedit remedia ne deſperet. Idem ſuper Ezechiel. omnipotens Deus qui ſibimet ipſi diſſimilis non eſt, ea virtute videt omnia, qua audit omnia, & ea virtute iudicat omnia, qua creauit omnia. Aug. in epiſtola, Deus vbiq; præſens eſt & vbiq; totus præſens, nec tamen vbique habitans, ſed in templo ſuo. Capitur autem habitans ab alijs plus, ab alijs minus. Idem. Deus totus oculus eſt, totus manus, totus pes eſt. Totus oculus eſt, quia omnia videt, totus eſt manus, quia omnia operatur, totus pes, quia vbique eſt. Idem. Non tantummodo in hoc nos adiuuat Deus, vt ſciamus quid agendum ſit, verum etiam vt amando agamus, quod diſcendo iam ſcimus. Idem dicit Hieronym. dixiſſe videre Deum ſicut eſt in natura ſua, oculus hominis non poteſt, nec ſolum homo, ſed nec Angeli, nec Throni, nec Poteſtates, nec Dominationes, ſed nec omne quod nominatur. Idem de confeſſionibus. Pœnitet te Deus, & non doles, iraſceris & tranquillus es, opera mutas, nec mutas conſilium. Idem. O quam excelſus es Domine, ſed humiles corde ſunt domus tuæ, tu enim erigis eliſos, & non cadunt quorum celſitudo tu es. Idem. Voluntas & potentia Dei, Deus ipſe eſt. Idem ſuper Geneſi. Contra Manich. Deum dicimus tantæ bonitatis eſſe, tantæ iuſtitiæ, tanteq; incorruptionis, vt neque peccet, neque alicui noceat, qui peccare noluerit, nec ipſi aliquis, qui peccare voluerit. Idem in Soliloquijs. Conſtanter Deo crede, eique te totum committe quantum potes. Noli velle eſſe quaſi proprius, & in tua poteſtate, ſed eius clementiſſimi, & vtiliſſimi Domini te ſeruum eſſe profitere, ita enim te ad ſe ſubleuare non deſinet: nihilq; tibi euenire permitteret: niſi quod tibi proſit: etiam ſi neſcias, Idem de coniugijs adulterinis. Abſit vt catholicus quiſquam dixerit: quando ſuadet ſpiritus ſanctus, non Deum ſuadere, cum ipſe Deus ſit, & inſeparabilia ſint opera Trinitatis. Idem de ciuita. Dei. Patientia Dei ad pœnitentiam inuitat malos, ſicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. Ambro. ſuper Lucam. Nihil præſcriptum, nihil circumſcriptum, nihil emenſum, nihil dimenſum Trinitas habet, non loco clauditur, nec opinione comprehenditur, non eſtimatione concluditur, non ætate variatur. Iſidor. de ſum. bon. Ille qui nos malos tolerat: non dubium eſt quin conuerſis clementer ignoſcat. Idem, Cum de Deo nec ſecundum quantitatem, nec ſecundum qualitatem, nec ſecundum ſitum, nec ſecundum habitum, aut motum, aliquid dignè dicatur, ineſt tamen ei & quodammodo latitudo Charitatis, qua nos & ab errore colligit & continet in veritate. Ineſt ei & longitudo, qua longanimiter nos malos portat, donec emendatos patriæ futuræ reſtituat. Ineſt ei & altitudo, per quã omnem ſenſum ſuæ ſcientiæ immenſitate exuperat. Ineſt ei & profundum, quo damnandos inferius iuxta æquitatem diſponens præordinat. Ionan. Chryſoſt. ſuper Matth. Deus inuitus compellitur, & cum magno dolore peccatores damnare. Non enim ſic dolet, quia & ipſe ab eis offenditur, ſed quia quaſi violenter cogitur perdere aliquem, qui omnes cupit ſaluare. Idem. Deus gaudet, non de ſuo lucro, ſed de ſalute noſtra, triſtatur, non de ſua iniuria, ſed de noſtra perditione. Bernard. in libr. de conſidera. Deus amat, vt charitas, nouit, vt veritas, ſedet, vt æquitas: dominatur, vt maieſtas: regit, vt principiũ: tuetur, vt ſalus: operatur, vt virtus, reuelat, vt lux, afficit, vt pietas. Idem. Deus non partibus conſtat: vt corpus, non affectibus diſtat, vt anima: non formis ſubſtat, vt materia, non mutatur, vt omne quod factum eſt. Idem ſuper Qui habitat. Vigilat ſuper nos, indefeſſus, & peruigil ille ſingularis clementiæ oculus, non dormit neque dormitat qui cuſtodit Iſrael. Et id quidem neceſſe eſt, quia etiam non dormit, neque dormitat qui impugnat Iſrael. Idem in ſerm. 4. Quatuor filiæ magnæ miſericordiæ Dei ſunt: immiſſio amaritudinis, ſubtractio opportunitatis, virtus reſiſtendi, & ſanitas affectus. Auctor de ſpiritu & anima. Nemo de Dei pietate diffidat, quoniam maior eſt eius miſericordia quàm noſtra miſeria; & quiſquis ad eum toto corde clamauerit exaudiet illum, quia miſericors eſt. Tardius ſiquidem ei videtur eſſe peccatori veniam dare, quã ipſi peccatori veniam accipere. Sic enim feſtinat Deus abſoluere tormenta compaſſionis ſuæ, quaſi plus cruciet eum compaſſio miſeri, quam ipſum miſerũ paſſio ſui. Glo. Ioan. 5. Deus natura miſericors paratus eſt, vt ſaluet per clementiam, quos ſaluare non poteſt per iuſtitiam.

Dei (ut Deus eſt) multas ꝓprietates ac cumulat ex varijs doctorib.

Deus nullius eſt prędicaměti.

### De Chriſto. Cap. 2.

GRegor. in moral. Nuntiante angelo, et adueniente ſpirituſancto: mox verbum in vtero & mox intra vterum verbum caro, & manente incommutabili eſſentia verbi, quæ ei eſt & cum patre & cum ſpirituſancto coæterna: aſſumpſit intra virginea viſcera matris, vt impaſſibilis pati, & immortalis mori, & æternus ante ſęcula temporalis poſſit eſſe in fine ſęculorum, vt per ineffabile ſacramentum conceptu ſancto: & partu inuiolabili ſecundum veritatem vtriuſque naturæ, eadem virgo, & ancilla Domini eſſet, & mater. Idem: Ad hoc Dñs apparuit in carne, vt humanam vitam admonendo excitaret: exempla præbendo accenderet: moriendo redimeret, reſurgendo repararet. Idem. In altitudine ſua diuinitas à bonis, vtpote paruulis apprehendi non potuit: ſed ſtrauit ſe hominibus per humanitatem, & quaſi in iacentem aſcendimus, ſurrexit et leuati ſumus. Idem. Qui nos exiſtere fecit ex nihilo, etiam ſine ſua morte reuocare nos potuit à diabolica paſſione, ſed ut quanta eſſet uirtus compaſſionis oſtenderet, fieri pro nobis dignatus eſt, quod nos eſſe voluit, vt in ſemetipſo temporaliter mortem ſuſciperet,

Verbi incarnatio.

Cur incarnatum.

Cur paſſus Chriſtus.

ſuſciperet, quam a nobis in perpetuum fugaret. Idem. Mos medicinæ eſt, vt aliquando ſimilia ſimilibus, aliquando contraria cōtrarijs curet. Nam ſæpe calida calidis, & frigida frigidis, ſæpe etiam calida frigidis, & frigida calidis ſanare conſueuit. Veniens ergo ad nos deſuper medicus noſter, & tantis nos inueniens languoribus oppreſſos, quiddam nobis ſimile, & quiddam nobis contrarium appoſuit: ad homines quippe homo venit, ſed ad peccatores iuſtus. Idem. Is qui propter nos minor angelis ſibi extitit: æquales nos angelis, virtute ſuæ minorationis fecit: vnde & moriendo docuit mortem, non metui: reſurgendo docuit de vita confidi, aſcendendo de cœleſtis patriæ hæreditate gloriari. Idem ſuper Ezechiel. Vt humanum genus à ſuo languore ſanaret: tunc magna apparuit potentia medici, cum languor creuit ægroti. Idem in regiſtro, Ad hoc vnigenitus Dei filius formam infirmitatis noſtræ ſuſcepit, ad hoc inuiſibilis nō ſolum viſibilis, ſed etiam deſpectus apparuit, ad hoc cōtumeliarum ludibria, illuſionum probra, paſſionum tormenta tolerauit, vt ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus. Idem Deſcendens ad inferos Chriſtus ſolos illos, per ſuam gratiam liberauit, qui eum & venturum eſſe crediderunt, & præcepta eius viuendo tenuerunt. Idem in Homilia, Deus qui in vtero virginis incarnatus, in mundum ſine peccato venerat, nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat. Io. Chryſoſtom. in ſer. Chriſtus viator factus eſt, vt te ſine labore faceret. Ex muliere natus eſt, vt præuaricationem Euæ deleret, homo appellatus eſt, vt te Deum vocaret. filius hominis dictus eſt, vt te in filium adoptaret Dei. Idem. O miſericordia Chriſti: o Iudæ dementia. Ille enim triginta denarijs paciſcebatur vt venderet, & Chriſtus ei ſanguinem, quem vendidit offerebat. Idem. Non ſub tecto, ſed ſub cęlo Chriſtus immolabatur: vt vniuerſus aer in excelſo immolatæ ouis odore à tetro mundaretur. Sed & terra ſimile beneficium ſentiebat decurſi de latere ſanguinis ſtillatione mundata. Ambroſius de virginitate. Omnia Chriſtus eſt nobis: ſi vulnus curare deſideras, medicus eſt: ſi febrib. eſtuas, fons eſt, ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt, ſi auxilio indiges, virtus eſt, ſi mortem times, vita eſt: ſi cœlum deſideras, via eſt, ſi tenebras fugis, lux eſt, ſi cibum quæris, alimentum eſt. Guſtate igitur & videte quoniam Dominus ſuauis eſt. Idem ſuper Lucam. Me illius infantiæ Chriſti vagientis abluunt fletus: illę lachrymæ mea delicta lauerunt. Plus igitur Domine Ieſu debeo iniurijs tuis, quibus redemptus ſum, quam operibus tuis quibus creatus ſum, non prodeſſet naſci, niſi redimi profuiſſet. Idem. Non ſolum fidem firmat, ſed & deuotionem acuit, quod Chriſtus vulnera ſuſcepta pro nobis cœlo inferre voluit, abolere noluit, vt Deo patri noſtræ precia libertatis oſtenderet. Auguſtin. in meditationibus, Quid eſt Ieſus niſi Saluator, ergo propter temetipſum eſto mihi Ieſus, noli Domine, noli ſic attendere malum meum, vt obliuiſcaris bonum tuum, ò bone Domine ſi ego commiſi vnde damnare potes, tu non amiſiſti vnde ſaluare ſoles. Idem de vera religione. Nullum peccatum committi poteſt, niſi cum appetuntur ea, quæ Chriſtus contempſit, aut fugiuntur, quæ ille ſuſtinuit: tota itaque vita eius in terris per hominem quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit. Idem contra Iulianum. Caro Chriſti mortalitatem de mortalitate materni corporis traxit, quia mortale corpus eius inuenit: contagium verò peccati originalis non contraxit, quia concumbentis concupiſcentiam non inuenit. Idem. Chriſtus in Carne quidem & de carne non tamen carnaliter, ſed ſpiritualiter natus eſt, natus eſt. n. de ſpiritu ſancto ex Virgine Maria, de ſpiritu ſancto, vt non eſſet in illo caro peccati, ex virgine autem Maria, vt eſſet in eo

De deſcenſu ad inferos.

Cur Deus homo.

Chriſtus nobis oĩa.

Ieſus ſaluator.

Natiuitas Chriſti Spirituali.

ſimilitudo carnis peccati. Idem contra quinque hæreſes, Fuſus eſt ſanguis medici, & factum eſt medicamentum frenetici. Idem in libro de paſtoribus. Ab omnibus tentationibus te eruet Dominus: ſi ab illo non receſſerit cor tuum. Nam ad confortandum cor tuum venit ille pati, venit ille mori, venit ſputis illini, venit ſpinis coronari, venit opprobria ſufferre, venit poſtremo ligno configi, omnia hæc ille pro te: tu nihil pro illo ſed pro te. Idem de cathechiza. ru. Omnia bona terrena contempſit homo factus Dominus Ieſus, vt contemnenda monſtraret, & omnia terrena mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcepit, vt neque in illis quæreretur fœlicitas, neque in iſtis infœlicitas timeretur. Idem de prædeſtinatione diuina. Venit filius Dei quærere quod perierat, ſanare, quod ægrotabat, erigere quod iacebat, poteſtatem habens dimittere peccata, quod non debebat, donare, quod ei debebatur, ignoſcere. Idem de ordine diſciplinæ. Quod hoc noſtri generis corpus tantus propter nos Deus aſſumere atque agere dignatus eſt, quanto videtur vtilius, tanto eſt clementia plenius, & à quadam ingenioſorum ſuperbia longè lateque remotius. Idem in Epiſtola. Ipſa virtus per inuiolata matris virginea viſcera membra infantis eduxit, quæ poſtea, per oſtia clauſa membra iuuenis introduxit. Idem de verbis Domini. multos filios Dei feci vnicus filius Dei: emit ſibi fratres ſanguine ſuo, probauit reprobatus, redemit venditus, honorificauit iniuriatus, viuificauit occiſus. Dubitas quod dabit tibi bona ſua, qui non dedignatus eſt ſuſcipere mala tua. Idem in ſermone, Expalmatur, qui eſt vera palma victoriæ, ſpinis coronatur, qui ſpinas peccatorum venit confringere, ligatur, qui ſoluit compeditos. ligno ſuſpenditur, qui erigit eliſos, aceto potatur, fons vitæ, diſciplina ceditur magiſter aliorum, ſalus vulneratur, vita moritur, occidit ad tempus vitam mors, vt in perpetua vita occideretur mors. Iſido. de ſum. bo. Chriſtus, ſicut peccatum quod pœna dignum eſt, non admiſit, ita pœnam peccati noſtri ſuſcepit, vt per indebitam pœnam ſuam debitam aboleret culpam noſtram, vt per hoc amitteret diabolus quos reos tenebat, dum vnum interfecerat, qui nihil peccati admiſerat. Rabanus in libro de laude crucis. Paſſio Chriſti Cęlum ſuſtentat; mundum regit, tartarum perfodit, in ea confirmantur angeli, redimuntur populi, conteruntur inimici, ſtabiliuntur ſubſtinentia, animantur viuentia, conſeruantur ſentientia, illuſtrantur intelligentia. Inde timor ductus à pœna fideles liberat, triſtitia ſalubris pœnitentes à peccatis mundat concupiſcentia boni, virtutum fructus germinat, gaudium vitę ſpe confidentes lætificat. Bernard. ſuper cantica. In carne Chriſtus & per carnem potenter ac patienter operatus eſt mira, locutus ſalubria, paſſus indigna, per quę euidenter oſtendit, quia ipſe ſit, qui potenter, ſed inuiſibiliter omnia condidiſſet, ſapienter regeret: benignè protegeret. Idem. Fruſtra huius ſęculi ſapientes de quatuor virtutibus cardinalibus tam multa diſputauerunt, quas tamen apprehendere omnino nequiuerunt, cum illum neſcierunt qui factus à Deo eſt nobis ſapientia, docens prudentiam, & iuſtitiam, delicta donans, & ſanctificatio in exemplum temperantiæ continenter viuens, & redemptio in exemplum patientiæ fortiter moriens. Idem. Vtrumque mihi es Domine Ieſu, & ſpeculum patiendi, & præmium patientis: vtrunque fortiter prouocat ac vehementer accendit, Idem. An ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ad hoc ſiquidem diu ſuſpendit ſententiam vltionis à contemnente, vt quandoque exhibeat remiſſionis gratiam in pœnitent. Idem Chriſtus in carnis aſſumptione condeſcendit mihi in culpæ vitatione conſuluit ſibi, in mortis ſuſceptione ſatisfecit patri, amicus

Tentatis pſto eſt Dominus.

Aduentus Chriſti.

Redēptio.

Paſſio Chriſti.

Virtutũ diſputatio Philoſophos inanis.

eus dulcis, conſiliarius prudens, adiutor fortis huic ſecurus me credo, qui ſaluare me velit, nouerit, atq; poſſit. Idem Ieſus mel eſt in ore, melos in aure, iubilus in corde. Idem. Eſt inter oleum & nomen Ieſus ſimilitudo in quibuſdam qualitatibus olei, quod lucet, quod paſcit, quod vngit, fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina. Vide idem de hoc nomine Ieſu, lucet prædicatum, paſcit recogitatum, lenit & vnit inuocatum. Idem. Ego omnino fidenter quod ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus domini, quoniam miſericordia affluunt: nec deſunt foramina per quæ effluat, foderunt manus eius, & pedes, latusque lancea perforauerunt, & per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. Idem. Ego fratres ab ineunte mea conuerſione pro aceruo meritorum, quæ mihi deeſſe ſciebam, mihi faſciculum hunc colligare, & inter vbera mea collocare curaui collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinib. Domini mei, primum, ſcilicet infantilium illatarum neceſſitatum, deinde laborum quos pertuli in prædicando, fatigationum in diſcurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lachrymarum in compatiendo, inſidiarum in colloquendo, poſtremò periculorum in falſis fratribus, conuitiorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum, exprobrationum, clauorum, horumque ſimilium. Idem Petra refugium herinacijs, & re uera refugium. Vbi enim eſt, tuta firmaque requies infirmis, niſi in vulneribus Chriſti Saluatoris? Tanto illic ſecurior habito, quanto ille potentior ad ſaluandum, fremit mundus, præmit corpus, inſidiatur diabolus, non cado, fundatus enim ſum ſupra petram. Idem. Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio, prorſus copioſa, quia non gutta ſanguinis, ſed vna largiter per quinque partes corporis emanauit. Quid tibi debuit facere & non fecit? illuminauit cœcum, ſoluit mutum, reduxit erroneum, reconciliauit reum. Idem. Omnino propter manſuetudinem quæ in te prædicatur, currimus poſt te Domine Ieſu, audientes quod non ſpernas pauperem, peccatorem non horreas. Idem. Vult benignus dux deuoti militis vultum & oculos in ſua ſuſtolli vulnera, vt illius ex hoc animum erigat, & exemplo ſui reddat ad tolerandum fortiorē enim verò non ſentiet ſua dum illius vulnera intuebitur. Idem in floribus. Sitio inquit Dominus, Domine quid ſitis? ergo ne te plus cruciat ſitis, quam Crux: de Cruce ſiles: & de ſiti clamas? Sitio quid? veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium, plus animarum veſtrarum quam corporis mei cruciatus me tenet. Idem. Quid tibi reſpondam Domine: quid loquar, aut quid retribuā? feciſti mihi de corpore tuo ſpeculum animæ meæ. Idem in ſermon. Exinaniuit Chriſtus ſemetipſum formam ſerui accipiens, filius erat & factus eſt tanquam ſeruus, nec ſolum formam ſerui accepit, vt ſubeſſet, ſed etiam mali ſerui, vt vapularet, & ſerui peccati, vt pœnam ſolueret, cum culpam non haberet. Idem. In paſſione Domini tria ſpecialiter conuenit intueri, opus, modum, cauſam. Nam in opere quidem patientia: in modo humilitas, in cauſa charitas commendatur. Idem. Quam dulciter Domine Ieſu Chriſte cum hominibus conuerſatus es: quam abundā ter multa, & magna bona hominibus largiri dignatus es: quam fortiter tam indigna, quàm aſpera pro hominibus paſſus es: ita vt liceat ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo: duro ad verba, duriore ad verbera, duriſſimo ad horrenda crucis ſupplicia. Idem. Vide nunc opera Domini quæ poſuit prodigia ſuper terram, flagellis cæſus, ſpinis coronatus, clauis confoſſus, affixus patibulo, opprobrijs ſaturatus, omnium tamen dolorum immemor, ait, pater ignoſce illis. Idem. Videns Deus homines animo carnales effectos, tantum eis dulcedinis in carne exhibuit, vt duriſſimi cordis ſit, quiſquis eum toto affectu non diligit. Idem. An trepidas ad Chriſtum accedere? frater tuus eſt; caro tua, per omnia tentatus abſq. peccato, vt miſericors fieret. Idem. Quis cogitare ſuffecerit, qualiter Dominus preuenit nos, venerit ad nos, ſubuenerit nobis? ſingularis illa maieſtas voluit mori, vt viueremus, ſeruire, vt regnaremus, exulare, vt repatriaremus, & vſque ad ſeruiliſſima opera inclinata eſt, vt conſtitueret nos ſuper omnia opera ſua. Anſelm. in libro, Cur Deus homo. Quatuor modis poteſt Deus facere hominem, aut de uiro & fœmina: ſicut aſſiduus demonſtrat vſus, aut nec de viro nec fœmina, ſicut creauit Adam, aut de viro ſine fœmina, ſicut fecit Euam; aut de fœmina ſine viro, quod nondum fecit. Vt igitur hunc quoque modum probet ſuæ ſubiacere poteſtati, & hoc ad ipſum opus dilatum eſſe, nil cōuenientius quam vt de fœmina ſine viro aſſumeret humanitatem. Vtrum autem de virgine aut de non virgine dignius hoc fiat, non eſt opus diſputare, ſed ſine omni dubitatione aſſerendum eſt, quia de virgine naſci Deum oportebat. Bernard. in Aduentu Domini. Si perſonam aduenientis intueor: non capio excellentiam maieſtatis. Si attendam ad quos venerit, dignitatem magnitudinis expaueſco. Et ſequitur. Venit vniuerſitatis creator & Dominus ad homines, venit medicus ad egrotos, redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita, venit non perdere, ſed ſaluare, ſoluere non ligare. Idem. Priuſquam appareret Dei humanitas, latebat eius benignitas, apparuit enim eius potentia in rerum creatione, apparebat autem ſapientia in earum gubernatione, ſed benignitas miſericordiæ maximè apparuit in humanitate, ad Tytum. 2. Apparuit gratia Dei Saluatoris. Nota. Quantumcunque deieceris, humilior Chriſto non eris, eſto quod pedibus incedas, fuſca tunica veſtiaris, pauperibus æqueris, cellam pauperum dignanter introeas: ſis cœcorum oculus, pes claudorum, manus debilium, aquam ipſe comportes, ligna conſcindas, focum extrahas, vbi vinculum? vbi ſputum? vbi alapæ? vbi flagellum? vbi patibulum? vbi mors?

Ieſus. 8.

Miſericordia Domini.

Meditatio vitę Chriſti.

Sitis Chriſti.

Contemplanda in paſſione.

Suplicia Chriſti.

Aduetus Domini.

Homo 4. modis factus.

Humilitas Chriſti.

### *De Euchariſtia. Cap. 3.*

Gregor. in moral. Singulariter ad abſolutionem noſtram oblata cum lachrymis, & benignitate mentis ſacri altaris hoſtia ſuffragatur, quia is qui in ſe ſurgens à mortuis iam non moritur, adhuc per hanc in ſuo miſterio pro nobis iterum immolatur. Item in dyalo. Quis fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocem cœlos aperire, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnum quoddam ex viſibilibus & inuiſibilibus fieri. Sed neceſſe eſt cum hæc agimus, noſmetipſos Deo in cordis contritione mactemus, Idem infra, capitulo de muliere. Nota duo. Idem etiam capitu. de coniugatis, Si quis ſua. Ioan. Chryſoſt. ſuper Ioann. Vbicunque viderint ſanguinem dominicum, fugiunt, quidem dæmones, concurrunt autem Angeli, hic ſanguis effuſus omnem orbem terrarum lauit. Idem in ſer. Indigna & fucata mentis myſteriorum celebrantibus ſecreta, a diabolo præparantur inſidiæ, qui magis ac magis à ſe mutantur, qui non equo animo communicare feſtinant. Idem. Sicut corporalis cibus cum ventrem inuenerit, aduerſis humoribus occupatum amplius lædit, magis nocet, nullum præſtat auxilium, ita & ſpiritualis cibus ſi aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit non ſua natura, ſed accipientis vitio. Hieron. in Epiſtola. Vtinam omni tempore ieiunare poſſemus, quod in actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes &

Euchariſtia eſt ſacrificium,

Indigne ſuſcipiens.

Probet ſe ipſum homo, &c.

ſtes & die dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus, euchariſtiam quoq; abſque condemnatione noſtri & pungente conſcientia ſemper poſſemus accipere. Auguſtin. de eccleſiaſticis dogmatibus. Quotidie euchariſtiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero, omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor, ſi tamen mens in affectu peccandi non ſit. Idem de Ciui. Dei, corporis, & ſanguinis Chriſti ſacrificium ſucceſſit omnibus illis ſacrificijs veteris teſtamenti, quæ immolabantur, in vmbra futuri. Et poſt pro illis omnibus ſacrificijs, & oblationibus, Corpus Chriſti offertur, & participantib. miniſtratur. Benard. in legenda ſancti Malachiæ. Euchariſtię plane ſacramentum potens eſt, peccata conſummere debellare obuias poteſtates, inferre cęlis reuertentes de terra.

### De Cruce. Cap. 4.

*Crux gloria chriſtiani.*

GRegorius ſuper Ezechie. Redemptor noſter ad paſſionem ductus, lignum ſibi crucis ipſe portauit, & ſic in ſacrificio pro nobis ex humanitate eſt mortuus, vt tñ immortalis maneret ex diuinitate. Ambro. ſuper beati immaculati. Crux eſt opprobrium perfido, fideli autem gloria, redemptio, reſurrectio eſt, quia pro nobis paſſus eſt dominus, illo nos redemit ſanguine, illa ad paradiſum reſurrectione vocauit. Ioann. Chryſoſtom. in ſer. Crux nobis totius beatitudinis cauſa eſt, hęc nos a cęcitate liberauit erroris, hæc e tenebris reddidit luci, hæc debellatis inimicis quieti perpetuæ nos ſociauit: hæc alienatos Deo coniunxit, hæc nos peregrinos exiſtentes, cœlorum ciues oſtendit. Idem Crux ſpes Chriſtianorum, Crux reſurrectio mortuorum, Crux deorum dux, Crux deſperatorum vita, Crux claudorum baculus, Crux conſolatio pauperum. Idem. Crux adoleſcentium pedagogus, Crux ſuſtentatio inopum, Crux ſpes deſperatorum, Crux nauigantium gubernator, Crux periclitantium portus, Crux obſeſſorum murus. Idem. Crux inſenſatorum ſapientia, Crux libertas ſeruorum, Crux imperitorum Philoſophia, Crux lex impiorum, Crux Prophetarum præconizatio, Crux annunciatio Apoſtolorum, Crux martyrum gloriatio, Crux monachorum abſtinentia, Crux virginum caſtitas, Crux gaudium Sacerdotum, Crux Eccleſię fundamentum. Auguſt. in ſermon. Crux finita eſt in pœna, ſed infinita ſemper manet in gloria, à locis ſuppliciorum fecit tranſitum ad frontes Imperatorum. Qui tantum honorem dedit pœnis ſuis quid ſeruat fidelibus ſuis? Iſidor. de ſumm. bon. Quocunque omens procellis mundi inuolueris, lignum conſcende Crucis, vt à mari, id eſt, a tempeſtate huius ſæculi liberer is. Bernard. in floribus. In cruce pendet omnis fructus vitæ, quia ipſa eſt arbor vitæ, quæ eſt in medio paradiſi, ipſa eſt lógitudo & latitudo, ſublimitas & profundum. Ipſa bonos colligit & remunerat, ipſa malos diſpergit & condemnat, ipſa eſt mœſtorum conſolatio, eſurientium refectio, perfectorum gloriatio. Rabanus de laude crucis. In cruce inſinuatur à morte redemptio, demonſtratur ſancta morum conuerſatio, intimatur omnium virtutum perfectio, promittitur ad æternam vitam ingreſſio, æternæ beatitudinis ſperatur adeptio, & verę fœlicitatis acquiſitio. Idem. In te Crux ſancta angeli gaudia ſua accumulata conſpiciunt, in te homines iura ſalutis ſuæ cognoſcunt. In te inferi iuſtã retributionem fraudis ſuæ percipiunt, omnibus es æqua, omnibus bona, omnibus iuſta, præterita renouas, præſentia illuſtras, futura præmonſtras, perdita requiris, quæſita inuenis, inuenta cuſtodis. Idem, Tu ſancta Crux peccatorum remiſſio, pietatis exhibitio, meritorum augmentatio, infirmorum remedium, laborantium auxilium, & laſſorum refrigerium, ſanorum incolumitas, quietorum ſerenitas, infortunatorum fœlicitas. Idem. Tu ſancta Crux cura ægrotos medicans, tu gaudium meſtos conſolans, tu ſanitas dolentes lętificans, tu ſtatus credentium rectè, tu infirmitas operantium bene, tu beatitudo perſeuerantium ritè, ſancta, pia, bona, iuſta. Caſſiodorus ſuper pſalterium. Crux eſt humilium inuicta tuitio, ſuperborum abiectio, victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorum deſtructio, cœleſtium reformatio, mors infidelium, vita iuſtorum.

*Crux omne bonum.*

*Crux arbor vitæ.*

### De beata Maria. Cap. 5.

*Maria ancilla & mater Dei.*

GReg. in regiſt. Dum vnigenitus Dei exiſtens ante ſecula, ex Mariæ vtero natus eſt homo, inueſtigabili miraculo, facta eſt & ancilla hominis per diuinitatem, & mater verbi per carnem. Idem in moralibus loquens de verbo illo Lucæ. 1. virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quia vmbra non aliter exprimitur niſi per lumen & corpus virtus altiſſimi obumbrabit Mariæ, quia in eius vtero lux incorporea corpus ſumpſit, ex qua videlicet obumbratione, omne in ſe refrigerium mentis accepit. Idem Chriſtus non operante coitu, ſed ſpiritu ſancto ſuperueniente, conceptus eſt, natus autem materna viſcera, & fœcunda exhibuit, & incorrupta ſeruauit. Ambroſi. de virginib. Talis fuit Maria vt eius vnius vita, omnium diſciplina ſit. Idem. Quicunque ſibi Mariæ exoptat præmium, eius imitetur exemplum. Idem. Vidit Maria reſurrectionem domini, & prima vidit, & credidit, vidit & Maria Magdalena, quamuis adhuc iſta nutaret. Idem. Virgo erat Maria non ſolum corpore, ſed & mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum, corde humilis, verbis grauis, animo pudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſor, non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperum ſpem ponens, intenta operi, verecunda ſermone. Idem. Quando leſit Maria vultu parentes? quando diſſenſit à propinquis? quando faſtidiuit humilem? quando deriſit debilem? quando vitauit inopem? eos ſolum ſolita erat cetus virorum inuiſere, quos miſericordia non erubeſceret, non præteriret verecundia. Idem. Nihil tortum in oculis Mariæ, nihil in verbis procax, nihil in actu verecundum, non geſtus fractior, non inceſſus laſciuior, non vox petulantior, vt ipſa corporis ſpecies, ſimulacrum fuerit mentis figura probitatis. Augu. contra quinque hæreſes. Sicut in tranſitu Mariæ non eſt corrupta virginitas, ſic in ea non eſt maculata maieſtas, Idem. Vnde ſordes in Maria, quæ nec concipiendo libidinem, nec pariendo paſſa eſt dolorem? Vnde ſordes in domo ad quam nullus habitator acceſſit? ſolus ad eã fabricator eius & dominus venit. Idem. Eua inobediens meruit pœnam, Maria obediendo conſecuta eſt gratiam, illam guſtando prohibitum maledicta, hæc credendo angelo benedicta. Idem de virginitate. Beatior Maria percipiendo fidem Chriſti, quam concipiendo carnem Chriſti. Idem. Materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi fœlicius Chriſtum corde quam carne geſtaſſet. Ipſa quoq; virginitas ideo gratior, & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo quam conſeruaret, ipſe præripuit, ſed priuſquam conciperetur, iam Deo dicatam, de qua naſceretur elegit. Idem. Quomodo, inquit, fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco? Quod profecto non diceret, niſi Deo virginem ſe ante vouiſſet. Sed quia hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabant, deſponſata eſt viro iuſto, non violenter ablaturo, ſed potius contra violentos cuſtodituro, quod illa iam vouerat. Idem in ſer. Vera ratione cenſeo confitendum, Mariam in Chriſto & apud Chriſtum eſſe. In Chriſto, quia in ipſo viuimus, mouemur & ſumus. Apud Chriſtum, glorioſæ ad æternitatis gaudia aſſumptam, benignitate Chriſti honoratius ſuſceptam

*Reſurges Chriſtus primo Mariæ matri apparuit.*

*In Maria nihil ſiniſtru.*

*Fide prius, quam carne verbum concipit.*

*Virginitatem Deo vouerat.*

ſceptam cęteris, atq. ad cõem vtilitatem non eſſe adductam poſt mortem, putredinis videlicet vermis, & pulueris. Beatus Bartholomęus vt habetur in legenda. Hęc prima inter fœminas hoc conſtituit in corde ſuo, vt diceret Deo. Domine offero tibi virginitatem meam, cum hoc a nullo homine, nec verbo didiciſſet, nec exemplo ad imitationem inuitata fuiſſet. Hier. in Ser. Sicut in comparatione Dei nemo bonus, ita ẽt in comparatione Matris Domini nulla fœminarum inuenitur perfecta, quamuis virtutibus eximia comprobetur. Idem. Totam repleuerat Spiritusſancti gratia, totam incanduerat diuinus amor, ita vt in ea nihil eſſet, quod mundanus violaret affectus, ſed arbor continuus & ebrietas perfuſi amoris. Idem. Quicquid in Maria geſtũ eſt, totum puritas & ſimplicitas, totũ veritas & gratia fuit, totum miſericordia, & iuſtitia quæ de cęlo proſpexit Idem. Maria quia mente paſſa eſt, plus, q̃ martyr fuit, Nimirũ qm̃ eius dilectio amplius fortis quàm mors, quia mortem Chriſti ſuam fecit. Idem. Si ſpiritu Dei omnis virtus angelorum conſtat, Beatam & Glorioſam Virginem, in quam ſuperuenit Spiritusſanctus & Deus totus (ita vt portaretur nouem menſibus in eius vtero) creditur ampliora promeruiſſe virtutum priuilegia, & percepiſſe gratiam ab angelis etiã collaudatam. Idem. Si in domo patris mãſiones multæ ſunt, credimus ſplendidiorem domum matri filium pręſtitiſſe, quàmolim ædificauit ſibi domum ſubnixam columnis ſeptem. Ioan. Chryſ. ſuper Matth. O inæſtimabilis laus Mariæ magis credebat Ioſeph caſtitati eius quàm vtero eius, & plus credidit gratiæ quàm naturæ. Cõceptionem manifeſtam videbat, & fornicationem ſuſpicari non poterat, poſſibilius eſſe credebat mulierem ſine viro poſſe concipere, q̃ Mariam poſſe peccare. Idem. Commenſatris aut vinolenta nunquam Maria fuit, non leuis, non ocioſa, non cantatrix, non turpium verborum amatrix, ſicut ſolent plerunq; puellæ, quæ libenter talia aut loquuntur, aut audiunt, non ſuper virum oculos ſuos extulit, aut infixit aſpectum. Iſido. de no. teſt. Maria quæ interpretatur Domina ſiue illuminatrix, clara ſtirpe Dauid, virga ieſſe, ortus concluſus, fons ſignatus, mater Dñi, templum Dei viui, ſacrarium Spiritusſancti. Beda in Homil. Iure angelico aſpectu ſimul, & affatu meruit perfrui, quæ angelicã vitam ſtuduit imitari. Idem. Decebat vt ſicut per ſuperbiam Euæ mors intrauit, ita per humilitatem Mariæ, panderetur introitus vitæ. Ioan. Damaſ. in lib. fid. Maria in domo Dei plantata, & impinguata Spiritusſancto, vt oliua fructifera oĩs virtutis habitaculum facta eſt, ab omni vitæ huius vitio, & carnali deſiderio mente deſiſtens, & ita virginẽ animam obſeruans cum corpore, ꝙ decebat eam Deum in ſinu ſuo ſuſcipere. Bernar. ſuper Cantica. Sagitta electa eſt amor Chriſti, quæ Mariæ animã non modo confixit, ſed ẽt totaliter pertranſiuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuam amore reliquerit, ſed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & eſſet gratia plena. Idem ſuper Miſſus eſt. In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat a corde, & vt impetres orationis ſuffragium non deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam enim ſequens non deuias, ipſam rogans non deſperas, ipſam cogitans non erras, ipſa te tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia ſecurus ad gratiam peruenis. Idem. Quod Moyſi monſtratum eſt in rubo & igne. Aaron in virga & flore. Gedeon in vellere & rore, hoc aperte Salomon præuidit in forti muliere & eius precio, apertius præſciuit Hieremias de fœmina & viro, apertiſſimè Iſaias declarauit de virgine & Deo, & Gabriel tandem exhibuit ipſam virginem ſalutãdo. Idem. ipſa conteret caput tuum, &c. Cui hæc victoria ſer-

Marię Virgin. martyrium.

Modeſtia

Humilitas

Maria noſtrum aſylum.

Pulchræ figuræ virginis.

Gen. 3.

uata eſt niſi Mariæ, ipſa proculdubio caput contriuit venenatum, quæ omnimodam maligni ſpiritus ſuggeſtionem tàm de carnis illecebra, quàm de mentis ſuperbia deduxit ad nihilum. Idem. Audi filia & vide, &c. Inclinauit Maria aurem ſuam, videlicet ad obedientiam, & cor ſuum ad diſciplinam, & oblita eſt populum ſuum & domum patris ſui, quia nec populum augere prolis ſucceſſione, nec domui patris ſui relinquere curauit hæredem, ſed quicquid honoris in populo, quicquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuiſſet, omnia arbitrata eſt quaſi ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. Idem. Ipſa eſt nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor in ſupernis præfulget & inferos penetrat, terram etiam perluſtrans, & caleſaciens magis mentes quàm corpora, fouet mentes & excoquit vitia. Idem in epiſtola. Fuit proculdubio mater domini ante ſancta quam nata, nec fallitur omnino ſancta Eccleſia ſanctum reputans ipſum natiuitatis diem. Idem. Decuit reginã virginum ſingularis priuilegio ſanctitatis abſq; omni peccato ducere vitam, quæ dum pęccati mortisq. pareret peremptorem, munus vitæ & iuſtitiæ omnibus obtineret. Idem. Si ante cõceptum ſuum ſanctificari minime potuit, quoniam non erat, ſed nec ipſo conceptu propter peccatum quod inerat, reſtat ꝙ poſt conceptum in vtero iam exiſtens, ſanctificationem accepiſſe credatur. Idem in ſermone. Sileat miſericordiam tuam o beata virgo, ſi quis inuocatam eam in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerint defuiſſe. Nos quidem ſeruuli tui cæteris in virtutibus congaudemus tibi, ſed ĩ hac potius nobiſipſis. Laudamus enim virginitatem tuam, & humilitatem miramur, ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius, quia miſericordiam complectimur charius, recordamur ſæpius, crebrius inuocamus. Hæc eſt enim illa quæ totius mundi reparationem obtinuit, & ſalutem omnibus impetrauit. Idem. Quis miſericordiæ tuæ o benedicta, longitudinẽ, latitunem, ſublimitatem et profundum queat inueſtigare? Nã longitudo eius vſque ad nouiſſimum diem inuocantibus eam ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua quoq; miſericordia plena ſit omnis terra. Sic & ſublimitas eius ciuitatis ſupernæ inuenit reſtaurationem. Et profundum eius ſedentibus in tenebris & in vmbra mortis obtinuit redemptionem. Idem. Maria omnibus omnia facta eſt, ſapientibus & inſipientibus copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine illius accipiant vniuerſi, captiuus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, angelus lætitiam, denique tota trinitas gloriam, filij perſona carnis humanæ ſubſtantiam. Idem. Fuit beata virgo fortis in propoſito, temperans in ſilentio, prudens in interrogatione, iuſta in confeſſione. Idem. In te ſola beata virgo rex ille diues & prædiues exinanitur, & excelſus humiliatur, & immenſus abbreuiatur, & ab angelis minoratur, verus denique Deus & Dei filius incarnatur. Sed quo fructu? Nempe, vt omnes eius paupertate locupletemur, eius humilitate ſubleuemur, eius minoratione magnificemur, eius incarnatione adhærentes Deo, incipiamus vnus eſſe ſpiritus cum eo. Idem. Mariam ſalutans angelus, non ſolum plenam gratia, ſed etiam adhuc ſuperuenturum in eam aſſerit ſpiritum ſanctum. Ad quid niſi vt adueniente iam ſpiritu plena ſibi, eodem ſuperueniente nobis quoque ſuper plena & ſuperefluens fieret. Idem. Aduocatã præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tãquam iudicis mater, & mater miſericordiæ ſuppliciter & efficaciter ſalutis noſtræ negocia pertractabit. Idem. filioli Maria peccatorum ſcala, Maria mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meę. Quid enim? Poteſt ne filius aut repellere te aut ſuſtinere

Mariæ ſanctitas.

Miſericordia.

Maria arbor vitæ.

repulſam non audire, aut non audiri filius? Neutrum planè. Inueniſti, ait angelus, gratiam, & ſola eſt gratia qua egemus. Idem. Non in ſola Mariæ taciturnitate cõmendatur eius humilitas, ſed euidentius reſonat in ſermone. Audierat, quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei, & nihil aliud quàm ancillam eius ſe eſſe fatetur. Anſel. de conceptu virginali. Decebat enim vt illius hominis conceptio de matre puriſſima fieret, vt ea puritate qua maior ſub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum filium quem de corde ſuo æqualem ſibi genuit, & tanquam ſeipſum diligebat, ita dare diſponebat. Idem in libro orationum. Sicut ò beatiſſima omnis à te auerſus & à te deſpectus neceſſe eſt vt intereat, ita ad te omnis conuerſus & à te reſpectus impoſſibile eſt, vt pereat. Idem. O fœmina mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, per quam elementa renouantur, inferna remediantur, homines ſaluantur, angeli reintegrantur. O fœmina plena & ſuper plena gratia, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa ſic reuireſcit omnis creatura. O virgo benedicta per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura, non ſolum creatura à creatore, ſed etiam creator à creatura. Idem circa ſoliloqui. Loquar domina, beneficijs tuis plenum eſſe mundum, inferna penetrant, cęlos ſuperãt, per plenitudinem enim gratiæ tuæ, & quæ in inferno erant ſe lętantur liberata, & quæ ſupra cœlum ſunt, ſe gaudent reſtaurata,

Mariæ innocentia.

*De angelis. Capitulum. 6.*

GRego. in Moral. Niſi angeli quædam nobis interna nuntiantes ad tempus, ex aere corpora ſumerent, exterioribus profectò noſtris obtutibus nõ apparerent, nec cibos cum Abraham caperent, niſi propter nos ſolidum aliquid ex cęleſti alimento geſtarent. Idem. Diuinitatis celſitudinem quamuis ſubleuatæ videant, nec virtutes tamen angelicæ comprehendunt. Idem. Certa angelorum miniſteria diſpenſandis quibuſque gentibus ſunt prælata. Idem. In hoc eſt nunc natura angelicę à noſtrę naturæ conditione diſiuncta, ꝙ nos & loco circunſcribimus, & cęcitatis ignorantia coarctamur, angelorum verò ſpiritus, loco quidem circunſcripti ſunt, ſed tamen eorum ſcientię longe ſuper nos incomparabiliter dilatantur, interius quippe exteriusq; ſciendo diſtenti ſunt, quia ipſum fontem ſcientiæ contemplantur. Idem in homil. In hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. Aug. de ci. Dei. Sancti angeli quorum ſocietati & congregationi in hac peregrinatione laborioſiſſima ſuſpiramus, ſicut habent permanẽdi æternitatem, ita cognoſcendi facilitatem, & requieſcendi fœlicitatem. Ioan. Chryſo. in ſermone. Factum eſt vt moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in ſinum Abrahę. Tantæ penæ pauperis ſic repente delitijs commutantur, vt portaretur ab angelis, & induceretur in paradiſum, ne ſaltem ambulans pauper Lazarus laboraret, portatur poſt tantos labores, quia prius defecerat, & portatur ab angelis, non enim ſuffecerat ad portandum pauperi vnus angelus, & propterea plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant. Idem ſuper Epiſtolam ad Heb. Intellige quantus honor nobis exiſtit, vt ad nos ſicut ad amicos miniſtros angelos ſuos deſtinet Deus, quamuis enim multum interſit inter angelos & homines, propinquos tamen nobis eos fecit Deus, quia noſtræ ſaluti ſtudent, propter nos diſcurrunt, nobis ſuo funguntur officio. Iſidorus de ſum. bo. Ineſt angelis mutabilitas in natura, ſed facit eos incorruptos charitas ſempiterna. Idem. Inter angelos diſtantia poteſtatum eſt, & pro graduum dignitate miniſteria eiſdem ſunt diſtributa, alijsque alij præferuntur tam culmine poteſtatis quàm ſcientiæ veritatis. Hiero. infra in capitulo de homine. Magna dignitas. Bernar. ſuper Cantica, Gaudent angeli in conuerſione & pœnitentia peccatorum, ſalutem hominum ſitientes, lachrymæq; pœnitentium vinum eorum. Idem. Non ambigo quin angeli gratanter in palatio colligantur, quem tam gratanter in ſterquilinio viſitant. Denique lætati ſunt in conuerſione peccatorum, & in aſſumptione præmiorum non agnoſcent? Idem in epiſtola. O ſi quis haberet oculos apertos, quos orando Propheta puero reuelauit, videret proculdubio quemadmodum præueniunt Principes coniuncti pſallentibus, in medio iuuencularum tympaniſtriarum, videret (inquam) qua cura, quove tripudio, interſunt cantantibus, aſſunt orantibus, inſunt meditantibus, ſuperſunt quieſcentibus, ordinantibus & procurantib. præſunt. Idem ſuper Qui habitat. Quid ſub tantis cuſtodibus timeamus? nec enim ſuperari, nec ſeduci, minus autem ſeducere poſſunt qui cuſtodiunt nos in omnibus vijs noſtris, fideles enim ſunt, prudentes ſunt, potentes ſunt. Glo. Prouerb. 25. Quotidie angeli de terra longinqua, ideſt de ſuperna patria deſcendentes, in mundo iuſtos, vel inter tentationes ſpe cœleſtium roborant, vel finito certamine ad palmam retributionis inducũt. Gloſſ. Numer. 25. Adeſt vnicuique noſtrum angelus bonus, qui regat, moneat, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus noſtris expoſcendis, quotidie videat faciem Dei. De diſtinctione nouem ordinum. Gregor. in Homil. Hi qui minima nunciant, angeli, qui verò ſuprema annunciant, archangeli vocantur, hinc eſt quòd ad Mariam Virginem non quilibet angelus, ſed Gabriel Archangelus mittitur. Virtutes vocantur hi nimirum ſpiritus, per quos ſigna, & miracula frequenter fiunt. Poteſtates vocantur hi qui hæc potentius in ſuo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduerſæ ſubiectæ ſint, quorum poteſtate refrenantur, ne corda hominum tantum tentare præualeant quantum voluant. Principatus quoq; vocãtur, qui & ipſis quoque bonis angelorum ſpiritus præſunt, qui ſubiectis alijs, dum quæcunq; ſunt agenda diſponunt, eis ad explenda diuina myſteria principantur. Dominationes vocantur, qui etiam poteſtates principatuum diſſimilitudine alta tranſcendunt. Ea ergo angelorum agmina quæ mira potentia præeminent, pro eo quòd eis cætera ad obediendum ſubiecta ſunt, dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina ſunt vocata, quibus ad exercendum iudicium, ſemper Deus omnipotens præſidet. Et ſublimiora illa agmina ideo Cherubin vocata ſunt, quia tanto perfectiori ſcientia plena ſunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur, vt ſecundum creaturæ modũ eo plenius omnia ſciant, quo viſioni conditoris ſui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphin autem ardentes vel incendentes vocantur, quæ quia ſic Deo coniuncta ſunt, vt inter hæc, & Deum nulli alij ſpiritus medij interſint, tanto magis ardent, quanto hunc vicinius vident. Idem in ea. Homil. Diſtinctæ conuerſationes ſingulorum hominum diſtinctis ordinibus congruunt, & in eorum ſortem vel ordinem per conuerſationis ſimilitudinem deputantur. Nam ſunt plerique qui parua cupiunt, ſed tamen hæc eadem parua pie annunciare fratribus non deſiſtunt. Iſti itaque in angelorum numerum currunt. Et ſunt nonnulli qui diuinæ largitatis munere refecti, ſecretorum cœleſtium ſumma non ſolum capere præualent, ſed etiam alijs nunciare, quo ergo iſti niſi in Archangelorum numerum deputantur? Et ſunt alij qui faciunt mira ſigna, valenter operantur, quo ergo iſti niſi ad ſupernarum virtutum ſortem, & numerum congruunt? Et ſunt nonnulli, qui etiam de obſeſſis corporibus malignos ſpiritus fugiant, eoſq;

Angeli in corporibus aſſumptis apparent.

Quomodo localiter ſint.

Miniſteriũ

Gratia, & dignitatũ gradus.

Gaudent angeli de conuerſione noſtra.

Ordinũ diſtinctio.

Diſtinctio miſteriorũ ad imitationem angelorum.

tute orationis,& vi acceptæ poteſtatis eijciunt, quo itaque iſti per meritum ſuum niſi inter poteſtatem cœleſtium munerum ſortem ſortiuntur ? Et ſunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita tranſcendunt,cunque & bonis meliores ſint,electis quoque fratribus principantur,quomodo ergo iſti ſortem ſuam niſi inter principatuum numerum acceperunt? Et ſunt nonnulli, qui ſic in ſemetipſis cunctis vicijs omnibusq; deſiderijs, & illecebris dominantur, vt ipſo iure munditiæ dij inter homines vocentur. Quo ergo iſti niſi inter numerum dominationum currunt? Et ſunt nonnulli qui dum ſemetipſis vigilanti cura dominantur, dum ſe ſollicita intentione diſcutiunt, diuino timori ſemper inherentes, hoc in munere virtutis accipiunt, vt iudicare & regere alios poſſint, quorum profecto montibus diuina contemplatio prȩſto eſt, in his velut in throno ſuo dominus præſidens,& aliorũ facta examinat, & cuncta mirabiliter de ſua ſede diſpenſat. Quid ergo iſti niſi throni ſui conditoris ſunt? Quia uero cherubin plenitudo ſcientiæ dicitur, & Paulo dicente didicimus,quia plenitudo legis eſt charitas, omnes qui Dei ac proximi charitate cæteris amplius pleni ſunt,meritorum ſuorum ſorte inter cherubin numeros perceperunt. Et ſunt nonnulli, qui ſupernæ contemplationis amore accenſi, in ſolo conditoris ſui deſiderio anhelant,nil iam in hoc mundo cupiunt,ſolo æternitatis amore paſcuntur,terrena quæque abijciunt, cuncta temporalia mente tranſcendunt,amant & ardent,atque in ipſo ſuo amore requieſcunt,amando ardent,loquendo & alios accẽdunt,& quos verbo tangunt,ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo iſtos niſi Seraphin dixerim, quorum cor in ignem conuerſum lucet & vrit.

### *De homine.* *Cap.7.*

Dignitas hominis.

GRegor.in Hom. Curremus fratres chariſſimi,ne qua nos immunditia polluat, qui in æterna pœnitentia & Dei ciues & angelis æquales ſumus, vendicemus moribus dignitatem noſtram. Idem in moral. Ad hoc in paradiſo homo poſitus fuerat, vt ſi ſe ad conditoris ſui obedientiam vinculis charitatis aſtringeret, ad cœleſtem patriam angelorum quandoque ſine carnis morte trãſiret, ſic nanq; immortalis eſt cõditus, vt ſi non peccaret, etiam mori non potuiſſet, atque ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret,in qua vel peccare,vel mori nõ potuiſſet. Idẽ. Homo ab humo appellatus eſt, & quomodo valet eſſe ſine macula, qui ſponte ſua ad infirmitatem concidit factus de terra. Idem. Non ſe deſperet humana fragilitas,vnigeniti ſanguinem conſideret,& in precio ſuo cõſpiciat,quàm magna eſt,quȩ tanti valet. Augu. de adulterinis coniu. Indignantur viri ſi audiant adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas, cum tanto grauius eos puniri oportuit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas Chriſtianas. Idem de Trinitate. Iuſtitiam ſibi dare non poteſt homo, quam perditam non habet, hanc enim cum homo conderetur accepit, & peccando vtique perdidit. Idem de libero arbitrio. Ex quo incipit homo præcepti eſſe capax, ex illo incipit poſſe peccare. Duobus autem modis peccat, antequam fiat ſapiẽs, ſi aut non ſe accommodet ad accipiendum præceptum, aut cum acceperit non obſeruet. Idem de ciui. Dei. Infantia quidem hominis non à riſu, ſed à fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingreſſa ſit neſciens, prophetat quodammodo. Idem Puer a ploratu incipit,nec ridere poteſt,propheta calamitatis, lachrymæ ſunt teſtes miſeriæ,non adhuc loquitur & iam prophetat. Erubeſcant cantatrices ibi non flere, vbi infans qui non eſt vnius diei, prædicat eſſe flendum. Idem ſuper Geneſ. contra Manichæos. Omnium animalium corpora, ſiue quæ in aquis,ſiue quæ in terra viuũt, inclinata ſunt ad terram,& non ſunt erecta ſicut hominis corpus,quo ſignatur etiam animum noſtrum in ſuperna ſua, id eſt, in æterna ſpiritualia erectum eſſe debere. Glo. Hieron. Matthæi 18. Magna dignitas animarum, vt vnaquȩque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum delegatum. Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. in hoc ſumus imago Dei,vt quod bonum ei videtur & apud nos ſit bonum, & quod ei malum videtur, & apud nos ſit malum. Idem in ſermone. Comparatus eſt ait Propheta homo iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt eis. Peius eſt comparari quàm naſci. Naturaliter non habere rationem tolerabile eſt,verum ratione decoratum, irrationali creaturæ comparari voluntatis eſt crimen, non naturæ. Bernard. in medita. Tria in mente mea inuenio,per quæ Deum recolo,aſpicio,concupiſco. Sunt autem hæc tria,memoria,intelligentia, voluntas. Idem de conſideratione. Homo natus ad laborem,non ad honorem, homo natus de muliere, & ob hoc cum reatu breui viuens tempore,ideoq; cum metu repletur multis miſerijs,& propterea cum fletu, & verè multis,quia corporis & animæ ſimul. Idem. Attende,quid fuiſti ante ortũ,& quid es ab ortu vſq; ad occaſum, ac quid eris poſt hanc vitã. De primo, verſus. Forma, fauor populi, feruor iuuenilis,opesq;. Surripuere tibi, noſſe quid ſit homo. de ſcđo. Poſt hominem vermis,poſt vermẽ fœtor & horror. Sic in non hominem,vertitur omnis homo. Idem. Ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt homo. In imagine arbitrij libertatem, virtutem habens in ſimilitudine,& ſimilitudo quidem perijt,verun tamen in imagine pertranſit homo,imago ſiquidem in gehenna ipſa vri poterit, non exuri. Idem. Quotquot degimus in regione vmbræ mortis, in infirmitate corporis,in loco tentationis,ſi diligenter aduertimus, triplici hic incommodo miſerabiliter laboramus. Nam & faciles ſumus ad ſeducendum, & debiles ad operandum,& fragiles ad reſiſtendum. Vnde idem Bernardus. Si diſcernere volumus inter bonum & malum, decipimur,ſi tentamus facere bonum,deficimus; ſi conamur reſiſtere malo,deijcimur,& ſuperamur. Nec mirũ,quia vt dicitur in Iob. Non eſt poteſtas ſuper terram,quæ poſſit ei comparari,ſcilicet aduerſarij noſtri. Boetius infra in capitulo de ignorantia humanæ naturæ. Auctor de ſpiritu & anima. Anima eſt rationalis, concupiſcibilis,iraſcibilis,per rationabilitatem habilis eſt illuminari ad aliquid cognoſcẽdum infra ſe, ſupra ſe,in ſe,iuxta ſe. Cognoſcit ſiquidem Deum ſupra ſe;ſe,in ſe. Angelum iuxta ſe;quicquid cœli continetur ambitu, infra ſe;per concupiſcibilitatem & iraſcibilitatem habilis eſt affici ad aliquid appetendum vel fugiendum, amandum vel odiendum,& ideo de rationabilitate omnis ſenſus animæ oritur,& de alijs omnis affectus.

Libertas.

Miſeria à natiuitate.

Tres potẽtię animę.

Homo imago Dei.

Iob.41.

Tres virtutes animę.

### *De muliere.* *Cap.8.*

GRegorius in regiſtro. Si hora eadem qua genuerit,actura gratias mulier intret Eccleſiam, nullo peccati pondere grauatur,voluptas enim carnis non dolor in culpa eſt, in carnis autem commixtione voluptas eſt. Nam in prolis prolatione gemitus. Idem. Menſtrua conſuetudo mulieribus non culpa eſt, videlicet, quia naturaliter accidit. Idem. Si in menſtrua conſuetudine ad ſacramentum dominici corporis, & ſanguinis accedere mulieres non præſumant, de ſua recta conſideratione laudandæ ſunt, dum verò percipiendo ex religioſæ vitæ conſuetudine eiuſdem miſterij amore rapiuntur, reprimendæ non ſunt.

Natura in muliere non eſt culpabilis.

Idem.In Syna monte dominus ad populum locuturus, prius eundem populum abſtinere à mulieribus præcepit,& ſic illic vbi dominus per creaturam ſubditam hominibus loquebatur,tanta prouiſione eſt munditia corporis requiſita,vt qui verba Dei perciperent mulieribus mixti non eſſent,quanto magis mulieres quæ corpus domini omnipotentis accipiunt, cuſtodire in ſe mũditiam carnis debent,ne ipſa ineſtimabilis myſterij magnitudine grauentur. Aug.de ci.Dei. Quod femina Adæ ex eius latere facta eſt,etiam hinc ſatis ſignificatum eſt,quàm ſacra mariti & vxoris debeat eſſe coniunctio. Idem de patientia. Non diabolus vxorem Iob cum etiam filios abſtuliſſet,tanquam nocendi imperitus reliquerat,quæ quantum eſſet neceſſaria tentatori iam in Eua didicerat,ſed modò alterum Adam quem per mulierem caperet non inuenerat, cautior fuit Iob in doloribus,quàm Adam in nemoribus. Idem de decem cordis.Illa eſt caſta,& ſancta fœmina, & verè Chriſtiana, quæ dolet fornicantem virum,& non dolet propter carnem, ſed dolet propter charitatem.Idem de verbis domini.Quod dolendum eſt,multi viri vincuntur à fœminis,ſeruant feminæ caſtitatem,quam viri ſeruare nolũt. Amb.de virgin.Saltat,ſed adulteræ filia,quæ verò pudica,quæ caſta eſt,filias ſuas religionem docet, non ſaltationem.Ioan.Chriſoſt.ſuper Matth. 19. in origi. Quid eſt mulier,niſi amicitiæ inimica,ineffugabilis pena,notorium malum,naturalis tentatio,deſiderabilis calamitas,domeſticum periculum,mali natura,boni colore depicta, ergo ſi dimittere illam peccatum eſt, tenere autem viro tormentum eſt,neceſſe eſt, vt aut dimittentes adulterium faciamus,aut tenentes, quotidianas pugnas & amaritudines habeamus.Idem. Sexus muliebris incautus & mollis eſt.Incautus quidem,quia non omnia quæ videt,aut audit,cum ſapientia & ratione conſiderat.Mollis autem qui facile flectitur,vel de malo ad bonum,vel de bono ad malum. Idem in ſer. Quid eſt ſpecioſa mulier? ſepulchrum dealbatum, niſi fuerit caſta, ſobria,& pudica,pulchritudo autem eſt ſine his virtutibus præcipitium patens, venenum inſipientibus compoſitum.Idem ſuper Ioan.Nihil fortius muliere religioſa & prudente ad deliniendum virum,& informandum eius animum ad quodcunque voluerit.Hiero.in epiſtola ad Occeanum.Ianua diaboli,via iniquitatis,ſcorpionis percuſſio, nociuumq; genus fœminarum eſt, cum proximat ſtipulæ,incendit ignem,flãmigero igne percutit femina conſcientiam pariter habitantis, exurit fundamentaq. montium.Seneca in Prouer. Malo in conſilio vincunt fœminæ viros.Secundus Philoſophus.Mulier eſt hominis confuſio, inſaturabilis beſtia,ſolicitudo continua, indefinens pugna, quotidianum damnũ, caſtitatis impedimentum,domus tempeſtatis, adulterij vas,viri & continentiæ naufragiuum,præcipuum prælium,animal peſſimum,pondus grauiſſimum,aſpis inſatiabilis,humanum mancipium.

Viri, & vxoris ſancta coniunctio.

Imperfectione feminei ſexus.

*De chriſtianis bonis.* Cap. 9.

GRegorius in mora. Ecce veritas clamat, niſi quis renunciauerit omnib. quæ poſſidet,non põt meus eſſet diſcipulus.Perfectus igitur Chriſtianus quomodo debet res terrenas iurgando defendere,quas non præcipitur poſſidere?Itaque cum res proprias amittimus, ſi perfectè Deũ ſequimur in huius vitæ itinere à magno onere leuigati ſumus.Idem in regiſ.Chriſtianum decet vt nobilem plus benignum quàm rigidũ,plus miſericordem eſſe quàm diſtrictum,& lucrum de dãno alterius non expectare,ſed recepti præcij ſit ſorte cõtentus, quatenus quicquid ceſſit pauperi,omnipotens ei Deus multiplicata ſicut promiſit reſtitutione compenſet. Augu. de verbis domini.Cum Chriſtianus cœperit bene viuere,ac feruere bonis operibus,mundumq; contemnere, ſtatim in ipſa nouitate operum ſuorum patitur reprehenſores & contradictores frigidos Chriſtianos. Si autem perſeuerauerit,& eos ſuperauerit perſeuerando, & non defecerit à bonis operibus,in idipſum illi iam obſequuntur,quod ante prohibebant.Idem de vita chriſtiana. Hoc eſt ſacrificium quod Deus ſuper omnes hoſtias quærit & diligit, vt per iuſtitiæ noſtræ opera nomen ſuum vbique laudetur, & Deus verus eſſe ſeruorum ſuorum actu & opere comprobetur. Idem.Non ſolum hoc à chriſtiano quæritur vt malo careat, ſed vt bonum exerceat.Iſido.de ety.Non ſe glorietur Chriſtianum eſſe,qui nomen habet & facta non habet, vbi autem nomen ſecutum fuerit opus,certiſſime ille eſt Chriſtianus,qui ſe factis chriſtianum oſtendit,ambulans ſicut & ille ambulauit,à quo & nomen traxit Amb. in epiſtola.Omnis qui Chriſtum recipit,ſapiens eſt, qui autem ſapiens eſt,etiam liber eſt,omnis igitur chriſtianus & liber,& ſapiens.Ioan.Chry.in epiſto. Vnum tantummodo Chriſtianus iudicat malum, ſolumq; formidat domini cœleſtis offenſam. Ber. in epiſt. Quid prodeſt Chriſtum ſequi,niſi contingat & conſequi?ideo Paulus agebat.Sic currite vt comprehendatis,ibi tu chriſtiane fige tui curſus profectusq́; metam,vbi Chriſtus poſuit ſuam,factus eſt inquit obediens vſque ad mortem. Gl. Bedę. Iacobi primo. Ne indignemini ſi mali in mundo florent,ſi vos patimini.Quia non eſt chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari,ſed potius deprimi, mali nihil habẽt in cœlo,vos nihil in mundo,ſed ſpe illius boni ad quod tenditis,quicquid in via contingat,gaudere debetis.Glo.Eccleſi.4.Manſuetudo hominem ſpernit, humilitas in ſe omnibus ſubijcit, decet autem Chriſtianum æqualibus & inferioribus affabilem eſſe, & mitem,ſenioribus humilem.

Perfectus chriſtian' qualis.

Virtus in contradictione perficitur.

Fides ſine operibus mortua.

Chriſtian' nihil habet in mundo.

*De chriſtianis malis.* Cap. 10.

GRegor.in mora.Multos peſte propriæ prauitatis obſeſſos, ſub Chriſtiano nomine ipſa tranquilitas Eccleſiaſtice pacis abſcondit,quos tamẽ ſi leuis perſecutionis aura pulſauerit, mox extra areẽ velut paleas tollit.Idem in Regiſ. Si veraciter chriſtianus eſſes, plus Dei iudicium, quàm voces hominis timeres. Hie.infra in capitulo,De ſtultiloquio.De turpiloquio. Nõ flagito.Aug.de decem cordis,Qui non de futuro ſeculo cogitat,nec propterea chriſtianus eſt, vt id quod in fine Deus promittit accipiat,nõdum chriſtianus eſt. Idẽ de vita chriſtiana.Chriſti ille nõ famulus,ſed ſubſannator & irriſor eſt, qui eius ſe ſeruum dicit,cui ſeruire diſſimulat.Idẽ.Nõ in hoc nobis nomen tantũ ꝙ Chriſtiani dicimur blandimur,ſed propter hoc etiam nos iudicãdos credamus,ſi nomen nobis fruſtra vindicemus alienum.Iſid.de ſum.bo.Chriſtianus malus ſecundum Euangelij doctrinã non viuit,& ipſam fidem quam verbo colit,adorta tentatione facile perdit. Bernard. ſuper Cãtica.Inteſtina & inſanabilis eſt plaga Eccleſię,& ideo in pace amaritudo eius amariſſima,ſed in qua pace,pax eſt & non eſt, pax à paganis, pax ab hæreticis, ſed non profecto à filijs. Vox plangentis Eccleſię etiam tempore iſto.Filios enutriui & exaltaui,ipſi autem ſpreuerunt me,ſpreuerunt & maculauerunt me.Idem in ſer. Nunc fruſtra clamat Chriſtus de leuitate oneris ſui, ſine cauſa iugum ſuum ſuaue predicat,quando quidem & ab ipſis qui Chriſtiano cenſetur nomine,onus diaboli, & iugum carnis atque ſæculi huius delectabilius reputatur. Idem.Sicut ipſi Chriſtum proſequuntur qui ab eo vtique Chriſtiani dicuntur, amici tui Deus & proximi aduerſum te appropinquauerunt & ſteterunt, coniuraſſe videtur contra te vniuerſitas populi Chriſtiani à minimo vſque ad maximum.

Fruſtra chriſtian' dicit, qui Chriſtum non imitatur.

*De prælatis bonis.* Cap. 11.

Signa paſtoris boni.

GRegorius in moral. Pia paſtorum mens,quia non propriam gloriam ſed auctoris quærit, ab omnibus vult adiuuari. Idem. Nolenti mihi atque reuerenti cum graue eſſet altaris myſterium, etiam pondus eſt curæ paſtoralis iniunctum. Idem in dyalo. Petri vicem & ligando & ſoluendo obtinent, qui locum ſancti regiminis fide & moribus tenent. Idem in paſto. Rector ſemper cogitatione ſit mundus, quatenus hunc nulla immunditia polluat, qui hoc ſuſcipit officium, vt in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat.

Speculum gregis eſt paſtor.

Iſa. 52. Mundamini &c. Idem. Sit rector actione præcipuus, vt vitæ viam ſubditis viuendo denunciet, & grex, qui paſtoris vocem moreſque ſequitur, per exempla melius quàm per verba gradiatur. leui. 7. Iſa. 60. Super mõtem excelſum glo. Idem. Sit rector diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam ſicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentium hos qui erudiri poterant, in errore derelinquit.

Num. 19. Iſaiæ. 56.

De Primo, numeri, 19. Vas quid non. De ſecundo. Iſa. 56. Canes muti. Idem. Sit rector ſingulis compaſſione proximus, pre cunctis contemplatione ſuſpenſus, vt & per pietatis viſcera in ſe infirmitatem cæterorum transferat, & per ſpeculationis altitudinem ſemetipſum quoque inuiſibilia appetendo tranſcendat. In Geneſ. 28. de angelis aſcendentibus & deſcendentibus. Idem. Si rector bene agentibus per humilitatem ſocius, contra delinquentium vitia per zelum iuſtitiæ erectus, vt & bonis in nullo ſe præferat, & cum prauorum culpa exigit, poteſtatem ſui prioratus agnoſcat. Heb. 11. dicitur ꝙ tria erant in arca, ſcilicet manna dulcedinis, virga diſciplinæ, & tabulæ ſcientiæ legis. Idem. Tales ſeſe qui præſunt exhibeant, quibus vt eorum ſubiecti occulta quæque ſua prodere non erubeſcant, vt cum tentationum fluctus parui tolerant, ad paſtoris ſui mentem, quaſi ad matris ſuæ ſinum recurrant. Nota glo. Grego. in re. 7. d. Idem in glo. Exod. 28.

Iudicium recti paſtoris.

Debet rector ſubtili examine bona malaq; diſcernere, & quæ, vel quibus, quando & qualiter congruant ſtudioſe cogitare, nihil proprium quærere, ſed ſua commoda propinquorum bona reputare. Idem glo. Canti. 5. Qui ad ſolicitudinem regendarum animarum ſe accingit, reſtat, vt quibus æterna prædicat, ad prouidenda quoque eis temporalium neceſſitatum ſubſidia iuuigilet. Idem in homel. Cauſæ penſandæ ſunt, & tunc ligandi atque ſoluendi poteſtas exercenda, videndum, quæ culpa preceſſit, aut quę ſit pnĩa ſecuta poſt culpam, vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos paſtoris ſententia abſoluat, tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni arbitrium ſequitur iudicis. Idem in regiſ. Prælatorum bonitas, ſubiectorum ſalubris eſt regula. Idem. Sic nos fidelibus ſubditis tenere diſciplinam debemus, ſicut boni patres carnalibus filijs ſolent, quos & pro culpis verberibus feriunt, & tamen ipſos quos doloribus affligunt, & habere hæredes quærunt. Augu. de paſto. Glorientur paſtores, ſed qui gloriatur in domino glorietur, hoc eſt Chriſtum in ſubditis paſcere, hoc eſt in Chriſto paſcere, hoc eſt propter Chriſtum & propter ſubditos ſibi non parcere. Idem. De bonis ouibus fiunt boni paſtores. Idem. Habemus duo quædam, vnum ꝙ Chriſtiani ſumus, alterum ꝙ præpoſiti ſumus, illud quod chriſtiani ſumus, propter nos eſt, ꝙ prepoſiti ſumus, propter alios eſt, in eo quod Chriſtiani ſumus, attenditur vtilitas noſtra, in eo quod præpoſiti ſumus, non niſi aliena.

Officium paſtoris non propter ſe, ſed propter oues.

Amb. in paſto. Quod ſumus profeſſione, actione potius, quàm nomine demonſtremus, vt nomen congruat actioni, & actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane, & crimen immane, ne ſit honor ſublimis, & vita procliuis, ne ſit deifica profeſſio, & illicita actio, ne ſit religioſus amictus & irreligioſus profectus, ne ſit gradus excelſus, & deformis exceſſus, ne habeatur in Eccleſia cathedra ſublimior, & conſcientia ſacerdotis reperiatur humilior, ne locutionem ſimulemus columbinam, & mentem habeamus caninam, ne profeſſionem monſtremus ouinam, & ferocitatem habeamus lupinam.

Frugalitas & continẽtia inſignia paſtoris.

Idem de offi. Decet omnes cenſura frugalitatis continentiæ auctoritas, & maximè eum qui honore præſtat, ne preminentem virum theſauri poſſideant ſui, & pecunijs ſeruiat, qui præeſt liberis. Idem. Quomodo potes eum iudicare conſilio ſuperiorem, quem videas inferiorem moribus, ſupra me debet eſſe, cui me committere paro. Ioan. Chry. Super Matth. Vis apparere ſanctus, circa tuam vitam eſto auſterus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & grauia facientem. Idem. Si erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam dare rationem, quam propter crudelitatem ſuccumbere pœnitentem.

Nota.

Iſido. in Syno. Talem te redde ſubditis, vt magis ameris quàm timearis, reuerentia enim ex amore procedit, odium vero timor efficit. Bernar. in epiſtola. Nec præceps eris in ſententia, nec vehemens in vindicta, non in corrigendis remiſſior, non in parcendis ſeuerior, non puſillaminis in expectandis, non ſuperfluus in victu, non notabilis in veſtitu, non citus ad promittendum, non tardus ad reddendum, non prodigus dator, non tenax ad largiendum.

Prodeſſe debet qui præeſt.

Idem. Non vos fœlices, quia præeſtis & non prodeſtis, immo ſi non prodeſtis, vos infœlices putate, vt autem ſecure præeſſe poſſitis, ſubeſſe & vos ſi cui debetis, non indignemini, indignatio quippe ſubiectionis, prælationis reddit indignum. Idem. Si rebus raritas precium facit, nil in Eccleſia Dei precioſius, nil optabilius eſt, bono vtiliq; paſtore, nẽpe rara auis eſt iſta. Idẽ. In alto non altum ſapere, ſed humilibus conſentire, nil Deo charius, nil rarius apud homines. Idem. Sciant boni fideleſq; præpoſiti languentium ſibi creditam curam animarum, non pompam rerum ſecularium, cumq; internum murmur cuiuſpiam illarum quærulæ vocis iudicio deprehendunt, & ſi etiam in ipſos vſque ad conuitia & contumelias prorumpens, medicos ſe & non dominos agnoſcentes, parant confeſtim aduerſus freneſim animæ, non vindictam ſed medicinam. Idem infra. c. de fama. Validos & conſtantes. Idem de præcep. & diſp. Ponant præpoſiti metam obedientię ſubditorum ex votis labiorum ſuorum, nõ ſuorum deſideriorum, monenteſeos, non cogentes ad celſiora, condeſcendentes eis cum neceſſe fuerit ad remiſſiora, non cadentes cum eis ad deteriora. Idem. Nil me prælatus prohibeat eorum quæ promiſi, nec plus exigat quàm promiſi, vota mea non augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate. Idem de conſide. Præſis vt prouideas, vt conſules, vt procures, vt ſerues, præſis vt proſis, præſis vt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ad quid, vt des illis eſcam in tempore, hoc eſt vt diſpenſes non imperes. Idem. Si te agnoſcis ſapientibus & inſipientibus non dominatorem ſed debitorem, conandum ſummopere tibi & tota vigilantia conſiderandum, quomodo & qui non ſapiunt ſapiant, & qui deſipuere, reſipiſcant. Idem in ſecunda parte Epiſtolarum.

Paſcere.

Paſcere tripliciter debemus exemplo conuerſationis, verbo prædicationis, fructu orationis, & paſcere ad mandatum Chriſti, vt nemo ſibi hunc ſumat honorem, ſed qui vocatus fuerit à Deo tanquam Aaron. Idem in ſermone. Quotiens prælatus pro vno ex minimis Dei ſpirituale ſtudium intermittit, totiens pro eo ſpiritualiter animam ſuam ponit. Idem multa infra de tem-

de temperantia, de dignitate bona, de zelo, de ſollicitudine, de correptione, de æquitate.

### *De Prælatis malis.* Cap. 12.

Superbia mali paſtoris inſigne. GRegorius in morali. Vnuſquiſq; ſuperbus rector toties ad culpam apoſtaſię dilabitur, quoties præeſſe hominib. delectatur, honoris ſui ſingularitate lætatur. Idem infra in capitulo de ſtultiloquio. De cõuitiatione. Sæpe qui in poteſtate ſunt. Idem. Cum maiores ipſi voluptati deſeruiunt, nimirum minoribus laſciuiæ frena laxantur. Idem. Hypocrita aſſumpto ſanctæ conuerſationis habitu filiorum cuſtodiam deſerit, & temporalia quæq; defendere etiam iurgijs quęrit. Idem in regiſt. Ita ſibi regentium merita connectuntur, & plebium, vt ſæpe ex culpa præſidentium deterior fiat vita ſubditorum, & ſæpe ex demerito plebium delinquat vita paſtorum. Idem. Quod dicere pudet, & grauè tacere eſt, regendi rectores, & qui docendi ſunt doctores, nec erubeſcunt videri, nec metuunt, ducatum animarum impudenter aſſumunt, quibus via omnis ductoris eſt ignota, & quo vel ipſi gradiantur, ignari ſunt. Idem de quodam abbate malo. Qui tot diſcipulos per ſuam negligentiam ad infernum duxit, reliquis nunquam præponi debuit. Aug. in epiſto. Omnis qui malè viuit in conſpectu eorum quibus præpoſitus eſt, quantum in ipſo eſt, omnes occidit. Idem de ciuitate Dei. Illo pacis ordine quo alij alijs ſubiecti ſunt, ſicut prodeſt humilitas ſeruientibus, ita nocet ſuperbia dominantibus. Idem de paſtoribus Sunt paſtores, qui paſtorum audire nomina volunt, paſtorũ officium implere nolunt. Idem. Quiſquis ita præpoſitus eſt, vt in eo. ꝙ præpoſitus eſt gaudeat, & honorem ſuum quærat, & commoda ſua ſola reſpiciat, ſe paſcit non oues. Idem. Parum eſt malis paſtoribus, ꝙ oues languentes, & infirmas, & errantes, & perditas non curant, ſed etiam ipſas fortes, & pingues necant, quantum in ipſis eſt, & ſi illæ viuunt, de miſericordia Dei viuunt, tamen quantum ad paſtores malos attinet, occidunt, quomodo (inquis) occidunt? malè viuendo, malum exemplum præbendo. Berna. de conſideratione. Monſtruoſa res eſt, gradus ſummus, & animus infimus, ſtatus ſupremus, & greſſus minimus, ſedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus ocioſa, ſermo multus, & fructus nullus, vultus grauis, & actus leuis, ingens auctoritas, & nutans ſtabilitas. Idem. Simia in tecto, rex fatuus in ſolio ſuo ſedens. Item in epiſto. Si inſtar mei qui ouis ſum, paſtor meus, & ipſe curuus graditur, vultum gerens deorſum, & terram ſemper reſpiciens, vētri ſolum, mente ieiunus, pabula terrena quæritans, in quo diſcernimus? ve ſi venerit lupus, non erit qui præuideat, qui occurrat, qui eripiat. Idem ſuper Cantica. Innumeros cernes ſimpliciter, ac ſine quærela inter fratres conuerſari, quos ſi fratribus præeſſe feceris, non ſolum inutiliter, ſed & inſipienter, & nequiter agerę videbis. Idem. Non eſt hoc tempore ornare ſponſam, ſed ſpoliare, non eſt cuſtodire, ſed perdere, non eſt defendere, ſed exponere, non eſt inſtruere, ſed proſtituere, non eſt paſcere gregem, ſed mactare, & deuorare, dicente de prælatis Domino. Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis. Idem. Quomodo in paſcua diuinorum educet eloquiorum greges dominicos paſtor idiota? ſed & ſi doctus quidem fuerit, non ſit autem bonus, verendum, ne non tam nutriat doctrina, quam vita ſterili noceat. Idem. Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto, honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt, inde is quem quotidie vides meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus in cibis, & potibus. Idem. Miror audaciam plurimorum, quos non videmus de ſuis vineis colligere niſi ſpinas, & tribulos, vineis tamen dominicis etiam ſe ingerere non vereri, fures ſunt & latrones, non cuſtodes, neque cultores in illis. Idem. De eis, dico, qui animas regere ſuſceperunt, quod ſine miſerabili gemitu dicendum non eſt, Chriſti opprobria, ſputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligant in acquiſitione turpis quæſtus. Idem. Animarum nec caſus reputatur, nec ſalus, non ſunt profecto matres, qui cum ſint de crucifixi patrimonio nimium incraſſati, impinguati, dilatati, non compatiuntur ſuper contritione Ioſeph. Idem. Parum eſt nobis, infra in capitulo de obliuione. Idem. Quem dabis mihi de numero præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum vacuandis marſupijs, quàm vitijs extirpandis? vbi eſt qui orando flectat iram Dei, qui prædicet annum placabilem Deo? leuiora loquimur, grauiora grauius manet iudicium. Idem in ſermone. Vtinam noſtri quicunque videntur hodie Phariſæi (forte enim aliqui ſunt) etiam ſi non facerent, ſaltem dicerent quod oportet, vtinam qui ſine ſumptu euangelium ponere nolunt, ponerent vel pro ſumptu, vtinam vel euangelizarent, vt manducarent. Idem de contemptu. O terribilis Deus in conſilijs ſuper filios hominum, fruſtra incipient miſeri Prælati dicere montibus. Cadite ſuper nos, & collibus cooperite nos, venient ante tribunal Chriſti, audietur populorum quære la grauis, accuſatio dura, quorum vixere ſtipendijs. nec diluere peccata, quibus facti ſunt duces cęci, mediatores fraudolenti. Idẽ in cap. de ignorantia. Quando excuſare poterit. Glo. Matt. 24. Quã rarus eſt Domino ſeruiens, oues Chriſti non ad lucrum, ſed amore Chriſti paſcens. Multa infra lib. 3. in cap. de honore, de zelo, de doctrina, de correctione, de remiſſione, de acceptione pſonæ.

Paſtoris & gregis connexio.

Malus paſtor ſe paſcit, non oues.

Pſal. 13.

Mira audacia ambitioſorum.

### *De ſubditis.* Cap. 13.

Humilitas, & obedientia boni ſubditi inſignia. GRegorius in moral. Cum ſubiectorum corda ſuperbia inſtigat, hoc ſummoperè agere nititur, vt ſua acta conſiderare funditus negligant, & ſemper tacitis cogitationibus, rectoris ſui iudices fiant. Idẽ. Dum ſalua fide, res agitur, virtutis eſt meritum, ſi quicquid ſuperior pręcipit, humiliter toleratur, debet tamen humiliter ſuggeri, ſi fortè valeat quod diſplicet emendari. Idem in regiſtro. Seruorum Dei humilitas in afflictionis tempore debet apparere, qui verò ſe contra prępoſitos ſuos erigunt, profectò oſtendũt, quia ſerui Dei eſſe contemnunt. Idem. Qui paternæ adhortationis verba libenti animo ſuſcipit, & in ſinu cordis amplectitur, emendatorem ſe vitiorum forte, proculdubio profitetur. Idem in homil. Vtrum iuſtè, aut iniuſtè obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt, ne is qui ſubeſt, & tamen iniuſtè forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam, ex alia culpa mereatur. Idem. Paſtor vel abſoluere indiſcretè timeat, vel ligare, is autem, qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat iuſtè, vel iniuſtè, nec paſtores ſui iudicium temerè reprehendat, ne & ſi iniuſte ligatus eſt, ex ipſa tumidæ repræhenſionis ſuperbia, culpa quæ non erat, fiat. Idem infra in capitulo de diſciplina. Tanto apud Dominum, etc. Iſidor. de ſum. bo. Melior eſt ſubiecta ſeruitus, quàm elata libertas. Idem in ſyno. Potiori gradui competentem reuerentiam tribue, & iuxta dignitatem vnicuique redde honorem. Hieron. in capitulum de obediẽtia. Seruias fratribus. & c. Augu. de natura boni. Iniuſtum non eſt, vt improbis accipientibus nocendi poteſtatem, & patientia bonorum probetur, & malorum iniquitas puniatur. Idem de ciui. Dei. Iuſtis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed examen virtutis, proinde bonus etiam ſi ſeruiat, liber eſt, malus autem etiam ſi regnet, ſeruus eſt, nec vnius hominis, ſed quod eſt grauius, tot dominorum

Sententia paſtoris iuſta, vel iniuſta timenda eſt.

minorum quot vitiorum. Ioannes Chryſoſ.ſuper Matthæ.Propter bonos ſacerdotes etiam malos honorate, ne propter malos etiam bonos contemnatis. Bernard. ſuper cantica. Parum eſt eſſe ſubiectum Deo niſi ſis & omni creaturæ propter Deum: ſiue Abbati tanquam præcellenti,ſiue Prioribus,tanquam ab eo conſtitutis. Ego plus dico,ſubdere paribus,ſubdere & minoribus:

Math. 3.

ſic enim decet nos(inquit) Dominus omnem implere iuſtitiam,Glo.Can.2.Si ſubditi aliquid peccant, propter quod doctores à quiete ſurgere cogantur, non tantum pœnam peccati illius incurrunt,ſed etiam puniuntur pro inquietudine doctorum. Idem. Qui doctores cæleſtibus intentos inquietare præſumit, etiam virtutes quas credebat ſe habere,perdit.

*De prędicatoribus bonis. Cap. 14.*

Quo animo ineunda ſit prædicatio, ad imitationē Chriſti.

GRegorius in moral. A bonis prædicatoribus non cauſa victus prædicatio impenditur, ſed cauſa prædicationis victus accipitur,& quotiens prędicantibus neceſſaria ab audientibus conferuntur,non ſolum de rerum munere, ſed de conferentium gaudent mercede. Idem.Ille apud Deum magis in amore eius eſt,qui ad eius amorem plurimos trahit.Idem. Humani generis redemptor per diem miracula in vrbibus exhibebat,& ad orationis ſtudium in nocte pernoctabat; vt perfectis videlicet prædicatoribus innuat,quatenus, nec actiuam vitam amore ſpeculationis funditus deſerant,nec contemplationis gaudia, operationis nimietate pœnitus contemnant, ſed quieti contemplantes ſorbeant,quod occupati erga proximos, loquentes refundant.

Boni prędicatoris energia.

Hieron.in orig.ſuper Iſaiam.Ille eſt doctor eccleſiaſticus,qui lachrimas non riſum mouet, qui corripit peccatores,qui nullum beatum,nullum dicit eſſe fœlicem.Aug.de doctrina Chriſtiana. Qui dicendo nititur perſuadere quod bonum eſt, nihil horum trium ſpernens,vt ſcilicet doceat, vt delectet, vt flectat, oret atq; agat,vt intelligenter,libenter,obedienter audiatur. Idē, Habet vt obedienter audiatur,quantacunq; granditate dictionis,maius pondus vita docentis. Nam qui ſapienter,& eloquenter dicit,viuit autem nequiter,erudit quidem multos diſcendi ſtudioſos,quamuis animæ ſuæ ſit inutilis. Ambr.de virginibus.Debet is qui docet, ſupra eum qui docetur excellere. Iſidorus de ſum.bo.Prius

Simile.

debet iuſtus prædicator bene agere, vt conſequenter poſſit benè docere.Sicut enim in nummiſmate, metallum,& figura,& pondus perquiritur, ita in oi doctore eccleſiaſtico,quem ſequatur,quid doceat,quomodo viuat,inquirendum eſt.Per qualitatem igitur metalli doctrina,per figuram ſollicitudo patrum,per pondus humilitas deſignatur,qui ergo ab his tribus diſcrepauerit, non metallum ſed terra erit. Bern. ſuper can.Eſt funiculus triplex,qui difficile rumpitur, ad extrahendas animas de carcere Diaboli,& trahendas poſt te ad cœleſtia regna,ſi recte ſentias,ſi dignè proloquaris,& ſi viuendo confirmes. Seneca in epiſtola.Eligamus non eos, qui verba magna celeritate præcipitant,ſed eos,qui vita docent,qui cũ dixerint quid faciendum ſit,probant hoc ipſum faciẽdo,quod docent,q docẽt quid vitandũ ſit,nec vnquam in eo, quod fugiendum dixerunt,depræhenduntur. Eum elige doctorem,quem magis admireris cum videris,quàm cum audieris. Multa libro tertio de doctrina,de coniunctione vitæ,& doctrinæ.

*De prædicatoribus malis. Cap. 15.*

Cur parũ proſit vitioſus prædicator.

GRegorius in moral. Mens concupiſcentijs exterioribus occupata, diuini amoris igne non calet,& idcirco ad ſupernum deſideriũ inflammare auditores ſuos nequeunt verba,q frigido corpore proferuntur.Idem. Qui mandata Dei in memoria retinet, ſed nequaquam facit,is in doctrinæ ſuæ verbis ſententias quibus damnetur, tenet. Idem ſuper Ezec. Turpe eſt nimis ibi nos negligenda cadere, vnde prædicando conati ſumus alios leuare.Idem. Non facile prædicatio prædicatoris accipitur,ſi leuis in moribus eſſe videatur, & nulla erit maturitatis oſtenſio,ſi contra aduerſa non affuerit operis fortitudo.Idem in capitulo de conſcientia mala. Scriptura ſacra,&c.Idem in regiſ. Nimis iniquum eſt,ſi hi qui prædicatores humilitatis facti ſunt, de vani nominis elatione gloriantur: cum verus prædicator dicat. Mihi autem abſit gloriari, &c. Idem.

Gal. 5.

Quod per linguam prædicamus, per exempla deſtruimus, dum iniqua docemus operibus, & ſola voce ea quæ ſunt iuſta prætendimus,oſſa ieiunijs atterrimus,& mente turgemus,corpus deſpectis veſtibus tegimus, & elatione cordis purpuram ſuperamus,iacemus in cinere,& excelſa ſuſcipimus,Doctores humilitatis, Duces ſuperbiæ,ouina facie,lupinos dentes abſcondimus. Hiero.in epiſtola.Delicatus eſt magiſter,qui pleno ventre de ieiunijs diſputat,accuſare auaritiam, & latro poteſt, ſacerdotis Chriſti os cum mente concordet.Idem. Nec ruſticus,nec ſimplex frater ideo ſe ſanctum putet, ſi nihil nouerit, nec peritus, & eloquens lingua exiſtimet ſanctitatem.Multoq; melius eſt,ex duobus imperfectis ruſticitatem habere ſanctam, quam eloquentiam peccatricem.

In omnibus commendatur ne vita prędicantium diſcordet à lingua.

Idem in origin.ſuper Michæam. An non confuſionis,& ignominiæ eſt,Ieſum crucifixum magiſtrũ pauperem,atque eſurientem falſis prædicare corporibus,& ieiuniorum doctrinam rubente bucca tumentique ore proferre?ſi in Apoſtolorum loco,& ordine ſumus,non ſolum ſermonem eorum imitemur,ſed & conuerſationem quoque,& abſtinentiam, Idem. rigida vita.Infra de adulatione.Iſidor.de ſum. bon. Ad maioris culpæ cumulum pertinet, ſcire quenquam quod ſequi oporteat,& ſequi nolle quod ſciat.Idem. Qui non viuit ſicut docet,ipſam quam prædicat veritatem, contemptibilem facit.Ioan.Chryſ.ſuper Mat.Non poterit excuſari Doctor,cuius verba aliud ſonant,aliud facta demonſtrant.Idem de compunctione cordis.Docere & non facere,non ſolum nihil lucri, ſed etiam damni, plurimum confert,grandis enim condemnatio eſt componẽti quidem ſermonem ſuum,vitam verò ſuam, atque operam negligenti. Augu.in epiſ.Exaudi teipſum duriſſime,immaniſſime,ſurdiſſime Doctor,quid mihi lingua aurea, & cor ferreum?Idem de damnatione Demonum.In hominibus etiam vitæ bonæ præcepta videmus, pariter à iuſtis peruerſiſq; doceri. Nec obeſſe aliquid, immò & prodeſſe ad maiorem notitiam famamq; veritatis cum de illa etiam hi quicquid nouerint dicunt,qui, & peruerſis moribus contradicunt.Ber.in ſer.Beati inquit pacifici,quoniam filij Dei vocabuntur, conſideratè diligenter non pacidicos, ſed pacificos commendari, ſunt enim qui dicunt, & non faciunt, ſanè quemadmodum non auditores legis iuſti ſunt,ſed factores, ſic non annũciatores pacis,ſed actores beatificantur. Seneca in epiſtola.Hoc turpiſſimum eſt,quod nobis obijci ſolet verba nos fari,non opera tractari.

*De prædicationem vſurpantibus. Cap. 16.*

GRegorius in paſtoral.Sunt nonnulli,qui ſolerti cura ſpiritalia præcepta perſcrutantur, ſed quæ intelligendo penetrant,viuendo conculcant, repentè docent,quæ non opere, ſed meditatione didicerunt, & qđ verbis prædicant, moribus impugnant. Idem.Redemptor noſter,cum in cœlis ſit conditor omnium, & oſtenſione ſuæ potentiæ ſit Doctor angelorum,ante tricennale tempus magiſter fieri noluit hominum, vt videlicet præcipitatis, & vſurpantibus viam ſaluberrimi timoris infunde-

Ante tricennium prematura eſt prędicatio.

infunderet,cum ipſe etiam, qui labi non poſſet, perfe- ctæ vitæ gratiam, non niſi in perfecta ætate prædicaret. Idem ſuper Ezech. Cum prima ſunt adoleſcentiæ, vel iuuentutis noſtræ tempora, nobis adhuc a prædicatione ceſſandum eſt, vt vomer linguæ noſtræ proſcindere non audeat terram cordis alieni, cum non habeat duriciem, & aciem incidendi. Idem. Adhuc nobis in infirmitatis confuſione iacentibus, præberi non debet auctoritas prædicationis, ſed cum iam in bono opere ſurgimus, cum iam recti ſtare cæperimus, dignum eſt, vt ad lucrandum alios cum prædicatione mitti debeamus. idem in moral. Infirma ætas etiam cum rectè ſentit, ad prædicandum non debet incautè proſilire. Idem, qui mundum deſerunt, ad exteriora officia prouehi nõ debent, niſi per humilitatem diutius in eiuſdem mundi contemptu ſolidentur. Iſidorus de ſum. bon. Quadrimoda eſt dicendi ratio, qua aut benè ſentiendo, quod benè profertur, aut nihil ſentiendo nihil dicitur, aut parum ſentiendo loquacitas ſola oſtentatur, aut optimè ſentiẽdo, non eleganter profertur quod intelligitur. Bernardus ſuper Cantica. Canales hodie multos habemus in Eccleſia, conchas verò per paucas, tantæ enim charitatis ſunt per quos nobis fluentia cœleſtia manant, ut ante effundere, quàm infundi velint, loqui quã audire, paratiores docere quod non didicerunt, & alijs præeſſe geſtientes, qui ſeipſos regere neſciunt. Idem. Publice prædicare, nec monacho conuenit, nec nouicio expedit, nec non miſſo licet. Idem. Quòd tuum eſt ſpargis, & perdis, ſi prius quam infundaris, tu totus ſemiplenus feſtines effundere, contra legem arans in primo genito bouis, & ouis primogenitum tondens. Nimirum vita abſque ſalute quam alteri das, te fraudas, cum ſana vacuus intentione gloriȩ inanis vento inflaris. Idem. Multi puritate neglecta, ante loqui quàm audire conati ſunt, & aut grauiter errauerunt neſcientes de quibus loquerentur, neque de quibus affirmarent, aut turpiter viluerunt, dum qui alienos docerent, ſeipſos prius non docuiſſent. Idem in epiſtola. Docere nec indocto eſt in promptu, nec monacho in auſu, nec peccanti in affectu. Glo. Eccleſiaſtici. 5. ſuper illud. Si eſt tibi intellectus, &c. Sicut peccat, qui ſcit, & non vult docere proximum ſuum, ſic qui neſcit, & vult magiſter eſſe.

*De negligentibus prædicationem.* *Cap.* 17.

Qui talentum abſcõdit, pœnas luit.

GRegorius in paſt. Quo reatu aſtringantur aſpiciant, qui dum peccantibus in fratribus verbum prædicationis ſubtrahunt, morientibus animabus vitæ remedia abſcondunt. Idem in c. de conſenſu proximorum, Mala, &c. Idem. 32. Siquis eſt Domini, iungatur mihi. Grego. Si ille Dei dicitur, qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur, profectò ſe Dei eſſe denegat, qui inquantum ſufficit, increpare vitam carnalium recuſat. Bernard. ſuper Cantica. Rem profectò proximi retines, ſi plenus virtutibus cum ſis, foriſq; nihilominus donis ſcientiæ, & eloquentiæ adornatus, metu fortè, aut ſegnitie, aut minus diſcreta humilitate, verbum bonum, quod poſſet prodeſſe multis, inutili, imò & damnabili, ligas ſilentio, certè maledictus, qui frumenta abſcondit in populo.

*De auditoribus verbi Dei.* *Cap.* 18.

Documenta audientium.

GRegorius in mortali. Verba ſapientię, quę reprobi audiunt, electi non ſolum audiunt, ſed etiam degu ſtant: vt eis in corde ſapiat, quod reproborum non mentibus, ſed ſolummodo auribus ſonat. Idem. Plerunque diſcipuli incaſſum bona audiunt, cum ex magiſtri vita mala, & exemplo deſtruuntur. Idem in capitulo, de ſciẽtia mala, quiſquis à præceptis. Idem ſuper Ezech. Quidam verbum Dei audientes, non audiunt, quoniam aurem ad ſacrum eloquium ponunt, ſed cor à mundi deſiderijs non euellunt. Idem. Gloria prædicatoris, eſt profectus auditoris. Idem in homil. Cibus mentis eſt ſermo Dei, & quaſi acceptus cibus, ſtomacho languente reijcitur, quando auditus ſermo in vẽtre memoriæ non tenetur, ſed quiſquis alimenta percepta non retinet, huius profectò vita deſperatur. Per vocem auditus non inſtruimur, quando mens interius per ſpiritum non iungitur. Idem ſuper Ezech. Tutius veritas auditur, quàm prædicatur: quoniam cum auditur, cordis humilitas cuſtoditur, cum autem prædicatur, vix non ſurripit cuiq; hominum quantulacunq; iactantia, in qua vtiq; pedes affectionis, vel intentionis aliquantulum inquinantur. Idem in regiſtro. Vtilis eſt ſemper docti viri allocutio, quia aut diſcit audiens, quod neſcire ſe nouerat: aut cognoſcit, quod eſt amplius id, quod ſe, & neſciuiſſe neſciebat. Auguſtinus de vita beata. Si vos inuitos, & faſtidientes alere conabor, fruſtra operam inſumam. Idem de verbis Domini. In doctore inhoneſta eſt cauſa, non facere quod præcipit obſeruare, in diſcente verò audire vellet, quod nolit implere. Idem de doctrina Chriſtiana. Fit vt homines eũ non obedienter audiant, qui ſeipſum non audit, & Dei verbum quod eis prædicatur, ſimul cum ipſo prædicatore contemnant. Idem in Epiſtola. Ego cum amatores ſæculi intueor, neſcio, quando poſſit eſſe ad eorum animos ſanandos oportuna prædicatio: quando enim res huius mundi velut proſperas habent, faſtu ſuo reſpuunt ſalubres monitiones, & quaſi anilem reputant cantilenam: quando autem in aduerſis anguntur, magis conantur euadere, vnde ad præſens anguntur, quàm capere vnde curentur. Idem in ſermone. Non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audit, quàm ille qui negligentia ſua corpus Chriſti in terram cadere permiſerit. Nota. Bernar. in ſer. Benignè audiendum eſt, deuotè ſuſcipiendum, ſolicitè conſeruandum quicquid ad animarum ſalutem pertinet, & non ſicut verbum hominum, ſed ſicut verè eſt Dei verbum, ſiue ſit illud conſolatorium, ſiue comminatorium, ſiue etiam increpatorium audiatur. Glo. Be. Apocalip. 1. Illi ſoli beati ſunt qui audiunt, & mente recondunt, vt opere compleant, & opere impleant, vt vitam æternam poſſideant.

*De Epiſcopis.* *Capitulum.* 19.

Eleemoſyna Epiſcopis amica eſſe debet.

GRegor. in regiſt. Epiſcopus, cum loco mutet mente, nõ ſibi credat ſolam lectionem, & orationem ſufficere, vt remotus ab alijs ſtudeat ſedere, & de manu nihil fructificare, ſed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus occurat, alienam inopiam ſuam credat: quia ſi hoc non habet, vacuum Epiſcopi nomẽ tenet. Idem. Tota mente fraternitas veſtra ſe exhiberi feſtinet in proſperis humilem, & in aduerſis, ſi quando adueniunt cum iuſtitia erectam, amicam bonis, contrariam peruerſis, nullius vnquam faciem pro veritate loquentem premens, miſericordiæ operibus iuxta poſſibilitatem ſubſtantiæ inſiſtens, & eiſdem inſiſtere etiam ſupra poſſe cupiens, infirmis compatiens, beneuolentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudijs tanquam de proprijs exultãs, in corrigendis vitijs ſeuiens, in fouendis virtutibus auditorum animum demulcens, in ira iudicium ſine ira tenens, in tranquillitate autem ſeueritatis ſuæ ſententiam non deſerens. Idem. Valde periculoſum eſt animæ, temerè cuiquam manum imponere. Idem in paſto. Tantum debet actionem populi actio tranſcendere præſulis, quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris, oportet nanque vt metiri ſeſe ſollicitè ſtudeat, quanta tenendæ rectitudinis neceſſitate conſtringatur, ſub cuius æſtimatione populus grex vocatur. Iſidorus de ſum.

Epiſcoporum documenta.

Nota.

bo.

bo. Deſinat locum docendi ſuſcipere, qui neſcit docere: ignorantia quippe præſulum, vitæ non congruit ſubiectorum. Idem. Agnoſcat Epiſcopus ſeruum ſe eſſe plebis, non Dominum. Idem de offi.

*Baculus paſtoralis qd*

Epiſcopo, dum conſecratur, baculus datur, vt eius inditio ſubditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum ſuſtineat. Aug. ad Oroſium. Sciat ſe nō eſſe Epiſcopum, qui præeſſe deſiderat, non prodeſſe. Idem de ciuitate Dei.

*Epiſcopus nomen operis.*

Epiſcopus nomen eſt operis non honoris. Scopos enim Græcè, Latinè ſuperintendere poſſumus dicere, vt intelligat non ſe eſſe Epiſcopū, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe. Idem in Ser. Non eſt Epiſcopi ſeruare aurum, & reuocare à ſe mēdicātis manum. Ambro. in paſt. Quantum prę ceteris gradus Epiſcopalis altior eſt, tantò, ſi per negligentiam dilabatur, ruina grauior eſt. Hiero. in Orig. ſuper Sophoniam. Qui Epiſcopatum (inquit) deſiderat, bonum opus deſiderat, videte quid dixerit, opus, non dignitatem, ſi autem ſolum aſpexerit dignitatem, citò corruet. Bern. in Epiſtola. In omnibus exemplo Apoſtoli honorificabitis miniſterium veſtrum, miniſterium (inquam) nō dominium, ipſum quidem honorificabitis, non vos, nam, qui quærit, quæ ſua ſunt, ſe cupit honorari, non miniſterium. Honorificabitis autem non cultu veſtium, non faſtu æquorum, non amplis ædificijs, ſed moribus ornatis, ſtudijs ſpiritualibus, ac bonis operibus. Idem. In omnibus actibus ſuis vel dictis nihil ſuum quærat Epiſcopus, ſed tantum aut Dei honorem, aut ſalutem proximorum, aut vtrunq; Idem de conſiderat. Domum Epiſcopi decet ſanctitudo, decet modeſtia, decet honeſtas, & morū diſciplina.

### *De Sacerdotibus bonis.* Cap. 20.

GRegorius in regiſ. Officij ſacerdotalis eſt, vt viduis, ac maritali regimine deſolatis impartiri ſolatia debeant, vt vnde in hoc mundo humano adiutorio priuantur, Sacerdotali tuitione poſſint remedia reperire. Idem. Redemptor noſter ad Sacerdotis officium non quærit aurum, ſed animas. Idem. Lux gregis eſt flamma paſtoris, decet enim Dominicum Sacerdotem, moribus, & vita clareſcere, quatenus in eo tanquam in vitæ ſuę ſpeculo plebs commiſſa poſſit, & eligere, quod ſequatur, & videre, quod corrigat. Idem.

*De pollutione nocturna.*

Eſt in illuſione nocturna valde neceſſaria diſcretio, qua ſubtiliter penſari debeat, ex qua re menti acciderit dormientis. Aliquando. n. ex crapula, aliquando ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate, aliquando ex præcedenti cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illuſio non eſt timenda, quia hanc animus pertuliſſe magis dolendus eſt, quàm feciſſe. Cum verò vltra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauātur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen vſq; ad prohibitionem percipiendi ſancti miſterij, vel miſſarum ſolennia celebrandi, cum fortaſſè, aut dies feſtus exigit, aut exhibere miniſterium (pro eo ꝙ Sacerdos alius in loco deeſt) ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi aſſunt alij, qui implere miniſterium valeant, illuſio per crapulam facta à perceptione ſacri myſterij prohibere non debet, ſed ab immolatione ſacri myſterij (vt arbitror) ſubtrahere ſe humiliter debet, ſi tamen dormientis mentem turpi imagine non concuſſerit, & infra. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio dormienti, patet animo ſuus reatus, videt enim à qua radice inquinatio illa proceſſerit, quia quod cogitauit ſciens, hoc pertulit neſciens. Sed penſandum eſt ipſa cogitatio vtrum, ſuggeſtione tantum, an delectatione, vel quod maius eſt, peccati conſenſu acciderit. Augu. de pœnitentia.

*Sacerdos ſine crimine ſit.*

Sacerdos cui oīs profitetur peccator, ante quem ſtatuitur omnis languor, in nullo illorum ſit iudicādus, quòd ipſe in alijs iudicare eſt promptus. Iudicās. n. alium, qui eſt ab alijs iudicandus, condemnat ſeipſum. Idem de ſingularitate clericorum. Contemplamini quid ſit populo ſancto pręeſſe, & conſiderate quale ſit diuinis ſacramentis inſiſtere, altario enim placere debent, qui altario viuunt, & talis conuenit cura ſynceritatis ſacratis, qualia ſunt ſacramenta ipſa, quibus exhibent officia ſeruitutis, ne contra Dominum offendant ipſi quem tractant, aut cōtra populum incipiant impedire, quod prædicant. Ambroſ. ſuper Lu. Religionis inſignia, arma ſunt ſacerdotis. Idem in Epiſtola.

*De excellētia vitę Sacerdotalis ſup plebē.*

Sobriam à turbis grauitatem, ac ſerioſam vitam, & ſingulare pondus conuerſationis, dignitas ſibi vendicat ſacerdotalis. Quomodo enim poteſt in exemplum obſeruari à populo, qui nihil habet diſcretum à populo? nihil diſpar in moribus à multitudine? Quid enim in te miretur, ſi omnia tua facta bona, in ſemetipſo recognoſcat exiſtere? ſi nil in te aſpiciat, quod vltra ſe inueniat? ſi ea quæ in ſe erubeſcit, in te quem reuerendum arbitratur oſtendat? Idem de offi. Sacerdotis eſt, nulli nocere, prodeſſe velle omnibus, poſſe autem ſolius Dei eſt. Iſid. de Sum. bo. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda eſt, ita vt quod docet verbo, inſtruat & exemplo. Glo. Amb. Non facilè accuſanda eſt perſona tam alti ordinis, cum ſit vice Chriſti. *1. Tim. 5.*

### *De Sacerdotibus malis.* Cap. 21.

GRegorius in homil. Cui rei ſimiles dixerim ſacerdotes malos, niſi aquę baptiſmatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnū cœleſte mittit, & ipſa in cloacas deſcendit? Idem in Paſt. Si homo apud hominem, de quo minimè præſumit fieri interceſſor, erubeſcit, qua mente apud Dominum interceſſoris locum pro populo arripit, qui familiarē ſe eius gratiæ eſſe per vitæ meritum neſcit? aut ab eo, quomodo alijs veniam poſtulat, qui vtrum ſibi ſit placatus ignorat? Idem in Regiſ. Durum eſt, & proculdubio ſacerdotis officio alienum, perſonam poſitam ſub neceſſitate negligere, & ſtudio congregandi, indecenter inhiare pecunijs. Idem.

*Ruina populi Sacerdotes mali.*

Cauſa ſunt ruinæ populi ſacerdotes mali, quis enim ſe pro populi peccatis interceſſor obijciat, ſi ſacerdos qui exorare debuerat, grauiora committat? Idem. In contumeliam ſacerdotum eſt, de diuinis cultibus admoneri, quod enim ipſi debent exigere, turpiter exiguntur. Ambroſius in Sermo. Mendacium eſt, Sacerdotem, vel clericum ſe profiteri, & contraria huic ordini operari. Idem ſuper Luc. Nihil in ſacerdote tam periculoſum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod ſentiat, non liberè denuntiare. Ioan. Chryſ. ſuper Matth. Vere magna confuſio eſt ſacerdotum, & omniū clericorum, quando laici inueniuntur fideliores eis & iuſtiores, quomodo autem non ſit confuſio, eſſe illos inferiores laicis, quos etiam æquales eſſe confuſio eſt? Iſido. de ſum. bo. Sacerdotes populorum iniquitate dānantur, ſi eos aut ignorātes non erudiant, aut peccantes non arguant. Idem.

*Turpis metus longè ſit à ſacerdotibus.*

Multi ſacerdotes metu poteſtatis veritatem occultant, & à bono opere, vel iuſtitiæ pdicatione, rei alicuius formidine, aut poteſtatis terrenę auertuntur, ſed heu (proh dolor) inde metuūt, quia vel amore rerū ſæcularium implicantur, vel qa aliquo facinoris opere confunduntur. Hieronym. in epiſtola. Vinolentos ſacerdotes & Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet, qui enim altario ſeruiunt, vinum & ſiceram non bibant. Sicera Hebræo ſermone omnis potio nūcupatur, quæ inebriare poteſt. Idem. Peccator homo ſi ceciderit, rogabit pro eo ſacerdos, pro ſacerdotis lapſu quis rogaturus eſt? Idem in originali ſuper Malach.

*Legis ſcientia à ſacerdote requiritur.*

Ad ſacerdotis pertinet diſciplinam interrogatum reſpondere de lege, qui ſi non doceat, & reſpondet, & reſiſtentes non conuincat, fruſtra iactat ſacerdotis dignitatem, cuius opera non exhibet. Bernard.

in Epi-

in epiſtola. Cernitur in nonnullis ſacerdotibus veſtium cultus plurimus, virtutum aut nullus, aut exiguus. Idẽ in ſer. Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus iudicibus tuis Domine, qui videntur regere populum tuum, non eſt iam dicere, vt populus ſic ſacerdos, quia ſic nec populus, vt ſacerdos, heu heu Domine Deus, quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in eccleſia tua primatum diligere, & regere principatum. Idem de cõtemptu. In multis multipliciter regnat fornicatio, qui puritatis auctori impuro corde & corpore miniſtrantes, non verentur ſtare ante Angelum Dei, qui fecit me dios, & diſperdat; ſed omnino audent Agni immaculati ſacras contingere carnes, & intingere in ſanguine Saluatoris manus nepharias, quib. paulò ante (proh dolor) meretrices attrectarunt, ſic & altaria circuire, ſic & eccleſias frequentare, pſalmos decantare, cum & eiuſmodi laus ſit execrabilis, & oratio fiat in peccatum.

### *De clericis.* *Cap. 22.*

Qualis ſit ordinãdus

GRegorius in homi. Clericus admonẽdus eſt, quatenus ſic viuat, vt exemplum vitæ ſæcularib. præbeat. Idẽ in regiſ. Ne vnquam hi q ordinati ſunt pereant, prouideri debet quales ordinentur, vt prius aſpiciatur ſi vita eorum continens in annis plurimis fuit, ſi ſtudium lectionis, ſi elemoſinæ amorem habuerunt. Idem. Proculdubio Deus offenditur, ſi ad ſacros ordines quiſquam nõ ex meritò, ſed ex fauore (quod abſit) aut ex venalitate prouchitur. Idem. Qui poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita careat, vt ad altaris miniſteriũ vlterius non accedat. Iſido. in libro ethymolog. Cleros Græce, ſors vel hæreditas dicitur: propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Domini partem habent. Hieronym. in epiſtola. Clerici vita Chriſti debet ornari eccleſia. Idem. Negociatorem clericum, & ex inope diuitem factum, ex ignobili glorioſum, quaſi quãdam peſtem fuge. Idem. Procuratores atque diſpenſatores domorum alienarum, atque villarum, quomodo poſſent eſſe clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates? Idem. Ita age & viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis, vt adoleſcentiam tuam nulla ſorde cõmacules, vt ad altare Chriſti quaſi virgo de thalamo procedas, & habeas de foris bonum teſtimonium. Fœminæ nomen tuum nouerint, vultum neſciant. Ambroſius in epiſtola. Tu quicunq; in clero es, Domini portio es, & poſſeſſio eius, noli recedere. De Domini tui poſſeſſione, vt dicas Domino, poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ, & ille tibi quaſi bono ſeruo dicat, tranſi, & recumbe. Auguſt. de ſingularitate cleric. Cum Chriſtus agnus innocens, imò ipſa celeſtis innocentia (quod eſt verius) tantum ſe contempſerit pro eccleſia, vt eam ſine macula, vel vlla ruga redderet illibatam, qualis eſt ille clericus, cui ad hoc ſponſa Chriſti committitur, vt pro vnius fœminę amore, culpari totam eccleſiam patiatur? Ioannes Chryſoſto. ſuper Matth. Laici delinquentes facilè emẽdantur, clerici autem ſi ſemel euaſerint, inemendabiles ſunt. Bernard. de contemptu. Ve ve in domo Dei horrendum videmus. Quid? Idolatras miniſtrantes. Mentior, ſi non idolorum ſeruitus auaritia eſt. Si non quibuſdam etiam venter ſuus, factus eſt Deus ſuus. Quod enim quiſque præ cæteris colit, id ſibi Deum conſtituiſſe perhibetur. Idem. Res pauperum, non pauperibus dare, par ſacrilegio crimine eſſe dignoſcitur. Sanè patrimonia pauperum facultates ſunt eccleſiarum, & ſacrilegia eis, cupiditate ſurripitur, quicquid ſibi miniſtri, & diſpenſatores, non vtique Domini, vel poſſeſſores, vltra victum accipiunt, & veſtitum. Idem in ſermo. Dilatata videtur eccleſia, & ipſe clericalis ſacratiſſimus ordo ſuper numerum multiplicatus eſt, verum, et ſi multiplicaſti gentem Domine, non magnificaſti lætitiam, dum nihil minus appareat defeciſſe meriti, quam numeri acceſſiſſe. Multa infra libro tertio, in capitulo de familiaritate.

Nota.

Obligatio prælati ad eccleſiam.

Sacrilegiũ eſt clericorum auaritia.

### *De beneficiatis.* *Cap. 23.*

A clericis charitas ſectãda, auaritia fugiẽda eſt.

GRegorius in regiſ. Sicut Eccleſia proprias res admittere non debet, ita eam rapacitatis ardore alienas inuadere, non oportet. Idem. Laudabile ſtudium, & conueniens eſt Clerico, et religioſo terrenis gratam Deo pacem præferre Compendijs, & ex rebus tranſitorijs menſura ſemper charitatis lucra mercari. Idem loquens de illo verbo Ioannis. 6. Amen amen dico vobis, quæritis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia ex panibus meis manducaſtis, & ſaturati eſtis. Per eorum perſonam Dominus illos intra ſanctam Eccleſiam deteſtatur, qui per ſacros ordines ad Dominum propinquantes non in eiſdem ordinibus virtutum merita, ſed ſubſidia vitæ præſentis exquirunt, nec cogitant quid bene viuendo imitari debeant, ſed quæ concupiſcendo compendia ſortiantur. Augu. in epiſtola. Si priuatim, quæ nobis ſufficiant poſſidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vendicamus. Auguſti. de verbis Domini. Clericus ſi non contentus ſtipendijs fuerit, quæ de altario Domino iubente conſequitur, ſed exercet mercimonia, interceſſiones vendit, munera libenter amplectitur, hic negociator magis poteſt videri quàm clericus. Bernar. ſuper Cantica. Timeant clerici, timeant miniſtri eccleſiarum Dei, qui in terris ſanctorum quas poſſident tàm iniqua gerunt, vt ſtipendijs, quæ ſufficere debeant, minimè contenti, ſuperbia quibus egeni ſuſtentandi forent, impiè ſacrilegeq; ſibi retinent, & in vſus ſuæ ſuperbiæ, atq; luxuriæ victum pauperum conſumere non verentur, duplici profectò iniquitate peccantes, eo ꝙ & aliena diripiunt, & ſacris in ſuis vanitatibus, & turpitudinibus abutuntur. Idem in epiſtola; Honores & dignitates Eccleſiaſticas non ignoro deberi his qui eas dignè, & ſecundum Deum adminiſtrare, & velint, & poſſint. Et infra. Nec cuiquam vel adulto plures in pluribus Eccleſijs habere licet, niſi diſpenſatoriè quidem ob magnam, uel eccleſiæ neceſſitatem, vel perſonæ vtilitatem. Idem. Quicquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altario retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Idem. Conceditur tibi, vt ſi bene deſeruis, de altario viuas, non autem vt de altario luxurieris, vt de altario ſuperbias, vt inde compares tibi frena aurea, ſellas depictas, calcaria deaurata, varia griſeaq; pellicea. Idem de cõtemptu. Vè vè tibi clerice, mors in olla, mors in ollis carnium, mors in delitijs eſt, non modo quia ſecus introitum delectationis poſita eſſe cognoſcitur, ſed ob id maximè, quia populi peccata conſtat eſſe quæ comedis, ac ſi propria tibi minus ſufficere viderentur, ſollicitus eſto tanquàm redditurus rationem, dignos pro eis gemitus fundere, dignos agere pœnitentiæ fructus. Idem. Quando poterit neceſſarijs eſſe contentus, qui eo animo introiuit, vt ſtipendia clerici in vſus voluptatis, curioſitatis, & vanitatis congreget, ſeruet, & expendat? triplex eſt ergo funiculus, qui difficilè rumpitur hominem miſerum in perniciem trahit, qui impurè intrat, indignè miniſtrat, & ipſo fructu abutitur temporali. Idem. Non ordinauit Deus his qui euangelio ſeruiunt, de euãgelio quærere delitias, vel ornatum: ſed viuere vt ait Paulus, ex eo, vt videlicet ſint contenti alimenta corporis, non gulæ irritamenta, vel incentiua libidinis habere; & quibus tegantur, non quibus ornentur accipere. Idem. De altario (inquit) Apoſtolus viuat, non ſu-

Bona clericorũ ſunt pauperum.

Pluralitas beneficiorum deteſtanda.

Attende & time.

Neceſſaria conceduntur clericis non ſuperflua.

perbiat,

proximos, ipſi aliquo modo viuendi vſu veteraſcimus, & aſſumptæ nouitatis ſpeciem ſuſcamus, à qua tamen vetuſtate quotidie ſi ſtudia circunſpectionis inuigilent orando, legendo, bene viuendo, renouamur. Idem ſuper Ezech. Qui idcirco in ſacro eloquio ea, quæ dignitatis ſunt contemplatur, vt per hoc quod intelligit occupari ad quæſtiones poſſit, qua non dulcedine quæſitæ veritatis ſanari appetit, ſed doctus videri, iſte nimirum intellectus ſui pennas deſuper non extendit. Idem in verbis ſacri eloquij iſte debet ſtudij noſtri ordo ſeruari, vt hæc ideo cognoſcamus, quatenus de iniquitate noſtra compuncti, & cognoſcentes mala, quæ fecimus, ipſa vitemus, ne alia faciamus, & cum iam ex magno vſu lachrymarum de peccatorum remiſſione cœperit eſſe fiducia, per verba Dei quæ intelligimus, ad vitam quoq; & alios trahamus. Idem in paſto. Valde inter humana verba cor noſtrum defluit, cumque indubitanter conſtet, quòd exterius occupationem tumultibus impulſum à ſemetipſo corruat, ſtudere inceſſabiliter debet, vt per eruditionis ſtudium reſurgat. Idem in regiſ. Dum his quibus ædificamur initimur, locum ſine dubio deceptionis excludimus. Hieron. in Origen. ſuper Miche. Non æſtimes in eo te placere Deo, ſi ſermones (id eſt, ſcripturas illius) legas, tunc enim ſcripturæ proſunt legēti, ſi quod legitur, opere compleatur. Iſido. de ſum. bo. Lector ſtrenuus potius ad implendum, quæ legit, quàm ad ſciendum erit promptiſſimus, minus enim pęna eſt neſcire, quod appetas, quàm ea quæ noueris, non implere. Idem in Synoni. Diſce quod neſcis, ne doctor inutilis inueniaris, antea eſto auditor, poſtea doctor. Idem. In diſputatione tolle certamen, tolle pertinacem vincendi defenſionem, cede cito veritati, non contradicas iuſtitiæ. Idem. Diſputare ſtude, non ſuperare, plus dilige audire, quàm dicere, plus auſcultare, quam loqui. Auguſt. ſermo. Multos reperimus negligentiſſimos iuſtitiæ, & auidiſſimos ſapientiæ, hos docet ſcriptura diuina; peruenire non poſſe ad id, quod appetunt, niſi ſeruando quod negligunt, fili (inquit) concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Dominus prębebit illam tibi. Augu. de Ciui. Dei. Philoſophiæ eſt finis boni, nulla eſt igitur cauſa philoſophandi, niſi finis boni, quamobrem, quæ nullum boni finem ſectatur, nulla philoſophię ſecta dicenda eſt. Idem de Trini. Nec pigebit me ſicubi hęſito, quærere, nec pudebit me, ſicubi erro, diſcere Idem. Quiſquis hæc legit, vbi pariter certus eſt, pergat mecum, vbi pariter hæſitat, quęrat mecum, vbi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me, vbi meum cognoſcit, reuocet me, & poſt, & hoc placitum primum atque tutum coram Domino Deo noſtro cum omnibus gratum, quia ea, quæ ſcribo legunt, & in omnibus ſcriptis meis, maximè in his vbi queritur vnitas Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quia nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid inuenitur. Idem de opere mona. Quæ eſt iſta peruerſitas lectioni obtemperare nolle, dum vult ei vacare, & dum id quod bonum eſt, diutius legatur ideo facere nolle, quod legitur. Bernar. ſuper cantica. Scias quo ordine, quo ſtudio, quo fine quæque noſſe oporteat. Quo ordine, vt id prius addiſcas, quod eſt maturius ad ſalutem. Quo ſtudio, vt id ardentius, quod eſt vehementius ad amorem. Quo fine, vt non ad inanem gloriam, aut propter curioſitatem, aut aliquid ſimile, ſed tantum ad tuam, & proximi ædificationem, & ad Dei gloriam. Idem. Sunt qui ſcire volunt eo fine tantum, vt ſciant, & turpis curioſitas eſt, & ſunt, qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt, & ſunt item, qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam alijs vendant, verbi cauſa, pro pecunia, & honorib. & turpis quæſtus eſt, ſed ſunt quoq; qui ſcire volunt, vt alios ædificent, & charitas eſt, & item, qui ſcire volunt, vt ædificentur, & prudentia eſt. Idem in epiſtola. Falleris, filij, falleris, ſi te putas inueniri apud mundi magiſtros ſcientiam, quam ſoli Chriſti Diſcipuli, id eſt mundi contemptores Dei munere aſſequuntur, non enim hanc lectio docet, ſed vnctio, non litera, ſed ſpiritus, non eruditio, ſed exercitatio in mandatis Dei. Idem. Non recte proditur ad ſcientiæ limen, niſi iuſtitiæ germen præcedat ad animam, ex quo formetur granum vitæ, & non palea vanæ gloriæ. Idem in ſermo. Peſſimus mons inflans ſcientia, in quem tamen vſque hodie tanta videas concupiſcentia plurimos repere filiorũ Adam, ac ſi non nouerint, quantum pater illorum illius montis aſcenſu deſcenderit, immò, quam grauiter ceciderit, quantum tota deiecta ſit, & conquaſſata poſteritas. Sene. in Epiſtola. Tamdiu diſcendum eſt, quemadmodum viuas, quandiu viuas.

Studentiũ animus ad Deum dirigendus.

Ne fias magiſter, antequam diſcipulus.

Auguſtini mira modeſtia.

Pietatis ſtudium vbi quęrendũ.

### De *Aduocatis.* *Cap. 26.*

GRegor. ſuper Ezechiel. Iuſtus aduocatus iniuſtas cauſas nullo modo accipit, nec verba dare pro iniuſtitia conſentit. Idem ſuper illud Iob. De conuallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſſent ad ea cum clamore currebant. In valle repertis ſingulis cũ clamore occurrere, ex ſubortis cauſarum occaſionibus, etiam pro parua ſtipe litigare. Auguſt. de verbis Domini. Vſque adeo cupiditatis inoleuit malum, vt iam ex conſuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, ſententia ipſa venalis ſit, & nulla iam cauſa poſſit eſſe ſine cauſa. Bern. de conſideratione. Quotidie perſtrepunt in palacio leges, ſed Iuſtiniani, non Domini. Idem. Certe lex Domini immaculata, conuertens animas, hæ autem non tam leges, quam lites ſunt, & cauillationes ſubuertentes iudiciu. Idem. Miror, quemadmodum religioſæ aures tuę audire ſuſtinent huiuſmodi diſputationes aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad aduerſionem, quàm ad inuentionem proficiunt veritatis. Corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, & labia doloſa claude. Idem. Aduocati ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, diſerti aduerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate ſapientes ſunt, vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent verum. Idem. Iniqua omnis appellatio, ad quam iuſtitiæ inopia non coegit appellare, non vt graues, ſed ſi graueris licet. Idē. Qui non grauatus appellat, liquet, quia aut grauare intendit, aut tempus redimere.

Iob. 30. Moral.

### De *Religioſis bonis.* *Cap. 27.*

GRegor. in Regiſ. Expedit paruo incommodo, à ſtrepitu cauſarum ſeruos Dei quietos exiſtere, vt & vtilitates collectæ per negligentiam non pereant, & ſeruorum mentes ad opus diuinum liberiores exiſtant. Idem. Sicut veraciter aduerſus religioſos ſicta crimina digna ſunt vltione plectenda, ita ab illatis nihilominus ſunt abſoluendi, quando nullus eos culpæ reatus aſtringit: Auguſt. in regula. Non debent velle omnes quòd paucos vident, amplius non quia honorantur, ſed quia tolerantur accipere, ne contingat deteſtanda peruerſitas, vt in monaſterio, vbi quantum poſſunt ſiunt diuites laborioſi, fiunt pauperes delicati. Idē de moribus Eccleſiaſticis. Qui non illos miretur, & pręidicet, qui contemptis, atque deſertis mundi huius illecebris, in communem vitam ſanctiſſimam, & caſtiſſimam congregati ſimul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus, nulla ſuperbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi, ſed modeſti, verecundi, placati, concordiſſimam vitam, & intentiſſimam, in Deum grauiſſimum munus ipſi offerunt, à quo iſta poſſe facere meruerunt? Iſido. in lib. Ethimo. Religioſus (ait Cicero) à relego

Religionis laus.

eſt ap-

Religioſus à religando dictus, eo quòd poſt baptiſmũ in ſua profeſſione chriſtianæ perfectioni ſtrictiori vinculo religatur.

eſt appellatus, quia retractat, & tanquam relegit ea, quę ad cultum diuinum pertineant. Idem de Sum. bo. Sancti viri funditus ſeculo renunciantes, ita huic mundo moriuntur, vt ſoli Deo viuere delectentur: quantoq; ab huius ſeculi conuerſatione ſe ſubtrahunt, tanto interne mentis acie præſentiam Dei, & Angelicæ ſocietatis frequentiam cõtemplantur. Bern. ſuper Canti. Omnis in vobis, qui cęterorum infirmitates tam corporum, quàm animorum non ſolum patienter ſupportat, ſed inſuper. ſ. ſi valet, iuuat obſequijs, cõfortat alloquijs, informat conſilijs: & ſi hoc forſitan non poteſt propter diſciplinam, ſollicitus ſaltem orationibus ſolatiari non ceſſat infirmos, omnis (inquam) qui talia operatur in vobis, bonum omnino inter fratres ſpargit odorem.

Religioſa opera.

Idem. Optimum in moribus dixerim, qui in nullo prorſus aut reſiſtat priorib, aut inuideat paribus, aut ſubiectis, vel deſit in cura, vel in ſuperbia præſit, prælatis obediens, ſocijs congruens, ſubditis vtiliter condeſcendẽs. Idem in Epiſtola. Conuerſari ſimpliciter inter fratres Deo deuotus, magiſtro ſubditus, ſenioribus obediens, iunioribus obtemperans, Angelis placens, verbo vtilis, humilis corde, manſuetus ad omnes. Idem in ſer. Tu qui in congregatione es, benè viuis, ſi viuis ordinabilitet, ſocialiter, & humiliter, ordinabiliter tibi, ſocialiter proximo, humiliter Deo, Idem, Certum triumphati mundi teſtimonium eſt, ſi corpus caſtigas, & ſubijcias ſeruituti, ne pernicioſa libertate ſeruiat voluptati, ſi fletui præbeas oculos magis quàm curioſitati, ſi denique ſpirituali dilectione flagrans, nulli dederis animum vanitati. Idem. Quoniam ſpectaculum facti ſumus, & Angelis, & hominibus, ſeminemus hominibus exemplum bonum per aperta opera bona, ſeminemus Angelis gaudium, per occulta ſuſpiria ſancta. Idem. in congregatione poſitus, voluntates aliorum tuis voluntatibus anteponas, vt non ſolum ſine quærela, ſed etiam cum gratia maneas inter fratres, portans omnes, orans pro omnibus, vt & de te quoq; dicatur, hic eſt fratrum amator.

Humilitas, & charitas in religione fugant demones.

Idem. Parum timet Diabolus ieiunantes, vigilantes, continentes, quia tam de iſtis, quam de illis multos traxit in laqueum ruinę: ſed concordes, & vnanimiter viuentes in domo Domini, coniuncti Deo, & ſibi per vinculum charitatis, hi dolorem, hi timorem, hi liuorem Diabolo ingerunt.

### *De religioſis malis.* Cap. 28.

GRego. in Mora. Ex actione ſecularium confunditur actio religioſorum, dum illi etiam promittendo non ſeruant, quæ in præceptis audiunt, & iſti viuendo ea cuſtodiunt, in quibus nequaquam legalibus mandatis aſtringuntur. Idem, Sępe nõnulli prauitatis apertè vias deſerunt, ſanctitatis habitum ſumunt, moxq; vt prima limina benè viuendi contigerint, obliti quid fuerint, affligi iam per pœnitentiam de perpetratis nequitijs nolunt, laudari autem de inchoata iuſtitia appetunt, præeſſe cæteris melioribus concupiſcunt, quos plerunq; dum iuxta votum præſens proſperitas ſequitur, multo quàm prius fuerant de ſanctitatis habitu peiores fient. Idem. Praui homines cultum religionis aſſumunt, & bonorum vitam ſub deſpectis veſtibus iniquis moribus premunt. Item ſuper Ezechiel. Sepe quoſdam videmus ad vocem prædicationis quaſi ex conuerſione compunctos, habitu non animũ mutaſſe, ita vt religioſam veſtem ſumerent, ſed ante acta vitia non calcarent. Aug. in ca. de Ira. Melior eſt, &c. Idem de opere mona. Qui veram oſtendit corporis infirmitatem, humanè tractandus eſt, qui autem falſam prætendit, & conuinci non poteſt, Deo dimittendus eſt.

Ocio annexa eſt detractio.

Idem. Vtinam iſti, qui vacare volunt manibus, omnino vacarent & linguis, neq; enim tam multos ad imitationem inuitarent ſi eis non tantum exempla pigra, ſed etiam muta proponerent. Idem in Epiſtola. Ex quo Deo ſeruire cępi, quomodo difficile ſum expertus meliores: quam qui in monaſterijs profecerunt: ita non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſterijs ceciderunt, Iſido. de Sum. bono. Atrociter in diſcuſſione diuini iudicij arguẽdi ſunt, qui quod profeſſione ſpoponderunt, opere implere contempſerunt. Bern. ſuper Miſſus. Illam qua ſæculum deſeruimus humilitatem deſerentes, dum poſt hoc cogimur inepta denuò ſectari ſtudia ſæcularium, canes efficiuntur reuertentes ad vomitum. Idem. Video (quod magis doleo) poſt ſpretam ſœculi pompam nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere, ac ſub alijs mitis humiliſque magiſtri grauius inſoleſcere, & impatientes fieri in clauſtro amplius, quàm fuiſſent in ſeculo. Quodque magis peruerſum eſt, pleriq. in domo Dei non patiuntur haberi ſe contemptui, qui in ſua domo non niſi contemptibiles eſſe potuerunt, vt quia videlicet vbi à pluribus honores appetunt. i. in ſeculo, ipſi locum habere non potuerunt, nec meruerunt, ſaltem ibi honorabiles videantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur. Idem in Apolo, Quid facit ſuperbia ſub pannis humilitatis tuæ Domine Ieſu, nunquid non habet, quo ſe palliet humana malitia, niſi vnde inuoluta eſt Saluatoris infantia? Idem in Epiſtola. Iungant ſe animis, qui iuncti ſunt inſtitutis, inuicem ſe foueant, inuicem ſe defendant inuicem onera ſua portent. Ait enim ſapiens. Frater adiuuans fratrem, ambo conſolabuntur, Quod ſi alterutrum (quod abſit) ſe corroſerint, & momorderint, nonne ſimul ambo deſolabuntur? Idem. Qui debitorem, & procuratorem carnis ſe conſtituit, vt magis uentrem ſterilem paſcere, quàm animæ ſtudeat benè facere, nullum religionis iugum, quantumlibet leue, quantumlibet ſuaue videatur, ei tolerabile eſt, vnde contingit, vt neque hic, vbi ſine murmure eſſe non poteſt, neq; in futuro, vbi pœnam murmurationis tolerare neceſſe eſt, pacem inueniat, vbi autem non eſt pax, ibi nec Deus, quia in pace factus eſt locus eius. Idem in ſermo. In omnibus ferè religioſis congregationibus ſanè inuenire eſt homines puſillanimes, & remiſſos, deficientes ſub onere, virga, & calcaribus indigentes, quorum remiſſa lætitia puſillanimis triſtitia eſt, quorum breuis, & rara compunctio, animalis cogitatio, & tepida conuerſatio eſt, quorum obedientia ſine deuotione, ſermo ſine circunſpectione, oratio ſine cordis intentione, lectio ſine ædificatione. Idem. Sunt in nos tria genera hominum, ipſaq; ſatis incongrua, & ordini, & homini, qui hanc viam ingreſſus eſt. Sunt enim, qui benè inceperunt, ſed defecerunt citò, & ſunt, qui nunquam inceperunt, ſed in ſua mollicie permanſerunt, & ſunt, qui captãtur ſpiritu leuitatis, tardi ad audiendum, veloces ad loquendum, paratiſſimi rurſum enumerare, quod faciunt. Sed quid faciunt tandem? Idem. magna eſt confuſio, & magna valde, & ardentius ſeculares pernicioſa deſiderant, quàm nos vtilia, citius illi ad mortem properant, quàm nos ad vitam. Idem. De eo qui habitum habet religionis, & non vitam, propheta (inquit.) Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. Exteriorem quippe ſuperficiem intuens religioſus malus, ſalua ſibi omnia ſuſpicatur, non ſentiens vermem occultum, qui omnia interiora corrodit, manet tonſura, veſtis, necdum mutata eſt, ieiunorum regula cuſtoditur, ſtatutis pſallitur horis, ſed cor eorum longè eſt à me, dicit Dominus. Idem in Epiſtola, Multo facilius reperies multos ſeculares conuerti ſimpliciter ad bonum, quàm vnumquempiam de religionis proficere de bono in melius. Rariſſima enim auis in terris eſt, qui de gradu quem in religione ſemel attigerat modicum, vel parumper aſcendit.

Prou. 18.

Tria genera hoĩum inter religioſos.

Diligentia ſecularium noſtrã dãnat negligentiam.

*De nouitijs.* Cap. 29.

Qualeſ ſuſcipiendi nouitij.

GRegorius in Regiſ. Omnib. cuiuſlibet ætatis, aut officij oneroſa eſt nouitas. Idem. Quiſquis diuina inſpiratione compunctus, relictis ſæculi huius actionibus, ad Deum conuerti feſtinat, ita cum charitate ſuſcipiendus eſt, & blandis per omnia conſolationib. refouendus, vt in ea quam elegit (Deo adiuuante) delectetur modis omnibus conuerſatione perſiſtere. Idem ſuper Ezech. Nullus, qui ad bonum propoſitum conuerſus adhuc in mentis teneritudine eſſe conſpicitur, deſpiciatur, quia frumentum ab herba incipit, vt granum fiat. Iſidorus de Summo bo. Primordia conuerſorum blandis refouenda ſunt modis, ne ſi ab aſperitate incipiant, exterriti ad priores lapſus recurrant, qui. n. conuerſum ſine lenitate erudit, exaſperare potius, quam corrigere nouit. Bern. de Amore Dei. Feruorem nouitiorum non decent illæ miſericordes in ſeipſos diſcretiones, & diſtrictionum diſpenſationes, facileſque indulgentiæ ſuo iudicio tribuendæ, non tamen recuſandæ ſunt alieno iudicio. Idem. A nouitio in ſeipſum rigida debet eſſe cenſura, & diſtricta ſeueritas; ad regentem autem, vel conſulentem ſpectat paterna vel fraterna charitas, & pietas, ſi alterum horum deſit, vel in deſide, & tepido non ſpero curſus perſeuerantiam, vel in præcipiti timeo ruinam. Idem. Animalem diſcretum, nouitium prudentem, inſipientem ſapientem, in cella diu poſſe conſiſtere, in congregatione poſſe durare, impoſſibile eſt; Idem. Docendus eſt nouitius ſic habere corpus ſuum, ſicut ægrum commendatum, cui etiam multum volenti inutilia ſunt neganda, vtilia vera etiam nolenti ingerenda, ſic de corpore ſuo agere, ſicut de non ſuo, ſed eius à quo pretio magno empti ſumus, vt glorificemus eum in corpore noſtro. Idem ſuper Qui habitat; Obſecro vos nouellæ plantationes Dei, vos qui nondum exercitatos habetis ſenſus ad diſcretionem boni, & mali, nolite ſequi cordis veſtri iudicium, nolite abundare in ſenſu veſtro, ne vos tanquam rudes adhuc verſutus ille venator decipiat. Idem ſuper Cantica. Placent fateor in nouitijs, quantum ad ea, quæ in facie ſunt, neglectior vtiq; is, qui foris apparet corporum cultus, & veſtium minor cura, ſermo rarior, vultus hylarior, aſpectus verecundior, inceſſus maturior. Idem in Serm. Ante omnia timor nouitijs neceſſarius eſt, quo nimirum peccata præterita poſſint delere, cauere futura. Timor enim Domini, vt ait ſcriptura expellit peccatũ, ſiue quod admiſſum eſt, ſiue quod tentat intrare, expellit hoc pœnitendo, illud reſiſtendo.

Conuerſatio nouitiorum moderanda.

Eccle. 1.

*De iuuenibus.* Cap. 30.

Non temerè promouẽdi ad ordines.

GRegorius in Regiſ. Eſto ſollicitus, vt pueri ad ſacros ordines nullatenus admittantur, ne tãtò periculoſius cadant, quanto citius alta conſcendere feſtinant. Idem in Moral. Immenſa ſuperbia iuuenum eſt a ſeniore ſibi reuerentiam exigere, & ſilentium imperare meliori. Idem in Paſto. Iuuenes plerunq; ſeueritas admonitionis ad profectum dirigit; ſenes verò ad meliora opera deprecatio blanda componit. Idem ſupra in capitulo de Vſurpantib. prædicationem. Ioan. Chryſ. de Compunctione. Non canicies laudabilis, neque iuuentus culpabilis exiſtit, multi quippe, & in iuuẽtute philoſophiam demonſtrarunt, & in ſenectute lapſi ſunt. Canicies ſapientiæ, non capilli candidi commendãtur. Cyprianus de duodecim abuſionibus. Sicut in ſenibus ſobrietas, & morum perfectio requiritur, ita in adoleſcentibus, & iuuenibus, obſequium, & ſubiectio, & obedientia ritè debetur. Ambr. de Offic. Pulchra virtus adoleſcentium verecundia, & ſuauis gratia, quæ non ſolum in factis, ſed etiam in ipſis ſpectatur ſermonibus. Idem. Vt in ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas, ita in adoleſcentibus verecundia velut quadam dote commendatur. Idem de Virginitate. Etiam cum fides tua tuta ſit, iuuentus tamen ſuſpecta eſt. Bernar. ſuper Cantica. Quid amabilius verecundo adoleſcente, quàm pulchra hæc, & quàm ſplendida gemma morum in vita, & vultu adoleſcentis, quàm vere, & minimè dubia bona nuntia ſpei, bonæ indolis index. Idem de Conſideratione. Vel boſulum adoleſcentem & ſtudentem eloquẽtiæ, cum ſapientiæ ſit inanis, non aliud, quam iuſtitiæ hoſtem reputes, & pro huiuſmodi falſis fratribus dicit ille magiſter diſciplinæ. Manus nemini citò impoſueris. Idem de Amore Dei. Sapientes latent, & deliteſcunt, pueri regnant, & principantur, & fiunt principes, qui manè comedunt, & vè terræ illi. Idem infra libro Tertio in capitulo de lætitia mala. Eia lætare. Anſel. de Similitu. In iuuene tria uotantur, quibus ad probitatem venturus prænoſcitur, hæc autem ſunt taciturnitas, corporis continentia, & verecundia.

Bonę indoles iuuenũ.

1. Tim. 3.

*De Monachis bonis.* Cap. 31.

GRegorius in regiſ. ad quendam Abbatem. Huius te pręcepti ſerie commonemus, vt neque mulieres in monaſterio tuo deinceps qualibet occaſione permittas aſcendere, neq; monachos tuos ſibi cõmatres facere. Idem in Homil. Monachus reuerentiam ſui habitus in actu, in locutione, in cogitatione ſemper circunſpiciat, & ea quæ mundi ſunt, perfectè deſerat, & quod oſtendit humanis oculis habitu, hoc ante Dei oculos moribus prætendat. Iſid. de Summo bono. Summa monachi virtus humilitas, ſummum vitium eſt ſuperbia. Idem. Tunc autem ſe quiſq. Monachum iudicet, quando ſe minimum omnium exiſtimauerit, etiam ſi opera maiora virtutum geſſerit. Ioannes Chryſoſt. de Compunctione. Monachus non ſolum propterea dicitur monachus, quia vxorem non habet, ſed quia religioni Dei, & ſeruitio ipſius mancipatus eſt, & cura illi eſt, queadmodum Deo, non ſæculo placeat, & qui magis eligit caſtitatem, qua Deo cara eſt, & Spiritusſancti habitatio. Hieronym. in Epiſtola. Humilitatem veſtiũ tumenti animo non appetas, & ſæcularium & maximè potentum conſortia deuita: quid tibi neceſſe eſt ea videre ſæpius, quorum contemptu monachus eſſe cœpiſti? Idem, Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe monachum lugeat, & Domini ſui ſemper pauidus præſtoletur aduentum; qui ſciens imbecillitatem ſuam, & vas fragile quod portat, timet offendere ne impingat, & corruat, atq; frangatur. Vnde & mulierum maximè iuuencularũ vitat aſpectũ, & intantũ caſtigator ſui eſt, vt etiã quæ tuta ſunt pertimeſcat. Bernar. de præcep. & diſpenſa. Lego in regula hæc: Conſideratio pęnes Abbatẽ ſit, & hoc vel illud eſſe in prouidentia, vel arbitrio, ſeu diſpoſitione Abbatis, vt aũt pro ſua voluntate aliquid mutet de regula, me ibi legiſſe non recolo, quinimmo (inquit) omnes magiſtram regulam ſequatur, nec ab ea temere deuietur, à quoquam ergo nec ẽt ab ipſo Abbate, omnes (inquit) magiſtram ſequantur regulam, nemo igitur ſuam voluntatem. Idem. Super fratrum tranſgreſſiones, non ſuper patrum traditiones conſtituitur, qui Abbas eligitur, mandatorum cultor, vltor vitiorum. Idem in Epiſtola. Ordo noſter abiectio eſt, humilitas, voluntaria paupertas, obedientia pax, gaudium in ſpiritu ſancto. Ordo noſter eſt eſſe ſub magiſtro, ſub Abbate, ſub regula, ſub diſciplina. Ordo noſter eſt ſtudere ſilentio, exerceri vigilijs, ieiunijs, ac orationibus, opere manuum, & ſuper omnia excellentiorem viam tenere, quæ eſt charitas, porrò in omnibus his proficere de die in diem, & in ipſis perſeuerare vſq; ad vltimum diem. Idem. Quoſcunque de

Monaſteria fratrũ mulierib. interdicta.

Officium monachi, lugere,

Abbas er- tuis inueneris triſtes, puſillanimes, murmuroſos, ipſo
go ſubdi- rum te patrem, ipſorum te noueris eſſe Abbatem, con-
tos patres ſolando, exhortando, increpando, tunc.n.agis opus tuū
referat. & portando ſanas, quod ſanando portas. Siquis verò ita ſanus eſt, vt magis iuuet te quam iuuetur à te, huius te non patrem ſed fratrem, comitem, non Abbatem eſſe cognoſcas. Benedictus in regula. Magnopere debet ſolicitudinem gerere Abbas, & omni ſagacitate, & induſtria curare, ne aliquam de ouibus ſibi creditam perdat: nouerit. n. infirmarum ſe curam ſuſcepiſſe animarum, non ſuper ſanas tyrannidem. Idem Abbas non conturbet grege ſibi commiſſum, nec quaſi libera vtens poteſtate iniuſtè diſponat alquid, ſed cogitet ſemper, quia de omnibus iudicijs, & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem. Idem Oportet Abbatem eſſe doctum lege diuina, vt ſciat, vnde proferat noua, & vetera, caſtum, ſobrium, miſericordem, vt ſuper exaltet miſericordia iudicium, vt ipſe idem à Domino conſequatur, odiat quoq; vitia, diligat fratres. Idem. Abbas in ipſis imperijs ſuis ſit prouidus, & conſideratus, ſiue ſecundum Deum, ſiue ſecundum ſæculum ſit. Opera quę iniungit diſcernat, & temperet, cogitet diſcretionem ſancti Patriarchæ Iacob dicentis. Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti vna die.

De doctrina præditus ſit Abbas.

*De monachis malis.* *Cap.* 32.

GReg. in Dialogo. Monachus qui in terra poſſeſſionem quærit, monachus nō eſt. Idem in regiſ. Si peculiaritas à monachis habetur, neq; concordia, neq; charitas in congregatione eadem poterit permanere. Idem. Quid eſt habitus monachi, niſi deſpectus mundi? quomodo ergo mundum deſpiciunt, qui in monachi habitu poſiti, aurum quærunt? Idem. Monachorum quidem ſpecies tenetur, multa verò ſub ſanctitatis habitu ſæcularia aguntur. Idem. monachi mihi terrenæ mentis eſſe omnino apparuerunt, qui nimis terrenum hominem Abbatem habere quæſierunt. Iſido. in ethi. Monachus Græca ethymologia vocatur, eo ꝙ ſingularis ſit. Monos.n.græcè ſingularis dicitur. Ergo ſi ſolitarius vel ſingularis interpretatur vocabulū monachi, quid facit in turba, qui ſolus eſſe debet? Idem de Summo bono. Multi monachorum amore parētum non ſolum terrenis curis, ſed etiam forenſibus iurgijs inuoluuntur, & pro ſuorum temporali ſalute amicorum ſuas animas perdunt. Idem. Maximè per cenodoxiam ſubijcit ſic Diabolus monachum, vt quem per ſæculi amorem retinere non potuit, ab humilitatis culmine ſubtrahat, & per ſuperbiæ tumorem ſubditum faciat. Ioannes Chryſo. De compunctione. Eos qui videntur ſuſtuliſſe crucem ſuam, & ſequi Chriſtum, per latam, & ſpacioſam viam velle incedere, nonne tibi prodigioſum videtur? Idem. Deniq; monachi cum de monaſterijs requirunt, & de locis habitationem percunctantur, ante omnia requirunt, ſi requies ſit in loco, ſi abundent omnia. Idem in capitulo de propinquitate. Dico tibi monache, & c. Hieronimus in epiſtola. Monachum, quem ſenſeris tibi aut ſemper, aut crebro de nummis loquentem, excepta elemoſyna, quæ indifferenter omnibus pater, inſtitorem habeto potius, quàm monachum. Ber. in Epiſtola. Labor, & latebræ, & voluntaria paupertas, hæc monachorum inſignia, hæc vitam ſolent nobilitare monaſticam, veſtri autem oculi omne ſublime vident, veſtri pedes omne forum circumeunt, veſtræ linguæ in omnibus audiuntur conſilijs, veſtræ manus omne diripiunt patrimonium. Idem ſuper Cantica. Quale eſt hoc, vt in omnibus fluuijs, agris, hortis, cellarijs vè vix reperiri poſſit, quod comedas, vel bibas? memento te quæſo monachum eſſe, non medicum, nec de complexione iudicandum, ſed de profeſſione. Parce, obſecro, primùm quidem quieti tuæ, parce deinde labori miniſtrantium tibi, parce grauamini domus, parce conſcientiæ, conſcientiæ dico, & ſi non tuæ, parce ſaltem conſcientiæ alterius. Idem in Apolo. Miror vnde inter monachos tanta intemperantia in cibis, & potationibus, in veſtimentis, & lectiſternijs, equitaturis, & conſtruendis ædificijs inſoleſcere potuit, quatenus vbi hæc ſtudioſius, & voluptuoſius, atq; effuſius fuerint, ibi ordo melius obſeruari dicatur, & maior putetur religio. Idem. Ecce inter monachos parcitas putatur auaritia, ſobrietas auſteritas, ſilentium triſtitia reputatur. Econtra, remiſſio diſcretio dicitur, effuſio liberalitas, loquacitas affabilitas, cachinnatio iucūditas, mollicies veſtimentorum, & æquorum faſtus, honeſtas, lectorum ſuperfluus cultus munditia. Idem. Iam de aquæ potu quid dicam? quando, nec vllo quidem pacto vinū aquarum admittitur, omnes nimirum ex quo monachi ſumus, infirmos monachos habemus & tam neceſſariū Apoſtoli de vino vtendo conſilium non negligimus, modico tamen (quod ille præmiſit) neſcio cur prætermiſſo. Idem. Quæritur ad induendum, nō quod vtilius, ſed quod ſubtilius inuenitur, non quod repellat frigus, ſed quod ſuperbiæ competat, non deniq; iuxta regulam quod vtilius comparari poteſt, ſed quod venuſtius immò vanius poterit oſtentari. Heu me miſerum qualemcunq; monachum, cur adhuc viuo, tędet animam videre ad hoc deueniſſe ordinem noſtrum ſanctum. Idem. Habitus noſter (quod & dolens dico) qui humilitatis ſolebat eſſe inſigne, à monachis noſtri tēporis in ſignū geſtatur ſuperbiæ, vix iam in noſtris prouincijs inuenitur, quo veſtiri dignemur, miles, & monachus ex codē panno partiuntur ſib i clamydem, & cucullam. Quiuis de ſæculo quantumlibet honoratus, etiam ſi Rex, etiam ſi Imperator ille fuerit, non tamen noſtra horrebit indumenta, ſi ſibi ſuo modo præparata fuerint, & aptata. Idē ſuper miſſus. Ornari, non armari appetunt milites Chriſti, qui dum ſe præparare ad prælium, & contra aereas poteſtates prætendere paupertatis inſignē debuerant, quod vtiq; aduerſarij multum formidant, in mollitie veſtimentorum pacis potius quam belli præferentes inditium, vltrò ſe ſuis hoſtibus, ſine ſanguine tradunt inermes. Idem in cap. de curioſitate lib. 3. Monachus qui ſui. Item in Lib. 2. in cap. de ſuperbia. Idem in Ser. Nihil turpius, quàm monachus per vrbes, & caſtella diſcurrens, niſi cum hoc charitas cogat, quæ operit multitudinem peccatorum. Anſel. de ſimilitu. Nec cuiquam prodeſt habitum monachi exteriorem habere, ſi non ſtuduerit, & interiorem retinere.

Proprietas monachatui aduerſatur.

Per crucem & anguſtam viā incedendū eſt monacho.

Monachorum inſignia.

Abuſus virtutum.

Delitiæ in ueſtibus fugiendæ.

Vagatio religionis eſt peſtis.

*De incipientibus.* *Cap.* 33.

GRego. in Paſto. Qui bona inchoata non conſumant, dum propoſita non perficiunt, etiam quæ fuerunt cępta conuellunt. Idem. Nec malos bona imperfecta adiuuant, nec bonos mala inconſumata condemnant. Idem. Via Dei, & inchoantibus anguſta eſt, & perfectè iam viuentibus lata, & dura ſunt, quę contra cōſuetudinem ſpiritualiter animo proponimus, & tamen onus Dei leue eſt, poſtquam hoc ferre cęperimus. Idem in Moral. Conuerſorum initia bonis moribus maliſq; ꝑmixta ſunt, quia, & noua vita iam per intentionē agitur, & vetus adhuc ex vſu retinetur. Iſido. de ſum. bo. Qui ex deteriore melior eſſe cœpit caueat de acceptis extolli virtutibus, ne grauius per vanam gloriam corruat, quam prius per lapſum vitiorum iacebat. Idem. Valet interdum conuerſis pro animi ſalute mutatio loci, plurimum.n. dum mutatur locus, mutatur & mētis affectus. Aug. ſuper Gen. Nulla abſtinentia fit à voluntate carnali, quæ non habeat in exordio dolorem, donec in meliorē partē cōſuetudo flectitur. Caſſio. ſup pſalteriū. Initiā profe-

Diſciplina in principio amaritudinē, in fine habet dulcedinem.

profectus eſt carnalia vitia relinquere, Domino ſupplicare. Ber. in ſer. Solet inter primordia cõuerſionis acrius inſurgere tentatio prauæ conſuetudinis, & vix poſſunt extingui iacula ignita diaboli.

De *proficientibus*. *Cap.* 34.

GReg. in mor. omnipotens Deus interiora diſcernens, ipſis ſpiritualibus profectibus modũ ponit, vt ex hoc, homo quod apprehendere conatur, & non valet, in illis ſe non eleuet, quæ iam valet. Idem. Ad Deum quaſi tot greſſibus mens accedit, quot bonis moribus proficit. Idem. Nonnulli qui ætate creſcunt, ab innocentia decreſcunt, electis verò cum foris ętas corporis, intus (ſi dici liceat) creſcit ætas virtutis. Idem. Si laſſeſcere ab inchoatis bonis nolumus, valde neceſſe eſt, vt inchoare nos quotidie credamus. Idem. Sancti viri quò altius apud Deum virtutum dignitate proficiunt, eò ſubtilius indignos ſe eſſe deprehendunt, quia dum proximi lucis fiunt, quicquid eos in ſeipſis latebat inueniunt. Idem ſuper Ezech. Quantò plus perficimus in cogitatione, tantò nobis indignamur amplius de peruerſo opere. Idem. Plerumq; qui plus in contemplatione rapitur, contingit, vt amplius in tentatione fatigetur, ſicut quibuſdam bene proficientibus contingere ſæpe ſolet, quorum mentem, dum aut compunctio afficit, aut contemplatio ſuper ſemetipſum rapit, ſtatim etiam tentatio ſequitur, ne de his ad quæ rapta eſt, extollatur. Idem in regi. Intantum proficies, quantum tibi non ſtudueris derogando fratribus arrogare. Hiero. in epiſtola. Oblitus poſteriorum ſemper priora ſectaberis, nequaquã conſiderans, quid alij mali faciant, ſed quid boni tu facere debeas, nec peccantium ducaris multitudine, ſed ſanctorum exempla potius imiteris. Idem. Creſcat in te cum annis gratia, creſcat cum ætate iuſtitia, & fides tua eo perfectior videatur, quò ſenior eſt. Aug. de verbis Apoſtoli. Semper tibi diſpliceat, quod es, ſi vis peruenire ad id, quod nondum es. Nam vbi tibi placuiſti, ibi remanſiſti, ſi autem dixiſti ſufficit, periſti. Idem. Semper adde, ſemper ambula, ſemper profice, noli in via deficere, noli retroire, noli deuiare, remanet.n. qui non proficit, retrò redit, qui ad ea reuoluitur, vnde iam receſſerat, deuiat, qui apoſtatat. Idem de prædeſtina. Cur non (inquit Cyprianus, properamus, & currimus, vt patriam noſtram videre, vt parentes noſtros ſalutare poſſimus? magnus illic nos charorum numerus expectat parentum, fratrum, filiorum frequens, & copioſa nos turba deſiderat, iam de ſua incolumitate ſecura, adhuc de noſtra ſalute ſolicita. Idem in cap. de oratione accepta. Qui didicerunt. Bern. in epiſtola. Aut aſcendas neceſſe eſt, aut deſcendas, ſi attentas ſtare, ruas neceſſe eſt. Idem in cap. de verecundia lib. 4. Nolo repentè. Idem in Ser. Ita nimirum diuina ſolet pietas conſeruãdæ humilitatis gratia ordinare, vt quantò plus quiſq; proficit, eò minus ſe reputet profeciſſe. Nam & vſque ad extremum ſpiritualis exercitij gradum, ſi quis tantum proficit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, vt adhuc vix ſibi illum adeptus videatur. Idem. Vbi ſanè in ſpirituali profeceris exercitio, erit nonnunquam rapit à tuo ſpiritu in diuinum, vt incipias gaudere de bonis Domini, quia propria ante mala lugebas. Idem. Minimè oportet greſſum ſiſtere, & reſpicere retrò, multo minus expedit, ſed currẽdum nobis, & properandum, ne fortè egreſſus, vt gigas ad currendum viã ſuam à nobis ſe Chriſtus elóget, ſed potius prouidentes eum in conſpectu noſtro ſemper, & in eius odore tracti facilius citiuſq; curramus. Auctor de ſpiritu, & anima per odium. Infrà lib. 4. in ca. de deſiderio.

*Spiritualis profectus, eſt ſe nihil perfeciſſe putare.*

De *perfectis*. *Cap.* 35.

GRego. in mora. Magna eſt perfectio, ſuæ imperfectionis cognitio. Idem. Tanto quiſq; perfectus eſt, quanto perfectè ſentit dolores alienos. Idem. Valdè perfectorum eſt, ſic de offenſo opere auctoris gloriam quærere, vt de oblata laude priuata neſciant exultatione gaudere. Idem. Perfectus quiſq; cum in ſeipſo vitia vicerit, ſtatim mentem etiam contra vulnera paſſionis accingit. Idem. Ille verò perfectus eſt, qui ad imperfectionem proximi impatiens non eſt. Nam qui alienam imperfectionem ferre non valens, proximum deſerit, ipſe ſibi teſtis eſt, ꝙ perfectè nõdum perfecit. Idem. perfecta vita, mortis eſt meditatio. Idẽ. Qui perfectè Deo placere deſiderant, ſibi de ſe nihil relinquant. Augu. de ſpiritu, & litera. Quantum mihi videtur in ea, quæ perficiẽda eſt iuſtitia, multum in hac vita ille profecit, qui quàm longe ſit à perfectione iuſtitiæ, proficiendo cognouit. Idem. Hoc perfectorum eſt. Infra in lib. 4. in ca. de æquitate. Idem. Nullus perfectus. Infrà lib. 4. de ſufficientia. Iſido. de ſum. bo. Sicut falſitatis crimen à proficientibus pertimeſcitur, ita otioſa verba à perfectis viris ſolicitè vitantur. Idem. Peccata quæ incipientibus leuia ſunt, perfectis viris grauia reputantur. Ber. in epiſtola. Nemo perfectus, qui perfectior eſſe non appetit. Idem. Proficiendi ſtudium, & iugis conatus ad perfectionem, perfectio reputatur. Quod ſi ſtudere perfectiorem eſſe, perfectum eſt: nolle proficere, deficere eſt. Idem. In propoſito perfectionis apparere imperfectũ nexus eſt. Idem. Habes de iuſto, ꝙ lex Dei in corde ipſius, & non in codice, nec perfectionis is gradus perfectus, carere et neceſſarijs paratus eſt. Idem. ſuper cant. Perfectus omnis reputatur, in cuius anima tria hæc congruenter, atq; oportunè concurrere videbuntur, vt. ſ. nouerit gemere pro ſe, & exultare in Deo, & proximorum vtilitatibus potens ſit ſubuenire, placens Deo, cautus ſibi, vtilis proximis.

*Perfectionis inſignia.*

*Tria perfectorum officia.*

*De tribus prædictis ſtatibus.* *Cap.* 36.

GReg. in moral. Tres ſunt modi conuerſorum. ſ. inchoatio, medietas, atque perfectio. In inchoatione autem ſunt blandimenta dulcedinis, in medio quoq; tempore ſunt certamina tentationis, ad extremum verò perfectio vitioſę pulchritudinis. Idem ſuper Eze. Alia ſunt virtutis exordia, aliud perfectio. Iſid. de ſum. bo. Tripartitus deſcribitur eſſe vniuſcuiuſq; conuerſi profectus. ſ. primus corrigendi à malo, ſecundus faciendi bonum, tertius conſequendi boni operis prẽmiũ. Bern. In epiſtola. Incipientium ſtatus dici poteſt animalis, proficientium rationalis, perfectorum ſpiritualis. Idẽ ſuper Cant. Sunt hi tres animarum affectus, ſiue profectus, expertis duntaxat ſatis noti & manifeſti. ſ. cum aut de actibus malis indulgentiam, aut de bonis agẽdis gratiam, aut ipſius etiam indultoris, & benefactoris ſui præſentiam (eo quidem modo quo in corpore fragili poſſibile eſt) obtinent intueri. Idem. Inuenit profectò apud Deum & verecunda confeſſio, quo ſe humiliando deijciat, et propera deuotio, vbi ſe innouando reficiat, & iocunda contemplatio, vbi ſe excedendo quieſcat. Idem in ſerm. Alij vacent ſanctæ contemplationi, alij dediti ſint fraternæ adminiſtrationi, alij in amaritudine animę ſuæ recolant annos ſuos, tanquam vulnerati dormiẽtes in ſepulchris. Idem. Sic planè ſic opus eſt, vt Maria piè et ſublimiter ſentiat, de Deo ſuo Marta miſericorditer, & benignà de proximo: Lazarus miſerè, & humiliter de ſeipſo.

De *monialibus*. *Cap.* 37.

GReg. in regiſ. Iuuenculas Abbatiſſas vehementiſſimè prohibemus. Ambr. de virgini. Aiunt plerique maturioris ætatis virgines eſſe velandas, neq; ego abnuo ſacerdotales cautiones eſſe debere, vt non temere velentur. Spectet planè ſpectet ætatem ſacerdos, ſed fidei, vel pudoris, ſpectet maturitatem verecundiæ, examinet grauitatis canitiem, morum ſenectam,

pu dicitiæ

pudicitiæ annos, animos charitatis. Aug. de bo. coniugali. Non nos in virginibus prædicamus, quod virgines ſunt, ſed quòd Deo dicatæ pia continentia virgines. Nam quod non temerè forſitan dixerim, fœlicior mihi videtur nupta mulier, quàm virgo nuptura. Idem in lib. de virginitate. Nulla carnis fœcunditas ſanctæ virginitati comparari poteſt, neque enim & ipſa quia virginitas eſt, ſed quia Deo dicata eſt, honoratur. Idem. In vita æterna eſt quædam egregia gloria, non omnibus in ęternum victuris, ſed quibuſdam ibi tribuenda, cui conſequendę parum eſt liberum eſſe à peccatis, niſi ſuper hoc aliquid ipſi liberatori voueatur, quod non ſit criminis nō vouiſſe, ſed vouiſſe, ac rediddiſſe ſit laudis & honoris. Idem. Pergite ſancti pueri Dei, & puellæ, mares, & fœminæ, cœlibes, & innuptæ, pergite perſeuerāter in finē, & laudate Dominum dulcius, quem cogitatis vberius, ſperate fœlicius, cui ſeruitis inſtantius, amate ardētius, cui placetis attentius, lumbis accinctis, & lucernis ardētibus expectate Dominum, quando veniat à nuptijs. Idem de eccle. dogm. Sacratæ Deo virginitati nuptias coęquari, aut pro amore caſtigandi corporis abſtinētibus à vino, vel carnibus nihil accreſcere meriti, credere, non hoc Chriſtiani, ſed Iouiniani eſt. Hiero. in epiſtol. Agnoſce virgo ſtatum tuum, agnoſce locum, agnoſce propoſitum. Chriſti ſponſa diceris, vide ne quid indignum ei cui deſponſata diceris, admittas, citò reſcribet repudium ſi in te viderit vel vnum adulteriū. Idem. Caue ne cui vel cōcupiſcendi occaſionem tribuas, quia ſpōſus tuus Deus zelans eſt, criminoſior eſt enim Chriſti adultera, quàm mariti. Idem. Romana eccleſia Apoſtolico ſine dubio (cuius Sedem obtinet) ſpiritu animata, tam ſeueram ſtatuit ſententiam, vt vix vel pœnitentiæ dignam iudicaret, quæ ſanctificatum Deo corpus libidinoſa coinquinatione violaſſet. Anaſtaſius in ſermo. Nihil prodeſt corpus velare, & mentem vitiorum portentis maculare. Quid enim prodeſt nigris veſtibus indui, & à detractione linguam nō cohibere? Idem. In monaſterio poſitæ non otio torpeſcant, non detractionib. non obſcœnis confabulationibus incumbant, ſed aut pſalmorum modulationibus, aut manuum operationibus inſiſtant, aut certè diuinis lectionibus aurem accomodent. Idem. Minores natu, eas quæ prouectę ſunt ętatis obſequio ſanctitatis venerentur, prouectæ quoque annis, iuniores dictis & exemplis ad benè viuendum informent. Nobiles genere nequaquam ignobilib. ſe pręferant, ſcientes, quia perſonarum acceptor nō eſt Deus. Idem. Vita Abbatiſſę velut pēnatum animal, ad altum ſemper ꝑ deſideriū euolet, ꝑ verba reſoluet, luceat per exemplum. idem. Tales Abbatiſſæ regendarum animarum curam ſuſcipere debent, quæ ſubditis verbis, & exēplis ducatum præbeant ſanctæ religionis. Idem. omnis actio abbatiſſę ſemper ſit propter Deum, & de Deo, & cogitatio in Deum, & exceptis vitijs, quibus non cōpaſſio, ſed rectitudo debetur, omnibus eam cupio eſſe compaſſibilem, omnibus gratam. Cęſarius in ſerm. Religioſam quampiam non oportet, non decet, non expedit parentum ſuorum multis obligationibus implicari, aut quorumlibet extraneorum pernicioſa familiaritate conſtringi. Idem pompoſa indumenta, quæ non vtilitati, ſed vanitati ſeruiunt, faſtidite, atque contemnite virgines Chriſti ſponſæ, multæ enim quod in moribus diligūt, hoc & in veſtibus, & in operibus ſuis oſtendūt. Cypr. in ſerm. Non computari iam poteris inter puellas & virgines Chriſti, quæ ſic viuis & vadis, vt poſſis ab hominibus adamari. Bern. in epiſt. Vt quid hactenus monacha, & ſanctimonialis vocata es, q̃ ſub ſanctitatis nominibus non tamen ſanctè conuerſata es? cur velum in capite mentiebatur reuerentiā, & ſub velo petulās oculus exhibebat impudentiā? caput ſiquidē gerebas velatum, ſed elatum, ſub ſigno verecundiæ ſermo reſonabat inuerecundus, Riſus immoderatior, inceſſus laſciuior, veſtitus ornatior vni inflatæ magis, quàm velatæ congruerent.

Pręexcellētia virginitatis.

Error Iouiniani.

Seueritas ī laſciuas virgines.

Monialiū exercitia.

Abbatiſſæ vita, & exēplum.

*De Virginibus. Cap. 38.*

GReg. ſuper Ezec. Candida vita eſt carnis incorruptio, & flos virginitatis. Idem in mora. Carnis virginitas nequaquam iuſſa eſt, ſed tantummodo laudata. Nam ſi illa iuberetur, nimirum iam coniugium in culpam verteretur, & tamen multi virtute virginitatis pollent, vt videlicet plus impendant obſequio, quam acceperant in præcepto. Aug. de virg. Profectò habebunt magnum aliquid virgines præter cæteros in illa communi ſanctorū immortalitate, quoniam habet aliquid iam non carnis in carne. Idem. non quærit in vobis amator veſter pulchram carnem, ſed pulchram mentem, & pulchros mores, quib. frenatis & carnem. Idem. Toto nobis figatur in corde, qui pro nobis fixus eſt in cruce, totum ipſe teneat in animo veſtro, quicquid voluiſſetis occupari connubio. Idem Virgines ſunt, & ſequuntur agnum quocunque ierit. Quo ire putamus hunc agnum? Certè quo nemo eum ſequi, vel audeat, vel valeat, niſi vos. Quo putamus eum ire, in quo ſaltus & prata? vbi credo gramina ſunt gaudia, nō gaudia huius ſeculi vana, inſani, & mendacis, nec gaudia, qualia in ipſo regno Dei cęteris non virginib, ſed à cęterorum omnium ſorte diſtincta. Idem. Gaudia virginum Chriſti ſunt, de Chriſto, in Chriſto, cum Chriſto, poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum. Gaudia ꝓpria virginū Chriſti, nō ſunt eadē non virginū, quāuis Chri. Nam ſunt alijs alia, ſed nullis talia. Idē Sequimini agnū, & tenendo perſeueranter, quod vouiſtis ardēter, facite q̃d poteſtis, ne virginitatis bonū à vobis pereat, cui facere nihil poteſtis, vt redeat. Idem. Gaudeas magis puella nobilis genere, ſed nobilior ſanctitate, quòd ſit per diuinum conſortiū pcipuam in cęlis cōſecutura ſublimitatem, quàm ſi eſſet per humanum connubium prolē in terra propagatura ſublimē. Idē infra li. 4. in c. de meditatione Virginalis integritas. Idē. In cōnexione virtutū. ſ. continētiæ, & caſtitatis, ibidē, inſpicite vulnera. Idē. Illis virginib. in quibus eſt quidā placendi appetitus, aut elegantiori veſtitu, quàm tantæ profeſſionis neceſſitas poſtulat, aut capitis ligamento notabili, ſiue tumidis vmbonibus capillorum, ſiue tegminib. ita teneris, vt retiola ſubterpoſita appareant, his non de humilitate, ſed de caſtitate ipſa, vel integritate pudicitię danda ꝓcepta ſūt. Idem. Bonum eſt tibi ò aīa virginalis, vt ſic quando virgo es, ſic omnino ſeruās in corde quod renata es, ſeruās in carne ꝙ nata es, concipias cum timore Dñi, vt parturias ſpiritum ſalutis. Idem. Ille vnius ſanctę virginis partus omnium ſanctarum virginum eſt decus, & ipſæ virgines cum Maria virgine matres Chriſti ſunt, ſi patris eius voluntatem faciunt. Idem. Quis neſciat obedientē mulierem, inobedienti virgini preponendam. Idem Virginitatis bonum quantum magnū video, tantò ei ne pereat furem ſuperbiam pertimeſco. Hier. in epiſtola. Nō proderit cæterorum ſanctificatio membrorum, ſi inueniatur vel in vno corruptio. Idem. An tibi de virginitatis prærogatiua blandiris? Memento Adam, & Euam virgines deliquiſſe, nec integritatem corporis profuiſſe peccantibus. Idem. Cum vniuerſos artus tuos mundaueris ab omni ſorde peccati, & toto fueris ſanctificata corpore, tunc tibi caſtitatē intelligas profuturam, & cū omni fiducia palmam virginitatis expecta. Idem. Sit in te noua grauitas, honeſtas admirabilis, ſtupenda verecūdia, mira patientia, virginalis inceſſus, & veræ pudicitiæ habitus, ſermo ſemper modeſtus, & in ſuo tempore ꝓferendus. Idem. Virginis diffinitio eſt, ſanctam eſſe corpore, & ſpiritu, quia nihil proficit carnem habere virginem, ſi mente quis nupſerit. Idem. Audenter loquar, cū omnia poſſit Deus, ſuſcitare non poteſt virginem poſt ruinam,

Virginitas cōſulta eſt, non præcepta.

Aureola virginum.

Virginum mores.

Virginis deſcriptio.

ruinam,valet quidem liberare de pœna,ſed non vult coronare corruptam.Cypr.in epiſt.Si Chriſtum continentia ſequitur,& regno Dei virginitas deſtinatur,quid eſt virginibus Chriſti cum terreno cultu, & cum ornamentis,quibus dum hominibus placere geſtiunt,Deum offendunt? Iſid.de ſum.bon. Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulnerum ſanitatem, virginitas autem ſi labitur,nullatenus reparatur.Idem. Virgo carne non mente nullum præmium habet in repromiſſione. Ambroſi.de viduitate. Attende tibi virgo, vt & tu inſiſtas orationi,& vultus tuus aſſidua palleſcat obſecratione, ſed ante omnem orationem præpara animam, vt non tu videaris tentare Deum cum deprecaris, vt id quod oras,mores tui loquantur,fides adiuuet,opera commẽdent.Idem. Nec liberiorem lætitiam in virginibus decet eſſe,quæ ſi non habent quod defleant, fleant tamen ſeculum,fleant lapſus peccantium,etenim, quę aliorum lapſus fleuerit,ſuos cauebit, fleant quod à gaudijs paradiſi longius euagantur,fleant quia neſciunt an ad illa debeant peruenire, fleant poſtremò, vel ipſa contemplatione,vt hic flentes,illic accipiant conſolationem.Idem. Cuſtodi virgo vias tuas,vt non delinquas in lingua tua, etenim bona loqui plerumq; crimen eſt virgini. Idem. Ingreditur ò virgo mors per oſtium tuum,ſi falſum loquaris,ſi turpiter,ſi ꝓcaciter,poſtremò ſi vbi nõ oportet loquaris, clauſæ ſint ergo fores labiorum tuorum, & obſeruatum maneat vocis veſtibulum. Idem. Virgo quæ Chriſtum requirit,non debet eſſe vulgaris, non debet eſſe in foro,non in plateis, voce quærula,greſſu lubrica,facilis auditu,vilis aſpectu.Idem. Qui nõ nubũt, & vxores non ducunt,ſicut Angeli in terris ſunt,vt tribulationem carnis non ſentiant, ſeruitutem ignorent, & mundanæ negociationis alleuientur contagio, diuinis rebus mente intendant, vt tanquam exuti corporis infirmitate, non quæ hominis ſunt, ſed quæ Dei cogitent.Idem. Virginitas adoleſcentiam decet,iuuentutem ornat,ſenectutem amplificat, omnique æuo habet iuſtitiæ ſuæ canos, maturitatem grauitatis, velamen pudoris,qui deuotionem non impediat, religionem augeat. Idem de virginitate.Quid eſt virginalis caſtitas,niſi expers contagionis integritas?Idem. Nec mirum ò virgines ſi pro vobis Angeli militant, quia angelorum moribus militatis. Meretur eorum præſidium caſtitas virginalis,quorũ meretur & vitam & mores.Idem. Rachel extorto oculo fleuit, & gemuit, nec flere deſijſſet, niſi proximum cognouiſſet. Idem.Conſiderate quia virgines præ Apoſtolis reſurrectionem Domini videre meruerunt.Idem.Claudat ora virginis pudor,debilitatem corporis excludat religio, inſtituat conſuetudo boni operis exercitium.Maturã igitur virginem mihi prius grauitas morum nuntiet pudore obuio, greſſu ſobrio, vultu modeſto,& prænuntia integritatis,antecedant ſigna virtutis.Bern.ſuper Miſſus eſt.Solent virgines quæ veræ virgines ſunt, ſemper ad omnem viri affatum pauere, & nunquam eſſe ſecuræ, & vt caueant timenda, etiam tuta pertimeſcere, ſcientes ſe vaſis fictilibus theſaurum portare pretioſum, & nimis arduum eſſe viuere inter homines vt angelum,& in terris more cœleſtiũ conuerſari.In dialogo ſanctorum Baſilij & Ioãnis.Virgo quæ arripuit prophetiam cœleſtemque conuerſationem angelorum repreſentare in terris ſpopondit, atque in hac carne incorporeæ naturæ aggreſſa eſt implere virtutem, neque ſuperfluus egreſſus,neque vaniloquia vſurpare permittitur, maliloquij vero & adulationis etiam nomina ignorare debet. Gloſſ.3.Reg.6. Altior profeſſio virtutis, altiorem debet tenere viam viuendi. Qui enim abrenunciato coniugio virginitatem voto conſecrant, oportet vt mores virginitatis condignos oſtendant,abſtineant ab ocioſis verbis, ira,rixa, detractione,habitu ſuperfluo, & oculo impudico, comeſſationibus,potationibus,atque huiuſmodi, vigilijs & ſanctis orationibus,lectionibus,eleemoſynis & huiuſmodi vacent.

*Virginitas irreparabilis eſt.* *Taciturnitas laus virginis.* *Verecundia.* *Pudor.*

### *De viduis.* *Cap.* 39.

GReg.in regiſ.Quantò viduę bene viuentes virorum ſunt ſolatio deſtitutæ,tanto eis enixius eccleſiaſtica eſt impendenda tuitio.Idem in c.de ſacer dotib.bonis.Officij ſacerdotalis.Aug.in epiſtola.Quãuis ad omnia membra Chriſti, hoc eſt,ad omnes qui in eum credunt,et eius corpori myſtico ſociantur,ſicut docuit,orare pertineat, ſpecialiter tamen diligentior cura orationis in ſcriptura,eius viduis inuenitur iniũcta.Idẽ de viduitate.Si nondum vouiſſes Deo continentiam vidualem,exortaremur profecto vt voueres,quia vero iã vouiſti,exhortaremur vt perſeueres.Idem. Agite curſum veſtrum ò viduæ, & perſeueranter currite vt comprehendatis, & exemplo vitæ exhortationiſq; ſermone rapite in eundem curſum veſtrum quaſcunque potueritis.Idem de vita Chriſtiana. Tria eſſe viduarum genera non ignorare te credo. Vnum quod perfectiſſimum eſt,cœleſtique præmio deſtinatum, quod ritu illius de euangelio viduæ Deo orationibus & ieiunijs die noctuque deſeruit.Aliud verò quod filiorum curam habet et domus,non tam dignum,nec tamen peccatis obnoxiũ. Tertium autem genus eſt,in epulis et delitijs,quod ęternæ morti ſeruatur.Idem de virg. Multas viduarum reuocat à nubendo,non amor præclari propoſiti,ſed aperti dedecoris timor,veniens & ipſe de ſuperbia, qua formidatur magis hominibus diſplicere quam Deo. Hieron.in epiſtola.Vidua quæ marito placere deſinit, & iuxta Apoſtolum verè vidua eſt, nihil habet neceſſarium niſi perſeuerantiam. Meminit priſtinæ voluptatis, ſcit quid amiſerit, quo delectata ſit. Ambroſi. de viduis Propemodum non inferioris virtutis eſt à coniugio abſtinere,quod aliquando delectauerit,quam coniugij pęnitus delectamenta neſcire.Idem. Virginitas in eo facilior eſt,quòd carnis incentiua non nouit, & viduitas in eo ſolicitior, quòd preteritas animo recolit voluptates. Idem de viduitate.Eſto vidua temperans & caſta.Tempera te primum à vino, vt poſſis caſta eſſe ab adultero, nec te ille tentabit,ſi te vina non tentent. Nam ſi Iudith vidua vinum bibiſſet, cum adultero vtique dormiſſet. Idem de offic.Quid tam decorum, quàm vt vidua defuncto coniugi fidem ſeruet? quid etiam hoc vtilius, quo regnum celeſte acquiritur? Sunt enim qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Idem de fide reſurrectionis. Mulier ſatis piè virum luget, quæ ſeruat pudorem,non deſerit fidem. Sic enim bene defunctis officia penduntur,vt viuant in mentibus,& in affectib. perſeuerent.

*Viduis oratio indicta* *Tria viduarum gña.* *Vinũ interdictum viduis.*

### *De coniugatis.* *Capit.* 40.

GRegor.in mora. Tunc ſolum coniuges in admixtione ſine culpa ſunt, cũ non ꝓ explenda libidine,ſed pro ſuſcipienda prole miſcentur. Idem in paſtora. Neceſſe eſt vt coniuges crebris orationibus deleant,quod pulchræ copulæ ſpeciem admixtis voluptatib.fœdant.Idem. Admonendi ſunt coniuges, vt ea in quibus ſibi aliquãdo diſplicent, & patientes inuicem tolerent,& exhortantes ſe inuicem ſaluent. Idem in regiſ. Vir cum propria vxore dormiens,niſi lotus aqua,Eccleſiam intrare non debet, ſed neque lotus intrare ſtatim debet, & infra. Nec hoc dicentes culpam putamus eſſe cõiugũ,ſed quia et ipſa licet admixtio coniugũ,ſine voluptate carnis eſſe nõ põt,à ſacri loci ingreſſu abſtinẽdũ eſt,

*Coniugalis actus quãdo laudabilis, & quãdo culpabilis ſit.*

eſt, quia voluptas ipſa ſine culpa eſſe nullatenus poteſt. Idem. Si quis ſua coniuge non cupidine voluptatis, ſed ſolum procreandorum liberorum gratia vtitur, ille profectò ſiue de ingreſſu Eccleſiæ ſiue de ſumendo dominici corporis ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt relinquendus iudicio, quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere. Idem. Cum boni coniuges aut meritum augere deſiderant, aut anteactæ vitæ culpas deflere, vt ſe ad continentiam aſtringant, & meliorem vitam appetant, licet, ſi vero continentiam, quam vir appetit, vxor non ſequitur, aut quam vxor appetit, vir recuſat, diuidi coniugium non licet, quia ſcri-

2.Cor. 7.

ptum eſt. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparat. Et iterum. Mulier corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Aug. de bono coniugali. Concubitus neceſſarius cauſa generandi inculpabilis eſt, & ſolus ille nuptialis. Ille autem qui vltra neceſſitatem iſtam progreditur, iam non rationi ſed libidini obſequitur. Et hunc tamen non exigere, ſed reddere coniugi, ne fornicando damnabiliter peccet, ad perſonam coniugalem pertinet.

Nota.

Si autem ambo tali concupiſcibili ſubiugantur, rem faciunt non planè nuptiarum. Idem. Cum ille naturalis vſus, qui prolabitur vltra pacta nuptialia, id eſt vltra propagandi neceſſitatem, venialis ſit in vxore, in meretrice damnabilis, ille qui eſt contra naturam execrabilis fit in meretrice, ſed execrabilior fit in vxore. Idem. Bonæ ſunt nuptiæ, in quibus tantò meliores ſunt coniugati, quanto caſtiores ac fideliores Deum timent, maximè ſi filios quos carnaliter deſiderant, ſpiritualiter nutriant. Idem in epiſtola. Mulierem coniugatam non licet dicere, facio quod volo de meo, cum & ipſa non ſit ſua, ſed capitis ſui, id eſt viri. Idem ſuper Geneſ. ad literam.

Tria bona coniugij.

Quod bonum habent nuptiæ, peccatum nunquam eſſe poteſt. Hoc autem tripartitum eſt, ſcilicet fides, proles, ſacramentum. In fide attenditur, ne præter vinculum coniugale cum altera vel cum altero concũbatur. In prole, vt amanter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religioſè educetur. In ſacramento, vt coniugium non ſeparetur, & dimiſſus aut dimiſſa nec cauſa prolis, alte-

Abuſus vxoris pro adulterio reputatur.

ri coniugatur. Idem contra Iulianum. Intemperans in coniugio, quid aliud niſi quidam adulter vxoris eſt? Omnis enim vehemens amator propriæ vxoris, adulter eſt. Idem. Sicut adulterium non poteſt eſſe ſine bono naturæ, nec ideo eſt bonum, ita connubium non poteſt ſine malo concupiſcẽtiæ, nec ideo malum eſt. Idem. Coniuges bene vtentes malo concupiſcentiæ, anteponuntur virginibus malè vtentibus bono continentiæ. Idem de viduitate. Nuptiarum bonum ſemper eſt bonum, ſed in populo Dei fuit aliquando legis obſequium, nunc eſt infirmitatis remedium. Idem. Sicut manente in ſe ſacramento regenerationis, excommunicatus quiſque reus criminis cuiuſcunque, non illo ſa-

Vinculum indiſſolubile.

cramento caret, etiam ſi nunquam reconcilietur Deo, ita manente in ſe vinculo fœderis coniugalis, ſi vxor dimittitur ob cauſam fornicationis, nec carebit illo vinculo fœderis, etiam ſi nunquam reconcilietur viro, carebit autem ſi mortuus fuerit vir eius. Idem indignanter viri. Supra in capitulo de homine. Ioannes Chryſoſto.

1.Corin. 7.

ſuper Matth. Abſtine te à menſtruata, abſtine te a prægnante, erubeſce te facere, quod animalia non faciunt. Et infra. Quando dies feſtus eſt & dies ieiunij, ſerua vt impleas apoſtolicum præceptum. Nolite fraudari inuicem, &c. Ambroſi. de vidui. Non prohibemus ſecundas nuptias, ſed tamen non probamus ſepe repetitas. Idem. Bonum coniugium, ſed tamen à iugo tractum, & mundi iugo, vt viro potius cupiat mulier placere quã Deo. Idem de virginitate. Iactet licet de fœcunda, nobili, dotata, partu, quo plures generauit, plus laborauit. Numerat ſolatia filiorum, ſed numeret pariter & moleſtias. Nubit & plorat, qualia ſunt vota quæ flentur. Idem. Prius vtique impedimentum fœcunditas carnis incipit afferre, quam fructum, parturit enim & ægrotat priuſquam pariat, quàm dulce pignus quod à periculo incipit, & in periculis deſinit, prius dolori futurum quàm voluptati, periculis emitur, nec pro arbitrio poſſidetur. Idem. A coniugio illa naſcuntur incentiua viciorum, vt quæſitis coloribus ora depingant, dum viris diſplicere formidant, & de adulterio vultus, meditantur adulteriũ caſtitatis. Iſidor. in etymol. Tribus cauſis ducitur vxor.

Tribus de cauſis ducitur vxor.

Prima eſt cauſa prolis, de qua legitur in Gen. Et benedixit eos dicens Creſcite & multiplicamini. Secunda cauſa adiutorij, de qua ibi in Gene. dicitur. Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Tertia cauſa incontinentiæ. Vnde dicit apoſtolus. Qui ſe non continet, nubat. Hieronym. in epiſtola. Non negamus viduas, non negamus maritatas, ſanctas mulieres inueniri, ſed quæ vxores eſſe deſierunt, quæ in ipſa neceſſitate coniugij imitantur virginum caſtitatem. Idem. Vbi tympana ſonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbala concrepant, quis ibi Dei timor? paraſitus in cõtumelijs gloriatur. Ingrediũtur expoſitæ libidini victimæ, & tenuitate ueſtium nudæ impudicis oculis ingerunt, his infelix vxor aut lætatur & perit, aut offenditur, & maritus in iurgia concitatur. Idem. Nupta ad ſpeculum pingitur, & in contumeliam artificis conatur pulchrior eſſe quàm nata eſt. Idem in origi. ſuper illud Ioel. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, &cet. Ergo qui in caſtigatione uictus, & ieiunio, atque eleemoſynis dicit ſe agere pœnitentiam, fruſtra agit pœnitentiam, qui non ſeruat caſtitatem, fruſtra hoc ſermone promittit, niſi egrediatur de cubiculo ſuo & ſanctum purumque ieiunium pudica expleat pœnitentia. Gloſſ. 1. Petr. 3. Quotiens uxori debitum reddo, orare non poſſum. Quod ſi iuxta apoſtoli ſermonem, ſine intermiſſione orandum eſt, nunquam ergo mihi coniugio ſeruiendũ, ne ab oratione (cui ſemper inſtare iubeor) ulla hora præpediar.

Genеſ. 1.

Ibid. 1.

1.Cor. 7.

Contra fucos.

*De tribus ſtatibus prædictis. Capitulum* 41.

AVguſt. in lib. de bo. coniuga. Sicut bonum erat quod Martha faciebat occupata multum circa miniſterium ſanctorum, ſed melius quod maria ſoror eius ſedens ad pedes domini, & audiens uerbum eius, cum ambæ hoſpitio recepiſſent, ita bonum Suſannæ in coniugali caſtitate laudamus, ſed tamẽ ei bonum viduæ Annę, ac multo magis Mariæ virginis anteponimus. Idem de virginitate. Certa ratione, & ſanctarũ ſcripturarum auctoritate, nec peccatum eſſe nuptias inuenimus, ſed tamen nec eas bono vel virginalis continẽtiæ, vel etiam vidualis abſtinentiæ, equamus. Idem cõtra Iulianum. Vera pudicitia, ſiue cõiugalis, ſiue vidualis, ſiue virginalis, dicenda non eſt, quæ non veræ fidei mancipatur. Coniuges. n. & virgines, & viduæ, poſſunt eſſe, & pudicæ non eſſe, ſi contaminata voluntate mechantur. Hieron. in epiſtola. Cum in ſemente terræ bonę briefly centeſimũ, & ſexageſimum, & triceſimum fructum Euangelia doceant, & centenarius pro virginitatis corona primũ gradum teneat, ſexagenarius pro labore viduarum in ſecundo ſit numero, tricenarius fœdera nuptiarum ipſa digitorum coniunctione teſtetur? bigamia in quo erit numero, imo extra numerum, certè in terra bona non oritur, ſed in vepribus & ſpinetis vulpium, quæ Herodi impijſſimo comparantur. Ambr. de viduitate. Docemur triplicem caſtitatis eſſe virtutem, vnam coniugalem, aliam viduitatis, tertiam uirginitatis.

Status virginalis cęteris præſtãtior eſt.

Matth. 13.

Luc. 13.

### *De pauperibus.* Cap. 42.

Paupertas nõ contem nenda.

GReg. in homil. Pauper cum reprehenſibilis cerni tur, moneri debet, & deſpici non debet, Si vero reprehenſionis nil habet, venerari ſummopere ſi cut interceſſor debet. Idem. Cum quoſlibet pauperes nonnulla reprehenſibilia perpetrare conſpicitis, nolite deſpicere, nolite deſperare, quia fortaſſe quod ſuperflui tas tenuiſſimæ prauitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. Idem. Quando ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos ſpiritus ſumimus, maligni autem ſpiritus nudi ſunt, quia nihil in hoc mundo proprium poſſident, nudi ergo cum nudis luctari debemus, nam ſi veſtitus quis cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet, vnde teneatur. Idem in Dial. Paupertas mentib. bonis, eſſe ſolet cuſtos humilitatis. Idem ſuper Ezec. Paupertas in inopia mentis eſt, non in quan titate poſſeſſionis. Idem. Cum deeſt terrena ſubſtantia, de qua æterno iudici rationem ponemus, liberius ad patriam pergimus, quia quaſi in via pondere caremus. Idem. Mira ſecuritas eſt cordis, aliena non quærere, ſed vnuſquiſque diei ſufficientia contentum manere. Infra de ſufficientia li. 4. Idem. Quiſquis ſtimulo, &c. infra lib. 3. capitulo de iudicio. Auguſtin. de Eccleſiaſt. doc. Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare, melius pro intentione ſequendi dominum in ſimul pauperibus donare, & abſolutum ab om ni ſolicitudine egere cum Chriſto. Idem in lib. de cura pro mortuis, & in libro de Ciu. Dei, Præclaras exequias in conſpectu hominum, exhibuit purpurato illi diuiti turba famulorum, ſed multo clariores in conſpectu Dei vlceroſo illi pauperi, miniſterium præbuit angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, ſed in Abrahæ ſinum. Idem ſuper Can. Iacobi, Magnæ fœlicitatis eſt conditio chriſtianorum, quibus claritudo regni in paupertate poſita eſt, poſſidere quod cum labore acquiritur, paucorum eſt, contemnere quod cum fructu contemnas, omnium eſt. Fœlicitas ergo magna chriſtianorum, quibus datum eſt, vt paupertate faciant pretium regni cœlorum. Idem. Non tibi diſpliceat paupertas tua, nihil enim ea poteſt diuinitus inueniri. Vis ſcire quàm locuples ſit paupertas, cœlum emit. Ioann. Chryſoſtom. Non malum aliquod æſtimemus inopiam, etenim ſapientiæ, & patientię, & omnis philoſophię nobis magiſtra eſt inopia. Ambr. in hexameron. Iuſtus vir qui hic eguerit, illic abundabit, & qui hic laborem tolerauerit, illic conſolationem habebit, qui autem hic receperit bona, illic mercedem eorum ſperare non poterit, paupertas enim mercedem ſuam reſeruat, cenſus abſumit. Hieronymus in epiſto. Vacuus viator & nudus, latronis non timet inſidias, ſecurus à nocturnis furibus dormit pauper, etiam ſi clauſtra non muniat, diuiti vero ſuæ opes latronis imaginantur occurſum, & iugi ſolicitudine ſomnum adimunt. Idem Crates ille Thebanus quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit in mare, nec putauit ſe poſſe & virtutes ſimul & diuitias poſſidere. Bernard. in epiſtola. Volo te eſſe amicum pauperum, magis autem imitatorem, ille gradus proficientium eſt, hic perfectorum. Amicitia namque pauperum, regis amicos conſtituit, ſed amor paupertatis reges facit, regnum denique cęlorum pauperum eſt. Idem in ſermone. Cum tria ſint genera paupertatis, neceſſaria, voluntaria, & ſimulatoria, rectè diuidens & rectè offerens, reiecta ſimulatione, neceſſariam patiens, voluntariam amplectens, pauper efficitur ſpiritu. Idem fœlix paupertas voluntaria relinquentium omnia, & ſequentium te Domine Ieſu. Fœlix planè quæ tam ſecuros immo glorioſos faciat in illo ſingulari fragore elementorum, in illo tremendo examine [illegible], in illo tanto diſcrimine iudiciorum. Seneca in epiſtola. Qui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Idem. Non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt, Idem. Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum finge Deo. Nemo alius eſt Deo dignus, quàm qui opes contempſit, quarum poſſeſſionem tibi non interdico, ſed hoc efficere volo, vt interpidus eas poſſideas. Idem. Si vis vacare animo, aut pauper ſis oportet, aut pauperi ſimilis. Non poteſt ſalutare fieri ſtudium ſine frugalitatis cura.

Paupertas meliorquã eleemoſina.

Statuschriſtianiſmi in paupertate fundatus.

Paupertatis tres ſpecies.

### *De diuitibus.* Cap. 43.

Timẽdum diuitib. ẽt cũ bene agunt.

GReg. in homil. Quicunque bene in hoc ſæculo habetis, cum vos bona egiſſe recolitis, valde de ipſis pertimeſcite, ne conceſſa vobis proſperitas eorumdem remuneratio ſit bonorum. Idem. Cum pauci ſint qui ſpiritualia dona percipiunt, & multi qui reb. temporalibus abundant, per hoc ſe diuites virtutibus pauperum inſerunt, quod eiſdem ſanctis pauperibus de ſuis diuitijs partiuntur. Idem. Plerumq; mali eo magis contra dominum ſuperbiunt, quo ab eius largitate, & contra meritum ditantur, & qui prouocari bonis ad meliora debuerunt, bonis peiores fiunt. Aug. de ciuit. Dei, Temporalibus magis vtendum eſt, quàm fruendum, vt frui mereamur æternis, non ſicut peruerſi, qui frui volunt nummo, vti autem Deo, quoniam nõ nummum propter Deum impendunt, ſed Deũ propter nummum colũt. Idem. Præclaras exequias, &c. ſupra de pauperibus. Idem de verbis domini. Ecce recole diues primordia tua, dic rogo, quid attuleris? aut ſi dicere erubeſcis, audi apoſtolum dicentem. Nihil (inquit) intulimus in hunc mundum, vtiq; quando nati ſumus, ſed nec auferre quid poſſumus, vtique quando de mundo exibimus, nihil attuliſti, nihil auferes, quid te inflas contra pauperem? certè quando habito caſu vetera ſepulchra franguntur, oſſa diuitũ ab oſſibus pauperum non agnoſcuntur. Idem. Vtere diues. lib. 2. de eleemoſyna. Ioann. Chryſ. ſuper Matt. Non propter hoc diues diuitias accepiſti, vt in laſciuia conſumas, ſed vt in eleemoſynam ex pendas, nunquid enim tua ſunt quæ habes? quæ pauperũ bona ſunt, tibi credita ſunt, etiam ſi ex laborib. iuſtis vel ex hęreditate paterna poſſeſſor factus fueris. Idẽ ſuper Ioan. Per innumeras mortes ſuorum, lætantur ſe cupidi ad pecuniæ ianuas perueniſſe, volutari namq; in cęno eius tanquã ſues delectantur, & vt tauri ſtercus eius euoluere. Amb. de offi. Iſti qui in delicijs, qui in luxuria, rapina, quæſtibus, honoribus, ſtudia ſua poſuerunt, ſpectatores magis ſunt, quam præliatores, habent lucrum laboris, fructum virtutis non habent. Idem in exameron. Nudi omnes naſcimur, nudi morimur, nulla diſcretio inter cadauera mortuorum, niſi fortè quia grauius fœtent diuitum corpora diſtenta luxuria. Idem in ſermone. In commune omnibus diuitibus atque pauperibus terra fundata eſt, cur vobis ius proprium ſoli diuites arrogatis? neſcit natura diuites, quę omnes pauperes generat. Idẽ. Quicunque patrimonio ſuo tanquam poſſeſſor non vtitur, qui largiri pauperi, & diſpenſare non nouit, is ſuarum ſeruulus eſt, non dominus facultatum. Idem. Ipſum nomen conſidera, ditem dicunt Gentiles inferni præſulem, arbitrum mortis. Hieron. in origin. ſuper Abac. 3. Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopię, omnis diues, aut iniquus, aut hæres iniqui. Seneca in epiſtola. Libera te prius metu mortis, illa nobis graue iugum imponit, deinde metu paupertatis. Si vis ſcire quã nihil in illa mali ſit, compara inter ſe pauperum, & diuitũ vultus, ſępius pauper & fidelis ridet. Idem. Horum qui feli ces vocantur, hylaritas ficta eſt, aut grauis, & ſuppurata triſtitia,

1. Timo. 6

Hæc caute legenda.

triſtitia,eoq; grauior, quia interdum non licet eſſe miſeros, ſed inter erumnas, cor ipſum excedentes,neceſſe eſt agere fœlicem.

### De potentibus. Capit. 44.

Regis officium.

GRegorius in regiſtro. Qui poſt terrenam poteſtatem cœleſtis regni gloriam cupit acquirere, ad faciendum lucrum creatori ſuo debet enixius laborare,vt ad ea quæ deſiderat,operationis ſuæ gradibus poſſit aſcendere. Idem. Summum in regibus bonum eſt,iuſtitiam colere, ac ſua vnicuiq; iura ſeruare, & in ſubiectos non ſinere, quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri.Idem. Tunc regnum bene regitur, cum regnandi gloria animo non dominatur. Idem. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt,nec quicquam eſt agendum, priuſquam concitata ad tranquillitatem mens redeat: nam commotionis tpe iuſtum putat ira,quod fecerit. Idem in paſto.Contra Deū præſunt potentes, ſi eos quos per conditionem tenent ſubditos, æquales ſibi per naturæ conſortium non agnoſcunt.Idē in mora.Benè poteſtatem exercet, qui ſcit per illam ſuper culpas erigi, ſcit cum illa cæteris æqualitate componi,humana enim mens plerumq; extollitur, etiam cum nulla poteſtate fulcitur,quantò igitur magis ſe in altum erigit,cum ſe ei etiam poteſtas adiungit? Idem. Iuncta ſemper eſſe ſuperbia potentibus ſolet. Aug.de vita Chriſtiana. Quo poteſtas ſublimior eſt, tantò ad peccandū maior eſt audacia, quia totum credit licere ſibi quod poteſt,& dum alterius iudicium non timēt, qui alios iudicant,ad peccandum præcipites fiunt.Idem. Homines diabolum,ſupra de ambitioſis.Idem de mendacio. Nulli eſt iniuria per potentiam vel leuiter inferenda, vt ab alio grauior iniuria repellatur.Ambroſ. de offici. Laus domini vbi munda poſſeſſio,& innocens familiæ diſciplina.Idem in Apolo. Peccauit Dauid vt ſolent Reges, ſed pœnitentiam geſſit,fleuit,& ingemuit, quod non ſolent Reges. Iſidor. de ſum.bon. Qui rectè vtitur regni poteſtate,ita præſtare ſe omnibus debet,vt quantò magis honoris celſitudine claret, tantò ſemetipſum mente magis humiliet, præponens ſibi exemplum humilitatis Dauid,qui de ſuis meritis non tumidus,ſed humiliter ſeſe deijciens, dixit, vilior ſiam plus quàm factus ſum,& ero humilis in oculis meis.Idem.Qui rectè vtitur regni poteſtate, formam iuſtitiæ factis magis quā verbis inſtituit:ille namque nulla proſperitate erigitur, nulla aduerſitate turbatur, non nititur proprijs viribus nec à Deo recedit cor eius, regni quoq; faſtigio humili præſidet animo,non eum delectat iniquitas,non inflammat cupiditas,ſine fraudatione alicuius ex paupere diuitē facit, & quod iuſta poteſtate à populis extorquere potuerat, hoc ſæpe miſericordi clementia donat. Idem in Synon.Modica eſt huius ſeculi gloria, caduca eſt & fragilis temporalis potētia,dic vbi ſunt Reges, vbi Principes,vbi Imperatores,vbi locupletes rerum, vbi potentes ſæculi,vbi diuites mundi, quaſi vmbra tranſierunt, velut ſomnium euanuerunt.Bernardus in epiſtola.Principis error multos inuoluit, & tantis obeſt quantis preeſt ipſe. Seneca de clemētia.Nec promiſcuā habere,nec vulgarem clementiam principem decet. Nam tam omnibus ignoſcere,quàm nulli,malum eſt. Idem. Sic cum inferiore viuas, quemadmodū tecum viuere ſuperiorē velis.Idē in epiſt.Quoties in mentem tuam venerit quā tum tibi in ſeruum tuum liceat, toties veniat etiam in mentem tuam tantundem in te domino tuo licere. At ego, inquis,nullum dominum habeo. Reſpondeo,bona forſitan eſt fortuna. Si neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit, qua Creſus,qua Darij mater.

Boni regis ſtudium.

Vanitas mundi.

### De iudicibus. Cap. 45.

GRegor.in homil. Durum eſt, vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ,iudex fiat vitæ alienæ. Idē. Iudicare dignè. in capit. de acceptatione perſonarum, lib. 3.Idem in moral. Maiora crimina & tardè credenda ſunt cum audiuntur, & citius punienda ſunt,cum veraciter agnoſcuntur. Idem. Tres ſunt acceptiones munerum,ad quas ex fraude feſtinatur ad iudicium. Munus namq; à corde, eſt captata gratia a cogitatione.Munus ab ore,eſt gloria per fauorem. Munus à manu, eſt præmium per dationem. Idem. Boni te dulcem, in capitulo de æquitate lib.4.Ioann.Chryſoſt. ſuper Matth. Benigni & iuſti iudicis eſt ſuas iniurias contemnere, & aliorum iniurias iudicare.Idem.Facilè deuiat. In capitulo de timore, in lib. tertio. Iſidorus in Synon. Noli eſſe plus iuſtus, quàm iuſtum eſt: omne enim quod nimis eſt,vitium eſt.Idem.Nullum iudices Infra lib. 3.capit. de ſtultiloquio in accuſatione.Idem de ſum.bo. Neminem ſtultorum vel improborum oportet iudicem eſſe. Nam ſtultus per ignauiam, improbus per improbitatē corrumpit,quam didicit Veritatem. Idem. Qui rectè iudicat,& præmium inde remunerationis expectat,fraudem in Deo perpetrat,quia iuſtitiam, quam gratis partiri debuit,acceptione pecuniæ vendit.Idem. Quatuor modis iudicium humanum peruertitur,timore,cupiditate,odio,amore. Timore, dum metu poteſtatis alicuius,veritatē loqui paueſcimus.Cupiditate,dum præmio muneris alicuius corrumpitur.Odio,dum cōtra quemlibet aduerſari molimur. Amore, dum amico vel propinquis obtemperare contendimus. Auguſt. in epiſtola. Iniquum eſt vt quiſque iudicare de alio velit, & iudicari de ſeipſo nolit. Idem. Imple chriſtiane iudex pij patris officium, ſic ſuccenſe iniquitati, vt conſulere memineris humanitati. Idem in ſermone. Cum iudicaueris te ipſum ſine adulatione, iudica proximum cum dilectione.Idem contra donatiſtas.Non facile pro vno vel paucis, aduerſus innumerabiles religionis & vnitatis viros,& magno ingenio & vberi doctrina præditos, niſi pertractatis pro viribus atque bene perſpectis rebus, ferenda ſententia eſt. Idem. Sacerdos cui omnis, ſupra de ſacerdotibus bonis, lib. 1. Ambroſius in Apol.Vnuſquiſq; de alio iudicaturus, de ſeipſo prius iudicet,nec minora in alio errata condemnet, cum ipſe grauiora commiſerit.Idem.Sæpe & in iudicando maius peccatum iudicij eſt,quam peccatum ipſum de quo fuerit iudicatum.

Acceptio munerū triplex.

Affectus peruertit iudicium.

Iudex à ſeipſo incipere debet.

### De nobilibus. Cap. 46.

GRegorius in Dialog.Nonnullis ſolet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, vt minus ſe in hoc mundo deſpiciant, qui plus ſe cæteris aliquid eſſe vel fuiſſe meminerit. Hieronymus in epiſtola ad Cellantiam. Nulli te vnquā de generis nobilitate præponas, nec obſcuriores quaſque & humili loco natas,te inferiores putes, neſcit enim religio noſtra perſonas, vel conditiones hominum, ſed animas inſpicit.Idem.Sola apud Deum libertas eſt non ſeruire peccatis,ſumma eſt apud eum nobilitas, clarum eſſe virtutibus. Idem. Nobilitatis tuæ tantū ad hoc memineris,vt cum claritate generis,morum ſanctitate contendas. Idem. non eſt quod ſibi aliquis de generis nobilitate blandiatur, ſi ex meliori parte fit ſeruus. Idem. Mundanam nobilitatem non naturæ æquitas præſtitit, ſed cupiditatis ambitio inuenit. Idem in Homil. Ille apud Deum potior & nobilior eſt, non quem nobilitas generis aut dignitas ſæculi,ſed quem deuotio fidei Deo,& ſancta vita commendat. Ambroſius in ſer-

Melior nobilitas mētis, quam generis.

 mo,

mo. Nullum ad commendationem hominis conditio ſeruitutis affert impedimentum, nec dignitas proſapiæ meritum, ſed fides affert, ſiue liber, ſiue ſeruus, omnes in Chriſto vnum ſumus. Bernard. in epiſtola. Minimè quidem Deus eſt acceptor perſonarum, neſcio tamen quo pacto virtus in nobili placet, an forte, quia plus claret. Siquidem ignobilis cum caret gloria, non facile liquet vtrum quia nolit, aut quia non poſſit habere, laudo tamen factam de neceſſitate virtutem, ſed plus illam quam eligit animi libertas, non inducit neceſſitas.

Virtus in nobili illuſtrior.

*De militibus.* *Capitulum.* 47.

Statusmilitaris periculoſus.

GRego. in regiſtro. Sũma militię laus inter alia bona merita hæc eſt, obedientiam ſanctæ reipublicę vtilitatis cauſa exhibere, & quod ſibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare. Ioan. Chyſ. ſuper Matth. inhoneſtum eſt apud Deum opus negociationis ſiue dignitatis ſiue militiæ. Ambr. ſuper illud Luc. 3. Neminẽ concutiatis. Singulis generibus hominum tribuit ſanctus Ioannes Baptiſta reſponſum, ſcilicet publicanis, ne vltra quàm præſcriptum eſt eis, exigant militibus, ne calumniam faciant, nę prædã requirant, docens: idcirco ſtipendia conſtituta militię, ne dum ſumptus quęritur, prędo graſſetur. Auguſt. de verbis Domini. Nonnulli qui aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu ſunt publico conſtituti, cum peccant grauiter, aſſolent à peccatis ſuis prima ſe voce excuſare, quòd militant, & ne bene aliquã do faciant, occupatos ſe malis actibus conqueruntur. Idem. Non eſt delictum militare, ſed propter prædam militare peccatum eſt. Nec rempublicam gerere criminoſum eſt, ſed ideo agere rempublicam, vt rem familiarem augens potius videtur eſſe damnabile. Idem in epiſtola ad Bonifaciũ comitem. Hoc primum cogita quando armaris ad pugnam, quia virtus tua, & fortitudo corporalis, donum Dei eſt, ſic enim cogitabis de dono Dei non facere quicquam contra Deum. Idem Eſto etiam bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Beati enim pacifici (ait dominus,) quia filij Dei vocabuntur. Idem. Hoſtẽ pugnantem neceſſitas perimat non volũtas, & ſicut bellanti & reſiſtenti violentia redditur, ita victo vel capto miſericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur. Idem. Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet ſobrietas & frugalitas, valde enim turpe eſt, vt militem quem non vincit homo, vincat libido, vt obruatur vino, qui non vincitur ferro. Idem. Ex his que habes de militia gratias age Deo tanquam fonti bonitatis, vnde habes, atq; in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi autem humilitatem.

Frugalitas etiam militib. commẽdabilis.

*De negociationibus.* *Cap.* 48.

Quædam negotia periculoſa.

GRegor. in homil. Sunt pleraq; negotia quæ ſine peccato exhiberi, aut vix, aut nullatenus poſſunt, quæ ergo ad peccatum implicant, ad hoc, neceſſe eſt vt poſt conuerſionem animus non recurrat. Idem. Negotium autem quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. Aug. Studium auaritiæ ſiue fraudis, proprium ſolet eſſe negociantium facinus. Idem ſuper illud Pſalm. Quoniam non cognoui literaturam, &c. alia litera negociationes, Nam auidus acquirendi pro damno blaſphemat, pro pretijs rerum mentitur & peierat. Ambro. de viduitate ponit talem literam. Can. 3. Circuibo ciuitatem in foro & in plateis, & quæram quem dilexit anima mea, nequaquam ibi quæramus Chriſtum, vbi inuenire non poſſumus. non eſt Chriſtus circumforanus, Chriſtus enim pax eſt, in foro lites, Chriſtus iuſtitia eſt, in foro iniquitas, Chriſtus operator eſt, in foro inanę otium, Chriſtus charitas eſt, in foro reſidet obtrectatio, Chriſt' fides eſt, in foro fraus eſt, ac perfidia. Idem de offi. Mortificetur auaritia, moriatur concupiſcentia, ſanctus Dei negociationem cognouiſſe ſe negat, quia pretiorum captare incrementa, non ſimplicitatis, ſed verſutiæ eſt. Ioan. Chryſo. ſuper Matth. Fuge forum, vt nec patiaris fraudem, nec facias. Idem. Prima laus eſt chriſtiani, alienum eſſe à foro, nullam cauſam habere cum illo. Idem. Homo mercator nunquàm poteſt placere Deo, et ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, aut ſi voluerit eſſe, proijciatur ab Eccleſia Dei, dicente Pſalmo, quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias domini. Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos, volens ambobus placere, & ſe commendare, ſine maliloquio non poteſt eſſe. neceſſe eſt enim, vt & iſte male loquatur de illo, & ille malè loquatur de iſto, ſic qui emit & vendit, ſine mendacio & periurio eſſe nõ poteſt. Idem. Qui comparat rem, infra de fœneratoribus. Hieronymus. Negociatorem clericum, ſupra de clericis.

Can. 3.

Dictũ eaute legend. Pſal. 70.

*De fœneratoribus.* *Cap.* 49.

Vſurarius execrãdus.

GRego. in regiſ. Nos amatoribus vſurarum nulla ratione manus imponimus. Ioan. Chryſo. ſuper Matth. Qui comparat rem, vt illam ipſam integram & immutatam dando lucretur, ille eſt mercator, qui de templo Dei eijcitur, vnde ſuper omnes mercatores plus maledictus vſurarius. Idem. Si quis rem comparatam vendidit, mercator eſt, & maledictus, quanto magis maledictior erit, qui nõ comparatam pecuniam, ſed à Deo datam ſibi, dat ad vſuram? Idem. Nihil vſura turpius, nihil crudelius, alienas enim hoc negociatur miſerias, & lucrum alterius aduerſitatem facit, & mercedem expetit miſericordiæ, velut timens ne appareat miſericors, & fictione miſericordiæ profundiorem fodit foueam, in auxiliando conterens inopem, & in porrigẽdo manum expellens, & ſuſcipiens quidẽ, vt in portum naufragio, & ſubmittens hunc in vadis & in antris. Ambro. in epiſtola. Non dabis pecuniam tuam ad vſuram quoniam ſcriptum eſt, quòd is qui non dedit pecuniam ſuam ad vſurã habitabit in tabernaculo Dei, nã ille eſt ſupplantator qui vſurarum captat emolmentumu. Itaq; vir chriſtianus ſi habet, det pecuniam quaſi non excepturus, aut terræ ſortem, quam dedit, recepturus. Idem. Quid durius quàm vt des pecuniam tuam, & ipſe duplũ exigas? qui ſimplum non habuit, quemadmodum duplũ ſoluet? In vitis patrũ. Cui nocetur, aut iniuriatur, & voluntariè parcit proximo, hic ſm naturam Chriſti eſt, qui nec lædit nec læditur, hic ſm naturam Adæ eſt. Qui vero nocet aut iniuriatur, aut calumniam ingerit, aut vſuras exigit, hic ſecundum diabolum eſt. Seneca in epiſtola. Quid fœnus, & calendarium, & vſura, niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina? o miſerũ ſi quem hæc delectant.

*De demonibus.* *Cap.* 50.

Sancti etiã in ſomnijs impugnantur.

GRego. in moral. Hoſtis malignus quò ſanctos vigilantes minimè ſuperat, eò dormientes prauius impugnat, quem tamen hoc malignè agere ſuper na diſpenſatio benignè permittit, ne in electorum cordibus ipſe ſaltẽ ſomnus à probationis præmio vacet. Idẽ. Maligni ſpiritus certis quibuſq; vitijs, ſinguli obſequi ſunt credẽdi. Idem. Angelorum ſpiritus idcirco irremiſſibiliter peccauerũt, quia tanto robuſtius ſtare poterat, quanto eos carnis admixtio non tenebat homo vero id circo poſt culpam veniam meruit, quia per carnale corpus, aliquid quo ſemetipſo minor eſſet, accepit. Idem. Angelus ſua malitia cecidit, hominem vero aliena proſtrauit. Idem. Occultæ iuſtitiæ licentia malignis ſpiritibus

bus

bus datus, vt quos volentes in peccati laqueo ſtrangulant, in peccati pœnam etiam volentes trahant. Idem. Ita Deus ſuper omnia eſt, vt ipſe ſub nullo ſit. Leuiathã vero eius celſitudinis culmen aſpiciens, ius peruerſæ libertatis appetijt, vt præeſſet cæteris, & nulli ſubeſſet. Idem. ſcimus quod immundi ſpiritus, qui è cœlo æthereo lapſi ſunt, in hoc cœli terræq; medio vagantur, qui tanto magis corda hominum aſcendere ad cœleſtia inuident, quanto ſe à cęleſtibus per elationis ſui immunditiam proiectos vident. Idem. Alius lætis, alius triſtibus, alius timidis, alius elatis moribus exiſtit, quo ergo occultus aduerſarius facilè capiat vicinis conſperſionibus deceptiones parat. Idem. Sathanæ voluntas ſemper iniqua eſt, ſed nunquam poteſtas iniuſta, quia à ſemetipſo voluntatem habet, ſed à domino poteſtatem. Idem in homil. In bonis operib. intenti, niſi contra malignos ſpiritus ſollicitè vigilemus, ipſos irriſores patimur in pęnis, quos ad malum perſuaſores habemus. Idem in regiſ. Tanto hoſtis callidus contra nos deceptionis molimina ardentius exquirit, quantò nos cœleſti patriæ feruentius inhiare cognoſcit. Idem in dial. Malignus ſpiritus cogitationi, locutioni, atq; operi noſtro ſemper inſiſtit, ſi fortaſſe quid inueniat vnde noſter apud examen æterni iudicis accuſator exiſtat. Idem in paſto. Diabolus modo aliorum facta grauiora, modò nihil eſſe, quod perpetratum eſt, modo miſericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus ſubſequens & ſufficiens ad penitẽtiam pollicetur, vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ ſuſpendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala cõtriſtant. Aug. De Ciuit. Dei. Credendum eſt, eſſe ſpiritus nocẽdi cupidiſſimos, à iuſtitia pœnitus alienos, ſuperbia tumidos, inuidia liuidos, fallacia callidos, qui in hoc quidem aere habitant, quia de Cœli ſuperioris ſublimitate deiecti, merito irregreſſibilis tranſgreſſionis in hoc ſibi congruo velut carcere damnati ſunt. Idem ſicut ipſi mali homines in terra, ſic etiam dæmones, non omnia quæ volunt facere poſſunt, niſi quantum de ordinatione ſinitur illius, cuius iudicia plena nemo cõprehendit, iuſtè nemo reprehendit. Idem. Mali Angeli ſua poteſtate potius delectati, velut ſuum bonum ipſi ſibi eſſent, à ſuperiore communi omnium beatifico bono ad propria defluxerunt, & habentes elationis faſtum pro excellentiſſima æternitate, vanitatis aſtutiam pro certiſſima veritate, ſtudia partium pro indiuidua charitate, ſuperbi, fallaces, inuidi effecti ſunt. Idem. Eſſe natura in qua nullũ bonum ſit, non poteſt, proinde nec ipſius diaboli natura inquantum natura eſt, malum quid eſt. Idem. Auertat Deus. lib. 2. de inuidia. Leo in ſermone. Diabolus omnium diſcutit conſuetudines, vẽtilat curas, ſcrutatur affectus, & ibi cauſas quærit nocendi, vbi quemq; viderit ſtudioſius occupari. Ioan. Chriſoſt. in ſermone, zelatur diabolus hominem, quia ipſe de cœlo corruerat. Videbat enim Adam paradiſi eſſe colonum, & inflatus inuidia, induit ſerpentis imaginem. Incorporalis enim cum eſſet, corporalibus loqui non poterat. Idem. Diabolus non aliunde talis factus eſt, niſi quia primò quidem poſt peccatum deſperatione vſus eſt, poſtea verò ex deſperatione in inuidiam incidit & ſuperbiam. Cyprianus in epiſtola. Lata & ſpacioſa itinera vita letalis, illic illecebræ & mortiferæ voluptates, illic diabolus blanditur vt fallat, arridet, vt noceat, illicit vt occidat. Ambroſ. in ſermo. Pater diabolus non diligit filios ſuos, ſed odit, ſicut amat diabolus filios ſuos, vt perdat, ſicut amat gluto porcellum, vt comedat. Iſidorus in Ethimol. Præſciunt dæmones futura multa, vnde & ſolent reſponſa aliqua dare. Ineſt enim illis cognitio rerũ plus quàm infirmitati humanæ, partim ſubtilioris ſenſus acumine, partim experiẽtia longiſſimæ vitę, partim per Dei iuſſum Angelica reuelatione. Idem. Diabolus, hæbraice, dicitur deorſum fluẽs, quia qui quietus in cęli culmine ſtare contempſit, ſuperbiæ pondere deorſum corruens cecidit. Græce vero diabolus, criminator dicitur, Idem de ſum. bono. Diabolus non immiſſor, ſed incenſor potius malarum cogitationum & omnium vitiorum, neque enim alibi concupiſcentiæ fomenta incendit, niſi vbi prius prauæ cogitationis delectationes inſpexerit. Idem. Tunc contra eum quem poſſidet diabolus, acrius ſæuit, quando ſe diuina virtute ab eo expellendum cognoſcit. Bernard. in ſermo. Lædit nos iniquitas diaboli atque verſutia, ſed multo amplius eum noſtra ſimplicitas, & miſericordia torquet, humilitatem noſtram non ſuſtinet, vtitur charitate noſtra, manſuetudine & obedientia cruciatur.

*Inuidia demonum.* *Poteſtas diaboli ſẽper iuſta.* *Conditiones demonum.* *Natura demonũ bona.* *Affectio Diaboli erga ſuos.* *Scientia demonum.* *Senius cõtra meliores eſt diabolus.*

# PHARETRAE LIB. II.

## DE PRINCIPALIVM VITIORVM, & virtutum multiplicitate.

## LIBER SECVNDVS.

### *De tentatione.* Cap. I.

NISI miſericors Deus cum virib. tentamenta modificet, nullus profecto qui malignorum ſpirituum inſidias, non corruẽs, portet. Idem. Sancta Eccleſia tranſire ſine labore tentationis non poteſt tempora peregrinationis, quæ & ſi foris apertos hoſtes non habet, intus tamen tolerat fictos fratres. Idem. Plerunq; qui plus. ſupra lib. I. de proficientibus, Aug. contra Iulianum. Quia in iſta humana miſeria peior hoſtis eſt cauenda ſuperbia, ideo nimirum non penitus extinguitur in carne ſanctorum continentiũ iſta carnalis concupiſcentia, vt dum pugnatur aduerſus eam, periculorum ſuorum animus admoneatur, ne ſecurus de meritis per ſuperbiã infletur. Idẽ. In nobiſmetipſis ſola infirmitas eſt cã pugnandi, & rurſus infirmitas eſt admonitio non ſuperbiendi, proinde vt virtus qua hic ſuperbiri põt, non ſuperbiatur, eadem virtus in infirmitate tẽtationis perficitur. Iſid. de ſum. bo. Diabolus ſerpẽs eſt lubricus, cuius ſi capiti, i. primæ ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus in interna cordis, dum non ſentitur, illabitur. Amb. ſuper Luc. Tentationẽ non vt iniquã timere debemus, eſt. n. cauſã victorię, materia triumphorum. Idem. Diues ille qui tentationem non ſenſit in hoc ſeculo, raptus eſt ad inferos, & ſepultus in inferno. Ioan. Chryſoſtom. ſuper Matth. in primis grauis & inſuperabilis eſt impetus diaboli, quòd ſi quis forti animo ſubſtinuerit eum, ſtatim inueniet infirmiorẽ. Quanto enim plus repercuſſus fuerit, tanto magis torpeſcit & deficit. Idem. Qui murmurat de periculo tentationis, murmurat de præmio probationis, in nullo enim negocio poteſt requies inueniri, niſi præceſſerit labor, quanto magis in ſpiritualibus rebus, niſi præceſſerit tentatio, non poteſt eſſe probatio? Bernard. ſuper Cant. Impulſus euerſus ſum, vt caderem, & dñs ſuſcepit me. Quęris quis ille ſit impulſor, non eſt vnus, impulſor diabolus, impulſor mundus, impulſor hõ. Quis ille homo ſit quæris, quiſque ſui. Idem. Neceſſe eſt, vt veniant tentationes, quis. n. coronabitur, niſi qui legitimè certauerit, aut quomodo certabunt, ſi deſit qui impugnet? Tu verò accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore

*Gregorius* *Eccleſia militãs obnoxia eſt tentationibus.* *Debilis eſt hoſtis.* *Neceſſaria eſt tentatio.*

timore, & præpara animam tuam ad tentationem, certi nanque ſint omnes qui piè volunt viuere in Chriſto, pſecutionẽ ſe paſſuros. Idem in ſermo. Oramus quotidie vt Dei volũtas ſicut in cœleſtibus facta eſt creaturis, ſic fiat & in terrenis, vt ſic Angelus, ſic & homo adhærens Deo, vnus ſpiritus cũ eo fiat. Sed heu me, quot obſtacu la ſeparant, quot prohibent impedimenta? Obijcit. n. ſe ſe mediam, malitia noſtra, infirmitas noſtra, concupiſcẽtia noſtra, & ignorantia noſtra. Idem. Heu me domine Deus, quia vndiq; mihi bella, vndiq; tela volant, vndique pericula, vndiq; impedimenta. Quocunque vertam me, nulla vſquam ſecuritas eſt, & quæ mulcent, & quæ moleſtant timeo, & eſuries, & refectio, & ſomnus, & vigiliæ, & labor, & requies militant contra me.

Maxima tẽtatio intra nos eſt.

*De cogitatione.* *Cap. 2.*

GReg. ſuper Ezech. Sic ſæpe cogitationi bonæ cogitatio ſiniſtra adiungitur, vt vix ipſe, qui eaſdem cogitationes generat animus, agnoſcat. Idem in moral. Tanto longius mens à neceſſarijs ceſſat, quanto inania latius cogitat. Idem. Sancti viri quantum agere poſſunt, ne exterius labantur in opere, tantum interius nequaquam agere poſſunt, ne vnquam labantur in cogitatione. Idem. Ante oculos Dei vacuæ non tranſuolant cogitationes noſtræ, & nulla momenta temporis per animum tranſeunt præter retributionis actum. Idẽ in regiſ. Illud ab omnipotenti Deo pollutum eſſe in opere oſtenditur, quod ex pollutæ cogitationis radice generatur. Idẽ in paſtora. Nihil in nobis eſt corde fugacius, quod à nobis toties recedit, quoties per prauas cogitationes defluit. Iſidor. de ſum. bo. Ferre cogitationes ſine perfectione vitiorum non eſt ad damnationem, nec eſt occaſio ſubeundi diſcriminis, ſed potius augende virtutis. Idem non eſt peccatum, quando nolentes imaginib. nocturnis illudimur, ſed tunc eſt peccatum, ſi antequã illudamur, cogitationis affectibus præuenimur. Idẽ. cogitatio praua delectationem. Infra lib. 3. de conſuetudine. Bernar. de conſide. In acquiſitione ſalutis nemo tibi germanior vnico matris tuæ, contra ſalutem propriam cogites nihil, minus dixi, quàm dixiſſe debueram, quicquid ſe cogitationi offerat, quod non quoquo modo ad tuam ipſius ſalutem pertineat, reſpuendum eſt.

Pugna cogitationũ euitabilis eſt.

Charitas à ſeipſa incipit.

*De delectatione.* *Cap. 3.*

GReg. in moral. Eſſe ſine delectatione anima nunquam poteſt, nam aut in infimis delectatur, aut in ſummis, & quanto maiori ſtudio exercetur ad ſumma, tanto maiori faſtidio torpeſcit ad ima, quantoque acriori cura inardeſcit ad infima, tanto torpore dãnabili frigeſcit à ſummis. Vtraq; enim ſimul & æqualiter amari non poſſunt. Qui ergo terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. Idẽ. Deũ apprehendere non valet, qui adhuc in delectatione peccati iacet. Idẽ. Vnuſquiſq. ſuperbus rector, ſupra li. 1. de Prælatis malis. Idem. Mẽtem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulſat, ſed cum hanc ſibi per delectationem ſubiugat. Idem. Cum culpa animum tentat, neceſſe eſt vt breuitatem ſuæ delectationis aſpiciat, ne ad æternam mortem iniquitas rapiat, cum conſtet ꝙ ad terminum citius mortalis vita percurrat. Idem Sæpe bono operi dum laus humana obuiat, mentem operantis immutat, quæ quamuis quæſita non fuerat, tamen oblata delectat, cuius delectatione dum mens bene operãtis reſoluitur, ab omni intentione intimi vigoris quantocius diſſipatur. Idem. Quiſquis in hoc mundo appetit proſperari, cæteros excedere, rebus & honoribus tumere, huic nimirũ cura ſecularis in delectatione eſt, quies in labore. Iſid. de ſummo bono. Cogitationes illicitas ingerere dæmonum eſt, cogitationibus oblectari peruerſis, noſtrum eſt, Aug. de verbis Apoſtoli. Quicquid peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus eſt, non oritur niſi ex mala cupiditate, non imputatur niſi ex illicita delectatione. Huic igitur illicitæ delectationi ſi reſiſtamus, non regnat peccatum in noſtro mortali corpore Idem. Mortua eſt vna delectatio, ſed viuit altera, & illi dum non conſentis eam mortificas, cum cœperit omnino non delectari mortificaſti, hæc eſt actio noſtra, hæc eſt militia noſtra.

Aĩa ad delectationẽ ſemper aſpirat.

*De conſenſu.* *Cap. 4.*

GRegor. in moral. Concupiſcentiæ carnalis oſtia dũ conſenſus noſter aperit, ad innumera nos corruptionis mala pertrahit. Idem. Proximorum mala quę quis corrigere non valet, taceat, quæ cum corrigi loquẽdo poſſunt, ſilentium conſenſum eſſe pertimeſcat, & ſi ea quæ tacet tolerat, non tamen in animo virus doloris occultet. Idem. Sciendum eſt aliud eſſe quòd animus de tentatione carnis patitur, aliud vero dum per conſenſum delectationibus obligatur, plerumque enim cogitatione praua pulſatur, ſed renititur, plerumq; autem cum peruerſum quid concipit, hoc intra ſemetipſum p conſenſus deſiderium doluit. Idem in homil. Ille verè Deum amat, cuius videlicet mẽtem delectatio praua ex conſenſu non ſuperat, nam tanto quiſq; à ſuperno amore diſiungitur, quanto inferius delectatur. Aug. de mendacio. Tunc cõſentimus cum approbamus & volumus. Idem. Pudicitiam corporis, non conſentiente aut nõ permittente aĩa, nemo violat. Quicquid. n. nobis inuitis cõtingit in noſtro corpore, nulla impudicitia eſt. Idem in epiſtola. Bene agere, & illicita non prohibere, conſenſus erroris eſt. Idem ſuper Gen. contra Manicheos. Si ratio humana conſentiat, vt quod libido commonuerit, faciẽdum eſſe decernat, ab omni vita bona tanquam de paradiſo expellitur homo, & iam ei peccatum imputatur ẽt ſi non ſequatur factum, quæ ſe rea tenetur in conſenſio ne conſcientia. Bern. in medita. Dæmonum eſt malas ſuggeſtiones ingerere, noſtrũ eſt illis nõ conſentire, nã quoties reſiſtimus, diabolum ſuperamus, angelos lætificamus, Deum honoramus. Idem in ſermone. Si carnalib. diſtrahor deſiderijs, & illis (quod abſit) cõſenſero quantum poſſum, etiam ſi nõ ſequatur factum, in morte quidem ſum mortuus, vtique & conſequenter ſepeliendus in inferno. Idem. Nulla eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu damnatio, ſi concupiſcentiæ ſenſus ſit abſque conſenſu. Idem. Peccatum in foribus eſt, niſi tu ipſe aperias, non intrabit, appetitus in corde prurit, ſed ſubter te eſt, niſi tu ſponte ceſſeris nil nocebit. Audi conſolationem, conſenſum cohibe, ne præualeat appetitus concupiſcentiæ, & immaculatus eris. Idem. poteſt inimicus excitare tentationis motum, ſed in te eſt ſi volueris dare, vel negare conſenſum. Idem. Nemo fratres. Infra lib. 4. de correptione bona.

Conſenſus eſt animæ ianitor.

Quãdo cõſentimus.

*De peccato.* *Cap. 5.*

GRegor. ſuper Ezech. Quoties actu, quoties verbo, quoties cogitatione delinquimus, Deum cõtra nos toties irritamus. Idem. Diſtricta ſunt omnipotentis Dei iudicia, & qui peccatorem diu expectat vt redeat, non redeuntem atque contemnentem grauius damnat. Idem. Peccatum quippe quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum eſt & cauſa peccati, aut peccatum, & pœna peccati, aut peccatum ſimul, & cauſa & pœna peccati. Idem. Grauiores culpæ ſunt, quæ ſuperinducta ſpecie virtutis, virtutes

ſe men-

ſe metiuntur eſſe, Idem In moral Peccatum quod pœnitentia non diluitur, ipſo ſuo pódere mox ad aliud trahit. Idem. Tribus modis peccatum admittitur, ſcilicet ignorantia, infirmitate, & ſtudio, & grauius quidem infirmitate, quàm ignorantia, ſed multo grauius ſtudio quam infirmitate peccatur. Idem. In grauibus peccatis quis poſitus cum ſuis præmitur, aliena non diluit. Idem in paſto. Nonnũquam in parua deterius, quàm in maiori culpa peccatur. Maior enim quo citius, quia ſit culpa agnoſcitur, eò etiam celerius emendatur. Minor verò dum quaſi nulla creditur, eo peius quo, & ſecurius in vſu retinetur. Idem in regiſtro, Apud homines culpa & apud Deum pœna eſt, nolle quemquam bonum imitari quod placet. Idem. Plerumq; quod in laicis culpa eſt, hoc crimen eſt in ſacro ordine conſtit tis. Idem. Nonnunquam Dominus. infra libro 4. de certamine. Auguſ. de confeſſione. Ibam ad inferos, portans omnia mala quæ commiſeram, & in te, & in me, & in alios multos, & grauia ſuper originalis peccati vinculum. Idem de ciui. Dei. Pauciſſimi ſunt tantæ fœlicitatis, vt ab ipſa ineunte adoleſcentia, nulla damnabilia peccata committant. Idem. Quæ ſunt iſta peccata, quæ ita impediunt peruentionem ad regnum Dei, vt tamen ſanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficilimum eſt inuenire, periculoſiſſimum eſt diffinire. Idem. Nunc vſqueadeò. infra libro 4. de voluntate mala. Idem de ſpiritu & litera. Sicut non impediunt à vita æterna iuſtum quædam peccata venialia, ſine quibus hæc vita nõ ducitur, ſic ad ſalutem eternam nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillime vita cuiuſlibet peſſimi hominis inuenitur. Idem contra Iulianum. Diluuntur in baptiſmate cuncta peccata, & originaliter tracta, & ignoranter vel ſcienter adiecta. Idem. Cum non ad ſuum referuntur auctorem Dona Dei, hoc ipſo malè his vtentes efficiuntur iniuſti. Idem ad Oroſiũ. Malum, natura non eſt, ſed priuatio boni hoc nomen accepit. Idem de baptiſmo paruulorum. Sicut eorum per quos renaſcuntur paruuli iuſtitię ſpiritus reſponſio ne ſua traiicit in eos fidem, quam voluntate propria non dum habere potuerunt, ſic eorum per quos naſcuntur caro peccati, traiicit in eos noxam, quam nondum vita propria contraxerunt. Idem in meditationibus. Certè ò miſer homo ipſa ſola plus eſt vitanda peccati fœditas, quàm quælibet tormentorum immanitas. Idem in epiſtola. Quem non poteſt diabolus deuorare ſeductum ad nequitiam, famam ipſius inquinare conatur, vt ſi fieri poteſt, opprobrijs & malarum linguarum detractione deficiat, & ſic in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare potuerit, hoc ei perſuadere tentat, vt per maleuolas ſuſpitiones de fratre ſuo iudicet, & ſic ab illo implicatus abſorbeatur. Idem de virginitate. Quia ſatagẽtibus, vigilantibusq. ne peccent ſubrepunt quodammodo ex humana fragilitate peccata, quãuis parua, quamuis pauca, non tamen nulla, eadem ipſa magna fiunt & grauia, ſi eis ſuperbia incrementum & pondus adiecerit. Idem de patientia. Tantò rectius maiori ſupplicio dignum iudicaueris animũ, quantò magis vitijs ſubdit inſtrumenta virtutum. idem de penitentia. Nullum peccatum adeò paruum, quod non creſcat neglectum, non enim conſiderandum eſt quid fecerit, ſed quẽ offenderit, quàm bonus eſt, quàm benignus, quàm pius. Idem. Qui peccat, & gratiam ſuã recuperare non amat, & nunquam curat ab eo diligi, qui totus eſt amor & charitas, nec ad illud tendit vnde ſumpſit a[illegible]am, in ſpiritum peccat, & nunquam poſt mortem, ſicut nec viuens, conſequetur veniam. Idem ſuper canon. Ioannis. Iſta quæ dicimus peccata leuia, noli contemnere, ſi contemnis, quando ponderas, expaueſce, quando numeras, multa leuia faciunt vnum grande. Ad idem de decem chordis, & ſuper Ioann. Gregor. in paſto. Iſidor. de ſum. bo. Item Auguſt. Ex quo incipit homo. ſupra de homine. Idem. Voluntas auerſa, infra libr. 3. de voluntate. Ambr. de offi. Qui non repellit à ſocio ſuo iniuriam ſi poteſt, tantum eſt in vitio, quàm ille qui facit. Idem in apolo. Peccatum donatur per gratiam, deletur per ſanguinem crucis, regitur per charitatem. Ioann. Chryſoſt. ſuper Ioann. Excogitate quantum eſt malum, nos ex hominibus, pares Angelis, ad feras transponere. Ventri enim ſeruire, & pecuniarum concupiſcent a detineri, & iraſci, & mordere, & calcitrare, non hominum, ſed ferarum eſt. Iſid. de ſum. bo. Si vnum vitium diſtrictę iudicetur, & alia negligantur, inanis eſt labor. Idem. Iudicio diuino in reatu nequiori labuntur, qui diſtinguere minora ſua facta contemnunt. Idem. Maioris eſt culpæ, manifeſte quàm occultè peccare. dupliciter enim reus eſt qui aperte delinquit, quia & agit malum, & docet malum facere. Vnde Iſaias Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt. Bernar. in ſermo. Cauete ne quis parua reputet, quantumlibet parua ſcienter commiſſa, nemo dicat in corde ſuo, læuia ſunt iſta, non curo corrigere, non eſt magnum ſi in his maneam venialibus, minimiſque peccatis. Hæc eſt impœnitentia dilectiſſimi, hæc blaſphemia in ſpiritum ſanctum, blaſphemia autem irremiſſibilis eſt. Anſelm. de ſimil. Natura peccati eſt, vt non facilè videatur ab illo qui eo præmitur, ſed mox vt ceſſauerit, & ab illo ſe alienauerit, tunc demum conſiderat in quanta fœditate & miſeria iacuerat. Idem. Si hinc peccati pudorem, lib. 4. de innocentia.

*Tripliciter peccare cõtingit.* — *Diaboli ſtudium in tentando.* — *Peccatum in ſpiritum ſanctum.* — *Initiũ impęnitentię, parua contemnerę peccata.*

### *De ſuperbia. Cap. 6.*

Gregor. in mora. Septem principalia vitia de ſuperbiæ virulenta radice producuntur, ſcilicet inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Idem. Scimus, ꝙ aliquãdo minus eſt in corporis corruptione cadere, quàm cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare, ſed tamen minus ſuperbia turpis creditur, minus peccatum à ſimplicibus iudicatur, luxuriam vero eò magis erubeſcunt homines, ſimul omnes eam turpem eſſe nouerunt. Idem. Quiſquis ſuperbiæ. infra libro 3. de diiudicatione. Idem cunctis ſuperba apud ſe cogitatione tumentibus ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, inhoneſtas in actione, honeſtas in imaginatione, erectio in inceſſu, rancor in reſponſione. Horum mẽs ſemper eſt ad irrogãdas contumelias valida, ad tolerandas infirma, ab obediendum pigra, ad laceſſendos verò alios importuna, ad ea quæ facere, & debet, & præualet, ignaua; ad ea vero quæ facere non debet nec præualet, parata. Idem. Hoc proprium arrogantium eſſe vitium ſolet, vt & pauca credant quæ ipſi multa dixerunt, & multa credũt quæ ipſis pauca dicuntur, quia enim ſua dicere ſemper volunt, aliena audire non poſſunt. Idem. Tolerabilius Deo eſt, vt in infirmitate atque ignorantia cum humilitate quiſquis iaceat, quàm cum elatione cordis alta comprehendat. Idem. adiuuare imbecillem charitatis eſt, adiuuare vero velle potentem, elationis eſt. Idem. Per elationem plerumque & vſque ad ſenium ſeruata virginitas vitiatur, quia enim negligitur humilitas cordis, rectus iudex deſpicit etiam integritatem corporis. Idem. Difficile in ſe quiſq; inueteratam ſuperbiam deprehẽdit, quia nimirum hoc vitium quantò magis patimur, tantò minus videmus. Idem. Arrogãtes ſicut inflantur laudibus, ita correptionibus inflammantur, & à quolibet ſe, vel iuſto reprehendi deſpiciunt, moxque in malis ſuis fomitem defenſionis exquirunt. Idem. Omnino difficile eſt, vt elatio quæ regnat in corde, non erumpat in voce. Idem. Arrogãtes graue

*Peccatorũ initium ſuperbia.* — *Superborum ſigna.* — *Supbia difficilis cognitu.*

graue ſe damnum perpeti iudicant, ſi ſcientiam ſuam loquēdi breuitate conſtringant. Tanto enim ſemetipſos credūt doctiores oſtēdere, quanto potuerunt multiplicitatē loquacitatis aperire. Hieron. in Epiſt. Initiū omnis peccati ſuperbia eſt, quę natione cœleſtis ſublimium mentes inhabitat, ſub cinere & cilicio latitans. Idem Nihil ita a pueritia vitare conatus ſum, ſicut tumentem animum, & erectam ceruicem Dei, contra ſe odia prouocantem. Noui enim magiſtrum, & Dominum meum in carnis humilitate dixiſſe. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Auguſt. in regula. Alia quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur vt fiant, ſuperbia vero etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Idem de Virginitate. Menſura humilitatis cuique ex menſura ipſius magnitudinis data eſt, cui eſt valde periculoſa ſuperbia, quæ amplius amplioribus inſidiatur. Idem. Quia ſatagentibus ſupra in capi. de peccato. Idem de gratia noui teſtamenti. Superbia odit conſortium, & quantum in ipſo eſt, ſolus cupit eminere omnis ſuperbus. Idem de ciuit. Dei. An ſorte corrigi pudet? & hoc vitium non niſi ſuperborum eſt. Idem. Superbia peruerſè imitatur Deum. odit namque cum ſocijs æqualitatem ſub illo, ſed imponere vult ſocijs dominationem ſuam pro illo. Idem. Facilius ſeruitur homini quam libidini, cum ſeuiſſimo dominatu vaſtet corda mortalium, vt alias omittam, libido ipſa dominandi hominibus alijs. Idem audeo dicere infra libro. 3. de re cidiuatione. Idem in Epiſtola. Fit miris modis in anima hominis, vt de falſa humilitate magis infletur, quam ſi apertius ſuperbiret. Idem de confeſſis. Humiliaſti tanquam vulneratum ſuperbum, & tumore meo ſeparabar abs te, & nimis inflata facies claudebat oculos meos. Idem. Plus hoſtis vincitur in eo quem plus tenet, & de quo plures tenet, plures autem ſuperbos tenet, nomine nobilitatis, & de his plures nomine auctoritatis. Ioan. Chryſoſt. ſuper Ioan. Superbia in vobis exiſtente, omnis noſtra vita immunda fit, & ſi ſobrietatem, & ſi virginitatem, & ſi ieiunium, & ſi orationes, & eleemoſynam, & ſi quodcunque aliud pe ficiamus. Iſido. de ſum. bon. Superbia ſicut eſt origo omnium criminum, ita ruina cunctarum virtutum, ipſa enim eſt in peccato prima, in conflictu poſtrema. Idem. Omnis peccans ſuperbus eſt, eo quòd faciendo vetita, contemptui habet diuina præcepta. Bernard. de 12. grad. Glorioſa res humilitas, qua ipſa quoq; ſuperbia palliare ſe appetit, ne vileſcat. Idem. Arrogans, de alia omni re plus ſibi credit, quàm alijs, de ſeipſo plus alijs credit, quàm ſibi. Idem. Monachus præſumptuoſus primus in conuentibus reſidet, in conſilijs primus reſpondet, non vocatus accedit, non miſſus ſe intromittit, reordinat ordinata, reficit facta. Quicquid ipſe non fecit, aut ordinauit, nec rectè factum, nec pulchrè æſtimat ordinatum, iudicat iudicantes, præiudicat iudicaturis. Si cum tempus aduenerit non promoueatur ad prioratum, abbatem aut inuidū iudicat, aut deceptum. Idem ſuper Cantica. Argumentum ſuperbiæ priuatio gratiæ eſt: humilibus enim dat Deus gratiam, ſuperbis reſiſtit. Idem. Pernitioſa paupertas, penuria meritorum, præſumptio autem ſpiritus, fallaces diuitiæ, & ideo diuitias, & paupertatem ne dederis mihi Domine.

De falſa humilitate ſuperbire cō tingit.

Nota. Signa ſupbi monachi.

Nota.

*De vana gloria. Cap. 7.*

4. Signa arrogantiæ.

GReg. in mora. Inobedientia, iactantia, hypocriſis contentiones, pertinacia, diſcordiæ & nouitatum præſumptiones oriuntur de inani gloria. Idem. quatuor ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur, cum bonum aut à ſemetipſis habere ſe ęſtimant, aut ſi datum deſuper credant, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meriti ſputāt, aut certè cum iactantia ſe habere qđ non habēt, aut deſpectis cæteris, ſingulariter videri appetunt habere quod habent. Idem, Sæpe bono operi, ſupra capit. de delectatione. Idem. Qui accepta bona ſibi arrogat, ſuis contra Deum donis pugnat. Idem. In cogitatione tumidi proprij fauores oriuntur, ſibique de ſingularitate ſapientiæ blanditur, ipſa fatuitas penſat ea quæ audierat, ac verba quæ profert, & miratur ſua, & deridet aliena. Idem. Cuncti vanę gloriæ, infra libro 3. de diiudicatione. Idem. Sicut labor iuſtorum eſt videre praua nec corrigere, ita grauis eſt labor arrogantium, ſi quod ſapiunt, non oſtendunt. Idem. Quaſi latrunculus eſt appetitus laudis humanæ, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio, gradientium vita trucidetur. Idem. Agitur, vt ante iuſti iudicis oculos, fouea mentis fit memoria virtutis, quia reminiſcendo quod geſſit, dum ſe apud ſe erigit, apud humilitatis auctorem cadit. Iſido. Maximè per cenodoxiam ſupra de monachis malis. Idem. Qui ex deteriore ſupra de incipientibus Ioann. Chryſoſto. ſuper Ioan. Gloriam vanam cupere, ingloriatio eſt, gloria autem vera eſt hanc deſpicere, & nullam eius curam facere, ſed ad id quod Deo placet omnia & dicere & facere, Idem. Qui omnium contemptum pecuniarum habuerunt, & nulli huiuſmodi imaginationi ſe immiſcuerunt, & magis tyrannicas corporum concupiſcentias domuerunt, hi multoties capti à vana gloria omnia perdiderunt. Idem. Si laudes amamus, eas quæ à Deo ſunt diligentius quæramus. Nam, quæ quidem ab hominibus eſt laus, qualiſcunque fuerit, ſimul vt apparuit, perijt. Auguſtin. de confeſſione. Domine gloria noſtra tu eſto, propter te amemur, & verbum tuum, & nomen tuum, timeatur in nobis, qui enim laudari vult ab hominibus vituperante te, non defendetur ab hominibus iudicante te, non eripietur damnante te. Ambroſ. de offi. Fortitudo gloriæ caueat appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatius appetita, ſemper autem nocuit vſurpata. Bernar. in epiſto. O ſtulti filij Adam qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt & gloriam.

Aeſtimatio ſui propria ruina.

*De inuidia. Cap. 8.*

Inuidia ſimpliciùs acerbum.

GReg. in moral. De inuidia, odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, & afflictio in proſperis naſcitur. Idem. Qui poſt puniendi ſunt retributionis ſupplicio, nunc ſemetipſos afficiunt inuidiæ tormento. Idem. Inuidia iram generat, quia quanto interno liuoris vulnere animus ſauciatur, tāto etiā manſuetudo tranquillitatis amittitur. Idem. Dū electi proficiunt, reprobi ad rabiem furoris & inuidiæ excitātur, & bona naſcentia q̄ nolunt imitari, grauius perſequūtur. Idem. Inuidi dū bonū. inf. lib. 3. de ſtultiloquio in accuſatione. Idē. in Dialogis. Antiquus hoſtis vnde bonos cernit per charitatem prouehi ad gloriā, inde per uerſos per inuidiam rapit ad pęnā. Idem in homil. Quicquid in mundo concupiſcimus, hoc proculdubio proximis inuidemus, videtur etenim quia nobis deſit, quod alius aſſequitur. Ioan. Chryſo. in ſermone. O zelus, ò inuidia omni malitia cumulata. Inuidia ignis inextinguibilis eſt, etenim ſicut tinea comedit veſtimentum, ſic & inuidia eum qui zelatur conſumit, eum autem cui inuidet, clariorem reddit. Idem ſup Ioan. Inuidię paſſio, & fornicatione & adulterio multum eſt deterior. Idem. Inuidi oculus liquatur triſtitia, inuidus cum morte viuit continua. Aug. de doctrina Chriſtiana. Auertat Deus inuidię peſte ab animis omnium, nedum Chriſtianorū. Vitiū. n. diabolicū eſt inuidia, quo ſolo diabolus reus eſt, & inexpiabiliter reus. Nō enim dicitur diabolo, vt damnetur

netur, quia adulterium commiſiſti, furtum feciſti, villam alienam rapuiſti, ſed qui homini ſtanti, tu lapſus, continuo inuidiſti.

*Inuidia ſuperbiæ filia.*

Idem de Virginitate. Superbiam ſequitur inuidia, tanquam filia, & pediſſequa. Eam quippe ſuperbia continuo parit, nec vnquam eſt ſuperbia ſine tali ꝓle atque comite.

*Effectus inuidię*

Hieron. in epiſtola. O inuidia primum mordax tui, ô ſathanæ caliditas ſemper ſancta perſequens. Iſid. in ſyno. Inuidia, cuncta bona, ardore peſtifero deuorat. Inuidia, anime tinea ſenſum comedit, pectus vrit, mentem afficit, cor hominis quaſi quædam peſtis depaſcit. Anſe. de ſimilitud. Qui bonis alterius arridet, ſanctis conſentit, qui verò inuidet, diabolis ſimilis eſt. Si quidem magis puto eſſe ſaluationem ſperandam eius, qui parum boni facit, & factis aliorũ fauet, quàm illius qui multa, & inuidet alijs. Sene. in prouer. Nondum fœlix es, ſi nondum turba te deridet. Nam & ſi nullos tibi inimicos facit iniuria, multos facit inuidia. Gloſ. ſuper Pſal. 123. Ira & inuidia iudicio carent.

## *De Ira. Cap. 9.*

*Iræ germina.*

GReg. in mora. De ira, rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ proferuntur. Idem. Plerumque mentem ſub obtentu iuſtitiæ, irę immanitas vaſtat, & dum quaſi ſeuit zelo rectitudinis rabiem explet ira furoris. Idem. Qui humanorum actuum ſubtili examine greſſus enumerat, iram ſine voce, iudicio, iram in voce, concilio, irã vero in voce atque ſermone, gehennę ignibus mancipat. Idem. Plus ſemper ira in vindicta exigit, quam de iniuria accipit. Idem, in dial. Tantò metuenda eſt ira iuſtorum, quantò & conſtat, quia in eorum cordibus ille præſens eſt, qui ad inferendam vltionem quam voluerit, inualidus non eſt.

*Moderanda eſt ira.*

Idẽ in regiſtro. Ira etiam cum delinquẽtium culpas inſequitur, non debet menti noſtræ quaſi domina præire, ſed poſt rationis tergum quaſi ancilla rationis ſubnixius famulari. Idem. Nemo poteſt diligere illum, quem ex ira vel odio non vult videre. Idem. Ira ſi ſemel mentem poſſidere cęperit, iuſtum eſſe deputat etiam illud, quod crudeliter facit. Idem in paſt. Illa quę mater eſt omnium cuſtosque virtutum, per iræ vel impatientiæ vitium, virtus charitatis eneruatur. Hieron. in orig. ſuper Mich. Propemodum naturale eſt, vt & nurus ſocrũ, & ſocrus oderit nurum.

*Simile.*

Aug. in epiſt. Sicut acetum corrũpit vas ſi diutius ibi fuerit, ſic ira corrumpit cor, ſi in aliũ diem durauerit. Idem. Multo melius nec iuſtè cuiquam iraſcimur, quam velut iuſtè iraſcendo, in alicuius odium ita & occulta facilitate dilabimur. Idem in ſermone domini in monte. Si iraſci non eſt fas fratri ſuo ſine cauſa, aut dicere racha, aut dicere fatue, multo minus fas eſt animo tenere aliquid vt in odium indignatio conuertatur. Idem. Odium eſt ira inueterata.

*Ira eſt vlciſcendi libido.*

Idem de ciui. Dei. Iram nihil aliud eſſe quam vlciſcendi libidinem, veteres diffinierunt. Idem in regula. Melior eſt qui quamuis ira ſæpe tentatur, tamẽ impetrare feſtinat, vt ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam, quàm qui tardius iraſcitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autem nunquam petit veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in monaſterio, etiam ſi inde non proijciatur. Glo. Matt. 18. Si non dimiſerimus ex corde quod in nos delinquitur, etiam hoc quod per penitẽtiã dimiſſum erat, à nobis exigitur. Caſſio. in Pſal. Venialis ira eſt, quæ non ducitur ad effectum. Io. Chryſo. ſuper Ioannẽ. Qui iraſcitur ſine ratione, multis ſupplicijs dignus erit, volũtarie ſeipſum in barathra perditionis ferens, & ante futuram gehennam, hic iam vindictam ſoluens. Idem. Nõ iracundos tantũ, & illatæ malitię memores punit Deus tanquam reos, ſed & eos, qui & iraſcentes aut offenſos fratres placare negligunt, & contemnunt. Idem. Oſculũ pacis porrigere tempore quo ſacramenta offeruntur, in vſu Eccleſiæ eſt, ſed vereor ne plures ex nobis labijs tantummodo pacem faciant, cum tamen Chriſtus non ex ore, ſed ex corde deſideret, & affectu velit proximũ non labijs ſalutari. Idem. Si tantummodo nõ lædas eum qui te læſit, auertas autem te ab eo, nec libenter eum videas, manet ſine dubio vulnus in pectore, & iræ dolor augeſcit in corde. Ambr. de offi. Si iraſcimur quia effectus naturæ non eſt noſtræ poteſtatis, malum ſermonem non proferamus de ore noſtro, ne in culpam ruamus. Idem. Is qui cito iniuria illata mouetur, facit ſe dignum iudicari contumelia, dum vult ea indignus haberi. Ber. in epiſtola. Non iraſci vbi iraſcendum ſit, nolle emendare peccatum eſt, prius verò iraſci quam iraſcendum ſit, peccatum peccato addere eſt.

## *De accidia. Cap. 10.*

*Accidię filiæ.*

GRegor. in mora. De triſtitia vel accidia naſcitur malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis circa illicita. Idem. Humana anima quia ad Deum ſolum appetendum facta eſt, omne autem quod infra Deum appetit minus eſt, ideo ei iure non ſufficit, omne quod Deus non eſt, hinc eſt, quòd huc illucque ſpargitur, & ab vnaquaque re faſtidio impellente remouetur. Idem in paſt. Plerumque piget, dum neceſſaria agere negligit, quędã ſibi difficilia opponit, quædam vero incautè formidat, & dum quaſi inuenit quod velut iuſtè metuat, oſtendit quòd in otio quaſi non iuſtè torpeſcat. Idem. Si quod mortuum in nobis eſt, ad vitam non accenditur, hoc et extinguitur quod quaſi adhuc viuum tenetur. Idẽ. Qui adhuc in peccatis eſt, conuerſionis fiduciam non amittit, qui verò poſt conuerſionem tepuit, etiam ſpẽ quę potuit eſſe de peccatorum conuerſione ſubtraxit.

*Simile.*

Aug. de conf. Palato non ſano pęna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis, & oculis ęgris odioſa eſt lux, quę puris amabilis eſt, & iuſtitia tua Domine diſplicet triſtib. & iniquis. Idẽ. Nullo modo decet etc. infra li. 4. de exercitio. 10a. Chryſoſt. de compunctione cordis. Non video quòd aliquis noſtrum vera & perfecta cupidine cœleſtium teneatur, alioquin omnia quę videtur eſſe grauia, vmbras putaret & riſum. Ambro. ſuper Luc. Diſce rogare, quod cupis impetrare, faſtidioſos viros cęleſtium profectus munerum non ſequuntur, Idem in epiſtola. Sicut Dominus non vult mortem peccatoris, tantum vt reuertatur & viuat, ita tepidos odit, & citò ei nauſeam faciunt.

*Tepidus accidioſus eſt.*

Iſid. de ſum. bon. Tepidus in conuerſatione, otioſa verba & vanas cogitationes noxias eſſe non conſpicit, quòd ſi à torpore mentis euigilauerit, ea quæ prius læuia ęſtimabat, confeſtim quaſi horrẽda atque atrocia pertimeſcit.

*Exercitia ſerui Dei.*

Idẽ. Dei ſeruum ſine intermiſſione legere, orare, & operari oportet, ne fortè mentem otio deditam, ſpiritus fornicationis ſurripiat. Cedit enim labori voluptas, animum autem vacantem citò præoccupat.

*Nota.*

Bernar. in epiſtola. Pro vitando otio, otioſa ſectari ridiculum eſt, otium autem eſt, quod vel nullam habet vtilitatem, vel vtilitatis intẽtionem. Idem. Miror quòd ad guſtum cibi dulciſſimi nauſeas, ſi tamẽ guſtaſti quàm dulcis eſt Dñs, aut certè nondum guſtaſti & neſcis quid, aut quõ ſapit Chriſtus, ideoque non appetis incognitum & inexpertum, aut ſi fortè guſtaſti & dulce non ſapit, ſanum non hẽs palatũ. Idem ſuper Can. Doleo aliquos noſtrum graui in ſacris vigilijs deprimi ſomno, nec cęli ciues revereri, ſed in pręſentia principum tanquam mortuos apparere, cum tamen ipſi noſtra alacritate permoti, noſtris intereſſe ſolennijs delectentur, vereor ne noſtram deſidiam aliquãdo ab-

do abominãtes,cum indignatione recedant.Idem.Cum te tepore,accidia, vel tædio affici ſentis, noli propterea diffidere,atque deſiſtere à ſtudio ſpirituali, ſed iuuantis require manum,trahi te obſecrans.Idem in ſer. Tepeſcimus proceſſu temporis à feruore conuerſionis noſtræ, paulatim refrigeſcit charitas,abundat iniquitas, vt heu conſummemur in carne, qui ſpiritu cœperamus. Idem. Quid iſtud negligentiæ, quid pigritiæ, immo quid vecordiæ eſt,vt non crebris ſuſpirijs & feruentiſſima affectione abrumpere hinc,& in illa tam fœlicia agmina iaculari animos ſtudeamus? Væh nobis à duritia cordis noſtri, væh nobis à peccato gentium, quas Apoſtolus ſine affectione commemorat eſſe.Sen.in epiſtola. Cito inerti otio vita torpebit, ſi relinquendum eſt quicquid offendit.Idem.Otium ſine literis mors eſt,& vſui hominis ſepultura.

*De auaritia.* *Cap.* 11.

GRego.in mora. De auaritia, proditio,fraus,fallacia,periuria,inquietudo,violentiæ,& contra miſericordiam obdurationes cordis oriuntur.Idem.Auaritia deſideratis rebus habitis,non extinguitur, ſed augetur.Nam more ignis cum ligna quæ conſumat excepe-

Auaritiæ proles ſecũda ſed peſſima.

rit,magis excreſcit.Ambr.in ſerm.Quoſdam gradus cupiditas habet,quò plures aſcendit,eò ad altiora feſtinat, vnde fit grauior ruina lapſuro.Idem.ibi abũdantia, vbi ſacietas,vbi autem fames cupiditatum, vbi inexplebilis appetentia,ibi vtique paupertas.Aug.in ſermo.Non ſolum auarus eſt qui rapit aliena,ſed & ille auarus eſt,qui cupidè ſeruat ſua.Idem de verbis Domini. In explebilis eſt ſola auaritia diuitum,ſemper enim rapit, & nunquã ſatiatur,nec Deum timet,nec hominem reueretur, nec patri parcit,nec matrem agnoſcit, nec fratri obtẽperat, nec amico fidem ſeruat,viduam opprimit, pupillorum res inuadit,liberos in ſeruitium redigit, teſtimoniũ falſum profert,res mortui hominis occupantur,quaſi nou & ipſi,qui hoc faciunt,moriantur.Idem.De libero arbitrio.Dictum eſt radicem omnium malorum eſſe auaritiam,hoc eſt plus velle quam ſatis eſt. Tm̃ aũt ſatis eſt, quantum ſibi exigit naturæ in ſuo genere conſeruandæ modus.Idẽ de 10.chordis.Qua fronte venturus es ad filium tuũ qui præceſſit, cui pręcedenti non mittis partẽ ſuam in cęlũ?an non põt mitti in cęlũ?Potes prorſus.Audi ipſum Dñm dicentem.Theſaurizate vobis theſauros in cęlo.Iſido.in etym.Auidus dictus eſt ab auendo,auere enim cupere eſt,hinc & auarus. Nam quid eſt auarũ eſſe,niſi progredi vltra quam ſufficit? Auarus enim dictus eſt,eo quod ſit auidus auri,& nunquam opibus expleatur.Idem de ſum.bo.Qui bona mundi diligit,velit, nolit,timoris & doloris penæ ſuccũbit.Ioan.Chryſoſt. ſuper Ioan.Quemadmodum in fontem mundum ſtercus quis immittens,totum eum immundum facit,ita & in diuitias iuſtas auaritia intrans, omnia ſpirare facit ab eo,qui illic eſt auaritiæ,fetore.Idem.Non amabit proximum,qui aurum amat. Bernar.de contemptu mundi. Nunc trahit ſua quemque voluptas, odorem turpis lucri ſectantes,quęſtum ęſtimant pietatem,quorum certa damnatio eſt.Idem. Vtinam ſaperes miſer, & intelligeres cum theſauro pecuniæ,theſaurum iræ pariter cumulari,vtinam nouiſſima prouidens animaduerteres non facilè per foramen acus tranſituros diuitiarum cumulos.Seneca in epiſtola.Vidiſti aliquando canem, miſſa à Domino fruſta panis ac carnis, aperto ore captantem, quicquid accipit protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpem venturi hiat.Idem.Euenit nobis quicquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine vlla voluptate dimittimus, ſtatim ad rapinam alterius erecti, & attenti.

Auaritiæ duæ partes.

Radix omnium malorum auaritia.

Matth. 6.

Auarum eſſe quid ſit.

Simile.

Idem.Quiſquis de accipiẽdo,& cętera. Infra libro tertio de ingratitudine.

*De gula.* *Cap.* 12.

GRegor.in mora. De ventris ingluuie inepta lætitia,ſcurrilitas,immunditia,multiloquium,hebetudo ſenſus circa intelligentiam oritur. Idem. Quinque nos modis gulæ vitium tentat.Aliquando nãque indigentiæ tempora pręuenit.Aliquando verò tempus non præuenit,ſed cibos lautiores quærit. Aliquando quælibet ſumenda præparari accuratius expetit. Aliquando autem & qualitati ciborum & tẽpori congruit, ſed in ipſa ciborum quantitate,ſumendi menſuram refectionis excedit.Nonnunquam verò, & abiectum eſt, quod deſiderat,& tamen ipſo ęſtu immenſi deſiderij deterius peccat.Exemplum de primo in Ionatha. De ſecundo in Iſraeliticis. De tertio in filijs Heli. de quarto in Ezech.De quinto in Eſau.Idem.Sępe dum quaſi cõciui carni parcimus, ad prælium contra nos hoſtem nutrimus.Eiſdem namque alimentis vitia ſuperbiunt, quibus nutritæ virtutes viuunt,& cum virtus alitur, plerũque vires vitijs augentur. Idem in paſt.Gulæ deditos, ſuperfluitas locutionis,leuitas operis atque luxuria,abſtinentes verò ſæpe impatientia atque triſtitia, ſæpe verò ſuperbiæ culpa comitatur. Hieron.in epiſtola. Difficilè inter epulas ſeruatur pudicitia, nitens cutis ſordidũ oſtẽtat animum.Idem.Nihil ſollicitius, &c. Infra libro 4.de lætitia.Iſidorus de ſum.Bo.Ebrietas perturbationem gignit mentis,furorem cordis,flammam libidinis, ebrietas ita mentem alienat,vt vbi ſit,neſciat, vnde etiã & malum non ſentitur,quod per ebrietatem committitur. Idem.Cui abſtinẽtia non eſt epularum,ardentis diuitis attendat ſupplicium, cuius tanta in inferno inter ignes erat inopia, quanta hic fuerat epularum copia. Idem.Qui nimium cibis vtuntur, quanto magis ventrem paſcunt,tanto amplius ſenſum mentis obtundũt. Nam Gręci dixerunt, ex craſſo ventre ſubtilem ſenſum gigni non poſſe.Aug.de doct.Chriſtiana. Fieri poteſt, vt ſine aliquo vitio crapulæ vel voracitatis præcioſiſſimo cibo ſapiens vtatur,inſipiens autem fœtidiſſima gulæ flamma,in cibum viliſſimum ardeſcat.Baſilius in regula.Sicut miles plurimo onere prægrauatus præpeditur,ita monachus,vel clericus impeditur ad vigilias, cũ eſcarum plenitudine torpeſcit.Ber.in apolo. Sanius eſt modico vino vti propter infirmitatem, quam multa aqua ingurgitari per auiditatem. Legitur in ſcientia naturali,quòd inter animalia magnorum corporum, nulli dedit natura tam paruum os ſecundum corporis quantitatem,ſicut homini,quod factum eſt ad commẽdationem temperantiæ,& ad deteſtationẽ guloſitatis. Greg. Quantò corpus impletur,tanto anima minoratur. Vnde Hier.qui luxuriatur,uiuens mortuus eſt,& qui inebriatur,mortuus & ſepultus.Senec.Ciborum copia,ſublimitas impeditur. Idem.Ventri obedientes,loco animalium viuimus non hominum. Bern. voluptas gutturis, quæ tanti hodie æſtimatur, vix duorum habet longitudinem digitorum,non durat niſi quantum durat tranſitus ille per gulam, & pro illo tranſitu vult domina gula tot & tanta ſibi præparari.

Quinq; modi ingluuiei.

1.Reg.14.
Num. 11.
1.Reg. 2.
Ezech.16.
Gen. 25.

Comites Gulæ.

Simile.

*De luxuria.* *Cap.* 13.

GReg.in mora.De luxuria,cœcitas mentis, inconſideratio,inconſtantia,pcipitatio,amor ſui, odiũ Dei,affectus præſentis ſeculi,horror, vel deſperatio futuri generatur. Idem.Nulla ante Dei oculos iuſtitiæ pietatiſque ſunt opera, quæ corruptionis contagio monſtrantur immunda. Idẽ in Dial.Carnis delectatio,

Genimina luxuriæ

mentem

mentem, quam inficit obſcurat, vt videre veræ lucis claritatem non valeat, ſed vnde inferius delectatur, inde caliginem ad ſuperna patiatur. Auguſt. de fide ad Petrum. Quia dum ſibi inuicem vir mulierque miſcentur vt filios gignant, ſine libidine non eſt parentum concubitus, & ob hoc filiorum ex eorum carne naſcentium non poteſt ſine peccato eſſe conceptus, & peccatum in paruulos non traſmittit propagatio, ſed libido. Iſidor. de ſum. bo. Luxuriæ imagines quas in veritate geſſimus, ſæpe dormientibus nobis in animo apparent, ſed innoxiæ ſi non concupiſcendo occurrunt, id eſt ſi non conſentimus vigilantes. Idem. Qui nocturna illuſione polluitur, & ſi extra memoriam turpium cogitationum ſeſe præſentiat inquinatum, tamen hoc vt tentaretur, culpæ ſuæ tribuat, ſuamq; immunditiam ſtatim fletib. tergat. Idem. Deus nonnunquam deijcit occultam mentis ſuperbiam, per carnis manifeſtam ruinam. Idem. Inter ſeptem vitia, fornicatio maximum eſt ſcelus, quia ꝑ carnis immunditiam templũ Dei violat, & tollens mẽbra Chriſti, facit membra meretricis. Ioan. Chryſoſt. ſuper Matt. Vitium libidinis facilè ex vacantia & otio naſcitur. Nã diffinitio amoris hæc eſt, animæ vacantis paſſio. Idem. Per omnem actum carnalem homo animalibus ſimilis inuenitur, maximè autem per vſum libidinis. Idem ſuper Ioan. Porci ſunt, qui vitam ſuam cænoſæ libidini & voluptatibus ſæculi manciparunt. Hieron. in ori. ſuper Oſe. Sicut vinum & ebrietas eum qui biberit, mẽtis ſuæ impotem facit, ita fornicatio ac voluptas peruertit ſenſum, animumque debilitat, & de rationali homine, brutum efficit animal. Idem. Sicut gulæ ſeruiẽtes habent ventrem Deum, ita qui libidini ſeruiunt, habent Deum beelphegor. Idem in orig. ſuper Naum. 3. Corruent in corporibus ſuis. 70. infirmabuntur in corporibus ſuis. Multi propter res venereas in corpore debilitati ſunt, & cum perditione animæ carnem quoq; frangunt, cui ſeruiunt. Glo. Prouer. 6. ſuper illud. pretiũ ſcorti. Breuis voluptas fornicationis, & perpetua pœna fornicationis. Interlinearis. Luc. 15. Luxuria conſumit omnia bona gratiæ, & naturæ. Sene. in epiſtola. Luxuria, voluptas fragilis eſt, breuis, faſtidio obiecta, quò auidius acta eſt, otius in contrarium recidens, cuius ſub inde neceſſe eſt, aut pęniteat, aut pudeat, in qua nihil eſt magnificum, aut ꝙ naturam hominis dijs proximi deceat, res humilis membrorum turpium aut vilium miniſterio exitu fœda. Idem. Nihil tam mortiferum ingenijs, quam Luxuria. Idem. Vis magna mentis blanduſque animi calor amor eſt, iuuenta gignitur, luxu & ocio nutritur, inter læta fortunæ bona, quem ſi fonere atque alere deſiſtas, cadit, breuiq; vires perdit extinctus ſuas, illicita amantur, & excidit quicquid quiſquis in primo obſtitit, pepulitq; amorem tutus ac victor reddit, qui blandiendo dulce nutriuit malum, ſerò recuſat ferre quod ſubijt iugum. Hieron. Appetitus fornicationis anxietas eſt, ſatietas pœnitẽtia. Et Paulus Apoſto. ait. Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. Glo. In fornicationis opere totus homo abſorbetur à carne qui fornicatur, vt iam homo non poſſit animus ſuus eſſe, ſed ſimul totus homo poſſit dici caro. Et dicit quædam gl. ſuper Leuit. ꝙ cum Dæmones de omni peccato gaudeant, præcipuè tamen gaudent de fornicatione, quia ibi corpus & anima maculatur, & ideò maximè cauendum.

Nota.

Effectus libidinis.

1. Cor. 6.

*De perplexitate.* *Cap.* 14.

De duob' malis min' eligendum eſt.

GRego. in mora. Dum mens inter minora & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato euadendi aditus pateat, minora ſemper eligantur. Idem. cum in dubijs conſtringimur, vtiliter minimis ſubdimur, ne in magnis ſine venia peccemus. Iſidor. in ſynon. In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Idem de ſum. bo. Argumenta machinationum malarumq; cogitationum ſemina, quę in cordibus hominum diabolus fundit, ita ſæpe captam implicant mentẽ, vt ex quacunq; parte euadere quiſq; tentauerit, ſine periculo exire non poſſit, velut ſi iures hoc facere, quod ſi feceris pecces, ſi nõ feceris, reus periurij ſis. In tanto ergo mali diſcrimine, vt euadendi aditus pateat, minora potius eligenda ſunt, vt maiora vitentur. Aug. de mendacio. Illa deſinunt eſſe peccata, quæ propter grauiora vitanda ſuſcipiuntur. Sicut enim in rebus vtilibus, non vocatur damnũ, quod propter maius lucrum amittitur, ſic & in rebus ſacratis non vocatur peccatum, quod admittitur, ne grauius admittatur. Amb. de offi. Si non poteſt alteri ſubueniri, niſi alter lædatur, commodius eſt, neutrum iuuari, quã grauari alterum.

*De conflictu vitiorum, & Virtutum.* *Cap.* 15.

Conflict' ſuperbiæ, & humilitatis.

AVguſt. in lib. de conflictu. O quam amarus eſt ſuperbiæ congreſſus, quæ angelos de celo proiecit, homines de paradiſo minauit. Superbia dicit, certè multis imò pęnè omnibus meliores, verbo, ſciẽtia, diuitijs, honoribus, & cunctis quæ carnalibus vel ſpiritalibus ſuppetunt chariſmatibus. Cunctos ergo deſpice, cunctis te ipſum ſuperiorem attende. Humilitas reſpondet. Memento quia puluis es, quia cinis es, quia putredo, & vermis es, quiq; & ſi altus es, niſi tantò te humilies quãtò magnus es, perdis omnino quod es. Nunquid tu altior es quàm primus angelus? nunquid ſplendidior in terra quam lucifer in cœlo? Quod ſi ille de tanta ſublimitate per ſuperbiam cecidit, quomodo tu ad tantam celſitudinem ſuperbiens, de imis aſcẽdes? Inanis gloria dicit, Age bonum, quod vales, oſtende bonum cunctis quod agis, vt bonus à cunctis dicaris, vt ſanctus & venerabilis ab hominibus prædiceris, vt Dei dilectus voceris, vt nemo te contemnat, nemo te deſpiciat, ſed vniuerſi debitum tibi honorem perſoluant. Timor Dei reſpondet. Si boni aliquid agis, non pro tranſitorijs, ſed pro æternis honoribus age, occulta quod agis in quantum vales, ſit in animo tuo occultandi volũ tas, & non erit de oſtentatione vlla temeritas, nec criminis erit aliquando manifeſtare, quod ſemper vis celatum habere. Simulatio dicit, quia nihil boni in abſcondito facis, ne à cunctis cognitus deteſtabilis habearis, finge te foris eſſe, quod intra non appetis. Vera religio reſpondet. Immò magis ſatage eſſe, quàm oſtentare ꝙ non es. Nam hoc hominibus oſtẽdere quod non es, quid aliud quàm damnatio eſt? Contemptus dicit. Quis tu vt tibi peioribus obtemperes, deterioribus famulatum exhibeas? te magis quàm illos decuerat imperare, qui tibi non poſſunt ingenio vel induſtria coęquari. Obtẽpera igitur ſolius Dei imperio, & non ſit tibi cura de aliquo. Subiectio reſpõdet. Si Dei obtemperandũ eſt imperio, etiam humano ſubdi neceſſe eſt magiſterio. Ipſe enim dicit. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Ita (inquis) oporteret, ſi talis eſſet, qui loco Dei imperaret, ſed nõ eſt talis, per quem Deus imperet. Sed audi Apoſtolum contradicentem tibi. Ait enim. Non eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt. Quales enim eſſe debeant hi qui imperant, nõ eſt à ſubditis diſcutiendum. Inuidia dicit. In quo illo vel illo minores? Cur ergo eis æqualis, vel ſuperior non es? Quanta vales quæ ipſi nõ valent? Nõ ergo tibi aut ſuperiores eſſe aut æquales debẽt. Cõcordia fraterna reſpõdet. Si cęteros virtutibus antecellis, tutius in loco infimo q̃ in ſummo temetipſũ cõſeruas, ſemper enim de alto peior fit ruina. Quòd ſi tibi vt (aſſeris) quidam ſuperiores vel æquales ſunt, quid te lædit, quid te nocet? Caue pror-

Inanis gloriæ & timoris Dei.

Hypochriſis, & veræ religionis certamen.

Cõtẽptus, & ſubiectionis diſceptatio.

Rom. 13.

Inuidiæ, & concordię lis.

Sap.2.

ue prorſus,ne dum alijs locum celſitudinis inuides, illum imiteris,de quo ſcriptum eſt.Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum,imitantur autem illum q ſunt ex parte illius.

Odij,& dilectionis contentio.

Odium dicit.Abſit vt illum ames, quem in omnibus contrarium habes,qui tibi derogat, qui tibi inſultat,qui te conuitijs exaſperat,qui tibi peccata tua improperat, qui te dictis & operibus atq; honoribus ſemper preuenire feſtinat, niſi enim ipſe tibi inuideret,nequaquam ſe tibi ità præferret.

Matt.5.

Dilectio vera reſpondet. Nunquid quia hæc quæ narras odio habenda ſunt in homine, propterea non eſt amanda Dei imago in homine? ſicut Chriſtus qui in cruce poſitus inimicos ſuos dilexit,& ante crucis tormentum admonuit dicens. Diligite inimicos veſtros &cæt.Omnem ergo amaritudinem cordis euome,& quo pacto valueris, charitatis dulcedinem ſume,nihil enim illa ſuauius, nihil illa beatius.

Detractionis, & fraternæ correctionis diſputatio

Detractio dicit. Quis poteſt ſuſtinere? quis ſilentio valet tegere? quanta ille,vel illa praua committit,niſi fortè qui conſentit. Libertas iuſtæ increpationis reſpondet. Nec tacenda ſunt mala proximi, nec conſentienda, ſed charitate fraterna in faciem proximus eſt redarguendus. Et infra Nonnunquam errata delinquentium ad tempus ſilentio tegenda ſunt, vt aptiori tempore corrigantur.

Iræ, & patientię congreſſus.

Ira dicit.Quæ erga te aguntur, æquanimiter ferri non poſſunt,immo hæc patienter tolerare peccatum eſt,quia & ſi non eis cum magna exaſperatione reſiſtitur,contra te deinceps ſine menſura cumulantur. Patientia reſpondet. Si paſſio redemptoris ad mentem reducitur,nil tam durum quod non æquo animo toleretur.

1.Pet.2.

Chriſtus enim(vt ait Petrus)pro nobis paſſus eſt,vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Sed quanta ſunt hæc, quæ patimur in comparatione illius.Ille enim opprobria,irriſiones,contumelias,alapas,ſputa,flagela, ſpineam coronam, crucem quoque ſuſtinuit atque mortem, & nos miſeri ad noſtram confuſionem vno ſermone fatigamur, vno verbo deijcimur.

Proteruiæ & manſuetudinis.

Proteruia dicit. Nunquid ſtultis, nunquid inſenſatis ac brutis animalibus,leuia verba & non magis aſpera,vt tales decet,dum delinquunt, obijcienda ſunt?Manſuetudo reſpondet. Non tua in nobis perſuaſio,ſed Apoſtoli ſequenda eſt præceptio. Seniorem ne increpaueris. Et rurſum. Seruum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes.

1.Tim.5.
2.Tim.2.

Quod videlicet malum proteruiæ,deterius adhuc ſubditis quam prælatis nocet.Sæpius enim contingit,vt leniter & cum charitatis dulcedine prolatam correctionem ſubditi ſpernant,& contra humilitatis verba, deſpectionis iacula emittant.

Tumoris, & ſatisfactionis.

Tumor mentis dicit.Teſtem habes Deum in cęlis,non tibi ſit curæ,quid de te ſuſpicentur homines in terris. Satisfactio debita reſpondet. Non eſt danda detrahendi occaſio, non ſuſurrandi ſuſpitio,ſed ſi aſſunt quæ corrigantur, manifeſtanda, aut certè ſi deſunt,humili proteſtatione neganda.

Torporis, & ignauię ſtatus.

Torpor & ignauia dicunt. Si lectioni continuato ſtudio ſemper inſiſtis,oculorum caliginem incurris,ſi indeſinenter lachrymas fundis,ipſos etiam oculos a mittis, ſi protelatis vigilijs pſalmorum cenſum perſoluis,inſaniam capitis acquiris,ſi quotidiano labore te conficis,ad opus ſpiritale quando conſurges? Exercitium bonum reſpondet.Quid tibi ad hæc perferenda,tam longa temporum proponis ſpatia. Nunquid ſcis ſi die craſtina viuas,immo ſi vel etiam vnam horam in hac vita facias.

Mat.25.

An fortè de tua mente excidit,quod Saluator in euangelio dicit,Vigilate,quia neſcitis neque diem neque horã. Quapropter diſcute corporis inertiam, ſemperq; memento, quia regnum cœlorum non tepidi,non molles,non deſides,ſed violenti vimq; facientes diripiũt.

Cupiditatis,& paupertatis.

Cupiditas ſiue auaritia dicit.Valde ſine culpa es,quod quædam habenda concupiſcis, quia non multiplicare appetis, ſed egere pertimeſcis, & quod malus alius malè retineret, ipſe melius expendis.Mundi conteptus reſpondet. Illa nec apud homines ſeculares ſine periculo procurantur, quia quanto quis amplius habere cęperit, tãto amplius habere concupiſcit, ſitq; vt modum in concupiſcendo non habeat,dum innumeris huius ſæculi curis deſeruire feſtinat.Si ergo ſecularibus viris ita eſt periculoſa cupiditatis induſtria, quanto magis illis periculoſior, qui iam habitu & conuerſatione ſæculares eſſe deſierunt? qui totũ quod viuunt Domino deuouerunt? Dicis fortè,ideo a ſanctis religioſiſq; viris plura habenda ſunt, vt melius ab ipſis quam à popularibus erogentur Chriſti pauperibus.Et ego conſentio,ſed prælatis, non autem ſubiectis.

Obdurationis, & miſericordiæ.

Obduratio dicit.Si ea quæ poſſides egentibus tribuis,vnde ſubiectos abſq; penuria nutris?Miſericordia reſpondet. Memento quid purpurato diuiti contigerit,qui non ideo damnatus eſt, ꝙ aliena tulerit, ſed ꝙ egenti pauperi ſua non tribuerit,& in inferno poſitus ad petenda minima peruenerit, qui hæc parua negauit.

Gulę, & parſimonię.

Ventris ingluuies ſiue gula dicit. Ad eſum Dominus omnia munda creauit, & qui ſaturari cibo reſpuit, quid aliud quàm muneri conceſſo contradicit. Ciborũ parſimonia reſpondet. Vnum horum quæ dicis verum eſt. Ne enim homo fame moreretur, omnia ad eſum Deus munda creauit, ſed ne comedendi menſuram excederet, abſtinentiam imperauit, atq; inter cætera ſua mala ſaturitatem maximè panis Sodoma perijt. Quapropter ſicut æger ad medicinam, ſic ad ſumendas dapes debet quiſquam accedere, nequaquam. ſ.in illos voluptatem appetens,ſed neceſſitati ſuccurrens. Ille autè plenè huiuſmodi vitium ſuperat,qui in ſumendis dapibus non ſolum parſimoniam tenet, vt ſcilicet refectionem corporis ſemper eſuriens imperet,verumetiam accuratiores ſimul, & lautiores epulas, excepta corporis infirmitate, & hoſpitum ſuſceptione, contempſit.

Vanę lętitię, & boni mœroris.

Inepta lætitia dicit.Vt quid animi gaudium intus abſcondis?Egredere in publicum lætus,dic aliquid foris,vnde vel tu vel proximi rideant.Fac eos lætos tua lætitia. Moderatus mœror reſpondet. Vnde tibi ineſt tanta lætitia?Nunquid iam Diabolum viciſti? nunquid iã de exilio ad patriam veniſti? An fortè in obliuionem venit, quod Dominus dicit.

Ioan.6.

Mundus gaudebit,vos autem cõtriſtabimini,ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ?Comprime ergo inanem lætitiam, quia nondum euaſiſti penalem erumnam. Nonne apud omnes inſanus iudicatur is,qui carceralibus tenebris recluſus,gaudere conatur?

Loquacitatis, & ſilentij.

Multiloquium dicit.Non reus ille tenebitur, qui plura quidem ſed bona loquitur, ſe ille qui ſaltem rara,ſed mala dicere probatur. Diſcreta taciturnitas reſpondet. Verum eſt quod dicis, ſed dum multa bona proferri videntur,ſæpe contingit, vt à bonis locutio inchoans,ad praua deriuet, hoc ipſum ſacra ſcriptura pronunciat,quia in multiloquio non deerit peccatum.

Prouerbio

Ac fortè inter innumera verba declinantur criminoſa, ſed nunquam declinari poterunt inutilia atq; otioſa, de quibus ratio erit in futuro reddenda,tenẽdus eſt ergo modus in loquendo,atq; ab ipſis nonnunquã vtilibus verbis parcendum.

Luxuriæ, & caſtitatis.

Luxuria dicit. Cur te in voluptate tua modo non dilatas,cum te quid ſequatur ignoras?Acceptum tempus in deſiderijs perdere non debes, quia quã citius pertranſeat,neſcis. Si enim Deus miſceri hominem in voluptate carnis nollet, in ipſo humani generis exordio maſculum & fœminam non feciſſet. Carnis munditia reſpondet. Nolo vt ignorare te fingas, quid poſt hanc vitam recipias. Si enim piè,& caſtè vixeris, ſine fine gaudebis.Si autem impiè, & luxurioſè, æternis incendijs ſubiacebis. Inde autem magis caſtè viuere debes, vnde quàm citius tempus acceptum tranſeat, ignorare te dicis.Et infra. O quàm parua eſt concubitus hora,qua perditur vita futura. Iſid.de ſum.bo.Interdum vitia cum virtutibus ad vtilitatem confligunt,

vt ipſo

vt ipſo certamine vel mens exerceatur, vel ab elatione
concuſſus animus reſtringatur,

*De gratia.* *Cap.* 16.

Quomodo gratia petenda.

GRego. in mora. Quia de gratia debemus ſuperna
pręſumere, vt non ſimus negligentes in oratione,
vel opere, voce veritatis exprimitur. Oportet ſem
per orare, & non deficere. Petamus ergo orando, quę-
ramus legendo, pulſemus operando. Idem. Quæli-
bet occulta loca ſine Dei gratia, animam ſaluare non poſ
ſunt. Quod aliquando in ipſis quoque erratibus con-
ſpicimus electorum. Nam Loth in peruerſa ciuitate iu-
ſtus fuit, in monte peccauit. Idem in moral. Cum men-
tem noſtram elatio erigit, à nobis ſummi protinus cō-
punctio amoris recedit, cum verò ſuperna nos gratia vi
ſitat, ſtatim ꝑ lachrymas ad ſua deſideria inſtigat. Idem.
Quantò quiſq; ſe minus videt, tātò ſibi minus diſplicet,
& quantò maioris gratiæ lumen percipit, tantò amplius
repræhenſibilem ſe cognoſcit. Idem. Iuſti animam gra-
tia vocat, tentatio interrogat. Idem. Quia per occultam
gratiam ad amorem Dei temperata deſuper menſura
proficimus, quātò in nobis quotidie de Dei ſpiritu vir-
tus creſcit, tātò noſter ſpiritus deficit. Idem. Vnumquē-
q; electum ſuum diuina gratia tunc magis erudiēdo cu
ſtodit, cum eum quaſi percutiens deſerit. Idem. Miles
Dei ſupernæ gratiæ fretus auxilio, ſic vulnera infirmita
tis ſuæ curat, vt aliena non deſerat. Idem. Bonum quod
agimus, & Dei eſt, & noſtrū. Dei per præuenientē gra-
tiam. Noſtrum per obſequentem liberam voluntatem.
Idem ſuper Ezech. Siue hi qui eiecti in teſtamēto veteri
fuerunt, ſiue hi qui in teſtamēto nouo ſecuti ſunt, nimi-
rum cōſtat, quia omnes ex amore trinitatis accēſi ſunt,
neq; enim vnum Deum diligerēt, ſi eiuſdem trinitatis,
quæ Deus eſt, gratiam non accepiſſent. Idem. Sunt qui
dam qui per donum gratiæ, & ipſa intelligunt, quæ ex-
poni a doctoribus nō audierunt. Iſid. de ſum. bo. Homi
nis meritum ſuperna gratia vt inueniat ꝑuenit, & poſt-
quam præuenerit, perficit, atq; ad indignam mentē ve-
niens, facit in ea meritum, quod remuneret, quæ ſolum
inuenerat, quod puniret. Idē in ſyn. In omni opere tuo
Dei auxilium poſce, omnia diuinæ gratiæ diuino dono
aſcribe, nihil meritis tuis tribuas, in virtute tua nihil prę
ſumas. Augu. de confeſ. Gratię tuę deputo, & miſericor
diæ tuæ domine, ꝙ peccata mea tanquam glaciem ſol-
uiſti, gratiæ tuæ deputo, & quæcunq; non feci mala. Idē
de natura, & gratia. Chriſti gratia, ſine qua nec infantes
nec ætate grandes ſalui fieri poſſunt, non meritis reddi-
tur, ſed gratis datur, propter qđ gratia nominatur. Idē
de correptione, & gratia. Deſiderare auxiliū gratiæ, ini-
tium gratiæ eſt. Idem. Gratia ſola homines liberantur à
malo, ſine qua nullum prorſus, ſiue cogitando, ſiue vo-
lendo, & amando, ſiue agēdo, faciunt bonum. Idem. Vo
luntas humana non libertate conſequitur gratiam, ſed
gratia potius libertatem, & vt perſueret delectabi-
lem perpetuitatē, & inſuperabilem fortitudinem. Idem
de quinque reſponſionibus. Opera liberi arbitrij bona,
quæ vt fiant præparantur per gratiæ præuentum, nullis
liberi arbitrij meritis, & ipſa faciente, gubernante, et per
ficiente, vt abundent in libero arbitrio, nō damnamus,
quia ex his vel huiuſmodi homines Dei iuſtificati ſunt,
iuſtificantur, & iuſtificabuntur in Chriſto. Idem de gratia,
& lib. arb. Chariſſimi vita noſtra bona nil eſt aliud,
quā Dei gratia, & vita æterna quæ bonæ vitæ redditur,
Dei gratia eſt, & ipſa enim gratis datur. Idem ibidem.
Gratia Dei nos facit legis dilectores, lex vero ipſa ſine
gratia, non niſi præuaricatores. Idem contra Iulianum.
Quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, etiam baptiza
tis ſanctis ingerit pugnandi neceſſitatem, contra quid?
niſi contra malum, non contra ſubſtantiam, ſed ſubſtan
tiæ vitium, Dei gratia regenerante non imputandū, Dei
gratia adiuuante frenandum, Dei gratia remunerante,
ſanandum, Idem de ſex quæſtionibus. Salus religio-
nis huius, per quam ſolam ſalus vera veraciter promitti
tur, nulli vnquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit, di
gnus nō fuit, ab exordio nanq; propagationis humanæ
vſq; in finem, quibuſdam ad præmiū, quibuſdam ad iu-
dicium prædicatur. Idem de ſpiritu, & litera. Per legem
cognitio peccati, per fidem impetratio gratię contra pec
catum, per gratiam ſanatio animæ, & abolitio peccati,
per animæ ſanitatem, libertas arbitrij, per liberum arbi-
trium iuſtitiæ dilectio, per iuſtitiæ dilectionē, legis ope-
ratio. Idem. Lex data eſt, vt gratia quæreretur, gratia au
tem data eſt, vt lex impleretur, neque enim ſuo vitio nō
implebatur lex, ſed vitio prudētiæ carnis, quod vitium
per legem demonſtrandum, per gratiam ſanādum fuit.
Idem de ciuit. Dei. Parit ciues terrenæ ciuitatis peccato
vitiata natura, cęleſtis vero ciuitatis ciues parit, à pecca-
to naturam liberans Dei gratia. Idem de pęnitentia. Præ
ſto ſemper eſt gratia, quę nunquam deficit, niſi prius ex
pulſa fuerit. Continuè neceſſario, quod ſuum eſt inſpi-
rat, ſi eſt qui recipiat. Io. Chryſo. ſuper Mat. gratia re-
ctas mentes diligit, & ſine fuco propoſitum. Idem ſuper
Mat. Debet voluntas præcedere, & ſic ſequitur gratia,
nam nec gratia ſine voluntate aliquid operatur, nec vo-
luntas ſine gratia poteſt. Nam, & terra nō germinat niſi
pluuiam ſuſceperit, nec pluuia fructificat ſine terra Am
bro. ſuper Lucam. Neſcit tarda molimina Spirituſſancti
gratia. Auctor de ſpiritu, & anima. Animam Dei
pietas reſpicit, humilitas ſubijcit, pœnitentia reducit, iu-
ſtitia deducit, obedientia conducit, perſeuerantia per
ducit, deuotio introducit, puritas iungit, charitas vnit.
Idem. Facultates & quaſi inſtrumenta cognoſcendi &
diligendi, habet anima ex natura, cognitionem verò ve-
ritatis, & ordinem dilectionis, nequaquam habet niſi
ex gratia. Idem. Vaſa quæ creatrix ſapientia format, vt
ſint, adiutrix gratia replet, ne vacua ſint, ſi ſtrenuū ope-
rarium inuenerit. Bern. ſuper Canti. In veritate didici,
nihil equè efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinē
dam, recuperandam, quàm ſi omni tempore inueniaris
non altum ſapere, ſed timere.

Dei coadiutores ſumus.

Opera libera.

Gratia omnib. peruia.

Gratiæ & legis diſcrimen.

Gratię effectus.

*De pœnitentia.* *Cap.* 17.

Vera pęnitentia.

GRego. in homil. Pœnitentiam agere, eſt & perpe-
trata mala plangere, & plangenda nō perpetrare,
Nam qui ſic alia deplorat, vt tamen alia commit
tat, adhuc pęnitētiam agere, aut ignorat, aut diſſimulat.
Augu. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ. Qui per pęniten-
tiam peccata diluerit, angelicæ felicitatis conſors in æter
num erit. Idem in lib. de pęnitentia. Conuertitur, ꝗ iam
totus, & omnino vertitur, qui iam non pęnas tantum ti
met, ſed ad bonum Deum redire feſtinat, quæ cōuerſio
ſi contingerit alicui etiam in fine, deſperādum nō eſt de
peccatorum ſuorum remiſſione, ſed quoniam vix vel ra
rò eſt tam iuſta conuerſio, timendum eſt de ſero pęnitē
te. Itē. Pietas fidei expoſtulat credere, ꝙ omnes eleemo-
ſynę totius Eccleſię, & orationes, et opera iuſtitię, & mi
ſericordiæ ſuccurrāt recognoſcenti mortem ſuā ad con
uerſionem ſuam. Ideoq; nemo pœnitere dignè poteſt,
quem non ſuſtineat vnitas Eccleſie. Idem. Pęnitens om
nes fructus ſuæ pęnitentiæ paruos habeat, nunquā ſuf-
ficiat, ſemper doleat, ſemper coram Domino ante quem
peccauit erubeſcat, & dolorem cum vita finiat. Idem.
Vbi dolor finitur, deficit & pęnitentia. Idem. Pœnitēs
ſemper doleat, & de dolore gaudeat. Idem. penitens con
ſideret qualitatem, & quantitatem criminis, in loco, in
tempore, in perſeuerantia, in varietate, in conditione

perſonæ,

perſonæ,& quali hoc fecerit tẽtatione, & in ipſius vitij multiplici executione. Idem.Nunquam Dominus aliquem ſanauit.Infra de contritione.Idem.Penitentia,eſt quædam dolẽtis vindicta,puniens in ſe quod dolet commiſiſſe,qui autem dolet,quod detinetur in mortali corpore,deſiderat quod amat,plorat quod retardat. Idem. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, omnis quãtumcunq; & quotieſcunq; peccator, cuiuſcunq; ordinis, etiam ſi fuerit peccator ſacerdos, confitebor & ego eum,nam qui inuocauerit nomen Domini,i.ſecundum ꝙ nominatur Dominus, i.qui vocauerit eum ad ſe, ſeruiendo,& non contradicendo,vt forſitã ſępe fecit,omnis ideſt quicunq; ſit ille peccator, ſaluus erit.Idem.Pœnitentia languores ſanat,leproſos curat, mortuos ſuſcitat,ſanitatem auget,& conſeruat, claudis greſſum, aridis copiam,cæcis reſtituit viſum,vitia fugat, virtutes exornat,mentem munit,& roborat. Idem de quinq; reſponſionibus. Petrum niſi Dominus reſpexiſſet, nunquam pœnitentia motus, amarè fleuiſſet.Pęnitentia ergo res eſt optima,& perfecta, quæ defectus reuocat ad perfectum.Idem,in ſer.Si tunc vis agere pœnitentiam, qñ iam peccare non potes,peccata te dimiſerunt,non tu illa.Idem in epiſt.Si res aliena,ꝑ quam peccatũ eſt, cũ reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur.Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum,niſi cum reſtituatur ablatum,ſi tamẽ reſtitui poteſt.Idem.Nemo vitam æternam.Infra lib.4.de deſiderio.Ambro.Facilius inueni. Infra libro.4.de innocẽtia. Iſido.in ethym.Pœnitentia appellata eſt,quaſi penitentia,eò quòd ipſe homo in ſe pęnitendo punit,quod malè admiſit. Nam nihil aliud agunt,qui veraciter pœnitent,niſi vt id quod male fecerint, impunitum eſſe non ſinant, eo quippe modo ſibi non parcentibus, ille parcit, cuius altum iuſtumq; iudicium nullus contemptor euadit.Idem de ſum.bo.Pęnitentia eſt medicamentum vulneris,ſpes ſalutis,per quam peccatores ſaluãtur, per quam Deus ad miſericordiam prouocatur, quæ nõ tempore penſatur,ſed profunditate luctus et lachrymarum. Idem.Neque vnquam.Infra lib.3.de ſecuritate. Idem in ſyn.Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens coinquinat culpa.Cyprianus in ſer.O pœnitentia quæ peccata miſerante Deo remittis,& paradiſum reſeras, quæ contritum ſanas,omnem triſtem exhilaras, vitam de interitu reuocas,ſtatum reſtauras,honorem renouas, fiduciam reformas,gratiamq; abundantiorem refundis. Idem.O penitentia,quid de te noui referam,omnia ligata tu ſoluis,omnia ſoluta tu reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia contrita ſanas,omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas.Idem. Pęnitẽtia reſpuit auaritiam, horret luxuriam,fugat furorem,firmat amorẽ,calcat ſuperbiam,continet linguam,componit mores, odit malitiam,excludit inuidiã.Bernar.ſuper Cãtica. Qui amat animam ſuam,perdet eam,ſiue ponendo vt martyr,ſiue afligendo vt pęnitens.Idem de 12.gradibus.Qui veraciter pęnitet,laborem pęnitentiæ non abhorret, ſed quicquid ſibi pro culpa quam odit iniungitur,tacita conſciẽtia patienter amplectitur,Idem in ſermo.Si vis agere pęnitentiam,oportet membra punire,corpus afligere,teipſum iudicare,vt non incidas in manus Dei viuentis.Iuſtum id quidem,ſed ne quid nimis, alioquin reprimendus eſt feruor immoderatus,ne noceat vnitati, ſeruiat indiſcretioni.

Quid ſit penitentia iuxta Auguſt.

Reſpexit Dominus Petrum,& fleuit amarè.

Effectus pœnitẽtię.

Modus pęnitendi.

### De contritione. Cap. 18.

Vera contritio.

GRego.in regiſ.Illum quem conſpicis delicta deflere,in conſpectu diuinitatis non dubites miſericordiam conſequi, quia nullum peccantem reuerſum ad ſe deſpicit, qui peccatores redimere venit. Idem ſuper Ezech. Mala quæ nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus, vt per lamenta pœnitentiæ perueniamus ad carmen vitæ, ne ſi affligi modò pœnitendo nolumus,poſtmodum ſine fine pęnalia ſentiamus.Idem in mor.Quò vberius culpa defletur, eò altior cognitio veritatis attingitur,quia ad videndum internum lumẽ, polluta dudum conſcientia, lachrymis baptizata renouatur.Idem.Quilibet peccator.Infra in cap.de iuſtitia. Idem. Si nos virtus compunctionis in intimis afficit, omnis ſtrepitus prauæ ſuggeſtionis obtumeſcit. Idem in paſt.Quaſi ſus in lutoſa aqua ſemetipſum voluit, qui dum fletibus ſuis vitæ munditiam ſubtrahit, ante Dei oculos ſordidas etiam ipſas lacrymas facit. Idem. Qui admiſſa plangit, nec tamen deſerit, tantò grauiori culpæ ſe ſubijcit, quantò & ipſam quam flendo impetrare potuit veniam,contemnit.Augu.de pœnitentia. Sicut comes pœnitentiæ dolor eſt, ita lachrymæ teſtes doloris. Idem.Qui ſe cognoſcunt,ſicut ſemper peccant,ita ſemper plorant,in tota vita ſua, quæ eſt tentatio ſuper terram,plorant totam vitam ſuam.Idem. Nunquam aliquem Dñs ſanauit,quem omnino nõ liberauit, totum .n. hominem ſanauit in ſabbato,quia & corpus ab infirmitate, & animã ab omni peccati contagione liberauit, indicans,pœnitentem oportere ſimul de omni crimine dolere.Idem.Satis durus eſt,cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare:ſed ſciat culpabiliter ſe durum,qui deflet damna corporis, vel mortem amici, & dolorem peccati non oſtendit lachrymis. Idem.Quem pęnitet,omnino pęniteat, & dolorem lachrymis oſtendat.Idem in lib.meditationũ.Da mihi Domine in hoc exilio panem doloris & lachrymarum, quem eſurio ſuper omnem copiam delitiarum. Idem.ſit pœnitẽtia continua,amara,comes ætatis meæ, continuus dolor, inſatiabilis terror vitæ meę.Et infra.Si non ſum dignus oculos ad cœlum leuare orãdo,certè non ſum indignus eos vel ſaltem excæcare plorando. Idem in confeſ. Amore amoris tui Domine facio iſtud, recolens vias meas nequiſſimas in amaritudine recogitationis meæ, vt tu dulceſcas mihi, dulcedo non fallax, dulcedo fœlix & ſecura,& colligẽs me à diſperſione in qua fruſtatim ſum diſciſſus,dũ ab vno te auerſ⁹,in multa euanui.Ioã.Chryſ. ſuper Matth. nihil ita conglutinat & vnit Deo, vt pœnitentis lachrymę.Idem.Quemadmodum quę propter mundum eſt lætitia,triſtitiam habet cohæredem: ita & quæ ſecundum Deum ſunt lachrymæ,lętitiam aſſumũt continuam & immarceſſibilem. Idem in ſer. Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit,qui non quod poſtulauit accepit:nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetraret quod voluit:ipſe enim eſt qui cõſolatur flentes, curat dolentes,informat pęnitẽtes. Idem lib.de compunc.cor.Sicut impoſſibile eſt, vt ignis inflammetur in aqua,ita impoſſibile eſt, compunctionem vigere in delitijs,contraria enim hæc inuicem ſibi ſunt, & perẽptoria. Illa enim mater fletus, hæ mater riſus: illa cor conſtringit,iſtæ diſſoluunt.Idem.Sola eſt compunctio, quæ facit hominem horreſcere purpurã,deſiderare cilicium,amare lachrymas,fugere riſum.Idem.Hæc eſt humiliati cordis vera compunctio,magna agere, & humilia loqui, iuſte operari,& ſuper peccatis timere, ac tremere.Iſido.de ſum.bon.Compunctio cordis eſt humilitas mentis cum lachrymis, exoriens de recordatione peccati,& timore iudicij. Idem.Qui nocturna illuſione.ſupra de luxuria.Idem.Lachrymæ pœnitentię, apud Deum pro baptiſmate reputãtur, vnde & quãtumlibet ſint magna delicta, quantumuis grauia, non tamen in illis Domini miſericordia deſperanda. Ambro. de exceſſu Satyri. Non ſolus dolor lachrymas habet,habet & lætitia lachrymas ſuas,& pietas fletum excitat,& oratio ſtratum rigat.Ber.ſuper Canti.Alta ſuſpiria teſtãtur triſtitiam animorum. Idem.Dies mei ſicut vmbra declinauerunt,& ſine fructu præterierunt,impoſſibile eſt

Ficta contritio.

Lachrymis pœnitentię veritatem teſtamur.

Simile.

Vera compunctio.

vt re-

vt reuocem, placeat tibi Domine, vt recogitem eos in amaritudine animæ meæ. Idem. Abſcindatur ferro acutæ compunctionis vlcus inueteratæ conſuetudinis. Idẽ de contemptu mundi.

Beati qui lugent.

Fęlices lachrymæ, quas benigna manus conditoris abſterget, & beati oculi, qui in tali liquefieri elegerunt magis, quàm in ſuperbiam eleuari, quam omne ſublime videre, quam auaritiæ, & petulantiæ famulari. Idem de 12. gradib. Quos veritas ſibi innoteſcere, ac per hoc vileſcere facit, neceſſe eſt vt cuncta quæ amare ſolebant, & ipſi ſibi amareſcant. Idem in ſer. Miſerere animę tuæ, qui Deum tibi vis miſereri, laua per ſingulas noctes lectum tuum lachymis tuis, ſtratum tuum rigare memento, ſi compateris tibijpſi ſi laboras in gemitu pœnitentiæ (primus enim is gradus, miſericordię eſt) miſericordiam vtique cõſequeris. Idem. Si non plangis, planè non ſentis animę vulnera, conſciẽtiæ leſionem, ſed nec futura ſatis gaudia concupiſcis, ſi non quotidie poſtulas ea cum lachrymis. Idem. Primũ opus fidei per dilectionem operantis cordis compunctio eſt, in qua plenè de intus eijciuntur Dæmonia cum ab affectu cordis eradicantur peccata.

## *De Confeſſione.* Cap. 19.

Vera cõfeſſio, ex humilitate ꝓcedit.

GRegor. in moral. Hæc ſunt veræ humilitatis teſtimonia, ſ. & iniquitatem ſuam corde cognoſcere, & cognitam voce confeſſionis integraliter aperire. Aug. in ſer. Vtiliter ac ſalubriter admonemur, vt peccata noſtra debeamus iugiter & humiliter non ſolum Deo, ſed etiam ſanctis & Deum timentibus confiteri. Idem de penitentia. Iſta aſſidua peccata, & quodammodo quaſi neceſſaria, aſſidua lauentur confeſſione, aſſidua reſtaurentur cõpunctione. Idẽ. Fit veniale per cõfeſſionem, quod criminale erat in operatione. Idem. Quoniam verecũdia magna eſt pęna, qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia. Vnde patet, quia quantò plurib. confitebitur in ſpe veniæ turpitudinem criminis, tantò facilius conſequetur gratiam remiſſionis. Idẽ.

Quęrẽdus eſt ſacerdos idoneus.

Qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere, ne cũ negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, & ambo in foueam cadant, quãm ſtultus euitare noluit. Tanta itaq; vis cõfeſſionis eſt, vt ſi deeſt ſacerdos, confiteatur proximo. Idem. Qui omnino confitetur, ſacerdoti meliori quam poteſt confiteatur. Idem. Ponat ſe pœnitens omnino in poteſtate iudicis. Infra de ſatisfactione. Idem.

Nõ eſt, diuidenda confeſſio.

Cautus ſit pęnitens ne verecũdia ductus diuidat apud ſe cõfeſſionem, vt diuerſa diuerſis velit ſacerdotib. manifeſtare. Quidam. n. vni celant, quæ alij manifeſtanda conſeruant, quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere. Idem. Neque facilius ab inimico deijcimur, quam cum eum ſuperbiẽdo imitamur, nec vehementius eum proſternimus, quam cum humilitate Dominum ſequimur, nec acutiores ei dolores infigimus, quam cũ plagas peccatorum noſtrorum confitendo & pęnitendo ſanamus. Idem. Peccata ſiue parua ſiue magna ſint, impunita eſſe non poſſunt, quia vel homine pœnitente vel Deo iudicante plectuntur, ceſſat aũt vindicta diuina, ſi confeſſio præcurrat humana. Idem li. confeſ. Tibi domine, cuius oculis nuda eſt abyſſus humanæ conſcientiæ, quid occultum eſſet in me, ẽt ſi nollem confiteri tibi? Te. n. abſconderem mihi, non me tibi. Idem. Obſecro te Deus meus, & me ipſum mihi indica, vt confitear oraturis ꝓ me fratribus meis, quod in me ſaucium comperero. Amb. de pœnitentia. Qui iaces in tenebris conſcientiæ & delictorum tuorum ſordibus, quaſi in reorũ carcere, exi foras, delictum proprium prode, vt iuſtificeris, ore n. confeſſio fit ad ſalutẽ. Ioan. Chryſ. de compunc. cor. Habes accuſatorem acerbiſſimum, & immitem, præueni ergo eum, & obtura os eius impudentiſſimum ꝓpria ſpontè confitendo delicta. Iſid. in ethym. Confeſſio erroris, ꝓfeſſio eſt deſinẽdi. Deſinẽdũ ergo à peccatis eſt, dum qs cõfeſſus eſt, cõfeſſio aũt antecedit, remiſſio ſequitur. Iſid. in ſyn. Cõfeſſio ſanat, cõfeſſio iuſtificat, cõfeſſio peccati veniã donat, oĩs ſpes in confeſſione conſiſtit, in cõfeſſione locus miſericordię eſt. Idem. Vitia cordis tui reuela, prauas cogitationes tuas ilico manifeſta, peccatum. n. tuũ proditũ, cito curatur, crimen aũt occultum tacendo ampliatur. Idem de ſum. bo. Seruo Dei tãta recordatio eſſe dẽt peccati, vt ea quæ geſſit ſp lachrymans confiteatur. Ber. in epiſ. Ama confeſſionem ſi affectas decorem, reuera vbi cõfeſſio, ibi pulchritudo, ibi decor, ſi peccata ſunt, in cõfeſſione lauantur, ſi bona opera in confeſſione cõmendantur, cũ mala tua confiteris, ſacrificium eſt Deo ſpiritus con r bulatus, cum Dei beneficia dicis, immolas Deo ſacrificium laudis. Idem. Abſq; confeſſione iuſtus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur, à mortuo quippe, tanquam qui non eſt, perit cõfeſſio. Confeſſio igiẽ peccatoris eſt vita, ſed iuſti gloria.

Eccleſ. 17.

Confeſſio dẽt eſſe accuſatio cũ dolore.

Idem. Sunt qui confitendo ſicut fabulã peccatorum ſuorum narrant hiſtoriam, & ægritudines animæ ſuæ, ſine verecundia, & confuſione dinumerant, & penè ſine pęnitentia, & affectu doloris, & ideo nihil de conſolatione reportatur. Ille vero cito lachrymas inuenit, & reſoluitur in gemitum compunctionis, qui habet ſenſum doloris. Idem ſuper Cant. Omne qđ remordet conſcientiam, confitere humiliter, pure, fideliter. Gl. ſuper Matth. 3. Confeſſio peccatorum teſtimonium eſt conſcientiæ timentis Deum, qui enim timet iudicium Dei, peccata non erubeſcit confiteri. Perfectus enim timor ſoluit omnem pudorem. Ibidem. Ideo iubemur cõfiteri peccata, vt erubeſcentiam patiamur pro pœna. Sene. in epiſtola. Somnium narrare vigilantis eſt, & vitia ſua confiteri, ſanitatis iudicium eſt: expergiſcamur ergo, vt errores noſtros redarguere poſſimus.

## *De Satisfactione.* Cap. 20.

Cur exigitur a nobis ſatisfactio

GReg. in paſt. Neq; Deus noſtris cruciatib. paſciẽ, ſed delictorum morbos medicamentis contrarijs medetur, vt qui voluptatibus delectati diſceſſimus, fletibus amaricati redeamus, & qui per illicita diffluendo cecidimus, ẽt à licitis, noſmetipſos reſtringendo, ſurgamus. Idem in Hom. Dum à retributione vltionis vltimæ eſſe quædã tẽporis ſecuritas videtur, debemus penſare malũ qđ ſequitur, penſantes gemere, gemẽtes vitare ea, quę commiſimus; peccata indeſinenter aſpicere, aſpicientes flere, flentes abſtergere. Aug. in regula.

Quis tenetur ſatisfacere.

Quicunq; conuitio, vel maledicto, vel ẽt criminis obiectu aliquẽ læſerit, meminerit ſatisfactione q̃ citius curare quod fecit, & ille q̃ læſus eſt, ſine diſceptatione dimittere, ſi aũt inuicem ſe læſerint, inuicẽ ſibi debita relaxare debebunt. Idem de Eccle. dog. Penitẽtia vera eſt, pœnitenda non admittere, & admiſſa deflere, ſatisfactio pęnitentiæ eſt, cauſas peccatorum excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum præbere. Idem. Secreta ſatisfactione. Infra lib. 4. de religione. Idẽ de pęnitentia.

Modus ſatisfaciendi

Ponat ſe pęnitens omnino in poteſtate iudicis, in arbitrio ſacerdotis, nihil ſibi reſeruans ſui, ſed vt omnia eo iubente paratus ſit facere pro recipienda vita aĩę, quæcunq; faceret pro euitanda corporis morte. Idem. Qui multos offendit peccando, multos oportet placare ſatisfaciendo. Idem in Enchy. De quotidianis leuibusq; peccatis, ſine quib. hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. Idem in epiſtola. Nihil aliud facit, quẽ veraciter pęnitet, niſi vt id, quod male fecerat, impunitum eſſe non ſinat. Amb. ſuper Lucã. Nemo diffidat, nemo veterum conſcius delictorũ, pręmia diuina deſperet, nouit n. Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. Idem ſuper Beati immaculati. Tanta vis emendatæ conuerſationis eſt, vt in quandam redeat pueri-

tiæ ſpiritualis ætatem, quę vias erroris ignoret,& crimē etiam ſi velit, non poſſit admittere, quæ definit vſum peccandi. Iſido.in Syno.Cinis es,& in cinerem reuerteris;viuas ergo ſemper lugens,ſemper mœrens,ſemper ſuſpiria cordis emittens. Iſido.de ſum.bon. Ille pęnitentiā dignè agit,qui reatum ſuum ſatisfactione legitima plangit. Idem. Quamuis per pœnitentiam propitiatio peccatorum ſit, ſine metu tamen homo eſſe non debet, quia pęnitentiæ ſatisfactio,diuino tantum penſatur iudicio, non humano Bern.ſuper Can.Humilis & verecūda debet eſſe ſatisfactio, per quam emendatur ſuperba tranſgreſſio.Gl. ſuper Pſal.30.Eſt quædā cōfuſio tēporalis, quæ eſt ad horam,quæ quidem prodeſt, ſ. perturbatio animi reſpicientis peccata ſua, & reſpectione horrentis, & horrore erubeſcentis,& rubore corrigentis.

*De Virtute. Cap. 21.*

Non eſtim putabilis virtus.

GReg.in moral.Non res eadem ſemper eſt virtus, quia per momenta temporum ſæpè merita mutātur actionum.Idem. Plerunq; virtus cum indiſcretè tenetur,amittitur,cum diſcretè intermittitur,plus tenetur.Idem.Omnes virtutes.Infra lib.4.de connexione.Aug.de ciuit.Dei videtur.Infra de charitate. Idem. Virtutes quas ſibi habere mens videtur,per quas imperat corpori & vitijs,ad quodlibet adipiſcendum vel tenendum,niſi ad Deum retulerit,etiam ipſę vitia ſunt potius quā virtutes.Idem de libero arbitrio.Virtutes,quibus rectè viuitur,magna bona ſunt,ſpecies autem quorumlibet corporum,ſine quibus rectè viui poteſt, minima bona ſunt, potentiæ verò animæ ſine quibus rectè viui nō poteſt,media bona ſunt, virtutibus nemo malè vtitur cæteris autem bonis.i.medijs,& minimis, non ſolum bene,ſed etiam malè quiſq; vti poteſt.Idem de 83. queſtio.Omnis ordinatio,quę virtus etiam nominatur, eſt fruendis frui,& vtendis vti.Iſido.de ſum.bon. Prius vitia extirpanda ſunt in homine, deinde inſerendæ virtutes.Nam cohęrere,& coniungi non poteſt veritas cū mendacio,pudor cum petulantia,fides cum perfidia, caſtitas cum luxuria.Idem.Quiſquis ex deteriori iam melior eſſe cœpit, caueat de acceptis extolli virtutibus, ne grauius per vanamgloriam corruat, quā prius ex lapſu vitiorum iacebat.Ioan.Chryſ.ſuper Io.Sicut malitia et ante gehennam eos qui hic ea participant,cruciare conſueuit;ita virtus etiam ante regnum eos qui hic eam operantur,præparat voluptati,& cum ſpe optima & delectatione perpetua viuere facit. Ambr.ſuper Luc.Non eſt virtus non poſſe peccare,ſed nolle,atq; ita tenere perſeuerantiam voluptatis,vt voluntas infantiam, vſus imitetur naturam.Bern.ſuper Cant.Medium vitiorum virtus tenet,ac proinde ſedula eget,non ſolum putatione, ſed & circunciſione. Idem in epiſ.Virtus in pace acquiritur,in preſſura probatur, in victoria approbatur. Senec.in epiſt.Virtus nō aliud eſt quam recta ratio.Idem. Cū virtus vtiq; mediū & modus ſit, æquè peccatū eſt quod excedit ſicut quod deficit. Idē.Nulli præcluſa eſt virtus,oībus patet, omnes inuitat,omnes admittit,non eligit parentelam,non eligit domum,non cenſum,nudo homine contenta eſt.Idem. Virtus extollit hominem, & ſuper omnia mortalib.chara collocat eum,nec ea quę bona ſunt,nec ea quæ mala vocantur, aut cupit nimis, aut expaueſcit.Idem.Omnia iſta in quæ dominium caſus,& fortuna exercet,ſeruilia ſunt,pecunia, & corpus, & honores,imbecillia,fluida,mortalia, poſſeſſiones incertæ, illa rurſus, quæ virtutis ſunt, libera ſunt & inuicta. Idem. Quemadmodum minuta lumina claritas ſolis obſcurat, ſic dolores, & moleſtias, ac iniurias, virtus magnitudine ſua elidit atque opprimit, & quocunque affulſit, ibi quicquid ſine ea apparet, extinguitur. Nam non magis vllam portionem habent incommoda cum in virtute inciderunt, quam in mari nimbus.Idem.Sola virtus præſtat gaudium perpetuū ſecurum,etiam ſi quid obſtat nubium, modo interuenit,quæ ita feruntur,nec vnquam vincunt diem. Tullius in rheto.Virtus eſt animi habitus, naturæ modo,rationi conſentaneus.

Virtute nemo malè vtitur.

Præmium virtutis in præſenti.

Virtus res libera, cætera ſeruilia.

*De Tribus virtutibus theologicis. Cap. 22.*

Virtus inuicta manet.

GRegor. in paſto. Cum diſtrictus iudex venerit, qui ſeſe nobis per naturæ noſtræ conſortium cōiunxit,ab eo proculdubio culpæ reatum non expetit,quem ſub eius venia fides,ſpes,& charitas iam abſcondit.Idem in mor.In corde nonnunquam per flagella turbatur charitas,per formidinem concupitur ſpes, per quæſtiones pulſatur fides,ſed per Dei gratiam omnia tormentorum & inſidiarum genera ſuperantur. Idem.Bona ſumma ſunt fides,ſpes,& charitas,quę cum veraciter habentur,in malum inflecti non poſſunt. Idē ſuper Ezech.Tres ſunt virtutes,ſine quib.is qui operari aliquid iam poteſt,ſaluari non poteſt,videlicet, fides, ſpes,& charitas. Idem. Vnuſquiſq; qui in actiuæ vitæ exercitio verſatur:tātum credit,quantum ſperat, amat; & operatur;tantum ſperat, quantum credit, operatur, & amat:tantum amat,quantum credit,ſperat, & operatur:tantum operatur,quantum credit, amat, & ſperat. Iſido.in ethym.Tria ſunt,quę in religionis cultu ad colendum Deum in hominibus perquiruntur, ſ. fides, ſpes,& charitas.Aug.de doctr.Chriſtiana. Homo fide, ſpe,& charitate ſubnixus, & hæc tria inconcuſſè retinens, non indiget ſcripturis,niſi ad alios inſtruendos. Idem de tri. Vbi ſunt illa tria propter quæ in animo ædificanda omnium diuinorum librorum machinamenta conſurgunt.fides,ſpes,charitas,niſi in animo credente quod nondum videt,& ſperante,atque amante quod credit.Amatur ergo quod ignoratur, ſed tamen creditur.Idem in ſolilo.Dęo nos fides excitat,ſpes erigit, charitas iungit.Idem .Sine tribus iſtis.ſ.fide,ſpe,& charitate,nulla anima ſatiatur, vt poſſit Deum ſuum videre. Bern.de amore Dei. Poteſt eſſe vt fides,& ſpes ſint ſine charitate,vt autem charitas,fidem,& ſpem in ſe non cōtineat,non poteſt eſſe.Idem ſuper Qui habitat. Dicit fides,parata ſunt magna, & inexcogitabilia bona a Deo fidelibus ſuis.Dicit ſpes,mihi illa ſeruantur,ſed charitas ait.Curro velociter ad illa.Glo.Fide,& ſpe, & charitate,vere colitur Deus,& ad contemplationem peruenitur,quæ eſt vita æterna.

Effect' virtutum.

Eccl. 1.

*De Fide. Cap. 23.*

GRegor.in hom.Fides earum rerum argumentum eſt,quæ apparere non poſſunt, quæ etenim apparent,iam fidem non habent, ſed agnitionem. Idem.Fides non habet meritum,cui humana ratio præbet experimentum.Idem ſuper Ezech.Non virtutib.venitur ad fidem,ſed fide pertingitur ad virtutes. Augu. in hom. de centum ouibus. Deus omnibus æqualiter adeſt,ſed ille apud Deum plus habet loci,qui plus attulerit non argenti,ſed fidei. Idem contra Iulianum. Quādo Deo adiuuante,ex vera viuitur fide, ipſe Deus adeſt,& menti illuminandæ, & concupiſcentiæ ſuperandæ, & moleſtiæ perferendæ. Idem de verbis Apoſtoli Nullæ maiores diuitiæ,nulli theſauri,nulli honores,nulla mundi huius maior eſt ſubſtantia,quam eſt fides catholica, quæ peccatores homines ſaluat,cęcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, impios iuſtificat,pœnitentes reparat,iuſtos augmentat,martyres coronat. Idem. Ille credit in Chriſtum, qui & ſperat in Chriſtum, & diligit Chriſtum, nam ſi fidem quis habet ſine ſpe, ac ſine dilectione, Chriſtum eſſe

Qui vera fide vicet.

eſſe credit, non in Chriſtum credit. Iſidor. de ſum. bo. Fruſtra libidinoſus ſibi de ſola fide blanditur, ſi bonis moribus non ornatur. Ioan. Chryſ. ſuper Matth. Virtus fidei in periculis ſecura eſt, & in ſecuritate periclitatur. Idem. Fides nunquam. Infra lib. 4. de religione. Idem ſuper Ioan. Magnum bonum fides eſt, quando a calida fit mente, ab amore multo, & feruente anima, hæc Philoſophos nos oſtendit, hæc vtilitatem humanam conculcat. Idem. ſufficit fides in regnum inducere, ſed hæc maximè condemnare habet eos, qui vitam malam demonſtrant, qui enim ſciuit voluntatem Domini ſui, & non fecit, plagis verberabitur multis. Bern. in epiſtola. Multi ante Saluatoris aduentum Deum omnipotentem timentes, & diligentes ſuæ ſalutis gratiſſimum promiſſorem, credentes eundem in promiſſione fidelem, ſperantes certiſſimum Redemptorem, in hac fide, & expectatione ſaluati ſunt, licet quando, & qualiter, & quo ordine ſalus repromiſſa fieret, ignorarent. Idem ſuper Canti. Quid eſt quod non inueniat fides? Fides. n. falſi neſcia, attingit inacceſſa, depræhendit ignota, compræhendit immenſa, apprehendit nouiſſima, tranſcendit fides rationis humanæ terminos experientiæ, ac vſum naturæ, ipſam denique æternitatem ſuo illo vaſtiſſimo ſinu, quodammodo circumcludit. Idem in ſerm. Neceſſe eſt primo credere omnium remiſſionem peccatorum habere non poſſe niſi per indulgentiam Dei, deinde quòd nihil prorſus habere queas operis boni, niſi etiam hoc dederit ipſe, poſtremò quòd vitam æternã promereri nullus poteſt bonis operibus ſuis, ſed quòd gratis à Deo detur vita æterna. Idem. Eſt fides alia preceptorum, alia ſignorum, alia promiſſorum, qua credimus in Deum, qua credimus Deum, & qua credimus Deo. Per fidem enim præceptorũ credimus in Deum, credere autem in Deum eſt, in eum ſperare, & eum diligére. Per fidem autem ſignorum credimus Deum, qui talia poteſt, & omnia poteſt. Per fidem verò promiſſorum, credimus Deo, qui quicquid promittit, veraciter complet.

Fides ſine operibus mortua ẽ.

Luc. 12.

Fides omnia penetrat.

Fidei triplex officium.

## *De Spe.* *Cap.* 24.

GRegorius in moral. Spes in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala quæ exterius tolerat, ſentit. Idem. Tanto ſpes in Deum ſolidior ſurgit, quãto pro illo quiſq; grauiora pertulerit, qa nequaquã retributionis gaudium de æternitate colligitur, quod non hic prius pia tribulatione ſeminatur. Auguſt. 10. lib. confeſſ. Merito mihi ſpes valida in illo eſt, quod ſanabis omnes languores meos, per eum, qui ſedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis, alioquin deſperarem, multi enim & magni ſunt languores mei, ſed amplior eſt medicina tua. Idem. Veh etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam, quia verò non exquiris delicta vehementer, fiducialiter ſperamus aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ. Idem de gratia no. teſt. Non iam deſperandum eſt, participatione verbi, fieri poſſe homines filios Dei, quando filius Dei participatione carnis, factus eſt filius hominis. Iſido. in ethymol. Spes vocata eſt, ꝙ ſit pes progrediendi, quaſi pes. Ambroſ. Nemo diffidat. Supra de ſatisfactione. Ioan. Chryſoſt. in ſermo. Spes eſt in qua ſalus noſtra conſiſtit, & quæ de terris animas, velut quibuſdam catenis cœlitus dependentibus, innexas euehit ad ſuperna. Bern. in ſerm. Spes triplex eſt, nam de fide præceptorum oritur ſpes veniæ, de fide ſignornm ſpes gratiæ, & de fide promiſſorum ſpes gloriæ. Idem. Tria conſidero in quibus tota ſpes mea conſiſtit, charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, & poteſtatem redditionis. Multa infra lib. 4. de confidentia.

Dei miſericordiæ, maximè eſt confidendum.

## *De Charitate.* *Cap.* 25.

GRegor. in regiſt. Credat mihi charitas tua, quia valde contriſtatus ſum de triſtitia tua, ac ſi in te iniuriam ipſe pertuliſſem. Dominicis. n. mandatis præcipimur, proximos ſicut noſmetipſos diligere, eorumque languoribus, tanquam proprijs infirmitatibus condolere. Idem. O quàm bona eſt charitas, quæ abſentia per imaginem, præſentia ſibimetipſis exhibet per amorem, diuiſa vnit, confuſa ordinat, inæqualia ſociat, & imperfectà conſummat. Idem. Magiſtra bonorum omnium charitas nihil ſapit extraneũ, nihil aſperum, nihil confuſum, ita exercet corda, & corroborat, vt nihil graue, nihil difficile, ſed fiat totum dulce quod agitur. Idem. Dum nos nobis per operationis opem coniungimur, quaſi ambulantes per lubricum, viciſſim manus nobis tenemus, fitque ex magna prouiſione charitatis, vt eò ſingulorũ robuſtius charitas perfigatur, quo & alter altero magis innititur. Idem. Si me participem. Infra lib. 4. de communitate. Idem. Dum vnum in redemptoris noſtri corpore membrum ſumus, ſicut in culpa tua dilaceror, ita quoq; in bona actione letificor. Idem. Inimici dilectio tunc veraciter cuſtoditur, cum nec de eius profectu deijcimur, nec de ruina illius lætamur. Idem. Charitatem recte prædicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem cæteræ perfectionem generant, ſed tamen eas charitas ita ligat, vt ab amantis mente diſſolui iam nequeant. Idem Charitátis cum ſit proprium nutrire concordiam, ſeruare compoſita, diſſociata coniungere, praua corrigere, & virtutes cæteras perfectionis ſuæ munimine ſolidàre, quiſquis in eius radice ſe inſeruerit, nec à viriditate deficit, nec a fructu inaneſcit. Idem. Nec abeſſe credendus eſt, qui per dilectionis vinculum animis inhæret. Idem in moral. Virtuti mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem quam ſemel cœperit, a dilectione mundi funditus Occidit. Idem. Quod valde mens amat, etiam in ſermone replicat. Idem. Probatio ſanctitatis non eſt ſigna facere, ſed vnumquemq; vt ſe diligere, de Deo autem vera cognoſcere, de proximo verò meliora quam de ſemetipſo ſentire. Idem. Per amorem Dei amor proximi gignitur, & per amorem proximi amor Dei nutritur. Idem in paſtoral. Noſtra ſunt etiam illa bona, quæ imitari non poſſumus, ſed in alijs amamus, & amantium fiunt quæcunque amantur in nobis. Hinc ergo penſent inuidi, charitas quantę virtutis eſt, quæ alieni laboris opera, noſtra ſine labore facit. Idem in Homil. Vis amoris hoc agere in animo ſolet, vt quem ipſe ſemper cogitat, nullum alium credat ignorare. Idem. Minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in neceſſitate illius, etiam ea quæ ſibi ſunt neceſſaria, partitur. Idem. Ille Deum. ſupra capitulo de conſenſu. Idem. Si quis quemlibet amat, ſed ꝓp Deum non amat, charitatem non habet, ſed habere ſe ſimulat, ſiue putat. Charitas autem vera eſt, cũ & in Deo diligitur amicus, & propter Deũ diligitur inimicus. Idem de dilectione conditoris. Non lingua, ſed mens & vita requiràtur. Idem. Nunquam eſt Dei amor otioſus, operatur etenim magna ſi eſt, ſi verò operari renuit, amor non eſt. Idem. Si quod impendi nobis rectè volumus, hoc alijs impartimur, & quod nobis fieri nolumus, hoc alijs facere deuitamus, tunc charitatis iura illæſa ſeruamus. Idem ſuper Ezech. Tantum quiſq; portat proximum, quantum amat, ſi enim amas, portas, ſi deſiſtit amare, deſiſtit tolerare. Idem ſuper Cant. Charitas ſancta cor pacificat, mentem in tentationibus roborat, & vt ſedes ſapientiæ ſit aĩa iuſti, quietem tribuit, & locũ præparat. Ambr. de offic. Nõ minus vos diligo quos in euãgelio genui, quã ſi cõiugio ſuſcepiſſem, non

Charitatis eſt vnire.

Fortis eſt vt mors dilectio.

Charitatẽ qs habet.

enim vehementior eſt natura ad diligendum, quam gratia. Idem. Plus certè diligere debemus quos perpetuò nobiſcum putamus futuros, quam quos tantum in hoc ſæculo. Iſid. de ſum. bo. Quamuis nonnulli fide atq; operibus ſanctitatis videantur eſſe participes, tamen quia priuantur charitate fraternæ dilectionis, nullum habet incrementum virtutis. Hierony. in epiſtola. Nihil amantibus durum, nullus difficilis labor in amore, amemus & nos Chriſtum, & facile videbitur omne difficile. Idẽ in ſerm. Hoc habet proprium impatiens amor, vt quem deſiderat, ſemper inuenire ſe credat, ignorat ſiquidem iudicium, ratione multotiens caret, neſcit modum, nec aliud cogitare poteſt, quàm ꝙ diligit, amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, neq; ex difficultate remedium. Aug. de doctrina Chriſtiana. Quatuor ſunt diligenda. Vnum quod ſupra nos eſt alterum quod nos ſumus, tertium quod iuxta nos eſt, quartum quod infra nos eſt.

Charitas verè facit ſanctum.

Idem. Ille iuſtè & ſanctè viuit, qui rerum integer æſtimator eſt, ipſe autem eſt, qui ordinatã habet dilectionem, ne aut diligat quod non eſt diligendum, aut non diligat quod eſt diligendum, aut amplius diligat quod minus eſt diligendum, aut æquè diligat quod minus, vel amplius diligendum eſt, aut minus vel amplius, quod æq; diligendum eſt. Idem. omnis peccator, inquãtum peccator eſt, non eſt diligendus, & omnis homo inquantum homo, eſt diligendus propter Deum: Deus autem propter ſeipſum, etſi Deus omni homine ampliꝰ diligendus eſt, amplius quiſq; Deum debet diligere quã ſeipſum.

Ordo charitatis.

Idem. Omnes æquè diligendi ſunt, ſed cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendum eſt, qui pro locorum, vel temporum vel quarumlibet rerũ opportunitatib. conſtrictius tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. Idem de cathe. rudi. Diligamus Deum, quoniam prior dilexit nos, & filio ſuo vnico nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, ſi amare pigebat, ſaltem reamare non pigeat, nulla. n. eſt maior ad amorem inuitatio, quàm præuenire amando, & nimis durus eſt animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, noluit rependere. Idem. Maximè propterea Chriſtus aduenit, vt cognoſceret homo quãtum Deus diligat eum, & ideo cognoſceret, vt eius dilectione à quo prior dilectus eſt, inardeſceret. Idem de perfectione iuſtitiæ. Perfecta charitas foras mittit timorem & facit præcepti ſarcinem leuem, non ſolum non præmentem onere ponderum, verum etiam ſubleuantem vice pennarum.

Labor charitate fit leuis.

Idem de viduis. Nullo modo ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant, ſicut venantium, aucupantium, & piſcantium. Idem. In eò quod amatur, aut non laboratur, aut etiam labor amatur. Idẽ de tri. Qui amat homines, aut quia iuſti ſunt, aut vt iuſti ſint, amare debet: ſic enim ſeipſum amare debet, aut quia iuſtus eſt, aut vt iuſtus ſit; ſic enim diligis proximum tanquam teipſum ſine vllo periculo. Idem. Nemo aliquid volens facit, ꝙ non in corde ſuo prius dixerit. Quod verbum amore cõcipitur ſiue creaturæ ſiue creatoris. Idem de moribus eccleſiæ. Nihil eſt tam durum, atq; ferreum, quod non amoris igne vincatur, quo cum ſe anima rapit in Deum ſuper omnem carnis naturam, libera, & admiranda volitabit pennis pulcherrimis, & integerrimis, quibus ad Dei amplexum amor caſtus innititur. Idem. Solus ſe nouit diligere, qui Deum diligit. Idem. Qui diligit proximum, agit quantum poteſt, vt ſaluus corpore, ſaluusque animo ſit, ſed cura corporis ad ſalutem animi referenda eſt. Idem de ſpiritu & litera. Sciri aliquid, & credi, & tamen non diligi poteſt: diligi autem quod neq. ſcitur, neq; creditur, non poteſt.

Inimici diligendi.

Idem de ciui. Dei. Perfectum odium debet malis qui ſecundum Deum viuit, ſic vt nec propter vitium oderit hominem, nec amet vitium propter hominem, ſed oderit vitium, amet hominem. Idem. Mihi videtur ꝙ diffinitio breuis, & vera virtutis, eſt ordo amoris. Idem. de coniug. adult. Multa ſunt facienda non iubente lege, ſed libera voluntate, & ea ſunt in noſtris officijs gratioſa, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, cauſa tamen dilectionis impendimus. Idem de ſolilo. Impatiens amor, nec lachrymis modus ſit, niſi amori detur quod amatur. Idem de lib. de dono perſeue. Nihil ſic probat amicum, quemadmodum oneris portatio. Idẽ ſuper 1. can. Io. Talis eſt quiſque, qualis eius dilectio eſt, terram diligis, terra es, Deum diligis, quid dicam; Deus es, Ego (inquit) dixi Dij eſtis.

Charitatis gradus. Pſal. 81.

Idem. charitas vt perficiatur, naſcitur, cum fuerit nata, nutritur, cum fuerit nutrita, roboratur, cum fuerit roborata, perficitur, cum ad perfectũ venerit, quid dicit? mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Idem. Dilige, & quod vis fac, ſiue taceas, dilectione tace, ſiue clames, dilectione clama, ſiue emendes, dilectione emenda, ſiue parcas, dilectione parce. Idem in epiſtola. Diligenda charitatis, freneticum caſtigare, lethargicum ſtimulare, ambos amare, ambo offenduntur, ſed ambo diliguntur, ambo moleſtati, quandiu ægri ſunt, indignantur, ſed ambo ſanati, gratulantur.

Maximũ, & primum mãdatum. Luc. 10.

Idem. Diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Hic phyſica, quoniam omnes omnium naturarũ cauſæ in Deo creatore ſunt. Hic ethica, quoniam vita bona, & honeſta non aliunde formatur, quàm cum ea, quæ diligenda ſunt, quemadmodum diligenda ſunt, diliguntur: hoc eſt Deus, & proximus. Hic eſt logica, quoniam veritas lumenque animæ rationalis non niſi Deus eſt. Idem. In hac dilectione virtus non eſt, niſi diligere quod diligendum eſt, id eligere, prudentia eſt, nullis inde auerti moleſtijs, fortitudo eſt, nullis illecebris, temperantia eſt, nulla ſuperbia, iuſtitia eſt, quid autem eligamus, quod præcipuè diligamus, niſi quo nihil melius inuenimus, hoc eſt Deus, cui ſi aliquid diligendo vel præponimus, vel æquamus, nosipſos diligere neſcimus. Idem. Tantò nobis melius eſt, quanto nos magis in illum imus, quo nihil melius eſt. imus autem non ambulando, ſed amãdo, quem tanto habebimus præſentiorem, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, poterimus habere puriorem. Idem. Non faciunt bonos, vel malos mores, niſi boni, vel mali amores. Idem. Debet homo proximum diligere tanquam ſeipſum, vt quem poterit hominem, vel beneficentię cõſolatione, vel doctrinę informatione, vel diſciplinæ coertione, ſecum ducat ad colendũ Deum. Idem in li. cõfeſſio. Minus Domine te amat, qui aliquid tecũ amat, quod non propter te amat. O amor qui ſemper ardes, & nunquã extingueris. charitas Deus meus accende me., continentiã iubes, dà quod iubes, & iube, quod vis. Idẽ. Domine amore tuo percuſſiſti cor meum, & amaui te, ſed & cœlum, & terra, & omnia quę in eis ſunt, ecce vndiq; mihi dicunt, vt amem te, nec ceſſant dicere omnib. vt inexcuſabiles ſint. Idem. Pondus nõ ad ima tantũ eſt, ſed ad locum ſuum. Ignis enim ſurſum tendit, deorſum lapis, & infra. Minus ordinata inquieta ſunt, ordinantur, & quieſcũt. Pondus meũ amor meus, eo feror quocunq; feror, dono tuo accendimur, & ſurſum ferimur, inardeſcimus, & imus, aſcendimus aſcẽſiones in corde, & cantamus canticũ graduũ. 1. lib. confeſſio.

Charitas, ſiue amor eſt volũtatis pondus

Deus meus, quid amo, cũ te amo. Non ſpeciẽ corporis, non decus tẽpis, nec candorem lucis, nec dulces melodias cantilenarum oĩmodarum, non florum, & vnguentorũ, & aromatũ ſuauẽ olẽtiã, nõ manna, & mella, non mẽbra carnis amplexib. acceptabilia, non hęc amo, cũ amo Deũ meũ, & tñ amo quandam lucẽ, & quandã vocẽ, & quendam odorem, & quendã cibum, & quendam amplexum; cum amo Deum meũ, lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei, vbi fulget animæ meæ, quod non capit locus, & vbi ſonat,

Qui Deũ amat, omnia bona cumulãtim amplectitur.

nat, quod non capit tempus, & vbi olet, quod non ſpargit flatus, & vbi ſapit, quod non minuit edacitas, & vbi hæret, quod non diuellit ſatietas. Idem de laude charitatis. Diuinarum ſcripturarum multiplicem abundantiã, latiſſimãq; doctrinam, ſine vllo errore comprehendit, & ſine vllo labore cuſtodit, cuius cor plenum eſt charitate, dicente Apoſtolo, plenitudo legis eſt charitas. Idẽ. Ille tenet, & quod patet, & quod latet in diuinis ſermonibus, qui charitatem tenet in morib. Idem. Fratres ſectamini charitatem, dulce, & ſalubre vinculum mentium, ſine qua diues pauper eſt, & cum qua pauper diues eſt. Idem. Charitas in aduerſitatibus tolerat, in proſperitatibus temperat, in duris paſſionibus fortis, in bonis operib. hilaris, in tentatione tutiſſima, in hoſpitalitate latiſſima, inter veros fratres lætiſſima, inter falſos patientiſſima. Idem. charitas caſta fuit in Suſanna erga virum, in Anna poſt virum, in Maria præter virum, libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in chriſtianis ad confitendum, diuina in Chriſto ad ignoſcendum. Idem. charitas inter opprobria ſecura eſt, inter odia benefica, inter iras placida, inter inſidias innocens, in iniquitate gemens, in veritate reſpirans, in virtute congratulans. Idem in medita. Non melius, nec decentius, quam per dilectionem rependi poteſt, quod per dilectionem datum eſt. Idem. miſer ego quantum deberem diligere Deum meum, qui me fecit cum non eram, redemit cum perieram, non eram, & de nihilo me fecit, non lapidem, non arborem, non auem, aut aliquod de animalibus, ſed voluit me eſſe hominẽ, dedit mihi viuere, ſentire, diſcernere, & intelligere. Perieram, & ad mortalem deſcendit, mortalitatem ſuſcepit, mortem ſuſtinuit, mortem vicit, & ſic me reſtaurauit. Auctor de ſpiritu, & anima. Multa ſunt in me, de quib. coram Deo erubeſco, & pro quib. valde illi diſplicere timeo: nec pro omnibus his, quid illi impendam habeo, niſi tantum, vt diligam. Non enim melius, &c. vt ſupra. Idem. Amat Deus, vt ametur, & cum amat, nihil aliud vult quam amari, ſciens ipſo amore beatos, qui ſe amauerint, per amorem venit ad homines, venit in homines, factus eſt homo, & delitię illius eſſe cum filijs hominum. Ioan. Chry. ſuper Matth. Omnis ſpecies iuſtitię in malis inuenitur, ſed ſola gratia veræ charitatis non inuenitur, niſi in ſeruis Dei. Idem de compunc. cor. Hic amantium mos eſt, vt amorem ſuum ſilentio tegere nequeant, ſed neceſſarijs ſuis, & charis efferunt, & produ͂t, & flammas amoris intra pectus cohibere non poſſunt. Idem ſuper Ioa. Et ſi fratres inſanabiliter ęgrotauerint, maneamus curantes, & portemus ad inuicem onera, ita enim implebimus legem Chriſti, & promiſſis potiemur bonis. Idem. Vitam nihil ita facit claram, vt amor. Ber. de amore Dei, loquens de verbo illo Luca. Diliges Dominum, &c. Quatuor in Deum a nobis, & toti exigu͂tur affectus. in eo quod dicit, ex toto corde tuo, totã ſibi vẽdicat voluntatem, in tota anima, totum amorem. In omnibus viribus. virtutem deſignat charitatis: In tota mente, fruitionem ſapientiæ. Primu͂ autem horu͂, ſ. voluntas, ad Deum animam mouet. Secundu͂, ſ. amor promouet. Tertium, ſ. charitas, contemplatur. Quartum. ſ. ſapientia, fruitur. Idem. Nihil aliud eſt amor, quam vehemens, & bene ordinata voluntas. Idem. Te Domine velle, & vehementer velle, quod eſt te amare, & ſingulariter amare quia amari non dignaris cum aliqua alia re, ſiue carnali, ſiue ſpirituali, ſiue terreſtri, ſiue cœleſti, quæ non ametur propter te, hoc demu͂ eſt non velle niſi bonum, hoc eſt habere quecunq; vult, omnia habere, quia habet te quis, inquantum amat te. Idẽ de dili. Deo. Cauſa diligẽdi Deum Deus eſt, modus eſt ſine modo diligere. Idem. Vide quo modo, immo, quam ſine modo a nobis Deus amari meruit, qui prior ipſe dilexit nos, tãtus, & tantum, & gratis, tantilos & tales. Idem. Non ſine prę-mio diligitur Deus. Etſi abſq; præmij intuitu ſit diligẽdus, vacua nanq; vera charitas eſſe non poteſt, nec tamẽ mercenaria eſt, quippe no͂ quærit quæ ſua ſunt, affectus eſt non contractus. Idem. Quicquid propter aliud amare videaris, id planè amas, quo amoris finis protẽditur, non per quod tendit. Idẽ ſuper Canti. Quantitas vniuſcuiuſq; animæ æſtimatur ex menſura charitatis, quam habet, vt v. g. quæ multum charitatis habet magna ſit, quæ parum parua, quæ vero nihil, nihil, dicente Apoſtolo. Si charitatem no͂ habuero, nihil ſum. Idem. Nec ignoro, quia honor regis iudicium diligit, ſed pręceps amor, nec iudicium præſtolatur, nec conſilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi ſubijcitur, rogo, ſupplico, flagito oſculetur me oſculo oris ſui. Idẽ. Vbi amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor. Idem. Non abduci blandicijs, non ſeduci fallacijs, nec iniurijs frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere eſt. Idem. Valde mihi amandus eſt per quem ſum, viuo, & ſapio, ſi ingratus no͂ ſum, & indignus. Dignus plane eſt morte, qui tibi domine recuſat viuere, & mortuus eſt, & qui tibi no͂ ſapit deſipit, & q curat eſſe, niſi propter te, pro nihilo eſt, et nihil eſt. Idem. Spiritus eſt Deus, & concupiſcit decorem animæ illius quam fortè aduerterit in ſpiritu ambulantem, & curam carnis non perficientem in deſiderio, præſertim cum ſui amore flagrantem conſpexerit. Idem. Fateor no͂ ſuſtinui pondus diei, & æſtus, ſed iugum ſuaue, & onus leue pro beneplacito patrifamilias porto, opus meum vix vnius horæ, & ſi plus, præ amore non ſentio. Idem de duodecim gradibus. Verè dulcis, & ſuauis cibus charitas, quæ feſſos alleuiat, debiles roborat, mœſtos lætificat, deniq; iugum veritatis facit ſuaue, & onus leue. Idem de præcep. & diſpe. Fons vitæ charitas eſt; nec viuere animam dixerim, quæ de illo non hauſerit. Haurire porrò quomodo poteſt, niſi fuerit præſens ipſi fonti qui charitas eſt, quę Deus eſt, præſens ergo Deus eſt, qui amat Deum, inquantum amat. Idem. Bona mater charitas, quæ ſiue foueat infirmos, ſiue exerceat prouectos, ſiue arguat inquietos, diuerſis diuerſa exhibens ſicut filios diligit vniuerſos. Idem. Seruite in charitate illa, quæ timorem expellit, labores non ſentit, meritum non intuetur, præmium non requirit, & tamen plus omnibus vrget. Idem in Apolo. O quanta fiducia charitatis, alius operatur non amans, & alius amat nihil operans, ille quidem opus ſuum perdit, iſtius verò charitas nunquam excidit. Interl. yſa. 40. g. Omnia facilia amanti. Interl. Apoca. 6. Nullum permittit Deus cadere, qui ei ſeruit vero amore.

Rom. 8. Charitas oĩum virtutum habet effectus.

Amor diu latere non poteſt.

Quatuor amoris affectus in Deum.

Modus diligẽdi Deu͂ eſt citra modum diligere.

Quantitas animæ, eſt charitas. 1. Cor. 13.

In ſpu͂ quęrend' De'.

Bona mater charitas.

### *De quatuor Cardinalibus virtutibus. Cap. 26.*

GRegorius in moral. Prudentia, temperantia, fortitudo, atque iuſtitia, tantò perfectæ ſunt ſingulæ, quantò viciſſim ſibimet iunctæ. Idem ſuper Ezech. Vnuſquiſque tantum prudens eſt, quantum temperans, fortis, & iuſtus, tantum temperans, quantum prudens, fortis, & iuſtus, tantum fortis, quantum prudens, temperans, & iuſtus, tantum iuſtus, quantum prudens, temperans, & fortis. Aug. In hac dilectione. Supra de charitate. Idem de Trinit. Illud quod agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudentia in præcauendis inſidijs, quod fortitudo in perferẽdis moleſtijs, qđ temperantia in coercendis delectationib. prauis, non ibi erit, vbi nihil omnino mali erit. Idem de morib. eccleſiæ. Illas quatuor virtutes (quarum vtinam ita in mentibus vis, vt nomina in ore ſunt omnium) ſic etiam diffinire non dubitem, vt temperantia ſit amor, integru͂ ſe præbens ei, quod amatur; fortitudo, amor facile tolerans omnia, propter id qđ amatur, iuſtitia, amor ſoli amato

Quid quęque ſit virtus.

amato ſeruiens, & propterea rectè dominans; prudentia, amor ea, quib. adiuuatur, ab eis quib. impeditur ſagaciter eligens. Vnde mihi uidetur, ꝙ diffinitio breuis, & vera uirtutis, eſt ordo amoris. Iſido. in Ethy. Prudentia eſt in rebus, qua a bonis mala diſcernuntur. Fortitudo eſt, qua aduerſa equanimiter tolerantur. Temperantia eſt, qua libido concupiſcentiaq; rerum refrenatur. Iuſtitia, qua rectè iudicando, ſua cuiq; diſtribuuntur. Hiero. in epiſto. Vis ſcire quales quærat Dominus ornatus? habeto iuſtitiam, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, nihil hoc monili pretioſius, nihil hac gemmarum uarietate diſtinctius. Idem in orig. ſuper Naum. Quomodo quatuor, quibus pugnamus, & tegimur, ſunt ſcuta uirtutum, prudentia, iuſtitia, temperantia, fortitudo, ita econtrario quatuor vitia ſunt, ſtultitia, iniquitas, luxuria, formido, quibus ab hoſte percutimur. Ber. de cōſid. Iuſtitia quærit, prudentia inuenit, fortitudo uendicat, temperantia poſſidet.

Ornatus animæ.

*De Prudentia.* *Cap. 27.*

GRego. in mo. Cum rectitudo ſanctos uiros ad libertatem uocis erigit, conſideratio infirmitatis propriæ in humilitate cuſtodit. Idem in homil. Cogitate quid facitis, recogitate, quid feciſtis, largitatē ſupernæ pietatis aſpicite, & ad miſericordiæ iudicem dū adhuc expectat, cum lachrymis venite. Idem in regiſt. Summis in rebus, citum non oportet eſſe conſiliū. Idem. Via eſt vita præſens, & tantò quiſque neceſſe eſt, vt inſidiantes ſpiritus caueat, quantò maiora ſunt dona quæ portat. Idem ſuper Ezech. Reſtat vt ſiue in verbi miniſterio fatigemur, ſeu indigentibus noſtra largiamur, ſeu per abſtinentiam carnem domemus, ſeu zelo moueamur, ſeu per patientiam aliquando leuiter praua toleremus, vt ſummopere debeamus in intentione noſtra diſcutere, quatenus omne quod facimus, non noſtro ſed Domini zelo faciamus. Augu. de ſolil. Cauendum eſt magnopere, dum hoc corpus agimus, ne quo ſenſibilium viſco pennæ noſtræ impediantur, quibus integris perfectiſq; opus eſt, vt ad illam lucem ab his tenebris euolemus. Idem de ſingularitate clericorum. Vtilius eſt, vt infirmum ſi homo cognoſcat & fortis exiſtat, quam fortis videri velit, et infirmus emergat. Iſid. de ethy. Prudens dicitur, quaſi porro videns, perſpicax eſt enim & incertorum præuidet caſus. Idem in ſyno. Quicquid boni cum diſcretione feceris, virtus eſt, quicquid ſine diſcretione geſſeris, vitium eſt, virtus enim indiſcreta pro vitio deputatur. Idem. Nihil iuuat, &c. Infra lib. 4. de exercitio. Hiero. Prudentia abſque bonitate, &c. Infra lib. 3. de malitia. Ambr. de offi. Sapiens vt loquatur multa, prius conſiderat, quid dicat, & cui dicat, quo in loco, & tempore. Ber. de conſid. Quantum ad conſiderationis attinet fructum, quatuor tibi conſideranda reor, te, quæ ſub te, quæ circa te, quæ ſupra te ſunt. A te tua conſideratio inchoet, ne fruſtra extendaris in alia, te neglecto. Idem. Tui conſideratio in tria quidem diuiditur, ſi conſideras quid, quis, aut qualis ſis. Quid in natura, quis in perſona, qualis in moribus. Idem. Conſideratio mentem purificat, regit deinde affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat, & ordinat. Idem. Conſideratio confuſa determinat, hiantia comprimit, ſparſa colligit, ſecreta rimatur, vera inueſtigat, veriſimilia examinat, ficta, & fucata explorat. Hæc eſt, quę agenda pręordinat, recogitat acta, vt nihil in mente reſideat incorrectum. Idem ſuper Cant. diſcretio eſt, non tam virtus, quàm quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrixq; affectuum & morum doctrix, tolle hanc, & virtus vitium erit. Idem. Anima quæ amat, vigilat, & obſeruat, & beata, quam Dominus inuenerit vigilantem, non tranſibit eam, nec præteribit ab ea, ſed ſtabit & loquetur ei, loqueturq; amatoria, loquetur ſiquidē vt dilectus. Idē de duodecim gradi. Inquirimus veritatem in nobiſipſis, in proximis, in ſui natura; in nobis, noſmetipſos dijudicando, in proximis, eorum malis cōpatiendo, in ſui natura, mundo corde cōtēplando. Idem in ſer. Sedens, computa quid diebus ſingulis acquirere valeas, certus equidem apud Deū nullum eſſe bonum omnino irremuneratum, nec aliquid malum impunitū, & ſicut non capillum de capite, ſic nec momentum de tempore periturum. Tullius in rheto. Prudentia eſt rerum bonarum, & malarum vtrarumq; ſcientia. Partes eius memoria, intelligentia, prouidentia. Memoria eſt, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Intelligētia, per quam ea perſpicit, quæ ſunt. Prouidentia, per quam futurum aliquid videtur, antequam factum ſit.

Non parū refert quo zelo quod que fiat.

Diſcretio eſt ſol virtutum.

Quatuor maximè cōſideranda.

Nota.

Partes prudentiæ.

*De memoria.* *Cap. 28.*

GRegor. in homil. Cum bona fratres agitis, ſemper ad memoriam mala acta reuocate, vt dum cautè culpa conſpicitur, nuuquam de bono opere incautè animus lætetur. Idem in regiſ. Cogitationum illecebras, linguæ incontinentiam, delictorum opera ad memoriam reuocemus, & dum licet, & tempus habemus, magno planctu, iniquitatum noſtrarum maculas deleamus. Idem ſuper Ezech. Cum mala committimus, fruſtra tunc ad memoriam bona noſtra tranſacta reuocamus, quoniam in perpetratione malorum nulla debet eſſe fiducia bonorum præteritorum. Idem. Tunc nobis miſericordiæ Dei miræ fiunt, cum nobis ad memoriam miſeriæ noſtræ reuocantur. Idem in moral. Patienter illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortaſſe adhuc habeat, in quo debeat ipſe tolerari. Idem Cum voluptas lubrica tentat in proſperis, hæc ipſa ſunt proſpera, aculeò tentationis opponenda, vt eo erubeſcamus praua committere, quo nos à Deo meminimus gratuita bona percepiſſe. Idem. Quiſquis a præceptis. Infra lib. 3. de remorſu conſcientiæ. Idem ſuper illud Iob. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrę, ac ſi iuſtificato peccatori apertè veritas dicat. Virtutes a me acceptas, tibi non tribuas. Noli contra me de meo munere extolli, recole vbi te inueni, quando meo te timore ſolidaui. Vt ergo ego in te non deſtruam quod conſtruxi, ipſe non ceſſes conſiderare, quod in te reperi. Iſidor. de ſum. bo. Quiſquis peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tunc Dei ſe viſitari ſciat præſentia, quando ex eo quod ſe admiſiſſe recolit, interius erubeſcit, ſuoque ſe iudicio pœnitendo, iam punit. Augu. de Tri. Mihi vtile eſt vt meminerim virium mearum, fratreſq; meos admoneam, vt meminerint ſuarum, ne vltra quā tutum eſt progrediatur, humana infirmitas. Ambroſ. in Apol. Sapiens ſi epuletur, ſi cogitet, ſi oret, ac deprecetur, ante oculos eius ſemper error eſt proprius, & momentis omnibus pulſat culpa conſcientiam, nec quieſcere, nec obliuiſci ſinit. Hierony. Nec Dauid, &cæt. infra lib. 3. de familiaritate. Io. Chryſ. Quādo accubueris, &cęt. lib. 4. de diſcuſſione. Idem ſuper epiſtolā ad Heb. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, ſicut eorum continuata memoria. Bern. de conſid. Inter alia cōſideranda qualis ſis, & qualis fueris, ad memoriam reuocandum eſt, conferenda ſunt enim poſteriora prioribus, & priora ſequentibus, vtrum ne profeceris in virtute, in ſapientia, in intellectu, in ſuauitate morum, aut ab his fortè quod abſit defeceris. Idem. Tertia contemplatio, &c. infra lib. 4. de contemplatione. Idem in epiſtola. Iturus ad ſomnum, ſemper aliquid tecum defer in memoria, vel cogitatione, in quo placidè obdormias, quod nonnunquam etiam ſomniare iuuet. Idem ſuper Cant. Is qui Chriſto paſſo piè compatitur, compungitur, & mouetur facile ad memoriam eorum quæ

Queadmodum, aut bonorum aut malorū memores eſſe debeamus.

Iob. 36. Vt nemo ſibi arroget qđ Dei eſt

quæ pertulit,atq; iſtius ſuauitate deuotionis paſcitur,&
cóføtatur,ad queq. ſalubria,honeſta,pia.Sene.in epiſt.
Aliquis vir bonus eligendus eſt,atq; ſemper ante ocu-
los habendus,vt ſic,tanquam illo ſpectante,viuamus,&
omnia,tanquam illo vidente,faciamus. O fœlicem qui
ſic aliquem vereri poteſt,vt ad memoriã quoque eius,
ſe componat,atq; ordinet.

*De intelligentia. Cap. 29.*

GReg.in moral.Ne contra auctorem ſuum ho
mo ſuperbiat,conſideret, vnde huc venit, &
intelligat quid ſit.Idem. Dum pẽſamus qua
les erga aliquos fuimus, eſſe circa nos tales
alios minus dolemus,quia aliena iniuſtitia in nobis vin
dicat,quod in ſe iuſtè conſcientia noſtra accuſat. Idem.
Qui pleniſſimè intelligere appetit qualis eſt, tales nimi-
rũ debet conſpicere,qualis non eſt,vt ex bonorũ forma
metiatur,quantum ipſe,deſerto bono,deformis eſt.Idẽ.

De rectè ĩtelligẽtib.

Tunc vere cognoſcimus bona noſtra vnde ſunt, quãdo
hæc quaſi amittendo ſentimus,quia à nobis ſeruari non
poſſunt.Idem.Sancti omnes quando in Dei viſione pro
ficiunt, quantò magis diuinitatis interna conſpiciunt,
tãtò magis ſe nihil eſſe cognoſcunt; nuſquam quippe le
gitur,quod Abraham cinerem,& puluerem ſe eſſe ꝓfeſ
ſus eſt,niſi cum habere meruerit Dei colloquiũ. Idem.
Sancti viri ingenij virtutem ad agnoſcendam infirmita
tem propriam dirigunt, atq; ex infirmitatis ſuæ melius
cognitione conualeſcunt.Idem.Nunquã Deus mentem
deſerit,quæ in peccatis ſe veraciter agnoſcit. Idem, San
cti viri minimè.Infra de exercitio lib.4.Idem Nemofor
titudinem ſuam,niſi cum rectus eſſe cœperit,depræhen
dit.Nam qui omnino peruerſus eſt,neque hoc poteſt vi
dere quod eſt.Idem.Nulla eſt cognitio repræhenſionis,
ſi non ſequantur etiam lamenta pęnitudinis. Idem. In
hoc mundo dum viuimus, tunc perfectè quæ ſcienda
ſunt ſcimus,cum proficientes per intelligentiam,nil nos
perfectè ſcire cognoſcimus.Idem. Vera ſcientia afficit,
non extollit,nec ſuperbientes quos impleuerit,ſed lamẽ
tantes facit.Idem.Sæpe dum quoſdam.Infra lib.3.de di
ſcordia.Idem in regiſ.Bonarum mentium eſt, etiam ibi
aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt.

Signũ perfectæ intelligentię.

Idem ſuper Ezech.Rectè prophetia dicitur, non quia ꝑ
dicit ventura, ſed quia prodit occulta. Idem. Spiritus
prophetiæ,nec ſemper,nec eodem modo,prophetæ ani-
mum tangit. Idem. Aliquando prophetiæ ſpiritus
prophetis deeſt,nec ſemper eorum mẽtibus præſto eſt,
quatenus cum hunc non habent, ſe hunc agnoſcant ex
dono habere,cum habent.Aug.de ciuit.Dei. Tria ſunt
quæ in vnoquoq; homine artifice ſpectantur, vt ali-
quid efficiat,natura,doctrina,vſus.Natura ingenio,do-
ctrina ſcientia,vſus fructu, dijudicandus eſt.Idem mul-
ta ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorum
callida inquietudine exagitantur, vt aduerſus eos de-
fendi poſſint,& conſiderantur intelligentius, & intelli-
guntur clarius,& inſtantius prædicantur, & aduerſario
mota quæſtio, diſcendi nobis exiſtit occaſio. Idem de
83.quæſtionibus.nullum bonum perfectè noſcitur, qđ
non perfectè amatur. Idem de doctrina Chriſtiana.
Diſputationis diſciplina,ad omnia genera quęſtionum,
quæ in literis ſanctis ſunt, per intellectum penetran-
da,& diſſoluenda, plurimum valet; tantùm ibi cauen-
da eſt libido rixandi.Idem. Bonorum ingeniorum inſi
gnis eſt indoles,in verbis verum amare, non verba.Idẽ
de bono perſeue.Non ſimus in diſputationibus prom-
pti,& in orationibus pigri. Idem de trini. lib. 4.Scien-
tiam terreſtrium cœleſtiumq; rerum, magni æſtima-
re ſolet genus humanum, in quo profectò meliores
ſunt, qui huic ſcientiæ proponunt noſſe ſemetipſos,

Nota.

Tria ĩ vnoquoq; ſpectanda.

laudabiliorque eſt animus, cui nota eſt infirmitas ſua,
quam qui ea non proſpecta, vias ſyderum ſcrutatur,
ignorans viam,qua ingrediatur ad cœlum. Iſid.de ſum.
bo.Nihil peius,quam culpã agnoſcere,nec deflere. Caſ-
ſiod.in lib.de anima.Nimia magnitudo eſt ſuam intelli
gere puritatem,nec præualet hoc ipſum noſſe, niſi cum
cœperint diuina pateſcere. Bern. in medita. Ab exte-
rioribus ad interiora redeam, ab inferioribus ad ſupe-
riora aſcendam, vt poſſim cognoſcere vnde venio, aut
quo vado,quid ſim,vel vnde ſim, vt per cognitionem
mei poſſim peruenire ad cognitionem Dei.Idem in epi
ſtola.O vtinam ſaperes,& intelligeres,ac nouiſſima ꝓ-
uideres.Saperes quæ Dei ſunt,intelligeres, quæ mundi
ſunt,prouideres,quæ inferni ſunt, profectò inferna hor
reres,ſuperna appeteres, quæ ſunt mundi contemneres.
Idem. Qui perfectè ſe examinando cognoſcit, ſuo pec-
cato nullius peccatum par æſtimat, quod non ſicut ſuũ
intelligit.Idem ſuper canti.Eſt quidem (quãtũ in ſe eſt)
omnis ſcientia bona,quæ tamen veritati ſubnixa ſit, ſed
tu,qui cum timore & tremore tuam ipſius operari ſalu-
tem pro temporis breuitate feſtinas, ea ſcire prius am-
pliusq; curato,quæ præſenſeris viciniora ſaluti. Idẽ.An
non inflationes,& torſiones in conſciẽtia ſuſtinebit,qui
huiuſmodi eſt,ſciens,videlicet bonum, & non faciens?
an non reſponſum mortis, & damnationis toties in ſe-
metipſo habebit,quotiens in mẽtem venerit ſermo quẽ
dixit Deus, quia ſeruus ſciens voluntatem Domini ſui
& non faciens,dignè vapulabit plagis multis? Idem in
ſer.Super omnes docentes me intellexi.Quare inquam?
nunquid quia byſſo & purpura me indui?quia lautiori
bus epulis abundaui? nunquid quia Platonis argutias,
aut Ariſtotelis verſutias intellexi?aut vt intelligerem la
boraui?Abſit inquam. Sed quia teſtimonia tua exqui-
ſiui.Idem.Orans ſanctus quidam,Deus (inquit) noue-
rim me,nouerim te,breuis oratio,ſed fidelis.Hæc eſt.n.
vera philoſophia, & vtraque cognitio prorſus neceſſa-
ria ad ſalutem.Ex priori ſiquidem, timor concipitur &
humilitas,ex poſteriore,ſpes & charitas generatur.Boe
tius.Humanæ naturæ.Infra libr.3.de ignorantia.Anſel.
Primus gradus lib.4.de humilitate.Glo.Luc.6.Vbi ma
ius donum ſcientiæ,ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet cul
pæ.Sene.in epiſtola.Quare liberalibus ſtudijs filios eru
dimus?non quia virtutem dare poſſunt,ſed quia animũ
ad excipiendam virtutem præparant. Idem. Si perpen-
dere te voles, ſepone pecuniam, domum, dignitatem,
intus teipſum conſidera,nec qualis ſis alijs crede.Idem.
initium ſalutis, eſt notitia peccati. Nam qui peccare ſe
neſcit,corrigi non vult.

Quæ ſint nobis præcipuè intelligenda.

Luc. 12.

Nota.

*De prouidentia. Cap. 30.*

GReg.in mora.Quod valde eſt importabile, ex do
lore oſtenditur conſideratione prouida, & remu
neratione leuigatur.Idem.is qui cuncta priuſquã
veniant conſpicit,nequaquam poſtquam aliquid fece-
rit,pœnitendo reſipiſcit. Idem.Qui in dictis ſuis repro-
bari metuit,ipſe prius debet examinare quod dicit. Idẽ.
Nihil ſic ad edomãdum deſideriorum carnalium appe-
titum valet,quam vt vnuſquiq; hoc quod viuũ diligit,
mortuũ penſet.Idẽ.In omni quod dicitur neceſſe eſt,vt
cauſa,tempus,& perſona penſetur,ſi verba ſententiæ ve
ritas roborat,ſi hanc tempus congruum poſtulat,ſi veri
tatem ſententiæ,& congruentia temporis,perſonæ qua-
litas nõ impugnat.Idem ſuper Ezech. Sanctorum actio
ab omni parte circumſpecta eſt, bona deſiderabiliter ꝓ
uidens,mala ſolerter cauẽs,ſed hoc eſt laborioſius, vbi
ſanctorum mens inuigilat,ne ſe ante eorum oculos ma-
la ſub bonorum ſpecie abſcondant.Idem in regiſ.Terri
bilem iudicem venientem conſidera, & de aduẽtu illius
tunc conſcientia tua contremiſcat, ne tunc ſinę cauſa iã

Prouidentiæ eſt,futura pręuidere.

Quæ ſint in loquendo ſpectanda.

timeat, cum coram illo cœlum & terra tremuerit. Iſid. in Synon. Perſpice quod cui aptũ ſit tempori, quid, vbi quantum, quantum, quandiu facere debeas. Idem Cũ diu cogitaueris, tunc fac quod probaueris. Ambr. in epiſto. Mens bona, ſpeculatrix conſiliorum ſuorum eſt, prius examinat quid decorum atq; honeſtum. Hieron. Cautè omnes. Infra lib. 4. de fama. Auguſt. de ſingula. cler. Amator eſt ſalutis ſuæ, qui euitat alienæ mortis in curſum, & ipſe eſt prouidus, qui ſolicitus fit cladibus cæterorum. Bern. de conſide. Non oportet vt vitia domus tuæ vltimus ſcias, quod quamplurimis nouimus cõtigiſſe, quapropter alius alia diſpenſet, de diſciplina tu prouide. Idem. Spiritualis homo ille qui omnia dijudicat, vt ipſe à nemine iudicetur, omne opus ſuum terrena quadam conſideratione præuenit, primum quidem an liceat, deinde an deceat, poſtremò an expediat. Idem. Diligenter verò omne quod faciendum erit, tracta apud te, & cum his qui te diligunt tracta ante factum, quia poſt factum ſera tractatio. Idem in medita. Habes domum ô anima, ſed cito caſura eſt domus tua, tu quoq; niſi aliam prouideris vento & pluuiæ exponenda. Idem in ſermo. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima, horrorem mortis, iudicij tremendum diſcrimen, ardentis gehennæ metum, ab oculis cordis tui nullatenus patiaris elongari. Idem. Cum iudicium carnis ex anima pendeat, nihil carni poteſt vtilius quam ſalus animæ prouideri, vt videlicet in tempore ſit reſpectus illius, & ſocia paſſionis, fœlicitatis quoque conſortium mereamur.

Quę meditatione cõtinua verſanda.

## De fortitudine. Cap. 31.

Gregorius in mor. Iuſtorũ fortitudo eſt carnem vincere, proprijs voluptatibus contraire, delectationem vitæ præſentis extinguere, huius mundi aſpera pro æternis præmijs amare, proſperitatis blandimenta contemnere, aduerſitatis metum corde ſuperare. Idem. Qui in auctoris ſui amore roborãtur, quò magis in concupita Dei fortitudine conualeſcunt, eo à propria virtute deficiunt: & quò robuſtius æterna appetũt, eò fortius à temporalibus ſalubri defectione laſſantur. Idem. Tantò vnuſquiſq; ad fortitudinem profeciſſe verius demonſtratur, quãtò aliena mala æquanimius tolerat. Idem in regiſtro. Mores meos benè habes cognitos, quia diu porto, ſed ſi ſemel deliberauero non portare, contra omnia pericula letus vado. Hiero. in epiſtol. Nihil eò fortius qui vincit diabolum, nihil imbecillius, quam qui a carne ſuperatur. Idem in origi. ſuper Iſa. Fortitudo atque conſtantia via regia eſt, a qua declinat ad dexterã, qui temerarius eſt & pertinax, ad ſiniſtram qui formidoloſus eſt & pauidus. Auguſt. ad Hieron. de ſententia Iacobi Apoſt. Qui vera virtute fortis eſt, nec temerè audet, nec inconſultè timet. Ambr. de offic. Eſt fortis qui ſe in dolore aliquo conſolatur, & reuera iure ea fortitudo vocatur, cum vnuſquiſq; ſeipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduerſis perturbatur, non extollitur ſecundis, & quaſi vento quodam variarum rerũ circũfertur mutatione. Idem. Non in inferenda, ſed depellenda iniuria lex virtutis eſt, qui enim non repellit à ſocio iniuriam ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille qui facit. Idem. Fortitudo inuicta eſt ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, dura aduerſus illecebras, quibus autem deferre neſciat, nec, vt dicitur, aue dicat, pecuniã negligat, auaritiam fugiat tanquam labem quandam, quæ virtutem effeminet. Idem ſuper Luc. Fortitudo animum corpuſq; confirmat, nec perturbari ſinit timore aliquo vel dolore. Seneca in epiſt. Sapiens & fortis ad omnem incurſum munitus, & intentus, nõ ſi pauper tas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, pedem referet intrepidus, & contra illa ibit, & inter illa ſtabit. Idem. Sapiens virtutem, ſi licebit, in diuitijs explicabit, ſin minus in paupertate, in patria ſi poterit, ſin minus in exilio, ſi poterit Imperator, ſin minus miles, ſi poterit in teger, ſin minus debilis. Multa infra lib. 4. de certamine.

Fortitudo ſanctorũ.

Fortis quis dicatur.

## De conſtantia. Cap. 32.

Gregor. in homil. Non vos proſpera eleuent, non aduerſa perturbent, vt qui in ſoliditate fidei figimur, nequaquam rerum tranſeuntium mutabilitate moueamur. Idem in mora. Sancti viri nec ſuſtinere falſa per infirmitatem metuunt, nec læſi vnquam à veritate conticeſcunt. Idem. Electi ipſa quæ fortiter tolerant ſupplicia, perhorreſcunt, ita vt in eis vno eodem que tempore, & conſtantia ex virtute ſit, & pauor ex carne. Idem. Iuſti viri ſecuritas rectè leoni comparatur, quia dum contra ſe, quoſlibet inſurgere conſpicit, ad mentis ſuæ conſtantiam redit, & ſcit quia cunctos aduerſantes ſuperat, quia illum ſolum diligit, quem inuitus nullo modo amittit. Idem. Vir ſanctus quo maiore perſecutione præmitur, eò ad prædicandum veritatem acrius inſtigatur, & cum conſtanter perſecutores tolerat, ardenter ad ſe adiutores trahere feſtinat. Idem Si ſemel in appetitu ſupernæ patriæ fort i ſtabilitate animus figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur. Idem ſuper Ezech. Timeri ab omnib. homo debuerat, ſi ipſe auctorem omnium, vt homo timuiſſet; nam, qui rationis ſenſum ad timorem Dei non habet, tantò in nullo timendus eſt, quantò hoc quod ipſe eſſe debuit, non eſt. Idem in regiſ. Hoc certiſſimè ſcito, ꝙ placere Deo, & prauis hominibus nullus poteſt; in tantum ergo ſe exiſtimet fraternitas tua omnipotenti Deo placuiſſe, quantò ſe peruerſis hominibus diſplicuiſſe cognouerit. Idem. Nullius vos. Infrà lib. 4. de tranquillitate. Auguſt. in epiſto. Senti de Auguſtino quicquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia nõ accuſet. Idem de ciuitate Dei. Virtutes habenti, magna virtus eſt contemnere gloriam. Idem. Qui contemnit iudicia laudantium, contemnit etiam ſuſpicantium temeritatem, quorum tamen ſi verè bonus eſt, non contemnit ſalutem. Idem in ſer. Nec valde gaudere debemus quando laudamur, nec contriſtari quando vituperamur, quia nec damnare iniuria, nec coronare poteſt laus falſa. Ambr. de offic. Benè ſibi conſcius, falſis non debet moueri, nec eſtimari plus ponderis in alieno eſſe conuitio, quàm in ſuo teſtimonio. Ioan. Chryſ. in ſermo. Quicquid erroris habet mundus, contemno, quicquid delectabile habet rideo, diuitias non cupio, paupertatem non horreſco, mortem non timeo. Hieron. in epiſtola. Vtinam ob Dei mei nomen, atque iuſtitiam, vniuerſa me infidelium turba perſequatur, & tribulet; vtinam in opprobrium meum ſolidus exurgat hic mundus, tantum vt à Chriſto merear laudari, & ſuæ pollicitationis ſperare mercedem. Idem. Gratias ago Deo meo, quòd dignus ſum habitus, quem mundus oderit. Idem. Per bonam & malam famam, à dextris & à ſiniſtris Chriſti miles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur, non diuitijs tumet, non confunditur paupertate, & læta contemnit & triſtia. Idem in prolog. ſuper Heſter. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expaueſcimus: Deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timemus, quoniam diſſipat Deus oſſa eorum, qui hominibus placere deſiderant. Sene. in epiſtola. Honores & iniuriæ vulgi in promiſcuo ſunt habendæ, nec his gaudendum, nec illis dolendum. Idem. Animum excellentem, conſtantem, & moderatum, & omnia tanquam ſe minora tranſeuntem, quidquid timemus optamuſque ridentem, cœleſtis

Conſtãtia in virtute ſanctis familiaris eſt.

Conſtãtis animi in proſperis, & aduerſis idem eſſe.

leſtis potentia agitat, non poteſt res tanta ſine adminiculo numinis ſtare. Idem. vir bonus, quod honeſtè ſe facturum putauerit, faciet, etiam ſi laborioſum erit, faciet etiam ſi periculoſum erit, rurſum quod turpe erit non faciet, etiam ſi pecuniam afferet, etiam ſi voluptatem, etiam ſi potentiam, & dignitatem, ab honeſto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla re inuitabitur. Idem. Aequo animo audienda ſunt imperitorum conuitia, & ad honeſta vadenti contemnendus eſt ipſe contemptus.

## *De patientia.* Cap. 33.

Patientia non niſi in tētatione cognoſcit.

GRegorius in mora. Nunquam eſt patientiæ virtus in proſperis, ille autem eſt verè patiens, qui rebus aduerſis atteritur, & tamen à ſpei ſuæ rectitudine non curuatur. Idem. Tunc verè oſtendimus ꝙ accepta bona rectè tenuimus, cum profectò æquanimiter ad momentum ſublata toleramus Idem. Quos ad fortia trahere nitimur, eorũ neceſſe eſt vt infirma toleremus, quia nec iacētem erigit, niſi qui ſtatus ſui rectitudinem per compaſſionem flectit. Idem. Sancti viri patienter audiunt, etiã quæ ſe nunquam feciſſe meminerunt, quamuis ea mala quæ ſibi ingeri conſpiciunt, ab ipſis ſuis criminatoribus nouerint perpetrata. Idem. Tunc illata conuitia bene toleramus, cum in ſecreto mentis ad male perpetrata recurrimus, leue quippe videbitur, ꝙ aliena iniuria percutimur, dum in actione noſtra conſpicimus, quia peius eſt ſupplicium, quod meremur.

Qui ſui ignarus non eſt, patientiam colet.

Idem ſuper Ezec. Linguas detrahentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant, ita per ſuam malitiam excitatas, debemus ęquanimiter tolerare, vt nobis meritum creſcat.

Patientia nõ eſt ſine charitate.

Idem. Patientia vera eſt, quæ etiam ipſum amat quem portat Nam tolerare & odiſſe, non eſt virtus patientiæ, & manſuetudinis, ſed velamentum furoris. Idem in dialo. Egò virtutem patientiæ, & ſignis, & miraculis maiorem credo. Idem in homil. Tribus modis virtus patientiæ exerceri ſolet, alia namque ſunt, quæ à Deo, alia quæ ab antiquo aduerſario, alia quæ à proximo ſuſtinemus. A proximo nanq; perſecutiones, damna, & contumelias, ab antiquo aduerſario tentamenta, à Deo flagella toleramus. Idem. Perfectè aduerſarius vincitur, quando mens noſtra, & inter tentamenta Diaboli à delectatione, atq; conſenſu omnibus modis refrenatur, & inter contumelias proximi cuſtoditur ab odio, & inter flagella Dei cuſtoditur

Patientia quid.

à murmuratione. Idem. Patientia eſt, aliena mala ęquanimiter perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Idem. Ille veraciter. Infra lib. 4. de lętitia.

Matth. 3.
Gradus patientiæ.

Ioan. Chryſoſt. in orig. ſuper illud Matth. Audiſtis quia dictum eſt, oculum pro oculo, &c. Primus gradus patientiæ eſt recipere iniuriam, Secundus poſtquam recepta eſt, non velle vindicari. Tertius eſt, non facere vexanti hæc quæ paſſus eſt, ſed quieſcere. Quartus, tribuere ſeipſum in patiendo mala. Quintus, & amplius tribuere, quam ipſe vult, qui fecit. Sextus, non odio habere eum, qui operatur hæc. Septimus eſt, diligere. Octauus eſt, benefacere. Nonus eſt, Deum pro ipſo deprecari. Idem ſuper Ioan. Non memoriam malorum habeamus in eos qui nos lędunt, ſed redarguamus eos, & ploremus, ploratu enim digni ſunt, non qui patiuntur, ſed qui mala faciunt. Nam ſeipſos quidē maximè lędunt & amarus calumniator, & quicunque alij aliquod malum facit, nobis autem proſunt maximè, niſi noſipſos vendicauerimus. Auguſt. ſuper Ioan. Pro dilectione Dei debemus patienter perſecutiones & mundi odia ſuſtinere, neceſſe eſt enim vt nos oderit, quos cernit nolle, quod diligit. Idem in li. de patientia.

Simile.

Non ſicut omnes qui ſciunt, participes ſunt ſcientię, ita nec omnes, qui patiuntur, ſunt participes patientiæ, ſed qui paſſione rectè vtuntur, hi patientiæ veritate laudantur, hi patientiæ munere coronantur. Idem. Inde eſt patientia iuſtorum vera, vnde eſt in eis charitas Dei vera, & inde eſt patientia iniquorum falſa, vnde eſt in eis cupiditas mundi peruerſa. Idem. Patientia pauperum Chriſti, ſed ditandorum hæredum Chriſti, non peribit in æternum, non quia illic patienter ferre debeamus, ſed quia pro his quæ hic patienter pertulimus, illic ęterna beatitudine perfruemur. Idem. Iob ſuſtinens in carne dolores ſuos, in corde errores alienos, coniugis corripiebat inſipientiam, amicos docebat ſapientiam, & ſeruabat vbiq; patientiam. Idem de mori. ec. Perpetienda ſunt vitia multitudinis vt curentur, & prius toleranda quàm ſedanda eſt peſtilentia. Idem in li. de ouibus. Tolera quia toleratus es. ſi ſemper bonus fuiſti, habeto miſericordiam, ſi aliquando malus fuiſti, noli perdere memoriam, & quis eſt ſemper bonus? Si te Deus diligenter diſcutiat, facilius te inueniet etiam nunc malum, quàm tu te ſemper bonum, ergo toleranda ſunt zizania inter frumentum. Idem. Vis deſideriorum. Infra libr. 4. de deſiderio. Ambr. ſuper Luc. Chriſtus voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, vt tu à ſocio deſertus, à ſeruo proditus, moderatè feras tuum erraſſe iudicium, periſſe beneficium. Hiero. in epi. Libens tunc tormenta patiar, vt tunc futura mihi gloria ſeruetur. Non enim iudicabit Dominus bis in idipſum.

Naum. 1.

Iſid. de ſum. bo. Aduerſus cõuitium linguæ fortitudo eſt adhibenda patientiæ, vt tentatio verbi quæ foris impugnat, tolerantię virtute victa diſcedat. Ber. in epiſto. Vera patientia eſt pati, vel agere contra quod libeat, ſed non præter quod liceat. Idē in ſer. Eſt homo pacatus, qui bona pro nobis reddens quantum in ſe eſt, nemini vult nocere. Eſt alius patiens, qui non reddens malum pro malo, etiam potens eſt ſuſtinere nocentem. Eſt enim pacificus, qui bona pro malis reddens, in promptu habet prodeſſe nocēti.

Pacatus.
Patiens.
Pacificus.

Primus quidem paruulus eſt, & facilè ſcandalizatur, nec facilè, qui huiuſmodi eſt, in hoc ſęculo nequã & pleno ſcandalis poterit obtinere ſalutem. Secundus, vt ſcriptum eſt, in patientia ſua poſſidebit animam ſuam. Nã tertius quidem non modo ſuam poſſidet, ſed & multorum animas lucrifacit. Tullius in reth. Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio.

Luc. 21.

## *De perſeuerantia.* Cap. 34.

GReg. in regiſ. Magna eſt contra peccatum virtus pœnitentiæ, ſi quis in eadem pęnitentia perſeueret. Idem. Illa Deo noſtro ſemper opa grata ſunt, quæ à bonis quæ ceperint, non recedunt. Idem in moral. In cunctis vigilanter debet ſe mens circumſpicere, atq; in ipſa circũſpectionis ſuę prouidentia perſeuerare. Idem. Benè cępta cunctis diebus agenda ſunt, vt cum malum pugnando repellitur, ipſa boni victoria, conſtantiæ manu teneatur. Idem. Mirum non eſt, ſi quis bona inchoet, ſed valde mirabile eſt, ſi intentione recta in bono opere perduret.

Prædeſtinatorum ſtabilitas

Aug. de correptione & gratia. Prædeſtinatorum fides, quæ per dilectionem operatur, profectò aut omnino non deficiet, aut ſi quiſunt quorum deficit, reparatur antequam vita iſta finiatur, & deleta quæ intercurrerat iniquitate, vſq; in finem perſeuerantia deputatur. Idem de coniug. adul. Quæ rectiſſimè vouentur, cum homines vouerint nulla conditione rumpenda ſunt, quæ ſine vlla conditione vouerunt. Iſid. de ſum. bo. Tunc Deo placet noſtra conuerſatio, quando bonum quod inchoamus, perſeueranti fine complemus.

Vnus accipit brauiũ.

Idem in ſyn. Salus inchoantibus promittitur, præmium perſeuerantibus datur, non eſt beatus qui bonum facit, ſed qui inceſſabiliter facit, qui enim perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. Bern. in epiſtol. Perſeuerantia ſola meretur viribus gloriam, vir-

tutibus coronã, prorſus abſq; perſeuerantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Idem. Perſeuerantia vigor virium, virtutum conſummatio eſt, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientię, conſtantię filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum ſanctitatis. Idem. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gloriam, nec laudem fortitudo. Deniq; non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit

Matt. 10.

vſque in finem, ſaluus erit. Idem in ſerm. Non viuit qui ſuperbia inflatur, qui luxuria inquinatur, qui cœteris quibuſcunq; inficitur peſtibus, quoniam non eſt hoc viuere, ſed magis vitam confundere, & appropinquare vſq; ad portas mortis. Bonam autem vitam ego puto, &

Bona vita quæ.

mala pati, & bona facere, & ſic perſeuerare vſque ad mortem. Sene. in epiſt. Plus operis in eo, vt propoſita cuſtodias, quàm vt honeſta proponas, perſeuerandum eſt, & aſſiduo ſtudio robur addendum, donec bona mens ſit, quod bona voluntas eſt.

### De temperantia. Cap. 35.

Neceſſaria pro Prelatis ſententia.

GRegorius in moral. Is qui præeſt, ea ſe circa ſubditos menſura moderetur, quatenus, & arridens timeri debeat, & iratus amari, vt eum nec nimia lætitia vilem reddat, nec immoderata ſæueritas odioſum. Idem. Nonnunquam dum nonnulla menti delectatio ſurripit, temperantia noſtra marceſcit: inquantum ad delectationem ducimur, intantum minus ab illicitis temperamur. Idem in homi. In talibus mentibus Dominus paſcitur, quæ per reſpectum gratiæ temperate corporalibus deſiderijs non vtuntur. Idem. In regi. Ro-

Romanorum ritus laudabilis.

manorum ſemper ab antiquioribus vſus fuit, poſt admixtionem proprię coniugis lauari & purificationem quærere, & ab ingreſſu Eccleſiæ paululũ reuerenter abſtinere. Idem. Quoties ira animum inuadit, mentem edomat, vince teipſum, differ tempus furoris, cum tranquilla mens fuerit, quod placet vindica. Idẽ in paſt. Cũ non malitia, ſed ſola ignorantia vel infirmitate delinquitur, profectò neceſſe eſt, vt magno moderamine ipſa delicti correptio temperetur. Aug. de lib. arb. Temperantia eſt affictio coercens & cohibens appetitum ab his rebus, quæ turpiter appetuntur. Idem de conf. De illecebra odorum non ſatago nimis, cum abſunt, non requiro, cum adſunt, non reſpuo, ſemper tamen carere paratus. Idem de opere monac. Tantò glorioſius mens ad ſuperiora promouetur, quantò diligentius ab inferioribus concupiſcentia cohibetur. Idem de ſingularitate clerico. Diſce nunc temperantiæ modum, qui per licentiam queris exceſſum: ama feminas inter ſacra ſolennia, & hodio habe in communione priuata. Idem de moribus Eccleſię. Omne officium temperantiæ eſt exuere

Officiũ temperantiæ.

veterem hominem, & in Deo renouari, id eſt, contemnere omnes corporeas illecebras, laudemque popularem, totumque amorem ad inuiſibilia & diuina conferre. Idem. Curioſi eſſe prohibemur, quod magnę temperantiæ munus eſt. Iſid. de ſu. bo. Quicquid nimis & vltra modum eſt, pernicioſum fit, ſtudiumq; ſuum in contrarium vertit. In omni ergo opere modum & temperamentum oportet habere. Idem in ſyn. In omni re tene temperamentum, nihil intemperantius agas, ne minus, ne nimiũ aliquid, nec vltra quàm oportet, nec infra, etiã in bonis moderatum eſſe decet. Idem. Quæ cum temperantia fiunt, ſalubria ſunt, & bona quæuis etiam cum immoderato vſu, noxia efficiuntur. Nimietas enim omnis in vitio deputatur. Bern. de conſide. Non eſt temperantia in ſolis reſecandis ſuperfluis, eſt etiã in omittendis neceſſarijs. Tullius in rhe. Temperantia eſt rationis

Temperãtia quid.

in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio, eius partes, continentia, clementia, modeſtia.

### De continentia guſtus. Cap. 36.

GReg. in mora. Per abſtinentiam vitia ſunt extinguenda, nõ caro: & tãto quiſque ſibimet debet moderamine præeſſe, vt & ad culpam caro non ſuperbiat, & tamen ad effectum rectitudinis in opere ſubſiſtat. Idem. Virtus abſtinentiæ aut omnino nulla eſt, ſi tantũ quiſq; corpus ſuum non edomat quãtum valet, aut valde inordinata eſt, ſi corpus atterit pluſquam ferre valet.

Modus tenendus eſt in abſtinẽtia.

Idem in paſto. Incaſſum per abſtinentiam corpus atteritur, ſi inordinatis dimiſſa motibus, mens vitijs diſſipatur. Idem in hom. Qui à paradiſi gaudijs per cibum cecidimus, ad hec inquantum poſſumus per abſtinentiam reſurgamus. Augu. de conf. Hoc me docuiſti Domine,

Alimentũ inſtar medicamenti ſumendũ eſt.

vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam: ſed dum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur laqueus concupiſcentiæ. Idem de bono coniug. Ad hoc iuſti cum opus eſt prandent, vt tanquam boni domini, quod bonum, & iuſtum, & ęquum eſt, ſeruis ſuis. i. corporibus ſuis prębeant. Idem in ſer. Ieiunium purgat mẽtem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contribulatum & humiliatum, quod Deus non ſpernit. Idem in lib de ieiunio ſabba. Sicut quod ait Apoſtolus

Rom. 14.

verum eſt, Malum eſt homini qui per offenſionem mãducat, ita malum eſt homini qui per offenſionẽ ieiunat. Io. Chryſ. ſuper Ioan. Indigentia ſicut ſanitatis, ita delectationis eſt mater. Idem ſuper Matth. Qui ieiunat & peccat, non ad gloriam Dei ieiunat nec ſe humiliat, ſed ſubſtantiæ ſuæ parcit. Idem. Per ieiunia ceſſat. Infra lib. 4. de connexione. Ambr. in exam. ieiuni hominis ſputum ſi ſerpens guſtauerit, moritur. Vides quanta vis ie-

Sputũ ieiuni ſerpentẽ interimit.

iunij ſit, vt ex ſputo ſuo ieiunus homo terrenum ſerpentem interficiat, quantò magis ergo ſerpentem ſpiritualẽ per ieiunij virtutem. Hiero. in epiſt. Modicus ac temperatus cibus, & carni & animæ vtilis eſt. Idem. Nonnulli pudicam vitam appetẽtes in medio itinere corruunt, dum ſolam abſtinentiam carnium ſufficere putant, & leguminibus onerant ſtomachum. Idem. Parcus cibus & venter ſemper eſuriens triduanis ieiunijs præfertur, & multo melius eſt quotidie parum, quam raro ſatis ſumere.

Simile.

Pluuia enim illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terram, ſubitus autem & nimius imber in præceps arua ſubuertit. Iſid. de ſum. bo. Abſtinentia & viuificat & occidit, viuificat animam, & corpus necat.

Simile.

Idem. Ieiunia cũ operib. bonis Deo acceptabilia ſunt, qui à cibis abſtinent, & praua agunt, dęmones imitantur, quibus eſca nõ eſt, & nequitia ſemper abeſt. Idem. Spernitur a Deo ieiunium, quod in veſperum repletione ciborum reficitur, neq;.n. reputanda eſt abſtinentia, vbi fuerit ventris ſaturitas ſubſecuta. Bernar. in epiſtol. Obſeruandus eſt ſumendi modus & tempus, cibi quantitas & qualitas; fugienda quoq; ſunt ſuperflua, & adulterina condimenta. Obſeruandus eſt modus vt non effundat qui comedit, animam ſuam ſuper omne cibum. Tempus, ne ante horam. Qualitas, qualibus vtitur, communitas fraternitatis, excepta cauſa manifeſtæ infirmitatis. Idem in ſer. Si gula ſola peccauit, ſola quo-

Omnia in nobis ieiunij legibus ſubiicienda ſunt.

que ieiunet, & ſufficit, ſi vero peccauerunt & cętera mẽbra, quare non ieiunent & ipſa? ieiunet ergo oculus qui deprædatus eſt animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiam anima ipſa, ſupple à propria voluntate. Idem. Ieiunium non ſolum eſt abolitio peccatorum, ſed extirpatio vitiorum, nec ſolum obtinet veniam, ſed meretur & gratiam, nec ſolum delet peccata præterita quæ commiſimus, ſed etiam repellit futura quæ committere poteramus.

*De continentia tactus.* Cap. 37.

GReg. in mora. Nulla ſunt cętera bona, ſi occulti iudicis oculis, caſtitatis teſtimonio non approbã tur. Idem. Nulla eſt caſtitas carnis, quàm non commendat ſuauitas mentis. Idem in paſto. Quos onus licitum coniugij non grauat, nequaquam pondus illicitum terrenæ ſolicitudinis præmat, ſed tantò eos paratiores dies vltima, quantò expeditiores inueniat, ne quo meliora agere vacantes poſſunt, ſed tamen negligunt, eò ſupplicia deteriora mereantur. Idem in regiſt. Cuſtodienda eſt munditia corporis in ſtudijs bonæ actionis. Ambr. de viduitate. Caſtitas ſolitudinem quærit, pudica ſecretum, impudica conuentum. Idem in epiſt. Prima caſtitatis victoria, eſt facultatem cupiditatis vincere, quia lucri ſtudium, tentatio pudoris eſt. Aug. de virgin. Sicut nemo impudice vtitur corpore, niſi ſpiritu prius concepta nequitia, ita nemo pudicitiam ſeruat in corpore, niſi ſpiritui prius inſita caſtitate. Idem de Eccle. doc. Melior eſt continentia nuptis, ſed non ſibi ſola ſufficit ad beatitudinem, niſi pro ſolo amore pudicitiæ retineatur, ſed etiam ſi cum affectu cauſa vacandi Domino eligitur, alioquin diuortium magis cõiugium videbitur, eſſe quam appetitus caſtitatis. Idem de ſol. Quantum vxorem velis pingere, atq; cumulare bonis omnibus, nihil mihi tam fugiendum quam cõcubitum eſſe decreui. Nihil. n. ſentio, quod magis ex arce virtutis deijciat animum virilem, quã blandimenta fęminea corporũq; ille contactus, ſine quo vxor haberi non poteſt. Idem de ciuit. Dei. Ita nõ admittitur corporis ſanctitas manente animi ſanctitate, etiam corpore oppreſſo, ſicut amittitur & corporis ſanctitas, violata animi ſanctitate, etiam corpore intacto. Idem in epiſt. Quicquid incarne nec commiſit nec permiſit libido patientis, ſolius erit culpa facientis, omniſq; illa violẽtia non pro corruptionis turpitudine, ſed pro paſſionis vulnere reputabitur. Idem. Pudicitiam, ſupra de conſenſu. Ioa. Chryſt. ſuper Matth. Omnes virtutes ſpirituales, res ſunt angelicæ, præcipuè tamen caſtitas res eſt angelica, per hanc. n. ſolum ſingulariter homines angelis ſimilãtur, & vincitur natura virtutibus. Idem. Illa eſt glorioſa continentia, nõ quam tranſgredi non poteſt neceſſitas vel debilitas corporis, ſed quam complectitur voluntas ſancti propoſiti. Hierony. in epiſt. Grandis virtutis eſt & ſolicitæ diligẽtiæ, ſapere ꝙ nata ſis in carne, non tamen carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, & incluſum hoſtẽ Argi (vt fabulæ ferunt) centum oculis obſeruare. Idem. Magnus eſt pudicitiæ labor, ſed maius eſt præmium, temporalis cuſtodia, ſed remuneratio æterna. Iſid. de ſum. bo. Amanda eſt pulchritudo caſtitatis, cuius deguſtata delectatio, dulcior inuenitur quam carnis. Caſtitas enim fructus eſt ſuauitatis, pulchritudo inuiolata ſanctorum, caſtitas ſecuritas mentis, ſanitas corporis. Idem. Nequaquam in ſenectute. Infra li. 4. de certamine. Idem in Ethy. Continens non ſolum in caſtitate dicitur, ſed & in cibo, & in potu, in ira quoq; & vexatione mentis, & detrahendi libidine, nam continens dicitur ꝙ ſe à multis abſtineat. Cypria. de 12. abuſi. Pudicitia nobilium ornamentum eſt, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debiliũ, proſperitas laborantium, ſolamen męſtorum, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, defenſio criminum, multiplicatio meritorum, Dei creatoris omnium amica. Ber. in epiſt. Quid caſtitate decorius? quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, angelum denique de homine facit. Differunt quidem inter ſe, homo pudicus & angelus, ſed fœlicitate non virtute, nam etſi caſtitas illius fœlicior, huius tamen cognoſcitur eſſe fortior. Idem. ſola eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis, & loco & tempore, ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat. Idem in ſerm. Continendũ eſt in veritate, quidam. n. continent ex neceſſitate, non habentes aut loci aut temporis aut inſtrumentorum oportunitatem, quidam ex vanitate, propter fauorem videlicet hominum, vel aliquod temporale commodum: quidam ex veritate, ſoli Deo placere cupientes.

Caſtitas pcipuè in anima.

Caſtitas res eſt angelica.

Pudicitiæ laudes.

Continentium multiplex animus.

*De continentia viſus.* Cap. 38.

GRego. in mora. Ne quædam lubrica in cogitatione verſemus, prouidendum nobis eſt, ꝙ intueri non debet, quod non licet concupiſci. Idem: Sancti viri cum ſiniſtra pulſari delectatione ſe ſentiunt ipſa per quæ formæ ſpecies ad mentem ingrediuntur, diſciplinæ magiſterio lumina reſtringunt, ne prauæ cogitationi viſio lenocinata famuletur. Aug. in regula. Oculi veſtri & ſi iactantur in aliquam fœminam, in nulla figantur, neq; enim quando proceditis fœminas videre prohibemini, ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle, criminoſum eſt. Idem de conf. Reſiſto ſeductionibus oculorum meorum, ne implicentur pedes affectus mei, quibus ingredior viam tuam Deus meus, & erigo ad te inuiſibiles oculos meos, vt tu euellas de laqueo pedes meos. Idem de pœnitentia. Cohibeat ſe à ludis, à ſpectaculis ſæculi, qui perfectam vult conſequi gratiam remiſſionis. Nam, Dina ſi ſe cohibuiſſet, ſi inter ſuos remanſiſſet, ab extraneo raptore corrupta non fuiſſet. Iſido. in ſyno. Tolle occaſionem peccandi, aufer materiam delinquendi, ſi vis eſſe a fornicatione tutus, eſto corpore, & viſione diſcretus. Idem. Peccati pudore oculos tuos attolere erubeſce, incede abiecto vultu, humiliato ore, depoſita facie. Ambr. de offi. Eſt in oculis verecundia, vt nec videre viros fœmina pudica, nec videri velit. Idem ſuper Luc. Quod non videris, non amabis, ſed vbi caro concupierit, compatientis quoque animi conſtantia defatiſcit, & mens conſortio amoris flectitur. Bern. in epiſtola. Vt teipſum ſemper aſpicias, ab omnibus oculos auerte. Idem de 12. gra. Vt quid audes oculos leuare ad cœlum, qui peccaſti in cœlum? Terram intuere, vt cognoſcas teipſum, ipſa te ibi repræſentabit, quia terra es, & in terram ibis. Duabus tamen cauſis inculpabiliter oculos leuas, vt petas auxilium a Deo, vel impedas proximo. Senec. in epiſt. Qui deponere vult deſideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauerit, & oculos, & aures ab his quæ relinquit auertat.

Viſus maximè cohibendus.

Dina.

*De continentia auditus.* Cap. 39.

GReg. in mora. Neceſſe eſt, vt nec ad aures vanitas veniat, qđ mens à cogitationis aditu vigilans repellat. Aug. de 10. cordis, Cur ambulamus delectati vanis canticis, nulli rei profuturis, ad tempus dulcibus, in poſterum amaris? Talibus. n. turpitudinibus cantionum animi humani illecti eneruantur, & decidunt à virtute defluentes in turpitudinem, & propter ipſas turpitudines poſtea ſentiunt dolores, & cum amaritudine digerunt, quod cum temporali delectatione, & dulcedine biberunt. Hieron. in prolog. Ioſue. Nos ad patriam feſtinantes, mortiferos ſirenarum cantus, ſurda debemus aure tranſire. Idem in epiſtola. Semper linguam tuam de bonis loqui aſſueſce, & auditum tuum ad bonorum magis laudem, quam ad malorum vituperationem commoda. Idem. Non licet tibi alterius vituperationem patienter audire, quia nec ab alijs optas recipi tuam. Iſid. in ſyn. Nulla aures tuas ſermonum impudicitia ſubrepat. Vanus ſermo citò polluit mentem, & facile agitur, quòd libenter auditur. Bern. Verbum ſcurrile. Infra lib. 3. de ſtultiloquio.

A vanis cãtilenis abſtinẽdum.

De

*De clementia.* *Cap.* 40.

GReg.in mora.Minor eſt victus certaminis, foris quempiam videre mala quæ ſuperet, & intus qđ toleret non habere. Perfectæ autem manſuetudinis, & clementiæ laus eſt, aduerſa perpeti, & exterius fortiter, & interius clementer. Aug. in ſer. domini in monte. Mitis eſt qui cedit improbitatibus, & non reſiſtit in malo, ſed vincit in bono malum. Idem in epiſtola. Malis parce vir mitis & bonè, & quanto melior es, tantò mitior eſto, & quanto ſis celſior poteſtate, tantò humilior ſias pietate. Io. Chryſ. ſuper Matth. Manſuetus neque irritat malũ, neq; irritatur à malo, neq; aduerſus eũ præualet cauſa peccati, neq; aduerſus alterum aliquando ex illo naſcitur cauſa peccandi: ſed magis contentus eſt iniuriam pati, quam facere. Idem. Ille eſt verè manſuetus, qui cum nocitus fuerit ab alio, nec cogitat facere malum, nec facit. Idem ſuper Ioan. Si cogitauerimus quoniam non ei qui contriſtauit, ſed nobiſipſis largimur, citò dimittemus venenum iræ, & vindictæ. Ambr. in epiſt. Non habet vltionis ſtudiũ perfecta virtus, nec vlla eſt iracundia, vbi plenitudo eſt charitatis. Iſidor. in ſyno. Aufer à corde fraternam offenſionem, alienæ nequitiæ non ſerues dolorem. Idem. Supplici oranti veniam deprecare, petenti quoque tibi veniam, libenter indulge. Beda in glo. Lu. 9. Non ſemper in eos qui peccant eſt vindicandum, quia nunquam amplius prodeſt clementia tibi ad patientiam, lapſo ad correctionem: Seneca in epiſtola. Verecundiam peccandi facit ipſa clementia regentis. Idem. Magnanimi proprium eſt, placidum eſſe tranquillumque, & iniurias atq; offenſiones ſpernere. Idem. Clementem vocabo non in alieno dolore facilem, ſed eum qui cum ſuis ſtimulis exagitetur, non proſilit, qui intelligit magni animi eſſe iniurias in ſumma potentia pati, nec quicquam eſſe glorioſius principe impune læſo. Idem. Nullum clementia ex omnibus magis quam principem decet, peſtifera vis eſt, valere ad nocendum.

*De modeſtia.* *Cap.* 41.

GRego. in regi. Sic ea quæ ſunt iuſtitiæ foris exequor, vt ea quæ intus amoris & dilectionis ſunt minimè poſtponam. Idem. Omnia age blandè, & dulciter, vt & actio tua diſcreta ſit, & lingua mitis. Idem. Cum curam rerum nobis neceſſitas imponit, quidam dum eas rapiunt, ſolummodo tolerãdi ſunt, quidam verò ſeruata charitate prohibendi ſunt, non tamen ſola cura debet eſſe, ne noſtra ſubtrahant, ſed ne rapientes non ſua, ſemetipſos perdant. Ambr. deoffi. Ne curſim ambulare honeſtum arbitror, niſi cum cauſa exigit alicuius periculi vel iuſta neceſſitas. Idem. Magna virtus modeſtia, quę cum ſit etiam ſui iuris remiſſior, nihil ſibi vſurpans, nihil ſibi vendicans, & quod modo intra ſuas vires contractior, diues eſt apud Deum. Idem. In modeſtia maximè tranquillitas animi, ſtudium manſuetudinis, moderationis gratia, honeſtatis cura, decoris conſideratio ſpectatur, & quæritur. Aug. in regula. In inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquã offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. Idem de vita beata. Modeſtia dicta eſt a modo, ſicut à temperie temperantia, vbi autem modus eſt atq; temperies, nec plus eſt quicquam, nec minus. Idem. Illud præclarum eſt, & non immeritò diffamatur, ne quid nimis, nec quid amplius, & hoc apprimè vtile eſt in vita. Iſid. in ſyn. Profeſſionem tuam & habitu & inceſſu demonſtra, ſit in greſſu tuo ſimplicitas, in motu puritas, in geſtu grauitas, in inceſſu honeſtas. Ber. ſuper Cant. Honeſtum in quo animæ decorem locandum cenſuimus diffiniatur, mentis ingenuitas, ſolicita ſeruare cum conſcientia bona famæ integritatem, vel iuxta Apoſtolum, prouidere bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. 2. Cor. 8. Sen. in epiſt. Vita non eſt imperfecta, ſi eſt honeſta. Idẽ. Nihil honeſtum eſt, quod ab inuito coactoq; fit. Omne honeſtum, voluntarium eſt. Admiſce illi pigritiam, querelam, tergiuerſationem, metum, quod habet in ſe optimum perdit totum. Idem. Omne honeſtum, iniuſſum, incoactumq; eſt ſincerum, & nullo modo mixtum.

Modeſtię proprietates.

*De iuſtitia.* *Cap.* 42.

GReg. ſuper Ezech. Quilibet peccator conuerſus in fletibus, iam iuſtus eſſe inchoat, cum cœperit accuſare quod fecit. Cur enim iuſtus non ſit, qui contra ſuam iniuſtitiam iam per lachrymas ſęuit. Idem In regiſtro. Turpè eſt defendere, quod mihi prius non cõnſtiterit iuſtum eſſe, quia ego homines propter iuſtitiam diligo, non autem iuſtitiam propter homines poſt pono. Idẽ. Iuſtum eſt, vt viſitatores illic cõſequantur ſtipendium, quò pro Chriſto ſuum commodare reperiuntur obſequium. Idem in hom. Vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa verò dedignationem, quamuis et iuſti ſoleant recte peccatorib. indignari. Sed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ. Augu. de mirabili. ſac. ſcrip. Perfecta iuſtitia hæc eſt, ſacerdotium, virginitas, & martyrium, quæ triplex iuſtitia in Abel primo fuit, qui & munera Deo placita obtulit, proſapiam ſui generis in ſæculo non reliquit, & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit. Idem. Quantum mihi videtur, Supra lib. 1. de perfectis. Idem de vera religione. Hæc eſt perfecta iuſtitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus. Idem de ci. Dei. Hec in vnoquoq; iuſtitia eſt, vt Deus obediẽti homini, animus corpori, ratio vitijs etiam repugnantibus imperet, vel ſubigendo vel reſiſtendo, atq; vt ab ipſo Deo petatur, & meriti gratia & venia delictorũ, ac de exceptis donis gratiarum actio perſoluatur. Amb. de virgi. Iuſtitia in alto quodam receſſu locata, videt exploratq; omnia, quæ alijs potius nota quam ſibi, non tam ſuas vtilitates, quàm publica emolumenta rimatur. Ber. de cõſid. Iuſtitia nec factura eſt vtiq; alteri quod ſibi fieri nolit, nec quod ſibi fieri velit, alteri negatura: in his nempe duob. liquet integrum eſſe iuſtitię ſtatum. Idem in epiſ. Nunquàm iuſtus arbitratur ſe compræhendiſſe, nec vnquã dicit ſatis eſt, ſed ſemper eſurit ſititq; iuſtitiam: ita vt ſi ſemper viueret, ſemper quantum in ſe eſt, iuſtior eſſe contenderet, ſemperq; de bono in melius proficere, totis virib. ſuis conaretur. Idem in contempla. Panis animæ iuſtitia eſt, & ſoli beati qui eſuriunt illum, quoniam illi ſaturabuntur. Nimirum ad imaginem Dei facta eſt anima rationalis, & cæteris quidem omnib. rebus occupari poteſt, repleri omnino non poteſt. Idem in ſer. iuſtitia virtus eſt, quod ſuum eſt vnicuiq; tribuens. Tribue ergo tribus quæ ſua ſunt; redde ſuperiori, redde inferiori, redde æquali cuiq; quod debes. Idem. Habemus. n. ante nos priores, poſt nos iuniores, à dextris amicos, à ſiniſtris inimicos. Reddamus ergo ſingulis quod ſuum eſt, prioribus obedientiam, iunioribus doctrinam, amicis letitiam, inimicis patientiam. Glo. Matth. 5. Iuſtitia eſt ſua vnicuiq; reddere ſibi & proximis, & Deo. Tullius in rheto. Iuſtitia eſt habitus animi cõmuni vtilitate conſeruata, ſuam vnicuique tribuens dignitatem.

Defendi non debet quod iuſtum eſſe non cõſtat

Iuſta ſubiectio.

Iuſtitia ſe per eſu it.

*De obedientia bona.* *Cap.* 42.

GReg. in mora. Sola obedientia eſt, quæ fidei meritum poſſidet, ſine qua infidelis quiſque conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur. Idem. Per obedientiam voluntas propria mactatur, tanto igatur

Obedientia, eſt ſacrificium propriæ volũtatis.

tur quiſq; Deum citius placat, quantò ante eius conſpectum (repreſſa arbitrij ſui ſuperbia) gladio præcepti ſe immolat. Idem. Nunquam per obedientiam malum fieri debet, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur intermitti, neq; enim mala in paradiſo arbor extitit, quam Deus homini ne contingeret interdixit, ſed vt in melius per inobedientiæ meritum homo bene conditus creſceret, dignum fuerat, vt & hunc etiam a bono aliquo prohiberet: quatenus tantò verius hoc quod ageret, bonum eſſe cognoſceret: quanto à bono ceſſans, auctori ſuo ſe ſubditum humilius exhiberet. Idem. Notandum quod dicitur, ex omni ligno paradiſi edite, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comederitis, qui enim ab vno bono ſubiectos vetat, neceſſe eſt multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, ſi a bonis omnibus omnino repulſa ieiunat. Idem. Obedientia ſola virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertasque cuſtodit. Idem. Si obedientiæ palmam appræhendere nitimur proſperis huius ſæculi ex ſola iuſſione, aduerſis autem ex deuotione militemus. Idē. Debet obedientia & in aduerſis aliquid ex ſuo habere, & in proſperis aliquid ex ſuo omnino non habere, quatenus & in aduerſis tantò ſit glorioſior, quantò diuinæ ordinationi etiam ex deſiderio ſui iungitur, & in proſperis tantò ſit verior, quantò a præſenti ipſa quam diuinitus percepit gloria, funditus mente ſeparatur. Idem. Obedientia non ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda eſt, non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. Idem in regi. Penſate quantum cunctis expedit, ei quem nobis gratia diuina prætulit, integerrimam ſemper in omnibus obedientiam præbere. Idem. Vide vt omnia abſque imminutione cuſtodias, quia de his quæ pro ſeruanda iuſtitia ſcribo, ego abſoluor, & tu ſi negligis, obligaris. Idem. In obedientia valde eſt vtile, ſi id quod diſciplinæ vigor imponit, nullo cogente humilitas laudando ſeruauerit. Idem ſuper Ezech. Ille rectè loquitur, qui prius obediendo fecerit, quæ loquendo admonet eſſe facienda. Idem. Mandata Dei per iuſſionem facere, ſeruientis & obedientis eſt, diligendo autem facere, obedientis & amantis eſt. Augu. de ciu. Dei. Pax hominis & Dei, eſt ordinata in fide ſub æterna lege obedientia. Idem. Obedientia in creatura rationali mater quodammodo eſt omnium, cuſtosque virtutum. Idem de opere monachorum. Citius exauditur vna obedientis oratio, quam decem millia contemptorum. Iſid. de ſum. bo. Non erit caro ſubiecta animæ, nec vitia rationi, ſi animus non eſt ſubiectus conditori: tunc autem rectè ſubijciuntur nobis omnia quæ ſub nobis ſunt, ſi nos ſubijcimur ei, a quo nobis illa ſubiecta ſunt. Hieron. in epiſt. Bonum eſt obedire maioribus, parere perfectis, & poſt regulas ſcripturarum, vitæ ſuæ tramitem ab alijs diſcere, nec præceptore vti peſſimo, ſcilicet præſumptione ſua. Idem. Seruias fratribus, hoſpitum pedes laues, paſſus iniuriam taceas, præpoſitum monaſterij timeas, vt dominum diligas vt parentem, credas tibi ſalutare quicquid ille præceperit, nec de maioris ſententia iudices, cuius officium eſt obedire, & implere quæ iuſta ſunt. Amb. ſuper Lu. Diſce homo Deo eſſe ſubiectus, vt non quod ipſe vis eligas, ſed quod Deo ſcis eſſe placiturum. Cypria. de 12. abuſionib. Obedientia, quæ omnium diſciplinarum mater eſt, magna exercitatione indiget, quæ ſui normam ſtudij a Chriſto Domino ſumpſit, qui obediens patri vſq; ad mortem crucis, ignominiam libenter ſuſtinuit. Bern. de præ. & diſpen. Quicquid vice Dei præcipit homo (quod non ſcis tamen certum diſplicere Deo) haud ſecus omnino accipiendum eſt, quam ſi precipiat Deus. Idem. Generalis hæc regula teneatur, vt in difficilioribus quidem agendis, obedientia gratior, quàm grauior præuaricatio iudicetur, & in facilioribus minuſque oneroſis, contemptus damnabilior, quam actus laudabilior æſtimetur. Idem. Nil me. ſupra lib. 1. de plantis bonis. Idem in epiſt. Hoc aduertendum, quod quędam ſunt pura bona, quædam pura mala, & in his nullam deberi hominib. obedientiam, quoniam nec illa omittẽda ſunt, etiam cum prohibentur, nec illa cum iubentur omittenda. Porrò inter hæc ſunt media quædam, quæ pro modo, loco, & tempore, vel perſona, & mala poſſunt eſſe, & bona, & in his lex poſita eſt obedientiæ, tanquam in ligno ſcientiæ boni, & mali, quod erat in medio paradiſi. In his profectò fas non eſt, noſtrum ſenſum ſententiæ præſcribere magiſtrorum: in his omnino prælatorum nec iuſſio, nec prohibitio contemnenda. Idem. O monachum obedientiſſimum, qui ex quibuslibet ſeniorum verbulis ne vnumquidem iota præteruolat, non attendit quale ſit quod præcipitur, cõtentus quia præcipitur, & hæc eſt obedientia ſine mora. Idem de contem. mundi. Age eia age, qui relinquere omnia diſponis, te quoq; primum inter relinquenda numerare memento, immo verò maximè, & principaliter abnega teipſum, ſi deliberas ſequi eũ, qui exinaniuit propter teſemetipſum. Idem in ſer. Obedientia quinq; partita eſt. Prima, opus rectum quia nõ eſt obedientia contra Deum. Secunda, voluntarium, quia quod fit ex neceſſitate, non eſt bonũ. Tertia, purum, vt intẽtio pura ſit, quia ſi oculus ſimplex eſt, totum corpus lucidum eſt. Quarta, diſcretum, ne quod nimis, aut minus, qui. n. rectè offert, ſi non rectè diuidat, peccat. Quinta, firmum. i. perſeuerans, quæ omnia claudit, et continet. Nullum enim bonum ſine perſeuerantia coronatur. Vt autem perſeuerãtiam habeat murus obedientiæ, inhærere ſibi debent propugnacula patientiæ. Idem. Redde reuerentiam & obedientiam prælato, quarum altera cordis, altera corporis eſt, nec enim ſufficit exterius obtemperare maioribus noſtris, niſi ex intimo cordis affectu ſublimiter ſentiamus de eis. Benedictus in regula. Obedientia tunc acceptabilis erit Deo & dulcis hominibus, ſi quod iubetur non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, aut cum reſponſo nolentis efficiatur, quia obedientia quę maioribus præbetur, Deo exhibetur. Idem. Obedientię bonum non ſolũ Abbati exhibendum eſt ab omnibus, ſed etiam ſibi inuicẽ obediant fratres, ſcientes per hanc obedientiæ viam ſe ituros ad Deum. Glo. interl Gen. 17. Obedientia eſt cõplenda ſine mora, & obſeruanda.

Nota.

Non eſt creatura rationalis ſine obedientia vnquam.

Obedientię ſtudia.

Regula obedientiæ.

Diſcrimẽ eorũ quæ imperatur vt fiant.

Perfecta obediẽtia.

Quintuplex eſt obediẽtia.

Benedictus in regula.

*De obedientia inaccepta. Cap. 44.*

Grego. in regiſ. Apud nolentis animum, quamuis ſit euidens ratio non parendi, tamen hoc ipſum quod non vult, obſtaculum obediẽtiæ eſſe ſolet. Idẽ in mor. Ille primus inobediens, mox vt ſuperbiendo necauit, pudenda contexit, quia enim contumeliam ſpiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit. Idẽ. Tum huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi virtutem euacuat, ſi ad hæc etiam ex proprio deſiderio anhelat. Idem. Ad detrimentum obedientia ducitur, cum mentem ad ſuſcipienda probra huius ſæculi, nequaquam ex parte aliqua etiam ſua vota comitantur. Idem. Dignum profectò eſt, vt a Dei beneficijs ſit extraneus, cuius nimirum iuſſionibus non vult eſſe ſubiectus. Io. Chryſ. ſuper 10a. Quantò leuiora ſunt præcepta, tantò maius ſupplicium his qui non obediunt. Augu. de confeſ. Nemo inuitus bene facit, etiam ſi bonum eſt quod facit. Bern. in epiſt. Facere malum, quolibet etiam iubente, conſtat non eſſe obedientiam, ſed potius inobedientiam. Idem. Extorta ſeu coacta licentia, licentia non eſt, ſed violentia. Idem. Non vos fœlices. Supra de prælatis bonis. Idẽ ſuper

Prima inobediẽtia, mox ſupplicium reportauit.

per

per Cant. non dabit inobedienti copiam ſui, tantus obedientiæ amator, vt mori, quã non obedire maluerit, ſed neque approbat tuæ contemplationis inane ocium, qui dicit per prophetam. Laboraui ſuſtinens, Idem. Si in die ieiunij, lib. 4. de voluntate. Idem, A mandatis tuis intellexi. Infra lib. 4. de guſtu. Idem de præcept. & diſ. imperfecti cordis & infirmæ prorſus voluntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſius diſcutere, hæſitare ad ſingula quæ iniunguntur, exigere de quibusque rationem, & malè ſuſpicari de omni præcepto, cuius cauſa latuerit, nec vnquam libēter obedire, niſi cum audire contigerit, quod fortè libuerit, aut cum non aliter licere ſeu expedire monſtrauerit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Si iubente ſeniore vt ſileam, verbum mihi fortè per obliuionem elabitur, reum me fateor inobedientiæ, ſed venialiter. Si ex contēptu ſciens, & deliberans ſpontè in verba prorupero, & rupero ſilentij legem, præuaricatorem me conſtituo, & criminaliter, et ſi impœnitēs perſeuero vſq; ad mortem, peccaui etiam damnabiliter. Idem in ſer. Sic profectò, ſic multorum vſque hodie puſillanimitas & peruerſitas exigit, vt ab eis quæri oporteat, quid vis vt faciã tibi? non ipſi quærunt domine quid me vis facere? Conſiderare nempe neceſſe habet miniſter & vicarius Chriſti, quid ſibi præcipi velint, non ipſi conſiderant quæ ſit voluntas præceptoris. Idem. Qui vel apertè vel occultè ſatagit, vt quod vult ipſe, hoc ei prælatus iniungat, ipſe ſe ſeducit, & fruſtra ſibi blanditur de obedientia, non. n. in ea re ipſe prælato, ſed magis ei prælatus obedit. Sene. in epiſt. Qui imperia libens excipit, partem acerbiſſimã ſeruitutis effugit, ſ. facere ꝙ nolit. Nō qui iuſſus aliquid facit miſer eſt, ſed qui inuitus facit. Multa infra lib. 3. de ſtultiloquio in murmure.

*Peruerſitas inobedientium.*

*De Oratione accepta. Cap. 45.*

GReg. in dial. Obtineri per orationem nequaquam poſſunt, quę prędeſtinata non fuerunt, ſed ea quę ſancti viri orando efficiunt, ita prędeſtinata ſunt, vt præcibus obtineantur. Idem in regiſ. Dominico die à labore terreno ceſſandum eſt, atq; omni modo orationibus inſiſtendum, vt ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem ſeptimum, qui eſt reſurrectionis Dominicæ, precibus expietur. Idem in mora. Veraciter orare, eſt amaros in compunctione gemitus, non compoſita verba, reſonare. Idem. Differre ſolet. Infra lib. 4. de deſiderio. Idem. Virtus verè orationis eſt celſitudo charitatis, & tunc quiſq; quod rectè petit, adipiſcitur, cum eis animus in petitione, nec inimici odio fuſcatur. Augu. in epiſ. Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruens perſeuerat intentio. Nam multum loqui in orando, eſt rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis. Multum autem precari, eſt ad Deum quem precamur, diuturna & pia cordis excitatione pulſare. Nam plerumq; hoc negotium plus gemitibus quàm ſermonibus agitur, plus fletu quã affatu. Talis enim oratio ponit lachrymas in conſpectu Dei, & gemitus noſter non eſt abſconditus ab eo. Idem. Qui omnia per verbum condidit, in orationib. etiam humana verba non quærit. Idem. Qui didicerunt à Domino Ieſu Chriſto mites eſſe & humiles, corde plus cogitando & orando proficiunt, quàm legendo & audiendo. Idem in ſermone. Dicimus: panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, ò ſapientia vera, & diuina prouidentia, quæ docuit, & panem ſolum petere, & hodie nominare: hoc enim dicto, & auiditas cum auaritia tollitur, & humanæ vitæ inſinuatur incertum. Idem. Quid eſt oratio, niſi aſcenſio animæ de terreſtribus ad cœleſtia, inquiſitio ſupernorum inuiſibilium deſiderium? Idem in medita. Obſecro Domine, amaricatum eſt cor meum ſua deſolationē, indulcora illud tua conſolatione. Obſecro Domine, quoniã eſuriens incepi quærere te, non deſinam, ieiunus ad te famelicus acceſſi, ne recedam impaſtus: pauper veni ad diuitem, miſer ad miſericordem, ne redeam vacuus, & cōtemptus & ſi antequam comedã ſuſpiro, da vel poſt ſuſpiria quod comedam. Idem de ciui. Dei. quanto eſt quiſque ſanctior et deſiderij ſancti plenior, tãto eſt eius in orando fletus vberior. Idem de Eccl. dogma. Nullum credimus ad ſalutem niſi Deo inuitante venire, nullum inuitatum ſalutem ſuam niſi Deo auxiliante operari, nullum niſi orantem auxilium promereri. Ioan. Chryſ. ſuper Matth. Sicut thimiamata benè confecta delectãt hominem odorantem, ſic oratio iuſta ſuauius eſt ante Deum. Vis autem ſcire dignitatem eius: Mox vt de ore proceſſerit, ſuſcipiunt eam angeli manib. ſuis, & offerũt ante Deum. Amb. ſuper beati immaculati. Pernoctabat in oratione Dominus Ieſus, non indigens præcationis auxilio, ſed ſtatuens tibi imitationis exemplum. Idem. Media nocte ait propheta, ſurgebam ad confitēdum tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuę, & tu ſurge vel media nocte, ſi nō potes tota nocte vigilare. Iſid. in ſyn. Pernocta in oratione & præce, incumbe nocturnis vigilijs, ad modicum clauſis oculis, rurſum ora. Idē. Omnibus malis præualet oratio. Idem de ſum. bo. Fidei Symbolum, & Dominica oratio pro tota lege paruulis Eccleſiæ ad cœlorum regna ſufficit capeſcenda, omnis enim latitudo ſcripturarum in eadem oratione Dominica, & ſymboli breuitate concluditur. Idem. Frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. Idem. Oratio cordis eſt, non labiorum, neq; enim verba deprecantis Deus intendit, ſed orantis cor aſpicit, ꝙ ſi tacitè cor orat & vox ſileat, quàmuis homines lateat, Deum latere non poteſt, qui præſens eſt. Idem. Nunquàm orandum eſt ſine gemitu. Idem. Qui vult cum Deo ſemper eſſe, frequenter debeat orare, frequenter & legere. Nam cum oramus, ipſi cum Deo loquimur, cum verò legimus, Deus nobiſcum loquitur. Idem. Oratio priuatis locis oportunius funditur, magiſq; obtentum impetrat, dum Deo tantum teſte depromitur. Ioan. Damaſ. in lib. ſuo. Oratio eſt aſcenſus intellectus ad Deum, vel petitio decentium a Deo. Bern. in epiſto. Oratio eſt hominis Deo adhærentis affectio, & familiaris quædam & pia allocutio, & ſtatio illuminatæ mentis ad fruendum Deo quandiu licet. Idem. Dum manibus pectora, genibus pauimenta tunduntur, votis & deuotis precibus altaria cumulantur, dum ſordent genæ lachrymis, gemitib. atq; ſuſpirijs mugiunt colla, & pro forenſibus cauſis, canticis ſpiritualibus ſacra tecta reſultant, nil ſupernis ciuibus magis ſpectare libet, nil regi ſummo iucundius exhibetur. Idem. Et ſi vocis virtus ſit opus, & operi tamen & voci, & gratiã & efficaciam promeretur oratio. Idem ſuper Cantica. Credimus angelos ſanctos aſtare orantibus, & offerre Deo & preces & vota hominum vbi tamē ſine ira & diſceptatione leuari puras manus proſpexerint. Idem. Orando bibitur vinum ſpirituale lætificans cor hominis, vinum. ſ. Spiritusſancti quod inebriat mētem, & carnalium voluptatum infundit obliuionem, humectans interiora arentis conſcientiæ, eſcas bonorum actuum digerit & deducit per quædam animæ membra, fidem roborans, ſpem confortans, vegetans ordinanſq; charitatem, & impinguans mores. Idem. Vnicum in dubijs remedium ſeu refugium oratio eſt, & frequens gemitus ad Deum, & vt quid, quando, & qualiter, facere nos velit Deus, aſſiduè nobis mōſtrare dignetur. Idem in ſer. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei; quanta ergo cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate debet accedere, a palude ſua procedens ranuncula? Idem. in omnibus actionibus noſtris, & obſeruantijs

*Quæ oratio impetrat, prædeſtinata fuerunt.*

*Oratione maxime ꝓficimus.*

*Pia Auguſtini orō.*

*Nota.*

*Ad imitatione Chriſti oradū.*

*Fidei ſymbolum, & oratio Dominica.*

*Orare, & legere.*

*Effectus orationis*

*Humilitas in oratione ſeruanda.*

ſeruantijs,multa opus eſt animi vigilantia, ſed præcipuè in oratione.Idem. Licet omni hora, & omni loco, oculi Domini ſuper nos ſpeculentur, maximè tamen in oratione,licet.n.ſemper videamur,ſed tunc etiam præſentamus nos,& oſtẽdimus quaſi facie ad faciem, cum Domino colloquentes. Glo. ſuper illud Matth.26. Et orauit tertiò eũdem ſermonẽ,&c. Tribus vicibus Chriſtus orauit,vt & nos à peccatis præteritis veniam, & à præſentibus malis tutelam, & futuris periculis cautelam à Domino oremus.Sene.in epiſt.Sic viue cum hominibus tanquam Deus videat, ſic loquere cum Deo tanquam homines audiant.Idẽ.Audaciter roga Deum, nihil illum de alieno rogaturus es, roga bonam mentem,bonam valetudinem animi, deinde tunc corporis. Multa infra li.4.de deſiderio,de laudatione.

Oratio Chriſti æterna.

*De Oratione inaccepta.* *Cap.* 46.

GRegor.in moral. Graui mens noſtra confuſione,orationis ſuæ tempore deprimitur,ſi hãc aut ſua operatio adhuc inquinat, aut alienæ malitiæ ſeruatus dolor accuſat. Idem in regiſtro. Vt ad aures Dei viam precib.faciatis, vigilantius ſtudendum eſt, vt veſtræ voces actib. adiuuentur. Nam inanis fit oratio, vbi praua eſt actio.Aug.in ſerm. Qua fronte poſtulas quod promiſit Deus,cum non facis quod iuſſit Deus? prius audi monitiones,& ſic exige promiſſiones.Idem. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitorib. noſtris.Nec pro eis eſt efficax oratio,quorũ fides ſine operibus mortua eſt,ſed pro eis quorum fides per dilectionem operatur. Iſid.de ſum. bon. Longè à Deo eſt animus, qui in oratione cogitationibus ſæculi fuerit occupatus.Idem.Mens qualem ſe in oratione offert,talem poſt orationem conſeruet.Nam nihil proficit oratio,ſi denuo culpa committatur,vnde iam venia poſtuletur.Hieronymus in epiſtola: Neſcio qua conſcientia ea lingua quis Deum rogat, qua aut mentitur, aut maledicit,aut detrahit; labia ſancta exaudit Deus, & ipſis citò annuit precib.quas linga immaculata pronunciat.Ioan.Chryſoſt.ſuper Matth. Qui orat & peccat,non orat Deum,ſed illudit eum. Idem in ſermone. Tu non audis orationem tuam,& Deum vis audire precem tuam?Flecto(inquis) genua, curuaſti quidem genua intus,ſed mens tua foris vagabatur, corpus tuum intus in Eccleſia,ſed animus tuus foras, os quidem loquebatur,ſed mens vſuras cogitabat.Beda in homi. Eſt oratio quæ peccatum facit, ſed qui bene orat, orando quærit Deum, hic à terrenis ad ſuperiora progrediens verticem curiæ ſublimi oris aſcendit,qui verò de diuitijs,aut honore ſeculi, aut certè de inimici morte ſollicitus obſecrat,ipſe in infimis iacens,viles ad Deum preces mittit.Ber.ſuper Cant.Quærentes aliquid,fruſtrari ſolent,cum aut videlicet nõ in tempore quærunt, aut non ſicut oportet,aut vbi oportet.Idẽ.Oratio peccatoris.Infra lib.3.de diſcordia.Idem.Miror valde impudentiam aliquorum,qui inter nos ſunt, qui cum omnes nos ſua ſingularitate turbauerint, ſua impatientia irritauerint ſua inobedientia coinquinauerint: audent nihilominus ad tam fędum conſcientiæ ſuæ lectulum,cum orationũ inſtantia,totius puritatis Deum inuitare. Sed(ſicut ſcriptum eſt)cum extẽderitis manus veſtras auertã oculos meos, & cum multiplicaueritis orationẽ, non exaudiã. Idem in ſer. Timida oratio, celum non penetrat, quia reſtringit animum timor immoderatus,vt omnino non dico aſcendere, ſed nec procedere quæat. Tepida verò in aſcenſu langueſcit, & deficit,eo ꝙ non habeat vigorem. Temeraria aſcendit quidem ſed reſilit, reſiſtitur.n. ei,nec tantum non obtinet gratiam, ſed meretur offenſam. Quæ verò fidelis & humilis,& feruens oratio fuerit,cęlũ ſine dubio penetrabit,vnde certum eſt,ꝙ vacua redire non poſſit Sen.in epiſt.Tunc ſcito te omnibus cupiditatibus eſſe ſolutum, cum eo perueneris, vt nihil Deum roges,niſi quod rogare palam poſſis. Nunc autem quanta dementia eſt hominum,qui turpiſſima vota dijs inſuſurrãt, ita vt ſi quis aurũ admouerit, ſtatim conticeſcant. & qđ ſcire hominem nolũt Deo narrant.

Oratio actione viget.

Eſa. 1.

Triplex orandi modus ineffi-caciter.

*De Donis.* *Cap.* 47.

GRegor.in mora.Donũ ſpiritus,quod in ſubiecta mente ante alia prudentiam,temperantiam, fortitudinem,& iuſtitiam format, eandem mentem, vt contra ſingula queque tentamenta erudiat,in ſeptem mox virtutibus temperat, vt contra ſtultitiam ſapientiam,contra hebetudinem intellectum, contra præcipitationem conſilium,contra timorem fortitudinem,contra ignorantiam ſcientiam, contra duritiam pietatem, contra ſuperbiam det timorem. Idem. Orandum eſt ne ſapiẽtia eleuet,ne intellectus dum ſubtiliter currit aberret,ne conſilium dum ſe multiplicat confundat,ne fortitudo dum fiduciam præbet præcipitet, ne ſcientia dum nouit & non diligit inflet,ne pietas dum extra rectitudinem inclinat intorqueat,ne timor dum plus iuſto trepidat in deſperationis foueam mergat.Idem ſuper Ezech.Eſt timor in mente, ſed qualis iſte timor eſt, ſi cum eo pietas non eſt? qui enim miſereri proximo ignorat, qui compati eius tribulationi diſſimulat, huius timor ante omnipotentis Dei oculos nullus eſt,quia non ſubleuatur ad pietatem. Sed ſæpe pietas per inordinatam miſericordiam errare ſolet, ſi fortè pepercit quæ parcenda non ſunt, peccata enim, quæ feriri gehennæ ignibus poſſunt,diſciplinæ ſunt verbere corrigenda. Vt ergo vera & ordinata ſit pietas, ad gradum eſt aliũ ſubleuanda,id eſt ad ſcientiam, vt ſciat quid ex iudicio puniat,vel quid ex miſericordia dimittat.Sed quidẽ ſi ſciat quid agere quiſque debeat, virtutem verò agendi non habeat,nihil valet.Scientia ergo noſtra creſcat ad fortitudinem, vt cum viderit quid agendum ſit, hoc agere per mentis fortitudinem poſſit. Sed ſæpe fortitudo ſi improuida fuerit & minus contra vitia circunſpecta,ipſa ſui præſumptione incaſſum ruit. Aſcendat ergo ad conſilium,vt præuidendo præmuniat omne quod agere fortiter poteſt.Sed conſilium eſſe non poteſt,ſi intellectus deeſt,quia qui non intelligit malum quod agentem grauat,quomodo põt bonum dare cõſilium quod adiuuet?Itaq; a conſilio aſcẽdamus ad intellectum. Sed quid ſi intellectus magno quidem acumine viget, & moderari ſe neſcit per maturitatem? Ab intellectu ergo,aſcendatur ad maturitatem. Aſcendamus ergo per intellectum ad ſapientiam,vt hoc quod accuratius intellectus inuenit,ſapientia maturè diſponat.Idem. Per timorem Dei efficimur humiles,per pietatis ſtudium miſericordes,per ſcientiam diſcreti,per mentis fortitudinẽ liberi,per conſilium cauti,per intellectum prouidi, per ſapiẽtiam maturi.Auguſt.ſuper Matth. Spiritusſanctus operatione ſeptenaria commẽdatur,vt ſit in nobis ſpiritus ſapientiæ,& intellectus,conſilij,& fortitudinis, ſciẽtiæ, & pietatis,& timoris Dei. Huic ſeptenario bono, conſtitue ecõtrario ſeptenarium malum.ſ.ſpiritum ſtultitiæ & erroris,ſpiritum temeritatis & ignauię,ſpiritum ignorantiæ & impietatis,& ſpiritum ſuperbiæ contra timorem Domini.Et ita alij ſeptem nequiores. Infra lib. 3.de ſimulatione.

Septem dona ſpiritus. contra ſeptem capitalia.

Dè donorum vſu, & moderatione.

Sæpe pietas errat, dũ miſereri inordinate ſtudet.

Duo ſeptenaria oppoſita.

*De Beatitudine.* *Cap.* 48.

AVguſtinus de morib. Eccleſ. Beatus quantum exiſtimo neque ille dici poteſt, qui non habet quod amat qualecunque ſit, neque qui habet quod amat, ſi noxium ſit, neque qui non amat quod habet etiam ſi optimum ſit,nam & qui appetit & adipiſci non poteſt, cruciatur, & qui adeptus eſt quod ap-

petendum

pe;endum non eſſet, fallitur, & qui non appetit quod adipiſcendum eſſet, ægrotat. Idem de libero arbitrio. Sicut tota vita corporis anima eſt, ſic beata vita animæ Deus eſt. Iſido. de ſum. bo. Quia ſine fide impoſſibile eſt Deo placere, verè beatus eſt qui & rectè credendo benè viuit, & benè viuendo fidem rectam cuſtodit. Idem. Salus perſeuerantibus. Supra de perſeuerantia. Idem in ety. Beatus dicitur quaſi benè auctus, ſ. ab habẽdo quod vellet, & non patiendo, quod nollet. Ille autem verè beatus eſt, qui & habet omnia quæ vult bona, & nihil vult malè, ex his enim duobus beatus homo efficitur. Ambr. ſuper Luc. Beatus pauper qui clamauit, & Dominus exaudiuit eum, pauper a crimine, pauper à vitijs, pauper in quo princeps mundi huius nihil inuenit, pauper illius pauperis emulus, qui cum diues eſſet, propter nos pauper factus eſt. Prima ergo beatitudo eſt, cum depoſuero omne peccatum, & exuero omnem malitiam, & ſimplicitate contentus fuero inops malorum. Supereſt igitur, vt mores meos temperem, quid enim mihi prodeſt carere ſceleribus, niſi fuero mitis atq; manſuetus: nam qui ſequitur viam rectam ſequitur vtiq; illum qui ait. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Et infra. Mitiga affectum tuum vt non iraſcaris, aut certè iratus ne peccaueris, iuxta quod ſcriptũ eſt, iraſcimini & nolite peccare. Præclarum eſt enim motum temperare, nec minoris virtutis dicitur cohibere iracundiam indignationemq; compeſcere, quam omnino non iraſci, cum plerunq; illud lentius hoc fortius æſtimetur. Cum autem hoc feceris, memento quia peccator es, & lugeto peccata tua, & lugeto delicta. Et benè tertia beatitudo eſt peccata deflentis, quia trinitas eſt quæ peccata condonat. Ablue igitur te lachrymis, laua fletibus, ſi tu te ipſe fleueris, alius non te flebit. Nã ſi Saul fleuiſſet peccata ſua. Samuel eum non fleuiſſet. Depoſui peccatum, temperaui mores, delicta defleui, iã nunc eſurire incipio & ſitire iuſtitiam. Æger enim dum in graui morbo eſt, non eſurit, quia ægritudinis dolor excludit famẽ, & mox, qui eſurit vtiq. vitium quærit augmentum. Quod autem eſt maius virtutis incrementum, quam norma iuſtitiæ? iuſtitiam ſequitur miſericordia. Vnde dictum eſt. Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſæculi. Sed qui miſericordiam defert mercedem amittit, niſi mundo corde miſereatur. Nam ſi iactantiam quærit, nullus eſt miſericordiæ fructus. Emunda igitur interiora tuæ mentis. Sed niſi prius tu interiora tua, vacuefeceris ab omni labe peccati, ne diſſenſiones contentionesq; ex affectu tuo prodeant, non potes alijs ferre medicinam. A temetipſo igitur pacem incipe, vt cum fueris ipſe pacificus, pacem alijs feras. Quomodo enim aliorum potes corda mundare, niſi tuum ante mundaueris? Et infra. Qui autem patitur perſecutionem, in vltimo certamine conſtitutus probatur aduerſis, vt cum legitimè certauerit coronetur. Bern. in ſerm. Videmus pauperes aliquos, qui ſi veram habuerint paupertatem, non adeò puſillanimes inuenirentur, vtpotè reges, & reges cœli. Sed hi ſunt qui pauperes eſſe volunt, eo tamen pacto vt nihil eis deſit, & ſic diligunt paupertatem, vt nullam inopiam patiantur. Sunt & alii mites, ſed quandiu nihil dicitur, vel agitur niſi pro eorum arbitrio. Patebit autem quam longè ſint a manſuetudine ſi leuis oriatur occaſio turbationis. Hæc igitur manſuetudo quomodo hæreditabit terram promiſſionis? quæ ante hæreditatem deficit. Alios quoq; lugentes video, ſed ſi de corde puro, & conſcientia non ficta procederent illæ lachrymæ, non tam facilè ſoluerentur in riſum. Nunc autem cum abundantius otioſa, & ſcurrilia verba profluant, quam prius lachrymæ, lachrymas huiuſmodi de his eſſe non arbitror, quibus conſolatio diuina promittitur, quandoquidem poſt illas tam facilè conſolatio vilis admittitur. Alij tam vehementer contra aliorum delicta zelantur, vt videri poſſint eſurire, & ſitire iuſtitiam, quod quidem verum eſſet, ſi eſſet apud eos de ſuis quoq; peccatis idem iudicium. Sed nunc pondus, & pondus, vtrunq; abominatio eſt apud Deum, nam contra alios tam imprudenter, quam immaniter æſtuant, ſeipſos tam inſipiẽter, quàm inutiliter palpant. Sunt alij miſericordes, de his quæ ad ipſos non pertinẽt, qui ſcandalizantur, ꝙ non datur omnibus abundanter, ſic tamen, vt ipſi nec in modico quidem grauentur, qui ſi verè miſericordes eſſent, de ſuo facere deberent miſericordiam. Et ſi non poſſent de terrena ſubſtantia, de voluntate ſaltem bona darent, his qui contra eos forte peccare videntur, indulgentiam, darent vtique dulce ſignũ verbum bonum. Sunt etiã qui peccata ſua ſic confitentur, vt videri poſſint ex deſiderio mundi cordis id agere, omnia enim in confeſſione lauantur, niſi ꝙ ea quæ ipſi dicunt alijs, ab alijs audire patiẽter non poſſunt. Sũt etiam alij, qui ſi viderint quempiam, vel leuiter ſcandalizatum, valde ſoliciti ſunt, quomodo in pacem eum reducere poſſint, & ob hoc viderentur pacifici, niſi ꝙ eorũ commotio ſi fortè contra eos quicquam factum dictũ ve videbitur, tardius vniuerſis poterit difficiliusque ſedari; qui nimirum ſi verè pacem diligerẽt, haud dubiũ, quin eam primò quærerent ſibijpſis. Seneca in epiſtola. Beatus non is eſt, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna cõfluxit, ſed ille cui bonum omne in animo eſt, erectum & excelſum, & mutabilia calcans.

Verè beatus eſt, qui rectè credit, & iuſtè operatur.

Paup. multipliciter.

Matth. 11.

Pſal. 4.

1. Reg. 13.

Pſalm. 11.

Falſa paupertas.

Prou. 20.

Miſericordia vera.

Beatus qs.

*De Eleemoſyna accepta.* Cap. 49.

GRegor. in hom. ſuper illud Luc. 16. Facite vobis amicos, &c. Si cœleſte patrimonium eleemoſynis emitur, pauperes non ſunt audiendi vt egeni, ſed vt patroni exorandi. Idem. Ad tribuendum pigri cureſtis, quãdo hoc quod iacenti in terra porrigitis, ſedenti in cœlo datis? Dominus ait. Quicquid feciſtis vni de his fratrib. meis minimis, mihi feciſtis. Idem. in moral. Tunc plena eſt noſtri cordis compaſſio, cum malum inopiæ pro proximo ſuſcipere non metuimus, vt illum a paſſione liberemus. Idem. Rem quamlibet plerunque dat etiam qui non compatitur, nũquam autem qui verè compatitur, quod neceſſarium proximo conſpicit negat. Idem in paſtor. Nonnulli huius mundi diuites, cum fame crucientur Chriſti pauperes, effuſis largitatibus nutriunt hiſtriones. Qui verò indigenti, etiam peccatori, panem ſuum non quia peccator, ſed quia homo eſt tribuit, nimirum non peccatorem, ſed pauperem iuſtum nutrit. Iſidor. de ſummo bo. Verum eſt quòd peccata omnia, miſericordiæ operibus expurgentur, ſed ſi iam caueat peccare, qui miſericordiam impartitur. Ioan. Chryſoſt. in ſermo. Melius ſeruatur pecunia quæ in dextera pauperis collocatur, hanc mihi non calumniator extorquet, non inuidus criminatur, non latro auferet, non fur nocturnus diripiet, non ſeruus fugam meditans inuadet, ſed ſemper eſt tuta, ſp integra, ſemper ſalua. Idem. Mentem Deus miſericordem requirit, non pecuniæ quantitatẽ. Idẽ ſuper Ioannẽ. Eleemoſyna eſt quę eſt ab oĩ eruta iniuſtitia, hæc oĩa facit mũda, hęc & ieiunio melior, & terræ lectulo, & nimirum difficiliora illa & laborioſa, ſed hæc lucrabiliter illuminat aĩam & impinguat, & bonã & ſpecioſam facit. Idẽ. Da indigenti, & non da ſaltanti, vt nõ cum tuis pecunijs, & tuã animã, & illius pdas, tu.n.cã es perditionis illius. Ambr. in epiſtola. Miſericordia non de meritis iudicare conſueuit, ſed neceſſitatib. ſubuenire, iuuare pauperem, nõ examinare iuſtitiam. Idem. Habe diues hypothecas inopum ſinus, habeas hypothecas viduarum domos, habeas hypothecas ora infantium orphanorum, vt di-

Dans eleemoſynã verius accipere quamdare dicitur.

Chriſti pauperes egent, hiſtriones abundant.

Vtilitas eleemoſynæ.

Nota.

catur

Pſal.8. catur tibi:Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Idem de offi. Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore, commendatur. Fide, vt prius opereris circa domeſticos fidei. Idem. Non omnibus debemus miſericordiam, ſed quia pleriq; fraude eam quærunt & confingunt erumnam, ideo vbi cauſa manifeſtatur, perſona cognoſcitur, tempus vrget, largius ſe debet profundere miſericordia. Idem. Affectus diuitem collatorem aut pauperem facit, & pretium rebus imponit. Idem. Si peregrinum ſub tectum tuum inducas, ſi ſuſcipias egentem, ille tibi acquirit ſanctorum amicitias, & æterna tabernacula. Idem. Aurum Eccleſia habet, vt nõ ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Idem ſuper Luc. Tu qui putas te manum habere ſanam, caue ne auaritia, caue ne ſacrilegio contrahatur, extende ſæpius eam, extende eam ad illum pauperem, qui te obſecrat, extende vt proximum iuues: vt viduæ feras præſidium, eripias iniuriç, quem vides iniuſtæ contumeliæ ſubiacere. Hier. in epiſt. O quanta beatitudo pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro morituris ſemper viuentia, & habere Dominum Deum debitorem. Augu. contra quinque hæreſes. Obſecutus eſt Loth Angelis, tãquam peregrinis conſuetudine hoſpitalitatis, liberatus à periculo ciuitatis, & temporale euaſit incendium, & æternum conſecutus eſt præmium. Diſcite ergo Chriſtiani ſine diſcretiõne exhibere hoſpitalitatem, ne ſi fortè, cui domum clauſeritis, cui humanitatem denegaueritis, ipſe ſit Chriſtus. Idem in epiſto. Vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, quàm ei panis frangitur, vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Idem in ſermone. Redime te homo dum viuis, redime te ipſe dum potes, redime te inquam dum pretium in manibus habes, redime te, ne dum te mors amara præuenerit, & vitam ſimul & pretium perdas ſine cauſa, hoc vis dimittere vxori, quæ forſitan alium habebit maritum. Idem. Qui ſibi aut præmium temporale, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, redditis decimis de nouem partibus ſtudeat eleemoſynam dare: Idem. Si decimas nõ habes fructuum terrenorum, quod habet agricola, quod te paſcit ingenium, Dei eſt: inde decimas expetit vnde viuis, de militia, de negocio, de artificio tuo, redde decimas, aliud.n. de terra rependimus, aliud de tõſura ouium, & de lacte. Idem. Da pauperibus, & habebis theſaurum in cęlo: non ſine theſauro remanebis, ſed quod habes in terra ſolicitus: habebis in cęlo ſecurus. Idem in enchiridion. Multa ſunt genera eleemoſynarũ, quas cum facimus adiuuamur, vt dimittantur peccata noſtra: ſed ea nihil eſt maius, qua ex corde dimittimus, quod in nos quiſq; peccauit. Leo Papa in ſermo. Magna eſt eleemoſyna, quæ ardentium criminum globos, beneuolentiæ ſuæ fonte refrigerat: & quodam irriguo largitatis, obruit incendia delictorum, vt quamuis offenſus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogatur liberare eleemoſynis, quem diſpoſuerat punire peccatis. Bernardus in epiſtola. Verè beatus, qui intelligit, non ſuper cupidum, ſed ſuper egenum & pauperem: illum inquam pauperem, qui inuitè petit, & verecundè accipit, & accipiens glorificat patrem ſuum, qui in cęlis eſt. Multa infra libro quarto de connexione virtutum.

Eleemoſynæ circunſtantiæ.

Eleemoſyna, liberat à periculis.

Decimę de omnibus ſoluendæ.

Eleemoſynarũ multa genera.

Pſal.40.

*De Eleemoſyna inaccepta. Cap. 50.*

GRegor. in regiſt. Quicquid in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, ſed irritat. Idem in moral. Quiſquis ſuper eam, cui aliquid tribuit, faſtu ſe elationis extollit, maiorem culpam intrinſecus ſuperbiendo peragit, quam extrinſecus largiendo, mercedem acquirit. Iſidor. in ſyno. Nihil proficit, alterum inde reficis, vnde alteri maciem facis, condemnat miſeratio iſta, non propitiatur. Idem de ſum. bon. Non eſt eleemoſyna, quæ gloriæ magis cauſa, quàm miſericordię impartitur intuitu: quali enim intentione ab vnoquoq; largitur, taliter & apud Deum recipitur. Auguſtin. de Ciuitat. Dei. Sicut non fratri ſuo dicit fatuè, qui cum hoc dicit, non ipſi fraternitati, ſed peccato eius infenſus eſt, alioquin reus erit gehennæ ignis: ita econtrario, qui porrigit eleemoſynam chriſtiano, non Chriſtiano porrigit ſi in eo diligit Chriſtũ. Idem ſuper Pſalm. Qui dat eleemoſynam, vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat viſcera indigentis, & rem, & meritum perdit. Ambroſius ſuper Luc. Hoſpitalem eſſe propter remunerationem, effectus auaritiæ eſt. Idem. Qui miſericordiam differt, &c. Supra de beatitudine. Ioann. Chryſoſt. ſuper Matth. Non gaudent martyres, quando ex illis pecunijs, vel eleemoſynis honorantur, de quibus pauperes plorant. Idem. Qualis eſt iſta iuſtitia munerare mortuos, & ſpoliare viuentes, de ſanguine miſerorum tollere, & Deo offerre, illud nõ eſt Deo offerre, ſed violentię ſuę ſocium facere Deum, ac ſi Deus oblatam ſibi pecuniam de peccato, libenter accipiat, & conſentiat peccato. Bern. ſuper Cantica. Nõ recipit Deus eleemoſynam de manu raptoris, ſeu fęneratoris, ſed nec de hypocritę quidem, qui cum facit eleemoſynam, facit tuba cani ante ſe, vt glorificetur ab hominibus.

Eleemoſyna propter miſericordiã debet fieri.

Inepta iuſtitia.

Matth. 6.

# PHARETRAE

## LIBER TERTIVS.

### In quo de periculoſis agitur.

*De Voluntate. Cap. I.*

GREGORIVS in mor. ſuper illud Iob. Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum, &c. Reprobi recta quidem de liberando appetunt, ſed ad conſueta ſemper mala recurrunt. Et infrà. Bona quidem cupiunt, ſed à malis nunquam recedunt. Eſſe quidem humiles, ſed ſine deſpectu, eſſe contenti proprijs, ſed ſine neceſſitate: pauperes eſſe volunt, ſed ſine defectu, eſſe caſti, ſed ſine maceratione corporis, eſſe patientes, ſed ſine contumelijs volunt. Cumq; adipiſci quærunt virtutes, ſed labores virtutum fugiunt: quid aliud quam & belli certamina in campo neſciunt, & triumphare in vrbibus de bello concupiſcunt?. Idem. Nequaquam homo ad prauam delectationem rapitur, niſi prius per voluntarias mentis tenebras infirmetur. Idem. Cũ quis adhuc ex timore bona agit, a malo pœnitus non receſſit, quia eo ipſo peccat quo peccare vellet, ſi inultè potuiſſet. Idem. Nõ intuetur Dominus quantum quiſquam mali valeat facere, ſed quantũ velit, & cum deeſt poteſtas malefaciendi foris, apud ſe tamen tyrannus eſt, cui iniquitas dominatur intus. Hieron. in epiſ. Tantum virtuti adijcies, quantum propriæ voluntati ſubtraxeris. Aug. de libero arbitrio. Voluntas auerſa ab incõmutabili, & cõmuni bono, & conuerſa ad propriũ bonum aut ad exterius, aut ad inferius peccat. Ad proprium bonum cõuertitur, cũ ſuæ poteſtatis vult eſſe, ad exterius autem cum aliorũ propria, vel qcũq; ad ſe non pertinent, cognoſcere ſtudet, ad inferius cum vo

Mali bona quidẽ ſed non bene cupiunt. i. ſine medijs

Qui ex puro timore a malo abſtinet nihilominus peccat.

Vitioſa voluntatis cõuerſio multiplex.

luptatem corporis diligit, atq; ita homo ſuperbus, & curioſus, & laſciuus effectus, excipitur ab illa vita, quæ in comparatione ſuperioris vitæ mors eſt. Idem. Voluntas mala. Infra de quatuor affectionib. inordinatis. Idẽ de confeſ. Ex voluntate peruerſe facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Idem in epiſt. Nimis perversè ſe amat, qui alios vult errare, vt error ſuus lateat. Idẽ de vera religione. Nũc vſq; adeo peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum ſi nõ ſit voluntariũ. Idem de Trinitate. Mala volũtate vel ſola miſer quiſq; efficitur, ſed miſerior poteſtate qua deſiderium malæ voluntatis adimpletur. Idem de cathec. rud. In hac vita homines magnis laboribus requiem quærunt, & ſecuritatem, ſed prauis cupiditatibus ſeducti non inueniunt, volunt enim requieſcere in rebus inquietis, nam ſi in diuitijs velit homo requieſcere, magis ſuperbus efficitur, quam ſecurus. Idem de verbis domini. Deus amiſſus mors animæ eſt, anima amiſſa mors corporis eſt, mors corporis neceſſaria, mors animæ voluntaria. Ioan. Chryſoſt. de militia ſpirituali. Scito quia te non vincet natura corporis, neque ſtrangulabit inuitum, neque enim te obnoxium, & ſeruum faciet ex libero, niſi voluntaria tua declinatio. Idem ſuper Ioan. Electionis, & proprię voluntatis eſt omnis malitia hominis. Bern. ſuper Canti. Si in die ieiunij mei inuenitur voluntas mea, non tale ieiunium elegit ſponſus, nec ſapit illi ieiunium meum, quod non lilium obedientiæ, ſed vitium propriæ voluntatis decoxit. Ego ergo non ſolum de ieiunio, ſed de ſilentio, de vigilijs, de oratione, de lectione, de opere manuum, poſtremo de omni obſeruatione monachi, vbi inuenitur voluntas ſua in ea, & non obedientia magiſtri, idipſum ſentio. Idem de libero arbitrio. Duo ſunt quæ iniuſtam comprobant voluntatem, vel cum peccare, vel cum impune peccaſſe libet. Idem in ſermo. Quid odit, aut quid punit Deus præter propriam voluntatem? ceſſet voluntas propria, & infernus iam non erit, in quem enim ignis ille deſæuiet, niſi in voluntatem propriam? Idem. Vnde ſunt ſcandala, & vnde perturbatio, niſi quòd propriam ſequimur voluntatem, & tenere, quod voluerit ipſa, in corde noſtro diffinientes, ſi quomodo id prohiberi contingat, continuo in impatientiam, & murmurationem, & ſcandalum proni ſumus?

Cathena pctorum.

Mors corporis neceſſaria, ſed animæ voluntaria.

Voluntas propria oĩs pditionis cauſa.

De *Remorſu Conſcientiæ.* *Cap.* 2.

GRegor. in moral. Dum nulla bonorum operum confidentia fulcitur, intueri ſumma mens trepidat, quia ipſa ſe conſcientia accuſat. Idem. Quiſquis à præceptis dominicis diſcordat opere, quoties ea audit, vel legit, corde ſuo reprehenditur atque confunditur, quia id quod non fecit, memoratur. Nam in quò ſe erraſſe conſiderat, ipſa ſe latenter conſcientia accuſat. Idem ſuper Ezechielem. Scriptura ſacra ei ſuauis eſt ad loquendum, cui interius impreſſa ad viuendum fuerit. Nam ſermo dulcedinem non habet quem vita reproba intra conſcientiam remordet. Iſido. in ſyn. Nulla pœna grauior mala conſcientia, vis autem nunquam eſſe triſtis, bene viue.. Idem de ſum. bo. Omnia fugere poterit homo præter cor ſuum, non enim poteſt à ſe quiſquam recedere, vbicunque enim abierit, reatus ſui conſcientia illum non derelinquit. Idẽ. Abyſſus abyſſum inuocare, eſt de iudicio ſuæ conſcientiæ, ire ad iudicium damnationis æternæ. Ambroſ. de offic. Quæ pœna grauior, quam interioris vulnus conſcientiæ? Nonne hoc magis fugiendum quam mors? quam diſpendium? quã exilium? quam debilitas? quam dolor eſt? Bern. de conſider. Vitioſus vitioſorum conſcientias num refugit, & vbi omnes ſordent, vnius fętor minimè ſentitur. Idem. An non inflationes. Supra lib. 2. de intelligentia. Idem in ſermo. Quis magis mortuus eo qui portat ignem in ſinu, peccatum in conſcientia, nec ſentit, nec excutit, nec expaueſcit? Idem. Qui conſcientias. Infra de mutabilitate. Sene. in epiſt. Quid prodeſt recondere ſe, & oculos hominum aureſque vitare? bona cõſcientia turbã aduocat, mala etiam in ſolitudine anxia atque ſolicita eſt, ſi honeſta quæ facis omnes ſciant, ſi turpia quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias, ò te miſerum ſi contemnis hunc teſtem.

Cõſciẽtia cõtra malum ſp remurmurat

Bona conſcientia expellit triſtitiam.

De *Stultiloquio.* *Cap.* 3.

GRegor. in moral. Stultè contra Deum loquitur, qui inter diuinæ animaduerſionis flagella poſitus, iuſtificare ſemetipſum conatur. Idem. duo ſunt genera locutionum, importuna valde, & noxia generi humano. Vnum quod curat etiam peruerſa laudare, aliud qđ ſtudet ſemper, ēt recta corrigere. Idem. Sicut plerique reticent. Infra de crudelitate, Idem Apud homines cor ex verbis, apud Deum vero verba penſantur ex corde. Idem. Qui verba ſua metiri neſciunt, proculdubio ad ocioſa dicta dilabuntur: in quibus ſi ſe minime reprehendunt, ſtatim ad noxia, & contumelioſa, proſiliunt. Idem in dialog. Loquendo cum ſæcularibus fit, vt ab ocioſis ad noxia, a leuibus ad grauiora veniamus, & os noſtrum ab omnipotenti Domino, tanto minus exaudiatur in prece, quanto amplius inquinatur ſtulta locutione. Iſido. de ſum. bo. Quadripartita eſt loquendi ratio, quia vel bonum bene, vel malum male, ſeu bonum malè, ſeu malum bene profertur. Bonum quippe benè loquitur, qui ea quæ recta ſunt, humiliter annunciare videtur. Malum male loquitur, qui quodlibet flagitium perſuadere conatur. Bonum male loquitur, qui quodcunque rectum arroganter prædicare ſentitur. Malum bene loquitur, qui aliquod narrando vitium deteſtatur, vt ab eo homines auertantur. Aug. ſuper cano. Iacobi. Lingua facilitatem habet motus, in vdo poſita eſt, facilè in lubrico labitur: quanto illa citius, & facilius mouetur, tanto tu aduerſus illam fixus eſto.

Abuſus duplex loquutionis.

Quadruplex loquẽdi ratio.

Lingua valde lubrica.

De *Multiloquio.*

GRegor. in moral. Certum eſt quod verboſus vir iuſtificari nequeat. Idem. Mẽtis iuſtitia deſolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur. Idem in paſtor. Quia murum ſilentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis, & cum ſe per multa verba extra ſemetipſam eijcit, apertam ſe totam aduerſario oſtendit, quam ille tanto ſine labore ſuperat, quantò & hæc eadem quæ vincitur, contra ſemetipſam per multiloquiũ pugnat. In Prouerb. dicitur. Sicut vrbs patens, & abſq; murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Idem. ſuper Ezech. Valde difficile eſt, vt qui multa loquitur, non etiam mentiatur. Iſido. in ſyn. Loqui multum ſtultitia eſt, & vox inſipientis in multiplicatione ſermonis. Idem. Multiloquium non declinat peccatum, fluuius enim exundans cito colligit lutum.

Prou. 25.

Simile.

De *Nugis.*

GReg. in moral. Ocioſum verbum eſt, quod aut ratione iuſtæ neceſſitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. Idem. Qui verba. Supra eodem. Ambroſ. ſuper Beati immaculati. Non mediocre periculum eſt, cum habeas tanta eloquia Dei & opera quæ fecit in Gen. in Exodo, in Leuitico, Numeri, Deuteronomio, Ieſu Naue. Iudicum. lib. Regum atque Eſdræ, & quæ dixit, & quæ fecit, in Euangelio, in Actibus Apoſtolorum.

ſtolorum. ſi illis prætermiſſis loquaris quæ ſæculi ſunt, audias quæ vana ſunt & ocioſa. Iſido. in ſyno. Sermo vanus, vanæ conſcientiæ iudex eſt. Mores enim hominis lingua pandit, & qualis ſermo oſtenditur, talis & animus comprobatur. Idem de ſum. bo. Vani ſermones in ore Chriſtiani, non debent inueniri. Nam ſicut malos mores bona colloquia corrrigunt, ita praua colloquia bonos mores corrumpunt. Ioan. Chryſ. ſuper Matth. Omnis ſermo vanus qui dicitur, immundo ſpiritu dictante profertur. Hiero. in epiſt. Quicquid non ædificat audientes, in periculum vertitur loquentium. Bernardus in apol. Vobis conuenientibus in vnum (vt Apoſtoli verbis vtar) iam non eſt dominicam cœnam manducare: panem quippe cęleſtem nemo eſt qui requirat, nemo qui tribuat, nihil de ſcripturis ſacris quiſquam loquitur, nihil de ſalute agitur animarum, ſed nugæ, riſus, & verba multa proferuntur in ventum. Idem de præcep. & diſ. Stultiloquia, & vaniloquia, nunquam niſi cōtra mandata Dei vſurpantur, peccata quippe ſunt, & Deus prohibet omne peccatum, & tamen venialia non criminalia reputantur, excepto ꝙ cum percontemptum vertuntur in vſum, & conſuetudinem, & tunc non peccati ſpecies, ſed peccantis intentio penſatur. Idem de conſider. Fugienda ocioſitas mater nugarū, nouerca virtutum. Inter ſæculares quippe nugæ ſunt, in ore ſacerdotis blaſphemiæ, interdum tamen ſi indicant ferendæ fortaſſis, referendæ nunquam, magis interueniendum cautè, & prudenter nugacitati. Idem. Conſecraſti os tuum Euangelio, nugis igitur iam os aperire illicitum eſt: aſſueſcere verò nugas loqui, ſacrilegum eſt. Labia ſacerdotis (ait propheta cuſtodiunt) ſcientiam, & ex ore eius requirunt legem, non nugas, aut fabulas. Idem. Verbum ſcurrile ab ore procul ſit, & procul ab aure relegandum eſt. Fœde enim ad cachinnos moueris, ſed fędius alios moues.

Ocioſitas mater nugarum, nouerca virtutum.

Malac. 2.

### *De Iactantia.*

Iactantis animus ſeipſum continere non poteſt.

GRegor. in moral. Procaces quiq; etiam nota iactanter proferunt: vt loquentes docti videantur. Idem. Eo ipſo ſuperbiens ab integritate ſalutis corruit, quò iactantia cuiuslibet virtutis intumeſcit. Idem. Arroganter ſi non inueniunt voces hominū quas inhianter expectant, ipſi ſcientiam ſuam laudantes prędicant. Idem in paſt. Eligit patiens quilibet mala perpeti, quam per oſtentationis vitium bona ſua occulta foris publice cognoſci: at contra eligit arrogans, bona de ſe, vel falſa iactare, ne mala poſſit, vel minima perpeti. Iſid. de ſum. bo. Culpabiliter manus ad dominum expādit, qui facta ſua iactanter prodit. Bern. de duodecim gradibus. Monachus iactator, aut loquetur aut rumpetur. Plenus eſt enim ſermonibus, & coarctat eum ſpiritus vteri ſui, propterea ſitit, & afficit auditores, quibus ſuas iactet vanitates.

### De *Excuſatione.*

Turpis excuſatio eſt ex aliorum vitijs.

GRegor. in homil. Sunt multi qui prauitatem ſuā ex alienis prauitatib. tuentur, qui enim alios talia feciſſe conſiderant, eadem facere ſibi licere putant. Idem in mora. Vſitatum humani generis vitium eſt, & latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuitium defendendo multiplicare. Idem. Sunt nonnulli, qui nequaquam deflēt quod faciunt, ſed etiam laudare, & defendere non deſiſtunt, & nimirum cum defenditur, culpa geminatur. Idem. Superbiæ vitium eſt, vt quod de ſe fateri quiſq; quaſi ſpontè dignatur, hoc ſibi dici ab alijs dedignetur. Hiero. in orig. ſuper Oſeæ. Libenter vitijs noſtris applaudimus, & ſuperati voluptatibus, obtendimus carnis infirmitatem, aut dura maiorum imperia. Idem. Nihil omnino agimus. Infra de conſolatione mala. Iſid. de ſum. bo. Eſt quorundam excuſatio peruerſorum, qui dum pro ſuis facinoribus arguuntur, verba iuſtorum pro cēſura declinanda abijciunt, reſeruantes ſe diuino iudicio, quo puniendi ſunt durius, dum temporaliter contemnunt iudicari ab hominibus. Bernar. ſuper cant. In animam peccat ſuam, qui excuſat, dum arguitur, repellens proinde à ſe indulgentiæ medicinam, & ſic vitam ſibi intercludens æternam. Idem de duodecim gradibus. Multis modis fiunt excuſationes in peccatis, aut enim dicit, qui ſe excuſat, non feci, aut feci quidem, ſed benè feci, aut ſi malè, non multum malè, aut ſi multum malè, non mala intentione, ſi autem de illa velut Adam, & Eua conuincitur: aliena ſuaſione excuſare ſe nititur. Idem ſuper qui habitat. Omnes aliquando cadere neceſſe eſt, dum in hoc ſęculo detinentur, ſed alij quidem colliduntur, alij non, quia Dominus ſupponit manum ſuam, verum hoc intereſt inter eorum caſus, ꝙ iuſtus ſuſcipitur à Domino, ideoq; reſurgit fortior, iniuſtus autem cum ceciderit non adijciet vt reſurgat: immò verò, aut in pudorem noxium, aut in impudentiam cadit, aut. n. excuſat quod fecit, & hoc eſt pudor adducens peccatum, aut fit ei frons meretricis, & iam nec Deum timet, nec homines reueretur. Ambr. in apol. Aliqui homines cum à ſacerdotibus corripiuntur, peccatum ſuum aggrauant, dum negare cupiunt, aut defendere. Aug. Nonnulli. Supra lib. 1. de militibus. Gl. Malum eſt peccare, peius eſt perſeuerare, ſed pernicioſius eſt defendendo ſe in Deum culpam refundere.

Excuſationes in peccatis.

Eorū qui cadūt, alij collidūtur alij non.

Gradus in peccando.

### De *Accuſatione.*

GRegor. in moral. Inuidi dum bonū quod vident, accuſare nequeūt, excęcati malitia malum, quod non vident ad accuſationem quærunt. Iſid. in ſyno. Nullum iudices ſuſpitionis arbitrio, ante proba, & ſic iudica, non enim qui accuſatur, ſed qui conuincitur reus eſt. Augu. de ſermone Domini in monte. Accuſare vitia, officium eſt virorum bonorum, & beneuolorū.

Inuidorū ſtudium.

Iuſtus accuſator eſt ſui.

### De *Murmuratione.*

GRegorius in moral. Si iuſta placere Deo ſcimus, pati autem nulla, niſi quæ Domino placuerint poſſumus, iuſta ſunt cuncta quæ patimur. Vnde valde iniuſtū eſt, ſi de iuſta paſſione & afflictione murmuramus. Idem. Qui contra ſuperpoſitam ſibi poteſtatem murmurat, liquet ꝙ illum redarguit, qui eandē homini poteſtatem dedit. Idem in hom. Regnum cęlorum nullus murmurans accipit, nec vllus, qui accipit, murmurare poteſt. Ioa. Chryſ. iu ſermo. Qui murmurat de periculo tentationis, murmurat de præmio probationis. Bern. de conſidera. Si is qui murmurat ſecundum animam mortuus eſt, qui ad murmurandum inſtigat, quomodo viuit? Idem in ſerm. Nihil ſic horrendum, vt murmur, & diſſenſio in congregatione monachorum. Idem. Si moleſtè cœperis ſuſtinere, ſi iudicare prælatū, ſi murmurare in corde, etiam ſi exterius impleas quod iubetur, non eſt virtus patientię, ſed velamen malitiæ. Gl. Ignis iuſtę vltionis in futuro illos excruciat, qui lingua inflammata, à gehænna murmurant, & detrahunt.

Nota.

Num. 11. vbi Gloſſ.

### De *Contentione.*

GRego. in moral. Culpabiliores eſſe ſolent hi, qui in contentione inchoant, quam qui reſpondent. Idē. Quiſquis in ſeminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hoſti familiarius ſeruit. Idem. Hypochrita aſſumpto ſancto conuerſationis habitu, filiorum ſuorum cuſtodiam deſerit, ſed temporalia quæque defendere etiam iurgijs quærit. Auguſt. in regula. Lites nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animā fa-

ciat homicidam,ſicut.n.legiſtis, qui odit fratrem ſuum
1.Ioan.3. homicida eſt. Idem. Vobis a verbis durioribus parcite,
quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo
ore proferre medicamēta,vnde facta ſunt vulnera.Iſid.
in ſyn.Contentio faces odiorum accendit,pacem cordis
contentio extinguit,concordiam contentio rumpit.Se-
ne.in epiſt.Rixa eſt inter competitores.

### *De Conuiciatione.*

GRegor.in moral. Sæpe praui dum ſuæ vitiū forti
tudinis ignorant,audenter aliorum rectitudinem
lacerant, cumq; contra bonos ſibi auctoritatem
increpationis arripiunt,aut ea bona proferunt quæ non
videndo,ſed audiendo didicerunt,aut mala alijs mentiē
tes ingerunt, quæ ipſi commiſerunt.Idem. Sæpe qui in
poteſtate ſunt,ad ſubiectorum paſſim contumelias erū
punt,et hoc quod inuigilantes regimini ſeruiunt,per lin
guæ procacitatem perdunt, minori.ſ.rectitudine verba
iudicis penſantes,quia qui ſine cauſa fratrem fatuum di
xerit,gehennę ſe ignibus adijcit.Io.Chryſ.de compūct.
cor.Siue fatuum quis dixerit,ſiue vanū, ſiue latronem,
ſiue quolibet alio nomine iniuriam,vel maledictum fra
tri ingeſſerit,ex quolibet horum vocabulo ſub maledi-
cti titulo,gehennæ ignis ſupplicijs condemnatur. Aug.
Quicunq; conuitio.Supra in cap.de ſatisfactione.lib.2.
Hiero.in epiſt. Nec ſibi quiſquam de corporis caſtita-
te ſupplaudat, cum de verbo ocioſo quodcunq; locuti
fuerint homines, reddituri ſunt pro eo rationem in die
iudicij,cum etiam homicidij ſit reatus conuicium in fra
trem.Bern.in epiſt.Ego plagis conſcientiæ meæ nullum
iudico accommodatius medicamentum, probris & cō
tumelijs: non eſt proinde ꝙ pro me moueat, homūcio
omni opprobrio dignus,& deſpectione.

### De *Deriſione.*

Maledicta diuerſimo de proferū tur.

GRegor.in mor.Timendum eſt ne etiam nobis ca-
dentibus ſurgat,qui à nobis ſtantib.irridetur,quā
uis ſtare iam non nouerit,qui non ſtantem noue-
rit irridere.Idem.Illum facit humana deriſio Deo pro-
ximum, quem ab humanis prauitatibus vitæ innocen-
tia ſeruat alienum.

### De *Maledictione.*

GRegor. in moral. Aliter maledictum profertur
prætextu iuſtitiæ: Aliter liuore vindictæ. Idem.
Cum ſancti viri maledictionis ſententiam profe-
runt,non ad hanc ex voto vltionis:ſed ex iuſtitia exami
nis erumpunt.Idem. Qui maledictionibus inimicum
impetunt, quid aliud in illo Deum facere volunt, niſi
quod ipſi aut facere nequeunt, aut erubeſcunt? Idem
Abuſus anathematis.
in regiſtro ad quendam Archiepiſcopum. Nil te oſten-
dis de cœleſtib.cogitare, ſed terrenam te cogitationem
habere ſignificas: dum pro vindicta propriæ iniuriæ,
quod ſacris regulis prohibetur, maledictum anathe-
matis inuexiſti. Idem in dial.ſuper illud. Neque male-
1.Cor.6. dici regnum Dei poſſidebunt. Penſa quàm grauis eſt
culpa,quæ ſeparat à regno vitę.Augu.de conflict.Quid
de illis dicendum eſt, qui furore cæcitatis, vſq; ad ver-
ba prorumpunt maledictionis, niſi hoc quod Apoſt.
Proue. 26. ait:Neq; maledici regnum Dei poſſidebunt? Et in Pro.
Maledictum fruſtra prolatum, in quempiam deuolue-
tur.Interl.in proferentem.Ibidem Glo.Eſt aliquod ma
ledictum iuxta diuinam iuſtitiam, vt excommunica-
tio. Ioan.Chryſ.de compunct. Chriſtus orare nos pro
calumniantibus iubet, nos autem inſidias, & dolos e-
tiam amicis concinnamus. Chriſtus male dicentib.be-
nedicere iubet,nos autem è contrario,aut priores male
dicimus,aut maledici alterius multiplicata maledicta re
ſtituimus.

### *De Detractione.*

GRegor.ſuper Ezech.Peruerſorum derogatio, vitæ Malorū detractio bonorum laudatio eſt.
noſtrę approbatio eſt,quia iam oſtenditur aliquid
iuſtitiæ nos habere,ſi illis diſplicere incipimus, qui non
placent Deo. Idem. Ne immoderatis. Infra de in-
famia. Iſid.in ſyno. Detractio graue crimen eſt,detra-
ctio grauis damnatio eſt. Idem.Nunquam detrahes ſi
te bene perſpexeris.Idem. Erit ille apud Deum. Infra
de crudelitate.Ioā.Chry.in ſerm.Ad commendandum
cęteros,omne vitæ noſtræ tempus abſumimus,a quo vi
tio neq; ſæculi homnem,neq; monachum vllum facilè
inuenias liberum.Hieronymus in epiſt. Quia homines
ſumus,& interdum contra annorum maturitatem, pue
rorum vicibus labimur. Si me vis corrigi delinquentē,
apertè increpa tantum,ne occultè mordeas.Bern. ſuper
canti. Vnus eſt detractor qui loquitur,& vnum tantum
verbum profert,& tamē illud vnum verbum,vno in mo
mento,multitudinis audientium aures inficit,animas in
terficit.Idem de conſidera.Detrahere, an detrahentem
audire,quid horum damnabilius ſit,non facilè dixerim.
Anſel.de ſimilit.Tria ſunt genera homicidij, quæ pari
Detrahere,& detrahentē audire,eq;damnabile eſt.
plectuntur pęna,interfectio hominum, detractio proxi
morum,odium fraternum.Idem.Detractio eſt,quoties
quis aliquid ea intentione de aliquo dicit, vnde ipſe mi-
nus amari,vel appretiari poſſit.

### De *Adulatione.*

GRegor.in Dialo.Moris eſt, vt occupato in mul-
tis animo,adulatio valde ſurripiat, ſi ab ipſo cor-
dis oſtio nequaquam fuerit citius repulſa. Idem in re-
Adulatio ab electione arcēda.
giſtro. Nec nouum, nec reprǣhenſibile eſt in eligen-
do Epiſcopo, populi ſe vota in duas partes diuidere,
ſed graue eſt,quando in huiuſmodi cauſis,non ex iudi-
cio, ſed ex ſolo fauore adulationis venit electio. Idem
in homi. Vix pro culpa ſua quempiam aperta voce re-
præhendimus,& adhuc quod eſt grauius, aliquando ſi
perſona in hoc mundo potens ſit, eius forſitan & errra-
ta laudantur,niſi auertatur per iracundiam, munus ſub
trahat,quod impendebat.Ambro.de offic. Non eſt ve-
ra amicitia,vbi eſt fallax adulatio.Idem. Proſpiciēdum
eſt,ne adulantibus aperiamus aurem, emolliri.n. adu-
latione non ſolum fortitudnis non eſſe, ſed etiam igna-
uiæ videtur. Auguſt.de quæſtio.veter.& nou.teſtam.
Adulator eſt,qui ideo dat conſenſum,ne offendat eum,
Adulator quid.
quem optat habere proprium. Idem de trini. Si inimi-
cus inſultat, ferendus eſt,amicus autem ſi errat,docen-
dus eſt,ſi docet audiendus:laudatur verò,& errans con
firmat errorem,& adulans illicit in errorem. Hierony.
Matth. 11.
in Glo.Matth.Rigida vita,& prædicatio vera declinare
debet mollium palatia,quæ frequentant mollibus indu-
ti adulantes,qui ponunt puluinaria ſub cubito, qui vitā
palpant peccantium,non pungunt,vt vel ſic aliquid ve-
nentur.Bern.habet vera.Infra lib.4.de amicitia.Glo.ſu
Pſal.69.
per Pſal.Plus nocet lingua adulatoris, quàm manus per
ſecutoris.Sene.in epi.illud præcipuè nos impedit, ꝙ ci-
tò nobis placemus ſi inuenimus qui nos bonos viros di
cat,qui prudentes,qui ſanctos,& non ſumus.

### *De Suggeſtione.*

GRego.ſuper Ezech.Hi qui & alios ad iniquitatem
ſuadendo pertrahunt, in ſemetipſis miniſterium
Dæmonum ſuſcipiunt. Hieron.in epiſt.Cum de aliqui
bus qui ſanctum nomen profitentur, aliquid crimins,
vel falſi ſonuerit,vel veri patuerit,inſtant mali, ſatagūt,
ambiunt,vt de alijs omnibus hoc credatur.Iſid.de ſum.
bo.Deteriores ſunt qui ſine doctrinis,ſiue exemplis vi-
tam moresque bonorum corrumpunt,his qui ſubſtan-
tias aliorum prædiaque diripiunt.

De

*De turpiloquio.*

HIeronymus in epiſt. nō flagito linguæ nitorem, ſed animæ puritatem, apud Chriſtianos.n. ſolæciſmus eſt, & magnum vitium, turpe quid vel narrare, vel facere. Bern. in ſerm. Dum ocioſa tanquam minima ſpernimus, ad turpia interdum, & inhoneſta dilabimur.

*De mendatio.*

GRegorius in moral. Deus mendacio noſtro non eget, quia veritas fulciri non quærit auxilio falſitatis. Idem. Summopere cauendum eſt omne mendacium. quamuis nonnunquam ſit aliquod genus mendacii culpæ leuioris. ſ. ſi quiſquam beneficium præſtādo mentiatur. Idem. Incaute ſunt humiles, qui ſe mendatio illaqueant, dum arrogantiam vitant, immo mētiendo ſuperbiunt, qui cōtra veritatem ſe erigunt quā relinquunt. Idem. quiſquis expoſitor. Infra li. 4. de doctrina. Iſid. in ſyno. Caue mendacium in omnib. mendacio enim fides tollitur, error inducitur, veritas aboletur: nullum mendacium pōt eſſe iuſtū. Idem de ſum. bo. Teſtis falſidicus, tribus eſt perſonis obnoxius, primum quidem Deo, quem periurando contemnit, conſequenter iudici, quem mentiendo fallit, poſtremo innocenti, quem mentiendo lædit. Idem. Nonnunquam peius eſt mendacium meditari quam loqui, nam interdum quiſq; incautus ſolet ex præcipitatione loqui mēdacium, meditari aūt non pōt niſi per ſtudium. Augu. in enchy. Vtique verba propterea ſunt inſtituta, non per quæ inuicem ſe homines fallant, ſed per quæ in alterius quiſq; notitiam cogitationes ſuas perferat. Idē. Mihi videtur omne mendacium eſſe peccatum quidē, ſed multum intereſſe quo animo, & de quibus rebus quiſque mentiatur. Idem. Omne mendacium ideo dicendum eſt eſſe peccatum, quia homo non ſolum qn̄ ſcit ipſe quid verum ſit, ſed & ſi quando errat, & fallit ſicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit, ſiue illud verum ſit, ſiue putet, & non ſit. Idem in lib. de mēdacio. Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis, cum intentione fallendi. Idem de vera religione. Ineſt omni mentienti voluntas fallendi, etiam ſi ei non credatur. Idem de doctrina chriſtiana. Nemo mentiens, in eo quod mentitur ſeruat fidem, nam hoc vult vtique, vt cui mentitur ſibi fidem adhibeat, quam tamen ei mētiendo non ſeruat, omnis autem fidei violator iniquus eſt.

Mala ex mēdacio.

Vſus vocis

Mendaciū quid.

*De iuratione.*

AVguſtinus de mendacio. Dico vobis non iurare omnino, ne. ſ. iurando ſemel ad facilitatem iurandi veniatur, ex facilitate ad conſuetudinem, & ex conſuetudine in periurium decidatur. Idem ſuper cano. Iaco. Falſa iuratio exitioſa eſt, vera iuratio periculoſa, nulla ſecura. Idem. Quam graue peccatum eſt periurare, compendium tibi dedit ſcriptura dicens. Noli iurare. Idem. Periurium præcipitium eſt, qui iurat, iuxta eſt, qui non iurat, longe eſt, qui verum iurat nō peccat, ſed prope eſt ad peccatum, ſed qui non iurat non peccat, & longe eſt a peccato. Idem. Qui iuramentum exigit ab alio, multum intereſt ſi neſcit illum falſum iuraturum, an ſcit. Si enim neſcit, & ideo dicit iura mihi, vt fides ei fiat, non audeo dicere eſſe peccatum, tamen humana tentatio eſt. Si autem ſcit, & cogit eum iurare, homicida eſt, ille enim ſuo periurio ſe perimit. Idē in epiſt. Sine dubio minus malum eſt per Deum falſū iurare veraciter, quam per Deum verum iurare fallaciter, quanto enim per quod iuratur magis eſt ſanctum, tanto magis eſt pœnale periurium.

Nulla iuratio ſecura.

*De Blaſphemia.*

GRegor. in moral. Filii in cordibus Deo maledicunt, cum recta noſtra opera à non rectis cogitationibus prodeunt, cum bona in aperto exerūt, ſed noxia in occulto moliuntur. Idem ibidem. Deo quippe maledicunt, cum ſe & ab illo accepiſſe vires intelligunt, ſed tn̄ de eius muneribus propriam laudem quærunt. Augu. de vera religione. Blaſphemia eſt cum aliqua mala dnr de bonis. Itaq. iā vulgo blaſphemia eſt, vbi mala verba de Deo. Gl. Aug. Blaſphemia eſt per quam de Deo ipſo falſa dicuntur, & ideo peius eſt blaſphemare quam peierare, quia peierando falſæ rei adhibetur teſtis Deus, blaſphemando de ipſo Deo falſa dicuntur. Idem ſuper Ioa. flagellatus eſt Chriſtus flagellis Iudæorum, ſed non minus flagellatur blaſphemiis falſorum Chriſtianorum. Ioan. Chryſo. ſuper Io. Glorificemus Deum, non per fidem ſolum, ſed etiam per vitam, quia aliter nequaquam erit gloria ſed blaſphemia, non enim ita blaſphematur Deus a Gentili exiſtente inquinato, vt a Chriſtiano corrupto. Bern. Fugienda ocioſitas. Supra de nugis. Idem. Caucte ne quis parua. Supra lib. 2. de peccato. Glo. omne peccatū blaſphemiæ comparatum, minus eſt. Grauius peccat contemptor ſedentis in cœlo maieſtatis, quam crucifixor ambulantis in terra paupertatis.

Ephe. 4.

Blaſphemia quid.

*De occupatione.* Cap. 4.

GReg. in dialo. Multum eſt ꝙ vniuſcuiuſque præſulis mentem curarum denſitas deuaſtat, cumque animus diuiditur ad multa, fit minor ad ſingula, tantoque ei in vna quaque re ſurripitur, quanto latius in pluribus occupatur. Idem in regiſt. Sicut toto deſiderio debemus curas, & occupationē huius mundi fugere, ita ſi deſit qui pdicet, occupationis onus libenti neceſſe eſt humero ſubire. Idem. Qui adhuc valetis huius mundi occupationes fugite, quia quanto quiſque in eo profecerit, tanto vt video, ab amore Dei amplius decreſcit, idem in hom. Vſu terrenæ curæ a cœleſti deſiderio obdureſcit animus, & dum ipſi Deo, ſuo vſu durus efficitur, per actionem ſæculi ad ea molliri non valet, quæ pertinent ad charitatē Dei, idem in moral. Male homo viuit, qn̄ eum ſæcularium negociorum æſtus illudit, & inquietat. Idem Plus in hoc mundo. Infra capitulo de honore. Idem ſuper Ezech. Quibuſdā prauis mentibus nihil laborioſius, quam ſi eis præcipiatur, vt in huius mundi actibus non laborent. Auguſ. de vera religione. Amici huius mundi, tam timent ab eiꝰ amplexu ſeparari, vt nihil ſit eis laborioſius, quam huius ſæculi curis non laborare. Iſid. de ſum. bo. Quanto quiſq. curis mundi maiorib. occupatur, tanto facilioribus vitiis præmitur. Idem, mundi amatores non ſolū ex eo rei ſunt, ꝙ infima præ ſummis appetunt, verum ēt miſeri p hoc, ꝙ cum graui erumna ad ipſa deſiderata pertingunt. Idem. Lōgè a Deo. Supra lib. 2. de oratione inaccepta. Amb. in ſermone. Excitat diuitem occupatum cupiditas, excitat cura peruigil aliena rapiendi, torquet inuidia, mora verax, ſterilitas prouentuum inſœcunda pturbat, ſollicitat abundantia. Idē in epiſtola. Et ſi alii diues vr̄, ſibi pauper eſt, qui non vtitur eo quod habet, qui adhuc alia rapit, alia deſiderat. Leo Papa. Diabolus oīum diſcutit conſuetudines, omniū ventilat curas, oīum ſcrutatur affectus, & ibi cauſas q̄rit nocendi, vbi quempiam viderit ſtudioſius occupari. Bern. de contemptu. Sane vt exercitii ſpiritualis, & pudori cordis iudicium, euidens eſt contemptus exteriorum, ſic eorundem ſolicitudo, certum ſignum eſt mentis incultæ. Seneca in epiſtol. Quiſquis ſe fortuitis multum dedit, ingentem ſibi materiam perturbatio-

Curarum multitudine labeſit charitas.

Leo papa Diaboli ſtudium aduerſus bonos.

bationis,& inexplicabilem facit,vna hæc via eſt ad tuta vadenti externa, ſiue fortuita deſpicere,& honeſto contentum eſſe. Idem. Omnia impedimenta dimitte, & vaca bonæ menti,nemo enim ad illam peruenit fortuitis occupatus.

*De mutabilitate.* *Cap.5.*

Vana hoĩs gloria.

GRegor. in regiſtr. Si laudibus aliorum lætamur, & aliorum vituperationibus frangimur, gloriam noſtram non in nobis, ſed in aliorum ore poſuimus. Idem in mora. Dum cor in aduerſis ſperat proſpera, in proſperis formidat aduerſa,huc illucque quibuſdã fluctib. voluitur, ac per modos varios rerum alternãtium mutabilitate verſatur. Auguſt.de paſtorib. Hominum temerariis iudiciis plena ſunt omnia, de quo enim multum deſperauimus, ſubito conuertitur,& fit optimus:de quo præſumpſeramus,ſubito deficit & fit peſſimus. Nec timor ergo noſter certus eſt, nec amor noſter certus eſt,quis ſit hodie quiſque vix nouit ipſe homo,ſi autem vtcunque nouit ipſe ſit hodie,quid autem cras erit,nec alius,nec ipſe. Idem de medit. Heu me tantæ infœlicitatis,tantæ perditionis, dum enim quæ retro ſunt obliuiſcens ad ea quæ ante ſunt me extendere volo, ſubito neſcio qua miſeria me relabi ad inania,& noxia conſpicio. Bern.in ſerm. Qui conſciẽtias ſuas in alienis labiis ponunt,modo magni,modo parui ſunt,modo nulli: ſecundum quod adulantium linguis,vel vituperare placuit,vel laudare. Sene.in epiſto. Hoc habent inter cætera boni mores,placent ſibi, permanent:leuis eſt malitia,ſæpe mutatur non in melius,ſed in aliud.

Iudicia hominum,vt plurimum temeraria ſunt.

*De vagatione.* *Cap. 6.*

Exterior cõpoſitio ab inferiori depẽdet Simile.

GRego. in paſto. Interior eſt cuſtodia cordis, quæ ordinata exterius ſeruat membra corporis, qui ergo ſtatum mentis perdidit, ſubſequenter foras in inconſtantiam motionis fluit atq; exteriore mobilitate indicat,ꝙ nulla interius radice conſtantiæ ſubſiſtat. Hier.in epi. De agmine columbarum crebro accipiter vnam ſeparat,quam ſtatim inuadat, & lacerat, in cuius carnibus & cruore ſatietur, & morbidæ oues ſuum relinquent gregem,& luporum faucibus deuorantur. Idem ſuper illud Gen.ſecundum aliam literã. Egreſſus Cain à facie Domini habitabat in terra Naid quod interpræratur fluctuatio,quicũq; enim à Domino recedit,ſtatim ſæculi fluctibus quatitur, & mouentur pedes eius. Aug. Cohibeat ſe li.2.de continẽtia viſus. Bern. Nihil turpius li.1.de monachis malis. Sen. in epiſto. Frequens migratio corporis,inſtabilis animi proprium eſt,coaleſcere ocio nõ poteſt,niſi deſiit circunſpicere,& errare. Idem. Vt animum poſſis continere,primo corporis fugam ſiſte,deinde remedia cõtinuata plurium proficiunt. Idem. Sine diſcere oculos tuos,ſine aures aſſueſcere ſanioribus verbis, quo cum proceſſeris,in ipſo tranſitu aliqua quæ renouent cupiditates tuas tibi occurrent. Idem. Primum argumentũ compoſitæ vitæ exiſtimo,poſſe conſiſtere, & ſecum morari. Idem. Non conualeſcit planta quæ ſæpe tranſfertur,nihil tam vtile eſt quod in tranſitu proſit. Idem Auarior,ambitioſior,luxurioſior, imò vero crudelior, & inhumanior redeo,quia inter homines fui. Idem. Nuſquam eſt qui vbique eſt. Idem. Vitam in peregrinatione agentibus hoc euenit, vt multa hoſpitia habeant,nullas amicitias.

Gen.4.

*De curioſitate.* *Cap. 7.*

Curioſitas in alienam vitam vitium eſt.

GRegor. in regiſ. Dum incongrua dicentes audire non renuis,non ſolum opinionem tuam,ſed grauas,& animam. Idem in homil. Graue curioſitatis eſt vitium,quæ dum cuiuslibet mentem ad inueſtigandã vitã proximi exterius ducit, ſemper ei ſua intima abſcondit,vt aliena ſciens ſe neſciat,& omnis curioſi animus,quanto peritus fuerit alieni meriti, tãto fiat ignarus ſui. Idem ſuper Ezech. Sicut malus aer aſſiduo flatu tractus inficit corpus,ita ꝑuerſa locutio aſſiduè audita,infirmantium inficit animum,vt tabeſcat delectatione praui operis, aſſiduitate curioſi ſermonis. Idem in moral. Fit recto retributionis examine, vt qui exteriori oculo negligenter vtitur,interiori cordis oculo, non iniuſtè cęcetur. Idem. Plerunq.res.infra lib.4.de in nocentia. Aug.in conf. Cũ mihi accidit,vt me amplius cantus,ꝙ̃ res quæ cantatur moueat, pęnaliter me peccare confiteor,& tunc mallem non audire cantantem. Idem. Præter concupiſcentiam carnis, quæ ineſt in delectationẽ oĩum ſenſuum, & voluptatẽ cui ſeruientes depereunt qui longè ſe faciunt a te Dñe, ineſt aĩæ per eoſdẽ ſenſus corporis,quædã non ſe oblectandi in carne, ſed experiẽdi per carnẽ vana & curioſa cupiditas, nomine cognitionis,& ſcientiæ palliata. Idẽ. Pulchras formas & varias,nitidos & amœnos colores amant oculi,non teneant hæc aĩam meã,teneat eam Deus,qui fecit hæc bona valde,ſed ipſe eſt bonũ meũ,nõ hæc. Idem de vera religione. Miſeri hoĩes,quib.cognita vileſcunt,& nouitatibus gaudent, libentius diſcũt quam norunt,cum tñ cognitio ſit finis diſcendi. Io. Chry.in ſerm.in theatro non ſolũ vides res infauſtas, ſed & audis ſpurciloquia,& ex ipſo inceſſu meretricis & habitu mollitis:vbi auditu,& cantu diabolico,læduntur aures tuæ,& vndiq; percutitur mens tua. Iſid.in ſyn. Noli quęrere quid quiſq. dicat vel faciat,euita curioſitatẽ, omitte curã quæ ad cãm tuã non pertineat. Idẽ. Oculi prima tela libidinis, viſio prima cõcupiſcentia mulieris. Idem de ſum.bo. Quidã curioſi delectantur audire quoslibet ſapientes,non vt veritatem ab eis quærant, ſed vt facundiam ſermonis eorum cognoſcant more poetarum,qui magis compoſitionẽ verborũ,quam ſẽtentiam veritatis ſequuntur. Ber.in medita. Multi multa ſciunt,& ſeipſos neſciunt,alios inſpiciunt, & ſeipſos deſerunt, Deũ quęrunt per iſta exteriora,deſerentes interiora ſua,quib.interior eſt Deus. Idem de duodecim gradibus. O Dina quid neceſſe eſt,vt videas mulieres alienigenas?qua neceſſitate?qua vtilitate? an ſola curioſitate,& ſi otioſè vides,nõ tñ otioſè videris. Idem. Serua commiſſum,caue prohibitum, ne perdas cõceſſum,quid mulierem tuam mortem, tam intentè intueris?quid illuc tam crebro vagantia lumina iacis. Idem. Niſi mens minus ſe curioſè ſeruaret,tua curioſitas tẽpus vacuum non hẽret,ſi culpa non eſt,culpæ tamẽ occaſio eſt,& indicium cõmiſſæ,& cauſa committendę. Idem. Monachus qui ſui negligens alios curioſè circũſpicit, dum quoſdam ſuſcipit ſuperiores,quoſdam deſpicit inferiores,& in aliis quidem videt quod inuidet,in aliis quod irridet, inde fit vt pro mobilitate oculorum,leuigatus animus, nulla vtiq; ſui cura grauatus,modo per ſuperbiam ad alta ſe erigit, modo per inuidiam in ima ſe demergit. Idem. Ex inſolenti corporis motu recens animæ morbus depræhenditur, quandiu enim a ſui circunſpectione curioſus torperſcit incuriã ſui curioſã in alios facit,qui enim ſeipſum ignorat,foras mittitur vt hædos paſcat. Anſ.de ſimilitud. Curioſitas eſt ſtudium perſcrutandi ea, quæ ſcire nulla eſt vtilitas. Sene.in epiſt. Nil tam damnoſum bonis moribus,quam in curioſo ſpectaculo reſidere,tunc.n. per voluptatem facilius vitia ſurrepunt.

Simile.

Curioſitas in ſermõe.

Reſinquieta vitioſitas.

Curioſitas quid.

*De negligentia.* *Cap. 8.*

Negligentia ſemper nociua.

GRegorius in moral. Si curare parua negligimus, inſenſibiliter ſeducti,ſtatim audenter etiam maiora perpetramus. Idem. Plerunque de bonis per incuria

incuriæ vitium mala naſcuntur. Idem. Iniquorum mentes, qui damna ſua conſiderare negligunt, integritatem ſuam quaſi neſcientes perdunt: amittūt namq; a corde innocentiam, ab ore veritatem, à carne continentiam, & per acceſſum tēporis ab ætate vitam. Idem in regiſ. Cū diuina præcepta nos moneant, proximos ſicut noſmet ipſos diligere debere, non paruæ negligentiæ eſt præcepta Dei deſpicere, & quod ſibi quis metuit, alij non timere. Idem in paſt. Si à circunſpectionis ſolicitudine cor deſtituitur, vulneribus aperitur, qa hoſtis callidus, tantò liberius pectus percutit, quantò nudum a prouidentiæ lorica deprehendit. Augu. de verbis Domini. Si homines negligunt vitam ſuam, vt nolint habere malam rem niſi ipſam. Idem. Tu vulnus. Infra li. 4. de taciturnitate. Idem de natura & gratia. Cum vbique ſit præſens, qui multis modis per creaturam ſibi ſeruientē auerſum vocet, doceat credentem, conſoletur ſperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem; non ibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras, ſed quod negligis quærere quod ignoras, neq; illud ꝙ vulnerata membra non colligis, ſed quod volentem ſanare contemnis. Ioa. Chryſ. de compunctio. cor. Si fortè in corpore paruum aliquid morbi pulſauerit, ſtatim & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus, & omni obſeruantia quę competunt gerimus, nec prius ceſſatur quam quæ moleſta ſunt mitigentur; anima vero cum quotidie vulneretur, cum per ſingula lanietur, vratur, præcipitetur, & modis omnibus pereat: nec parua quidem, pro ea nos cura ſollicitat. Idem Non anima pro corpore, ſed corpus pro anima factum eſt, qui ergo quod primum, & melius eſt negligit, & ꝙ inferius eſt extollit, vtrumque corrumpit. Idem. Certum eſt quod omnes pariter corrumpat & abſumat incuria, dū nemo eſt, qui vel opportuna præbeat, vel importuna prohibeat. Idem ſuper Ioan. Omni rei magis parcere debes quam tempori, aurum enim ſi contempſeris, poteris rurſus vel idipſum, vel aliud recuperare, tempus verò ſi perdideris difficile id reſumes. Bern. in meditat. Quantò diutius nos Deus expectat vt emendemur: tātò diſtrictius iudicabit ſi neglexerimus. Idem de contemptu mundi. Nihil pretioſius tempore, ſed heu nihil hodie vilius eſtimatur, tranſeunt dies ſalutis, & nemo recogitat. Idem ſuper cant. Non curant carnales quærere quantum deſiderant inuenire, cupientes conſequi ſed non exequi. Seneca in epiſt. Nemo ſe iuditat quicquam debere, qui tempus accepit, cum inter multa hoc vnum eſt, quod nec gratus quidem poteſt reddere.

Negligentia legis Dei.

Negligentia vitæ propriæ.

Simile.

Temporis negligētia.

### *De Securitate. Cap. 9.*

Nec de bonis actib. ſecuri eſſe debemus.

GReg. in Mora. Nonnunquam ipſis bonis quę agimus ad deterius propinquamus, quia dum lętitiam menti pariunt, quandam etiam ſecuritatem gignunt, dumq; mens ſecura redditur in corpore laxatur. Idem. Sæpe mens dum de virtutis ſuæ ſecuritate reſoluitur, inſidiante aduerſario, inopinatæ culpe telo perforatur. Idem. Sępe quem tentationis. Infra c. de remiſ. Idem. Sæpe nōnullis graue periculum incauta ſecuritas fuit, vt callidi hoſtis inſidias non tentati, ſed iā proſtrati cognoſcerent. Idem. Fit plerunq;. infra li. 4. de innocentia. Idem. Nonnunquam in parua. Supra li. 2. de peccato. Idem. Quia amoris intimi calorem mens non habet, frigida deorſum iacet, ac miſerando modo fit quotidie tanto ſecurior, quantò peior. Idem in regiſt. Mater negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas. Augu. de conflictu. Loth exercitio malorum probatus inter ſodomitas ſanctus fuit, in monte vero ſecuritate corporis ſaluatus, cum filiabus peccauit. Ioa. Chryſ. Virtus fidei. Supra lib. 2. de fide. Iſido. de ſum. bo. Neque vnquam oportet pœnitētem habere de peccatis ſecuritatem. Nam ſecuritas negligentiam parit, negligentia autem ſæpe incautos ad vitia tranſacta reducit.

Sanctitas in exercitatione perſequutorum conſeruatur.

### *De Dijudicatione. Cap. 10.*

GReg. in regiſt. Graue eſt ſatis & indecens, vt in re dubia certa dicatur ſententia. Idem in mor. Fit vt dum ad aliena dijudicanda mens ducitur, proprij iudicij lumine priuetur: & eo durius cōtra aliena ſuperbiat, quò ſua negligenter ignorat. Idem, hoc proprium. Supra li. 2. de ſuperbia. Idem. Quiſquis ſuperbiæ, vel inuidiæ in ſe tyrannidem captiua mente ſuſceperit, hoc primum damnum patitur, quod clauſo cordis oculo, iudicij æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab alijs vel bene geruntur ſibi diſplicent, & ſola ea quæ ipſe vel praue egerit ſibi placent. Idem. Cuncti vanæ gloriæ ſectatores, dum ſe hominibus præferunt, alios quidem de fatuis ſenſibus, alios autem de indignis meritis reprehendunt, alios. n. cenſent nihil ſcire, alios non bene viuere. Idem. Sancti viri aliena opera etiam praua mirantur, ſua verò etiam magna deſpiciunt. Reprobi verò ſua, vel quæ parua ſunt admirantur, & plerūq; de ſuis malis bona æſtimant, de alienis autem bonis male ſentire nō ceſſant. Idem. Stulti cum prudentium. Infra de obliuione. Hiero. in epiſt. Periculoſum eſt de ſeruo alterius iudicare, & non facilis venia praua dixiſſe de rectis. Ioa. Chryſoſt. de compunctione. In alienis delictis ſeueri & amariſſimi iudices reſidemus, noſtras autem trabes oculis infixas proprijs non videmus, qui aliena etiam minima ſolicitè perſcrutamur. Idem. Iudicare de alterius mente, ſumma difficultas eſt. Auguſt. de ſermone domini in monte. Maximè hi temerè iudicant de meritis alienis, & aliorum facta facilè repræhendunt, qui magis amant vituperare & damnare, quam emendare & corrigere. Quod quidem vitium, vel ſuperbiæ eſt, vel inuidentiæ. Bern. de contemptu. Iudicent tunc, & præiudicent ſuperbiæ filij, & cum rege ſuo ſedeant, qui ſibi latera aquilonis elegit. exaltentur, & eleuentur ſicut cedrus libani, tranſibimus & ecce non erunt. Opprimant tunc quos poſſunt, blaſphement, congerant maledicta, veniant ſuper nos opprobria exprobantium Chriſto, quoniam merces noſtra copioſa eſt in cœlo.

Iudicium paſſionib. perturbatur.

Sanctorū & malorū diſcrimen.

### *De Recidiuatione. Cap. 11.*

GReg. in mora. In vnoquoq; lapſu, à minimis ſemper incipitur, & ſucceſcentibus defectib. ad grauiora peruenitur. Idem. Sæpe committunt homines mala quæ ſciunt, & idcirco permittuntur decipi, vt cadant etiam in mala quæ neſciunt. Idem. Auget reatum culpæ ſequentis, præconium gloriæ præcedentis. Nam vniuſcuiuſq; caſus, tantò maioris eſt criminis quantò prius quam caderet, maioris potuit eſſe virtutis. Idem. Incaſſum bonum agitur, ſi ante terminū vitę deſeratur, quia & fruſtra currit, qui priuſquam ad metas veniat, deficit. Idem in paſt. Si quod videtur bonum gerendum ſolicita intentione non creſcit, etiam quod fuerat bene geſtum decreſcit. Idem. Qui fortiori ſtudio intenderit, retroſpicere conuincitur, ſi relictis bonis amplioribus ad minima retorquetur. Idem ſuper Ezech. Sicut qui à fide recedit apoſtata eſt, ita qui ad peruerſum opus quod deſeruerat redit, ab omnipotenti Deo abſq; vlla dubietate apoſtata deputabitur, etiā ſi fidem tenere videatur. Idem in regi. Minoris exceſſus eſt veritatem non cognoſcere, quam in ea agnita non manere. Auguſt. de ciui. Dei. Audeo dicere, ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod apertum manifeſtumque peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit quando fleuit, quam ſibi placuit quando præſumpſit. Idem in libro de viduitate. In viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur, qua expetita, & electa, &

Qui minima ſpernit, paulatim decidet.

Voti obligatio.

voti debito oblata iam non ſolum capeſcere nuptias, ſed etiam ſi non nubatur, velle nubere, damnabile eſt. Idem. Cum quiſque non reddit, quod non imperio cõpulſus, ſed conſilio cõmonitus vouit, tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habet vouendi neceſſitatem. Idem. Planè non dubitauerim dicere lapſas animas a charitate ſanctiore, q́ vouetur Deo, adulteris eſſe peiores. Idem in li. de verbis apoſtoli. Semper adde, ſemper ambula, ſemper profice, noli in via retardare: noli retro redire, noli deuiare. Remanet enim qui non proficit, retrò redit, qui ad ea relabitur vnde iam receſſerat, deuiat qui apoſtatat. Hierony. in epiſtola. De Dei virgine facta eſt corruptio ſathanæ, de ſpõſa Chriſti facta eſt ſcortum execrabile, de templo Dei fanum immunditiæ: de habitaculo ſpiritusſancti tuguriũ Diaboli; quæ prius incedebas cum fiducia vt columba, nunc lates in tenebris vt ſtellio. Iſidor. de ſum. bo. Quẽadmodum ad virtutem tendentes culmen non à ſummis inchoant, ſed à modicis, vt ſic ſenſim ad altiora pertingant: ita & qui dilabuntur ad vitia, non ſtatim à magnis criminibus incipiunt, ſed à modicis aſſueſcũt, & ſic ad maxima proruunt. Idem. Multis argumentis inſidiatur diabolus eis, qui renunciant ſæculo, vt ei ſe iterũ amore ſubſternant, grauius autem illos concupiſcentijs ſæculi ferit, quos poſt renuntiationem ad mundi amorem reduxerit. Bern. in epiſt. Habet quidem Chriſtus multos milites, qui fortiſſime cęperunt, ſteterunt, vicerunt, paucos autem qui de fuga conuerſi, rurſus ſe periculo ingeſſerint, quod declinauerant, rurſuſq; fugarẽt hoſtes, quos fugiebant. Idem. Beatus es ſi pugnando moriaris, quia mortuus mox coronaberis: væ autem tibi declinando pugnam, perdis. n. victoriam ſimul & coronam. Idem. Si proficere currere eſt, vbi non proficere ibi & currere deſinis, vbi verò non currere, ibi & deficere incipis; hinc planè colligitur, quia nolle proficere, non niſi deficere eſt. Idem ſuper canti. Septies cadit iuſtus, & ſepties reſurgit, ſi tamen cadit in die, vt ſe cadere videat, & cecidiſſe ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum adiuuantis, & dicat. Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem; auertiſti faciem tuam á me, & factus ſum conturbatus.

Inſidię diaboli cõtra religioſos, quos à pugna nũquã deſiſtere oportet.

Nolle proficere, deficere eſt.

Iuſtũ cadere in die quid ſit.

### *De Conſuetudine.* Cap. 12.

GReg. in homil. Viſitata culpa obligat mentem, vt nequaquam ſurgere poſſit ad rectitudinem. conatur. n. & labitur, quia vbi diu ſpontè perſtitit, ibi etiam cum noluerit, coacta cadit. Idem ſuper Ezech. Frontem cordis in impudentiam atterit culpa frequens, vt quò crebrius committitur, eò de illa committentis animus minus verecundetur. Idem in regiſtr. Si prauæ rei aditus antequam diu pateſcat nõ clauditur, vſu fit latior, & erit conſuetudine licitum, quod ratione & lege, conſtat eſſe prohibitum. Gloſſ. Tre. 3. Ioann. 11. Difficile ſurgit, quem moles malæ conſuetudinis præmit. Iſid. in ſynonym. Aſſiduitas mores facit, & iugis vſus in naturam ſe vertit. Idem de ſumm. bo. Cogitatio praua delectationem parit, delectatio cõſenſionem, conſenſio actionem, actio conſuetudinem, & conſuetudo neceſſitatem. Idem. Dum facta quædam non grauia liberè, ac ſine metu committimus, ad peiora ſcelera, & horrenda, peccati conſuetudine labimur. Aug. de libero arbitrio. Ratio æſtimat luce veritatis, vt recto iudicio ſubdat minora maioribus, vſus autem cõſuetudine commoditatis plerunq; inclinatur, vt ea pluris æſtimet, quæ veritas minora conuincit. Idem contra Iulianum. Contra iſtam genitalium concupiſcentiam, quæ ingenita nobis eſt per originale peccatum, vehementius vidua quam virgo, vehemẽtius meretrix, cum caſta eſſe voluerit; quam quæ ſemper fuit caſta confligit, & tantò amplius in ea ſuperanda voluntas laborabit, quanto maiores ei conſuetudo vires dedit. Idem in Glo. ſuper Pſalm. Facilius eſt retrahi ab ingreſſu, quam ab arrepto itinere prauæ conſuetudinis reuocari. Ioan. Chryſo. de compunct. cor. conſuetudinis contemnendi dum de præteritis dolor nullus eſt, facilius ſuperuenientibus malis locum damus. Ambr. de off. Vſus cito inflectit naturam. Seneca in epiſt. Mali mala ſua (quod malorum vltimum eſt) amant, tunc autem conſummata eſt infęlicitas, vbi turpia non ſolum delectant, ſed etiam placent, & deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerunt vitia, mores fiunt.

Peccata cõſuetudinarius difficile relinquit.

Gradus ad peccatum.

Conſummata infęlicitas.

### *De Obſtinatione.* Cap. 13.

GReg. in moral. Praui audire bona patienter nequeunt, & cum vitæ emendationem negligunt, ad verba ſe obſtinatæ reſponſionis accingunt. Idem. Quos reatus ſimilis ſociat, concordi pertinacia etiam defenſio peruerſa conſtipat, vt de facinorib. ſuis, alterna ſe inuicem defenſione tueantur. Augu. de agone Chriſtiano. Nolentes ſe ſi peccauerint corrigi, nihil aliud elegerunt, niſi cum hoc mundo damnari. Idem de vita Chriſtiana. Fit vt qui homines non timent in delinquendo, in iudicio Deum iudicem ſentiant & vltorem. Idem de fide ad Petrum. Obduratè viuit ſiue qui non conuertitur, deſperans de indulgentia peccatorum ſuorum, ſiue qui ſic de miſericordia Dei ſperat, vt vſque in finẽ vitæ ſuæ in ſuorum criminum peruerſitate permaneat. Ioã. Chry. in ſermo. Peccare humanum eſt, permanere autem in peccatis diabolicum eſt. Bern. de conſide. Quid eſt cor durum? ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia, ad conſilia inuidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula. Idem de præcep. & diſpen. Elatio contemnentis, & impœnitẽtis obſtinatio, in minimis quoque mandatis culpam facit non minimam, & conuertit in crimen grauis rebellionis, neuum leuem ſimplicis transgreſſionis. Idem in epiſt. ad proprios parentes. O dira abuſio domus ardet, ignis inſtat a tergo, & fugienti prohibetur egredi, euadenti ſuadetur regredi: & hoc ab his, qui in ipſo incendio poſiti ſunt, & obſtinatiſſima dementia, ac dementiſſima obſtinatione fugere periculum nolunt: proh dolor ſi contemnitis mortem veſtram, cur appetitis & meam? Idẽ in ſer. Nonnulli dura ceruice, & attrita ſunt fronte, vt quo magis eis compatimur, tantò magis noſtra & compaſſione, & patientia abutantur. Idem. Putas ne filium Dei reputat Ieſum, quiſquis ille eſt homo, qui ipſius nec terretur comminationibus, nec attrahitur promiſſionibus, nec præceptis obtemperat, nec conſilijs acquieſcit, nonne is ſi fateatur ſe noſſe Deum, factis eum negat? porrò fides ſine operibus mortua eſt. Idem. Qui imperium dedit ne peccaremus, pœnitentibus ſtatuit, vt confiterentur. Excluditur itaque dignè à regno Dei omnis qui peccat: ſed qui poſt peccatum labitur in contemptum. Glo. Mat. 24. Carnale eſt cadere, ſed lapideum eſt iacere.

Obſtinati incorrigibiles.

Obdurationis duplex ratio.

Metaphora.

Fidẽ facta ſequantur.

### *De Deſperatione.* Cap. 14.

GRego. in regiſ. Diffidentiæ quodammodo genus eſt, contra hoc quod quiſque prædicat, torqueri mœſtitia. Idem in mor. Præſumptio virtutis proprie tantò grauius in deſperatione eſt, quantò longius ab humilitate. Idem. Graui deſperationis telo mens percutitur, cum ſupernę iræ tribulationibus præmitur, & linguarum foris opprobrijs vrgetur. Idem. Clauſis oculis cordis, eo anima præcipitatur in infimis, quo obſcuratur à ſummis, & tantò ſecurius mala temporalia penetrat,

Deſperatio ex præſumptione naſcitur.

trat,quantò durius bona æterna deſperat.Idem. Deus hominem quem benignè condidit,iniq; non ſpernit.Pēſandum eſt igitur, quanti eſt periculi tranſacta munera cernere, & futura deſperare. Idem.Plerunq; congruit. Infra c.de arguitione.Io.Chry.in ſer.Vtrunq; periculoſum eſt,& confidentia peruerſa,& deſperatio.Nam confidentia nimia ſtantē euertit, & deſperatio poſt lapſum non permittit exurgere. Idem.Diabolus non aliunde. Supra li.1.De dęmonibus.Auguſtin.de pęnitentia.Qui de Deo non præſumit veniam, non animaduertit, plus peccato ſuo poſſe Dei clementiam.Idem.Inter ſpem, & deſperationem. Infra in c.de morte.Iſid.in ſyno.Non deſperes de ſalute, ſi ad meliora conuerteris, qui enim veniam de peccato deſperat, plus ſe deſperatione quam commiſſo ſcelere damnat,deſperatio nanque auget peccatum,& peior eſt omni peccato.

### De *Dilatione*. Cap. 15.

GReg.in moral.Sæpe accelerandi boni tarditas cōſilium putatur,& cum expectatur, vt ex tardatione proficiat,hoc inſidians mora ſupplantat. Auguſtin.de confeſſ.Non erat quid reſponderem tibi Domine,dicenti mihi.Surge qui dormis & exurge a mortuis,& illuminabit te Chriſtus,& vndiq; oſtendēti te vera, dicere non erat oīno quid rńderem veritate conuictus,niſi tātum, verba lenta,et ſomnolēta. Ecce modo, ſine modo,ſine paululum,ſed modo & modo,nō habebat modum,& ſine paululum in longum ibat. Idem de verbis Domini. Scio ego, & mecum omnis homo,qui paulo attentius conſiderauit, neminem Deum timentē, ſub verbis eius non ſe corrigere,niſi putat,quia plus habeat viuere,& hæc ipſa res eſt,quę multos occidit,cum dicunt cras cras,& ſubito oſtium clauditur, remanebūt foris cum voce coruina,quia non habent gemitum columbinū.Cras cras vox corui eſt.Idem de ciuitat. Dei. Si propterea quiſque obiurgandis,& corripiendis,malè agentibus parcit,quia oportunius tempus inquirit, vel eiſdem ipſis metuit,ne deteriores ex hoc efficiantur,vel ad bonam vitam & piam erudiendos impediant alios infirmos,& pręmant atque auertant à fide:non videtur eſſe cupiditatis occaſio,ſed conſilium charitatis. Idem de pœnitentia. Quoniam multa ſunt quæ impediunt languentem,& retrahunt, periculoſum eſt,& interitui vicinum ad mortem protrahere pœnitentiæ remediū. Idē. Purgandus eſt igne purgationis, qui in aliud ſæculum diſtulit fructum conuerſionis:hic autem ignis & ſi ęternus non ſit,miro modo eſt grauis, excellit enim omnē pęnam,quam vnquā quis paſſus eſt in hac vita. Ber.ſuper cant.Inſtar ſolis vrentis,deſiderij ardor perigrinantem in corpore animam decolorat,dum vultui glorię inhanitem impatientem facit repulſa, & excruciat amantem dilatio.Idem de contemptu.Nunquid in die iudicij miſeri dicere incipient, modo Domine ecce modo, ſine paululum?ſic enim nunc diſſimulant infęlices, & modo & modo non habent modum, & ſine paululum in longum vadit.Idem.Clama ad Deum anima mea,trahe me poſt te,in odore vnguentorum tuorum curremus:alioquin quando eum remorando,tepeſcendo,pauſādo, cōſequi ſperas? exultabit vt gigas ad currendum viā. Hilarem ſine dubio diligit ſecutorem.

Eph.5.

Vanas ſpes viuēdimultos decipit.

Correctio aliquando charitatiue differtur.

Pœnitētiæ ignis purgatorius.

### De *Voluptate*. Cap. 16.

GReg.in moral.Qui nunc malè ſe in voluptatibus dilatat,eū poſt in ſupplicijs pęna coanguſtat. Idē in regiſtr.Si pro luxu animi,atque voluptate carnis Dominico die quis lauari appetit,hoc fieri, nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro neceſſitate corporis,hoc nec Dominico die prohibemus. Hieronym.in epiſtol. Miſeriæ delitijs, & delitiæ miſerijs commutantur,in noſtro arbitrio eſt, vel diuitem ſequi, vel Lazarum. Idem.Difficile immò impoſſibile eſt,vt præſentibus quis,& futuris fruatur bonis: vt hic ventrem,ibi mentem impleat:vt de delitijs tranſeat ad delitias:vt in vtroq; ſæculo primus ſit,vt in cœlo, & in terra appareat glorioſus. Bernar.de contemptu. Nunc & trahit ſua quenq; voluptas, & odorem turpis lucri ſectantes,quæſtum æſtimant pietatem, quorum damnatio certa eſt.Boetius de conſola. Triſtes eſſe voluptatū exitus,quiſquis reminiſci libidinum ſuarum volet, intelliget,quę ſi beatos explicare poſſent,nihil cauſę eſt,quin pecudes quoq; beatæ eſſe dicantur, quarum omnis ad explendam corporalem laſciuiam feſtinet intentio. Interli. Leuitici.2.Nihil voluptuoſum, nihil ſuaue placet Deo:ſed quod habet aliquid mordacitatis, & ſeueritatis,vnde paſcha cum amaritudinibus manducatur.Glo. Oſeæ 4.voluptas inſatiabilis eſt, & habita, famem non ſatietatem parit.Seneca in epiſtola. Voluptates præcipue ex turba & inuiſiſſimas habe, latronum more in hoc nos amplectuntur,vt ſtrangulent.Multa lib.2.in c. de luxuria.

Hic & illic beatus eſſe nemo pōt.

### De *Carnalitate*. Cap. 17.

GReg.in homil.Vnde caro ad tempus ſuauiter viuit,inde ſpiritus in æternum interit.Io.Chryſ.ſuper Matth.Quid impinguas,dic mihi corpus?nūquid enim immolare te habemus? nunquid apponere menſę? Bern.de contemp.Nonnulli cum ſpiritu cœperint,heu carne conſumantur. Idem.Hodie filij hominum animæ curam negligunt, curam autem carnis perficiunt in omni deſiderio: neq; enim peccare metuunt, ſed puniri,nec virtuti cordis datur opera, ſed valetudini corporis,immò & voluptati. Idem ſuper canti. Tu tibimetipſi diſpenſas miſerus tui, ſuſpecta eſt mihi (fateor) tua ipſius in te diſpenſatio, vereor tibi illudi ſub tegmine,& nomine diſcretionis à carnis prudentia. Id te ſaltem volo admonitum eſſe,vt ſi tibi auctoritas Apoſtoli placet de bibendo vino modico, quod ille adiunxit,non prætermittas.Idem in apol.Quid vos dicitis obſeruatores ciborum,morum neglectores, & corruptores animorum?Hippocrates, & ſequaces eius docēt animas ſaluas facere in hoc mundo,Chriſtus & eius diſcipuli perdere.Quem nam vos è duobus magiſtrum eligitis? At manifeſtum ſe facit qui ſic diſputat, hoc oculis,hoc capiti,illud pectori, vel ſtomacho nocet,profectò vnuſquiſq; quod à ſuò magiſtro didicit, hoc in medium profert. Idem. Iſta charitas deſtruit charitatem,hæc diſcretio diſcretionem confundit, talis miſericordia crudelitate plena eſt, quia videlicet ita corpori ſeruitur,vt anima iuguletur. Quæ etenim charitas eſt carnem diligere,& negligere ſpiritum?quæ diſcretio totum dare corpori, & animæ nihil? qualis miſericordia ancillam reficere, & dominam interficere? nemo pro huiuſmodi miſericordia ſperet ſe conſequi miſericordiàm.Idem in epiſt.Quicunque in carne ſunt,ſiue præter habitum,ſiue in habitu religionis, ſi verax eſt (immo quia verax eſt Apoſtolus) Deo placere non poſſunt:multum enim citra perfectum proficit, immò infra imperfectum deficit, cuius gula Deus eſt. Idem. Qui debitorem. Supra li.1.de religioſis malis. Idem in ſer.Filij hominum vſquequo graui corde, & pingui corpore?vt quid diligitis vanitatem,& veritatem negligitis?pinguedo carnis,delitię corporis,ſaturitas ventris, aut ante mortem vos deſerent, aut vos in morte illas deſeretis,quoniam (inquit) ſanctus,cum interierit homo, non ſumet omnia,neque deſcendet cum eo gloria eius. Seneca in epiſt. Cum tibi fœliciter ſagina ceſſerit, & tori creuerint,nec vires vnquam opimi bouis, nec pondus æquabis,adijce nunc, ꝙ maiore ſarcina animus eliditur, & minus agilis eſt. Idem. Stringe corpus, &

Sua in ſe diſpēſatio ſuſpecta eſt.

Falſa charitas amor proprius.

Pſalm. 48.

Parcè ſuſtētanda,non fouenda caro.

animo

animo laxa locum, multa ſequuntur incommoda corporis deditos curæ. Idem. Fateor inſitam eſſe nobis corporis noſtri charitatem, fateor nos huius gerere tutelam, nõ nego indulgendum, illi ſeruiendum nego: multis ſeruit, qui corpori ſeruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Idẽ. Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus viuere debeamus, ſed tanquam non poſſimus ſine corpore.

*De Proſperitate.* Cap. 18.

Solus Deus ſufficere poteſt bonis.

GRego. in mora. Sancti viri omnem præſentis vitæ copiam, inopiam deputant, quia videlicet nil extra Deum ſufficit menti, quæ veraciter Deum quærit. Idem. quamuis quolibet in loco poſiti, cogitando, loquendo, agendo peccemus, tunc tamen per tria hæc animus effrenatius rapitur, cum mundi huius ſubleuatur proſperitat. Idem. Nõ eſt ſenſus in crimine, ſed affectus: cuncta. n. quę Deus condidit bona ſunt. Idem.

Proſperitatis periculũ atq; diſpendium.

Solet rerum abundantia tantò magis à diuino timore mentem ſoluere, quantò magis hanc exigit diuerſa cogitare. Nam dum foris per multa ſpargitur, ſtare in intimis fixa prohibetur. Idem. Qui tranſeuntia amplectitur, eo ipſo ad decurſum ducitur, quo decurrentibus implicatur. Idem. Multos ſua peius fœlicitas ſtrauit, multos diuturna pax inertes reddidit, eoq; illos inopinatus hoſtis grauius percutit, quò longo quietis vſu negligentes inuenit. Idem ſuper Ezech. Abundantia ſuperbiæ vicina eſt. Idem. Qui à Deo auertitur, & proſperatur, tantò perditioni fit proximus, quantò a zelo diſciplinæ inuenitur alienus. Idem in regiſt. Libere nobis non debet dari donum Dei, quod delectationem ſui, ſeparat ab amore Dei: ne data danti præferamus, & dum bona percipimus etiam mali, vnde creſcere in eius amore debuimus, inde à timore illius diſiungamur. Ioann. Chryſoſt. ſuper Matth. Ipſa fœlicitas mundialium rerum, ſatis magnum impedimentum eſt animæ ad iuſtitiam faciendam. Idem. Qui vult Deum amare, neceſſe eſt, vt odiat diuitias, qui autem voluerit amare diuitias, neceſſe eſt vt odiat Deum. Idem ſuper Ioan. Non accuſo domos habentes, & agros, & pecunias, & mancipia: ſed cum cautela hæc poſſideri volo, & cum decentia, quid eſt cum decentia, niſi vt more dominorum, & non ſeruorum poſſideant ea, et non poſſideantur ab eis, vt vtantur eis, & non abutantur? Iſid. in ſyno. Diuitiæ nunquam ſine peccato acquiruntur, nullus res terrenas ſine peccato adminiſtrat.

Nemo põt duob. Dominis ſeruire.

Nota.

Aug. in epiſt. Fallax in tranſitorijs ſuauitas, & infructuoſus labor, & perpetuus timor, & periculoſa ſublimitas: initium ſine prouidentia, & finis cum pęnitentia. Idem. Vtaris hoc mundo tanquam non vtens, vt ex bonis eius bona facias & nõ malus fias, quia & ipſa bona ſunt, & à Deo bona ſunt, nec dantur hominibus niſi ab illo qui habet omnium celeſtium, atque terreſtriũ poteſtatem. Sed ne putentur mala, dantur & bonis, ne putentur magna, vel ſumma bona, dantur & malis. Itemq; auferentur & iſta bonis, vt probentur, & malis, vt crucientur. Idẽ ſuper Luc. Amor rerum terrenarum viſcus eſt pennarum ſpiritualium, & eſt Glo. ſuper Pſal. 120. Idem ſuper can. Iacobi. Aurum materia laborum, periculum poſſidẽtium, eneruatio virtutum, malus Dominus, proditor ſeruus, aurum nemo tutus habet, niſi qui ſemper abſcondit, in perniciem Domini fulget, per tenebras quæritur, per tenebras cuſtoditur. Idem. Aurum præbet miſericordiæ materiam, apud bonos animos, & nouo genere lucri, tunc magis prodeſt, quãdo contemnitur, vt. ſ. ipſa ſui conditione teſtetur, quoniam mala eſt eius rei poſſeſſio, cuius abdicatio fructuoſa. Idem de moribus Eccleſiæ. Multò enim mirabilius non inhærere diuitijs, quis poſſideas, quam omnino eas non poſſidere. Ambro. in ſer. Meritò clamat Propheta. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere,

Vtendum non fruendũ eſt mundo.

Pſalm. 61.

quid. n. mihi proſunt ſi mecum eſſe poſt mortem non poſſunt? hic acquiruntur, hic relinquentur. Somnium igitur loquimur non patrimonium: Vnde bene ait Propheta, Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Pſalm. 75. Bern. in epiſto. Bona temporalia ſunt ſi non amantur vt illicita, ſiue autem amentur ſiue non amentur, non multum expediunt: quia quadam ſui dulcedine cor poſſidentis citò ſubuertunt. Idem in ſer. Diuitiarum amor inſatiabilis. Longè enim amplius deſiderio torquet animam, quam refrigeret vſu ſuo: vtpotè quarum acquiſitio quidem laboris, poſſeſſio verò timoris, ammiſſio plena doloris inuenitur. Idem. Filij Adã genus auarum, & ambitioſum, audite, quid vobis cum terrenis diuitijs, & gloria temporali? quæ nec veræ, nec veſtræ ſunt? Aurum enim & argentum nonne terra eſt rubra, & alba, quam ſolus error hominum facit, magis reputat pretioſam? Denique Pſalm. 48. ſi veſtra ſunt hæc, tollite ea vobiſcum, ſed homo cum interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius. Idem. Fallax fœlicitas eſt maior infœlicitas. Seneca in epiſto. Res eſt inquieta felicitas.

*De Conſolatione.* Cap. 19.

Conſolandi ſunt pauperes, deterrendi diuites.

GReg. in paſtor. Offerenda eſt eis conſolatio, quos caminus paupertatis excoquit, atque illis inferendus eſt timor, quos conſolatio gloriæ temporalis extollit. Idem. Habet hoc prauorum. Infra c. de malitia. Idẽ. Mens in qua. Infra lib. 4. de feruore. Hiero. in ep. Nihil omnino agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus, & ad conſolationem noſtram aliena ſępe numerantes vitia, deeſſe nobis dicimus quos ſequi in virtutib. debeamus. Bern. in epiſt. Si caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, carnalibus profectò conſolationibus, ſpiritales ſociari impoſſibile eſt. Idem. Funes ceciderunt, Infra li. 4. c. de guſtu. Idem in apolo. Fuſi ſumus exterius et de regno Dei, quod intra nos eſt, relictis veris, ac perennibus bonis, foris quærimus vanam conſolationem de vanitatibus, & inſanijs falſis, ac iam religionis antiquæ non ſolum virtutem amiſſimus, ſed nec ſpeciem retinemus. Idem ſuper Qui habitat. Si vis habere miniſterium angelorum, fuge conſolationes ſeculi, & tentationibus reſiſte diaboli, renuat cõſolari anima tua in alijs, ſi vis in Dei memoria delectari. Idem in ſer. Vilis eſt & ad nihilum vtilis mundi cõſolatio, & quod magis eſt metuendum, etiam veræ, ac ſalubris conſolationis eſt impedimentum. Idem. Cuius ad alias conſolationes mens inhiat, & non pœnitus renuit conſolari in caducis, & tranſitorijs: ipſe ſibi profectò cęleſtis ſubtrahit gratiam conſolationis, qui ſi digna deuotione, pleno affectu, deſiderio vehementi petere, quærere, pulſare ſatageret, ſine dubio petens acciperet, quærẽs inueniret, pulſanti aperiretur. Idem. Alios quoq; lugentes. Supra li. 2. in c. de beatitudine.

Conſolatio temporalis, ſpiritali aduerſatur.

*De Ornatu.* Cap. 20.

Vanitas in vſu veſtiũ.

GReg. in mora. Praui cum tegendis membris veſtimenta quærunt, non ſolum quæ tegant, ſed etiam quæ excolunt, expetunt, & contra torporem frigoris nõ ſolum quæ per pinguedinem muniant, ſed etiam quæ per mollitiem delectet, & non ſolum quæ per mollitiem tactum mulceant, ſed etiam quæ per colorem oculos ſeducant. Ioan. Chryſo. de compũ. Nos omne tempus vitæ noſtre conſumimus expoliantes dominam, & adornantes ancillam diuerſis ornatibus. Aug. ſuper Mat. Qui immoderato cultu corporis atque veſtitus, vel cæterarum rerum nitore prefulget, facilè conuincitur rebus ipſis, pompam ſeculi eſſe ſectator. Idem de doctrina Chriſtiana. Quem iudicẽ mulier meliorẽ requirimus deformitatis tuæ, quàm te ipſa quę videri times? Si, pulchra es, quid abſcõderis? ſi deformis?

In mulieres ſeſe fucantes.

miſcuit te formoſam eſſe mentiris,nec tuæ conſciētię, nec alieni gratiā oris habitura. Iſtud verbum ſumitur a beato Ambr.in lib.de virginibus.Idem.Augu.de doctrina Chriſtiana,loquens de fuco mulierum. Tolerabiliora propè modum in adulterio crimina ſunt, ibi .n.pudicitia,hic natura adulteratur. Iſtud verbum ſumitur ſimiliter a Beato Amb.in li.de vir.Idem de do
1.Cor.15. ctr.Chriſtiana.Monentis Apoſtoli vox eſt.Expurgate vetus fermētum,&c.in azimis ſinceritatis, &c.Nam ſinceritas perſeuerat & veritas, quando quæ ſincera ſunt polluuntur,& colorum adulterinis fucis in mendacium vera mutantur?Iſtud verbum ſumitur a BeatoCy
Matth.5. priano.Idem de doctrina Chriſtiana. Dominus tuus dixit,non potes facere capillum unum album aut nigrum,& tu ad uincendam Domini tui uocem, vis te eſſe potiorem audaci conatu, & ſacrilego contemptu crines tuos inficis?malo præſagio futurorum capillos iam tibi flamineos auſpicaris.Iſtud ſimiliter ſumitur a Beato Cypriano.Hie.in epiſt. Crimen eſt caput poſt chriſmatis ſanctificationem, aut croci aut alterius pigmenti ſucco vel puluere ſordidari,aut auro,vel gēmis, vel cuiuſcunque terrenæ creaturæ ſpecie comi, quod iam cęleſtis ornatus ſplendore refulget. Idem. Quid facit in facie Chriſtiana purpuriſſus,& ceruſſa quorū alterum ruborem genarum labiorumque mentitur, alterum candorem oris, & colli ignis iuuenum fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia,& infra.Ornatus iſte non Domini eſt,velamē iſtud Antichriſti eſt. Idem.Qua fiducia erigit ad cęlum vultus,quos conditor non agnoſcit?Amb.Quo vult audiri. Infra libr.4. de ſimplicitate.Cypr.in epiſtola. Fugiant caſtæ virgines & pudicæ inceſtarum cultus,& habitum impudicarum,lupanarium inſignia, ornamenta meretricum, hæc Deus culpat,hæc denotat.Sericum & purpuram indutæ Chriſtum induere non poſſunt, auro,& margaritis,& monilib.adornatæ,ornamenta cordis pectoris perdiderunt.Idem. Parem ſe in omnib. integritas virginea præſtet,nec bonum cordis corporis cultus infamet.Quid.n.ornata virgo, quid compta procedit, quaſi maritum habeat aut quærat? Timeat potius placere,ſi virgo eſt,nec periculum ſui appetat,quæ ad meliora,& diuina ſe ſeruat.Bern.in epiſt. Filiæ Babylonis,quarum verè gloria in confuſione induuntur purpura,& byſſo,& ſubinde conſcientia pannoſa iacet, fulgent monilibus,& moribus ſordent.Idem in apolo. Ex cordis theſauro ſine dubio procedit,quicquid foris apparet uitioſum,vanum.n.cor uanitatis notam in
Exterior vanitas īterioris certū indiciū gerit corpori & exterior ſuperfluitas,interioris vanitatis indicium eſt. Mollia indumēta mollitiem animi indicant,non tātum curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta uirtutib. Multa ſupra li. 1.de monialibus & coniugatis.

*De ingratitudine.* *Cap.. 21.*

GReg.in regi.De Imperatore Mauritio. Valde mihi durum videtur,vt ab eius ſeruitio milites ſuos prohibeat,qui & ei oīa tribuit,& dominari eū nō ſolū militibus,ſed etiam ſacerdotibus conceſſit.Io. Chryſ. ſuper Matthæ.Omne bonum quod non ex amore ipſius boni faciunt homines,ingratum eſt ante Deum. Auguſt.de viduitate. Multi habent multa dona, & Deum neſciendo a quo habeant, impia vanitate iactātur.Nemo autem eſt Donis Dei Beatus, qui donanti extiterit ingratus.Idem de pœnitentia. Ingratus extitit,qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quiſque peccator fit culpabilior,quo eſt Deo acceptior.Idē de ſpiritu,& litera. Erit anima ingrata ſi quod illi ex Deo eſt,ſibi tribuit, præcipueque iuſtitiam.Bern.ſuper Qui habitat.Confitenti humiliter,& deuotè gratias agenti, non immerito ampliora beneficia promittuntur. Nam qui fidelis inuenitur in modico,iure conſtituitur ſuper multa. Sicut è contrario de accipiendis indignus eſt,quia fuerit de acceptis ingratus.Idem ſuper cantica,ingratus reputabitur cū diſcuſſio venerit,qui non poterit dicere cum Dauid, cātabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.Idem. Nunquid nō perit quod datur ingrato? Ingratitudo enim inimica eſt gratiæ,perditio animæ,exinanitio meritorum,virtutum diſperſio,beneficiorum perditio.Idem ingratitudo ventus eſt urēs fontem ſiccans pietatis,rorem miſericordiæ,& fluenta omnis gratiæ.Idem. Quid eſt cor durum?cap.de obſtinatione.Idem. Abſque confeſſione.Supra lib.1.de cōfeſſione.Idem in ſermone. Ingratitudo vias obſtruit gratiæ,& vbi fuerit illa gratia acceſſum non inuenit,locum non habet. Hinc mihi chariſſimi dolor continuus eſt,multaque triſtitia cordi meo, ꝙ nonnullos tam pronos ad leuitatem, ad riſum,ad verba ocioſa & ſcurrilia video, vt pertimeſcam valde, ne forte plus quam expediat diuinæ miſericordiæ immemores & ingrati ſuper tam multis beneficiis ſuis,aliquando deferantur a gratia,quam non habent vt gratiam.Idē. Omnino nos ſola a profectu conuerſationis impedit ingratitudo noſtra,dum quodammodo perditum reputans qui dedit,quod ingratus accepit,cauet ſibi de cætero ne tanto plura amitteret, quanto plura ingrato cōferret.Seneca in epiſto. Quiſquis de accipiendo ſemper cogitat,oblitus accepti eſt,nec nullum habet malū cupiditas maius quam quod ingrata eſt.

In modico gratus maiora percipiet.

Pſal.118.

Perit collatum ingrato.

aīę pfectui obſtat ingratitudo.

*De diſcordia.* *Cap. 22.*

GReg.in regiſt. Dubium non eſt bonos prauorum odio ſuſtinere,diuiniſque intentos operibus, peruerſorum aduerſitatibus lacerari.Idem. Quoties res aliqua pluribus agēda committitur,dum quiſq.diſſentit ab altero, diſpēdiis potius quam vtilitatibus aditus referatur.Idem.Mihi inimicitiam facio,ſi fratrū meorum iura perturbo.Idem.Diſcordia conſueuit ſcandala generare.Idē in mora. Solet inter fratres maior ſubſtantia,diſcordiæ fieri grauioris cauſa.Idem. Euenire plerunque ſolet vt non amiſſa charitate,& inimici nos ruina lætificet,& rurſum eius gloria ſine inuidiæ culpa nos contriſtet, dum & ruente eo quoſdam bene erigi credimus, & proficiente eo pleroſque iniuſtè opprimi formidamus.Idem in paſto. Diſcordes,& ſi boni operis fructus in ſuis actionib.proferunt, profecto nulli ſunt,quia non ex vnitate charitatis oriuntur.Idē, Sæpe dum quoſdā maior ſcientia erigit,a cæterorum ſocietate diſiungit,& quaſi quo plus ſapiunt eo, a concordiæ virtute deſipiunt.Idem in Dyalo.Prauis moribus,ſp grauis eſt vita bonorum. Idem in hom. Quiſquis malos non tolerat,ipſe ſibi per intolerantiam teſtis eſt,quia bonus non eſt. Abel enim eſſe renuit,quē Cain malitia non exercuit. Hier.in epiſt.Nihil tam cōtrarium,nihil tam execrabile Deo, quam aliquem uel le lædere,vel odiſſe,nihil tam probabile, quam omnes publicè accuſare.Idem in homil. Quomodo concordia paruæ res creſcunt, ſic diſcordia maximę collabuntur.Simile in Glo.Eccle. 1.a.Idem in orig. ſuper Mic.Vbique inſidiæ,vbiq. fraudulentia, innoxius ſanguis effunditur præ auaritia, & libidine germanitas ignoratur.Aug de Verbis Dom. Non poterit hr̄e concordiā cum Chriſto,qui diſcors voluerit eſſe cu Chriſtiano.Idem. Quid tibi commune cum diſcordia chriſtiane?quid ſimultates amas,quæ Deo tuo non placet. In initio nanq. inimicitias in protoplaſtum,dum ſerpens exerit interficitur, dum homini inuidet in ſe proſternitur,dum Adā cupit decipere,ipſe primitus iugulatur.Idē in epi.facile eſt atque procliue malos odiſſe quia mali ſunt,rarum autem & pium eoſdem diligere quia

Inimici ruina nonnunquā placere pōt, & debet.

Diſcordia a Chriſtianiſmo diſcordat.

quia homines, vt in vno eodemq; ſimul & culpã improbes, & naturã probes. Idẽ de confeſsione. Sicut amici adulantes peruertunt, ſic & inimici litigantes plerũque corrigunt. Ambr. de virgi. Quot hoĩes, tot ſnĩe. Iſid. in ſyno. Odium a regno Dei ſeparat, a cęlo ſubtrahit, a Paradiſo eijcit, nec paſsione adimiſ, nec martyrio expiatur. Idem de ſum. bo. Amicitia in reb. tm̃ bonis habenda eſt. Nam qui ea in malo vtuntur, non ſibi amici, ſed inimici exiſtunt. Ioan. Chryſ. in ſermone. Zelantur manſuetum inuidi, modeſtum ſuperbi, pbum improbi, mitem tumidi, inimica æmulatione laceſſunt. Idem ſuper Matth. Malos qui monet offẽdit, incurrit odium qui arguit criminoſos. Idem. Inimicus manifeſtus. Infra de ſimulatione. Idem. Si inimicitiæ ſemel infra de credulitate. Ber. in epiſt. Veritas nõnũquam odium & diſcordiam parit. Idem ſuper cantica. Oratio peccatoris execrabilis erit, fruſtra quoq; offeret munus ſuum ad altare, qui conſcius eſt ſibi ꝙ frater ſuus hẽt aliquid aduerſum ſe. Deniq. non reſpexit Dñs ad Cain munera, eo ꝙ non rectè ambularet cum fratre ſuo. Gl. 1. io 3. in ppetuum cũ Cain dãnabitur qui hoc gñe homicidii tenetur, vt diſcordet à fratribus ibidem. Oĩs homicida eſt q vel ferro pcutit, vel odio inſequit. Boet. de cõſolatio. Quẽ fęlicitas amicũ fecit, ĩfortuniũ faciet inimicũ, q̃ vero peſtis efficacior ad nocẽdũ, ꝙ familiaris inimicus? Multa ſupra lib. 2. de ira.

*De malitia.* *Cap.* 23.

GRegor. in dyalo. Sunt nonnulli qui idcirco bona facere ſtudent, vt gratiam alienæ operationis obnubilent, nec paſcuntur bono quod faciunt, ſed laude boni qua cæteros præmunt. Idem. Malitia remanentium meretur, vt hi qui prodeſſe poterant feſtinè ſubtrahantur, & cum mundi finis appropinquat, electi tolluntur ne deteriora videant. Idem in moral. Iniquorum hominum mentes cum quædã à proximis bene geſta conſpiciunt, in extenſo liuoris ſui aculeo torquentur, & grauem malitiæ ſuæ pęnam ſuſtinent: cũ bona in alijs tabeſcendo vidẽt. Idem. Ab omnipotente munus ex manu non accipitur, quod corde obligato ĩ malitia profertur. Idem. Habet hoc prauorum malitia, vt cum vera in ſe flere mala renuit, fingat aliena. Nã qua ſi ſolatio facinoris vtitur, ſi falſis vocib. & vita corripiẽtis inquinetur. Idem. Mens praua ſp in laborib. eſt, qa aut molitur praua q̃ inferat: aut metu t ne hæc ſibi ab alijs inferantur. Idem in paſto. Fruſtra indignatio clamor & blaſphemia ab exteriorib. tollitur, ſi in interiorib. vitiorum malitia dominatur, & in caſſum foras nequitiæ ramus inciditur, ſi ſurrectura multiplicius intus in radice reſeruatur. Ambr. de fuga ſęculi. Vbi inimicitiæ ſunt, diſcordia eſt nocendiq. ſtudium: vbi nocendi ſtudiũ, ibi ponitur malitia. Aug. in ſermone. Bñ facere Deus ſp paratus eſt, ſed hominũ malitia prohibetur, qa Dño Deo ſibi dari vult omnia, & non vult de his q̃ poſſidere videtur offerre. Hierony. in origi. ſuper Oſeæ. Prudẽtia abſq. bonitate malitia eſt, & ſimplicitas abſq. rõne ſtultitia noĩatur. Ber. d̃ amore Dei. Malitia eſt ſapor mali. Idem in ſer. Alius ſupra ſe ambulat in magnis, & mirabilibus, alius extra ſe inutili curioſitate vag t, alius ſub ſe in carne ambulat, & nõ põt placere Deo, alius contra ſe diligens iniquitatem, & odio habens animam ſuam. Omnis. n. qui ſæuit in proximum, magis lædit ſeipſum, eo ꝙ longè peius ſitinferre violentiam, quàm ſufferre.

Malitia interior, radix omnis mali.

Malorum diuerſa genera.

*De crudelitate.* *Cap.* 24.

Indiſcreta miſericordia, crudelitas eſt.

GReg. in regiſ. Valde iniquum eſt, vt qui te plus amauerunt, ipſi te ſine cauſa atrociorem contra ſe ſentiant. Idem in moral. Plerunque diſſoluta remiſſio quaſi manſuetudo, ac pietas reputatur; & dũ plus quàm decet delinquentibus ęqualiter parcitur, ad æterna ſupplicia crudeliter reſeruantur. Aug. in epiſt. Moleſtus eſt, & crudelis videtur medicus furenti frenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, ille cędendo, ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, iſta potius falſa manſuetudo vera crudelitas eſt. Idem. Vt conſtitueretur in eccleſia, ne quiſquam poſt alicuius criminis pęnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu remaneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ. Ioan. Chry. ſuper Ioan. Sicut oleũ nõ vtique parit lapis, ita nec crudelitas miſericordiam, cum enim talem habuit radicem, non vltra eleemoſyna eſt quod tale eſt. Idem. Cum nos ignoremus eſuriẽtem Chriſtum, ignorabit nos, & ipſe miſericordiam indigentes, & iuſtè, quia crudeles fuimus in idipſum. Bern. ſuper Qui habitat. Quantum ego compatiar, & ſi quid ſolatii poſſem impendere quàm libenter id facerem, nouit ille quẽ nihil latet, veruntamen ſi de pęnarum diminutione ſolatium præbere voluero, crudelis, & immiſer cors ero, quantum enim ſubtraham de pœna, tantum de corona furabor, tm̃ defrugabo fructus, quantum de ſemente ſubtraxero, ſiquidem modica ſeminis detractio, non modicum eſt meſſis detrimentum. Seneca in epiſtola. Quid opponitur clementiæ, nonne crudelitas? quæ nihil aliud eſt quàm atrocitas animi in pęnis exigendis, crudeles enim vocantur qui puniendi cauſam habent, modum non habẽt.

Similes.

Crudelitas quid.

*De ſimulatione.* *Cap.* 25.

GRego. in moral. Omnis hypocrita quia vitã iuſtitiæ ſimulans iuſtorum ſibi laudem arripit, alienum eſt profecto quod tollit. Idem. Omnes hypocritæ dum bonorum vitam ſimulant, imitationem ſanctæ viſionis habent, ſed veritatem ſanctæ actionis nõ habent. Idem in paſtora. Inter hypocritas iure deputatur, qui ex ſimulatione diſciplinæ miniſterium regiminis vertit in vſum dominationis. Hierony. in epiſto. Fictam humilitatem fugiens illam ſectare, quæ vera eſt, quam Chriſtus docuit humilitatem, in qua non ſit ſuperbia incluſa. Multi enim huius virtutis vmbram, veritatem pauci ſequuntur. Perfacile eſt aliquẽ veſtem habere cõtemptã, ſalutare ſubmiſsius, manus, & genua deoſculari, inclinato in terram capite oculiſque deiectis humilitatem, ac manſuetudinem polliceri, lęta voce tenuiq. ſermones infringere, ſuſpirare crebrius, & ad omne verbum peccatorem, ac miſerum ſe clamare. Sed ſi vel leui ſermone offenſus fuerit, continuo videbis attolere ſupercilium, leuare ceruicem, & delicatum illum oris ſonum, inſano clamore repente mutare. Idem. Sancta magis eſſe quàm videri ſtude, quia nihil prodeſt æſtimari quod non ſis, & duplicis peccati reatus eſt, non habere quod creditur, & quod non habeas ſimulare. Idem in origine ſuper M. Nũc rara fides eſt, aliud in lab js, aliud in corde verſatur, venenum animæ linguæ mella cõtegunt. Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. Dic hypocrita ſi bonum eſt eſſe malum, vt quid non vis apparere quod es? Si autẽ melius eſt bonum eſſe, vt quid nõ vis eſſe quod vis apparere? Idem. Inimicus manifeſtus melior eſt, quàm amicus fictus, ille dum timetur facile vitatur, iſte dum nõ cognoſcitur, præualet. Idem. Oſculum pacis. Supra lib. 2. de ira. Iſido. de ſum. bon. Sæpe per ſimulationem amicitia colitur, vt qui non potuit apertè decipere, decipiat fraudulenter. Idem per aduerſa magis, quàm per proſpera comprobatur, ſi Deus & proximus vere diligatur, quia dum aduerſa prouenerint, tunc amicus fraudulentus detegitur. Idem. Qui crucem portat.

Hypocrita fur eſt.

Vera humilitas q̃ ſit.

tat. Infra lib.4.de Cruce ſpirituali. Augu.de virgi. Simulatio humilitatis maior ſuperbia eſt. Idem. Simulatio dicit. Supra lib.2.de conflictu. Idem ſuper Matth. Malus ſpiritus, ſpiritus ſtultitiæ, alter peior ſimulatio ſapientiæ: Spiritus malus, Spiritus erroris; alter peior ſimulatio veritatis: Spiritus malus, Spiritus temeritatis, alter peior ſimulatio cōſilij: Spiritus malus, Spiritus ignauię, alter peior ſimulatio fortitudinis: Spiritus malus Spiritus ignorantiæ, alter peior ſimulatio ſcientiæ, Spiritus malus Spiritus impietatis, alter peior ſimulatio pietatis: Spiritus malus Spiritus elationis, alter peior ſimulatio timoris. Idem. cautus ſit pœnitens. Supra lib.2.de confeſſione. Ber. ſuper Cant. Intendere quaſi in Deum, ſed non propter Deum, hypocritæ planè animæ eſt, cuius & ſi vna facies decora videtur, ꝙ ad Deum qualicunq; intentione reſpiciat, ipſa tamen ſimulatio omne in ea decorum exterminat, & magis per totum ingerit fœditatē. Idem. Minus ſemper malitia palam nocuit, nec vnquā bonus, niſi ſimulatione boni deceptus eſt. Idem in epiſtola. Nemo magis iram meretur, quam amicum ſimulans inimicus. Idem de contemptu. Non dicet hypocrita, gula mea teſtimonium conſcientiæ meæ, quia & ſi iudicantium ſecundū faciem, verbo, vultu, & habitu ſimulatorio, eludat opinionem, ſed non eius, qui ſcrutatur tenes, & corda, fallit vel euadit iudicium. Gl. Ira iuſta eſt. Infra libr.4.de zelo bono. Sene. in epiſt. Omnia vitia in aperto leuiora ſunt. Morbi quoq; tunc ad ſanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt, atq; vim ſuam proferunt. Auaritiam itaq; & ambitionem, &c. mala mentis humanæ, tunc periculoſiſſima ſcias eſſe, cum ſimulata ſanctitate ſubſiſtunt.

Spiritꝰ malus & ſpiritus peior.

Hypocrita homines fallere pōt Deum minimè.

### *De Familiaritate. Cap.26.*

GRegor. in dialo. Qui corpus ſuum continentię dedicant, habitare cum fœminis non præſumant: ne ruina menti tantò repentina ſubrepat, quantò ad hoc quod male concupiſcitur, etiam præſentiæ concupitæ formę famulatur. Idem in regiſt. Legitur, quòd Beatus Auguſtin. nec cum ſorore habitare conſenſerit, dicens. Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. Docti ergo vti cautela, magna debet nobis eſſe inſtructio: nam vitium præſumptionis eſt, quod fortis pauet, minus validum non timere. Idem ſuper Ezech. Sicut perfecti viri peruerſos proximos non debēt fugere, quia & eos ſæpe ad rectitudinem trahunt, & ipſi ad peruerſitatem nunquam trahuntur, ſic infirmi quique ſocietatem debent declinare malorum, ne mala quæ frequenter aſpiciunt, & corrigere non valent, delectentur imitari. Ambroſ. ſuper Luc. quàm religioſum videtur, vt commemorationem Chriſtianæ fœminæ non recuſes: ſed crebra inde tentatio ſi attentos Deo viderit diabolus, ſuggerit, vt decipiat: ſed tu quamuis de propoſito præſumas, caue tentationem, ſciens naturam. Idem de virginibus. Teritur officijs pudor, audacia emicat, riſus obrepit, modeſtia ſoluitur, dum affectatur vrbanitas. Iſido. in ſyno. Sæpe familiaritas implicat, ſæpe occaſio peccandi voluntatem facit. Idem. Melius eſt habere malorum odium, quàm conſortium. Idem. Sicut multa bona habet communis vita ſanctorum, ſic plurimum mali ſocietas affert malorum. Aug. de ſingularitate clericorum. Diabolus ſicut de ſimplici charitate amorem conflat illicitum, ſic per ſocietatem clerico, & mulieri inducit interitum; dum autem contentus eſt credere, ſic valet fortius occupare, & dum ſubmiſſius patitur ſemetipſum præbere deuictum, ſic plenius deuincere gloriatur. Idem. De clericis familiarib. erga mulieres Apoſtolus ait, gloria in turpitudine eorum. Sed dilectio eſt, inquiunt. O dilectio quę inuadet ſibi, o charitas quę capit ſe in vituperatione laudari, grande miraculum, vt virginum charitas virgines faciat velut coniuges credi, & coniugum charitas coniuges faciat velut virgines eſtimari. Idem. Conuerſatio parilitatis non niſi corruptionem ſeminat, vitia pullulat, laſciuiam paſcit, cupidinem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, furiam porrigit, petulantiam nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat. Idem. Semel dixerim, omnis inconueniens ſodalitas mulierum, gluten eſt delictorum, & viſcus toxicatus, quo diabolus homines aucupatur. Hieron. in epiſt. Si pudicitiam ſeruare quæris, fœminam quam bene videris conuerſantem mente dilige, non corporali frequentia. Idem. Germinant fœminę ſpinas cum viris habitantes, & archana mentium acuto mucrone percutiunt. Idem. Nec Dauid ſanctior, nec Salomone potes eſſe ſapientior, memento ſemper, ꝙ paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Idem. Ianua dyaboli. Supra de muliere lib.1. Bern. ſuper Cant. Cum fœmina ſemper eſſe, & non cognoſcere fœminam, nonne plus eſt, quam mortuum ſuſcitare? quod minus eſt non potes, & quod maius eſt, vis credam tibi, quotidie latus tuum ad latus iuuenculæ in menſa, lectus tuus ad lectum eius in camera, oculus tuus ad oculos eius in colloquio, manus tuæ ad manus ipſius in opere, & continens vis putari? eſto vt ſis, ſed ego ſuſpitione non careo.

Fęminarū familiaritas viris caſtis inimica.

Infirmi malorum conſortia fugiant.

Inſidiæ Diaboli.

Suſpectę familiaritatis effectus

Nota.

### *De Propinquitate. Cap.27.*

GRegor. in moral. Sæpe ad auaritiam cor parentis illicit fœcunditas prolis, eo.n. ad ambitum congregandæ hæreditatis accenditur, quò multis heredibus fœcundatur. Idem. Ille ſcire Deum familiarius appetit, qui præ amore pietatis, neſcire deſiderat quos carnaliter ſciuit. Idem. Graui damno ſcientia diuina minuitur, ſi cum carnis notitia partitur. Extra cognatos ergo quiſq; ac proximos debet fieri, ſi vult parenti omnium verius iungi. Hiero. in epiſto. Licet ſparſo crine & ſciſſis veſtibus, vbera quib. te nutrierat mater oſtēdat, licet in limine pater iaceat, percalcato patre perge, ſiccis oculis ad vexillū crucis euola, ſolum pietatis genus eſt, in hac te eſſe crudelem, veniet poſtea dies ille, quo victor reuertaris in patriam. Idem in homil. Hic ordo in omni affectu neceſſarius eſt, ama poſt Deum patrem, ama matrem, ama filios. Si autem neceſſitas venerit, vt amor parentum ac filiorum, Dei amori comparetur, & non poſſit vterq; ſeruari, odium in ſuos, pietas in Deū eſt. Io. Chryſ. de cōpunc. cor. Dico tibi monache, quid quæris matrem? aut Chriſtiana eſt mater, aut non eſt Chriſtiana, aut ſancta eſt, aut peccatrix. Si ſancta eſt, gaudet quia ſeruis Domino, ſi peccatrix, dimite illam, quia mortua eſt. Idem. Qui habet Ieſum, habet & patrem, habet matrem, habet filios, habet omnem propinquitatē. Quid quæris mortuos? ſequere viuum, & dimitte mortuos, vt ſepeliant mortuos ſuos? Iſido. de ſum. bo. Multi dum propinquorum vtilitates procurant, à Dei amore ſe ſeparant. Vir autem ſpiritualis, ita prodeſſe debet ſuæ propinquitati, vt dum illis gratiam carnis præſtare ſtudet, ipſe à ſpirituali propoſito nequaquam declinet. Idem. Multi monachorum. Supra lib.1. de monachis malis. Idem. Noueris non prohiberi pietatis officium, ſed negari carnalitatis affectum, proximis.n. carnaliter præſtatur, quod extraneis piè impenditur. Auguſt. in epiſt. Carnalem affectum, & in nobis, & in noſtris malitia Chriſtiana, vt perimamus hortatur, nec tamen ita vt ingratus ſit, quiſque parentibus, & eadem ipſa beneficia, quibus in hanc vitam editus, ſuſceptus atque nutritus eſt, enumerata derideat, ſeruet potius vbique pietatem: habent hæc locum, vbi maiora nō vacant, mater Eccleſia, mater eſt etiam matris tuæ. Idem de vi-

Propinquorum conſuetudinem fugere debet religioſus.

de viduitate. Nec ideo laudanda es, quia filios habes, ſed quia eos piè nutrire atq; educare ſtudes, vt. n. tibi naſcerentur, fœcunditatis, vt viuant fœlicitatis eſt, vt & inſtituantur ſic, voluntatis eſt atque poteſtatis. Bern. in epiſt. Eccleſia iubetur, vt concupiſcat rex decorem eius, obliuiſci populum ſuum & domum patris ſui, puer Ieſus inter cognatos & notos quæritur, nec inuenitur: fuge fratres tuos, & tu ſi tuam vis inuenire ſalutem, fuge (inquam) de medio Babylonis, fuge à facie gladij aquilonis. Idem. O dirum patrem, ò ſæuam matrem, ò parentes crudeles & impios, immo non parentes ſed peremptores, quorum dolor ſalus pignoris, quorum conſolatio mors filij eſt, qui me malunt perire cum eis, quā regnare ſine eis. Idem. Configat carnes tuas diuinitus timor, ne deficiat carnalis amor, blāditur ſed ſub lingua eius labor et dolor, lachrymatur, ſed inſidiatur, vt rapiat pauperē, rapere pauperē, dum attrahit eum. Idem. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, & ſi impium eſt contemnere matrem, cōtemnere propter Chriſtū pijſſimum eſt. Nam qui dixit. Honora patrem, & matrem, ipſe etiam dixit. Qui amat patrem & matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Glo. Matth. 4. Perfecta eſt conuerſio, vbi cum cupiditate rerum carnalis quoque rumpitur dilectio.

*In parentes religionem prohibentes.*

*Exo. 20. Matt. 10.*

### *De Obliuione.* *Cap.* 28.

GRegor. in homil. Nulla nos proſperitas blandiens ſeducat, quia ſtultus viator eſt, quam in itinere amena prata cōſpiciens, obliuiſcitur ire quo debet. Idem in moral. Stulti cum prudentium facta conſpiciunt, hæc eis eſſe omnia reprehenſibilia videntur, quia ſuæ imperitiæ, & infirmitatis obliti, tanto intenſius de alienis iudicant, quantò ſua profundius ignorant. Idem. In iſtis viſibilibus quæ intuetur cor noſtrum, extra ſe ſpargitur, & quid de ſe intrinſecus agatur obliuiſcitur, dum extrinſecus occupatur. Idem in regiſt. Sincera in dilectione, nec vires abſentia, nec locum habet obliuio. Idem in paſtora. Sæpe nonnulli velut obliti, ꝙ fratribus animarum cauſa prælati ſunt, toto cordis anniſu ſæcularibus cauſis inſeruiunt. Idē. Ex ſe debet vnus quiſq; colligere, qualiter alienæ hūc oporteat imbecillitatis miſereri, ne contra infirmitatem proximi, ſi ad increpationis vocem feruentius rapitur, oblitus ſui eſſe videatur. Idem. Sæpe nonnulli. Supra libr. 1. de religioſis malis. Auguſtinus de libero arbitr. Melior eſt animus cum obliuiſcitur ſui, præ charitate incommutabilis Dei, vel ſeipſum penitus in illius comparatione contemnit? Idem de confeſ. Quis dabit Domine mihi vt venias in cor meum, et inebries illud, vt obliuiſcar mala mea, vt vnum bonum meum amplectar te? Idem in ſermone. Percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. Idem. Væ qui derelinquunt te ducem. Infra cap. de ſapientia mala. Ambr. in Apol. Sentire vitalis vigoris ac muneris eſt, vnde & ille qui errorem ſuum non cognoſcit, inſanit, furit, deſipit. Ber. ſuper Miſſus eſt. Videas pleroſq; in Eccleſia Dei de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos ſubitò intumeſcere, priſtinæ obliuiſci abiectionis, genus quoq; ſuum erubeſcere. Idem ſuper canti. Parum eſt noſtris vigilibus, ꝙ non ſeruant nos niſi & perdant, alto quippe demerſi obliuionis ſomno, ad nullum Dominicę comminationis tonitruum expergiſcuntur, vt ſuum ipſorum periculum expaueſcant. Inde eſt, vt non parcant ſuis qui non parcunt ſibi, perimentes pariter, & pereuntes. Idem in ſermo. Quantos videmus quaſi oblitos ſui, & peccatorum ſuorum: Dei quoq;. & beneficiorum eius immemores, ſic non redimere ſed amittere tempus, vt de moribus, & affectionibus ſuis vltima apud ipſos vix mentio fiat.

*Præſentiū ſollicitudo Dei obliuionem parit.*

*Qui alijs intēdit ſui non obliuiſcantur.*

*Obliuio ſui propter Deum laudabilis.*

*In negligētes paſtores.*

### *De Ignorantia.* *Cap.* 29.

GRegor. in moral. Neſcire ignorantia eſt, ſed ſcire noluiſſe ſuperbia. Idem. Quò noſipſos minus agnoſcimus, eò illos quos repræhendere nitimur, plus videmus. Communia hæc mala ſunt, quæ à ſubditis in prælatos, ſæpe a prælatis in ſubditos committuntur. Idem. Nemo bene iudicat qui ignorat. Idem. Sæpe committunt. Supra de recidiuatione. Idem. Secluſum ab internis gaudijs genus humanum, exigente culpa mentis oculos perdidit, & quo meritorum paſſib. gradiatur neſcit: ſæpe enim eſt donum gratiæ, quod iram deputat, & ſæpe diſtrictionis ira eſt, quod gratiam putat. Idem in regiſt. Quæ poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit? Idem. Quotieſcunq; de baptiſmo aliquorum quàm de confirmatione, quam & de eccleſiarum conſecratione dubium habetur: & nec ſcriptis nec teſtibus certa ratio habetur, vtrum baptizati, vel confirmati ſiue eccleſiæ conſecratæ ſint: baptizentur tales ac confirmentur, ac eccleſiæ canonicæ dedicentur, ne talis dubitatio ruina fidelib. fiat: quoniam non monſtratur iteratum quod non certis indicijs oſtenditur ritè peractum. Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. Non poteſt eis eſſe excuſatio condemnationis ignorantia veritatis, quibus fuit inueniendi facultas, ſi fuiſſet quærendi voluntas: nam ſi veritas ſalus eſt, & vita cognoſcentium ſe, magis debet quæri quam quærere. Iſido. in ſyno. Ignorantia mater errorum eſt, ignorantia vitiorum nutrix. Auguſt. ſuper Matth. Melior eſt fidelis ignorantia, quam temeraria ſcientia. Idē. Cum vbiq; ſit præſens. Supra de negligentia. Idem de gratia, & libero arbitr. Ideo diuina præcepta data ſunt, vt homo excuſationem de ignorantia non haberet. Idem de trin. Error eſt pro alio, alterius approbatio. Idem. Rem prorſus ignotam amare, omnino nullus poteſt. Idem de vita beata. Rectè dicimus eorum animos, qui nullis diſciplinis eruditi ſunt, nihilq; bonarum artium hauſerunt, ieiunos atque famelicos eſſe. Idem de coniug. Adul. Sunt peccata ignorantium, quamuis minora peccatis ſcientium. Idem. Certè nullius crimen maculat neſcientem, & eſt interl. Gen. 21. neſciui. Bern. de contemp. Quando excuſare ignorantia poſſit hominem, qui ſe magiſtrum infantium, & doctorem inſipientium profitetur. Ignorans vtique ignorabitur, & multos ignorare faciet, & ignorari. Idem ſuper cant. Dico omnes ignorare Deum qui nolunt conuerti ad eum, neque enim ob aliud proculdubio renuunt, niſi quia grauem & ſeuerum imaginantur, qui pius eſt: durum & implacabilem, qui miſericors eſt: ferum & terribilem, qui amabilis eſt, & metitur iniquitas ſibi. Idem de duodecim gradibus. Fruſtra ſibi de infirmitate vel ignorantia blandiuntur, qui vt liberius peccent, libenter ignorant, vel infirmantur. Idem in epiſtola. Multa ſcienda neſciuntur, aut ſciendi incuria, aut diſcendi deſidia, aut verecundia inquirendi, & quidem huiuſmodi ignorantia non habet excuſationem. Idem. Multi multa ſciunt. Supra de curioſitate. Idem de conſidera. Noueris licet omnia myſteria, noueris lata terræ, alta celi, profunda maris: ſi te neſcieris, eris ſimilis ędificanti ſine fundamento ruinam, non ſtructuram. Boetius de conſolatio. Humanæ naturæ iſta conditio eſt, vt ſi ſe noſſe deſierit, infra beſtias redigatur. Si verò cum cæteris rebus ſemetipſum agnoſcat, excellat eaſdem, nam cæteris animantibus ſeſe ignorare, natura eſt: hominibus vitio venit. Seneca in epiſto. Non eſt extrinſecus malum noſtrum, ſed intra nos eſt, in viſceribus ſedet: & ideo difficulter ad ſanitatem peruenimus, quia nos ægrotare neſcimus.

*Ignorātia affectata.*

*Indubia receptione ſacramentorum quid agendum.*

*Quorū inexcuſabilis ignorantia dicatur.*

*Summa, & neceſſaria ſapiētia ſeipſum cognoſcere.*

De

### De Stultitia. Cap. 30.

GRego. in moral. Incautis ſepe ad peccati finem vertitur, etiam hoc quod pro ſolo ſtudio mercedis inchoatur. Idem. Quantalibet doctrina mens polleat, grauis eius imperitia eſt velle docere meliorem. Idem. Sæpe reprobi, per hoc ꝙ vnum vel minimum bonum ſuũ incautè conſpiciunt, mala multa & grauia, in quib. dimerſi ſunt, non agnoſcunt. Idẽ. Quia teſtante Paulo, ſapientia huius mũdi ſtultitia eſt apud Deum, tantò quiſque amplius intus ſtultus ſit, quantò conatur exterius ſapiẽs videri. Idem in regiſt. Ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bonis imitari paratus ſum, ſtultus enim eſt, qui in eo ſe primum æſtimat, vt bona quæ viderit, diſcere contemnat. Aug. de libero arbitrio. Stultitia eſt, rerum appetendarum, & vitandarum non quęlibet, ſed vitioſa ignorantia. Idem. Si prudẽtes dicuntur, qui omnibus modis agunt, vt differant mortem, & viuant paucos dies, quàm ſtulti ſic viuunt, vt perdant ęternam vitam. Idem de 83. quæſtionibus. Quicquid caſu fit, temerè fit. Idem de vita beata. Maior & miſerabilior egeſtas nulla eſt, quam egere ſapientia, & qui ſapientia non eget, nulla re omnino egere poteſt. Eſt ergo animi egeſtas, nihil aliud quam ſtultitia. Idem de ordine diſci. Quiſquis ea ſola nouit, quæ corporis ſenſib. attingit, nõ ſolum cum Deo nõ eſſe mihi videtur, ſed nec ſecum quidem. Iſido. Neminem ſtultorum. Supr. lib. 1. de iudicibus. Bern. de conſidera. In his ſtulto labore conſumeris, quæ non ſunt niſi afflictio ſpiritus, euiſceratio mentis, euacuatio gratiæ. Idem ſuper cantica. Stultus ꝙ viuit, mortem potius quam vitam eſſe cenſuerim, quomodo vita cum ſterilitate. Senec. in epiſ. Inter cætera mala hoc quoq; habet ſtultitia proprium, ſemper incipit viuere: quid eſt autem turpius quam ſenex viuere incipiens? Idem. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. Idem. Nihil ſtultitia pacati habet, tam ſupernè illi metus eſt, quam infra, vtrunque trepidat latus, ſequuntur pericula & occurrunt, ad omnia puer, imparata eſt, & ipſis terretur auxilijs.

1. Cor. 3. Stultus eſt qui ſapiẽs videri vult

Stultus ꝙ de æterna vita non ꝓuidere.

Stultus ſp incipit viueret.

### De Credulitate. Cap. 31.

GReg. in moral. Error cum virtus creditur, difficilius emendatur. Idem. Sicut plerique reticent ex timore, & tamen tacere ſe æſtimant ex humilitate, ita nonnulli loquuntur per impatientiam elationis, & tamen loqui ſe credunt per libertatem rectitudinis. Idem. Maiora crimina. Infra lib. 4. de æquitate. Idẽ. Arrogantes graue ſe damnum perpeti iudicant, ſi ſcientiam ſuã loquendi breuitate conſtringunt, tanto enim ſemetipſos credunt doctiores, oſtendere, quantò ſe poterunt multiplicitate loquacitatis aperire. Idem in regiſt. Nos ignotis hominibus paſſim credere non debemus. Idem. Ex te aliorum cauſas æſtima, & in quorundam falſis ſuſpitionibus non ducaris. Iſido. de ſum. bo. Erit ille apud Deum condemnatus, qui aduerſus innocentem, falſum teſtimonium vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non ſolum reus eſt, qui falſum de aliquo confert, ſed is qui citò aurem criminibus prębet. Ioan. Chryſ. de compun. Si inimicitiæ ſemel occupauerint homines, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita accipiuntur, & intelliguntur, vt ad maiores & longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico non creditur, ſi quid autem mali, hoc ſolum creditur, hoc confirmatur. Aug. de baptiſ. paruulorum. Si eſt vlla humanitas in rebus humanis, puto nos iuſtius poſſe repręhẽdi, ſi ignotos hoĩes, quos criminantur inimici, nec eorũ crimen vlla teſtificatione demonſtrant, nocentes potius quàm innocentes crediderimus. Bern. in epiſt. Error eſt humanæ mentis, non modo bonum putare malum, & malum bonum, aut verum falſum, & econuerſo, ſed etiam certa recipere pro dubijs, & dubia pro certis. Idem de conſidera. Facilitas credulitatis eſt, cuius callidiſſimæ vulpeculæ magnorum neminem comperi ſatis cauiſſe verſutias, inde ipſis pro nihilo iræ multæ, inde innocentium frequens abdicatio, inde præiudicia in abſentes. Idem. Arrogans de omni alia. Supra li. 2. de ſuperbia. Seneca in epiſto. Vtrunque vicium eſt, & omnibus credere, & nulli: ſed alterum honeſtius dixerim vitium, alterum tutius.

Arrogãtia prolixitatẽ affectat ſermonis.

Cito credens male dicẽtibus grauiter peccat.

### De Sapientia. Cap. 32.

GRegor. in mor. Ad veram ſapientiam venire non poſſunt, qui falſæ ſuæ ſapientiæ fiduciæ decipiuntur. Idem. Valde difficile eſt, vt is qui ſe ſapiẽtem æſtimat, mentem ad humilitatem reducat. Idem. Quia teſtante. Supra de ſtultitia. Idem. Sapientia huius mundi infidelis eſt, quia manſura poſt mortem nõ eſt. Idem in paſto. Quò quiſque melius ſapit, eò deterius delinquit, et iccirco inexcuſabiliter meretur ſupplicium, quia prudenter ſi voluiſſet, potuit vitare peccatum. Idem. Sæpe dum. Supra de diſcordia. Idem in reg. de quodã monacho. Sunt bona quæ in eo placent, ſed hoc eſt in illo vehemens vitium, quia valde ſibi ſapiẽs eſſe videtur. Augu. de liber. arb. Væh qui derelinquunt te ducem, & oberrant in veſtigijs tuis, qui nutus tuos pro te amant, & obliuiſcuntur quid innuas. O ſuauiſſima lux purgatæ mentis ſapientia, non enim ceſſas innuere nobis, quæ & quanta ſis, & nutus tui ſunt omne creaturarum decus. Idem de quantitate animæ. Odore ac ſapore mirè dijudicare pulmenta, & quo lacu piſcis captus ſit, vel quod tenuè vinum ſit, noſſe dicere, quędam eſt miſeranda peritia, & his artibus cum quaſi creuiſſe anima videtur, quę nec lata mẽte defluxit in ſenſus, nihil aliud quàm timuiſſe, vel etiam cõtabuiſſe iudicãda eſt. Idem de ciuit. Dei. Philoſophiam ſi verè ac fideliter amaſſes, Chriſtũ Dei, virtutem & Dei ſapientiam cognouiſſes, nec ab eius ſaluberrima humilitate, tumore inflatus vanæ ſcientiæ reſiliſſes. Idem. In eruditos liberalibus diſciplinis, & omnino quantum ad philoſophorum attinet doctrinas impolitos non peritos grammatica, non armatos dialectica, non rhetorica inflatos, piſcatores cum retibus fidei, ad mare huius ſæculi pauciſſimos miſit: atque ita & ex omni genere tam multos piſces, & tantò mirabiliores, quantò rariores, etiam ipſos Philoſophos cœpit. Idem de ordine diſt. Aſtrologia eſt magnum religioſis argumentum, tormentumque curioſis. Ambr. de virgi. Nemo poteſt veſtitus amictu philoſophiæ in habitu ſcilicet ſapientiæ ſæcularis, Chriſtum videre. Hier. in originali ſuper Iſa. Omnis pompa ſtructuraque verborum, & argumenta dialectica redigentur ad nihilum. Idem in epiſt. Dęmonum cibus eſt, carmina poetarum, ſæcularis ſapientiæ vanitas, rhetoricorum pompa verborum, hæc ſua omnes vanitate delectant, & dum aures verſibus dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & peccatoris interna deuincunt. Ber. de 12. gradibus. Sapere malum ſapere non eſt, ſed deſipere. Idem de contemp. mundi. Quantos mundi ſapientia maledicta ſupplantat, & conceptum in eis extinguit ſpiritum, quem voluerat vehementer Dominus accendi. Noli inquit præcipitanter agere, diu conſidera, diligenter intuere, magnum eſt quod proponis, & opus egẽs multa deliberatione experire quid poſſis, amicos conſule, ne poſt factum penitere contingat. Idem. Sapientia mundi terrena, animalis diabolica eſt, inimica

Primi Eccleſiæ prędicatores quales.

Scientia ſæcularis; cibus Dęmonum.

inimica ſalutis, ſuffocatrix vitæ, mater tepiditatis, quæ Deo ſolet vomitum prouocare. Idem ſuper cant. Philoſophorum ventoſa loquacitas non bonus eſt imber, qui ſterilitatem magis intulit terris, quàm fertilitatem. Idem. Vinum ſæcularis ſcientiæ inebriat quidem, ſed curioſitate non charitate, implens non nutriens, inflans non ædificans, ingurgitans non confortans. Seneca in epiſtola. Liberalium artium oſtentatio, moleſtos, intempeſtiuos, verboſos ſibi placentes facit.

*De Doctrina.* *Cap.* 33.

GRegor. in moral. Sæpe viri feruentes ingenio dum congrua inueniunt, arroganter intumeſcunt, & qđ per elationis vitium plerunque contingit, eiſdem acutis ſenſibus, quib. hoſtem feriunt, proſternuntur, dum in his quæ rectè de Deo ſentiunt, non Dei ſed ſuam gloriam quærunt. Idem. Peruerſi cum vera ſapiunt, recta quidem & rectis rationibus loquuntur, non vt alios audientes doceant, ſed vt ipſi quanta doctrina polleant innoteſcant. Idem. Quanta libet doctrina. Supra de ſtultitia. Idem ſuper Ezech. De prædicationis labore laudem tranſitoriam querere, quid eſt aliud, quàm rem magnam vili pretio venundare? Idem. Neceſſe eſt, vt ſemper ſermo prædicantis cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut verecundis aſpera, aut impudentibus leuia loquatur. Ambr. ſuper Lu. Vita verbum exigit, & acquirit: ſermo autem ſine vita non dicitur ſermo. Augu. de vera religione. Quid adhuc oſcitamus crapulam heſternam, & in mortuis pecudibus diuina eloquia per ſcrutamur? ſi quando ad diſputationem venitur, Platonico nomine ora crepitātia, quàm pectus vero Deo plenum, magis habere geſtimus. Bern. ſuper canti. Væ qui bene de Deo, & ſentire, & eloqui acceperunt, ſi quæſtū æſtiment pietatem, ſi conuertant ad inanem gloriam, quod ad lucra Dei acceperant erogandum, ſi alta ſapiētes humilibus non conſentiant, paueāt quod in propheta legitur dicente Domino. Dedi enim aurum meū, &c.

Auditorū qualitati ſermo coaptandus eſt.

Oſeæ.2.

*De Honore.* *Cap.* 34.

GRegor. in moral. Plus in hoc mundo honor, quā deſpectio occupat: & magis proſperitatis ſublimitas, quam neceſſitatis aduerſitas grauat. Idem. Tranſit quod extollitur, permanet quod punitur, et qui honoratur in via, in peruentione damnabitur, & quaſi per amœna prata ad carcerem peruenit, qui per præſentis vitæ proſpera, ad interitum tendit. Idem. Tantorum pondera vnuſquiſque ſuſtinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur. Idem. Tumoris elatio, non ordo poteſtatis in crimine eſt, potentiam enim Deus tribuit, elationem verò potentiæ malitia noſtræ mentis inuenit. Idem. Numerari culpæ nequeunt, quæ habendæ poteſtatis amore perpetrantur. Idem in paſtora. Penſet quiſque quid ſubiectus egerit, & repentè cognoſcet, ſi prælatus bona agere (quæ propoſuerit) poſſit: quia nequaquā valet in culmine humilitatem diſcere, qui in imis poſitus non deſijt ſuperbire. Idem. Sæpe ſuſcepta cura regiminis cor per diuerſa intuēdo diuerberat, & impar quiſq; inuenitur ad ſingula, dum cōfuſa mente diuiditur ad multa. Idem. Cum rerum neceſſitas. Infrà lib. 4. de dignitate. Idem in regiſ. In alto loco poſitis, ſæpe dum exterius ab hominibus honor tribuitur, ad ima animus mergitur, quia curis diſcerpentibus grauatur. Idem. Nec cuilibet fauente gratia, vltra quam meretur impartior, nec vlli hoc quod ſui iuris eſt, ambitu ſtimulante denegabo: ſed fratres meos honorare per omnia cupio, ſicq; ſtudeo honore ſingulos ſubuehi, dum nō ſit qđ alteri iure ab altero poſſit opponi. Idem. Nec honorem reputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Idem. Minorem maior præcedit, ſicut honore, ita & crimine. Iſidor. de ſum. bon. Sæpe per honores quorundam mutantur & mores, & quos ante conglutinatos charitate habuerūt, poſt quam ad culmen honoris venerint, amicos habere deſpiciunt. Idem. Non debet honoris ducatum ſuſcipere, qui neſcit ſubditos tramite vitæ melioris præire, neque enim quiſque ad hoc præficitur, vt ſubditorum culpas corrigat, & ipſe vitijs ſeruiat. Idem. Qui regimen. Supra de ambitioſis. lib. 1. Idem ibidem. Qui ad hoc conuerſionem. Augu. in epiſto. Non cogito in eccleſiaſticis honoribus tempora ventoſa tranſigere, ſed cogito me principi paſtorum omnium, rationem de commiſſis ouibus redditurum. Idem de paſto. Quiſquis ita præpoſitus eſt, vt in eo ꝙ præpoſitus eſt gaudeat, & honorem ſuū quærat, & commoda ſua ſola reſpiciat, ſe paſcit non oues. Ber. ſuper canti. Poteſtate accepta malè in malo quàm in bono vti, abuti eſt. Idem. Non dignum eſt, vt inde exigas honorem, vnde refugis laborem. Idem. Fratres reuereamur Epiſcopos, ſed vereamur labores eorum, ſi labores penſamus, non affectamus honores. Idem. O peruerſitas. Supra lib. 1. de ambitioſis. Glo. Pſalm. 36. Quantò gradus altior, tantò caſus grauior.

Simile.

Principatus onus eſt.

Qui ſubditus ſuperbit, prælatus humiliari nequibit.

Honores mutāt mores.

*De Zelo.* *Cap.* 35.

GRegor. in moral. Apud miſericordem iudicem nequaquam ſine venia culpa relinquitur, cū per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Idem in paſto. Exaſperatus rector, cum ſubditorum mentem plus ſe quam debuit percuſſiſſe conſiderat, apud ſe ad pœnitentiam ſemper recurrat, vt per lamenta veniam in conſpectu veritatis obtineat, ex eo etiam ꝙ per zeli eius ſtudium peccat. Iſido. de ſum. bo. Nimia pietas diſſolutionem diſciplinę parturit, & zeli ſtudium dum plus eſt, quàm oportet, in iracundiæ vitium tranſit. Bernar. ſuper canti. Zelus minus abſq; ſcientia efficax, minuſq; vtilis inuenitur, plerunque autem & pernicioſus valde ſentitur: quo igitur zelus feruidior, vehementior ſpiritus, profuſiorq; charitas, eo vigilantiori opus eſt ſcientia, quæ zelum ſupprimat, ſpiritum temperet, ordinet charitatem. Idē de conſidera. Vides omnem eccleſiaſticum zelum feruere, ſola pro dignitate tuenda, honoribus totum datur, ſanctitati nihil. Idem. Alij tam vehementer. Supra lib. 2. de beatitudine.

Exceſſus ꝑlati zelātis dignus eſt venia.

Nota.

*De Arguitione.* *Cap.* 36.

GRegor. in paſtor, Correpti mens ad odium repētè proruit, ſi hanc immoderata increpatio pluſquam debuit addicit. Idem. Plerunq; contingit, vt dum culpa ſubditorum cum magna inuectione corripitur, magiſtri lingua vſq; ad exceſſus verbi pertrahatur: cumq; increpatio immoderatè accenditur, corda delinquentium in deſperationem deprimuntur. Idem in moral. Furentem qui per inuectionem corripit, quaſi ei qui non ſentiat ebrio plagas imponit. Idem. Iuſto timendū non eſt. Infra li. 4. de timore. Idem. Sæpe qui in poteſtate. Supra de ſtultiloquio, in conuiciatione. Idem Qui ſp increpare appetunt, & nunquam fouere, multa plerunque increpando mentiuntur. Iſido. de ſum. bon. Non debet vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorū contagionibus inſeruit: improbum eſt. n. arguere quicquā in alio qđ adhuc repræhendit in ſemetipſo. Aug. in epiſ. Obſecro te ꝑ manſuetudinem Chriſti, vt ſi leſi te, dimittas mihi, nec me viciſſim lædendo malum pro malo reddas: lædes autē, me ſi mihi tacueris errorem meum, quem fortè inueneris in factis vel dictis meis, nam ſi ea in

Seuera cor reptio odiū in cor reptio parit.

Modeſtia Auguſtini

ea in me repræhendis quæ repræhendenda non ſunt, te lædis, magis quàm me. Idem in regula. Quando neceſſitas diſciplinæ in moribus corrigendis, dicere vos dura verba compellit, ſi etiam in ipſis modum vos exceſſiſſe ſentitis, non à vobis exigitur, vt à vobis ſubditis veniam poſtuletis: ne apud eos quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, ſed petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit eos quos plus iuſto corripitis, quanta beneuolentia diligatis. Idem ſuper illa verba. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Quare illum corripis, quia doles quòd peccauerit in te? abſit, ſi amore tuo id facis, nihil facis, ſi amore illius facis, optime facis. Bernar. ſuper Cant. Inhumanè eorum redarguitis opera, quorum onera refugitis, temerariè obiurgat virum de prælio reuertentem mulier nens in domo.

Prælatus corripiendo excedens, non tenetur a ſubdito veniam petere.

Matth. 18. Ser. 16. de verbis domini.

## De Remiſſione. Cap. 37.

GRegor. in regiſt. Cum in ſubiecto peccatum non corrigitur, in eos qui præſunt ſententia retorquetur. Idem. Qui emendare poteſt, & negligit, participem ſe proculdubio delicti conſtituit. Idem. Satis graue eſt, ſi illic contingat habere prauam actionem refugium, vnde diſciplinæ decet prodire cenſuram. Idem. Conſentire videtur erranti, qui corrigenda vt reſecari debeant non occurit. Idem in moral. Sæpe quem tentationis certamen ſuperare non valuit, ſua deterius ſecuritas ſtrauit, nam dum laſſum ſe quiſque in ocio remittit, diſſolutam mentem corruptori proſtituit. Idem. Zeli iram quia Heli non habuit, motum contra ſe implacabiliter ſupernæ vltionis excitauit. Idem. Plerunque diſſoluta. Supra de crudelitate. Idem. Dum moderari lingua otioſa verba negligit, more inolitæ remiſſionis capta, audax ad noxia prorumpit, & dum gulæ incumbitur, ad leuitatis protinus inſaniam proditur. Idem in paſtor. Si inchoata bona fortis operantis manus, ad perfectionem non ſubleuat, ipſa operandi remiſſio, contra hoc quod operatum eſt, pugnat. Idem ſuper Ezec. Super ea mala quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus, quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus. Iſid. de ſum. bon. Multos remiſſa conuerſio in priſtinos errores reducit, ac viuendi tempore reſoluit, horum ergo exempla quiſq; cõuerſus euita, ne cum timorem Dei à tẽpore incipis, rurſus mundanis erroribus mergaris. Auguſ. in ſer. Qui errantem non corripuerit, de negligentia iudicabitur, qui autem clam pro eo non orauerit, de pernicie condemnabitur. Idem in regula. Magis innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros quos iudicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Idem. Tu vulnus fratris contemnis, tu eum vides perire & negligis, peior es tacendo, quàm ille conuiciando. Idem in epiſt. Sicut non eſt beneficentiæ adiuuando efficere, vt bonum quod maius eſt amittatur, ita non eſt innocentiæ parcendo ſinere, vt in malũ grauius incidatur. Idem. Nihil eſt infœlicius fœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur. Idẽ de ciui. Dei. Illud eſt culpabile, quòd hi qui diſſimiliter viuunt, & à malorum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis alienis quæ dedocere aut obiurgare deberent. Ambr. ſuper Beati imma. Remiſſas excubias, callidus inſidiator irrũpit. Ber. de conſide. Mira res ſatis ſuperque Epiſcopi ad manum habent, quibus animas credant, & cui ſuas committant facultates non inueniunt, optimi videlicet æſtimatores, qui magnam de minimis, paruam aut nullã de maximis curam gerant, ſed vt liquidò datur intelligis patiẽtius ferimus Chriſti iacturam quàm noſtram. Idem. De pretio eſcarum & numero panum cũ miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt, rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum, cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam, perit anima, & nemo qui reputet, nec mirum cum nec noſtros aſſiduos ſentiamus defectus. Idem. Impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ trãſgreſſionum eſt nutrix, & beatus ſi omni ſatagas cura malorum, omnium primam parentem cauere incuriam. Idem. impunitas auſum parit, auſus exceſſum.

Negligentia prelatorum.

Nota.

Ser. 16. de verb. Domini.

Peccantiũ felicitas in fœliciſſima

Incuria circa animæ ſalutem.

## De Acceptione perſonæ. Cap. 38.

GReg. Iniqui iudicare dignè de ſubditis nequeũt, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia vel gratiam ſequũtur. Idem in moral. Quia ab internis atque inuiſibilib. oculos claudimus, & viſibilib. paſcimur, plerumq; hominem non ex eo quod ipſe eſt, ſed ex his quę circa ipſum ſunt veneramur, cumq; non intuemur quid ipſe ſit, ſed quid poſſit, in acceptione perſonarum, non ex perſonis, ſed ex rebus adiacentibus ducimur. Iſid. de ſum. bo. Iudices iniqui errant à veritate ſententiæ, dum intendunt in qualitate perſonæ, & exulcerant ſæpe iuſtos, dum improbè defendunt iniquos. Idem. Diues muneribus citò corrumpit iudicem, pauper autem dum nõ habet quod offerat, non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam cõtra veritatem opprimitur. Idem. Quatuor modis. ſupra li. I. de iudicib. Hier. in gl. Malac. 2. Inter omnia peccata ſacerdotum, quaſi maximum notatur, quòd non cauſas ſed perſonas conſiderant, & deſpecto iuſto paupere, iniuſtos diuites honorant. Idem in gl. Iſa. 3. ſuper illud, quare atteritis. Noſtri principes, cum pauperes delinquentes publicè arguant, & confundant, diuitibus peiora peccantibus nec nutum faciunt, in quorum domibus rapina pauperum, dum Eccleſiæ opes ſibi theſaurizant, & in delitijs abutuntur, quæ ad ſuſtentationẽ pauperum dantur, & ſibi reſeruant, vel propinquis diſtribuunt, & aliorum inopias ſuas vel ſuorum diuitias faciunt. Idem in homil. ſuper Amos. Quicunq; aut conſanguinitate aut amicitia, & ecõtrario, vel hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia. Amb. de offi. Gratia abſit cauſę, merita diſcernantur, nihil ſic opinionem imò fidem grauat, quàm ſi in iudicando potentiori dones cauſam inferioris, vel pauperem innocentem arguas, & diuitem excuſes reum culpæ. Idem. Pronum genus hominum fauere honoratioribus. Bern. de conſidera. Non parui tereum peccati æſtimes, ſi facies peccatorum ſumis, & nõ potius cauſas iudicas meritorum. Sen. in epiſtol. Hoc laboramus errore, ſic nobis imponitur, quod neminem æſtimamus eò quòd eſt, ſed etiam adijcimus illi, & ea quibus adornatus eſt, atqui cum voles veram hominis ęſtimationem inire, & ſcire qualis ſit, nudum inſpice, ponat patrimonium, ponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipſum exuat, animum intuere, qualis quantusque ſit alieno an ſuo magnus.

Iniqui iudices ſũt, qui q̃ ſua ſunt in iudicando quærunt.

Iudicũ huius tpis iniquitas.

## De Scandalo. Cap. 39.

GRego. ſuper Ezec. Inquantum ſine peccato poſſumus, uitare proximorum ſcandalum debemus, ſi autem de ueritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur. Idem. Scire prelati debent, quia ſi peruerſa vnquam perpetrãt, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Idem. Nemo amplius in Eccleſia nocet, quàm qui peruerſè agens, nomen vel ordinem ſanctitatis habet, delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis

Propter ſcandalũ veritas cõtemnenda non eſt.

Prælatorũ neqtia nã Eccleſiæ nocẽtius.

ordinis peccator honoratur. Iſido. de ſum. bo. Deteriores ſunt, qui ſiue doctrina ſiue exemplis vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui ſubſtātias aliorum prædiaq; diripiunt, Augu. de paſto. Parum eſt malis paſtorib. ſupra lib. 1. de prælatis mal. Idē, Qui in cōſpectu populi malè viuit, quātū in illo eſt, eum à quo attēditur occidit. Idem de ſingula. cle. Eleazarus maluit vitā ſuam tormentis obijcere, quàm cuiquam magiſter perditionis exiſtere: & nos vbi nulla tormenta ſunt, fluxibus ſolis nolumus anteponere fratres ſaluandos, nec contenti ſumus ſine vllis cruciatibus tam nobis prodeſſe, quam cæteris. Idem. Cum Chriſtus agnus. ſupra libr. 1. de cle. Idem. Sicut quod ait Apoſtolus. ſupra lib. 1. de continentia guſtus. Ioan. Chryſoſt. ſuper Ioan. Omnia agamus ne ſcandalizetur proximus, vita etenim etſi valdè recta fuerit, ſcandalum alijs præbēs, omne perdit. Ber. in epiſ. Conſtat vbi veritas deeſt, & vbi veritas neceſſaria in cauſa non eſt, nec licitè ſcandalū quod à quolibet poſſet cōmitti, nec iuſtè præcipi, nec innoxiè conſentiri. Idem. Cū carpuntur vitia, & inde ſcandalum oritur, ipſe ſibi ſcandali cauſa eſt, qui fecit quòd argui debeat, non ille qui arguit. Idem. Libenter carebo quantolibet etiam ſpirituali quæſtu, qui non poſſit acquiri niſi cum ſcandalo: vbi enim ſcandalum, ibi proculdubio charitatis eſt detrimētum, vbi autem diminutio charitatis, miror quod vel quale poſſit ſpiritalis exercitij ſperari lucrū. Idem in ſer. Si Dominus proprium ſanguinem dedit in pretiū redemptionis animarum, non tibi videtur, grauiorem ſuſtinere ab eò perſecutionem, qui ſuggeſtione mala, exemplo pernicioſo, ſcandali occaſione, auertit ab eo animas, quas redemit, quàm ab illo qui ſanguinem ſuum fudit? Idem. Is qui exemplo ſuo ad remiſſius agendum cęteros prouocat, aut ſingularitate turbat, aut inquietat curioſitate, aut impatientia ſua, & murmuratione moleſtat, aut quocūq; modo contriſtat ſpiritum Dei, qui eſt in eis, ſcandalizans vnum de minimis iſtis credentibus in eum, nonne & hic manifeſtè perſequitur Chriſtum?

Malum ex emplū eſt Chriſti perſectio.

## *De Infamia.* Cap. 40.

GRegor. in regiſt. Habet hoc proprium antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetratione, Deo ſibi reſiſtente ſuperare non valet, opiniones eorum falſa ad præſens ſimulando dilaceret. Idem in moral. Sicut bonus odor ex virtute eſt, ſic fœtor ex vitio. Idem. Grauis eſt iniquitas, quando is qui peruerſus eſt, oſtendere & alios peruerſos molitur, vt inde & ipſe quaſi ſanctus appareat, quò alios ſanctos non eſſe docuerit. Idem. Ne immoderatis laudibus eleuemur, plerūq; miro redemptoris noſtri moderamine, etiam detractionibus lacerari permittimur, vt cum nos vox laudantis eleuat, lingua detrahentis humiliet. Aug. de vita comu. cle. Quærentes licentiam malè faciendi, quærunt ſibi exempla malè viuentium, & multos infamant, vt ſocios inueniſſe videantur. Idem. Quia vt ait Apoſtolus, ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis & hominibus, qui nos amant, quærunt quid laudent in nobis, qui autem nos oderunt detrahunt nobis. Nos autem in medio conſtituti, adiuuāte domino Deo noſtro, & vitam noſtram & famam ſic cuſtodire debemus, vt non erubeſcāt detractoribus laudatores. Idem de ſing. cle. Peius eſt quàm mechia, continentiam ducere criminoſam, & infamem facere ſanctimoniam, blaſphemiam ingerit religioni. Ambr. ſuper Luc. Iudicia hominum ſæpè falluntur, vt & iniuſtis iuſtitiæ gratiam frequenter aſcribant, & iuſtum aut odio perſequantur, aut mendacio decolorent. Idem in epiſto. Quid eſt quod magis publicum ſit, quàm offenſa pudoris, & defloratio virginitatis? nihil profectò quod magis ſe prodat, quam caſtitatis diſpendium.

Nota.

1. Cor. 4.

Vita, & fama cuſtodienda.

## *De Quatuor Affectionibus.* Cap. 41.

GReg. in mor. Mens noſtra à ſecreti interioris ſecuro gaudio excluſa, modò ſpe decipitur, modò pauore vexatur, modò deficiendo dolore deijcitur, modò falſa hilaritate releuatur. Idē. Quamuis Trinitatis imaginem in natura ſeruemus, vanis tamen delectationis moribus perturbati in conuerſatione noſtra delinquimus, vt modis nos ſemper alternantibus cupido concutiat, metus frangat, lætitia mulceat, dolor affligat. Auguſt. de libe. arbit. Voluntas mala ſiue cupiditate rapiatur, ſiue timore reuocetur, ſiue lętitia diffundatur, ſiue triſtitia contrahatur, atq; in his omnibus perturbationibus animi quæcunq; ſunt, alijs vel eo tempore grauiora contemnat & perferat, poteſt etiam ſine alterius ſpiritus inſtinctu ſeipſa decipere. Ambro. in epiſto. Sapiens non metu frangitur, nec poteſtate mutatur, non attollitur proſperis, nec triſtibus mergitur, vbi enim ſapiētia, ibi virtus animi, ibi conſtantia, ibi fortitudo. Ambr. de virginit. Sunt animę velut quatuor equi, quatuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas, timor, quibus furentibus cum cęperit agi, nequaquam ſe ipſa cognoſcit. Hier. in orig. ſuper Ioelem. Cauendum eſt, ne ægritudo quaſi eruca nos comedat, ne locuſta vaſtet gaudio huc illucque volitans, & geſtiens, lętitia per diuerſa ſe iactans, ne brucus, id eſt pauor & furorum metus radices ſapientiæ deuoret, ne rubigo, ſcilicet deſiderium futurorū, res inutiles concupiſcat, & nos perferat ad ruinam. Boe. de conſo. Viuere ſi vis tramite recto, gaudia pelle, pelle timorem, ſpemque fugato, nec dolor adit.

Quadriga affectionū.

## *De Timore.* Cap. 42.

GRegor. in moral. Sæpè nonnulli dum temporalia aduerſa pertimeſcunt, diſtrictionis æternæ animaduerſionem abijciunt. Idem. Quiſquis pręſentem gloriam quærit, profectū deſpectum metuit, qui ſemper ad lucra inhiat, ſemper videlicet damna formidat. Idem. Magna eſt ſecuritas cordis nil concupiſcentiæ habere ſæcularis. Nam ſi ad terrena concupiſcenda cor inhiat, ſecurū tranquillumque eſſe nullatenus poteſt, quia aut non habita concupiſcit vt habeat, aut habita metuit ne amittat. Idem. Multos ſæpè vidimus vitam quidē ſanctæ conuerſationis appetere, ſed ne hanc aſſequi valeat, modò irruentes caſus, modò futura aduerſa formidare, qui incerta mala dum quaſi cauti conſpiciunt, in peccatorum ſuorum vinculis incauti retinentur. Idem in paſto. Plerumq; vtilius apud puſillanimes ꝓficimus, ſi & eorum benè geſta memoramus. Idem. Ignorat mēs gratiam libertatis, quā ligat ſeruitus timoris. Aug. de liber. arbit. Nulla re fruitur anima cum libertate, niſi qua fruitur cum ſecuritate. Nemo autē ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt inuitus amittere. Ioa. Chryſoſt. de compūc. Multa inhoneſta & indigna committere, nō paupertas, ſed puſillanimitas facit. Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. Facilè deuiat à iuſtitia qui in cauſis non Deū, ſed hominē formidat, hic peccandi differt facultatem, ſed no aufert voluntatem Iſido. de ſum. bo. Multi cupiunt conuolare ad gratiam Dei, ſed timent carere oblectamentis mundi, prouocat quidem eos amor Chriſti, ſed reuocat eos cupiditas ſæculi. Idem. Qui metu poteſtatis veritatem occultat, eiuſdem veritatis iracundiam ſibi cœlitus prouocat, quia plus pertimeſcit hominem, quàm diuinam metuat indignationem. Idē. Multi ſacerdotes. ſupra lib. 1. de ſacerdotibus malis. Caſſiod. ſuper illud Pſal. Illic trepidauerunt timore. Sicut cautela eſt oportunè timere, ita ignauia eſt ineptè trepidare. Bernar. in epiſtola. Quæſo te quod memoriale virtutis, quæ laus diſciplinæ,

Timor ex oppoſito amore naſcitur.

Cur pauci ſanctę conuerſationis vitam accipiant.

Qui humano metu veritatem occultant.

diſciplinæ,quis ſcientiæ profectus,vel artis fructus trepidare timore vbi non eſt timor, & timorem Domini derelinquere?quàm ſalubrius diſceres Dominum Ieſu Chriſtum & hunc crucifixum, quàm vtiq; ſcientiam haud facilè,niſi qui mundo crucifixus eſt,apprehendit. Idem.Sicut ſanctis & electis tribulatio operatur patientiam,patientia probationem,probatio ſpem,ſpes autem non confundit,ſic damnandis & reprobis tribulatio parit è contrario puſillanimitatem,puſillanimitas perturbationem,perturbatio deſperationem,& illa interimit. Idem de contemp.Vocat magni conſilij angelus, quid opus eſt vt aliena cõſilia præſtoleris?quis enim fidelior, quis ve ſapiẽtior illo?deduc me Domine & deducar,fortior eſto & inualeſce.Idem.O ſi cognouiſſetis miſeri & vos,Si non mutatis non effugitis pœnitentiam, nam malum impunitum eſſe non poteſt, quod non punitur hic propria voluntate,punietur alibi ſine fine. Miſera ſanè & extremæ plena dementiæ commutatio,humanum declinare laborem,& paratum Diabolo ſtridorem eligere ſempiternum.Idem. Videmus pauperes aliquos.ſupra lib.2.de beatitudine.Sene.in epiſtol.Plura ſunt quæ nos terrent,quàm quæ premunt:& ſæpius opinione, quàm re laboramus.Idem.Expaueſcimus dubia pro certis, nõ ſeruamus modum rerum,ſtatim in timore venit ſcrupulus.Idem.Delicati timent mortem,cui vitam ſuam fecere ſimilem.Idem.Quencunq; ex illis fęlicibus elegeris, multa trahentibus,multa portantibus,videbis illum co miti oneriq; timentem.

Vnde ſpes bonorũ & deſperatio malorum.

Impenitẽtiũ ſtultitia.

*De Dolore.* Cap. 43.

GRegor.in moral. Sæpè grauitatem cordis, quaſi ſubiuncta ex latere triſtitia ſequitur, atque omne opus quod mẽs bona intentione inchoat,hoc velamine meroris obumbrat.Idẽ.Fructum non habent lamenta,quæ ſtudent cum gemitu deſiderare peritura. Idem.Vnde ille lucet qui poteſtatem ſuſcipit, inde peruerſus quiſq; qui corrigi metuit, in triſtitia tenebreſcit. Ioa.Chryſ.ſuper Matth.Animal inuidia vulneratũ non ſolum cauſa idonea,ſed etiam leuis occaſio excitat in dolorem.Bern.in epiſ. Non planè bonus color ſi ſanctorũ quiſpiam anxiè ferre abiectionẽ ſuam videatur, de qua etiam non gaudere, & non gloriari minus eſt à perfecto.Idẽ in ſer.Omnino quantum in ſe eſt,inhonorat eũ à quo vocatus eſt,quiſquis in eius ſeruitio in triſtitia permanet,& rancore,ea dico triſtitia quæ ſecundum ſæculum eſt,& mortem operatur.Sene.in epiſt. Quædã nos magis torquent,quàm debent,quædã ante torquẽt quã debent,quędam torquent cum omnino non debent, ſic aut augemus dolorẽ,aut præoccupamus,aut fingimus.

*De Confidentia.* Cap. 44.

GRego in moral.Quaſi in aquis defluentibus fundamentum ponere,eſt in rebus latentibus ſpei fiduciam velle ſolidare.Aug. de ſing. cle. Aduerſa eſt confidentia,quæ in periculis vitam ſuam quaſi pro certo commendat,& lubrica ſpes eſt,quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe ſperat.Iſid.de ſum.bon.Qui malè agere non deſiſtunt, vana ſpe indulgentiam de Dei pietate requirunt, quam quidem rectè requirerent, ſi ab actione praua ceſſarent.Idem. Qui hic de bono laudem appetit,ſpem perdit,& gloriam mercedis in futuro non recipit.Ber.ſuper Qui habitat. Sunt qui ſperant in Domino,ſed fruſtra, quia ſic de miſericordia eius ſibiipſis blandiuntur,vt à peccatis non emendentur:vana eſt omnino ſpes iſta,& hæc confundit,eo ꝙ charitas deſit. Idẽ in ſerm.Eſt infidelis fiducia, ſolius vtiq; maledictionis capax,cum videlicet in ſpe peccamus. Sene. in epiſt. Vitare quæ vulgo placent,quæ caſus tribuit,ad omne fortuitum bonum ſuſpitioſi pauidiq; ſubſiſtite, nam fera & piſcis,ſpe aliqua oblectante decipitur.

Simile.

Vana confidẽtia malorum.

*De Lætitia.* Cap. 45.

GReg.in moral.A veritatis pabulo ieiuni ſunt, qui in hac peregrinationis inopia lętatur.Idem.Quiſquis in ſe gaudere appetit,eò ipſo iam in luctu eſt, quò à vera lætitia receſſit.Idem. Sæpe ſe bono operi lætitia immoderata ſubiungit, cũq; plus mentem quam decet hilareſcere exigit,ab actione bona omne pondus grauitatis repellit.Idem. Prænuncia tribulationis,eſt lætitia ſatietatis.Idem in homil.Si qua eſt præſentis temporis, ita eſt agenda lætitia,vt nunquam amaritudo ſequentis iudicij recedat à memoria.Idem. Nemo poteſt hic gaudere cum ſæculo,& illic regnare cum Domino.Aug.de conf.Volentes gaudere extrinſecus, facilè euaneſcunt, & offenduntur in ea quæ videntur & temporalia ſunt, & imagines eorum famelica cogitatione lābunt, & ò ſi fatigentur inedia & dicant, quis oſtendet nobis bona. Idem.Quare ambularemus ſupra de continentia auditus.lib.2.Idem in ſer.Frequenter ridens æger, ploratur à ſanis.Idem. Vt quid animi.ſupra lib.2.de conflictu. Idem ſuper Lu.Seculi lætitia eſt impunita nequitia.Io. Chryſ.ſuper Matth.Non dat Dominus ludere, ſed Diabolus.Idem.En agon inſtat nobis difficilis, & ad inuiſibiles nobis virtutes colluctatio inſtat,ad ſpiritualia nequitiæ eſt prælium,ad principatus & poteſtates eſt bellum,& admirabile eſt,ſtudẽtes,& vigilantes, & erectos poſſe ſilueſtrẽ illũ exercitũ ſuſtinere, ſi ergo riſerimus, & luſerimus,& deſides fuerimus ante certamen, à propria cademus pigritia.Baſilius in regula. Iocus remiſsã efficit animam,& negligentem erga Dei præcepta, nec delicta ſua poteſt ad memoriam reuocare,ſed obliuiſcẽs ea,non ſe inſtigat ad pœnitentiam,& ita paulatim omnibus bonis priuatur.Ber.de 12.gra.Ineptè lætum aut rarò aut nunquem gementẽ audies, lachrymantem videbis,putes ſi attẽdas aut ſui oblitũ,aut ablutũ à culpis, in ſignis ſcurrilitas,in fronte hilaritas,vanitas apparet in inceſſu, pronus ad locũ,facilis ac promptus in riſu. Idẽ in epiſ.Eia lætare iuuenis in adoleſcẽtia tua,vt decedẽte pariter cũ ætate temporali lætitia, ſuccedat quæ te abſorbeat æterna triſtitia. Idem.Patriæ eſt non exilij frequẽtia gaudiorum, & numeroſitas feſtiuitatum ciues decet,non exules.Sene.in epiſt.Hęc quibus delectatur vulgus,tenuem habent ac profuſoriam voluptatẽ, & quod cunque inuentitium gaudium eſt,fundamento caret.

Letitia modeſte vtendum.

Locis dediti, vix pñt pœnitere.

Gaudium patriæ eſt, nõ exilii.

*De Vita.* Cap. 46.

GRegor.in mora.Hoc ipſum noſtrum viuere quotidie à vita tranſire eſt,quia dũ infantia ad pueritiam, pueritia ad adoleſcentiam,adoleſcentia ad iuuentutem,iuuẽtus ad ſenectutem,ſenectus tranſit ad mortem in curſu vitæ præſentis,ipſis ſuis augmentis ad detrimenta impellitur. Idem. Carnales mentes idcirco pręſentia diligunt,quia vita carnis quàm fugitiua ſit,minimè perpendunt.Nam ſi velocitatem trãſitus eius aſpicerent,hanc ẽt proſperantem minimè amarent.Idẽ. Hi vitã carnis quaſi permanentẽ diligunt,qui quanta ſit vitæ ſequentis æternitas non attendunt, dumq; ſoliditatẽ perennitatis non cõſiderant, exiliũ patriã, tenebras lumen,curſum ſtationẽ putant.Idem in regiſ.Vita noſtra nauiganti ſimilis eſt,is nanq; qui nauigat,ſtet,ſedeat,iaceat,vadit quia impulſu nauis ducitur. Ita ergo & nos ſumus,quia ſiue vigilantes,ſiue dormiẽtes, ſiue iacẽtes, ſiue ambulantes,ſiue volentes,ſiue nolentes,ꝓ momẽta tẽporũ,quotidie ad finẽ ducimur.Auguſt.de verbis do. Scio ergo.ſupra cap.de dilatione.Idem ſuꝑ Pſa. Oĩs malus,aut iõ viuit vt corrigatur,aut iõ viuit,vt ꝑ illum bonus exerceatur.Idem de verbis Domini. Non ſunt mali dies,quos agimus in corruptela huius carnis inter tãtas difficultates, vbi falſa voluptas, nulla gaudij ſecuritas

Vita eſt cõtinuus trãſitus.

Simile.

timor torquens, cupiditas auida, triſtitia arida? Ecce quàm mali dies, & tamen rogant Deum homines, vt diu viuant. Quid eſt aut diu viuere niſi diu torqueri? Idem. Dicimus panem. ſupra lib. 2. de oratione accepta. Seneca in epiſt. Nemo quàm bene viuat, ſed quandiu curat: cum omnibus poſſit contingere, vt bene viuant, vt diu nulli. Idem. Non viuere bonum eſt, ſed benè viuere, itaque ſapiēs viuit quantùm debet, non quantùm poteſt, videbit vbi victurus ſit &c. Infra lib. 4. ca. de ſapientia.

Mali dies vitæ noſtræ.

### De *Miſeria*. *Cap.* 47.

GReg. in homil. Faſtidio noſtro tabeſcimus, & lōga inediæ peſte fatigamur, & quia guſtare intus noluimus paratam dulcedinem, amamus foras miſeri famem noſtram. Idem in moral. O miſeri qui affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſſipant fructus laborum, cumq; ſe oſtendere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt. Idem. Quid hoc niſi humanę vitæ miſeria eſt, quòd amiſſa cęleſti patria repulſus homo delectatur exilio, grauatur curis, & tñ cogitare diſſimulat, quàm graue ſit, quia multa cogitantur. Idem ſuper Ezech. Neceſſe eſt, vt peccātes tunc quoque cōſideremus amplius miſeros, quando eos inſpicimus in culpa ſua ſine flagello derelictos. Augu. de liber. arbitr. Quid tam opus habens miſericordia quàm miſer, & quid iam indignum miſericordia, quàm ſuperbus miſer. Idem de trini. Magna hominis miſeria eſt, cum illo non eſſe, ſine quo non poteſt eſſe. Idem de Ciui. Dei. Qui peruersè amat cuiuſlibet naturæ bonum, etiam ſi adipiſcatur, ipſe fit in bono malus, & miſer meliore priuatus. Iſido. Mundi amatores. Supra de occupatione. Hiero. Miſeriæ delicijs, Supra de voluptate. Ambro. de fide reſur. Quid nobis miſerius, qui tanquam ſpoliati & nudi proijcimur in hanc vitam corpore fragiles, corde lubrico, imbecillo animo, anxij ad ſolicitudines, deſidioſi ad labores, proni ad voluptates? Auctor de ſpiritu & anima. Iugi meditatione animum noſtrum exerceamus, & conſideremus miſerias & neceſſitates noſtras, labores & dolores, lugentes enim in hanc vitam intrauimus, cū labore viuimus, cū dolore & timore exituri ſumus. Ber. de liber. arbi. Nulla verior miſeria, quam falſa lætitia. Idem. Quotquot degimus. Supra lib. 1. de homine. Idem. Oramus vt Dei. Supra lib. 2. de tentatione. Sene. in epiſtola. Si cui ſua non videntur ampliſſima, licet totius mundi Dominus ſit, tamen miſer eſt. Idem. Quid eo miſerius, cui beneficia excidunt, hærent iniuriæ? Ioa. Chryſo. ſuper Matth. O miſerrimus modus, & miſerrimi qui eum ſequuntur, ſemper homines mundialia opera excluſerunt à vita. Multa in cap. de renunciatione lib. 4.

Humanæ vitæ miſeria.

Summa miſeria, ſine flagello peccantem derelinquit.

### De *Morte*. *Cap.* 48.

GReg. in homil. Horam vltimam dominus noſter idcirco nobis voluit eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta, vt dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur. Idē in moral. Nil ſic ad ædomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quàm vt vnuſquiſque hoc quod uiuum diligit, mortuum penſet. Idem. Malitia remanentium. ſupra de malitia. Idem ſuper Ezech. Eſſe nobis cōditor noſter diem mortis noſtræ incognitum voluit, vt dum ſemper ignoratur, ſemper eſſe proximus credatur, & tantò quiſque ſit feruentior in operatione, quantò & incertus eſt de vocatione. Ambr. de fide reſur. Vna eſt mors ſpiritualis, alia naturalis, tertia pęnalis. Auguſt. de ver. domi. Agnoſcat ſe homo mortalem vt frangat elationem, cætera noſtra & bona & mala incerta ſunt, ſola mors certa eſt. Idem ſuper Ioan. Inter ſpem & deſperationem fluctuat anima, quid ergo egit Deus? cum periclitantibus vtroque morbo propter illos qui deſperatione periclitantur, propoſuit indulgentiæ portum: propter illos qui ſpe periclitantur, fecit diem mortis incertum. Bern. in medit. Certum eſt ꝙ morieris, & incertū eſt quando, aut quomodo, aut vbi, quoniam vbiq; te mors expectat, tu quoque ſi ſapiēs fueris, vbiq; eam expectabis. Idem in epiſto. O quàm beati mortui qui in Domino moriuntur, audientes a ſpiritu vt requieſcant iam à laboribus ſuis, non hoc ſolum autem, ſed ſuccedit iucunditas de nouitate, de ęternitate ſecuritas. Idem Bona mors iuſti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter ſecuritatem. Contra, mors peccatorum peſſima, & audi vnde peſſima, mala ſiquidē in amiſſione mundi, peior in ſeparatione carnis, peſſima in vermis igniſque duplici contritione. Idem. in hac vita quādiu curat, compara tibi illam quæ ſemper durat, dum viuis in carne, morere mūdo, vt poſt mortem carnis Deo viuere incipias, qd enim ſi cōciderit mors ſaccum corporis tui, dum te ſubindè circundet lætitia? O quam beati mortui qui in Domino moriuntur. Idem in ſer. Quid in rebus humanis certius morte? quid hora mortis incertius inuenitur? non miſeratur inopiam, non reueretur diuitias, non generi cuiuſlibet, non moribus, non ipſi denique parcit ætati, vbiq; ſenibus eſt in ianuis, iuuenibus in inſidijs. Interl. Iob. 38. Non debet extolli in his quæ agit, qui neſcit quomodo huc venit, vel quando, & quomodo exibit. Sene. in epiſt. iunior es, non refert, nō dinumerantur anni, incertum eſt, quo te loco mors expectat, itaque tu illam omni loco expecta. Idem. Percepit ſapientiam, ſi quis tàm ſecurus moritur, quàm naſcitur, nunc verò trepidamus, cū periculum acceſſerit, non animus nobis, non color conſtat, lachrimæ nihil profuturæ cadunt, quid eſt turpius, quàm in ipſo limine ſecuritatis eſſe ſollicitum, cauſa autem hæc eſt, quod inanes omnium bonorum ſumus.

Cur mors nobis incerta.

Triplex mors.

Vbique & ſemper mors nobis expectanda.

Mors nemini parcit.

### De *Iudicio*. *Cap.* 49.

GRegor. in regiſ. Ecce mora non erit, & ardente cœlo, ardente terra, corruſcantibus elementis, cū angelis & archāgelis, cum thronis & dominationibus, cum principatibus & poteſtatibus tremendus iudex apparebit. Idem ſuper Ezech. Quæ mens erit hominis, æterni iudicis ſententiam non formidātis? ibi enim tunc ſimul cuncta peccata ante oculos redeunt, ibi omnia quæ cum delectatione acta ſunt, ad memoriam cum pauore reuocantur. Idem. Redemptor humani generis cum iudex apparuerit, & ſpecioſus iuſtis, & terribilis erit iniuſtis. quem enim manſuetum aſpicient electi, hūc eundem pauendum atq; terribilem conſpicient reprobi. Idem in mora. Ille poſtmodum cum Deo iudex veniet, qui hic ei modò in prece familiaris extiterit. Idem. Quiſquis ſtimulo diuini amoris excitatus, hic poſſeſſa reliquerit, in iudicio procùldubio culmen iudiciariæ poteſtatis obtinebit. Idem. Tunc cū Deo iudices veniunt, qui nunc pro Deo iniuſtè iudicantur. Aug. in epiſt. Cū venerit dominus, & illuminauerit abſcondita tenebrarum, & manifeſtauerit cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximum ī proximo, nec erit quod ſuis quiſque aperiat, & abſcondat alienis. Idem de ciuit. Dei. In illo iudicio, vel circa illud iudicium, has res didicimus eſſe vēturas, Heliam Teſbitem, fidem Iudęorum, Antichriſtum ꝑſecuturum, Chriſtum iudicaturum, mortuorum reſurrectionem, bonorum malorumq; diſcretionem, mundi conflagrationem, eiuſdemq; renouationem. Idē de cathe. ru. Iubentur ſerui Chriſtiani & boni fideles, Dominis ſuis temporalibus æquanimiter fideliterque ſeruire, quos iudicaturi ſunt, ſi vſque in finem iniquos inuenerint, aut cum quibus æqualiter regnaturi ſunt, ſi & illi ad verum Deum cōuerſi fuerint. Hiero. in ori. ſuper Ioel. 3. Mœrorem diei iudicij, & tormenta pereuntium, ne Sol quidem & Luna aſtraque cœtera poterunt intueri, ſed retrahent fulgorem ſuum, & ſeuerita-

Iudex omnibus formidabilis.

Pauperū dignitas.

Quæ circa iudicium.

Terribilis dies iudicij.

ſeueritatem iudicantis, reddentis vnicuique ſecundum opus ſuum, in caput ſuum aſpicere non audebunt. Nõ quò clementiora ſunt Dei iudicia, ſed quo omnis creatura in tormentis aliorum, de ſuo iudicio pertimeſcat. Idem. Etiam qui ſancti ſunt, præſentiam Dei abſq; formidine non videbunt. Ioan. Chryſo. ſuper Matt. In illo die nihil eſt quod reſpondeamus, vbi celũ & terra, aqua Sol & Luna, dies & noctes, & totus mundus ſtabit aduerſum nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum, & ſi omnia taceant, tamen ipſæ cogitationes noſtrę, & ipſa opera ſpecialiter ſtabunt ante oculos noſtros, accuſantes nos ante Deum, dicente apoſtolo cogitationibus in-

Roman. 2.

uicem accuſantib. &c. Amb. ſuper Lu. Vę mihi eſt, ſi nõ peccata mea defleuero, væ mihi eſt, ſi non media nocte ſurrexero ad confitendum tibi domine, væ mihi, ſi dolũ proximo meo fecero, væ mihi, ſi non locutus fuero veritatem, ad radicem ſecuris poſita eſt, faciat fructum qui poteſt gratiæ, qui debet pœnitentiæ, adeſt dominus, qui fructum requirat, fœcundos viuificet, ſteriles depręhendat.

Duo ordines hoĩum in iudicio.

Iſid. de ſum. bo. Duę ſunt differentię, vel ordines hominum in iudicio, hoc eſt, electorum & reproborũ, qui tamen diuiduntur in quatuor. Perfectorum ordo vnus eſt, qui cum domino iudicat, & alius qui iudicatur, vtrique tamẽ cum Chriſto regnabunt. Similiter ordo reproborum partitur in duobus, dum qui intra Eccleſiã ſunt mali, iudicandi ſunt, & damnandi, qui verò extra Eccleſiam inueniendi ſunt, non ſunt iudicandi, ſed tantum dãnandi. Ber. de contemp. Non vnius ciuitatis, aut populi, aut regionis vnius, ſed vniuerſitatis iudices habent præſidere cum Chriſto, non ſolum homines, ſed etiam ipſos angelos iudicabunt, qui parentem ad modicum vaporẽ præſentis glorię dedignantes, & exufflantes imperium Chriſti, vniuerſis præpoſuerunt titulis dignitatum. Nolite timere puſillis grex, quoniam complacuit patri, dare vobis regnum. Idẽ in epiſ. Veniet veniet dies iudicij, vbi & plus valebũt pura corda, quàm aſtuta verba, & conſcientia bona, quàm marſupia plena, quandoquidẽ iudex ille nec falletur verbis, nec flectetur donis. Idem ſuper canti. Quid in Babylone tutum, ſi Hieruſa-

Nota.

lem manet ſcrutinium. Idẽ de 12. gradib. Cognoſcetur rectè dominus iuſtitiam faciens, qui nunc ignoratur miſericordiam quærens. Idem in ſermo. Nudi ſtabunt ante tribunal Chriſti, vt audiant vocem iudicij, qui ad vo-

In impœnitentes.

cem cõſilijs obturauerunt aures ſuas. Quid. n. loquitur Deus, agite pęnitentiã (inquit.) Multi tamẽ diſſimulãt, multi continent aures ſuas, & dicunt, durus eſt hic ſermo. Non ſic impij nõ ſic, cum intonuerit ſermo durus, & verbum aſperum. Ite maledicti in ignẽ ęternum. Anſ.

Exactio rigida.

in lib. medita. O lignũ aridum & inutile, ęternis ignib. dignum, quid reſpondebis in illa die, cum exigetur à te vſque ad ictum oculi, omne tempus viuendi tibi impenſum, qualiter fuerit à te expenſum? tunc quippè cõdemnabitur quicquid fuerit inuentum in te, operis vel ocij, ſermonis, & ſilentij, vſque ad minimam cogitationem

Pœna horribilis.

etiam quòd vixiſti, ſi non fuerit ad voluntatẽ Dei directum. Idem. O anguſtia, hinc erunt accuſantia peccata, inde terrens iuſtitia, ſubtus patens horridum chaos inferni, deſuper iratus iudex, intus vrens conſcientia, foris ardens mundus, etſi iuſtus vix ſaluabitur, peccator ſic depreſſus, in quam partem ſe præmet conſtrictus? vbi latebo? vbi apparebo? latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. Idem. Dies iræ dies illa, &c. Quid dormitas ani-

Excitatio vehemens

ma tepida, & digna euomi? qui non expergiſcitur, qui non tremit ad tantum tonitruum, non dormit, ſed mortuus eſt.

## De Damnatione. Cap. 10.

GRèg. in mora. Fit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, qa & mors viuit, & finis ſẽp incipit, & deficere defectus neſcit, mors perimit & nõ extinguit, dolor cruciat, ſed nullatenus pauorem fugat, flamma comburit, ſed nequaquam tenebras

Ignis in inferno.

diſcutit. Idem. In inferno ignis non lucet ad conſolationem, & tamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet, nam ſequaces ſuos ſecum in tormento reprobi flamma illuſtrante viſuri ſunt, quorum amore deliquerunt, quatenus qui eorum vitam carnaliter contra præcepta conditoris amarunt, ipſorum quoque interitus eos in augmẽtum ſuæ damnationis affligat. Idem. Sicut in domo patris manſiones multæ ſunt pro diuerſitate virtutis, ſic damnatos diuerſo ſupplicio, gehẽnæ ignibus ſubijcit diſparitas criminis. Idem in homil. Vt peccatores in ſupplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriã quos contempſerunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt. Hier. in orig. ſuper Iſa. in cõſummatione mundi, præteritarum deliciarum recordatio erit materia cruciatuum. Aug. in ſerm. Quare in inferno mors quæritur, & non inuenitur? quia quibus in hoc ſęculo vita offertur, & nolunt accipere, in inferno quærent mortem, & non poterunt inuenire. Idem in en-

Pœna paruulorum.

chiri. Mitiſſima ſanè omnium pœna erit eorum, qui pręter peccatum quod originale traxerunt. nullum inſuper addiderunt, & in cæteris qui addiderunt, tantò ibi quiſque tolerabiliorem habebit damnationem, quantò hic minorem habuit iniquitatem. Idem de cathe. ru. Sicut

Pęnę dãnatorũ incõparabiles.

nullum gaudium rerum temporalium ex aliqua parte ſimile poteſt inueniri gaudio vitæ æternæ, quam ſancti accepturi ſunt, ita nullus cruciatus pœnarum temporalium poteſt ſempiternis iniquorum cruciatibus comparari. Idem de natura boni. Peccantes in ſupplicijs ordinantur, quia ordinatio eorũ naturæ non competit, ideo pęna eſt, ſed quia culpę competit, ideo iuſtitia eſt. Idem. Melius ordinatur natura, vt iuſtè doleat in ſupplicio, q̃ vt impune gaudeat in peccato. Ioan. Chryſ. in ſer. Excludi à bonis æternis, & alienum effici ab his quæ præparata ſunt ſanctis, tantum generat cruciatum, tantum dolorem, vt & ſi nulla extrinſecus pœna torqueret, hæc ſola ſufficeret. Idẽ putemus, quia ſuppliciorum nimietas ipſa dabit finem dolorum, ſed peccata quidem pęnas accendent, incorruptio verò animę, & corporis nullũ ſupplicijs terminum dabit. Iſidor. in ſyno. Intende animo quaſcunque ſæculi pœnas, quoſcunque tormentorum dolores, quaſcunq; dolorum acerbitates, compara hoc totum gehennæ, & leue eſt omne quod pateris. Fulgentius in epiſ. Principalia ſunt duo tormẽta in inferno, ibi frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis. Vnde

Frigus, & ignis duo infernalia ſupplicia.

in euangelio legitur, illic erit fletus & ſtridor dentium, fletus nanque in liquefactione oculorum de calore naſcitur, ſtridor verò dentium de frigore oritur. Bern. in epiſt. Ob hoc proculdubio inflebilis, & obſtinatę mentis, punitur æternaliter malum, licet temporaliter perpetratum, quia quod breue fuit tempore vel opere, longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate. Idem in ſermone. Singulis exceſſib. ſingulis & membris, quæ arma fuerant iniquitatis, ſua debetur pœna ꝑ qualitate, vel quãtitate commiſſi. In quo autẽ membro creator amplius offenditur, peccator grauius torquebitur. Anſel. de ſi-

Miſerię partes.

militu. Partes miſeriæ ſunt turpitudo, ponderoſitas, imbecillitas, ſeruitus, infirmitas, anxietas, vitę breuitas, inſipientia, diſcordia, dedecus, impotentia, timor, triſtitia. Auctor de ſpiritu & anima. Quædam animæ in eiſdem locis, in quibus culpã commiſerunt puniuntur, quędam vero abditis receptaculis, vſque ad vltimam reſurrectionem continentur, ſicut vnaquæque digna eſt, requie & miſeria.

# PHARETRAE

## LIBER QVARTVS.

### In quo de gratioſis agitur.

### De Voluntate. Cap. 1.

GREGORIVS in homil. Ante Dei oculos nunquam eſt vacua manus à munerè, ſi fuerit arca cordis repleta bona voluntate. Hier. in epiſt. Certè Chriſtus pro animi voluntate, omnia in acceptum refert, nemo Apoſtolis pauperior fuit, & nemo tãtum pro Domino dereliquit. Aug. de vera religione. Tales ſeruos ſuos meliores eſſe Deus iudicauit, ſi ei ſeruirẽt liberaliter, quod nullo modo fieri poſſet, ſi non voluntariè ſed neceſſitate ſeruirẽt. Idem de ſpiritu & litera. Nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem, ſed conſentire, vel diſſentire, propriæ voluntatis eſt. Idem contra 5. hæreſes. Ad compellendum nõ poteſt eſſe moleſtus exactor, cum ad reddẽdum deuotus eſt debitor. Idem. Nemo aliquid. Supra li. 2. de charitate. Idem de eccleſiaſt. dog. Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſanctus, cum affectu teneat ſanctitatem. Idẽ de viduitate. Noſtrum eſt velle, ſed voluntas ipſa, & admonetur vt ſurgat, & ſanatur vt valeat, & dilatatur vt capiat, & impletur vt habeat. Idem de ſol. Quanto augetur ſpes videndæ illius, cui vehementer æſtuo pulchritudinis, tantò ad illam totus amor voluntasq; conuertitur. Idẽ de agone chriſtiano. Omnis creatura velit nolit, vni Deo, & Domino ſuo ſubiecta eſt, ſed hoc admonemur, vt tota voluntate ſeruiamus Domino Deo noſtro quoniam iuſtus liberaliter ſeruit, iniuſtus autem compeditus ſerui. Io. Chryſ. ſuper Matth. Voluntates bonę ſic ſuaues ſunt apud Deum, quemadmodum apud homines odoriferi flores. Idem. Sicut peccatum opus ſine voluntate non facit, ita & iuſtitia ex opere non conſumatur, niſi & voluntas affuerit. Idem. Illa eſt glorioſa, ſupra li. 2. de continentia tactus. Idem. Debet voluntas. ſupra li. 2. de gratia. Ber. de lib. arb. Ordinatio eſt omnimoda conuerſio voluntatis ad Deum, & ex tota ſe volũria deuotaq; ſubiectio. Idem in epiſt. Regnum Dei intra nos eſt. Quid eſt hoc regnum, ſana & libera volũtas hominis, ita ſe conformans voluntati Dei, vt nihil velit quod ſciat ei diſplicere, nihil nolit quod ſciat ei placere. Anſ. de ſimilitu. Voluntas bona eſt quæ Dei voluntati ſubiecta eſt, quando id vult quod Deus vult, illam velle debere, & iuſta ſiue recta dicitur, quãdo id quod Deus vult illam velle debere amplectitur. Idem non ſemper velle debemus quod Deus vult, ſed hoc vellę debemus, quod Deus vult nos velle debere.

Voluntas pro facto reputatur quo ad Deum.

Volũtas libera.

Vitię ordinatio.

Regnum Dei quod intra nos.

### De Tranquillitate. Cap. 2.

GReg. in regiſt. Nullius vos ibi lingua implicet, vbi conſcientia non accuſat, quem. n. conſcientia defendit, & inter accuſatores liber eſt, & liber vel ſi ne accuſatione eſſe non poteſt, ſi ſola quæ interitus addicit conſcientia accuſat. Idem in moral. Piorum conſcientiæ grande ſibi conferri præmium credunt, cum de quibuſdam modo ſuis illicitis actionib. arguunt, præponunt. n. ante oculos cordis, quia diſtrictum Dei iudiciũ tantò verius tunc ſuper eos mitigabitur, quanto nunc acrius hoïe arguente præuenitur. Aug. de cathec. ru. Tu qui veram requiẽ quę poſt hanc vitã chriſtianis promittitur quæris, etiam hic eam inter amariſſimas vitæ huius moleſtias ſuauem guſtabis, ſi eius, qui eam promiſit præcepta dilexeris, citò. n. ſenties dulciores eſſe fructus iuſtitiæ quàm iniquitatis, & verius atque iucũdius gaudebis de bona conſcientia inter moleſtias, quam de mala inter delicias. Idem ſuper Geneſi. ad literam. Etiam in ipſo homine lætitia quædam bonæ conſcientiæ paradiſus eſt. Vnde & eccleſia in ſanctis temperanter, & piè & iuſtè viuentib. paradiſus rectè dicitur, pollens affluẽtia gratiarum caſtisq; delicijs. Ambr. Bene ſibi cõſcius, ſupra li. 2. de conſtantia. Iſid. de ſum. bo. Semper conſciẽtia ſerui Dei, humilis eſſe debet & triſtis, vt. ſ. per humilitatem non ſuperbiat, & per humilem merorem cor ad laſciuiam non diſſoluat. Ber. ſuper cant. Sufficit aduerſum os loquentium iniqua, opinio bonorum cum teſtimonio conſcientiæ. Idem. Omnis gloria ſanctorum intus non foris eſt, hoc eſt, nõ in flore fœni, aut in ore vulgi, ſed in Domino. Idem de conſidera. Perfecta cuiq; & abſoluta excuſatio eſt, teſtimonium conſcientię ſuæ, mihi. n. pro minimo eſt vt ab illis iudicer, qui dicunt bonũ malum, & malum bonum. Idem. Magnæ diuitiæ bona conſcientia, & re vera quid ditius in rebus, aut quid dulcius, quid in terra quietius atque ſecurius? Bona cõſciẽtia damna rerum non metuit, non verborum contumelias, non corporis cruciatus, quippe quæ & morte ipſa magis erigitur quam deijcitur. Idem. Bona bonæ conſcientiæ reuireſcunt in laboribus, non areſcunt, nec in morte euaneſcunt, ſed refloreſcunt, lætificant viuentẽ, morientem conſolantur, reficiunt mortuum, nec deficiunt in æternum. Senec. in epiſt. Sapiens nunquam ſine gaudio eſt, gaudium autem hoc non naſcitur niſi ex virtutum conſcientia.

Magna de ſenſio bona conſciẽtia.

Vera requies in legis Dei obſeruatione.

Magna ſupellex bona conſciẽtia.

### De Taciturnitate. Cap. 3.

GReg. in mora. Diſcretè viciſſitudinum penſanda ſunt tempora, ne aut cum reſtringi debet, lingua per verba ſe inutiliter ſoluat, aut cum loqui vtiliter poteſt, ſemetipſa pigra reſtringat. Idem. Si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos inſurgere deriſoris odia formidamus, non iam lucra Dei quærimus, ſed noſtra. Idem. Proximorum mala ſupra lib. 2. de cõſenſu. Idem. Quotiens auditores noſtri noſtra volũt quaſi laudando cognóſcere, nõ autem ſua perperſa mutare, omnino taceamus, ne ſi oſtentationis ſtudio verbũ Dei loquimur, & illorum culpa quæ erat, eſſe non deſinat, & noſtra quę non erat, fiat. Idem in homil. Imitatione Dei, glorioſius eſt tacẽdo iniuriã fugere, quàm reſpõdendo ſuperare. Idẽ ſuper Ezec. Quaſi quoddam nutrimentum verbi eſt cenſura ſilentij, & rectè per excreſcẽtem quoq; gratiã ſermonẽ accipit, qui ordinatè ante per humilitatem tacet. Idem. Sicut mali Deum exaſperant, qui loquuntur & faciunt mala, ita nonnunquam boni exaſperant, qui reticent bona. Idem in paſto. Qui proximi mala reſpiciunt, & tamen ſilentio linguam premunt, quaſi conſpectis vulneribus, vſum medicaminis ſubtrahunt, & eò mortis auctores fiunt, quo minus quem poterant curare, nolunt. Hiero. in epiſt. Nunquam de mulierum formis diſputes, nec quid in cuiuſquam Domo agitur, alia domus per te nouerit. Aug. de mendacio. Licet vel diſertori ac diſputatori ac prædicatori rerũ æternarum, vel narratori atque pronunciatori rerũ tpalium ad ædificandã religionẽ atq; pietatem pertinentium, occultare in tpe quicquid occultandum videtur, mentiri aũt nunquam. Idem de bap. paruu. Vbi de re obſcuriſſima diſputatur, non adiuuantibus diuinarum ſcripturarum certis clariſque documentis, cohibere ſe debet humana preſumptio, nihil faciens in partẽ alteram declinãdo. Idem. Magis innocentis, ſupra libr. 3. de remiſſione.

Diſcretio in loquendo.

Mẽtiri nũquã licet, tacere veritatem non numquam licet.

Idem

Idem ibidem. Tu vulnus. Iſid. in ſyno. Tempore congruo loquere, tempore congruo tace, non loquaris niſi interrogatus fueris, non dicas priusquàm audias. Idem. Ab ocioſo ſermone compeſce linguam, caue fabulas ineptas, aniles fabulas non requiras, inania verba non garrias. Idem. Vis virtutes tuas augere, prodere noli. Idem. Fuge videri quod eſſe meruiſti, quod manifeſtando potes amittere, tacendo cuſtodi. Ambr. ſuper Luc. Rarior tacendi virtus quàm loquendi. Idem de offic. Quamplures vidi loquendo in peccatum incidiſſe, vix quemquam tacendo, ideoq; tacere noſſe, quam loqui difficilius eſt. Idem. Quando nobis aliquis conuiciatur, laceſſit, ad violentiam prouocat, ad iurgium vocat, tunc ſiletium exerceamus, tunc muti fieri non erubeſcamus. Ber. de conſide. Vtilis ſemper cuſtodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat, ergo vbiq; frenãda lingua præceps, maximè autem in conuiuio. Idem. Nemo fratres. Infra de correptione. Glo. Leui. 25. Quod gula peccauit, ieiunium corrigat, quod garrulitas admiſit, ſilentium deleat, & ſimiliter contrarijs curentur contraria.

Tacere noſſe quã loqui difficilius eſt.

*De Exercitio.* *Cap.* 4.

GRegor. in regiſt. Apud Dominum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. Idẽ. Qui eccleſiaſticis famulãtur obſequijs, eccleſiaſtica (vt poſſibilitas exigit) debent adipiſci ſubſidia. Idem. Iuſtitiam quam mente geritis, oportet coram hominibus luce operum demonſtretis. Idem in moral. Cum opus creſcit præmij, fiducia proficit, cũ verò opus torpuerit, ſpes à remuneratione laceſcit. Idem. Iſte in hac vita iuſtorũ labor eſt, vt ſemetipſos inueniãt, inuenientes flendoatq; corrigendo ad meliora perducant. Idem. Sicut malis ſecuritas præſens labor eſt, ita bonis præſens labor perpetuam ſecuritatem parit. Idem. Sancti viri minimè exultant, cum cognoſcunt quæ faciant, ſed cum faciunt quæ cognouerunt, & ſi intelligendo congaudent muneri largitoris, merentes tamen conſiderantdebitum operis. Idẽ ſuper Ezech. Actiua vita, eſt panem eſurienti tribuere, verbum ſapientiæ neſcientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis viam ſuperbientem proximum reuocare, infirmantis curam gerere, & commiſſi nobis qualiter ſubſiſtere valeant diſpenſare. Idem. Conſiderandũ nobis eſt, opus noſtrum quale ſit, quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione. Idem. Quid iam de ſcriptura ſacra didiceris, & quantum proximum tacitus ames, in latitudine boni operis oſtendes. Idem in dyalo. Opus ex dono eſt, non donum ex opere, omne quippè opus dona præueniunt, quamuis ex ſubſequenti opere, ipſa etiam dona ſubcreſcunt. Iſido. in ſyno. Præcaue otium, non diligas otium, non ducas vitam in otio, fatiga corpus laboribus, exerce operis cuiuſlibet ſtudium. Idem. Grauius libido vrit, quem otioſum inuenerit, cedet autem libido rebus, cedet operi, cedet induſtriæ & labori. Idem de ſum. bo. Nihil iuuat, ꝙ inter bonum & malum ſenſu prudentiore diſcernimus, niſi opere, aut malè cogitata caueamus, aut bona inchoata faciamus. Idem. Dei ſeruũ ſine intermiſſione legere, orare, & operari oportet, ne fortè mentem otio deditam, ſpiritus fornicationis ſurripiat, cedit enim labori voluptas, animum autem vacantem citò pręoccupat. Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. Qui habet ſpiritum Dei, non ſunt contenti ſedere otioſi, ſed ipſe ſpiritus qui eſt in eis vrget eos, aliquod bonum appræhendere. Idem de compuncti. Merces maior tibi augetur, quando non ſpe mercedis operaris, ſed ſtudio placendi. Aug. in ſermone. Noli eſſe piger in opere cuius mercedem deſideras, ſi quem & tu ipſe mercenarium conduxiſſes, non ante mercedem numerares, quam in opere exerceres. Idem de bap. paruu. Propter hoc de paradiſo emiſſus Adam contra Eden habitauit i. contrà ſedem deliciarum, vt ſignificaret, quòd in laboribus, qui ſunt delitijs contrarij, erudienda eſt caro peccati. Idem de opere mona. Nullo modo decet, vt in ea vita vbi ſenatores fiunt laborioſi, ibi fiant opifices ocioſi, & quò veniunt relictis delitijs, qui fuerunt prædiorum Domini, ibi ſint ruſtici delicati. Idem in gl. ſuper 1. Th. 5. Qui ad pedes fratrum inclinatur, in corde vel excitatur, vel ſi iam inerat, confirmatur humilitatis affectus. Idem. Vis deſideriorum. Infra in c. de deſiderio. Ber. de conſidera. Si labor torret, merces inuitet, vnuſquiſq; enim ſecundum ſuum laborem mercedem accipiet. Idẽ in epiſtola. Non ex folijs, non ex floribus, ſed ex fructu arbor bona mala vè cognoſcitur, deniq; à fructibus eorum cognoſcetis eos, opera ergo, & non verba diſcernũt inter filios Dei, & filios diffidentiæ. Idem de amore Dei. Quamuis adhuc non videat oculus, non ceſſet operari manus, vt qui proficere vult in magno, fidelis ſit in minimo, & in eo quod ex conditoris largitate iam prærogatum habet, vis poteſtatis officium exhibeat bonæ voluntatis. Idem. Miſerere animæ. Supra lib. 2. de contritione. Seneca in epiſto. Satis multũ temporis ſparſimus, incipiamus vaſa in ſenectute colligere, in freto viximus, moriamur in potu.

Prudentia ſanctorũ.

Opera vitæ actiuę.

Otiũ ſummopere fugiendum.

Si pes Dei in nobis nunquam eſt otioſa.

Operum neceſſitas.

*De Innocentia.* *Cap.* 5.

GRegor. in moral. Plerunq; res quęlibet innocenti mente conſpicitur, ſed ipſo conſpectu animus concupiſcentiæ gladio confoditur. Non enim Dauid Vriæ coniugem ideo ſtudioſè reſpexit, quia cõcupiuerat, ſed ideo potius concupiuit, quia in cautè reſpexit. Idem. Nil ſimplici corde felicius, quia quo innocentiam erga alios exhibet, nihil eſt quod pati ab alijs formidet. Idem. Illũ facit humana deriſio Deo proximum, quem ab humanis prauitatibus vitæ innocentia ſeruat alienum. Idem. Si mentis innocentia cuſtoditur, & ſi qua foris infirma ſunt, quandoq; roborantur. Idem in regiſt. Sicut multorum iam experimento didicimus, in damno expenditur, quicquid cum peccato congregatur. Si igitur vultis nihil iniuſtè perdere, ſummopere ſtudere de iniuſtitia nihil habere. In terrenis enim rebus, ſemper cauſa damni eſt origo peccati. Idem. Voſmetipſos ita ante conſpectũ omnipotentis Domini, in bonis operibus debetis exhibere, vt inueniri in veſtra actione nequeat, quod ab eodem Deo iudice percuti, vel homine inſidiante valeat accuſari. Idem in paſtora. Fit plerunque Deo gratior amore ardens vita poſt culpam, quàm ſecuritate torpẽs innocentia. Amb. de offi. Hoc eſt innocentem eſſe, ignorare quod noceat, & ſi circumſcribitur ab aliquo de omnibus, tamen benè iudicat, qui fidem eſſe in omnibus arbitratur. Idem. Beatam vitam efficiunt tranquillitas cõſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ. Idem de pęnitentia. Facilius inueni qui innocentiam ſeruauerint, quàm qui cõgruè egerint pęnitentiam. Hier. in epiſt. Malitiàm, odiũ, atque inuidiam, quę vel maxima vel ſola ſemina ſunt nocendi, Chriſtiana à ſe anima propellat, neque manu tãtũ aut lingua, ſed corde quoque cuſtodiatinnocentiã. Idẽ. Tum demum lætare de innocentiæ conſcientia, ſi cũ potes adiuuare, non deſiſtas. Ioan. Chryſo. in ſermo. Gaude innocentia & exulta, gaude inquam, quia vbiq; illæſa es, vbiq; ſecura, ſi tẽtaris proficis, humiliaris, erigeris, ſi pugnas vincis, ſi occideris coronaris. Aug. ſuper Pſal. 100. Duobus modis nocet homo, ſi facit miſerum, vel ſi deſerit miſerum, innocens verò eſt, qui nec ſibi, nec alijs nocet. Idem de ciuita. Dei. Abſit a mẽte Chriſtiana quę in Deo ſuo ſpe poſita, cuius adiutorio innititur, vt mens. talis cuiuſlibet carnis voluptatibus ad conſenſum tur-

Reſpicere quam periculo ſum ſit.

Innocentẽ eſſe quid ſit.

pitudinis cedat, quòd ſi illa concupiſcentia, vel inobedientia, quæ in membris habitat, præter noſtræ voluntatis legem quaſi ſua lege mouetur, quantò magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque culpa eſt in corpore dormientis? Idem. Pertinet ad innocentis officium, non ſolum nemini malum inferre, verumẽt cohibere à peccato, vel punire peccatum, vt aut ipſe qui plectitur corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. Idem. Sicut non eſt beneficientię. ſupra de remiſſione. Idem Ibidem. Magis innocentes. Idẽ de vita Chriſtiana. Nihil Deo dignius, nihil clarius eſſe poteſt, quàm vt innocẽtia tota obſeruatione teneatur, licet enim quis in alijs operibus deuotus appareat, ſi illam nõ habuerit, ſibi fruſtra blanditur. Caſſio. in lib. de anima. Vir fixus, purus, innocuus omnes laudat, ſe ſemper accuſat, vt cõplaceat vniuerſis, ſibi ſoli diſplicet. Ber. de conſide. Non eris innocens, ſi aut punias eum cui fortaſſe parcendum eſſet, aut parcas ei qui fuerat puniendus. Anſ. de ſimilit. Si hinc peccati pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & neceſſariò vni eorũ haberem immergi, prius me in infernum immergerem, quam peccatum in me immitterem; Mallem enim purus à peccato, et innocens, gehennam intrare, quàm ſorde pollutus cęlorum regna tenere, cum conſtet, ſolos malos in inferno torqueri, & ſolos bonos in cœleſti beatitudine foueri.

Innocẽtis partes.

Viri boni inſignia.

### De Excuſatione. Cap. 6.

GRegor. in moral. Iuſtus & ſi quid vnquam delinquendo loquitur, tamen dignum non eſt, vt ab iniuſtis, & prauè viuentibus iudicetur. Idem. Cum quoſlibet. ſupra lib. 1. de pauperibus. Auguſt. in epiſto. Diſcamus in ſimilitudine operũ diſcernere animos operantium, ne clauſis oculis calumniemur, & beneuolos pro nocentibus accuſemus. Idem in ſermone Domini in monte. Ea facta quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Idem. Non repræhendamus ea, quæ neſcimus quo animo fiant, neq; ita repræhendamus quæ manifeſta ſunt, vt deſperemus ſanitatem. Bern. ſuper Cant. Caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius iudex, etiam ſi perperam actum quid depræhendas, nec ſic iudices proximum, magis autẽ excuſa intentionem ſi opus non potes. puta ignorantiam, puta ſubreptionẽ, puta caſum, quòd ſi omnem omnino diſſimulationẽ rei certitudo recuſat, ſuade nihilominꝰ ipſe tibi, & dicito apud teipſum, vehemens fuit tentatio, quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatẽ? Idem. Si is qui de clauſtro eſt, eum qui verſatur in populo interdum minus diſcretè ſeſe agere depræhendat, v.g. in verbo, in cibo, in ſomno, in riſu, in ira, in iudicio, non ad iudicãdum confeſtim proſiliat, ſed meminerit ſcriptum. Melior eſt iniquitas viri quàm benefaciens mulier. Nam tu quidẽ in tua cuſtodia vigilãs benefacis, ſed qui iuuat multos, & melius facit & virilius, qđ ſi implere nõ ſufficit abſq; aliqua iniquitate, id eſt abſq; quadam inæqualitate vitę & conuerſationis ſuę, memẽto quia charitas operit multitudinem peccatorum. Sene. in epiſto. Sapiens non vertit omnia in peius, nihil querit cui imputet caſum, & peccata ad fortunam potius refert, nõ calumniatur, nec verba nec vultus, quicquid accidit, benignè interpretando leuat. Idem. Semper quicquid dubium eſt, humanitas inclinet in melius.

Dubia in meliorem partem interpretanda ſunt.

Eccl. 42. Nota.

### De Diſcuſſione. Cap. 7.

GRegor. in moral. Iuſti viri, cum diſtrictionem vẽturi iudicis contemplantur, peccata ſua ad memoriam reducunt, deflent quæ commiſerunt, diſtricte ſe iudicant ne iudicentur. Idem. Dominum tantò quis ſecurius expectat, quantò quotidiè vitam ſuam ſuſpectus examinat. Idem. Electi intra ſinum cordis aduerſum ſe, quicquid ſe impugnat enumerãt, ibi ante oculos ſuos omne quod defleant coaceruant, ibi quicquid per iram diſtricti iudicis diſcerni poſſit, intuentur, ibi tot patiuntur ſupplicia, quot pati timent, nec deeſt in hoc iudicio mente concepto omne miniſterium, quod punire reos ſuos plenius debeat. Nam conſcientia accuſat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat. Idem. Qui ſemetipſum prius non iudicat, quid in alio rectè iudicet ignorat. Ioan. Chryſ. in ſer. Quando accubueris ſuper ſtratum tuum, & neminem infæſtum pateris, antequam veniat tibi ſomnus, profer in medium codicem conſciẽtiam tuam, & reminiſcere peccata tua, ſi quid in verbo ſeu in facto vel in cogitatione peccaſti. Auguſt. de vera relig. Spiritalis homo omnia iudicat, quia ſuper omnia eſt, quando cum Deo eſt, cum illo eſt autem, quando puriſſimè intelligit, & tota charitate quod intelligit diligit. Idem. Non facilè. ſupra lib. 1. de iudicibus. Idem de verb. Domini. Nihil eſt quod ſic quiſq; cogitare debeat, niſi vt in ſemetipſum oculos conuertat, ſe diſcat, ſe diſcutiat, ſe inſpiciat, ſe quærat, & ſe inueniat, quod diſplicet, necet, & quod placet, optet & plantet. Bern. ſuper Cant. Spiritualis homo omnia dijudicat, & ipſe à nemine iudicatur, iudicabo proinde mala, iudicabo & bona, mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiunijs, cæteriſq; ſanctæ laboribus diſciplinæ, in bonis de me ſentiam humiliter, & iuxta præceptum Domini ſeruum me inutilem reputabo. Idem. Babyloniorum manifeſta ſunt peccata præcedentia iudicium, & non egent ſcrutinio ſed ſupplicio, mea autem qui videor monachus & hieroſolymita, peccata certè occulta ſunt, nomine & habitu monachali obumbrata, & idcirco neceſſe erit, ſubtili ea inueſtigari diſcuſſione. Multa ſupra lib. 2. de prudentia, de intelligentia. Sene. in epiſt. Quod homines de alijs libentiſſimè faciunt, de te apud te malè exiſtima, aſſueſces & dicere verum & audire. Idem. Clamo mecum ipſe, numera annos tuos, & pudebit eadem velle, quæ volueras puer, hoc deniq; tibi circa mortis diem præſta, moriantur ante te vitia.

Quotidiana ſanctorum diſcuſſio vtilis.

Spiritualis homo diiudicat omnia.

Nota. Monachę.

### De Mortificatione. Cap. 8.

GRegor. in moral. Tantò mens melius ad ſupna appetenda componitur, quantò ab illicitis arctius corpus edomatur. Idem in homil. Niſi quiſq; à ſemetipſo deficiat, ad eum qui ſupra ipſum eſt, non appropinquat, nec valet apprẽhẽdere quod ſupra ipſum eſt, qui neſcit mactare qđ eſt. Augu. in reg. Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ & potus, quantum valetudo permittit, qñ autẽ aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horã prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cum ęgrotat. Idẽ de vidui. Facilius concupiſcentia refrenatur, quæ nulla expectatione ſuccenditur. Idem de ſingu. cle. Amputanda ſunt omnia nobis, quæcunq; igniferi fomitis, ſulphurãtibus flammis ſcatens fornax, ebulliẽtis carnis exeſtuat, ne vel tenuis quidem ſcintilla ſeruata maiora conflet incendia. Iſid. de ſum. bo. Mori oportet hominem in carne mundo, ne moriatur in aĩa Chriſto. Nam tũc quiſq; viuere dicitur, ſi ſecundum ſęculũ moriens, in ſolo Deo viuere delectetur, Caſſio. de anima. Ve carni quæ hęc ſuperata non fuerit. Nam quæ in hac conuerſatione vincitur, illic ſine dubio coronabitur. Ber. in epiſt. Duriꝰ tractãdum quidem eſt corpus ne rebellet, ne inſoleſcat, ſic tamen vt ſeruire ſufficiat, quia ad ſeruiẽdum ſpiritui datum eſt, nec ſic habendum eſt, tanquam propter illud viuamus, ſed tanq̃ ſine quo viuere nõ poſſumus. Sene. in epiſt. Vetas me cęlo intereſſe, id eſt, iubes me viuere capite demiſſo. Maior ſum et ad maiora genitꝰ, q̃ vt mãcipiũ ſim

Mortificatio, carnis ſubleuatio eſt ſpiritus

ſim meí corporis,quod quidē non aliter aſpicio , quàm vinculum aliquod libertati meæ circundatum.Idē.Contemptus ſui corporis,certa libertas eſt. Idē. Honeſtum ei vile eſt,cui corpus nimis clarum eſt, agatur eius diligentiſſima cura,ita tamen vt cum exiget ratio,cum dignitas,cum fides,mittendum ſit in ignes. Idem.Hanc ſanam & ſalubrē formam vitæ tenere, vt corpori tantum indulgeas,quantum bonæ valetudini ſatis eſt, durius etiam tractandum eſt,ne animo malè pareat.

*De Diſciplina. Cap. 9.*

GRego.in regiſ.Cum ſit proprium diſciplinæ ab illicitis prohibere,& exceſſus culparum ſalubriter relecare,ſtudioſè eius ſeruanda cenſura eſt.Nam ſi negligitur,cuncta in confuſionem deueniunt,dum vnus deſtruit,quicquid eam cuſtodiendo alter ædificat. Idem.Sic vt nos.ſupra li. 1.de prælatis bonis.Idē in mora. Sancti viri cum huius mundi poteſtate fulciuntur, tantò ſub maiori mentis diſciplina ſe redigunt, quantò ſibi per impatientiam poteſtatis ſuaderi illicita,quaſi licentius ſciunt. Idem. Solùs in illicitis non cadit, qui ſe aliquando & à licitis cautè reſtringit. Idem. Intentioni animæ ſi exterior euagatio clauditur, interior ſeceſſus aperitur.Nam quò extra ſe ſpargi, propter diſciplinam mens non poteſt, eo ſuper ſe intēdere per perfectum poteſt,quia & in altum creſcere arbor cogitur, quæ per ramos diſtendi prohibetur.Idem. Mens mutabilitatis ſuę pondere,ad aliud ſemper impellitur quàm eſt, & niſi in ſtatu ſuo arcta cuſtodiæ diſciplina teneatur, ſemper in deteriora dilabitur.Idem.Sancti viri.ſupra li.2.de continentia viſus .Idem. Tanto apud Dominum obligatiores ſumus,quantò apud homines inuitè peccamus. Diſciplina autem noſtra, ſubditos diuino iudicio tanto liberiores reddit, quantò hic eorum culpas ſua vindicta non deſerit.Idem. Peccata quæ feriri.ſupra lib.2.de donis.Ambr.in epi.Non natura ſeruum facit,ſed inſipientia,nec manumiſſio liberum,ſed diſciplina. Idē. Si quæris viam ſapientiæ & diſciplinæ, colere Deum, atque ei ſubditum eſſe ſapientia eſt, abſtinere autem à peccato diſciplina eſt.Idem de vidui. Prima inſtitutionis eſt diſciplina culpam auertere, & ſecunda virtutem infundere.Cypria.de 12. abuſi. Diſciplina eſt ordinata morum correctio,& maiorum præcedentium regularis obſeruatio.Ber.in epi.O quàm compoſitum reddit omnē puellaris corporis ſtatum,nec non mentis habitum diſciplina,ceruicem ſubmittit,deponit ſupercilia, cōponit vultum, ligat oculos, cohibet cachinnos, moderatur linguam,frenat gulam,ſedat iram,format inceſſum, talib. decet pudicitiæ veſtem diſtingui margaritis. Idem non oportet.ſupra de prouidentia.lib.2.

Nota. Diſciplina exterior iuuat interiorem.

Diſciplina quid.

*De Cruce Spirituali. Cap. 10.*

GRegor.in homil.Crux à cruciatu dicitur,& duobus modis crucem Domini baiulamus, cum aut per abſtinentiam carnem affligimus,aut per compaſſionem proximi, neceſſitatem illius noſtram putamus. Idem in moral. Quia Paulus nec mundi gloriam quærebat,nec à mundi gloria ipſe quærebatur,& ſe mūdo,& mundum ſibi,crucifixum eſſe gloriabatur. Idem. Cum vitijs & concupiſcentijs carnem crucifigimus , ſi ſic gulam reſtringimus,vt iam de mundi gloria nil quramus.Nam qui corpus macerat,ſed honoribus anhelat, crucem carni intulit,ſed mundo per concupiſcentiā peius viuit.Auguſt.in glo.Gal.5.ſuper illud. Qui Chriſti ſunt.Congruit noſtræ deuotioni,vt qui Domini crucifixi paſſionē celebramus, reprimendarū carnalium voluptatū crucem nobis faciamus. Idem in ſerm. Tota vita Chriſtiani hominis ſi ſecundū euangeliū viuat, crux atq; martyrium eſt. Hierony. Licet ſparſo crine.ſupra lib.3.de propinquitate. Ambr.ſuper Luc. Non amanti diuitias,nō amanti honores, non amanti quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti,non amanti quæ videntur, ſed quę non videntur,non cupido vitæ, ſed ei qui feſtinat diſſolui & cum Chriſto eſſe, crucifixus eſt mūdus:hoc eſt.n. crucem tollere,& ſequi Chriſtum, vt & nos commoriamur,& ſepeliamur cum eo.Iſidor.de ſum bo. Qui crucem portat, debet mundo mori, nam ferre crucem, mortificare ſeipſum eſt,& ferre & non mori, ſimulatio hypocritarum eſt.Bern.de floribus.Mira res, nihil formidoloſius hominis,quàm crucem pati,ſed quare timēt homines crucem,quia latrones ſunt?ſi latrones non eſſent,crucem nō timerent.Idem.Circumire poſſum Domine cœlum & terram,mare,& aridam, & nuſquam te inueniam niſi tātum in cruce,ibi dormis, ibi paſcis, ibi cubas in meridie. Crux enim tua fides eſt, cuius latitudo charitas,longitudo longanimitas,altitudo ſpes,profundum timor.In hac cruce te inuenit,quicunque te inuenit.In hac cruce anima ſuſpenditur à terra , & dulcia poma de ligno vitæ decerpit. Idem in apolo. Vę portantibus crucem,non ſicut Saluator ſuam, ſed ſicut ille Cyreneus alienam. Væ citharedis citharizantibus, non vt illi de Apocalypſi in cytharis ſuis, ſed verè vt hypocritæ in alienis.Idem.Vę ſemel & vę iterum pauperibus ſuperbis, væ inquām ſemel, & væ iterum portantib. crucem Chriſti,& non ſequentibus Chriſtum, quia nimirum cuius paſſionibus participant, humilitatem ſectari negligunt, duplici quippè contritione conterentur, qui huiuſmodi ſunt, cum & hic pro temporali gloria ſe affligant,& in futuro pro interna ſuperbia ad ęterna ſupplicia pertrahentur.Idem in ſerm. Neminem audiamus fratres,non carnem & ſanguinem, non ſpiritum quemlibet deſcenſum à cruce ſuadentem, perſiſtamus in cruce,moriamur in cruce, deponamur aliorum manibus, non noſtra leuitate.

Gal. 5.

Vita Chriſtiani crux

Chriſtus non niſi in cruce inuenitur.

Aliqui portant crucē Chriſti q̄ tamen nō ſequuntur Chriſtum

In cruce permanendum.

*De Certamine. Cap. 11.*

GRegor. in dialog. Sine laboris certamine, non eſt palma victoriæ. Idem. Nonnunquam Dominus eis etiam quibus magna dona tribuit, parua quædam reprehenſibilia relinquit, vt ſemper habeant contra q̄d bella gerant, & deuictis magnis hoſtibus mentem non erigant,quando eos adhuc aduerſarij etiam minimi fatigant.Idem.Vos qui viam.Infra de religione. Idem in mora.Semper eſt ad certamen aduerſarij erigendus animus,ſemper contra occultas inſidias cautela prouidenda.Idem.Scio quia per infirmitatis verecundiam plerūque grauioris eſt certaminis cōmiſſa peccata prodere, quam non admiſſa vitare:& vnum quodq; malū quamuis robuſtius videtur,tamen humilius proditur. Idē.Labor protrahitur pugnæ,vt creſcat corona victorię. Idē. Minor eſt.ſupra lib.2.de clementia. Idem. In iniquitate concepti,& in delicto editi,p inſitæ corruptionis moleſtias,pugnam nobiſcum huc deferrimus,quam cū labore vincamus.Idem.Excitatur hoſtis in prouocationē certaminis,cum ius amiſerit peruerſæ damnationis. Aug.in epiſt.Non dēt cum præliatur infringi, qui vult poſt prælium coronari,vires illo ſubminiſtrante certantibus,qui præparat ineffabilia dona victoribus. Idem. Contra iſtā genitaliū.ſupra lib.3.de conſuetudine. Idē de verbis Domini.Ecce baptizati ſunt omnes, iuſtificati ſunt à peccatis,reſtat tamen lucta cum carne,cū mundo,& cum diabolo. Qui autē luctatur aliq̄n ferit, aliq̄n percutitur,aliquando vincit, aliquando perimitur. Ioa. Chryſ.de comp.Noſtri agonis tēpus,in quo aſcripti videmur,pro riſu penā habet,laudē vero pro luctu,& pro tribulationibus ſalutem confert. Idem ſuper Matth. In-

cipe

Exercitiū iuſtorum.

Confeſſionis difficultas.

Agonis noſtri tēpus pręſens.

*Certaminis Chriſtiani pra ctica.*

cipe reſiſtere deſiderijs tuis, & tunc intelliges quã fortes ſunt ſpiritus deſideriorũ malorum, qui te perſequũtur, hæc eſt pugna periculoſa, & hæc eſt glorioſa victoria, qui potuerit odiſſe quod amat, & amare quod odit. Amb. ſuper Lu. Corona propoſita ſubeunda certamina ſunt, nemo poteſt niſi vicerit coronari, nemo poteſt vincere niſi ante certauerit, ipſius quoque coronæ maior

*Vi pmium obtinẽdũ.*

eſt fructus, vbi maior eſt labor. Leo Papa in ſerm. Vim ſibi factura eſt anima, vt palmam laborum quã ſibi ſubtrahi multis inimicis aduerſantib. ſentit, viribus contendat eripere. Iſid. de ſum. bo. Nequaquam in ſenectute cõtinentes vocandi ſunt, qui in iuuentute luxurioſè vixe

*Veri continentes, qui*

runt, tales non habent præmium, quia laboris certamen non habuerunt, eos enim expectat gloria, in quibus fuerunt laborioſa certamina. Hier. ſin epiſto. Quis ſanctorum ſine certamine coronatus eſt? Solus in delitijs Salomon fuit, & ideo forſitan corruit. Bernard. ſuper canti. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras ſi vitia putas emortua, & non magis ſuppreſſa, velis nolis intra fines tuos habitat Iebuſęus, ſubiugari poteſt non exterminari. Idem. Solet inter primordia. ſupra lib. 1. de incipientibus.

## De Humilitate. Cap. 12.

GRego. in moral. Magna quæ agimus quaſi minima ducimus, cum fortiorum exempla penſamus, ſed tunc apud Deum creſcunt per meritum, cum

*Humilitas vera eſt ſapientia.*

apud noſmetipſos per humilitatem decreſcunt. Idem. Quia prima ſtultitia Angeli elatio cordis fuit, vera ſapientia efficitur hominis humilitas ſuæ æſtimationis, quam quiſquis vel magna ſapiendo deſerit, eo ipſo vehementer deſipit, quo ſeipſum neſcit. Idem. Electi

*Virtutes ſine humilitate euaneſcũt, & cũ ea ſpiritus ſancti præſentiam indicant.*

ne inuitè curuentur in morte, ſpontè curuantur in humilitate. Idem ſuper Ezec. Ad hoc nobis cuncta de meritis noſtris in certa ſunt, vt vnam certam gratiam teneamus, humilitatem. Idem in homil. Miranda actio cum elatione non eleuat ſed grauat, qui enim ſine humilitate virtutes congregat, in vento puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterrius cęcatur. Idem in dial. Mens quæ diuino ſpiritu impletur, habet euidentiſſimè ſigna ſua virtutes. ſ. & humilitatem quæ ſi vtraq; in vna mẽte perfectè conueniunt, liquet quòd de præſentia ſancti ſpiritus teſtimonium ferunt. Idem. Qualis quiſque. Infra de lętitia. Idem in regiſtr. Non grande eſt, his non eſſe humiles à quibus honoramur, quia & hoc ſęculares quilibet faciunt, ſed his maximè eſſe humiles debemus, à quib. aliqua patimur. Pſal. Vi-

*Humilitas omnibus ſed maximè monſtranda pſecutoribus.*

de humilitatem meam de inimicis meis. Idem. Ab omnibus corripi, ab omnibus emendari paratus ſum, & ſolum mihi amicum æſtimo, per cuius linguam ante apparitionem diſtricti iudicis meę maculas mentis tergo. Idem. Nolo dum in hac carne ſum, ſi qua me dixiſſe. contigerit, ea facile hominibus innoteſci. Idem. Omnes fratres ſumus, Imperatoris poteſtate conditi & ſanguine redempti, & idcirco fratres noſtros quoslibet pauperes, & abiectos, in nullo deſpicere debemus. Hieron. in ori. ſuper Iſa. Non ſtatim multitudinis acquieſcamus

*Optima de nobis æſtimatio quæ.*

iudicio, ſed electi in principatum, nouerimus menſurã noſtram, & humiliemur ſub potẽti manu Dei, quia Dominus ſuperbis reſiſtit, humilib. dat gratiã. Aug. de vir. Humiliter ad humilem venite ſi amatis, & ne diſcedatis ab illo ne cadatis, qui. n. timet ab illo diſcedere, rogat & dicit, non veniat mihi pes ſuperbię. Idẽ. Pergite viã ſublimitatis pede humilitatis, ipſe exaltat humiliter ſequẽtes, quẽ deſcendere non piguit adiacentes. Idẽ. Exi

*Vera pietas ĩ Deũ.*

ſtimate aliquos in occulto ſuperiores, quibus eſtis in manifeſto meliores. Idem de ci. Dei. Qui vera pietate in Deum, quem diligit credit, & ſperat, plus intendit in ea, in quibus ſibi diplicet, quam in ea ſi quæ in illo ſunt, quę non tam ipſi quàm veritati placent, neque id tribuit vnde iam placere poteſt, niſi eius miſericordiæ cui metuit diſplicere, de his ſanatis gratias agens, de illis ſanandis preces fundens. Idem de conflictu. Chriſtus humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortẽ autem crucis. Si ergo tanta humilitate ſe deprimit diuina maieſtas, ſuperbire in aliquo audet aut debet humana infirmitas. Idem in epiſt. Abſit, vt non cum gratiarũ actione lucris meis deputem, ſi fuero te docente inſtructus, aut emendante correctus. Idem de tri. Magis optabo à quolibet reprehendi, quàm ſiue aberrante, ſiue ab adulante laudari. Iſid. de ſum. bon. Superflua eſt humilitas eorum, qui ſe geſſiſſe accuſant, quod non admiſerũt, qui verò ſine arrogantia bona facta ſua pronunciant, proculdubio nequaquam peccant. Idem in ſyn. Deſcen

*Superflua humilitas,*

de vt aſcendas, humiliare vt exalteris, ne exaltatus humilieris. qui enim extollitur humiliatur, qui exaltatur deijcitur, qui eleuatur proſternitur, qui inflatur allidi-tur. Idem. Eſto paruus in oculis tuis, vt ſis magnus in oculis Dei, tanto enim eris apud Deum præcioſior, quãto fueris ante oculos tuos deſpectior. Ioã. Chryſ. in epi. Humilitas non tantum illa laudatur, quæ de conſciẽtia peccatorum euenit, ſed & illa quæ ex virtute deſcendit, Deo chara eſt, & quia in ea requieſcit Dominus, ideo omnibus dominatur. Idem ſuper Matt. Humilis a nulla capitur paſſione, non ira hunc moleſtare poteſt, nõ gloriæ cupido, non emulatio, non zelotypia. Idem de compunc. Hoc vere magnum & mirabile eſt, quia is qui verè magnus eſt, nihil de ſe magni ſentit, aut loquitur, ſed omnium ſe vltimum iudicat, & ſalutem de ſola miſericordia Dei ſperat. Caſſiod. de anima. Ad te Domine ſancte nemo ſe erigendo peruenit, ſed potius humiliatus aſcendit, cum altiſſimus ſis, proximior redderis ſupplicatione curuatis. Bernar. ſuper cant. Oportet humiliter ſentire de ſe nitentem ad altiora, ne dum ſupra ſe attol-

*Humiliatio quantalibet non eſt timenda.*

litur cadat. Idem. In anima non eſt plane timenda quãtalibet humiliatio, horrenda autem nimiumque pauenda, vel minima temerè præſumpta erectio, quamobrem noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Idem. Appetere de humilitate laudẽ, humilitatis nõ eſt virtus, ſed ſubuerſio. Verus humi

*Falſus, & verus humilis.*

lis vilis vult reputari, non humilis prædicari, gaudet cõtemptu ſui, hoc ſolo planè ſuperbus, quòd laudes non contemnit. Idem in epiſ. Vt caſtitas ſiue charitas detur, humilitas meretur, quoniam humilibus Deus dat gratiam, ſeruat acceptas, quia nõ requieſcit ſpũs, niſi ſuper quietum & humilem, & ſeruatas conſummat, nam virtus in infirmitate, hoc eſt, in humilitate, perficitur, & inimicam gratię, omniſque initium peccati debellat ſuperbiam. Idem. Humiliatio via eſt ad humilitatẽ, ſicut pa-

*Via ad humilitatẽ.*

tientia ad pacem, ſicut lectio ad ſcientiam, ſi virtutem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis. Nam ſi non pateris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Idem. Neſcio quo pacto familiarius ſemper humilitati propinquare ſolet diuinitas, denique ipſa ſe induit, vt appareret hominib. ſubſtantiam, formã, habitumq; geſtauit humilẽ, ipſius nobis commendans virtutis excellentiã, q̃ ſpeciali ſui voluit honorare pñtia. Idem. Sapientis eſt conſiliũ, quãto maior es, humilia te in omnibus. Sapientiæ vero præceptum, qui maior eſt veſtrum, fiet ſicut minor. Idem de 12. gra. Humilitatis poteſt eſſe diffinitio. Humilitas eſt virtus, qua ho-

*Humilitatis deſcriptio, atq; gradus.*

mo vera cognitione ſui ipſę ſibi vileſcit. Idem. Humilitatis primus gradus eſt, corde, & corpore ſemper humilitatem oſtendere, defixis in terrã aſpectib. Secũdus, vt pauca, & rationabilia verba loquatur, nõ clamoſa voce. Tertius, vt non ſit facilis, aut promptus in riſu. Quartus taciturnitas vſq; ad interrogationem. Quintus, tenere quod cõmunis habet monaſterij regula. Sextus, credere,

dere,& pronunciare ſe omnibus viliorem. Septimus, ad omnia indignum, & inutilem ſe confiteri, & credere. Octauus, confeſſio peccatorum. Nonus pro obedientia in duris, & aſperis patientiam amplecti. Decimus, vt omni obedientia ſubdat ſe maiori. Vndecimus, vt volũtatem propriam non delectetur implere. Duodecimus, vt eum timeat, & memor ſit omnium quæ precepit, Anſel. de ſimilit. Primus gradus humilitatis eſt quandoque cognoſcere contemptibilem ſe eſſe. Et quia ſunt quidam qui contemptibiles ſe eſſe cognoſcunt, ſed inde nõ dolent. Secundus eſt dolere contẽptibilem ſe eſſe. Quia verò ſunt alij, qui ſe contemptibiles dolent, ſed confiteri nolunt. Tertius eſt confiteri ſe contemptibilem eſſe. At verò, quia rurſus ſunt alij, qui ſe contemptibiles confitentur, ſed nolunt, vt ita credatur. Quartus eſt, perſuadere contemptibilem ſe eſſe. Sed quia quidam contemptibiles quidem volunt credi, ſed hoc ſibi nolunt dici. Quintus eſt patienter pati, vt contemptibilis dicatur. Sed quidam patiuntur, vt contemptibiles dicantur, ſed tamen pati nolunt, vt contemptibiliter tractentur. Sextus eſt pati, vt contemptibiliter tractetur. Sed quoniam & hoc quidam inuiti patiuntur. Septimus eſt amare, vt contemptibiliter tractetur, vbi poſtquàm quis aſcenderit, clara eſt in luce, id eſt in perfecta ſui cognitione. Idẽ. alterius virtutem. Infra de aſcenſione. Gl. Matth. 3. Perfecta humilitas habet tres gradus. Primus eſt ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe æquali, hic vocatur ſufficiẽs, quia ſufficit aliquem ſic humiliari, & iſte gradus omni iuſto eſt neceſſarius. Secundus gradus eſt ſubdere ſe æquali, nec preferre ſe minori, hic dicitur abundans. Tertius eſt ſubeſſe minori, in quo eſt omnis iuſtitia.

## *De Simplicitate.* *Cap.* 13.

GRegor. in homil. Si abiecto vilis indumenti virtus non eſſet, euangeliſta vigilanter de Ioanne nõ diceret, erat indutus pilis camelorum. Auguſt. in reg. Non ſit notabilis habitus veſter, nec affecteris veſtibus placere, ſed moribus. Idem. In inceſſu. ſupra libr. 2. de modeſtia. Idem ſuper Matth. Reſiſtit Deus ſuperbis, & calamiſtratis, & pannoſis, humilibus dat gratiam Idem in epiſ. Verus ornatus maximè chriſtianorum, & chriſtianarum non tantum fucus mendax, verum ne auri quidem veſtiſq; pompa, ſed mores boni ſunt. Idem. Auri circumpoſitio, & intorſio crinium, & cætera huiuſmodi, quæ vel ad inanem pompam, vel ad illecebram formæ adhiberi ſolent, meritò reprehenſa ſunt, ſed eſt quidam pro modulo perſonæ habitus matronalis à viduali veſte diſtinctus, qui poteſt fidelibus cõiugatis ſalua religionis obſeruantia conuenire. Et infra. Quid. n. eſt abſurdius, quàm mulierem de humili veſtè, viro prohibente, ſuperbire? cui te potius expediret obtemperare, cãdidis moribus, quam nigellis veſtibus repugnare? Idem de viduitate. Interiore pulchritudine Chriſto placere, hanc pulchritudinem ſtudioſa cura & ſolicita cogitatione componite, non amat ille fallaciarum fucos, veris veritas delectatur, & ille ſi quod legiſti agnoſcis, veritas vocatur. Ambr. de offi. Non ſit affectatus decor corporis, ſed naturalis, ſed ſimplex, neglectus magis quàm expeditus, non pretioſis, & albentibus adiutus veſtimẽtis, ſed communibus, vt honeſtati, vel vtilitati nihil deſit, nihil accedat nitori. Idem in Gl. 1. Quæ vult audiri, inclinare ſe debet amota pompa, vt miſericordiam Domini prouocet, habitus. n. ſuperbus nec impetrat, nec recta de ſe credi facit. Ioa. Chryſ. ſuper Matth. Omne veſtimentum ad tres pertinet cauſas, aut ad ſpeciem viſionis, ſeu ad vanam gloriam, aut ad delectationem corporis, aut ad tegumentum nuditatis. Ad ſpeciem viſionis habere veſtimentum, ſeruis Dei non conuenit, ſimiliter ad delectamentum corporis, Deo ſeruientibus non eſt aptum, ſed quod tantum ad tegumentũ nuditatis. Hier. in epi. Sordes veſtium candidæ mentis indicia ſunt, vilis tunica contemptum ſæculi probat, ira duntaxat vt animus non tumeat, nec habitus ſermoq; diſſentiat. Ber. in epiſ. Pauperior cultus in alijs frenat concupiſcentiam, in alijs circa amorem paupertatis afficit conſcientiã. Idẽ. Si dederit (inquit) Iacob, mihi Dominus panem ad mãducandum, & veſtimentum quo operiar. Nota, quo operiar. Sic ergo & nos contentiſſimus veſtimentis quibus operiamur, non quibus laſciuiamus, non quibus ſuperbiamus, non quibus mulierculis ſimilari, vel placere ſtudeamus. Idem ſuper canti. Simplicitas candor eſt, probamus à contrario, nam neuus duplicitas, parum dixi macula eſt.

Ornat⁹ vere chriſtianus.

Muliebris ornatus vanitas.

2. Timo. 5

Veſtiũ triplex differentia.

Gen. 13.

## *De Verecundia.* *Cap.* 14.

GReg. in moral. Sepe cum nos à ſancti deſiderij exercitatione, torpeſcere ſuperna pietas cernit, exempla ſe ſequentium noſtris obtutibus obijcit, vt mens per otium remiſſa quò in alijs vigilantiam profectus conſiderat, cò in ſe pigritudinem torporis erubeſcat. Idem. Nonnunquam quidam in Dei ſeruitio ex anteacta acrius debilitate roborantur, eoſq; ad cuſtodienda mandata, & futurorum trahit deſiderium, & impellit memoria præteritorum, vt hinc ad ventura amor prouocet, illinc de præteritis verecundiam inſtiget. Idem. Boni eò magis igneſcunt ad deſiderium requirẽdæ pietatis Dei, quo magis erubeſcunt memoriã iniquitatis ſuæ. Idem. Facilè culpa corrigitur, qua erubeſcitur. Idem. Cunctos vitia ad ima pertrahunt, ſed tamen quidam eò ab his facilius redeunt, quò ſe in eis corruiſſe altius erubeſcunt. Idem. Qui adhuc actis carnalibus incubat, neceſſe eſt, vt inſtruere ſpiritualiter proximorum mẽtes erubeſcat. Idem ſuper Ezech. Erubeſcere malum ſapientiæ eſt: bonum verò erubeſcere fatuitatis. Idem. Qui erubeſcit pœnitendo mala quę fecit, ad vitæ libertatẽ peruenit. Amb. in ſer. ſolet citius mereri indulgentiam, qui verecũdius deprecatur. In omni ergo culpa ante flendum eſt, quã præcandum. Idem. Pulchra virtus. ſupra lib. 1. de iuuentutibus. Idem de offi. In ipſo genere canendi, prima diſciplina verecundia eſt, immò etiam in omni vſu loquẽdi, vt ſenſim quis aut pſallere, aut canere, aut poſtremò loqui incipiat, vt verecunda principia commendent proceſſum. Idem. Eſt etiam in ipſo motu, geſtu, inceſſu, tenenda verecundia, habitus. n. mentis in corporis ſtatu cernitur. Iſid. Peccati pudore, ſupra lib. 2. de continentia vitus. Idem. Quiſquis peccatorum. ſupra lib. 2. de memoria. Aug. de vita & mo. cle. Fateor vobis, de pretioſa veſte erubeſco, quia non decet hanc profeſſionem. Idẽ. Quoniam verecũdia magna eſt pena, qui erubeſcit pro Chriſto fit dignus miſericordia, vñ patet, quia quantò pluribus confitebitur in ſpe veniæ turpitudinem criminis, tantò facilius conſequetur gratiam remiſſionis. Hier. in epiſ. Ornet prudẽtiam verecundia, & quod pręcipuum in feminis ſemper fuit, cunctas in te virtutes pudor ſuperet. Idem. Omnino pudor. Infra de connexione. Ber. in epiſt. Nec ſterilis verecundia grata eſt, nec humilitas præter veritatem laudabilis. Idem ſuper canti. Verecundia ſpecialis gloria conſcientiæ eſt, famæ cuſtos, vitæ decus, virtutis ſedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, & inſigne totius honeſtatis. Idem. Nolo repente fieri ſũmus, paulatim proficere volo, quantum diſplicet Deo impudentia peccatoris, tantum pœnitentis verecundia placet, citius placas eum ſi menſuram tuam ſeruaueris, & altiora te non quæſieris. Idem. Quid amabilius. ſupra lib. 1. de iuuenibus. Idem. Humilis, & verecunda ſupra lib. 2. de ſatiſfac. Idem in ſer. Credo conſiderantes, quanta ſuſtinuit illa maieſtas pro inutilibus ſeruis, erubeſcamus non ſuſtinere vel parua pro nobis.

Exẽpla sãctorum ſtimuli ſũt pigris.

Verecũdia laudabilis

Verecũdia feminarũ gemma.

Verecũdię bona. Bernardi modeſtia.

Glo.in Apoc.3.Melius eſt hic erubeſcere coram paucis, quàm in futuro coram omnibus. Glo.Eſt quædam.ſupra lib.2.de ſatisfactione.

*De Amicitia.* Cap. 15.

GRegor.in moral.Cum quis in proſperitate diligitur,incertum eſt valdè,vtrum proſperitas, an perſona diligatur:amiſſio autem fœlicitatis interrogat vim dilectionis. Idem.Qui ex aduerſitate proximũ deſpicit,apertè conuincitur,q̃ hunc in proſperis nõ amauit.Idem in dial.Inter amantes ſe amicos, magnum charitatis familiaritas auſum præbet.Idem in paſtor.Ab illo qui ſummè tectus eſt,eò ipſo iam diſcrepat, quò peruerſorum amicitijs vita noſtra concordat.Idem in regi. Amicorum amiſſio nos tantò debet tolerabilius contriſtare,quantò amiſſuros nos illos conditio mortalitatis

Nota.

expoſcit.Idem.Vt aliquid ſecularis auctoritatis loquar, cum amicis omnia tractanda ſunt,ſed prius de ipſis.Idẽ. Nemo põt diligere,quos non vult videre.Iſid. in etym. Amicus quaſi animi vel amicitiæ cuſtos per deriuationem,dictus autem propriè amicus ab hamo. i. à catena charitatis.Idem de ſum.bo.Nõ ſunt fideles in amicitia, quos munus non gratia copulat,hi citò deſerunt,niſi ſẽper acceperint.Dilectio enim quæ munere glutinatur, eo ſuſpenſo diſſoluitur.Idem. Sæpe per honores.ſupra lib.3.de honore.Augu.in epiſt. Nemo poteſt veraciter amicus eſſe hominis,niſi fuerit ipſius primitus veritatis, quod ſi gratis non facit, nullo fieri pacto poteſt. Idem de cathec.ru.Nulla eſt maior ad amorem inuitatio,quã

Amicitiæ conflatio.

præuenire amando,& nimis durus eſt animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, noluit rependere. Idem in ſol.Illam amicitiæ legem iuſtiſſimam eſſe arbitror, qua præſcribitur, vt non minus,ita nec plus quis amicũ quàm ſeipſum diligat.Idem. Tantò magis amo amicos

Amicitia cuſtos pietatis.

meos, quantò magis benè vtuntur anima rationali, vel certè quantum deſiderat ea bene vti.Amb.de offic.Pietatis cuſtos amicitia eſt,& æqualitatis magiſtra, vt ſuperior inferiori ſe exhibeat æqualem, & inferior ſuperiori fidelem.Idem.Amicitia neſcit ſuperbiam.Idem. Virtus eſt amicitia, non quæſtus, non pecunia paratur ſed gratia,non pollicitatione pretiorum, ſed concertatione

Vera amicitia.

beneuolentię.Io.Chryſ.de compunct.Vbi amicitia permanet,nihil facilè creditur,nil facilè recipitur,quod diſſidium poſſit operari.Hier.in epiſto. In amicis non res quæritur ſed voluntas,quia alterum & ab inimicis ſæpe præbetur,alterum ſola charitas tribuit. Idem. Vera illa neceſſitudo eſt,& Chriſti glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris,non præſentia tm̃ corporum, non ſubdola & palpans adulatio,ſed Dei timor, & diuinarũ ſcripturarum ſtudia conciliãt.Idem.In ori. ſuper Mich. Delicata eſt amicitia,quæ amicorum fœlicitatem & diuitias ſequitur.Ber.in epiſt.Habet vera amicitia nonnũquàm obiurgationem, adulationem nunquàm.Glo.Eccleſiaſtici 9.Plena & perfecta amicitia, inter perfectos viros,eiuſdemq; virtutis perſeuerare poteſt, & ad hanc quibuſdam gradibus peruenitur.Primus eſt mundano-

Gradus ad verã & perfectã amicitiam.

rum contemptus.Secundus,ne quis ſe ſapientem & conſultum iudicans,ſibi quam amico credere malit. Tertius,vt omnia quę vtilia & neceſſaria æſtimat,bono charitatis & pacis proponat.Quartus,vt omnino deſinat ab ira.Quintus,vt iram fratris etiam irrationabilem ſedare cupiat,quia alterius triſtitia pernitioſa eſt,ſicut propria, niſi eam quantum in te eſt,etiam de fratris mente depellas. Poſtremus gradus, eſt omnium vitiorum peremptorius, vt de hoc mundo credas te quotidie migraturum.Sene.in epiſt.Qui vtilitatis cauſa aſſumptus eſt, tã diu placebit, quandiu vtilis erit, hac re florentes amicorum turba circunſidet,circa euerſos ſolitudo eſt,et inde amici fugiunt vbi probãtur.Idem. Amicum paro vt habeam pro quo mori poſſim, vt habeam quem in exilium ſequar,cuius me morti & opponam & impendam detrahi amicitię maieſtatem ſuam,qui illam parat ad bonos caſus.Idem.Amicos optimè res ſecundæ parant, ad uerſæ certiſſimè probant.

*De Concordia.* Cap. 16.

GRegor.in regiſt.Quiſquis patri hęres eſſe deſiderat,filius exiſtere pacem cuſtodiẽdo non renuat. Nam qui locum præbet diſcordiæ, ipſe profecto tanti ſe muneris extorrem eſſe conſtituit.Idem. Pacem tunc veraciter tenemus,cum ſuperborum culpas charitate & iuſtitia ſimul inſiſtente perſequimur, cum eos diligimus,et eorum vitia odio habemus.Idem.Manifeſtũ bonitatis eſſe liquet indicium,in vnius electione cunctorum conuenire conſenſum.Idem. Laudabile & ſtudio eſt religioſo conueniẽs,terrenis gratam Deo pacem prę ferre compendijs,& ex rebus tranſitorijs manſura charitatis ſemper lucra mercari.Idem in mora. Sicut noxiũ

Vnitas inter malos pernitioſa.

eſſe ſolet,ſi vnitas deſit bonis,ita pernitioſum eſt, ſi non deſit malis.Peruerſos quippe vnitas corroborat dum cõcordat,& tantò magis incorrigibiles, quantò vnanimes facit.Idẽ ſuper Ezech.Ita bona facere opera debemus, vt per hæc quoq; cum his cum quibus viuimus vnanimitatem,inquantum rectè poſſumus,conſeruemus.Augu.de ver.do.Pax eſt ſerenitas mentis, trãquillitas ani-

Pax q̃d ſit.

mi,ſimplicitas cordis,vinculum amoris, cõſortium charitatis.Idem,Pax cunctis eſt placida,non quærit alienũ, nihil deputat ſuum,docet amare quæ odiſſe non nouit, neſcit inflari.Hãc ergo qui accepit, teneat,qui perdidit, repetat,qui amiſit,requirat:quoniam qui in ea non fuerit inuẽtus,abdicatur à patre,exhæredatur à filio,nihilo minus a Spirituſancto efficitur alienus,reſpuit n.munus oblatum,qui datæ legis contempſerit bonum,nec poterit ad hæreditatem domini peruenire, qui teſtamentum

Teſtamentum & hęreditas Dei pax eſt.

noluerit obſeruare.Idem de ouibus.Teſtamentum Dei & hæreditas pax eſt,vt à concordibus conſortibus poſſideatur,non à litigantibus diuidatur. Idem de quæſt. ve.& no.teſt.Qui pacem ſuſcipit ſaluatoris, inimicitiam contrahit mundi,niſi.n.diſcordauerit à diabolo, pacem non habebit cum Chriſto.Idem de ciu.Dei tantum eſt pacis bonũ,vt etiam in rebus terrenis atq; mortalibus, nihil gratius ſoleat audiri,nihil deſiderabilius concupiſci,nihil poſtremò poſſit melius inueniri.Idem. Pacem

Pax eſt finis belli.

conſtat belli eſſe optabilem finem.Ioa.Chryſ. de compũct.Vbi pax eſt,ibi omnia proſperabuntur, vbi ſobrietas lucet,vbi vnanimitas abſtinentia coronatur. Idem ſuper Io.Eſt & mala concordia,eſt & bona diſſonantia. Ambr.ſuper Lu.Fuge contentiones, diſſenſiones,ſtrepitus,tumultus diſcordiæ, ne per portas mortis ingreſſus intereas.Idem.Sed niſi prius tu. ſupra lib.2.de beatitudine.Iſido.de ſum.bon.Pax plebis ſanitas, gloria ſacerdotis, & patriæ lætitia, & terror hoſtium,ſiue viſibiliũ ſiue inuiſibilium.Idem.Pax cum bonis & bellum cum vitijs ſemper habendum eſt, mala ſiquidem hominum impiorum odio habenda Bern.ſuper cant.pacem habete,et vos nolite edere inuicem,non facto,non verbo,nõ ſigno qualicunq;, ne quis forte exacerbatus,& pręoccupatus à puſillanimitate ſpiritus,& tempeſtate Deum interpellare cogatur,aduerſus eos qui ſe læſerint,& contriſtauerint,& prorumpere in verbum graue contingat,filij matris meæ pugnauerunt contra me.Idem in ſer. Niſi in vnitate opus tuum feceris, Deo qui vnus eſt,acceptus eſſe non poteris.Scriptum quippe eſt. Non eſt qui faciat bonum,non eſt vſq; ad vnum. Idem. eſt homo pacatus.ſupra lib.2.de patientia.Idem. Sunt etiam alij qui ſi viderint.ſupra lib.5.de beatitudine.

De

De *Renunciatione*. *Cap.* 17.

GReg.in dial. Deſpiciendus à nobis hic mundus fo
ret etiã ſi blandiretur, ſi rebus proſperis demulce
ret & animum, at poſtquã tot flagellis præmitur,
tanta aduerſitate fatigatur, tot nobis quotidie dolores
ingeminat, quid nobis aliud quam ne diligatur clamat?
Idem in homil. Fructus mundi ruina eſt, ad hoc.n.cre-
ſcit vt cadat, ad hoc germinat, vt quodcunque germina
uerit cladibus conſummat. Idem. Si nihil in hoc mundo
amando poſſidetis, etiam poſſidẽdo cuncta relinquitis.
Hier. Licet ſparſo crine. ſup. de propinquitate. li. 3. Iſid.
in ſyno. Semper interna quiete frueris, ſi te à ſtrepitu ter

Simile.

renarum actionum ſubtraxeris. Idem. nullus ſapientiã.
Infra de ſapientia. Io. Chryſ. ſuper Matt. ſicut difficile
eſt arborem iuxta viam poſitã fructus ſuos vſq; ad ma-
turitatem ſeruare, ſic difficile eſt virum fidelem iuxta
iſtum mundum viuentem, in actibus eius iuſtitiam im-
maculatam vſque ad fidem tenere. Recedere de via, &
plantare in loco ſecreto, vt nec mundus tecum habeat
aliquid commune, nec tu cum mundo. Idem ſuper Io.
Qui pecuniarum concupiſcentiam deriſerunt, hi maxi
mè ſunt qui Deum, vt oportet, diligunt. Augu. in epiſt.
Vincula huius mundi habent aſperitatem veram, iocũ-

Fallax mũdi proſperitas.

ditatem falſam, certum dolorem, incertam voluptatem,
durum laborem, timidam quietem, rem plenã miſeriæ,
ſpem beatitudinis inanem. Idem. Quid prodeſt acquire
re in hoc ſæculo quodlibet temporale, & tranſitorium,
ſiue ſit pecunia, ſiue ſit voluptas ventris & gutturis, ſiue
ſit honor in laude humana, nonne omnia fumus, & ven
tus, nonne omnià tranſeunt, & currunt; & væ his qui hę
ſerint tranſeuntib. quoniam ſimul tranſeunt. Idem. Vti-
lius terrena opulentia tenetur humiliter, quàm ſuperbè
relinquitur. Idem de pœnitentia. In omnibus dolẽs, aut
ſua relinquat, aut ſaltem illa quæ ſine admixtione mali
non ſunt adminiſtrata, vt mercatura, & militia, & alia
quæ vtentibus ſunt nociua, vt adminiſtrationes ſæcula-
rium poteſtatum, niſi his vtatur ex obedientiæ licentia.
Idem. Recedat amor. Infra de gloria. Bern. in epiſ. Voci
Dei tui dulciori ſuper mel & fatuum ſi præparas autẽ in
teriorem, fuge curam exteriorem, vt expedito, & vacan

2. Regũ. 3.

te interno ſenſu, dicas tu cum Samuele, loquere Domi-
ne, quia audit ſeruus tuus. Idem. Si ſapis, ſi habes cor, ſi
tecum eſt lumen oculorum tuorum, deſine iam, & ea ſe
qui, quæ & conſequi miſerum eſt. Beatus qui poſt illa
non abijt, quę poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa
cruciant. Idem. Generoſitas ſanguinis, proceritas corpo
ris, forma elegans, iuuenilis decor, prædia, palacia, immẽ
ſa ſuppellex, inſulæq; dignitatum, adde & ſapientia mun
di, de mundo ſunt hæc, & mundus quod ſuum eſt dili-
git, ſed quouſq;? Non ſolum.n. non ſemper, vt qui non
ſemper erit, verum nec diu quidem, diu ſiquidem iſta in
te mundus habere non poterit, & tu quidem ipſum in
breui non habiturus. Nã breues dies hominis ſunt. Idẽ.
Subito procedtẽi de vmbra ad ſolẽ, de otio ad laborem,
ue cernitur omne quod incipitur, ſed cum ab his diſſue
ſcere, & ad illa ſe pauliſper adſueſcere ceperit, vſus tollit
difficultatem, inuenitq; facilè eſſe quod difficile actor
putauit. Idem. Falleris ò fili. ſupra li. 1. de ſtudẽtib. Idẽ.
Vigilias times. Inf. de meditatione. Idem de contemp.
Ecce nos reliquimus omnia, bene optimè, & non ad in-
ſipientiam tibi. Nam & mundus tranſit & concupiſcen-
tia eius, & relinquere hęc magis expedit, quàm ab eis re

Diues affectus Chriſtum ſequi nõ poteſt.

linqui. Idem. Secuti ſumus te nimirum, quia exultauit
vt gigas ad curendam viam ſuam. nec currentem ſequi
poteras ornat', ſed nec inutilis commutatio pro eo, qui
ſuper omnia eſt, omnia reliquiſſe, omnia ſanè dixerim,
non tantum poſſeſſiones, ſed etiam cupiditates, & eas

Exhortatio.

maximè. Idem in ſer. Cõuolate ad vrbes refugij, vbi poſ
ſitis, & de preteritis agere pęnitentiam, & in pręſenti ob
tinere gratiam, & futuram gloriam fęliciter præſtolari,
non vos retardet conſcientia peccatorum, quia vbi illa
abundauerit, ſuperabundare gratia conſueuit, non pęni
tentiæ auſteritas ipſa deterreat, neq;.n. condignæ ſunt
paſſiones huius temporis, ad præteritam culpam, quæ
remittitur, non ad pręſentem conſolationem, quę immit
titur, non ad futuram gloriam quæ promittitur. Idem.

Pericula mundi.

Quid ſi periclitaretur caſtitas in delitijs, humilitas in di
uitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, charitas
in hoc nequã ſæculo, fugite de medio Babylonis, fugite
ſaluate animas veſtras. Idem. Nil credentibus impoſſibi
le. nil amantibus difficilè, nil aſperum mitib. nihil humi
libus arduum reperitur, quibus & gratia confert auxi-
lium, & obediendi deuotio lenit imperium.

De *Solitudine*. *Cap.* 18.

GReg. in mora. Qui mortificare ſe appetit, valde ad
inuentam requiem contemplationis hilareſcit, vt
exterius mundo lateat, & cunctis exteriorum re-

Solitudo duplex.

rum perturbationib. intra ſinum ſe intimi amoris abſcõ
dat. Idem. Prodeſt ſolitudo corporis, ſi ſolitudo eſt men
tis. Quid prodeſt ſolitudo corporis, ſi ſolitudo defuerit
cordis? qui.n. corpore remotus viuit, ſed tumultib. con-
uerſationis humanæ terrenorum deſideriorum cogita-
tione ſe inſerit, non eſt in ſolitudine. Si verò præmatur
aliquis corporaliter popularibus turbis, et tamen nullos
ſecularium tumultus in corde patiatur, non eſt in vrbe.
Idem. Quælibet occulta. Supra li. 2. de gratia. Idem. Vos
qui viam. Infra de religione. Hier. in epi. Mihi oppidum
carcer eſt, & ſolitudo paradiſus. Idem. Infinita vaſtitas
eremi te terret, ſed in paradiſũ mente deambula, quoties
cunq; illuc mẽte conſcenderis, toties in eremo non eris.
Idẽ Hoſpitiolum tuum, aut raro, aut nunq̃ mulierũ pe-
des terant, omnes puellas & virgines Chriſti, aut æquali
ter ignora, aut æqualiter dilige. Idem. Bonus honor in
Eccleſia, ſi à conſorio clericorum longè ſint fęminæ, mo
nachum, vel clericum ſolitudo facit nõ publicũ. Augu.
de ſing. cle. Strages peſſimę cõuerſationis nemo proſter
nit, nemo calcat, nemo funeſtat, niſi ſingularis caſtitas
ſola, quæ munimen inuictum eſt ſanctimonię, & expu-
gnatio fortis infamiæ, fortitudinis firmitas & laſciuię pe
tulantis infirmitas, probitatis præſidium, & improbita-
tis excidium, anime victoria & corporis præda, vbertas
gratiarum, & ſterilitas criminum. Idem. Non eſt ſine
filijs cum claritate, niſi ſingularitas ſola, quam non ſolũ
concupiſcentia ſua nullis ſordib. maculat, ſed etiam nullę
opiniones ſuſpectę parilitatis infamant. Nam ſi caſtitas
(quod eſt difficile) maſculum & feminam pariter in vir
ginitate conſeruet, non habet claritatem, quoniam com
munitas ipſa, non poteſt niſi quibuſdam probroſitatum
tenebris obſcurari. Bern. in epi. Cum quo Deus eſt, nun

Nunquã minus ſolus eſt homo, quã cũ Deo ſolus.

quam minus eſt ſolus, quam cum ſolus eſt, tunc.n. libe-
rè fruitur gaudio ſuo, tunc ipſe ſuus eſt, ibi ad fruẽdum
Deo in ſe, & in ſe Deo, tũc in luce veritatis, & in ſereno
mundi cordis vltro patet ſibi pura conſcientia, & liberè
ſe infundit de Deo memoria, & illuminatur intellectus,
& bono ſuo fruitur affectus, vel liberè ſeipſum deflet hu
manæ fragilitatis defectus. Idem ſuper Can. Solus es ſi

Solum eſſe quid ſit.

non communia cogites, ſi non affectas præſentia, ſi de-
ſpicias quod multi ſuſcipiũt, ſi faſtidias quod omnes de
ſiderant, ſi iurgia deuites, ſi damna non ſentias, ſi non re
corderis iniuriarum, alioquin nec ſi ſolus corpore es, ſo
lus es. Caſſi. de anima. Nimia turba vitiorum ſine certa-
mine vincitur, quãdo ſolitudo gratię ſuffragatur. Sen. in
epiſt. Subducẽdus eſt à populo animus tener, & parũ tenax
recti, facilè tranſitur ad plures. Socrati & Platoni, & Læ
lio, excutere morẽ ſuũ, diſſimilis multitudo potuiſſet.

De *Religione*. *Cap.* 19.

GReg. in regi. Vos qui viam vitę pñtis extra hoĩum
frequentiam ducitis, tantò maiora certamina pati

neceſſe

neceſſe eſt,quantò ad vos ipſe magiſter tentationum accedit. Idem.Melius eſt de ouili Dominico morboſam ouem eiicere, quam vnius vitio ſanas amittere. Idem. Cura eſt ſollicitudinis adhibenda,vt ea quæ pro quiete religioſæ conuerſationis fuerint ordinata,nec diſſimulatio negligere,nec quedam valeat præſumptio perturbare. Idem. Multi ſunt qui poſſunt religioſam vitam etiã cũ ſæculari habitu ducere, & plerique ſunt,qui niſi omnia reliquerint, ſaluari apud Deum nullatenus poſſunt. Idem. Religioſam vitam eligentibus,congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cuiuſdam neceſſitatis occaſio,aut deſides faciat,aut robur (quod abſit) cõuerſationis infringat. Idẽ. Sicut ſtudij noſtri eſſe condecet à litigijs foralibus monachos ſubmouere,vt diuinis miniſterijs piè ac ſolerter inuigilent,ita neceſſe eſt noſtra prouiſione queadmodũ negotia eorũ diſponi debeant ordinare,ne diſtenta mens per varias cauſarum curas effluat,& ad celebrandum opus conſuetum eneruata torpeſcat. Iſid.in ethy. Religio appellata eſt, eo quòd per eam vni Deo religemus animas noſtras, ad cultum diuinum vinculo ſeruiendi. Aug.de cele.dog. Secreta ſatisfactione ſolui crimina non negamus, ſed mutato prius ſæculari habitu,& confeſſo religionis ſtudio per vitę correctionem, & in iugi immò perpetuo luctu miſerante Deo,ita duntaxat, vt cõtraria pro his quę pœnitet, agat. Idem.de quantitate animæ. Omnibus ſubuentum velle debemus etiam,qui nos læſerunt, aut lædere,aut omnino lædi volunt,hæc eſt vera, hæc perfecta,hæc ſola religio. Idem. Eſt religio vera,quia ſe vni Deo anima,vnde ſe peccato velut abruperat, reconciliatione religat. Idẽ. Nullo modo decet. Supra de exercitio. Idem non debet velle omnes, ꝙ paucos vident,amplius non quia honorantur,ſed quia tolerantur accipere, ne contingat deteſtanda peruerſitas,vt in monaſterio, vbi quantum poſſunt,fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati. Idẽ. Melior eſt qui quamuis. Supra li.2.de ira. Amb.in epiſ. Præferenda eſt religio neceſſitudini,pietas propinquitati,ea eſt.n.vera pietas,que preponit diuina humanis,perpetua temporalib. Ioan.Chry.ſuper Matth. Fides nunquam ſeneſcit,& religio fatigationem non ſentit. Ber.de conſid. Non in monaſterijs recipimus omnes ſpe meliorandi,at curia bonos facilius recipere,quam facere conſueuit. Idem in epiſt. Vbi non timetur repræhenſor, ſecurius accedit tentator,licentius perpetratur iniquitas. In conuentu verò bona ſi qua facis nemo prohibet, malum autem facere ſi vis,non licet,mox.n.à pluribus cõperitur,arguitur,emendatur, ſicut è contrario bonum cum omnes vident,mirantur,venerantur,imitãtur. Idẽ. Ordo noſter. ſupra li.1.de monachis bonis. Idem. Moriens vix vnquam aliquis à cella in infernum deſcendit, quia vix vnquam niſi cęlo prædeſtinatus,in ea vſque ad mortem perſiſtit. Idem. Experto credite, quia hæc via quantò arctior quantò moleſtior videtur in ingreſſu, tanto latior,tantò iocũdior inuenitur in progreſſu. Idẽ. Qui debitorem. ſupra lib.1. de religioſis malis. Idem in ſermo. Qui eſt in mundo,fugiat ad clauſtrum negociaturus,& qui in clauſtro eſt,non dormitet nec torpeſcat per accediam tanquam piger ſeruus,& nequam,vita.n. confert meritum,locus non facit beatum. Idem. Minus damnabile eſt in ſęculo perire quam in monaſterio. Idẽ. fęlix domus,& beata ſemper congregatio,vbi de Maria conqueritur Martha,nam Mariam Marthæ ęmulari,indignum prorſus eſt. Idem. Regio auſtralis, vel clauſtrũ vel eremus,in quo Chriſtus ſuos abſcondit à contradictione linguarum, poſtmodum admixturus conſortio Angelorum. Idem. Clauſtralis paradiſus,ad ſuauem ſpirantis auſtri clemẽtiam quaſi tot florib. vernat,quot virtutib. abũdat. Idem. Sicut bonũ noſcere, ſic & velle ſolũ perfecta religio,vel religioſa perfectio eſt. Idem. Nihil ſic horrẽdum,vt murmur, & diſſenſio in cõgregatione.

Malos à conſortio bonorum pellendos.

Religio vnde dicta.

Totius in conuentu quàm in ſolitudine plerique viuunt.

Magna monachi cõſolatio.

Vita actiua, & contemplatiua in religione.

*De Sufficientia.* *Cap. 20.*

GReg. in regiſ. Non delectamur xenijs. Idem in moral. Mira ſecuritas eſt cordis, aliena non quærere,ſed vniuſcuiuſque diei ſufficientia,contentũ manere,ex qua videlicet ſecuritate,& perẽnis requies naſcitur,quia à bona & tranquilla cogitatione, ad gaudia æterna tranſitur. Idem ſuper Exo. Qui alimentorum inopiam ſine murmuratione tolerat, nec pro neceſſitate victus agit aliquid,vnde anima peccati laqueum incurrat,ſcit eſurire. Idẽ. Ille pauper eſt,qui eget eo ꝙ non habet,nam & qui non habens habere non appetit diues eſt,paupertas quippe in inopia mẽtis eſt, nõ in quantitate poſſeſſionis. Idem. Diſcamus eſurire,vt nobis propter abundantiam ſequentem,noſtra hic inopia placeat, nec nos ventris neceſſitas ad culpam trahat, nec peccatum menti indigentia ſuggerat. Aug.de ſolilo. Siue de cibo, ſiue de potu,ſiue de balneis,cæteraq; corporis voluptate nihil interroges,tantum ab eo pete, quantum valetudini opem conferre poteſt. Idem de vita beata. Nullus perfectus aliquo eget, & quod videtur corpori neceſſarium,ſumet ſi affuerit, ſi non affuerit non eum iſtarum rerum franget inopia, omnis namq; ſapiens fortis eſt. Idem de vera religione. Quem delectat libertas,ab amore mutabilium rerum liber eſſe appetat,& quem regnare delectat,vni omnium regnatori Deo funditus adhæreat. Bern.in epiſt. Surge præcingere,tolle otium, exere vires,moue brachia, comploſas explica manus, exercitare in aliquo,& ſtatim ſenties ſola te appetere, quæ famem tollant,non fauces demulceant,reddet quidem ſapores cibis exercitium,quos tulit inertia multa,quæ reſpuis otioſus,poſt laborem ſumes vel deſiderio. Sene.in epiſt. Magni eſt magna contemnere,ac mediocria mala, quàm nimia,illa.n. vitalia vtiliaque ſunt, at hęc eo quod ſuperfluunt nocent,ſic ſegetem nimia ſternit vbertas,& rami onere franguntur. Glo. Matth.3. Perfecta humilitas. ſupra capit.de humilitate.

Vbi auaritia non eſt, ibi perennis requies

Fortitudo ſapientis.

Magna cõtemnere, magnanimitatis eſt.

*De Communitate.* *Cap. 21.*

GRego.in regiſt. Nullus veſtrum neglecta vtilitate, communi ſuo lucro proſpiciat. Idem. Si me participem operatio nõ facit laboris veſtri, me participem charitas facit,quia ſicut exiſtimo,bonum proximi etiã otio ſo cõmune ſit, qui de alterius actib. gaudere cõiter ſcit. Idem. Melius eſt de ouili. ſupra de religione. Idem. Summa militiæ. ſupra li.1.de militib. Idem in mora. Pro qualitate audientium formari debet ſermo doctorum,& ad ſua ſingulis congruat,& tamen à cõis ædificationis arte nunquam recedat. Ioan. Chryſ. in ſer. Omne quod noſtrum eſt, tunc magis noſtrum erit, ſi ſit nobis commune cum fratribus. Idem ſuper Ioan. Qualiter eſt imitatores fieri Chriſti,ad communem vtilitatem omnia negociantes,& non quæ noſtra ſunt quærentes? Ambr. de offic. Sic Deus generari iuſſit omnia, vt partus omnibus communis eſſet, & terra foret omnium quædam communis poſſeſſio. Natura ergo ius commune generauit, vſurpatio ius fecit priuatũ. Idem. Qui perfectè ſapit neſcit ſua ſpectare commoda, ſed ad illud quod æternum eſt,quod decorum,atque honeſtum, toto affectu intendit,quærens non quod ſibi vtile eſt,ſed quod omnibus. Idem. Nihil iudicandum vtile, niſi quod in commune proſit: quomodo.n. poteſt vni ꝓdeſſe, quod oĩb. nocet? Mihi crede,non videtur qui inutilis eſt omnib. ſibi vtilis eſſe poſſe. Idem. Nõ ſit affectatus. ſupra de ſimplicitate. Idem ſuper Lu. Verum eſt cãm inopiæ noſtræ videri auaritiã,etenim volatilibus cęli idcirco ſine labore pabuli vſus exuberat,quòd fructus ſibi communes ad eſcam datos,

Charitas facit omnia communia.

datos, ſpeciali quodam neſciunt vendicare dominatu. Idem. Qui iuſtus eſt non negat, quod eſt ad vſum omnibus communiter datum. Aug. ſuper actus Apoſtolorũ.

Fraternitas ſpiritualis præſtat carnali.

Melior eſt fraternitas Chriſti fraternitate ſanguinis, fraternitas ſanguinis interdum ſibi inimica eſt, Chriſti aũt fraternitas ſine intermiſſione pacifica eſt, illa inter ſe cõmunia diuidit cum æmulatione, hæc autem ſua cõmunicat cum gratulatione. Idem in regula. Omnia opera veſtra in vnum fiant, maiori ſtudio, & frequentiori alacritate quã ſi vobis ſingulis feceritis propria: charitas .n. de qua ſcriptum eſt, nõ quærit quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus anteponit, & ideo quanto amplius rem cõem, q̃ propria veſtra curaueritis, tantò vos amplius proficere noueritis.

2. Cor. 13.

Diſpenſatio fidelis.

Bern. de conſid. Quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur, vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt, vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt, vtilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. Idem. de 12. gra. Singularis ad omnia ſua ſtrenuus, ad cõmunia piger, vigilat in lecto, dormit in choro. Idem. Obſeruandus eſt. ſupra lib. 2. de cõtinentia guſtus. Idem in ſer. Dominus communi diſciplina communi vita cõmunibus ſtudijs delectatur. Vſquequo miſer diuerticula captas, & conſolationes propriæ voluntatis tãtò labore quæritas: tantò rubore mẽ dicas? & quid faciam, inquis, eiice ancillã, & filiũ eius. Beda in Glo. actuum. 4. Qui ita viuunt vt ſint omnia cõmunia in Domino, cœnobitæ vocantur, quæ vita tantò fœlicior eſt, quantò ſtatũ ſęculi futuri imitatur, vbi oĩa cõmunia, quia Deus eſt oĩa in omnibus, & quia ibi ſumma pax, & ſecuritas, ciuitas in qua typus huius vitæ præceſſit, Hieruſalem. i. viſio pacis dicta eſt. Sene. in epiſt. Nõ poteſt quiſquam beate degere, qui ſe tantum intuetur, qui omnia ad vtilitates ſuas conuertit, alteri viuas oportet, ſi tibi vis viuere. Idem. In hoc gaudeo aliquid dicere, vt doceam, nec me vlla res delectabit, licet ſit eximia, & ſalutaris, quam mihi vni ſciturus ſum. Idem in prouer. Quietiſſimè viuerent homines, ſi duo verba tollerentur, meum, & tuum.

Meum, & tuum.

### *De Societate.* *Cap.* 22.

GRegor. in moral. Hoc vniuſcuiuſq; eſſe propriũ ſolet, vt qualis ipſe fuerit, tales ſibi coniungi & alios velit, vt diuerſitatem vitæ refugiat atq; hoc imitandum imprimat quod amat.

Qualis quiſque eſt, tales affectat ſocios.

Idem. Sicut grauioris culpæ eſt, inter bonos non eſſe bonum: ita immenſi eſt præconij, bonum etiam inter malos extitiſſe. Idẽ. Cum in itinere comes iungitur, via quidem non detrahitur, ſed tamen de ſocietate comitis labor itineris leuiatur. Idem ſuper Ezech. Qui ſancto viro adhæret, ex eius aſſiduitate viſionis, vſu locutionis, exemplo operis accipit, vt accendatur in amorem veritatis, peccatorum ſuorum tenebras fugiat, in deſiderio lucis exardeſcat.

Cum ſancto ſãctus eris.

Idem in regiſ. Qui aſſiſtunt iudicibus, & ſynceris erga eos dilectionibus aſtringuntur, illa eis ſuadere debent atq; ſuggerere, quæ & animam ſaluant, & opinioni non derogant. Auguſ. in epiſ. Si paupertas angit, ſi luctus męſtificat, ſi dolor corporis inquietat, ſi vlla calamitas vexat, aſſint boni homines, qui non ſolum gaudere cum gaudentibus, verum ẽt flere cum flentibus norũt, & ſalubriter alloqui, & colloqui ſciũt, per hos plurimum illa aſpera leniuntur, releuantur grauia, ſuperantur aduerſa. Iſid. de ſum. boni. Tenenda eſt cum ſanctis viris vnitas charitatis, & quantum ſe quiſq; ſubtrahit mundo, tãtò opus eſt, vt ſe aſſociet bonorum conſortio. Idem in ſyn. Bonorum ſocietatem require; ſi fueris ſocius conuerſationis, eris & virtutis eorũ.

Seniorũ ſocietas tutior.

Ambr. de offi. Vt ęqualium vſus dulcior, ita ſenum tutior eſt, qui magiſterio quodam, & ductu vitæ colorãt mores adoleſcẽtium, & velut murice probatis inſerit. Ber. de cõſid. Intereſt gloriæ ſanctitatis tuę, vt quos præ oculis habes, ita ordinati ſint, ita informati, quatenus totius honeſtatis, & ordinis ipſi ſint ſpeculum, ipſi ſint forma. Idem. Ne te dixeris ſanũ, dolentem latera, hoc eſt, ne te dixeris bonũ malis innitentem. Idem in epiſt. Inter bonos bonum eſſe, ſalutem habet, inter malos verò & laudem: illud tantæ fœlicitatis eſt, quãtæ eſt ſecuritatis, hoc tantæ virtutis, quantæ & difficultatis; quale nempe eſt illud tãgere picem, & non inquinari ab ea, in igne ſine læſione verſari. Idem. Oĩa fac cum conſilio, nec tamẽ omnium, aut quorumcunq;, ſed tantum bonorum, bonos in cõſilio, bonos in obſequio, & bonos habeas contubernales, qui vitæ & honeſtatis tuæ cuſtodes ſint & teſtes.

Ad cõſiliũ qui ſint eligendi.

Idem. Omnes iuxta Domini præceptum, ẽt inimici diligant, ſi ad conſiliũ ſoli eligantur, qui & prudentes eſſe videantur, & beneuoli. Idẽ. Vbi nõ timetur. Supra de religione. Sene. in epiſ. Nullius boni ſine ſocio, iucunda poſſeſſio eſt. Idem. Cum his cõuerſare, qui te meliorem facturi ſunt, illos tecũ admitte, quos tu poteris meliores facere, mutuo iſta fiunt, & homines dum docent, diſcunt.

### *De Bonitate.* *Cap.* 23.

GReg. in mor. Oẽ bonum quod agimus per intentionem ſemper ad cęleſtia leuemus. Idem. Hi veraciter boni ſunt, qui in bonitate perſiſtere, etiã inter malos poſſunt.

Qui ſint vere boni.

Idẽ. Quantum vos in bono profeciſtis, tantum bona etiam de alijs ſentitis. Idem. Bona Deo accepta non ſunt, quæ ante oculos eius malorum admixtione maculantur. Idem. Bona quæ hominib. innoteſcũt, ſine periculo vix eſſe poſſunt. Idem in dialo. Multa videntur bona, ſed nõ ſunt, quia bono animo nõ fiunt. Idem. Vitæ vera eſtimatio in virtute eſt operum, non in oſtẽſione ſignorum. Nam ſunt pleriq; qui & ſigna non faciũt, ſigna tamen facientib. diſpares nõ ſunt. Idem ſuper Ezech. Bonũ valdè eſt, quod iuſtus tribuit, quando malè agentibus libera voce contradicit. Idem in regiſ. Bonarum mentium eſt, & ibi aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt. Idem. Veſtrum ſine dubio bonum facitis, ſi bona volẽtibus opem fertis.

Bonũ non niſi vltro amittitur.

Aug. de verbis do. Potes aurum perdere, & nolens, potes domũ, potes honores, potes ipſam caſu ſalutem: bonum verò quo verè bonus es, nec inuitus accipis, nec inuitus amittis. Idem in epiſ. Quis eſt in hac vita ſine aliquo peccato, ſed eum dicimus bonum, cuius præualent bona, illumq; optimum, qui peccat minimum. Idẽ. de natura boni. Et omne bonum à Deo eſt, omnis ergo natura à Deo eſt. Idem. Omnia quantò magis moderata, & ſpecioſa, ordinata ſunt, tantò magis bona ſunt, quãtò autem minus moderata, minus ſpecioſa, minus ordinata ſunt, minus bona ſunt. Idem de virgini. Aliquando alter fructuoſus eſt donis pauciorib. ſed potioribus, alter inferioribus, ſed pluribus. Idem de libe. ar. Bonum eſt aliquid homo & melius quàm pecus, ex eo quòd præcepti capax, & hoc melius cum præceptum iam cępit, rurſum hoc melius cũ præcepto paruit, & his omnibus melius, cum æternæ lumine ſapientię beatus eſt. Ioan. Chryſ. de militia chriſtiana. Non agamus ſimilem infidelibus vitam, ſed à quibus fide diſcernimur, ab eorum ſtudijs, ẽt & moribus diuidamur. Idem in ſer. Pietati hoc proprium eſt, vt in tenebris fulgeat, impietas autem & ſi in lumine fuerit, tenebreſcit. Bern. in epiſto. Minimè pro certo eſt bonus, qui melior eſſe non vult, & vbi incipis nolle fieri melior, ibi deſinis etiam eſſe bonus. Idem ſuper Cantic. Non mediocris titulus profectò virtutis inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem, & morum lenitatem. Sene. in

epiſt.

epiſt. Tranquilitas animi, & expulſis erroribus abſoluta libertas, quæris quæ ſit iſta? non homines timere, nó turpia velle, nec nimia in ſeipſum maximam habere poteſtatem, ineſtimabile bonum eſt ſuum fieri. Idem. Nulla ſine Deo mens bona eſt. Idem. Pars magna bonitatis eſt velle fieri bonum. Idem. Animus nunquam maior eſt, quàm vbi aliena ſepoſuit, & fecit ſibi pacem nihil timendo, fecit ſibi diuitias nihil concupiſcendo.

### *De Deſiderio.* *Cap.* 24.

Vehemẽs deſideriũ clamat in aures Dei.

GRegor. in moral. Sæpe noſtra deſideria, quia celeriter non fiunt, exaudiuntur, & quod implere cócitè petimus, ex ipſa melius tarditate proſperatur. Idem. Valentiores voces apud ſacratiſſimas aures Dei, non faciunt verba noſtra, ſed deſideria. Idem. Differre ſolet omnipotens Deus, deſideria petentium vt creſcat, quatenus eò magis exaudiantur ad meritum, quò citius non exaudiantur ad votum. Idem. Quiſquis in ſolo æternitatis deſiderio figitur, nec proſperitate attollitur, nec aduerſitate quaſſatur, dum nil habet in mundo qđ appetat, nil eſt de mundo quod pertimeſcat. Idem ſuper Ezech. Vulnerata charitate ego ſum, mala ſalus eſt cordis, quod dolorem huius vulneris neſcit, cum verò anhelare in cœleſti deſiderio iam & ſentire vulnus amoris cœperit, fit anima ſalubrior ex vulnere, quæ prius ęgrotabat ex ſalute. Idem in homil. Sancta deſideria dilatione creſcunt, ſi autem dilatione deficiunt, deſideria non fuerunt. Idem. Augent ſpirituales deliciæ deſideriũ in mente dum ſatiant, quia quantò magis earum ſapor percipitur, eò amplius cognoſcitur, quod auidius ametur. Idem. Habere hic poſſunt & iuſti bona, nec tñ hæc in recõpenſatione recipere, quia dum meliora. i. æterna appetunt, eorum iudicio quælibet bona quæ hic affuerunt, cum ſanctis deſiderijs æſtuant, bona minimè videntur. Aug. in epiſt. Quod dicit Apoſtolus, ſine intermiſſione orate, quid eſt aliud quàm beatam vitam, quæ nulla niſi æterna eſt, ab eo qui illam dare ſolus poteſt, ſine intermiſſione deſiderare? ſemper hanc à Domino Deo deſideremus, & ſemper oremus. Idẽ. Tantò illius quod valde magnum eſt, quod nec oculus vidit, quia non eſt color, nec auris audiuit, quia non eſt ſonus, nec in cor hominis aſcendit, quia cor hominis illuc debet aſcendere, ſumus capaciores, quãto id quod fidelius credimus, & ſperamus firmius, & deſideramus ardentius. Idem. Diu orare cũ vacat. i. cum alia bonarũ & neceſſariarũ actionum non impediunt officia, quamuis & in eis deſiderio ſemper orandum ſit, non eſt improbum nec inutile, neque enim (vt nonnulli putant) hoc eſt orare, in multiloquio ſi diutius oretur. Idem. Hieruſalem futuram deſideramus vtiq; & quantò impatientius deſideramus ipſam, tantò patientius ſuſtinemus omnia propter ipſam. Idem de patientia. Vis deſideriorum facit tolerantiam laborum & dolorum, & nemo niſi ꝓ eo quod delectat, ſponte ſuſcipit ferre quod cruciat. Idem de pœnitẽ. Nemo vitam æternam incorruptibilem immortalemq; deſiderat, niſi eũ huius vitæ temporalis, corruptibilis, mortaliſq; pœniteat. Idem in medit. Quando venies conſolator meus quem expecto? o ſi quando videbo gaudium meum, quod deſidero, o ſi ſatiabor cũ apparuerit gloria eius, quã eſurio, ò ſi inebriabor ab vbertate domus tuę ad quã ſuſpiro. Idem de verbis do. Seruat tibi Deus quod nó vult citò dare, vt & tu diſcas magna magnè deſiderare. Ioa. Chryſ. ſuper Io. Sicut ex ocio deſidia gignitur, ita ex actione deſiderium generatur. Bern. ſuper canti. Accepi fateor meritis potiora, ſed prorſus inferiora votis. Idem. Subtractio rei quam amas, augmẽtatio deſiderij eſt, & quod ardentius deſideras cares ęgrius. Idẽ. Oportet vt ſancti deſiderij ardor, præueniat faciẽ Dei, ad omnem animam ad quam eſt ipſe venturus, qui omnem conſumat rubiginem vitiorum, & ſic pręparet locum Dño, & tunc ſcit aĩa quàm iuxta eſt dominus, cũ ſe ſenſerit igne illo ſuccenſam. Idẽ ſuper illud, Nolite me cõſi. &c. Vrentis ſolis inſtar. Supra lib. 2. de dilatione. Idẽ. Modicum & nó videbitis me, ò modicum longum, pie domine modicum dicis, ꝙ non videmus te, ſaluum ſit verbum domini mei, longum eſt & multum valde, veruntamen vtrunq; verum, & modicum meritis, & longum votis. Idem in epiſt. Sicut fides ducit ad plenam cognitionem, ſic deſideriũ ad perfectam dilectionem, ſic dicitur, niſi credideritis non intelligetis: Sic diciq́ue nõ abſurdè poteſt, ſi non deſideraueritis, non perfectè amabitis. Auctor de ſpiritu & anima. Anima per odium mũdi & ſui, proficit in amorem Dei & proximi, & per cõtemptum temporalium & inferiorum, creſcit in deſiderium æternorum, & ſuperiorum. Glo. Pſalm. 37. Deſiderium eſt orare, nec vnquam deſinit orare, qui non deſinit amare, charitas enim clamor eſt.

Spiritualis ſaturitas auidiores facit.

Deſideriũ boni cótinuatio eſt.

Viri ſpiritualis deſiderium.

Modicum longum.

Iſa. 7.

### *De Feruore.* *Cap.* 25.

Electorũ feruor maior eſt in proceſſu, q̃ in principio qui in temporalibus cóſolari renuũt.

GReg. in mora. Sæpe electorum conuerſio plus finiendo peragit, quàm inchoando proponit, & ſi tepidus prima inchoat feruẽtius extrema conſumat, videlicet ſemper inchoare ſe æſtimat & idcirco infatigabiliter in nouitate perdurat. Idem. Hi quos fortaſſe deſpicimus, & tarde poſſunt incipere, & tamen vitam noſtram feruentioribus ſtudijs ante ire. Idem ſuper Ezech. Mẽs in qua anima per amorem inuiſibili ſponſo iniungitur, nullam præſentis ſæculi conſolationem recepit, ſed ad illam quam diligit medullitus ſuſpirat, feruet, anhelat, anxiatur, vilis ei fit ſalus ſui corporis, quia transfixa eſt vulnere amoris. Idem. Niſi mentis intentio ferueat, vnda mundi non vincitur, per quam ſemper anima ad ima reuocatur. Idem. Eſſe nobis. ſupra lib. 3. de morte. Idem. Tantò hoſtis. Supra lib. 1. de demonibus. Aug. Tantò illius. Supra de deſiderio. Idem. Abſit ab orone. Supra li. 2. de oratione accepta. Ber. ſuper Cant. Virtus diſcretionis abſq; charitatis feruore iacet, & feruor vehemens abſq; diſcretionis temperamento præcipitat. Idem. Feruorẽ nouitiorum. Supra lib. 1. de nouitijs. Idem in ſer. Si quis deuotus, ſi quis ſolicitus eſt, ſi quis ſpiritus feruens, caueat ſibi ne ſuis fidat meritis, ne ſuis operibus innitatur, alioquin nec huiuſmodi animum intrat gratia, nimirum qui plenus eſt, nec in eo iam inuenit gratia locum ſibi. Idem. Opera noſtra in feruore agenda sũt, & deſiderio cordis, vt ſint lucernæ ardentes in manibus noſtris. Idem de contemp. Tu ſi videris hominem in bonis operibus ſtrenuum, & feruore conuerſationis hilarem, viuere in eo fidem ne dubites, indubia tenens vitæ illius argumẽta, ſed nonnulli cum ſpiritu cęperint, heu carne conſumantur. Idem. Vt vigoris eſſe dignoſcitur, nequaquam cedere tribulationi, ſed pro iuſtitia tribulationem ſuſtinere, ſic feruori videtur attribuendum, nullis capi voluptatib. nullis illecebris eneruari.

Feruoris ſancti effectus.

### De *Meditatione.* *Cap.* 26.

GRegorius in morali. Solerter animus ante actionis ſuæ primordia, cuncta debet aduerſa meditari, vt ſemper hæc cogitans, ſemper contra hęc thorace patientiæ munitus, & quicquid acciderit, prouidus ſuperet quicquid non acceſſerit lucrum putet. Idem. Vita noſtra dum lachrymis lauatur, dum bonis operibus exercetur, ſanctis meditationibus tenditur, ad nouitatem ſuam ſine ceſſatione reparatur. Idem in regiſtro. Stude quæſo, & quotidie creatoris tui verba meditare, diſce cor Dei in verbis Dei, vt ad ęterna ſuſpirás, vt mens tua ad cęleſtia gaudia maioribus deſiderijs accendatur, tantò enim tunc maior ei erit requies, quantò

modo

Lectio & meditatio proficiēdi via eſt.

non ab amore conditoris ſui requies nulla fuerit. Idem in homil. Meditetur mens in proximo, quòd exhibeat Deo & perfecte mereamur in Deo gaudere cum proximo. Iſido. de ſum. bo. Omnis profectus ex lectione diſcimus, meditationibus conſeruamus. Idem ex lectione & meditatione procedit, quæ enim neſcimus in etymo. Philoſophia eſt meditatio mortis, quod magis conuenit chriſtianis, qui ſeculi ambitione calcata, cōuerſatione diſciplinali ſimilitudine futuræ vitæ viuunt.

Gradus ad orationē. Nota.

Aug. de med. Quanto magis homo mala ſua intelligit, tanto amplius ſuſpirat & gemit. Meditatio ſiquidem parit ſcientiam, ſcientia cōpunctionem, cōpunctio deuotionem, deuotio commendat orationem. Idem. Conſidera ò homo quid tibi erat, & quid tibi factum ſit, & penſa qui tibi hoc fecit, quātò amore dignus ſit. Idem de virg. Virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio eſt, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio, cēdat huic oīs fœcunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis.

Meditatio mortis, medicina contra auaritiam.

Idem de conflictu. Auaritiæ morbus nunquam melius cōpeſcitur, niſi cum dies mortis ſine obliuione meditatur. Baſilius in regu. Tunc auiditate cœleſti anima flagrans Chriſti amori copulatur, cum in terris degens, de cęleſtib. & ſupernis iugiter meditatur. Bern. ſuper Can. Quid tam efficax ad curandum conſcientiæ vulnera, necnon ad purgandum mentis aciem, quàm vulnerum Chriſti ſedula meditatio? Idem in Epiſ. Vigilias times & ieiunia, manuumq; laborem, ſed hæc leuia ſunt meditanti flammas perpetuas, recordatio deinde tenebrarū exterior facit non horrere ſolicitudinem, ſi futuram cogitas de verbis ocioſis diſcuſſionem, non valde diſplicebit ſilentium, flatus æternus, & ſtridor ille dentium ante cordis oculos reductus, pares tibi reddet & mattam & culcitram. Idem. Iuge ſilentium & ab omni ſtrepitu ſecularium perpetua quies cogit cęleſtia meditari. Glo. Hier. 51. Egredimini, &c. Non debemus in deſiderijs carnis molleſcere, & ſegnes in bono eſſe, ſed in meditatione legis & exercitio virtutum ſtrenui. Auctor de ſpiritu & anima. Meditatio ſiquidem parit ſcientiam. Supra in eodem.

Meditatio quid.

Idem. Meditatio eſt occultæ veritatis ſtudioſa inueſtigatio, contemplatio eſt perſpicuæ veritatis iucunda admiratio. Illam itaque diuina reuelatio illuminat, vt veritatem cognoſcat, iſtam diuina inſpiratio inflammat, vt eam diligat. Sen. in epiſt. Nihil eſt tam difficile & arduum, quod humana mens non vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio. Idem. Hoc quotidie meditare, vt poſſis æquo animo vitam relinquere.

### De *Aſcenſione ſpirituali.* *Cap.* 27.

GReg. in hom. In cunctis quæ agitis, radicem boni operis humilitatem tenete, nec quib. iā ſuperiores, ſed quib. adhuc inferiores eſtis aſpicite, vt dū meliora vobis exempla proponitis, ad maiora ſemper aſcendere ex humilitate valeatis. Idem in regiſ. Tantò verius intus aſcenderem, quanto per conuallem lachrimarum foris humilius iacerem, ac nunc multum me deprimit honor oneroſus.

Actio via certa ad cōtēplationē.

Iſi. de ſum. bo. Qui prius in actiua proficit, ad contemplationem benè aſcendit, meritò n. in iſta ſuſtollitur, qui in illa vtilis inuenietur. Bern. in epiſt. Multò facilius reperies multos ſeculares conuerti ad bonū, quàm vnumquempiam de religioſis tranſire ad melius, rariſſima auis in terris eſt, qui de gradu quē fortè in religione ſemel attigerit, vel parum aſcendat. Idē. Qui aſcēnſiones in corde ſuo diſponunt, qui de virtutę in virtutem eunt, videre Deum Deorum in ſyon, eò facilius merentur in retributione, quo ſummo bono familiarius adherere ſtuduerunt, puriori conuerſationis ordine.

Bernardi facta practica.

Idem. Aut aſcendas neceſſe eſt, aut deſcēdas, ſi attentas ſtare, ruas neceſſe eſt. Idem. Ab exteriorib. ſupra li. 2, de intelligen. Idē de amore Dei, Cogitationes, intentiones, voluntates, affectiones, & omnia interiora mea, venite aſcendamus in mōtem, vbi dominus videt, vel videtur, curæ, ſolicitudines, anxietates, pęnæ, ſeruitutes, expectate me hic cum aſino corpore iſto, donec ego cū puero, ratio, ſ. cū intelligentia, vſque illuc properātes, reuertamur ad vos, reuertemur. n. & heu reuertemur quam cito. Idem in ſerm. Scienti legem & non facienti peccatum eſt, illi propterea ſciēs quia in oratione datur bona voluntas, cum videris, quæ agenda ſunt, vt conualeſcas ad agendum quæ videris, aſcende tu ad orationē, ora inſtanter, ora perſeueranter. Idem. Sub te ſit appetitus tuus, & tu domineris illius, nam vt in cœlum aſcendas, prius neceſſe eſt leuare te ſuper te, carnalia calcando deſideria, quæ in te militant aduerſum te. Idem. Perſeuerate in diſciplina quam ſuſcepiſtis, vt per humilitatē ad ſublimitatem aſcendatis, quia hæc eſt via, & non eſt alia præter ipſam, qui aliter vadit, cadit potius quam aſcendit, quia ſola eſt humilitas quæ exaltat, ſola quæ ducit ad vitam. Auctor de ſpiritu & anima. Quia bona exteriora diu ſtare non poſſunt, iuſſus eſt homo, ab exteriorib. ad interiora redire, & ab interiorib. ad ſuperiora aſcendere, tantæ. n. dignitatis eſt humana conditio, vt nullum bonum præter ſummum ei ſufficere poſſit. Idē.

Ad aſcēdēdū tria rēquirūtur.

Qui interius intrans, & intrinſecus penetrans, ſeipſum tranſcendit, ille veraciter ad Deum aſcendit. Anſ. de ſimil. Tria neceſſaria ſunt aſcendenti, innocentia, beneficium, prelatio. Innocētia talis eſſe debet vt nulli noceat. beneficium, vt omnibus proſit. Prælatio, vt ſe omnibus inferiorē iudicet. Vnde Apoſ. In humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes.

Bona antithesis.

Hæc tria debet vnuſquiſq; alijs impendere, & nihil horum ſibi fieri, ex debito exigere. Idē. Alterius virtutem non vitium, ſuumq; vitium non virtutem attendere, quiſquis ad culmen humilitatis aſcendere ſtudet.

### De *Contemplatione.* *Cap.* 28.

GRegor. ſuper Ezech. Contemplatiua vita eſt, charitatem quidem Dei & proximi tota mente retinere ab exteriori actione quieſcere, ſoli deſiderio cōditoris inhęrere. vt nihil iam agere libeat, ſed calcatis curis omnib. ad videndam faciem ſui creatoris, animus inardeſcat, ita vt iam nouerit, carnis corruptibilis pondus, cum mœrore portare totiſq; deſiderijs appetere illis hymnidicis Angelorum choris intereſſe, admiſceri cœleſtib. ciuib. de æterna ſpe in conſpectu Dei, & incorruptione gaudere.

Cōtemplationis triplex gradus.

Idem. Primus contemplationis gradus eſt, vt mens ſe ad ſe colligat. Secūdus vt videat qualis eſt collecta. Tertius vt ſuper ſemet ipſam ſurgat, ac ſe contemplationi auctoris inuiſibilis, intendendo ſubijciat. Sed ſe ad ſe nullo modo colligit, niſi prius didicerit, terrenarum atq; cęleſtiū imaginū fantaſmata ab oſculis mentis compeſcere, quicquid de viſu, quicquid de auditu, quicquid de odoratu, qcquid de tactu, & guſtu corporeo, cogitationi eius occurrerit reſpuere, atq; calcare, & ſe talē qrat intus qualis ſine iſtis eſto. Iſid. Sancti viri funditus. Supra de religioſis bonis. li. 1. Ber. de conſid. Poteſt contēplatio diffiniri, verus intuitus aī de quacūque re, ſeu apprehenſio veri non dubia.

Quatuor species.

Idē. Contemplationis ſpecies quatuor ſunt. Prima & maxima contemplatio eſt admiratio diuinæ maieſtatis. Hæc requirit cor purgatum, vt à vitijs liberum, atque exoneratū peccatis facilè ad ſuperna leuet, interdum quoque per aliquas morulas, ſtupore & ecſtaſi ſuſpenſum, teneat admirantem. Secunda autem neceſſaria eſt huic. Eſt enim intuens iudicia Dei, quo ſanè pauido aſpectu dum vehementius concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, initiat ſapientiam, humilitatem ſeruat, virtutum ſiquidem bonum quoddam, & ſtabile fundamentū, humilitas nempe, ſi nutet, illa virtutum aggregatio nō niſi

ruina eſt. Tertia contemplatio, occupatur vel potius ociatur, circa memoriam beneficiorum. Et ne dimittat ingratum, ſolicitat amantē ad amorē benefactoris. De talibus dicit Propheta. Memoriam abundantiæ ſuauita
Pſalm. 44. tis tuæ eructabunt. Quarta quæ retro ſunt obliuiſcēs in ſola requieſcit expectatione promiſſorum, quæ cum ſit meditatio æternitatis, (ſiquidem, q̄ promittūtur ęterna ſunt) longanimitatē animi, & perſeuerantiæ dat vigorē. Puto iā facile eſt, quatuor nr̄a hęc illis quatuor Apoſto li aſſignare, dum longitudinem, comprehendit meditatio promiſſorum, latitudinem, recordatio beneficiorū, ſublimitatem, contemplatio maieſtatis, profundum in
Ad Eph. 3 ſpectio iudiciorum. Idem in medi. Viſcus contemplatio nis eſt amor poſſeſſionum, affectus cognationis, cupiditas honoris, & voluptas carnis, quibus aīa inuiſcatur, & irretitur, vt non pennis contemplationis per plateas ſupernæ Syon diſcurrere poſſit. Idem ſuper Cant. Excedē te anima, etſi non vita certè vitæ ſenſu, neceſſe eſt etiam vt nec vitæ tentatio ſentiatur. Quis ergo dabit mihi pē nas ſicut columbæ, & volabo & requieſcā? Vtinam hac morte ego frequenter cadam, vt euadam laqueos mortis. Sen. in epiſt. Quantum potes propera, quod diutius frui emendato animo & compoſito poſſis, frueris quidem dum emendas etiam dum componas, alia tamen il la voluptas eſt, quæ percipitur à contemplatione mentis ab omni labe puræ & ſplendidæ. Idem. Subſiſtere in cœlum ex angulo licet, exurge modo, & te quoque dignum, Deo finges, & non auro, non argento, non poteſt ex hac materia imago Deo exprimi ſimilis.

### *De Guſtu. Cap. 29.*

GRegor. in moral. Superiora amare, iam ſurſum ire eſt, dumque magno deſiderio mens ad cœleſtia inhiat, miro modo hoc ipſum quod accipere quærit de guſtat. Idem ſuper Ezech. Dulce eſt eſſe in rebus hu
Celeſtibus guſtatis terrena oīa deſipiunt. manis, ſed ei qui adhuc de cœleſtib. gaudia nulla guſtauit, quia quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporalib. requieſcit. Idem. Si quis iam cordis ore guſtauerit quæ ſit illa dulcedo cœleſtium p̄mio rum, qui illi hymnidici chori angelorum, quæ incōpræhenſibilis viſio trinitatis, huic quantò dulce ſit, quod in tus videt, tantò in amaritudinem vertitur omne quod foris ſuſtinet. Idem. Contemplatiua maior eſt, quam actiua, quia hæc in vſu præ[illegible] laborat, illa verò ſapore intimo ventura[illegible] degustat. Auguſtin. in ſermo. Cætera crea[illegible], vt creator in corde dulceſcat. Idem [illegible] hic præcor me Domine guſtare per amorem, quod guſto per agnitionem, ſentiam per affectum, quod ſentio per intellectum, plus tibi debeo, quàm meipſum totum, ſed nec plus habeo, ſed nec hoc ipſum per me totum poſſum reddere, trahe domine in amorem tuum vel hoc ipſum quod ſum. Idem, de vera religione. Quandiu ſumus in corpore, & peregrinamur à domino, guſtemus ſaltem quam ſuauis eſt dominus, qui dedit nobis pignus ſpiritus, in quo ſentiamus eius dulcedinem, & deſideremus ipſum vitæ fontem, vbi ſobria ebrietate inundemur, & irrigemus, ſicut lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. Idem. Tu qui veram. Supra de tranquillitate. Auctor de ſpiritu, & anima. Hæc eſt requies cordis noſtri, cum in Dei amore, & per deſiderium figitur, hęc eſt vita cordis noſtri, cum Deum ſuum contemplatur, & ipſa ſua contemplatione ſuauiter reficitur. Idem. Anima prius ſanatur, ſanata introducitur, introducta, reficitur. Idem mentis viſio eſt intelligentia, guſtus ſapientia, illa contemplatur, iſta delectatur. Bern. de 12. gra. Primus cibus eſt humilitatis purgatorius cū amaritudine. Secundus charitatis conſolatorius cum dulcedine. Tertius cō templationis ſolidus cū fortitudine. Idem de dili. Deo. Ex occaſione frequentium neceſſitatum, crebris neceſſe eſt interpellationib. Deum ab homine frequentari, frequentando guſtari guſtando probari, quoniam ſuauis eſt dominus. Idem de amore Dei ſtans in domo ſoli tudinis, quaſi onager ſolitarius, & habitaculum habens in terra ſanguinis, & attrahens ventum amoris mei, os meum aperio ad te domine, & attraho ſpiritum, & nōnunquam domine, quaſi clauſis oculis, ad te inhianti mittis mihi in os cordis, quod non licet mihi ſcire quid ſit, ſaporem quidem ſentio, dulcedinem adeò confortātem, vt ſi perficeretur in me nihil vltra quærerē. Idem
ſuper Canti. Si quem fortè noſtrum aliqua hora ſic rapi & ſic abſcondi contigerit, vt minime auocet, aut perturbet, aut ſenſus egēs, vel cura pungens, vel culpa mordens, vel certè ea quæ difficilius amouentur irruentia imaginationum corporearum phantaſmata, poterit quidem hic, cum ad nos redierit gloriari, & dicere, introduxit me rex in cubiculum ſuum. Idem. A mandatis tuis intellexi (inquit) vt ſcias, niſi obedientiæ mandatorum contemplationis guſtum, penitus non deberi. Non ergo putes, dè proprio amore, quietis ſanctæ obediētiæ actibus ſeniorumve traditionibus præiudicium vllatenus faciendum. Idem in Epiſ. Funes ceciderunt mihi in præclaris, cęleſtiſq; hæreditas præclara eſt mihi, & terre na adulatur promiſſio, plangitur conſolatio carnis. guſtato ſpiritu, neceſſe eſt deſipere carnem, affectanti cęleſtia, terrena non ſapiūt, æternis inhianti, faſtidio ſunt tranſitoria. Idem in Ser. Beati qui legent, quoniam ipſi conſolabuntur. Quid aliud eſt hęc conſolatio, quā proce dēs, de ſpe veniæ gratia deuotionis, & ſuauiſſima dele ctatio boni, & guſtus ſapientiæ licet exiguus, quib. interim benignus dominus afflictam refrigerat animam. At guſtus ille nihil aliud eſt quàm irritamētum deſiderij, & incentiuum amoris ſicut ſcriptum eſt, qui edunt me, adhuc eſurient, &c. Idem. Vbi ſanè. in ſpirituali. Supra de proficientibus li. 1. Sen. in epiſ. Tunc animus noſter habebit quo gratuletur ſibi, cum emiſſus his tenebris in quibus volutatur, non tenui viſu clara proſpexerit, ſed totum diem admiſerit, & redditus cœlo ſuo fuerit, cum receperit locum, quem occupauit ſorte naſcēdi ſurſum, illum vocant initia ſua, erit autem illic etiam antequam hac cuſtodia exoluatur, cum vicia deuicerit, puruſq; ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. Idem. Philoſophia animum a terrenis admittit ad diuina, hæc libertas eius eſt, hæc euagatio ſubducit interim ſe cuſto diæ in qua tenetur, & cœlo reficitur.

Quando rex contēplantem introducit in cubiculū ſuum.

Matth. 5.

Eccl. 24.

### *De Conſolatione. Cap. 30.*

GReg. in regiſ. In ſumma tribulatione poſitis, ſola eſt conſolatio miſericordia creatoris. Idē. In Dei cauſis occupatus, conſolatione fulciri debet, nō amaritudine reprimi. Idem. Eſt mihi bone vir hoc ex Dei munere in magna cōſolatione, quòd opus ſanctum quod in me non habeo diligo in te. Idē facilis erit cōſolatio, ſi inter flagella, quæq; patimur, quæq; fecimus ad memoriam delicta reuocemus, atque hæc non flagella, ſed dona cognoſcimus. Idem de quodam Epiſcopo. Val dè contriſtabar, quòd de illo quædam ſuperba cognoue rā, ſed quia mores ſuos ipſe correxit, meam triſtitiam, ſi mul meipſum vincēdo conſolatus ſum. Idē in mor. Magna conſolatio in rerum amiſſione eſt, illa tempora ad mentem reducere, quibus nos cōtingit res quas perdidi mus non habuiſſe. Idē. Magna eſt cōſolatio in eo quod diſplicet, q̄ illo ordināte erga nos agitur, cui non niſi iuſtū placet. Idem. Laborantē conſolari, eſt pariter in labo re perſiſtere, quia ſubleuatio laboris eſt viſio collaborātis. Idem. Minus tentat probatio, quā remuneratio conſolatur. Idem. Grauis mœror. Infra de dolore. Idem. Feſtina

Conſolaberis ſi inter flagella peccatorū recordē.

ſtina

ſtina conſolatio bonorum, & conſideratio finis malorum, quia dum ex eorum interitu conſpiciunt malum quod euadunt, leue æſtimant, quicquid in hac vita patiuntur aduerſum. Idem in paſtor. Non flendo flere, eſt ſic exteriora aduerſa plangere, vt tamen mens nouerit de æternæ ſpei conſolatione gaudere. Iſidor. de ſum. bo. Qui vitæ futuræ præmia diligenter excogitat, mala oĩa vitæ præſentis æquanimiter portat, quoniã ex illius dulcedine, huius amaritudinem temperat. Idẽ in Syno. Intende miſerias eorum, quib. acerbè aliquid accidit, dum aliena pericula memoras, mitius tua portas, aliorum. n. exempla dolorem releuant, alienis malis facilius conſolatur homo. Ambr. de vidui. Paratus mœſtitudini animi fletus oculorum miſeriam conciliat, laborem minuit, dolorem alleuiat, pudorem ſeruat, nec iam miſeria ſibi videtur, quæ conſolationem in lachrymis habet. Bern. ſuper Qui habitat. In quo horum omnium ſperas ſolatii aliquid, vel auxilii inuenire? Si quæras intra te, aruit cor tuum, & obliuioni datum te reperis tanquam mortuum a corde, ſi infra te, corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ſi circa te, terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitãtem, quære ergo ſupra te, ſed cautus eſto, ventoſa agmina tranſilire. Idem de contemp. Prætioſa diuina cõſolatio eſt, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Idem in Ser. Mentior, quod conſolationem veſtram dico, ſi non ex manibus huius peccatoris, monachorum nouitiorum, & conuerſorum, animæ ad cœlorum gaudia volauerunt tam liberæ, quam liberatæ de carcere noſtræ mortalitatis. Idem. Beati, qui lugent. Supra de guſtu,

*De gratiarum actione.* *Cap.* 31.

GReg. in regiſtr. Rectæ mentis eſt, Deum non ſolum in proſperis benedicere, ſed etiam in aduerſitatibus collaudare. Idem ad Epiſcopum exponentem grammaticam, In vno ſe ore, cum Iouis laudibus Chriſti laudes non capiunt. Augu. in ench. Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi domine, quia niſi per indebitam miſericordiam, nemo liberatur, & niſi per debitũ iudicium, nemo condemnatur. Idem de verbis domini. Felix ſit mundus, euertatur mundus, benedicam dominum, qui fecit mundum, ſecundum carnem bene ſit, ſecundum carnem male ſit, benedicam dominum in omni tempore. Idem. Hæc in vnoquoque ſupra lib. 2. de iuſtitia. Idem in epiſtola. Qui eſt orandus vt faciat, illi eſt actio gratiarum reddenda, cum fecerit. Idẽ. Ex his quæ habes, gratias age Deo tanquam fonti bonitatis, vnde habes, atque in oĩb. bonis actibus tuis illi da claritatem: tibi autem humilitatem. Idem de cõfeſ. Tu Domine excitas, vt laudare te delectet, qa feciſti nos ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. Idem de ſpiritu, & litera. Illa eſt ſapientia quę pietas vocatur, qua colitur pater luminum, a quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, colitur aũt ſacrificio laudis actioniſq; gratiarum, & cultor eius nõ in ſemetipſo, ſed in illo glorietur. Idem de medita. Gratias agamus de acceptis, & quod nondum accepimus, eo ipſo quod de acceptis ingrati non ſumus, nos accepturos eſſe confidamus, idẽ de cath. ru. Quicquid hõ fecerit laudabilem in ſuis factis inuenit Deũ. Si recte egerat, laudabilem inuenit per iuſtitiam præmiorũ, ſi peccauerit, laudabilem inuenit per iuſtitiam ſuppliciorum, ſi peccata confeſſus ad rectè viuendum redierit, laudabilem inuenit per miſericordiam indulgentiarum. Hier. in Epiſ. Cum pſalmum dicis, cuius verba loqueris, agnoſce, & in compunctione magis animi, quam in tinnulæ vocis dulcedine delectare, lachrymas pſallentis, Deus magis quam vocis gratiã cõprobat. Io. Chri. ſuper Io. Glorificemus Deum, & per

Tã ĩ aduerſis, quã in proſperis, æque. Deo gratias agere decet.

fidem, & per opera, nulla. n. vtilitas nobis in ſalutem dogmatum ſanorũ, corrupta nobis vita. Idem Rapuit ille, gratias egiſti tu pro iniuſtitia? & glorificaſti Deũ, & finitas per gratiarum actiones multas fructificaſti mercedes. Ber. ſuper Cãti. Nil aliud dum pſallitis, quã quod pſallitis cogitetis, nec ſolas dico vitandas cogitationes vanas & ocioſas, vitandæ ſunt & illæ dũtaxat, illa hora, & illo loco, quas officiales fratres, pro cõi neceſſitate, qua ſi neceſſario frequenter admittere cõpelluntur, ſed ne illa quidem profecto recipere conſuluerim, quę fortè paulo ante in codicibus legeratis. Idem, Moneo vos dilectiſſimi, purè, ac ſtrenuè Diuinis intereſſe laudibus, ſtrenuè quidem vt ſicut reuerẽter, ita & alacriter Domino aſſiſtatis: non pigri, nnn ſomnolenti, non oſcitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis & remiſſis vocibus, muliebre quiddã balba de nare ſonantes, ſed virili, vt dignum eſt, ſonitu, & affectu, voces ſancti ſpiritus depromentes, Idem. Diſce in referendo gratias, non eſſe tardus, aut ſegnis, diſce ad ſingula dona gratias agere, diligenter, inquit, conſidera, quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet Dei dona, debita gratiarum actione fruſtrentur, non grãdia, non mediocria, nõ puſilla denique iubemur colligere fragmenta, ne pereant. Idem. Omnis de bonis multiformis gratiæ apparentis in nobis, referatur ad ipſum laus, laudabilium ſiquidem vniuerſorum auctorem & largitorem idque non fictè quemadmodum ab hypocritis, nec ſola conſuetudine ſicut a ſecularibus, ſed nec neceſſitate quidem, vt iumenta ferendis oneribus applicantur, ſed ſicut decet ſanctos, ſynceritate fida, deuotione ſollicita, hilaritate grata, non tamen diſſoluta. Idem. Immolantes hoſtias laudis, & reddentes vota noſtra de die in diem, curemus omni vigilantia iungere ſenſum vſui, affectum ſenſui, exultationem affectui, grauitatem exultationi, humilitatem grauitati, libertatem humiliati, quo interim liberis purgatæ mẽtis paſſibus procedamus, & excedamus per inuſitatas, quaſdam affectiones. ſpiritales lætitias, inuiſibiles amænitates, in lumine Dei, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto. Idẽ in quotidianis exercitiis & bellis, quæ nulla hora piè in Chriſto viuentibus deſunt, a carne, a mundo, a Diabolo, ſicut militiam vitam hominis, eſſe ſuper terram, inceſſanter experimentum in nobiſmetipſis, quotidiana neceſſe eſt cantica, pro aſſecutis victoriis immolari. Idem. In Serm. Non tantum verbo & lingua ſed opere, & veritate, & exhibeamus nos non ingratos, nõ enim gratiarum dictionem, ſed gratiarum actionem exigit a nobis dominus Deus noſter. Idem oportet hominem gratioſum, & deuotum eſſe, quia libenter dona multiplicantur, ſi priora bene ſalua videntur.

*De lectione.* *Cap.* 32.

Scripturæ ſacræ doctorũ, imagines vero in doctorũ lectiones.

GRego. in regiſt. Si ad conſolationem noſtram, ſacra ſcriptura parata eſt, tanto magis debemus legere, quanto nos conſpicimus ſub tribulationum faſce laſſari. Idem. Idcirco pictura in Eccleſiis adhibetur, vt hi qui literas neſciunt, ſaltem in parietibus, vidẽdo legant, quæ legere in codicib. non valent. Idẽ. Stude quę ſo. ſupra de meditatione. Idẽ in mora. Scriptura ſacra mẽtis oculis, quaſi quoddã ſpeculũ opponitur, vt interna noſtra facies, in ipſa videatur, ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus, ibi ſentimus quãtũ proficimus, ibi docemur a profectu quam lõge diſtamus. Idẽ. Scriptura narrat geſta ſanctorum, & ad imitationẽ prouocat corda infirmornm, dumq. illorũ victricia facta cõmemorat, cõtra vitiorũ prælia debilia noſtra confirmat I. dem. Quaſi quædam ſit lectio mentis no-

ſtræ,ſpecies conſiderata creaturæ.Idem. Plerunq.res, quælibet per hiſtoriam virtus eſt,per ſignificationem, culpa.Amb.de offi.Cur non illa tempora, quib. ab ecclesia vacas,lectioni impendas,cur non Chriſtum reuiſas,Chriſtum alloquaris,Chriſtum audias? illum alloquimur cum oramus,illum audimus,cum diuina legimus oracula.Idem in hexam.Scriptura diuina ſalutẽ ſuggerit,vitæ odorem fragrat,vt ſuauitatem legẽs capias,non præcipitii crimen incurras.Idem. Nõ mediocre.Supra lib.3.de ſtultiloquio.Hiero.in Ori.ſuper Ionã.Difficile hoĩes potentes & nobiles , & diuites, & multo his difficilius eloquentes credunt Deo,obcecatur.n.mens eorum diuitiis & opibus atque luxuria , & circundati diuitiis non pñt videre virtutes,ſimplicitatẽq. ſcripturæ.Idem in Epi. Ama ſcientiam ſcripturarũ,& carnis vitia nõ amabis.Idem. Orationi lectio,lectioni ſuccedat oratio , & breue videbitur omne tps, qđ tantis dierũ varietatib.occupatur. Iſid.de ſum.bo. Sanctarum ſcripturarũ altitudo quaſi montes paſcuæ ſunt,ad quos dum quiſq. iuſtorũ conſcenderit,paſcuę indeficiẽtis refectionem inueniſſe ſe gaudebit. Idem. Geminũ confert bonũ ſanctarũ lectio ſcripturarum, ſiue quia intellectum mentis erudit,ſiue quia a mundi vanitatib.abſtractum hominem ad amorem Dei perducit.Iſid.in ſy.Lectio docet quid caueas,lectio oſtẽdit quo tendas,lectione ſenſus augetur,& intellectus. Aug.in epi.Tanta eſt Chriſtianarum profunditas literarum,vt in eis quotidie proficerem,ſi eas ſolas, ab ineunte pueritia vſq. ad decrepitam ſenectutem, maximo ocio,ſummo ſtudio, meliore ingenio.conarer addiſcere.Io.Chryſ.ſuper.Ioan.Non propterea datę sũt ſcripturæ,vt in libris eas habeamus ſolũ, ſed vt in cordibus conglutinemus eas.Idem.Si turpiloquium ſordidat,& Dæmones vocat,manifeſtum eſt quoniam ſpũalis lectio ſanctificat,& ſpũs affert gratiam , diuinæ.n. ſunt incantationes ſcripturæ.Bern.ſuper Cant. Ante carnem diſcplinæ ſtudiis edomitam & emancipatam ſpiritui,ante ſpretam & abiectam ſæculi pompam & ſarcinam , indignè ab impuris lectio ſacræ ſcripturæ præſumitur,quomodo nempe lux incaſſum circumfũdit oculos cæcos vel clauſos, ita animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei .

Lectio, & oratio chriſtiani exercitatio.

Simile. 1.Cor.2.

*De ſapientia.* *Cap.* 33.

GReg.in mora.Neque hoc eſt ſapere quod intelligere,quia multi æterna quidem ſapiunt,ſed hęc intelligere nequaquam poſſunt. Idem in reg. Sapiẽter illicita ſuperat, qui didicerit etiam non uti conceſsis. Aug.de lib.arb.Nemo ſine ſapiẽtia beatus eſt, nemo enim beatus eſt niſi ſummo bono,quod in ea veritate quam ſapientiam vocamus cernitur,& tenetur.Idem. Veh,qui derelinquunt,ſupra lib.3.de ſapientia. Idem de ordine diſciplinæ.Quiſquis omnem philoſophiam fugiendam putat,nihil,nos vult aliud,quam non amare ſapientiam.Idem. Duplex eſt via quam ſequimur, cum rerum nos obſcuritas mouet aut ratione aut certe auctoritate,philoſophia rationem promittit.Idem. Tria sũt genera rerum in quibus rationabile apparet, vnum eſt in factis ad aliquem finem relatis , alterum in diſcendo,tertium in delectando. Primum nos admonet,nihil temere facere Secundum rectè docere, vltimum beatè contemplari.Idem de ciui. Dei.Nõ eſt vera ſapientia quæ intentionem ſuam,in his quæ prudenter diſcernit,gerit fortiter, cohibet temperanter, iuſtèque diſtibuit.non ad illum dirigit finem, vbi erit Deus omnia in oĩb.æternitate certa,& pace perfecta. Iſi in Ety.Sapiens dictus eſt a ſapore, quia ſicut aptus eſt guſtus ad diſcretionẽ ſaporis ciborũ, ſic ſapiẽs , ad dinoſcentiã rerũ atq. cãrũ , quo vnumquodque dinoſcat,atq. ſenſu veritatis diſcernat.Iſid.de ſum.bo.Nullus ſapientiam Dei plenè recipit,niſi qui ſe ab omniu abſtrahere actionum cura contendit.Amb.in epiſt.Nihil peccare ſolius Dei eſt,ſapientis eſt, & corrigere erratum,& pœnitentiam agere peccati. Idem . Sola eſt ſapientia libera,quæ diuitibus pauperes præfecit, & q̃ ſeruos propriis fœnerari Dominis facit. Idem Sapiẽs non metu.ſupra lib.3.de affectionibus.Idem.Ille vere ſapit cuius animus in Chriſto eſt , & cuius interior oculus erigitur ad ſuperna.Bern.de conſide.Quid prodeſt ſi vniuerſum mundum lucreris te vnum perdens? & ſi ſapiens aliis ſis,deeſt tibi ſapientia,ſi tibi non fueris.Idem ſuper Cant.Neſcitis, quia angelus Sathanæ multoties transfigurat ſe in angelum lucis? ſapientia eſt Deus,& vult ſe amari non ſolum dulciter,ſed & ſapienter.Sen.in epiſt.Sapiens videbis vbi victurus ſit , cum quibus,quo,quid acturus , cogitat ſemper qualis vita,non quanta ſit.Idem.Sapiens omnia examinabit ſecum,quid acceperit,a quo, quãtum,ubi,quemadmodum.Idem,ſapiens bonorum rector,eſt malorum victor,ſed facere docet philoſophia,non dicere, & hoc exigit,vt ad legem ſuam quiſque viuat, ne orationi uita diſſentiat,Idem. Rogo atq. hortor,vt philoſophiã in præcordia ima demittas, & experimentum profectus tui capias,non oratione,nec ſcripto,ſed animi firmitate,cupiditatum diminutione, verba rebus proba. Idẽ . Affectator ſapientiæ adhæret quidẽ in corpore ſuo,ſed optima ſui parte abeſt , & cogitationes ſuas ad ſublimia intendit.Idem.Ad philoſopiam te confer ſi vis ſaluus eſſe,ſi ſecurus,ſi beatus,denique ſi vis eſſe,quod maximum eſt,liber.Idem . Non eſt Philoſo. populare artificium nec oſtentationi paratum, nec in verbis ſed in rebus eſt , nec ad hoc adhibetur vt cum aliqua oblectatione conſumatur dies,vt dematur ocio nauſea,animum format & fabricat,vitam diſponit,actiones regit,agenda & omittenda demonſtrat.

1.Cor.11.

*De doctrina.* *Cap.*34.

GRego.ſuper Ezech.Quiſquis expoſitor in explanatione ſacri eloquii,vt fortaſſe auditoribus placeat aliquid mentiendo componit,ſua & non Dei verba loquitur,ſi tamen placendi vel ſeducendi , ſtudio mentiatur.Nam ſi in verbis dominicis virtutẽ requirens,ipſe aliter quam is per quem prolata ſunt ſenſerit,ẽt ſi ſub intellectu alio ædificationem charitatis requirat,Domini ſunt verba quæ narrat,quia ad hoc ſolum Deus per totam nobis ſacram ſcripturam loquit̃, vt nos ad ſuum & proximi amorem trahat.Idem.Penſare debet doctor quid loquatur,cui loquatur, quando loquatur,quantum loquatur,ſi.n. vnum horum defuerit,locutio apta non erit.Idem.Loqui de Deo,quietę valdè & liberæ mentis eſt, tunc nanque bene dirigitur lingua in ſermone,cum ſecurè ſenſus quieuerit in trãquillitate.Idẽ in paſt.Clauis apertionis eſt ſermo correctionis,quia increpando culpam,detegit quam ſæpè neſcit,ipſe ẽt qui perpetrauit,Idem in mora.Qui peccatori prædicat,tanta diſpenſatione componere prędicationem debet,vt nec derelicta ſpe timorem ſubtrahat,nec ſpe ſubtracta in ſolo eum timore derelinquat. Idem . Qui ad veræ prædicationis verba ſe præparat, neceſſe eſt vt cauſarũ origines, a ſacris paginis ſumat, vt omne quod loquitur ad diuinæ auctoritatis fundamentũ reuocet,atq. in eo ædificiũ ſuæ locutionis firmet.Idẽ in hom.Cũ malorũ pueruerſitas creſcit,non ſolum frangi prædicatio nõ debet,ſed etiam augeri.Idẽ. Plus eſt verbi pabulo victurã, in perpetuũ mentem reficere,quam ventrem morituræ carnis terreno pane ſatiare.Idem.Subtili occultoque iudicio , a quorundam auribus prædicatio ſancta ſubtrahitur,quia ſuſcitari,

Doctoris ſiue concionatoris officium.

per

per gratiam non meretur. Idem in regiſ. Lingua noſtra
bonis fomentum ſit, prauis aculeus, tumidos retundat,
iratos mitiget, pigros exacuat, deſides hortatu ſuccen-
dat, refugientib. ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos
conſoletur, vt quia doctores dicimur, viā ſalutis gradiē
tibus oſtendamus. Idem in dialo. Si inuiſibilia penſa-
mus, nimirum conſtat, quia maius eſt miraculum præ-
dicationis verbo atque orationis ſolatio peccatorem cō
uertere, quam carne mortuum ſuſcitare. Aug. de conſen
ſu euangeliſtarum. Ex euangeliorum, vniuerſa varieta-
te verborum, rerum autem ſententiarumq; cōcordia ſa
tis apparet ſalubiter nos doceri, nihil querendum in ver
bis niſi loquentium veritatem, cui demonſtrandę inui-
gilare debent omnes veridici narratores, cum de homi-
ne, vel de Angelo, vel de Deo aliquid narrant. Idem de
opere monac. Multò miſericordius operatur erga ani-
mas infirmorum qui famæ bonæ ſeruorum Dei conſu-
lit, quam erga corpora egentium, qui panem eſurientib.
frangit. Idem de Trinit. Nec trepidus ero ad proferen-
dam ſententiam meam, in qua magis amabo inſpici à re
ctis quam timebo morderi à peruerſis. Gratanter. n. ſu-
ſcipit oculum columbinum pulcherrima & modeſtiſſi-
ma charitas, dentem autem caninum vel euitat cautiſſi-
ma humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas. Idem. Per
ſuadendum erat homini quantum nos dilexerit Deus,
& quales, quantum ne deſperaremus, quales, ne ſuperbi
remus. Idem de chatech. rud. Dilectione tibi tanquam
ſine propoſito quo referas omnia quæ dicis, quicquid
narras, ita narra, vt ille cui loqueris audiendo credat, cre
dendo ſperet, & ſperando amet. Idem de bono perſeue-
rantiæ. Facilè eſt imò & vtile, vt taceatur aliquod verū
propter incapaces. Idē. Cum res vera ita ſe habet, vt fiat
peior nobis eam dicentibus, ille, qui capere non poteſt,
nobis autem tacentibus illi qui poteſt, quid putamus eſ
ſe faciendum? nonne dicendum eſt potentius verum, vt
qui poteſt capere capiat, quam tacendum, vt non ſolum
id ambo non capiant, verum etiam qui eſt intelligētior,
ipſe fiat peior, qui ſi audiret & caperet per illum plures
diſcerent, quò. n. eſt capacior vt diſcat, eò magis, eſt ido
neus, vt alios doceat. Idem. Non ſimus in diſputationi-
bus prompti & in orationibus pigri. Idem in epiſt. Solli
citiſſimè cauendum eſt in docendo ſuperbiæ vitiū quod
in diſcendo non ita eſt. Amb. de offi. Abſit pertinax in
familiari ſermone contentio, quoties. n. magis excitare
inanes, quam vtilitatis aliquid afferre ſolet diſceptatio
ſiue ira? ſuauitas ſine amaritudine ſit, monitio ſine aſpe
ritate, hortatio ſine offenſione. Iſid. in ſyno. Communia
omnibus ſecreta pauciorib. loquere, aperta cunctis, ope
ra paucis annuncia. Idem de ſum. bo. Quadrimoda eſt
dicendi ratio, quia aut bene ſentiendo quid bene pro-
fertur, aut nihil ſentiendo nihil dicitur, aut parum ſen-
tiendo loquacitas ſola oſtendatur, aut optimè ſentiendo
non eleganter profertur quod dicitur. Hie. in epi. Docē
te te in eccleſia non clamor populi, ſed gemitus ſuſcite-
tur, lachrymæ auditorum laudes tuæ ſint. Idem prædi-
cator continentiæ, nuptias ne conciliet. Ber. ſuper canti.
En quanta prius infundenda ſunt, vt effundere audea-
mus, de plenitudine non de penuria largientes, primò
quidem compunctio, deinde deuotio, tertiò pœnitentię
labor, quartò pietatis opus, quintò orationis ſtudium,
ſextò contemplationis ocium, ſeptimò plenitudo dile-
ctionis. Idem. Doctrina ſpiritus nō curioſitatem acuit,
ſed charitatem accendit.

*De Dignitate.* *Cap.* 35.

Cur prælaturę inſtitutæ, & quomodo

GRego. in regiſt. Ad hoc locorum gradus rationis
ordo diſtinxit, & iudicia eſſe conſtituit, vt nec p-
poſiti in opprimēdo ſe fruſtra valeant occupare
ſubditos, nec ſubiectis, iterū contra ſuos præpoſitos ef-
frenata ſit reſultandi licentia. Idem. Ad hoc diuinæ di-
ſpenſationis prouiſio, gradus & diuerſos conſtituit or-
dines eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potio
ribus exhiberet, & potiores minoribus dilectionem im
penderent, vna concordia fieret, ex diuerſitate conne-
xio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingu-
lorum. Idem. Quia homo quod ſibi tribuitur quo iudi
cio diſponatur, ignorat, nec ad appetendum locum ſu-
periorem procax inſiſtere, nec ad repellendum contu-
max debet inueniri. Idem in paſtora. Virtutibus pollens
coactus ad regnum veniat, virtutibus vacuus, ne coa-
ctus accedat. Idem. Cum rerum neceſſitas expoſcit,
penſandum valde eſt, ad culmē quiſquis regiminis qua
liter veniat, atq; ad hoc ritè perueniens qualiter viuat,
& bene viuens, qualiter doceat, & rectè docens infirmi-
tatem ſuam quotidie quanta conſideratione cognoſcat,
ne aut humilitas acceſſum fugiat, aut peruentioni vita
contradicat, aut vitam doctrina deſtituat, aut doctrinā
præſumptio extollat. Idem in dialo. Vſus rectæ conuer-
ſationis eſt, vt præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didi-
cerit, nec obedientiam ſubiectis imperet, quam prelatis
non nouit exhibere. Idem in homil. Illi debent curam
paſtoralem ſuſcipere, qui in ſuo corde ſciunt fluxa luxu
riæ domare, vt cum alijs fortia prędicant, ipſi deſiderijs
mollibus eneruiter non ſuccumbant. Idem in mora. No
lenti mihi atq; renitenti, cum graue eſſet altaris miniſte
rium, etiam pondus eſt curæ paſtoralis iniunctum. Iſi-
do. de ſum. bon. Vir eccleſiaſticus, & crucifigi mundo
per mortificationem proprię carnis debet, et diſpenſatio
nem eccleſiaſtici ordinis, ſi ex Dei voluntate prouene-
rit, volens quidem ſed humilis gubernandam ſuſcipiat.
Bern. ſuper canti. Non ocioſè toties repetitum eſt, Pe-
tre amas me in commiſſione ouium. Ego quidem id ſi-
gnificatum prouidè puto, ac ſi dixiſſet illi Ieſus, niſi te-
ſtimonium tibi perhibente conſcientia, quòd me ames
& valde perfectè ames, hoc eſt plus quàm tua plus, quā
tuos, plus etiam quam te, vt huius repetitionis meæ, nu
merus impleatur, nequaquam ſuſcipies curam hanc, ne
intromittas de ouibus meis, pro quibus vtique meus ef
fuſus eſt ſanguis. Idem. In prælatione opus eſt viro for-
ti, ſpirituali, & fideli, forti ad propulſandas iniurias, ſpiri
tuali ad deprehendendas inſidias, fideli, qui non quę
ſua ſunt, quærat. Idem in epiſt. In alto poſitum, non alta
ſapere difficile eſt, & omnino inuſitatum, & quanto in-
uſitatius, tantò glorioſius.

in ipſis prę lati ſe gere re debeat.

*De Zelo.* *Cap.* 36.

GRegor. ſuper Ezech. Nullum omnipotenti Deo,
tale eſt ſacrificium, quale eſt zelus animarum.
Idem. Reſtat vt ſiue. ſupra libro 2. de prudentia.
Idem in moral. Si nulla ira ex virtute ſurgeret diuinæ
animæ aduerſionis impetum, Phinees per gladium non
placaſſet. Idem. Aliquando neceſſe eſt, vt prauis men-
tibus, quæ humana prædicatione corrigi nequeunt, di-
uina flagella optari benigne debeant. Idem. Euenire ple
runque. ſupra lib. tertio de diſcordia. Idem. Si ſic proxi-
mos vt nos amare præcipimur, reſtat vt ſic eorum er-
ratibus ſicut noſtris vitijs iraſcemur. Idem. Erga erra-
ta proximorū ſic manſuetudo zelū temperet, quatenus Boni zeli
à iuſtitiæ ſtudio nō eneruet. Aug. in Epiſ. Quid hic ma- comes mā
gis perſequitur vitam bonorum, quam vita iniquorum, ſuetudo.
non cum cogit imitari, quod diſplicet, ſed cum cogit do
lere quod videtur? quoniam coram pio viuens impiè, &
ſi non obligat conſentientem, cruciat ſentiētem. Idem.
Pia eſt. Infra de dolore. Bernar. ſuper cant. zelum tuum
inflammet charitas, informet ſciētia, firmet conſtantia,
ſit feruidus, ſit circunſpectus, ſit inuictus, nec teporem
habeat, nec diſcretione careat, nec timidus ſit. Idem.
Habeat charitas zelum, ſed adhibeat pro tempore mo-

dum ſeueritas nunquam remiſſa,intermiſſa tamen plus proficit.Idem.Hoc vera & caſta contemplatio habet,vt mentem quanto diuino igne vehementer ſuccenderit, tantò interdum repleat zelo,& deſiderio acquirẽdi Deo qui eum ſimiliter diligant,vt ocium contẽplationis pro ſtudio prædicationis libentiſſimè intermittat.Glo.Pſal. 30.Ira iuſta eſt qua iraſcitur quis ſuis,& alienis peccatis videns homines confitentes Deum ore,& negantes moribus, renunciantes ſeculo verbis & non factis, videns fratres fratribus detrahentes,oculum dantes, & fidem non ſeruantes.Gl.ſuper pſal.68.Bonus zelus eſt feruor animi quo mens,abiecto humano timore,pro defenſione veritatis accenditur, & eò magis commendabilis, quò quælibet praua quæ viderit corrigere ſatagit, ſi nequit tolerat,& gemit.

Bonus zelus qualis.

## De Solicitudine. Cap. 37.

GRego. in moral.Sancti viri quia breuitatem vitæ indeſinẽter aſpiciunt,quaſi quotidie moriẽtes viuunt,& tantò ſe ſolicitius mãſuris præparant,quãtò & nulla eſſe tranſitoria,ex fine ſemper pẽſant. Idem. Mens tantò altius inter tentationis fluctus tollitur,quãtò ſolicitius ab hujus ſæculi cogitatione vacuatur. Idẽ. magna ſolicitudine ad curam noſtræ meliorationis accingimur,quando id virtutis in alijs cernimus quod nõ habemus.Idem.Dominum tantò.ſupra de diſcuſſione. Idem in regiſtro.Illa ſolicitudo præpoſitorum vtilis eſt, illa eſt cautela laudabilis,in qua totum ratio agit, & furor ſibi nil vindicat.Idem.quantò morti vicinior efficeris,tantò fieri ſolicitior atque timidior debes. Idem.cũ honoris augmento,cura quoque ſolicitudinis debet excreſcere.Idem.Cum cuncta negocia ſolicitudine indagandæ veritatis indigeant,tamen quæ ad deiectionẽ ſacerdotalium graduum ſpectant,ſunt diſtrictius trutinãda.Io.Chryſ.ſuper Matth.Occupatio virium ſolicitudinũ,ſuggeſtionum voluptates plerunque excludit. Hier, Grandis virtutis,ſupra lib.2.de continentia tactus.Ber. ſuper Cant.Omnis cura ſanctorum,ſpreto ornatu cultuque ſuperfluo exterioris ſui hominis,qui certè corrumpitur,omni ſe diligentia præbet,& occupat excolẽdo,atque decorando interiori illi,qui ad imaginem Dei eſt, & renouatur de die in diem.Idem.Omnis de bonis. ſupra de regratiatione.Idem in ſerm.Dignum valde eſt, & omnino exigit ratio æquitatis, vt quibus à conſtitutione mundi regnum paratur,ipſi etiam ſeſe regno parare non negligant.Aug.de ordine diſciplinæ.Opera danda eſt optimis moribus, Deus enim noſter aliter nos exaudire non poterit,bene autẽ viuentes facillimè exaudiet.Senec.in epiſt.Perſeuerandum eſt, & aſſiduo ſtudio robur addendum,donec bona mens ſit quod bona voluntas eſt.

## De Correptione. Cap. 38.

Correptionem diſcretio atq; cõpaſſio interna committitur.

GReg.in mora.Quiſquis perpendere ſolicitè ſciat, ne luctus tempore verba increpationis inferat. Idẽ.Quos de aperta infirmitate repræhendimus, ſupereſt,vt de occultæ fortitudinis æſtimatione veneremur.Idem. Ex ſe debet.ſup.li.2.de obliuione.Idem in regiſtro.Dum vnus corripitur,plurimi emendantur,& melius eſt,vt pro multorum ſaluatione vnus condemnetur,quam per vnius licentiam multi periclitentur. Idẽ. Vbi ſenior iuuenib.exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt.Iſid.de ſum.bo. Sicut peccatorem conuenit argui iniuſtum, ſic cõuerſum exulcerari.Idem.Qui veraciter fraternam vult corripere ac ſanare infirmitatem,talem ſe præſtare fraternæ vtilitati ſtudeat,vt eum quem corripere cupit,humili corde admoneat,hoc faciens,ex compaſſione quaſi cõmunis periculi,ne fortè & ipſe ſubijciatur tentationi.Aug. in enchiridion.Qui emendat verbere,in quem poteſtas datur,& coercet aliqua diſciplina, & tamen peccatum eius quo ab illo læſus,aut offenſus eſt, dimittit ex corde,vel orat,vt ei dimittatur,non ſolum in eo ꝙ dimittit, atque orat,verum etiam in eo ꝙ corripit,& aliqua emẽdatoria pœna plectit,eleemoſynam dat. Multa.n.bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati non voluntati. Idem ſi peccauerit.ſup.li.3. de arguitione.Idem in epiſtola.Quantum illi laudandi,atque prædicandi ſunt,qui dignati non ſunt cum mundo ẽt florẽte florere,tantum increpandi,& accuſandi ſunt,quos perire cum pereunte delectat.Idẽ de correp.& gratia.Corripiantur,à præpoſitis ſuis ſubditi fratres,correptionib. vtique de charitate venientibus, pro culparum diuerſitate diuerſis,vel minoribus,vel amplioribus.quia & ipſa, quæ damnatio nominatur,quam fecit epiſcopale iudicium,qua pœna in Eccleſia nulla maior eſt, pot ſi Deus voluerit, in correctionem ſaluberrimam cedere atque proficere.Idem de doctrina chriſtiana.Quid locis,& tẽpori,& perſonis eueniat,diligenter attendendum eſt,ne temerè flagitia repræhendamus.Io.Chry.ſuper Matth. Omnis correptio ſimilis eſt cæteris tentationibus,ſicut n.omnis tentatio fideles quidem magis ædificat,infideles autem amplius deſtruit,ſic & omnis increpatio diſciplinæ religioſum hominem, & timentem meliorem facit,irreligioſum autem & malum conturbat, & ad deterius ire compellit. Bern. Non contemnenda increpatio iuſti,quæ ruina peccati cordis ſanitas eſt,necnon & Dei via ad animam.Idem in ſer.Nemo fratres vitia palpet, peccata nemo diſſimulet,cum viderit ordinem deperire,vel minui diſciplinam,eſt.n.conſentire,ſilere cum arguere poſſis, & ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat & conſentientes.Rarò,& non ſine magna neceſſitate obiurgationes ſunt adhibendæ,& non niſi Dei reſpectu remota ab oculo trabe,id eſt odio.

Glo. ſuper Matth.c.7

## De Aequitate. Cap. 39.

Sũma æquitatis ratio in iudicando loca, tẽpora, pſonas,res atque cauſas diſcutit.

GReg.in reg.Ita vos in ea quæ Deum offendunt,& ad iracundiam prouocant, diſtrictos ac ſollicitos exhibete,vt ad aliorum emendationem & vindicta culpabilem feriat,& innocentem falſa opinio non affligat. Idem manifeſta peccata, non ſunt occulta correctione purganda,ſed palam ſunt arguẽdi,qui palam nocent, vt dum aperta obiurgatione ſanantur,hi qui eos imitando deliquerant,corrigantur. Idem.Cum increpare delinquentes noluerit,eos proculdubio paſtor occidit. Hac ergo conſideratione compulſus, velis nolis locuturus ſum,quia omni virtute aut te cupio ſaluari, aut de tua morte me eripi.Idem. Sicut oſtinati eſſe humilib. non debemus,ita diſtricti eſſe ſuperbis debemus.Idem. Sicut perſeueranti culpæ debetur iure vindicta, ita reſpicientibus eſt venia concedenda,Idem. Summum in regibus,ſupra lib.1.de potentibus..Idem. Boni te dulcẽ, praui ſentiant correctorem,in qua videlicet correctione hunc eſſe ordinem noueris obſeruandum,vt perſonã diligas,& vitia perſequaris, ne ſi aliter agere fortaſſe volueris, trãſeat in crudelitatem correctio,& perdas quos emendare deſideras.Idem.Iuſtitiæ & rationis ordo ſuadet,vt qui ſua à ſucceſſoribus deſiderat mandata ſeruari,prædeceſſoris ſui proculdubio voluntatem & ſtatuta cuſtodiat.Idem.Sicut in his,qui per ignorantiam fecerunt,culpa aliquatenus toleranda eſt, ita in his fortiter inſequenda, qui non metuunt ſciendo peccare. Idem. Effectum iuſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis,& ordo exigit rationis, præſertim quando petentium voluntatem,& pietas adiuuat,& veritas non relinquit.Idem.Sicut rationi contraria procul eſt abijcienda petitio, ita in his, quæ benè deſiderantur, effectum non conuenit negare. Idem. Minorem maior præcedit, ſicut honore ita & crimine, & quem maior ſequitur

quitur culpa, maiori plectatur vindicta, & ſic poſtea pę nitentia credatur eſſe fructuoſa. Idē. Sicut laudabile diſcretū; eſt reuerentiam & honorem debitū exhibere priorib. ita rectitudinis & dei timoris eſt, ſi qua in eos correctione indigēt, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totū (ꝙ abſit) incipiat corpus inuadere, ſi languor nō fuerit curatus in capite. Idē. Manifeſti exceſſus canonica ſp moderatione præmendi ſunt, vt vna res, & præteritorum correctio, & eſſe regula poſſit futurorum. Idem. Quoties contra eccleſiaſticam quid geſtum dicetur diſciplinam, ne nos ante Deum culpa ex diſſimulatione redarguat, irrequiſitum hoc relinquere nō audemus. Idē. Sicut Eccleſia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore alienas inuadere non oportet. Idem. Iurgantium controuerſias, celeri ſententia terminare, & equitati proculdubio conuenit, & vigori. Idem. Sicut ab alijs noſtra exigimus, ita ſingulis ſua iura ſeruemus. Idem in moral. Maiora crimina, & tarde credēda ſunt, cum audiuntur, & citius puniendi ſunt, cum veraciter agnoſcuntur. Idem. Superiores cum per diſciplinā alios feriunt, ſic alienam infirmitatem debent percutere, vt ēt ad ſua nouerint oculos reuocare. Idem in paſtor. Aliquando ſubiectorum vitia prudenter diſſimulanda ſūt, ſed quia diſſimulantur iudicanda, aliquando etiam aperte cognita maturè toleranda, aliquando verò ſubtiliter & occulte perſcrutanda, aliquando leniter arguenda, aliquando & vehementer increpanda. Amb. in epiſt. Hoſtem ferire victoria eſt, reum ęquitas, innocentem homicidium. Aug. de ciuit. Dei. Melior eſt animi æquitas, quàm corporis ſanitas. Idem de baptiſmo paruulorum. Hoc iuſtum eſt, vt cum mala hominum reprobamus, quęcūq; in illis bona Dei reperimus, approbemus. Idē. Veritate manente, ꝙ vitioſum, quod prauū, quod falſum in vnoquoq; fuerit curemus, corrigamus, emendemus, aut ſi non poſſumus deteſtatum damnatumque vitemus. Idem de ouib. Diſciplina exerceatur iudiciū, non præcipitetur. Idem. Pertinet ad innocentes. ſupra de innocentia. Ioan. Chryſ. ſuper Ioan. Siue inops ſiue diues fuerit quis, non perſonas attēdamus, ſed res ſcrutemur. Bern. in epiſt. Si quis ſuſurro in populo Diaboli ſibi aſſumens vicem, iurgia ſeminare, & pacem turbare velle reperiatur, quemadmodum ille diſcordiæ ſemper eſt amator & auctor, huic rigidę cenſuræ, remedio citius obuietur, eò quippe peſſimæ, quo intimæ peſti. Idem. Malum ſi comprimas tuum, reputabitur tibi ad gloriam, ſi alienum ad iuſtitiam. Idem. Melius eſt vt pereat vnus, quàm vnitas.

Nota.

Pro prelatis mirabile conſiliū

*De Quatuor affectionibus.* *Cap. 40.*

AVguſtinus de ciui. Dei. Recta volutas eſt bonus amor, & voluntas peruerſa malus amor. Amor ergo inhiās habere quod amatur, cupiditas eſt, id autem habens, eoque fruens lætitia eſt, fugiens quod ei aduerſatur, timor eſt, idq. ſi acciderit ſentiēs, triſtitia eſt, proinde mala ſunt iſta, ſi malus eſt amor, bona, ſi bonus. Idem. Apud nos iuxta ſcripturā ſanamq; doctrinā ciues ſanctæ ciuitatis Dei, in huius vitæ peregrinatione ſecundum Deum viuentes metuunt, capiuntque, dolēt, gaudentq; & quia rectus eſt amor eorum, iſtas omnes affectiones rectas habent. Idem de patientia. Voluntas bona. i. voluntas Deo fideliter ſubdita, voluntas ſanctitate ſuperni amoris accenſa, voluntas, quæ diligit Deū, & proximum propter Deum, ſiue amore de quo reſpondet Apoſtolus Petrus, Domine tu ſcis, quia amo te, ſiue timore, de quo dicit Apoſtolus, in timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem, operamini, ſiue gaudio, de quo dicit idem, Spe gaudentes, in tribulatione patientes, ſiue triſtitia, qualem idem Apoſtolus ſe dicit habuiſſe magnam pro fratribus ſuis, quęcunq; amara & aſpera ſufferat, charitas Dei eſt. Iſid. de ſumm. bo. Quatuor ſunt qualitates affectionum, quibus mens iuſti tædio ſalubri compūgitur, hoc eſt, memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum pœnarum, conſideratio peregrinationis in huius vitæ longinquitate, deſiderium ſupernæ patriæ, quo quantotius ad eam valeat peruenire. Auctor de ſpiritu & anima. Habet anima affectiones, quibus exercetur ad virtutes, dolor nanque de peccatis, timor de pœnis, deſiderium de promiſſis, gaudium de præmijs, quædam exercitia ſunt virtutum. Idem. Affectus quadripartitus eſſe dinoſcitur, dū de eo quod amamus iam gaudemus, vel gaudendum ſperamus, & de eo quod odimus iam dolemus, vel dolendum metuimus, & ab hac concupiſcibilitate gaudium & ſpes, de iraſcibilitate dolor metus oriuntur. Qui quidem quatuor affectus animæ, omnium ſunt vitiorum, atque virtutum quaſi quædam principia, & communis materia. Bern. ſuper can. Habent voces ſuas affectus per quas ſe etiam cum volunt produnt, t mor verbi cauſa meticuloſas, dolor gemebundas, amor iocundas. Idem in ſermone, loquens de illo verbo Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Conuertatur amor tuus, vt omnino nihil diligas niſi Deum, aut certè propter ipſum. Conuertatur etiam ad ipſum timor tuus, quia peruerſus eſt timor omnis, quo metuis aliquid pręter eum, aut non propter eum. Sic & gaudium tuum, & triſtitia æquè cōuertantur ad ipſum, hoc autem ita fiet, ſi non niſi ſecūdum eum doleas, aut læteris. Quid enim peruerſum mauis, quam lætari, cum malefeceris, & in rebus peſſimis exultare? ſed & ea quoque, quæ ſecundum ſeculum eſt triſtitia, mortem operatur.

Quomodo affectiones humanæ rectificantur.

Ioan. 21.
Ad Phil. 2.
Ad Ro. 1.

*De Timore.* *Cap. 41.*

GRegorius in moral. Iuſto timendum non eſt, ne deriſor, cum corripitur, contumelias inferat, ſed ne tractus ad odium peior fiat. Idem. Creator noſter qui vbique totus eſt, & cernens cuncta non cernitur, tanto metuendus eſt, quantò inuiſibilis permanēs, de noſtris actibus, quando & quid decernat ignoratur. Idem. Tantò de ſe vnuſquiſque ſolicitus metuat, quantò ignorat quod reſtat. Augu. in li. de pœniten. Timeat anima iam corrupta, docta experimento quod ignorat virgo. Idem de coniu. adulter. Si à coniugali vinculo immunis, minus appetitur vita ſanctorum, exhorreatur pęna mechorum, & timore ſaltem frenetur concupiſcentia, ſi non amore eligitur continentia. Idem in epiſt. Qui gehennas metuit, non peccare metuit, ſed ardere, ille autem peccare metuit, qui peccatum ipſum ſicut gehennam odit. Idem in regula. Deo vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit fœminæ male placere. Illum cogitet omnia videre, ne velit fœminę male videri. Iſid. in ſyno. Timor expellit peccatum, timor reprimit vitium, timor cautum facit hominē, atq; ſolicitum, vbi timor non eſt, ibi diſſolutio vitæ eſt, vbi timor non eſt, ibi deſperatio eſt. idē de ſum. bo. Sępe quæ apud hominum iudicium bona patent, apud examen diligentiſſimi, & acutiſſimi iudicis, reproba deteguntur. Ideoq; omnis ſanctus veretur, ne forte bonum quod agit, pro aliqua animi intentione, in oculis Dei reprobū ſit. Hier. in epiſt. Vbi timor & tremor eſt, nō ibi vocis elatio eſt, ſed animi flebilis lachrimoſa deiectio. Idē. Qñ iratus fuero, & aliquid mali in meo aīo cogitauero, & me noctu num phantaſma deluſerit, baſilicas martyrum intrare non audeo, ita totus & aīo, & corpore cōtremiſco. Idē in ori. ſuper Ioelem. Nunquam tuta eſt humana fragilitas, ſed quantò virtutib. creſcimus, tantò magis timere debemus, ne de ſublimibus corruamus. Bernar. ſuper canti-

Bonus timor, vitia & deſperationem excludit.

Prou. 28.

eantica. Beatus homo qui ſemper pauidus eſt; time ergo cum arriſerit gratia, time cum abierit, time cum denuo reuertetur, & hoc eſt ſemper pauidum eſſe. Idem. In veritate didici. ſupra lib. 2. de gratia. Idem in ſerm. Primus timor eſt, ne cruciemur à gehenna. Secundus ne excluſi à viſione Dei, priuemur tã ineſtimabili gloria. Tertius replet animam omni ſolicitudine, ne forte deſeratur à gratia. Idem. Sicut ſecuritas vel deſidia, cauſa & mater eſt omnium delictorum, ſic timor Domini radix & cuſtos omnium bonorum. Idem. Heu me. ſupra lib. 2. de tentatione.

### De Dolore. Cap. 42.

GRegor. in regiſt. Quantò cordi noſtro lætitiam, Eccleſię ordo inculpabiliter cuſtoditus infundit, tãtò receſſus tędium doloris imponit. Idem. Credat mihi charitas tua, quia valde contriſtatus ſum de triſtitia tua, ac ſi in te iniuriam ipſe pertuliſſem. Idem in moral. In amaritudine animæ ſunt omnes electi, quia vel punire flendo non deſinunt quæ deliquerũt, vel graui ſe mœrore afficiũt, quia longè huc a facie conditoris proiecti adhuc in ęternæ patrię gaudijs non ſunt. Idem. Valde affligitur anima iuſtorum, quando mali, contra bonos diſtrictas ſententias intorquent, qui bene viuere ignorant, & voce ſibi iuſtitiam vendicant, quam moribus impugnãt. Idem. Grauis meror eſt, duris cordibus infructuoſè predicare, laborem in oſtendenda veritate, ſumere, ſed nullum de conuerſione audientium laboris fructum inuenire, at contra, magna prædicatorum conſolatio eſt, ſubſequens profectus auditorum. Idem. Anima ſancta intus doloris ſui gemitum tolerat, ſed eò refectionis pabulum percipit, quò uis amoris per lachrymas emanat. Ioan. Chryſ. ſuper Ioann. Cum quidã peccauerimus nos, vel alij, tunc ſolum triſtari bonum eſt: cum autem in humanas circunſtantias inciderimus, inutilis in nobis de reliquo triſtitiæ vſus. Auguſt. de verbis domini. Geme, vt columba, & tunde pectus, & tundendo correptus eſto, ne videaris non conſcientiam cedere, ſed malam conſcientiam pugnis pauimentare, ſolidiorẽ reddere non correptiorem. Idem in epiſt. Pia eſt iſta triſtitia, & ſi dici poteſt, beata miſeria vitijs alienis tribulari, non implicari, mœrere, non herere: dolore contrahi, non amore attrahi. Idem. Quid ſic. Supra de zelo bono, Idem contra Iulianum. Mentibus amicorum ſanorum, fletum commouet riſus freneticorum. Idem in medita. Da mihi Domine in hoc exilio panem doloris, & lachrymarum, quem eſurio ſuper omnem copiam deliciarum. Idem. Aut continui dolores cruciabunt pœnitentem vitam meam, aut æterni cruciatus vexabunt puniendam animam meam. Ber. in ſermo. Cum ceperis triſtitia implebit cor tuum, ſed ſi perſeueraueris, triſtitia tua vertetur in gaudium. Caſſiod. Letus & laſciuus ſpiritus obligat hominem peccato, ſed ſpiritus contribulatus eſt ſacrificium quo peccatum ſoluitur.

Triſtitia atque gaudium prædicatoris vnde oriatur.

Pia & ſalubris triſtitia.

Super Pſal.

### De Confidentia. Cap. 43.

GRegor. in moral. Tantò animus à laboris afflictione ſubtrahitur, quantò per ſpem ad ſumma ſuſtollitur. Idẽ. Quicquid intolerabile puſillanimitas aſſerit, hoc ei leue ac facile ſpes remunerationis oſtendit. Idem. Quia nunc per tribulationem ſeritur, vt poſt gaudij fructus metatur, tanto maior fiducia mentem roborat, quãtò hanc fortior pro veritate afflictio anguſtat. Idem. Ille bene nouit in exterioribus miſerijs ſubſiſtere, qui ſcit ſẽper de interna ſpe gaudere. Idem. Cum iam in pęnitẽtiæ lamentis culpa diluitur, & ſic perpetrata planguntur, vt plangenda minimè perpetrentur, magna menti fiducia naſcitur, & ad conſpicienda ſupernę retributionis gaudia, cordis nri facies leuatur. Idem ſuper Ezech. Non in fletibus, non in actibus noſtris, ſed in aduocati noſtri allegatione confidamus. Idem. Spes per deſideria atq; ſuſpiria introducit ad quietis gaudia. Amb. in hexameron. In grauiſſimis paſſionibus ſpem deponimus, fractique animo reſoluimur, improuidi & inertes iacemus, cum de diuina miſeratione tũc ſperandum amplius ſit, cum præſidia humana defecerint. Auguſt. de confeſſio. Nemo ſecurus eſſe debet in iſta vita, quæ tota tentatio nominatur, vt qui fieri potuit ex deteriori melior, non fiat etiam ex meliore deterior: vna ſpes, vna fiducia, vna firma promiſſio, Deus miſericordia tua. Idem de verbis Apoſtoli. Ipſa ſpes peregrinationi neceſſaria eſt, quæ conſolatur, in via, tolle viatori ſpem perueniendi, continuò frãguntur vires ambulandi. Idem de verbis Domini. Spes ad hoc nos hortatur, vt præſentia contemnamus, futura expectemus: ea quæ retro ſunt obliuiſcentes, cum Apoſtolo in anteriora nos extendamus. Nihil itaq; tam inimicum ſpei, quam retro aſpicere. Hieron. in Epiſt. Cum vniuerſos artus mundaueris ab omni ſorde peccati, & toto fueris ſanctificata corpore, tunc tibi caſtitatem intelligas profuturam, & cum omni fiducia palmam virginitatis expecta. Bern. in Sermo. Hæc eſt vera hominis fiducia, à ſe deficientis, & innitentis domino Deo ſuo.

Spes in omnibus laborẽ minuit & vires ingerit.

Ad Phil. 4.

### De Lætitia. Cap. 44.

GRegorius in mora. Sancti viri cum multa ſe proficere, virtutum proſperitate conſiderant, quodã diſpenſationis ſupernæ moderamine exerceri ſe, etiam in tentationibus exultant: quia tanto robuſtius, acceptam virtutum gloriam cuſtodiunt, quanto tentationis impulſu concuſſi infirmitatem ſuam humilius agnoſcunt. Idem. Quo ſe interius gaudijs animus robuſtius inſerit, eò minus exterius dolores ſentit. Idem in Homil. Ille veraciter patientiam ſeruat, qui & ad tempus aliena mala cum dolore tolerat & eadem retractãs pertuliſſe ſe talia exultat. Idem. Si me participem. ſupra, de communitate. Idem in dialog. Qualis quiſque apud ſe lateat, contumelia illata probat. Nam ſicut ſuperbi honoribus, ſic plerunque humiles ſua deſpectione gratulantur. Aug. de verbis domini. Quando gaudetur in domino non gaudetur in ſeculo, vincat gaudium in domino, donec finiatur gaudium in ſeculo, gaudium in domino ſemper augeatur, gaudium in ſeculo ſemper minuatur donec finiatur. Idem. Tu qui veram requiem. ſupra, de tranquillitate. Idem de cõfeſſi. Eſt gaudium, qđ non datur impijs, ſed eis qui te gratis colunt, domine, quorum gaudium tu ipſe es, & ipſa eſt beata vita, gaudere ad te, de te, propter te, ipſa eſt, & non eſt altera. Hier. in Epiſtola. Nihil ſolicitius prouidendum eſt, quam vt ſolennẽ diem non ciborum abundantia, quàm ſpiritus exultatione celebremus; quia valde abſurdum eſt nimia ſaturitate velle honorare martyrẽ, quem ſcimus Deo placuiſſe ieiunijs. Bern. in Epiſ. Reuera illud ſolum & verum eſt gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, & quod cum poſſederis nemo tollet à te: cui comparata omnis aliunde iocunditas meror eſt, omnis ſuauitas dolor eſt, omne dulce amarum, omne decorum, fedum, omne poſtremò quodcũque aliud delectare poſſit moleſtum. Idem in ſermone. Non eſt regnum Dei & eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto, ſic fatui filij Adam & præcipiti ſaltu, iuſtitiam tranſilientes, & pacem rem finalem, in principiũ conuertere, & peruertere vultis. Nemo eſt, qui gaudere nõ velit, non ſtabit, & non erit iſtud: quia ſicut non eſt pax impijs, ſic nec gaudere, dicit dñs. Non ſic impij, nõ ſic, prius eſt iuſtitiam facere, inquirere pacẽ, & perſequi eã, & ſic apprehẽdere gaudiũ, imò à gaudio comprehendi. Sene.

Vera lætitia, vnde oriatur.

Solennitates, vt honorandæ.

Iſa. 48.

di.Sene. in Epiſt. Ad verum gaudium ſpecta,& de tuo gaude,quid autē eſt hoc de tuo,de teipſo, & optima tui parte corpuſculum quoq;, & ſi nihil poteſt fieri ſine ipſo,magis neceſſariam rem crederem quàm magnam.

*De Connexione virtutum. Cap. 45.*

Virtutes inuicē fulciuntur.

GRegor. in moral. Omnes virtutes in conſpectu conditoris,vicaria ope ſe ſubleuant, vt quia vna virtus ſine alia,vel nulla eſt omnino,vel minima, viciſſim ſua coniunctione fulciantur.Idem. Valde ſingula quælibet deſtruitur, ſi non vna virtus virtuti alij ſuffragetur.Ambr.ſuper Lucam. Connexæ ſunt ſibi cōcatenateque virtutes,vt qui vnam habet, plures habere videatur.

*De Timore, & ſpe.*

Timor, & ſpes.

GRegor.in moral.In peccatoris pectore, inceſſanter debet ſpes,& formido coniungi,quia incaſſum miſericordiam ſperat,ſi non ét iuſtitiam timeat, incaſſum iuſtitiam metuit,ſi non etiam de miſericordia confidit. Idem. De ſtatu ſuo Dauid cadente nemo ſuperbiat, de lapſu etiam ſuo Dauid ſurgente nemo deſperet. Idem. Viri ſancti ita mœſti ſunt vt confidant, atque ita confidunt,vt tamen ex ſecuritate non torpeant.Idem in dial. Oportet & de Dei nos ſemper miſeratione confidere,& de noſtra infirmitate formidare. Idem. Qui peccatori prædicat.ſupra,de doctrina.Iſid.in Syno Nulla te ſecuritas deceptum blandiatur,nulla te ſecuritas à pœnitentiæ intentione ſuſpendat, inceſſanter in corde tuo ſpes, & formido perſiſtat. Idem de ſum. bo. Omnis iuſtus ſpe,& formidine nitet, quia nūc illum ad gaudium ſpes erigit,nunc illum ad formidinem timor gehennę adducit.Auguſt.de medit.Reſpira peccator reſpira,ne deſperes,ſpera in eo quem times,affuge ad eum à quo aufugiſti,inuoca importunè,quem ſuperbè prouocaſti.

De *Timore, & gaudio.*

Timor & gaudium.

GRegorius in moral. Cum bona in alijs cernimus, valde neceſſe eſt vt exultationem noſtræ formidini, & formidinem noſtræ exultationi miſceamus, quatenus, & de alienis profectibus charitas gaudeat, & de ſuis infirmitatibus conſcientia contremiſcat.Idem. Sancti viri,cum de quibuſdam ſevitijs ereptos hilareſcunt, magno ſe metu etiam in ipſa exultatione concutiunt, quia & ſi iam de cuiuſlibet procella tempeſtatis erepti ſunt,eſſe ſe tamen adhuc in incerti maris dubijs fluctib. ſciunt. Idem. Sancti viri ſic ſpe exultant,vt pauore trepident,ſic pauore timent,vt ſpei fiducia exultent.

De *Timore, & amore.*

Timor, & amor.

GRegor. in moral. Cum plus ipſi quod timeamus agnoſcimus,plus nobis de Deo per internam gratiam infunditur quod amemus.Idem. Appoſitus quaſi quibuſdam gradibus, profectus noſtri pedem prius per timorem in imò ponimus, & poſtmodū per charitatem ad alta amorē leuamus, vt ab eo qđ quiſq; timet,reprimatur vt timeat, & ab eo quod iam timuit ſubleuetur vt præſumat.Auguſt.de virgin.Ama Dei bonitatem,time ſeueritatem,vtrunque te ſuperbum eſſe non ſinit,amando enim times ne amantem & amatum grauiter offendas.Idem de fide ad Petrum. Diligentes Dei miſericordiam,metuentesque iuſtitiam,nec de remiſſione peccatorum deſperemus, nec remaneamus in peccatis. Idē de verbis.Apoſtoli.Non intrat charitas incomitata,habet ſecum ſocium ſuum timorem, quem introducit ipſa, ſed illum caſtum permanentem in ſæculum ſæculi. Idem ſuper cano.Ioan. Exhorreſce quod minatur omnipotens, ama quod pollicetur omnipotens, & vileſcit omnis mundus ſiue promittens ſiue terrens. Hierony. in epiſt.Vide vt omnia quæcunque bene facis, propter Deum facias, ſciens eius rei tantam te à Domino recepturum eſſe mercedem, quam eius timoris & dilectionis cauſa perfeceris.Bern.de conſid.Sanctum facit affectio ſancta,& ipſa gemina:timor Domini ſanctus, & ſāctus amor, his perfectè anima affecta, veluti duobus quibuſdam brachijs ſuis,Deum amplectitur,ſtringit & tenet,& ait,tenui eum nec dimittam. Idem in epiſtola. Mens quam ſemel affecerit charitas,ſui iuris eſſe nō ſinitur,metuit quod neſcit,dolet quod non oportet, ſollicitatur pluſquam voluerit,& vnde noluerit. Idem in ſermo.Timeamus & amemus Chriſtum Dominum, timeamus pro noſtra indignitate, pro ipſius dignatione amemus,non diſſimulemus,non excuſemus, in medio eſt omnibus ſe offerens.

*De Abſtinentia & eleemoſyna.*

Abſtinentia,& eleemoſina.

GRegor.in homil.Hoc quod tibi ſubtrahis, alteri largire, vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur.Idem.Illud ieiuniū Deus approbat,quod ad eius oculos manus eleemoſynarum leuat,quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate conditur.Idem.Non Deo ſed ſibi quiſque ieiunat,ſi ea quæ ad tempus ſibi ſubtrahit,inopibus nō tribuit,ſed ventri poſtmodum offerenda cuſtodit. Ioan. Chryſ.ſuper Matth.Si ieiunaueris ſine eleemoſyna, nihil ieiunium tuum reputatur, ſed ventrem implente & inebriante deterior eſt,qui talis eſt, & tantò deterior, quantò laſciua crudelitas eſt difficilior. Glo. Matth.6. Deo ieiunat qui eius amore ſe macerat,& quod ſibi ſubtrahit,alij impendit.

De *Abſtinentia & oratione.*

Abſtinentia & oratio.

AVguſt.in epiſt.In ieiunijs,& vigilijs,& omni caſtigatione corporis quàm plurimum adiuuatur oratio.Ioan.Chryſo.ſuper Matth. Qui orat cū ieiunio,duplices habet alas,& ipſis ventis leuiores, neque enim oſcitat & tenditur, & torpet orans,quod patiuntur mali, ſed eſt igne vehementior, & terra ſuperior. Ideoq; maximè hic talis demonibus eſt inimicus & hoſtis.Nihil enim homine orante propriè eſt potentius.Idem.Sicut nec miles ſine armis ėſt aliquid,nec arma ſine milite,ſic ne oratio ſine ieiunio,nec ieiunium ſine oratione.Iſid.de ſum.bo.Hoc eſt perfectum & ratio nabile ieiunium,quando noſter homo exterior ieiunat, interior orat,facilius enim per ieiunium oratio penetrat cœlum.Bernar.ſuper Cantica. Abſtinebo à vino, quia in vino luxuria eſt,aut ſi infirmus ſum,modico vtar iuxta conſilium Apoſtoli:abſtinebo & à carnibus, ne dum mihi nimis carnem nutriunt,ſimulq; & carnis nutriant vitia,panem etiam ipſum cum menſura ſtudebo ſumere,ne onerato ventre ſtare ad orandum tędeat. Idem in ſermo.Oratio virtutem impetrat ieiunandi,& ieiunium gratiam promeretur orandi, ieiunium orationem roborat,oratio ieiunium ſanctificat,& Deo repræſentat.Idē. Quid nobis ieiunium proderit, ſi relinquatur in terra? ſubleuetur ergo pēna quadam orationis. Glo. Prius eſt mortificare concupiſcentiam, poſtea offerre Deo placabilia vota cordis. Sola oratio pingueſcit, quam macies corporis paſcit.

1. ad Timo. 5.

Gloſ. Canti. 3.

Glo. Tho. 3.

*De Miſericordia, & Oratione.*

Miſericordia, & oratio.

IOan.Chryſ.ſuper Matth.In lege ſcriptum eſt, Ne in tres ante conſpectum domini vacuus. Vacuus intrat ante Deum, qui veniens ad orationem nullam facit eleemoſynam. Idem. Infirma eſt oratio, quæ eleemoſynarum largitate non eſt munita. Sanctus Maximus in ſermo.Oratio quæ caſtitatis iuſtitiæ & eleemoſynarum operibus adiuuatur, excedit mundum, penetrat

Deut. 16.

trat Paradiſum, euolat ad ipſum ſummæ maieſtatis angelo offerente conſpectum.

*De Miſericordia & Iuſtitia.*

Misericordia, & iuſtitia.

GReg. in Regiſ. Ipſa in te dulcedo cauta ſit non remiſſa, correctio verò diligens ſit non ſeuera, ſed ſic alterum condiatur ex altero, vt & boni habeant amando quod caueant, & praui metuendo quod diligant. Idem. Boni te dulcem: ſupra de æquitate, & ibidem alia plura. Idem in paſto. Diſciplina vel miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Idē. Iuxta Pauli vocem, in arca tabernaculi cum tabulis virga ſimul & manna eſt, quia ſcripturæ ſacræ ſcientia in boni doctoris pectore, ſicut eſt virga diſtrictionis, ſic eſt & manna dulcedinis. Ambr. in epiſt. Beatus qui & ſeueritatem & manſuetudinem tenet, vt altero diſciplina ſeruetur, altero innocentia non opprimatur. Nimia enim ſeueritas extorquet plerunque crudelitate mendacium. Idem de offi. Neque ſeueritatem eſſe duram conuenit, neque nimiam remiſſionem, ne aut poteſtatem exercere, aut ſuſceptnm officium nequaquam implere videamur. Iſid. in Syno. Impia iuſtitia eſt, humanæ fragilitati non ignoſcere, non ergo ama damnare, ſed emendare potius & corrigere. Idem. Tene rigorem in diſcuſſione iuſtitiæ: miſericordiam in diffinitione ſententiæ. Idem de ſum. bo. Oīs qui rectè iudicat, ſtateram in manu ſua geſtat, in vtroque penſo, iuſtitiam & miſericordiam portat, ſed per iuſtitiam reddit peccato ſententiā, & per miſericordiam peccati temperat pœnam. Ioan. Chriſ. ſuper Matth. Iuſtitia ſine miſericordia non eſt iuſtitia, ſed crudelitas, ſic miſericordia ſine iuſtitia nō eſt miſericordia, ſed fatuitas. Bern. ſuper Cant. Si interdum ſeueritate opus eſt, paterna ſit non tyrannica, matres vos fouendo, patres corripiendo exhibeatis. Idem de cō ſide. Iuſtitiæ vt iuſtitia ſit, temperantia modum imponit, noli nimis eſſe iuſtus (ait ſapiens) oſtendens per hoc minimè approbandam eſſe iuſtitiam, quæ temperantiæ moderamine non frenatur. Beda in homi. Neceſſe eſt vt rectorem ſubditis & matrem pietas & patrem exhibeat diſciplina, atque inter hæc ſolicita circunſpectione prouidendum, ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa. Idem dicit beatus Greg. in regiſ. Glo. Matth. 1. Vera virtus eſt, cum nec pietas ſine iuſtitia, nec ſine pietate iuſtitia exequitur: quæ ſeparatę ab inuicem dilabuntur.

Ad Heb.

Eccl. 7.

*De Continentia & Abſtinentia.*

Continentia & abſtinentia.

AMb. de virg. Cibus parſimoniæ & potus abſtinentiæ docēt vitia neſcire, quia docent cauſas neſcire vitiorum, cauſa peccandi etiam iuſtos ſæpe decipit, hinc populus Dei poſtquam ſedit mãducare & bibere, Deum negauit. Iſido. de ſum. bo. Libidinis ignes fomentis ciborum increſcunt, corpus autem quod abſtinentia frangit, tentatio non exurit: vnde & tres pueros abſtinentes flamma babylonij incendij & ſi tetigit, non cōbuſſit. Idem. Quidam continentes ſicut panem cum pondere edunt, ita & aquam cum menſura ſumunt, aſſerentes ad caſtimoniam carnis, etiam aquæ abſtinētiam conuenire. Ioan. Chryſo. in ſermo. Per ieiunia ceſſat pugna carnis aduerſus animam, & animæ aduerſus carnem, nec vltra inſurgit ancilla in dominam, nec ſerua ſuperbit in liberam, ſed vniuerſa hæc prælia ieiunorum præſentia conquieſcunt.

Exod. 32.

*De Contumacia & Verecundia.*

Continentia & verecundia.

AMbroſ. de virgi. Vbique in virgine comes ſingularum virtutum eſt pudor, hic indiuiduus debet eſſe virginitati, ſine quo non poteſt eſſe virginitas. Idem de offi. Verecundia eſt pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt. Hieron. in ſermo. Omnino pudor indiuiduus virginati eſſe debet, ſine quo recte caſtitas ſeruari non poteſt. Idem in epiſtola. Sit in te noua grauitas, honeſtas admirabilis, ſtupenda verecundia, mira patientia, virginalis inceſſus, & veræ pudicitiæ habitus, ſermo ſemper modeſtus, & in ſuo tempore proferendus. Bern. ſuper Cant. Verecundia ſoror continentiæ, eſt nullum æque manifeſtum iudicium columbinæ ſimplicitatis, & ideo omnino teſtis innocentiæ eſt, & lampas pudicitiæ mentis.

*De Continentia & Charitate.*

Continentia, & charitas.

GRego. ſuper Ezechielem. Antiquus inimicus caſtitatē in nobis, ſi ſine charitate fuerit non timet, quia nec ipſe carne premitur, vt in eius luxuria diſſoluatur. Aug. de virgi. Si nuptias contempſiſtis filiorum hoīum, ex quibus gigneretis filios hominum, toto corde amate ſpecioſum forma præ filijs hominum, vacare vobis liberum eſt à coniugalibus vinculis, ſed non vacare vobis liberum eſt à vinculo charitatis. Idem. Inſpicite vulnera pendentis, cicatrices reſurgentis, ſanguinem morientis, pretium credentis, commertium redimentis, hæc quanti valeant cogitate, hæc in ſtatera charitatis appendite, & quicquid amoris nuptijs veſtris impendendum habeatis, illi rependite. Idem de bono coniug. Illa virgo coniugatæ meritò præponitur, quæ nec multitudini ſe amandam præponit, cum amorem vnius ex multitudine inquirit, nec ſe vni componit: (vno iam inuento) cogitās quæ mundi ſunt, quomodo placeat viro, ſed ſpecioſum forma præ filijs hominum ſic amauit, vt quia eum ſicut Maria concipere carnem non poſſet, ei corde concepto, etiam carnem integram cuſtodiret. Idem. Quid inquiunt ſi omnes velint ab omni concubitu cōtinere, & vnde ſubſiſtit genus humanum? vtinam omnes hoc vellent, dūtaxat in charitate de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, multo citius Dei ciuitas compleretur, & accelararetur terminus ſæculi. Quid enim aliud hortari apparet Apoſtolū, vbi ait cū inde loqueretur, vellem omnes hoīes eſſe ſicut me? Bernar. in epiſtola. Caſtitas ſine charitate lampas ſine oleo eſt, ſubtrahe oleum, lampas non lucet: tolle charitatem, caſtitas non placet. Sed ò quàm pulchra eſt (ſapiens clamat) caſta generatio cū charitate. Idē ſuper Cant. Qūo claritas (vt aiunt) Lunæ nō niſi à Sole eſt, ſic abſque charitate ſeu iuſtitia continentiæ meritum nullum eſt.

1. Cor. 7.

*De Continentia & Humilitate.*

Continentia & humilitas.

GRegor. in moral. Sic mentem neceſſe eſt per munditiam erigi, vt tamen ſolicitè debeat in humilitate ſuſtineri. Idem. Per humilitatis cuſtodiam ſeruanda eſt munditia caſtitatis, ſi enim piè ſpiritus ſub Deo premitur, caro illicitè ſuper ſpiritum non leuatur. Auguſt. de virgi. Sapientes virgines eſſe decet, ne lampades earum extinguantur, quomodo ſapientes niſi non alta ſapientes, ſed humilibus conſentiētes. Idē. Quia perpetua continentia, & maximè virginitas magnū bonum eſt in ſanctis Dei, vigilantiſſimè cauendū eſt, ne ſuperbia corrūpatur. Idē. Facilius ſequuntur agnū, & ſi non quocunq; ierit, certè quouſque potuerint coniugati humiles, q̄ ſuperbientes virgines. Idem. Neq; ſimulare debet virgo humilitatem, ſed exhibere, ſimulatio humilitatis maior ſuperbia eſt. Idem ſuper Ioan. Melior eſt quidem virginalis ſanctitas, quàm pudicitia coniugalis, quis dubitet, tamen ſi tu tenueris ſuperbiam, & tua mater humilitatem, melior mater erit q̄ filia, non dubito præferre humilē mulierē ſuperbæ virgini. Ambr. ſuper Lucā. Decet vt quantò caſtior virgo, tanto humilior ſit, nouerit deferre ſenioribus, ſit magiſtra eius humilitas, in qua eſt profeſſio caſtitatis. Bern. ſuper Miſſus. Pulchra commixtio virginitatis & humilitatis, nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua humilitas commendat virginitatem,

ginitatem,& virginitas exornat humilitatem. Idem. Potes ſine virginitate ſaluari, non potes ſine humilitate: poteſt inquam placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amiſſam, ſine humilitate autem (audeo dicere) nec virginitas Mariæ placuiſſet. Idem ſuper cant. Continentia non habet meritum apud Deum, quæ gloriam requirit humanam. Ideoque maximè opus eſt, etiam puritate intentionis qua ſoli Deo mẽs noſtra & placere appetat, & valeat inhærere.

*De Actione & Contemplatione.*

Actio, & contemplatio.

GRegor. ſuper Ezech. Actiua in neceſſitate, contemplatiua in voluntate eſt, illa in ſeruitute, iſta in libertate. Idem. Sicut bonus eſt ordo viuendi, vt ab actiua in contemplatiuam tendatur, ita plerunque à contemplatiua animus ad actiuam reflectitur, vt per hoc quòd contemplatiua mentem accẽderit, perfectius actiua teneatur. Idem. Amor Dei ad contemplatiuam, amor verò proximi pertinet ad actiuam. Idem. Contemplatiua maior eſt ſuprà de guſtu. Idem in mora. Marthę cura non reprehenditur, Mariæ verò ẽt laudatur, quia magna ſunt actiuæ merita, ſed contemplatiuæ potiora, vnde nec auferri vnquam Mariæ pars dicitur, quia actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt, contemplatiuæ autem gaudia melius ex fine conualeſcunt. Idem. Humani generis. ſuprà lib. 1. de prædicatoribus bonis. Idẽ. Qui culmen apprehendere perfectionis nituntur, cum contemplationis arcem tenere deſiderant, prius ſe in cãpo operis per exercitium probant. Iſid. de ſum. bo. Actiua vita mundanis benè vtitur, contemplatiua nec mundo renuntians, ſoli Deo viuere delectatur. Idem. Qui prius. ſuprà de aſcenſione. Augu. de ciui. Dei. Ex tribus illis vitæ generibus, ſcilicet otioſo, actuoſo, & ex vtroq; compoſito, quamuis ſalua fide quiſq; poſſit in quolibet eorum vitam ducere, & ad ſempiterna præmia peruenire, intereſt tamen quid amore teneat veritatis, quid officio charitatis impendat, nec ſic eſſe debet vnuſquiſq; ocioſus, vt in eodem ocio vtilitatem non cogitet proximi, nec ſic actuoſus, vt contemplationem non requirat Dei. Idem. Otium ſanctum quærit charitas veritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis quam, ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati. Bernar. in Apolog. Nec Iacob niſi cognita prius Lia, deſideratos Rachelis amplexus meruit obtinere. Idem ſuper Cantica. Aliter ſanè afficitur mens fructificans verbo, aliter fruens verbo, illic ſollicitat neceſſitas proximi, hic inuitat ſuauitas verbi, & quidem læta in prole mater, ſed in amplexibus ſpõſa lætior, chara pignora filiorum, ſed oſcula plus delectant. Idem. Ex bonis operibus in fide non ficta radicatis, recipit cõſolationem mens aſſueta quietis, quoties ſibi lux vt aſſolet, contemplationis ſubtrahitur. Idem in ſermo. Bonũ acquirit gradum, qui benè miniſtrauerit proximo, fortè meliorem qui benè vacauerit Deo: optimum autẽ, qui perfectus eſt in vtroque. Idem. Optimam partem elegit ſibi Maria, licet non minoris fortaſsè meriti ſit apud Deum humilis conuerſatio Marthę, ſed de electione Maria laudatur, quoniam illa quidem omnino quantum ad nos ſpectat, nobis eligenda, hæc verò ſi iniungitur, patienter eſt toleranda. Idem. Abſit vt qui Deo vacat, ad tumultuoſam aſpiret fratrum officialium vitam. Idem. Felix domus. Supra de religione.

*De Scientia & Humilitate.*

Humilitas

GRegorius in moral. Summa cura prouidendum eſt, ne accepta ſapientia, cum ignorantiæ tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat, & iam ſapientia eſſe nequeat, quæ ſi virtute locutionis fulgeat, elationis tamen velamine cor loquentis obſcurat. Idem ſupra de intelligentia, quære lib. 2. Idem. In omne quod ſcit, ſe ſe mens deprimat, ne quod virtus ſcientiæ congregat, ventus elationis ſpargat. Idẽ. Sancti viri vt humilitatis in ſe virtutem cuſtodiant, cum quædã mirabiliter ſciũt, illud ante mentis oculos ſtudent reuocare qđ neſciunt, vt dum ex parte alia infirmitatem ſuam conſiderant, ex ea parte qua perfecti ſunt, eorum ſe animus non extollat, ſcientia etenim virtus eſt, humilitas etiam cuſtos virtutis. Iſido. in diſputatione. Supra de ſtudentibus. lib. 1. Ibidem. Diſputare ſtude.

*De Scientia & Charitate.*

GRego. in moral. Quæ charitas ędificando non erigit, ſcientia inflando peruertit. Idem ſuper Ezec. Inter charitatem & ſcientiam teſtis eſt bona operatio, quæ ſi fortaſſe defuerit, profectò certum eſt, nec cognouiſſe te Deum: nec diligere proximum. Idem. Sæpe dum quoſdam. ſuprà lib. 3. de diſcordia. Aug. ſuper Ioan. Scientia cauenda eſt ne inflet, ergo amate ſcientiã, ſed anteponite charitatem, quia charitas ędificat & non permittit inflari ſcientiam. Idem. Ad Hieronymum de ſenten. Iacobi. Sicut mors auram auellit à ſenſibus carnis, ſic charitas à cõcupiſcentijs carnalibus, huic ſubſeruit ſcientia, cum eſt vtilis, nam ſine illa inflat. Idem. Spiritalis homo ſuprà de diſcuſſione. Bernar. de diligendo Deo. Liquet & abſq; ſcientia dignitatem eſſe omnino inutilem, & ſciẽtiam abſque virtute damnabilem. Idem ſuper Cant. Cibus indigeſtus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus non nutrit, ita & multa ſcientia ingeſta ſtomacho animæ, qui eſt memoria, ſi decocta igne charitatis non fuerit. Idem. Sicut bonum. ſuprà de religio.

*De Scientia & Doctrina.*

GReg. ſuper Ezech. Sancti viri amãdo diſcunt, quod docendo proferunt. Idem in paſtor. Cũ ſpirituale aliquid à ſubditis paſtori inquiritur, valde eſt ignominioſum, ſi tunc quærat diſcere, cum quæſtionem debet enodare. Idem. Plerique dum metiri ſe neſciunt, quæ nõ didicere, docere concupiſcunt, qui pondus magiſterij tantò leuius exiſtimant, quantò vim magnitudinis illius ignorant. Augu. in epiſt. Ad diſcendum quod opus eſt, nulla ætas mihi ſera videri poteſt, quia & ſi ſenes magis decet docere, quàm diſcere, magis tamen volo diſcere, quàm quod doceam ignorare. Ioan. Chryſ. de compunc. cor. Non cõfundamus diuinas literas, neq; ſancti ſpiritus ſententias, proprijs ſententijs peruertamus. Hiero. in epiſto. Multo tempore diſce vt doceas, nec laudatoribus tuis immo deriſorib. aurem libenter accommodes.

*De Vita & doctrina.*

GRegor. in moral. Cum à vitijs caro reſtringitur, cũ mens virtutib. exercetur, reſtat vt loquẽdo quiſq; doceat alios vitã quam moribus ſeruat. Idem. Spiritualis quiſq; prædicator ſtudęt ſummopere, contra maleficos rumores aduerſantiũ, & defendere loquendo qđ viuit, & ornare viuendo quod dicit. Idem in paſtora. Illa vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat. Idem. Boni prædicatores prius propria crimina fletibus curent, & tunc quę aliorum ſunt puniẽda denuntient, & antequam verba exhortationis inſonent, omnę quod locuturi ſunt, operibus clament. Iſid. de ſum. bo. Tam vita quàm doctrina clarere debet eccleſiaſticus doctor. Nam doctrina ſine vita, arrogantẽ reddiũ, vita ſine doctrina inutilem facit. Idẽ. Vnuſquiſq; doctor & bonę actionis & bonę pręddicationis hẽre dẽt ſtudiũ, nã alterũ ſine altero non facit pfectũ. Ioan. Chryſ. in ſermo. Adijcit doctrinæ auctoritatem bona vita doctoris.

ctoris. Ambroſ. de off. Vir iuſtus dictis & rebus probatur. Nam ſi exercitatus ſit ſermonibus, deſidioſus in operibus, prudentiam ſuam factis repellit. Hier. in epi. Prius faciamus & poſt doceamus, ne doctrinę auctoritatis caſſis ſermonibus deſtruatur. Augu. de confeſſ. Surgunt indocti & rapiunt cœlum, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne & ſanguine. Ber. in ſer. Eſt tantum lucere vanum, tantum ardere parum, ardere & lucere perfectum.

### *De Exemplo.* *Cap.* 46.

GReg. in moral. Multi in tenebris vitę pręſentis dū ſuperiora de ſe exempla exhibent, aſtrorum more nobis deſuper lucent. Idem. Qui pleniſſimè intelligere appetit qualis eſt, tales nimirum debet conſpicere qualis non eſt, vt ex bonorum forma metiatur, quātum ipſe deſerto bono deformis eſt. Idem. Qui vitam præcedentium patrum conſpicit, quid in ſe gemere debeat, ſubtilius agnoſcit. Idem. Sæpe cum nos. ſuprà de verecundia. Idem in dial. Nunquam peccatores ad lamentum pęnitentiæ redirent, ſi nulla eſſent bonorum exempla, quæ eorum mentem traherent. Idem in homil. De bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem qua Deo ſoli placere quęrimus: ſemper optemus ſecretum. Idem. Ad amorem Dei & proximi plerunque corda audientium, plus exempla quàm verba excitant. Idem. Qui ſancto viro. ſuprà de ſocietate. Iſid. de ſum. bon. Propterea virtutes ſanctorum ad exemplū noſtrum Deus propoſuit, vt quantò de imitatione eorū conferri poſſunt nobis iuſtitiæ præmia, tantò de perſeuerantia mali ſint grauiora tormenta. Idem. Reprobi non attendunt documenta beatorum quę imitentur ad melius, ſed proponunt ſibi exempla prauorum, quæ ad ſuorum morum peruerſitatem imitatur in peius. Amb. ſuper Lucam. Vnius exemplo plurimi corriguntur. Idē de Patriarchis. Sanctorum vita cæteris norma viuendi eſt. Idem de offi. Sit nobis vita maiorum diſciplinæ ſpeculum, non calliditatis commentarium. Bern. in epiſtola. Sermo viuus & efficax exemplum eſt operis, facilè faciens ſuadibile quod dicitur, dum monſtratur factibile quod ſuadetur. Idem in ſermo. Nullum conſiliū melius arbitror, quàm ſi exemplo tuo fratrem docere ſtudeas, quæ oporteat, quæ non oporteat fieri prouocans eum ad meliora, & conſulens ei non verbo neque lingua, ſed opere & veritate. Sene. in epi. Inſtruenda eſt vita exemplis illuſtribus.

Per bona opera proximo, & per bo. intentionem ſoli Deo placeam⁹.

### *De Fama.* *Cap.* 47.

GRegorius in regiſ. Quidquid grauare poteſt aut opinionem tuam, aut animam, omnino refugias, & te committere illud, nullius ſuaſioni conſentias. Idem. Eius quem videre me non licet, bona me paſcit opinio. Idem in moral. Fama à bono opere vires accipit, et fauoris gratiam, quaſi charitatis lumen aſpergit. Idem. Dum de aliena vita lux laudis emicat, alios ad exercenda bona opa illuſtrat. Cumque illius opinio clara oſtenditur, huic quaſi pergenti in itinere exempli lumen præbetur. Idem. Nonnunquam etiam ſancti viri, de bona ſua opinione, gaudent, cum per hanc ad meliora proficere, audientes penſant. Idem. Laus ſua iuſtos cruciat, iniquos exaltat, ſed iuſtos dum cruciat purgat, iniquos dum lætificat, reprobos monſtrat. Idem. virtutes proficientium in notitia cæterorum hominum, quaſi ſuauitate fragrant odorum. Idem. Sicut ex aliena opinione proficimus, ſic plerunque ſi laudibus famę noſtrę intendimus, à virtute vacuamur. Augu. de morib. & vita cleri. Qui nos amant, quærunt quid laudent in nobis, qui autem nos odiunt, detrahunt nobis. Nos autem in medio conſtituti, adiuuante Domino Deo noſtro, & vitam noſtram, & famam ſic cuſtodire debemus, vt non erubeſcant detractoribus laudatores. Idem de Viduit. In omnibus ſpiritualibus delitijs, quibus fruitur innuptæ, ſancta eorum conuerſatio cauta etiam debet eſſe, ne fortè cum mala vita non ſit per laſciuiam, mala ſit fama per negligētiam. Idem. Nobis eſt neceſſaria vita noſtra, alijs fama noſtra, & vtique quod alijs miniſtramus miſericorditer ad ſalutem, ad noſtram quoque redundat vtilitatem. Idem. Multò miſericordius. ſupra de doctrina. Hierony. in epiſt. Multa in vtranq; partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala, quàm de malis bona falſorum ore concelebrat. Idem. Caueto omnes ſuſpitiones, & quicquid probabiliter fingi poteſt, ne fingatur, ante deuita. Idē. Fuge perſonas in quibus poteſt malæ conuerſationis eſſe ſuſpitio, nec paratum habeas illud de triuio, ſufficit mihi conſcientia mea, nō curo qđ de me loquantur homines, & certè Apoſtolus prouidebat bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Dei blaſphemaretur in gētibus. Idem. Tenera res in fęminis fama pudicitiæ eſt, quaſi flos pulcherrimus, citò ad leuem marceſcit auram: leuiq. flatu corrumpitur. Bernar. ſuper cant. Validos & conſtātes neceſſe eſt eſſe eos, qui ſuper alios ordinātur, necnon et longanimes in ſpe, atque ad ſuperna verticem mentis attollentes, qui & bonum fidei ſuæ, & conuerſationis vbiq. odorem ſpargentes, dicere cum Apoſtolo poſſint. Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco. 2. Cor. 2. Idem. Erit quidem virtus contenta candore conſcientiæ, vbi ſequi non poterit odor famæ, cęterum odor famæ, nec excuſare ſufficiet vitium conſcientiæ doloris, prouidebit tamen ſemper quantum in ſe eſt homo virtutis bona, non tātum coram Deo, ſed coram hominibus, vt verè ſit lilium. Idem. Sufficit, ſupra de tranquillitate. Idem de conſi. Intereſt tuæ perfectionis, & malas res, & malas pariter ſpecies deuitare, in altero conſcientiæ, in altero famæ conſulis. Idem. Eſto fortis in fide, decorus in gloria, & probaſti te imitatorem Dei, fortitudo tua fides conſcientiæ eſt, & decor tuus ſplendor bonę opinionis eſt.

Sic famam ſeruemus, vt famę nō intendamus.

### *De Aduerſitate.* *Cap.* 48.

GRegor. in regiſ. Pęna præſens ſi afflicti animum cōuertit, finis eſt culpæ præcedentis, ſi eum ad timorem Domini minimè conuertit, initium eſt pęnæ ſequētis. Idem. Inter flagella poſitos, flagellis digna committere, contra ferientem eſt ſpecialiter ſuperbire, & ſęuientis acrius iracundiam prouocare. Idem. Aduerſitas quæ bonis votis obijcitur probatio virtutis eſt, non indiciū reprobationis. Idem. In omnipotente Deo tunc certa fiducia eſt, quando pro bono opere, aduerſitatis aliquid in hoc mundo recipitur, vt plena merces in æterna retributione ſeruetur. Idem. ipſa malorum ſocietas purgatio bonorum eſt. Idem. Dubium non eſt. ſupra de diſcordia lib. 3. Idem in moral. Sicut aromata fragrantiam ſuā non niſi cum incenduntur, expandunt, ita ſancti viri omne quod virtutibus redolet, in tribulatione innoteſcūt. Idem. Flagella bonorum, aut vitia perpetrata purgāt, aut quę poterant perpetrari futura deuitant. Idem. Cum peruerſum quenquam Deus omnipotens percutit, & condolendum eſt miſeriæ pereuntis, & congaudendum iuſtitię iudicis. Idem. Electi vniuſcuiuſque mens tribus vicibus, id eſt vel labore conuerſionis, vel tentatione ꝓbationis, vel formidine ſolutionis atteritur, atque ipſa attritione purgata liberatur. Idem. Pœna interrogat, ſi quietus quis veraciter amat. Idem, plura ſupra de certamine. Ioan. Chryſoſt. in ſermo. Sicut pluuia in terram deſcendens eleuat ſemina, ſic & tribulatio animam intrans, erigit deſiderium. Idem. Qui aduerſatur virtutem ſuam deſtruit, nobis verò per patientiam coronas operabitur.

Toleradæ aduerſitates, quoniam ſalubres, & electionis ſigna.

Nota.

rabitur. Auguſt.de paſtoral.Si exceptus es paſſione fla
gellorum exceptus es a numero filiorum. Idem in epi-
ſtola. Terror temporalium poteſtatum, quando veri-
tatem oppugnat iuſtis, fortibus glorioſa probatio eſt,
infirmis periculoſa tentatio. Idem ſuper Gene.ad lite
ram. Ipſe ſibi homo in intentionibus certius innote-
ſcit, & iuſte ſalus illa perpetua quæ turpiter amiſſa eſt
per voluptatem, fortiter recipitur per dolorem. Iſid.in
ſyno. Aduerſa corporis animæ remedia ſunt, ægritudo
carnē vulnerat, mentem curat, languor enim vitia ex-
coquit, languor vires libidinis frangit. Idem de ſum-
ma boni. Viri ſancti plus formidant proſpera quã ad
uerſa, quia Dei ſeruos proſpera deiiciunt, aduerſa ve-
ro erudiunt. Ber.ſuper Qui habitat. Bonum mihi Do
mine tribulari, dummodo ipſe ſis mecũ, quam regna-
re ſine te, epulari ſine te, ſine te gloriari. Bonum mihi
in tribulatione, magis amplecti te, in camino habere te
mecum, quam eſſe ſine te vel in cęlo, quid.n.mihi eſt
in cęlo, & a te quid volui ſuper terram? Idem ſuper
canti. In petra. Infra de martyrio.

*De martyrio.* *Cap.* 49.

GReg.in regiſt. Sicut beatus Cyprianus ait, marty
rem non facit pęna, ſed cauſa. Idem in hom. Mo
ri a perſequente, martyrium in aperto opere eſt, ferre
vero cõtumelias, & odientem diligere, martyrium eſt
in occulta cogitatione. Idem. Habet pax noſtra marty
rium ſuum, quia & ſic carnis colla ferro nõ ſubdimus,
ſpũali tamen gladio carnalia deſideria trucidamus. idē
Duo mar- in ethimo. Duo ſunt genera martyrii, vnum in aperta
tyrii gñã. paſſione, alterum in occulta animi virtute. Nam mul-
ti hoſtis inſidias tolerantes, & cunctis carnalibus deſi-
deriis reſiſtentes, per hoc quod ſe omnipotenti Deo
in corde mactauerunt, & pacis tempore martyres fa-
cti ſunt. Io. Chryſ. in ſerm. Habet paupertas martyriũ
ſuum, & egeſtas bene tolerata facit martyrium, ſed e-
geſtas propter Chriſtum, non propter neceſſitatē. Hie
ron. in legenda ſanctæ Paulæ. Non ſolum effuſio ſan-
guinis in confeſſione martyrium reputatur, ſed deuo-
tæ quoque mentis ſeruitus, quotidianum martyriũ eſt.
Idem in epi. Hæc eſt ſola digna retributio, cũ ſanguis
ſanguine compēſatur, & redempti cruore Chriſti pro
redemptore libenter occumbimus, quis ſanctorum ſi-
ne certamine, &c. Supra de certamine. Auguſt.de ciui.
Baptiſmus Dei. Quicunque etiam non percepto regenerationis
ſanguinis. lauacro, pro Chriſti confeſſione moriũtur, tantum eis
valet ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur
ſacro fonte baptiſmatis. Idem. Quanto erit acrior im-
petus belli, tanto maior gloria non cedenti, tanto den
ſior corona martyrii. Bern. ſuper canti. Stat martyr tri
pudians, & triumphans, toto licet lacero corpore, & ri
mante latera ferro, nõ modo fert fortiter, ſed alacriter
ſacrũ è carne ſua circunſpicit ebullire ſanguinem. Vbi
ergo tunc anima martyris? nempè in tuto, nēpe in pe-
tra, nempe in viſceribus Ieſu. Idem. In petra habitans,
quid mirum ſi in modũ petræ diruerit? ſed neque hoc
mirum, ſi exul a corpore dolores nõ ſentiat corporis,
neque hoc facit ſtupor, ſed amor, ſubmittitur.n.ſenſus
non amittitur, non deeſt dolor, ſed contemnitur. Idē
in ſerm. Eſt martyrij genus, & effuſio quædam ſangui
nis in quotidiana corporis afflictione, eſt etiam baptiſ
mus aliq[illegible]is in compunctione cordis, & lachrymarum
aſſiduitate, ſic quippè infirmis & puſillis corde neceſſe
eſt, vt quem ſemel ponere pro Chriſto non ſufficiunt,
ſaltem mitiori quodã ſed diuturniori martyrio ſangui
nem fundant, ſic & baptiſmi ſacramentum, quoniã ite
rari non licet, his qui ſæpius in multis offendunt, fre-
quentiori ablutione ſuppleri.

*De gloria.* *Cap.* 50.

GReg.in moral. Quia in hac vita nobis eſt diſcre-
tio operum, erit in illa proculdubio diſcretio di-
gnitatum, vt ſecũdum quod hic alius alium merito ſu-
perat, illic alius alium retributione tranſcendat. Idem
ſuper illud Iob. donec impleatur riſu os tuũ, &c. In il
la æterna patria cum iuſtorum mens in exultationem
rapitur, lingua in canticum laudis eleuatur. Idem. Ibi
vniuſcuiuſque mentem, ab alterius oculis membrorũ
corpulentia non abſcondet, ſed patebit animus, pate-
bit corporalibus oculis ipſa corporis armonia, ſicq. v-
nuſquiſque tunc erit conſpicabilis alteri, ſicut nunc eſ
ſe poteſt conſpicabilis ſibi. Idem ſicut hi qui adhuc
viuentes ſunt, mortuorum animas quo loco habean-
tur ignorant, ita mortui vitam in carne viuentiũ poſt
eos, qualiter diſponatur neſciunt, quia & vita ſpũs lon
ge eſt a vita carnis, & ſicut corporea, atque incorporea
diuerſa ſunt genera, ita etiam diſtincta cognitione, ꝙ
tñ de animab. ſanctis ſentiendũ non eſt, quia quæ in-
tus omnipotentis Dei charitatem vident, nullo mõ cre
dendum eſt, quia ſit foris aliquid qđ ignorent. Idem.
Qñ ad ipſum fontem vitæ venerimus, erit nobis dele- Beatorum
ctabiliter impreſſa ſitis ſimul, atq; ſatietatis, ſed lõge cognitio.
aberit a ſiti neceſſitas, lõge a ſatietate faſtidium, quia
ſitientes ſatiabimur, & ſatiati ſitiemus. Idem. Aeterna
contemplatione agitur, vt omnipotens Deus, quo ma
gis viſus fuerit, eo magis diligatur. Idem. In illa reſur-
rectionis gloria, erit corpus noſtrum ſubtile quidem
per effectum ſpũalis potentiæ, ſed palpabile per veri-
tatem naturæ. Idē in hom. Credendũ eſt, qđ ante re- Beatorum,
tributionē extremi iudicii, iniuſti in requie quoſdã iu- & damna-
ſtos conſpiciant, vt eos videntes in gaudio, non ſolum torum vi-
de ſuo ſupplicio, ſed de eorum bono crucientur, iuſti ſio.
vero in tormentis ſꝑ intuẽtur iniuſtos, vt hinc eorum
gaudium creſcat, quia malũ conſpiciunt, ꝙ miſericor-
diter euaſerunt, tantoq; ereptori ſuo maiores gratias
referunt, quanto vident in aliis, qđ ipſi perpeti ſi eſſēt
derelicti, potuerunt. Idem in dial. Sicut electos beati-
tudo lætificat, ita credi neceſſe eſt, ꝙ a die exitus ſui,
ignis reprobos exurat. Aug.de ciu. Dei. Erit illius ci- Beatorum
uitatis, & vna in oĩb. & inſeparabilis in ſingulis volũ- ſtatus.
tas libera, ab oĩ malo liberata, & impleta omni bono,
fruens indeſinenter ęternorum iucunditate gaudiorũ,
oblita culparum, oblita pęnarum, nec tñ iõ ſuæ libera
tionis oblita, vt liberatori ſuo non ſit grata, quantum
ergo attinet ad ſcientiam rationalem, memor erit pre
teritorum etiam malorum ſuorum, quantum autē ad
experientis ſenſum prorſus immemor. Idem. Pax cęle-
ſtis ciuitatis eſt ordinatiſſima ſocietas fruēdi Deo, &
inuicem in Deo. Idem. Quãta erit illa fęlicitas, vbi nul
lum erit malum, nullum latebit bonum? vacabitur Dei
laudib. qui erit omnia ĩ omnib. Nã quid aliud agetur,
vbi neque vlla deſidia ceſſabitur, neque vlla indigen
tia laborabitur neſcio. Idem. Ipſe finis erit deſideriorũ
noſtrorũ, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur,
ſine fatigatione laudabitur, hoc munus, hic affectus,
hic actus profecto erit oĩb. ſicut in ipſa vita erit [illegible] s.
Idem. In nobis ipſis imagine Dei contuentes, tãquam
iunior ille euangelicus filius, ad noſmet reuerſi ſurga-
mus, & ad illum redeamus, a quo peccando receſſera-
mus. Ibi eſſe noſtrũ non habebit mortem, ibi noſſe no
ſtrũ nõ habebit errorē, ibi amare nr̃m nõ habebit of-
fenſionē. Idē. Abſit oĩs deformitas, oĩs infirmitas, om
nis tarditas, omniſq; corruptio, etſi quid aliud illud nõ
decet regnum, in quo reſurrectionis, & promiſſionis
filii æquales erunt Angelis Dei, ſi non corpore, nõ eta
te, certè fęlicitate. Idē. Ita Deus erit notus, atq; conſpi-
cuꝰ, vt videatur ſpiritu a ſingulis nobis, in nobis videa
tur.

tur, ab altero in altero videatur, in ſeipſo videatur, in
cęlo nouo, & in terra noua, atque in oĩ quæ tunc fuerit
creatura videatur. Et p corpora in omni corpore, quo
cunque fuerint ſpiritualis corporis oculi, acie peruenię̄
te directi, patebunt etiam cogitationes noſtrę inuicem
nobis. Idem de Trin. Contemplatio eſt merces fidei,
mercedi per fidem corda mundantur, ſicut ſcriptũ eſt.
Mundãs fide corda eorum. Idem illud quod agit iuſti
tia, ſupra li. 2. de quatuor virtutib. Idẽ li. 3. de lib. ar. Tã
ta eſt pulchritudo iuſtitię, tanta iocũditas lucis ęternę,
hoc eſt incommutabilis veritatis, atq; ſapiẽtiæ, vt etiã
ſi nõ liceret in ea amplius viuere, quàm vnius diei mo
ra, propter hoc ſolum, innumerabiles anni huius vitę,
pleni delitijs, & circũfluentia temporalium bonorũ, re
ctè meritoq; cõtemnerentur, non. n. falſo, aut paruo af
Actu. 15. fectu dictum eſt, quoniam melior eſt dies vna in atrijs
tuis ſuper millia. Idem in ſer. Tunc nõ peccabimus nõ
ſolum factis, ſed nec concupiſcentijs, cum illam faciẽ
videbimus, quæ vincit omnes concupiſcẽtias, tã. n. dul
cis eſt fratres mei, tam pulchra, vt illa viſa, nihil aliud
poſſit delectare, ſatietas. n. erit inſatiabilis, nullũ faſti
dium, ſemper eſuriemus, ſemper ſaturi erimus. Idẽ de
Pſalm. 83. confli. Recedat amor pręſentis ſęculi, in quo omnes ſic
viuificãtur, vt deinceps moriãtur, & ſuccedat amor fu
turi ſęculi, in quo oẽs ſic viuificantur, vt deinceps non
moriantur, vbi nulla aduerſitas turbat, nulla neceſſitas
anguſtat, nulla moleſtia inquietat, ſed perennis lætitia
regnat. Ioã. Chriſ. ſuper Ioã. Beati, & ter beati, & mul
totiens beati, qui beata illa potiuntur requie, quemad-
modũ miſeri, & ter miſeri, & infinitè miſeri, qui à bea
titudine illa ſeipſos abijciũt. Fulgentius in epiſt. Sicut
p ſpeculum vitreũ, trina nobis viſio adminiſtratur, qua
nos ipſos, & ipſum ſpeculum, & quicquid pręſens adeſt
videmus, ſic per ſpeculum diuinæ charitatis, & ipſum
Deum (vt eſt) videbimus quantum poſſibile erit crea
turæ, & nos ipſos & oĩa alia, vera & certa ſciẽtia cogno
ſcemus. Ber. ſuper cant. Qui replet in bonis deſideriũ
animę, & ipſe rationis futurus eſt plenitudo lucis, ipſe
voluntati plenitudo pacis, ipſe memoriæ continuatio
æternitatis. Idem. Quare triſtis es anima mea, & quare
conturbas me? ſpera in Deo quoniam adhuc confite-
bor illi, cum error videlicet à rõne, à volũtate dolor,
atque à memoria timor omnis receſſerit, & ſucceſſerit
illa, quam ſperamus, mira ſerenitas, plena ſuauitas, ęter
na ſecuritas. Idem in ſermo. Quemadmodum circa ra
tionale noſtrum, & ſciẽtia & ignorantia conſtat, tanq̃
habitus, & priuatio, ſic circa concupiſcibile deſideriũ,
& cõtemptus, & circa id quod dicitur iraſcibile, & lęti
tia pariter, & ira verſatur. Implebit ergo Deus rationa
le noſtrum luce ſapientiæ, ita vt pęnitus nobis nihil de
ſit in vlla ſcientia, implebit cõcupiſcibile noſtrum fon
te iuſtitiæ, vt omnino deſideremus eã, & ea pęnitus re
pleamur, ſicut ſcriptum eſt. Beati qui eſuriunt, & ſitiũt
Matt. 5. iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, per quam iuſtitiã
quicquid reſpuere debet aĩa reſpuet, & quidquid con
cupiſcere concupiſcet, & ex his oĩbus magis appetit,
quod magis fuerit appetendum. Iã verò quod dicitur
in nobis iraſcibile, cum repleuerit illud Deus, perfecta
erit in nobis tranquillitas, & in ſummam iucũditatem,
atque lætitiam replebimur pace diuina. Idẽ. Sicut reple
bit animas noſtras Deus cum fuerit perfecta in eis ſciẽ
tia, perfecta iuſtitia, perfecta lætitia, ſic replebitur ma-
ieſtate eius oĩs terra noſtra, cum fuerit corpus immor
tale, agile, impaſſibile, configuratum denique corpori
claritatis ſuę. Idem. Aeterna omniũ beatorum ſolenni
tas eſt, facie ad faciem Deum intueri, eius dulcedine ſi
ne faſtidio ſatiari, vt quẽ ſemper habent, ſemper habe
re velint, ac eius viſione ſine defectu pfrui. Anſelmus
Beatitudinis partes. de ſimili. Partes beatitudinis ſunt, pulchritudo, agilitas,
fortitudo, libertas, ſanitas, voluptas, lõgæuitas, ſapien-
tia, amicitia, cõcordia, honor, poteſtas, ſecuritas, & gau
diũ. Iſta (vt æſtimo) ſunt, quę propter ſe, & propter q
alia quæque ab hominibus appetũtur. Et ita notandũ,
quòd ſeptẽ priores beatitudinis partes, ad corporis bea
titudinem, ſeptemq; poſteriores, ad animam pertinẽt.
Idem. in illa vita pulchritudo iuſtorum, ſolis pulchritu
dini, quę ſeptẽpliciter, quàm modo ſit, ſplẽdidior erit,
adęquabitur. Idem. Velocitas nos tanta concomitabi-
tur, vt ipſi Angelis Dei æquè celeres ſimus, qui à cęlo
ad terras, & è conuerſo, dicto citius dilabuntur. Idem.
In futuro ſic iuſtus fortis erit, vt etiam ſi velit, terram
commouere poſſit, & ſic è conuerſo iniuſtus imbecil-
lis, vt nec etiam vermes amouere queat ab oculis ſuis.
Idem. Gaudium erit iuſto, intus & extra, gaudium ſur
ſum atq; deorſum, gaudium circum circa, vbique gau-
dium plenum. Idem. Tunc iuſti ſcient, cunctaq; Deus
facit ſcienda, tam ea quæ præterita, quàm ea quæ poſt
modum ſunt. Ibi a ſingulis omnes, ibi ab omnib. ſingu
li cognoſcentur, nec quemquam omnino latebit, qua
patria, qua gente, qua ſtirpe quis ęditus fuerit, vel quid
etiam in vita ſua fecerit. Si autem fueris malus, vera om
nino ſapientia priuatus, tantis vrgeberis dolorib. vt
non ſolum inſipiens, verum ẽt omnino fias & amens.
Idem. In illa vita ſi bonus fuerit, nihil patietur quod
nolit, ſed agere permittetur quodcunq; voluerit, ſi ve-
ro fuerit malus, ad omnia quæ noluerit cogetur, & ab
omnibus quæ voluerit prohibebitur.

## SERAPHICI DOCTORIS S. Bonauenturæ.

### TRACTATVS DE SEPTEM DONIS Spirituſſancti.

*Capitulum.* I.

OMNE datum optimum, & Iaco. 1.
omne donum perfectũ de-
ſurſum eſt, deſcendẽs à pa-
tre luminum. Sanctus Iaco
bus Apoſtolus à veritate pa
terni verbi illuminatus, &
à charitate Spiritusſancti
inflammatus, in verbis iſtis
deſcribit nobis patrem æ-
ternum, vt eſt fontana, & perfecta cognitio diuina-
rum perſonarum in habitudine ad creaturas, quibus
cõmunicauit datum optimum in filii datione in natu
ra humana, vt patet in Iſaia, qui dicit. Immẽſum par- Iſa. 9.
uulum datum nobis, ſ. in incarnatione, cum quo nobis
omnia bona pariter venerunt. Propter quod Apoſto- Sapient. 7.
lus non dixit ſimpliciter datum optimum, ſed omne
donum optimum, oĩa enim per ipſum facta ſunt. Cõi Ioann. 1.
cauit ẽt eis donum perfectum in ſpiritusſancti libera-
li miſſione. In quo omnia dona largiuntur. Propter Ioan. 14.
quod Apoſtolus Iacobus nõ dixit ſimpliciter donũ p- 1. Cori. 12.
fectũ, ſed oẽ donũ perfectũ. Hæc enim oĩa operatur
idẽ ſpiritus, vt ſic per verbi incarnati, & dati illumina
tionem, & ſpiritusſancti ſpirati, & donati inflamma-
tionem, reducamur ad luminoſi & amoroſi patris ve
rã cognitionẽ, & feruidam dilectionem, & ex his, ad
eius perfectam vnionem. Iſta enim vnio eſt finis lar-
gitionis luminum, vt per eam reducamur ad patris dei
ficam ſimplicitatẽ, & perfectam vnitatem. Vnde Dio
nyſius in principio Angelicæ Hierarchiæ aſſumẽs ver
bum propoſitum dicit ſic. Omne datum optimum, &
omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à

patre

patre luminum. Sed & omnis à patre luminis notæ apparitionis proceſſus, in nos bonitatis dono veniens, rurſus, vt viuifica virtus, extenſiuè nos adimplet, & conuertit ad congregantis patris vnitatem, & deificam ſimplicitatem, & enim ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, vt ait facer Diony. iſta exponens commentator Linconienſis, ibidem dicit. Sumus enim nos primo, per varios variarum rerum amores diſtracti, diuiſi, & multiplicati, & ex ipſa diſtractione contracti, corrugati, & multiplicati, ideo luminum, ſiue donorum diuinorum apparitio in nos proueniens, velut viuifica virtus ordine conuerſo, quo in nos venit, recedendo ſecum ad ſuá originem vnde venit, ab huiuſmodi contractione, corrugatione, & multiplicatione nos extendit, dilatat, & maiorat, & auertēs nos à multitudine prius amatorum, conuertit nos ad patris congregantis vnitatem, & deificam ſimplicitatem. Sequitur. Sua ſimplicitas autem eſt deifica, quia ſpiritum ei ſoli adhærentem, vt Saluator ait, iam vnit ſibi, & conformat, & deiformem efficit, & licet non ſubſtantialiter, participatione tamen ipſius

Pſal.81. Deum facit, ſecundum quod ait Pſal. Ego dixi Dij eſtis: & ſic ſpiritus adhærens Deo puro amore fit magnus, expanſus, & ſimplex, & vnitus, quia à diſperſione congregatus. Hęc ille. Verbum igitur paternum, dicitur datum

Coloſ. 2. optimum, in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei ſunt abſconditi, ſecundum Apoſtolum. Quod verbum in natura humana nobis datum, noſter frater efficitur, quem fratrem ſponſa feruenter deſiderauit, dicēs.

Can.8. Quis mihi det te fratrem meum, &cet. Spiritus autē ſanctus donum perfectum dicitur, quia à patre, & filio, vt donabilis ſpiratur, vt dicit Augu. de Trini. 15. Qualiter verbum datum optimum mittit nobis donum perfectū ſuum, vt ipſe teſtatur dicens. Ignem veni mittere in ter

Luc.12. ram. Quod verbum Ambroſius exponens de miſſione ſpiritusſancti, qui eſt ignis amoroſus, illuminans intellectum, & pariter inflammans affectum, dicit venit Dominus ignem mittere in terram, non vtique bonorum conſumptorem, ſed bonæ voluntatis auctorem, ſcilicet ſpiritumſanctum qui aurea vaſa dominicæ domus, ideſt animæ potentias, capaces diuinitatis meliorat, donis & virtutibus adornando, & perficiendo, fęnū verò conſumit, & ſtipulam, ideſt tam magna, quàm minora offendicula per ignem charitatis expellendo. Et Bernar. dicit. Spi

Spiritusſāctus eſt Ignis.

In ſermo. de penthe. rituſſanctus profectò monet memoriam, docet intelligentiam, & mouet voluntatem, nec minimam paleam peccati intra cordis quod poſſidet habitaculum, patitur reſidere: ſed ſtatim igne ſubtiliſſimæ circunſpectio

Eccl.43. nis exurit illud ſpiritus ſauis & dulcis. Hæc ille. Qui ſol infiniti & amoroſi ardoris, ſcilicet Spiritusſanctus, tripliciter exurit montes; id eſt eleuatas mētes, ſcilicet memoriam, intellectum, & voluntatem. In quibus cōſiſtit imago Dei, & ideo capaces ſunt Dei, vt dicit Aug. libro tertio de trinitate. In tantum, vt pater in memoria audiatur, & verbum ſiue filius in intelligentia videatur, & Spiritusſanctus in volūtate amplexetur. Dicit enim Ri

Libr. 4. de contéplatione.c. 3. chardus. Sic Deus auditur per memoriam, videtur per intelligentiam, deoſculatur per affectum, amplectitur per applauſum. Vel ſi melius placet (inquit Richardus). Auditur Deus per reuelationem, videtur per contemplationem, ſed deoſculatur per deuotionē, & aſtringitur per dulcedinis ſuæ infuſionem: vt infra plenius patebit dono quinto, ſcilicet conſilij. Non autem ſolum

Eccl.43. ſol iſte diuinus exurit montes, vt dicitur in Eccle. Sed & igneos radios exufflat, & refulgens radijs ſuis excæcat oculos. Igneos radios ardentiſſimæ charitatis exufflat ſeptem, quando nobis inſpirat radios ſuos ſeptem donorum, qui & illuminant, & inflammant mentes humanas, quia Spiritusſanctus datur in eis, intantum, vt oculos cæcorum illuminēt, & oculos videntium obducant, vt patet, quando Apoſtoli à Spiritusſancto inſpirati, ſeptem donis eius ita lucebant, & ardebant, vt penè totum mundum illuminarēt, & inflammarent ſignis & doctri Act.2.
nis, & quoſdam propter nimiam refulgentiam obcæcarent, non valentes tantum fulgorem vel refulgentiam ſuſtinere, quare clamabant dicentes. Iſti ebrij ſunt vel muſto pleni ſunt. Iſta ſeptem dona priuilegiata ſanctitate dicūtur radij ignei, quia Spiritusſanctus per ea, qua ſi ad modum ignis amoroſi humiliat alta, per donum timoris, liquefacit dura per modum pietatis: illuminat obſcura, per donum ſcientiæ: conſolidat mollita, per donum fortitudinis: reſtringit fluida, vel dirigit deuiantia per donum conſilij: clarificat metalla, per donum intellectus; ignit frigida, per donum ſapiētię: Spiritusſanctus igitur per dona ſua nobis donat lumen veræ cognitionis, & feruorem ſancti amoris. Quę duo maxima dona, & bona quæ ſunt nobis hic, dantur ad fęlicitatem æternam pręguſtandam, & in futura vita feliciter conſumandam. De quibus duobus bonis commētator Dionyſij, Hugo dicit ſic. Duo ſunt cognitio & amor: vnum pertinet ad illuminationem, alterum verò ad refectionem. Cognitio veritatis illuminat. Amor bonitatis ſatiat. In his beatitudo conſtat, cognoſcere verum & amare bonum. Duo (inquit Hugo) prædicta apud nos ſunt magna bona, & non inueniuntur apud nos maiora alia his, neque ad gaudium, neque ad fœlicitatem noſtram magis operantia quàm lumen & dilectio. Nam ſi illuminaris, magnum bonum eſt, ſed non plenum. Si ſatiaris & non illuminaris, magnum bonum eſt, ſed non perfectū. Refectio iucundum facit, quod intus eſt, illuminatio iucūdum facit, & exhibet quod foris eſt. Videtur quidem refectio magis neceſſaria eſſe, vtrunque tamen ad plenū gaudium exigitur. Hæc ille. Sed quia hæc duo bona magna, & ſummè nobis neceſſaria ſcilicet refectio & cognitio à Spiritusſancto in ſeptem donis eius conferuntur, vt dicit Gregorius lib. I. moralium. Ideo diligenter inueſtigandum eſt nobis, qualiter hęc duo in illis bonis inueniantur, & obtineantur, vt nos per ipſa mentaliter illuminemur ad cognoſcendum cœleſtia, & ſpiritualiter reficiamur ad perfectè conſequendum illa. Dicit námque Gregorius ibidem exponens illud Iob. Ibant filij eius ſeptem, & faciebant conuiuium per domos vnuſquiſque in die ſuo. Dies (inquit) vniuſcuiuſque filij, ideſt doni, ſiue virtutis in mente à Deo concepti, eſt illuminatio. Qui filij per domos conuiuia faciunt, dum virtutes, ſiue dona ſingula, iuxta donum proprium mente paſcunt. Hæc ille. Cum igitur iuxta ſeptem filios, ſunt ſeptem dies ſpirituales, ſiue illuminationes, & quælibet dies habet ſuum couiuium. Igitur ſicut ſeptē ſunt dies, ita & ſeptem conuiuia erunt, ſiue ſeptem mētis refectiones nos præparantia, & nos habilitantia ad illud grande conuiuium, quod verus Aſſuerus ſeptem diebus iuſſit præparari cunctis principibus, & pueris ſuis.

Dona Spiritusſancti ſunt radij ignei.

Super ſeptem angelicæ hierarchiæ.

Iob.1.

Heſter.

*Capitulum.* 2.

VIſo quod datum optimum, ſcilicet verbum incarnatum miſit nobis donum perfectum, ſcilicet Spiritumſanctum, qui vt ſol amoroſo ardore exurens mōtes, ideſt eleuatas mētes, igneos radios ſeptem donorum inſpirando exufflat: vt tanquam ſcintillæ igneæ in arundineto mentis diſcurrant, vt & in operationem foras erumpant, & proximos verbis, & exemplis tangendo, igne amoris accendant. Ideo modo videndum eſt, de iſtis ſeptem donis, ſiue radijs, qualiter in nobis recipiantur, & operentur. Et ſunt quædam de donis iſtis præmittenda in generali, & poſtea de quolibet dicetur in ſpeciali. Circa primum, quinque ſunt videnda, propter maiorem notitiam aliorū infra dicendorum. Primò videndū eſt, quot ſint dona Spiritusſancti,

ſancti, vel quid dicantur. Secundò qualiter hęc dona ab alijs habitibus diſtinguantur. Tertiò, quæ vtilitates in his donis conferantur. Quartò, qui & quales, iſtorum donorum capaces efficiantur, & qualiter obtineantur. Quintò qualiter dona deſcendendo, & aſcendendo ordinantur. Primò igitur videndum eſt, quot ſint dona Spirituſſancti. Circa quod eſt ſciendum, quòd Linconien. commentator Dionyſij exponens verbum illud. Omne datum optimum, & omne donum perfectum: dicit eſſe differentiam inter dationem, & inter datū bonum, & inter donum perfectum. Nam datio eſt dantis actio, & quandoque ſumitur pro re data quacūque quę poteſt dari. Et hæc datio bona extendit ſe tam ad dona data bona, quàm ad donū perfectum. Et hæc datio, vel donatio conuenit toti Trinitati, quæ eſt infinitæ liberalitatis, dans omnia omnibus, ſecundum cuiuſlibet capacitatem, & gradum eſſentiæ ſuæ. Si enim natura non deficit in neceſſarijs, vt dicit in lib. de cœlo & mundo, & de anima, multò minus Dominus non deficit in neceſſarijs. Qui enim omnia bona creauit, omnia bona regit. Sed talis datio propriè non dicitur donum, prout nunc loquimur de donis, donum tamen eſt. Datum verò bonum (inquit) Linconien. dicitur, quod nos bonificat, vt omnia quæ nobis à dante conferuntur, quibus boni efficimur. Sunt autem data bona fortunæ, & omnia talia tam exteriora, quàm interiora bona, & cum eis bene vtimur, nos perficiunt perfectione prima. Donum autē perfectum (inquit) Linconien. ſumitur pro bonis gratuitis. nos in bene eſſe perficientibus. Vnde in ca. 3. Angelicæ Hierarchiæ dicit ſic. Licet perfecti ſimus, quantum ad ſpeciem humanam, à natura tamen perfectio quantum ad bene eſſe, deficit nobis. Vnius enim cuiuſque rei creatæ plena perfectio eſt, non eſſe impeditæ operationis, propter quam creata eſt, nec remiſſę virtutis, à qua procedit. Natura enim operans otioſa eſt, & intantum deficiens, inquantum ab operatione propria otiatur. Cum verò ea non impeditè, nec remiſſe operatur, non eſt qđ ei vltra ad plenitudinem adijcietur. Ad talem autem perfectionis plenitudinem, homo mortalis peruenire non poteſt, niſi ſupernaturalibus luminibus, ſiue donis adiuuetur. Vnde Hugo dicit. Rationalis creatura, quæ ſola ad imaginem conditoris facta legitur, data accepit optima, dum conderetur ad infima, & data accepit perfecta, dum ſublimaretur ad ſumma. Neque enim melius alteri naturę datum eſt, ab eo quod primum accepit per creationem, ſcilicet imaginem Dei, neq; perfectius accepit eò, quòd poſtmodum eſſe meruit per gratiam, ſcilicet Dei templum, Dei filius, vt per amoris vinculū Deo inſeparabiliter colligetur, & ſic fieri beatam, quod meruit per gratiam. Igitur dona perfecta gratuita, perficiūt dona optima naturalia, vt ſic ſpiritus humanus per habitus donorum deiformium, reducatur ad plenam perfectionem, & operetur operationes non impeditas, prout poſſibile eſt in corpore corruptibili. Et ſic dona iſta videntur eſſe habitus quidam gratuiti, vel gradus quidā, & non habitus diuerſi luminis diuini & gratuiti, ſecundum quoſdam à Spirituſancto mentibus humanis infuſi, quibus diſponantur, vt habiles fiant, & diſpoſiti ad ſequendum inſtinctus Spirituſſancti, qui inſtinctus ſunt memoriæ admonitio, intellectus illuminatio, volūtatis motio. Et licet ratio, & ſyntherefis ſint quidam inſtinctus in homine, inclinantes eum ad aliquem ſibi connaturalem finem conſequendum per potentias eius, tamē cō conſequantur finem vltimum ſupernaturalē non ſufficiunt, quia in corpore corruptibili habent operationes multipliciter impeditas. Et ideo indigent virtutē ſuperioris agentis, ad conſecutionem talis finis. Vnde Philoſophus in libro de bona fortuna dicit. His qui mouentur per inſtinctum diuinum, non expedit conſiliari ſecundum rationem humanam, quia id quod ratē dunt, conſequuntur à meliori principio, quàm ſit ratio humana ſcilicet per inſtinctum diuinum. Ad cuius inſtinctus conſecutionem, dona eius nos habilitant, et preparant, quæ ab ipſo liberaliſſimè donantur. Sunt autem hæc priuilegiata dona ſeptem, quæ dicuntur priuilegiata, eò quòd in eis donatur Spirituſſanctus appropriatè loquendo, & quòd ſecundum prophetam fulſerunt in Chriſto, vt patet in Iſaia, qui dicit ea ſuper florem, qui aſcendit de radice Ieſſe requieuiſſe, vbi enumerat ea dicens. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientię & intellectus, ſpūs conſilij & fortitudinis, ſpūs ſcientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini. In hac autem enumeratione, deſcendendo procedit à ſummo & combinando per mediam copulam, vt ſimul oſtendatur donorum diſtinctio, & connexio, origo, & ordo. Sunt autem hæc dona tantum ſeptem. Quia ſicut dicit Gregorius. Per ſeptenarium ſignificatur vniuerſitas, vt ſicut mundus ſeptem diebus eſt perfectus, ſic & minor mundus homo, ſeptem donis Spirituſſancti perficiatur. Sunt enim ſeptem dona, propter ſeptem expeditiones hominis, tam in vita actiua, quàm in vita cōtemplatiua neceſſaria. Nam Anſelmus li. de ſimilitudinibus circa finem dicit, quòd quatuor dona inferiora reſpiciunt vitam actiuam, & duo alia, reſpiciunt vitam contemplatiuam. Superiora ſunt, donū ſapientię, & intellectus, conſilij, vt infra patebit. Et ſic ſeptem dona, ſunt ſeptem radij ſpirituales, tam ſplendidi, quàm igniti: procedentes à ſole ardentiſſimę charitatis, quibus ſapientia ædificauit ſibi domum, & manerium quaſi ſeptem columnis exciſis, quibus fulcitur, & adornatur, & perficitur. In qua ſapietia, dulciſſima conuiuia ſpiritualia miniſtrat inhabitantibus. Vnde dicitur ibidem. Sapientia immolauit ſibi victimas, & miſcuit ſibi vinū, & propoſuit menſam ſuam: cuius copiā & dulcedinem nemo ſcit, niſi qui accipit per experientiam, vel per reuelationem, vt dicit Aug. vel per prædeſtinationem, vt ait Haymo ibidē.

Datio, datum, & donum, quo modo.

Super principium Angelicę Hierarchiæ.

Iſa. 11.

Cur dona Spirituſſācti in ſeptenario numero.

Sup Eze. par. 2. homil. 3.

Prou. 9.

Prouer. 6.

Sup Apo. 2.

*Capitulum. 3.*

Secundò vidēdum eſt, qualiter hęc ſeptem dona Spirituſſancti ab alijs habitibus, & donis diſtinguātur. De quo notandum eſt, quòd commentator Dionyſij, Hug. ſuper principium Angelicæ Hierarchiæ, dicit ſic. Gratia diuina illuminatio eſt, & ipſa dona gratiæ lumina ſunt, illuminantia eos, qui ſe participant, et omnis gratia ab vno fonte deſcendit, & omnis illuminatio ab vno lumine, & multi ſunt radij, & vnum lumen. Et ſpargit ſe vnum, vt multos illuminet, & luceant illuminati multi, & non videntur niſi vnum lumen, & fiunt multi vnū in lumine vno. Hęc ille. Ex quo apparet, quòd gratia eſt lumen, multos habens radios, vel gradus diuerſarum virtutum, & ornamentorum ſpiritualium. In ipſa .n. gratia gratum faciente datur Spirituſſanctus, qui eſt donū perfectum perficiens animam, vt efficiatur filia patris æterni, ſponſa Chriſti, & templum Spirituſſancti, ideò meritò vocatur gratia gratum faciēs. Sine enim ipſa nullus poteſt mereri, nec in bono proficere, nec ad ęternam vitā peruenire, ideo neceſſe eſt, vt per varios radios gratiæ habeat anima varia exercitia virtutum, donorū, beatitudinum, fructuum ſpiritualium, & ſpiritualia dona ſēſuū, vt & vita ſpiritualis ex ipſis perfecta manifeſtetur. Gratia igitur cum ſit origo, et forma omnium habituū, & gaudium virtualium, ramificatur in habitus, vel gradus virtutum moralium, quibus vires appetitiuæ perficiuntur, ad obediendum rationi qua reguntur, vt in omnibus actibus ſuis, & rectè delectabiliter, & perfectè omnia operentur. Sūt autem quatuor virtutes morales, quæ dicuntur cardinales: quia vt oſtium vertitur in cardinibus,

**Quatuor virtutes Cardinales.**

dinibus, ſic vita humana veſtitur, & regitur in his virtutibus, quæ ſunt. Prudentia, quæ rectificat rationalem: Fortitudo, rectificat iraſcibilem. Temperantia, rectificat concupiſcibilem. Iuſtitia, rectificat oẽs vires, quia comprehendit totius aĩæ rectitudinem, cum ipſa rectitudo dicatur volũtatis. Et dicit Auguſtinus, quòd prudentia neceſſaria eſt in eligendis, fortitudo in tolerandis, temperantia in vtendis, iuſtitia in diſtribuendis. Et Augu. in lib. muſicæ, dicit, quòd prudentiæ ſuccedit cõtemplatio, fortitudini firma adhæſio, temperantiæ, dilectionis menſura, reſpectu creaturarum, vel creaturæ (quia dilectionis diuinæ menſura eſt ſine menſura, vt dicit Ber. in lib. de diligen. Deo, circa principiũ) iuſtitiæ ſuccedit ordinatio debita ad Deum, & proximum. Ramificatur etiam gratia gratum faciens in habitus, vel gradus virtutum intellectualium, quibus ratio perficitur, quæ eſt virtutum moralium motiua & directiua, ne per immoderantiam illarum impediantur virtutes intellectuales mentis contemplatiuæ tendentes in cognitionem diuinarum veritatũ: quibus mens illuminatur, vel etiam reficitur. Et ſunt tres, vt dicit Philoſophus.

**Virtutes intellectuales tres.**

Sapiẽtia regit affectum. Intelligentia intellectum. Prudentia regit vtrunq;. Prudentia. n. ſpiritus regit cogitationes, & affectiones. Sapientia regit affectum: dũ ei ſapere facit vnumquodq; prout eſt, cœleſtia, vt cęleſtia, terrena vt terrena. Vnde Bernard. Inueniſti ſapientiam, ſi tibi ſingula horum ſapiunt prout ſunt. Igitur quæ ſurſum ſunt ſapit, non quæ ſuper terram: ait Apoſtolus.

**Ad Col. 3.**

Intelligentia regit intellectũ, dum ipſum introducit per omnia velamina vſq. ad intimas quidditates rerum. Dicitur. n. in libro de ſpiritu & anima, quod intelligẽtia eſt qua de diuinis (quantũ poſſibile eſt) cognoſcitur ad cœleſtia arcana penetranda. Prudentia verò regit vtrunq;, quia (vt dicit Philoſophus in 6. eth.) Prudẽtia eſt recta rõ agibilis vtriuſq;. Ramificatur etiam gratia gratum faciens, & proficit in habitus & gradus virtutum theologicarum, q̃ ſunt perfectiones, & virtutes prædictæ, eo ꝙ per virtutes theologicas anima perfectius in Deum fertur, & ei immediatius coniungitur. Sunt autem tres virtutes theologicæ. ſ. fides, ſpes, & charitas. Fides Deum quærit, & ſcrutatur. Deũ ſapit, & de tentatione aſſecuratur, Charitas Deum tenet, & amplexatur.

**Tres virtutes theologicę.**

**Cant. 3.**

Vnde in Cant. dicit amica. Inueni quem diligit anima mea: tenui eum nec dimittam, vbi dicit Bernard. Quis te non teneat Domine Ieſu, qui tenentẽ, ſpe fortificas, perfectione decoras, perſeuerantia conducis, remuneratione perducis? Ramificatur etiam gratia hæc in habitus, vel gradus ſeptem donorum Spirituſſancti, qui viresnimæ diſponũt ad hoc, ꝙ bene & promptè ſubdantur motionibus Spirituſſancti, qui in eis donatur. Et quaſi ſuper humano modo operatur, quod tñ perfectè fieri non põt, niſi per dona iſta vires mentis ſanentur, & reparentur. Dicit nanque Hugo in tractatu ſuo de quinq: ſeptenis circa principium ſic. Sunt ſeptem vitia capitalia, ſiue principalia, ex quibus vniuerſa mala oriuntur, quæ ſunt fontes abyſſi tenebroſæ, de quibus flumina Babylonis exeunt, quæ vaſtant vniuerſam naturæ integritatem, & generant quoſdam animę languores, interioris hominis quaſi vaſtatores, quorũ quidam hominem ſpoliant, quidam ſpoliatum flagellant, quidam flagellatum eijciunt, quidam eiectum ſeducunt, quidam ſeductum ſeruituti ſubijciunt. Superbia enim aufert homini Deũ. Inuidia aufert ei proximum. Ira aufert ei ſeipſum. Triſtitia ſpoliatum flagellat. Auaritia flagellatum eijcit. Gula eiectum ſe ducit. Luxuria ſeductum ſeruituti ſufficit, dum ſpiritum humanum fęde carni ſeruire compellit, vt iã infirmus ſpiritus cum Pſalmiſta clamet. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Aſcendi in altum maris, & tempeſtas demerſit me. Hæc ille. Sed ecce Spirituſſanctus, qui eſt

**Pſal. 68.**

fons aquę viuę ſalientis in vitam æternam, vt dicis Dominus Septem flumina tam ſplendida veritate, quàm ignea charitate, & viuida veritate effudit in orbem terrarum. Hæc aũt flumina, ſeptem ſunt dona Spirituſſancti, quibus Deus totum regnum animæ purgat, rigat, & fœcundat, & omnes vires mentis ſanat ornat, & conſumat, intantum vt quilibet credens, fiat fons, de cuius ventre fluẽt aquæ viuæ, ſicut dicit ſcriptura, vt ait Dñs.

**Ioan. 4.**

**Ioan. 7.**

Nam per donũ timoris Dñi, Spirituſſanctus ſuperbiam ab hoĩe expellit, & Deum humiliter introducit. Per donum pietatis, inuidiã turpiter conculcat, & proximũ ad ſe, dulciter inuitat. Per donum ſcientiæ, iram totaliter ſedat, & totum hoĩem intra ſe prudenter pacificat & quietat. Et per donum fortitudinis, accediã velociter opprimit, & vigorem mentis, vehementer ad operandum impellit. Per Donum conſilij, auaritiam potenter extinguit, & theſauros cœleſtes ſapienter conquirit. Per donum intelligentiæ, ſeu intellectus, gulam violenter reprimit, & cœleſtibus delitijs mentẽ ſpiritualiter reficit. Per donũ ſapĩæ, luxuriã viriliter deſpicit, & totũ hominem caſtitati, & libertati reſtituit. Oĩa prædicta, infra in ſingulis donis patebunt. Et Hugo in fine prædicti libri, concludit dicens. Spiritus ergo ſapĩæ, cor ſua dulcedine tangens, & foris concupiſcentiæ ardorẽ temperat, & ſopita concupiſcentia intus ſpũalem creat: quatenus dum mens tota ad internum gaudiũ colligitur, plenè ac perfectè homo ad imaginẽ Dei reformetur. Sapĩa nanq; à ſapore dicitur. Cum igitur mens æternæ dulcedinis guſtu tacta ſe per deſideriũ intus colligit, ne foris iã enormiter in carnis voluptate diſſoluatur; totũ intus poſſidet in quo delectatur. Guſtato. n. ſpiritu deſipit omnis caro. Hęc ille. Eſt tñ ſciendum, ꝙ ſicut dicit Greg. 1. moralium. Dona ad perfectionem plenam non perueniũt, niſi fide, ſpe, & charitate, fiat omne quod agũt, quia ſibi inuicem cooperantur. Ecce ſanctiſſima dona nos abilitant, & diſponunt ad ſummi boni capacitatem, familiaritatem, & fruitionem. Sed quia dicit Aug. Per tractans illud Pſal. Lętetur cor quærentium Dñm, quærite faciẽ eius ſempet. Qui ſemper quæritur nunquam inuenitur. Quomodo igitur lętabitur cor quęrẽtium Dñm, & nõ magis triſtabitur? Et reſpondet Augu. ꝙ Dominus incompręhẽſibilis eſt; & hoc cognoſcere inuenire eſt. Bene dicit igitur, quòd ſine fine quærendus, qui ſine fine eſt diligendus. Satiabimur tñ, cũ apparuerit gloria eius.

**Libr. 3. de tri. cap. 2. Pſal. 104.**

Ideo gratia eius gratum faciens, ramificare, & proficere debet vſq; ad gradus & excellentias perfectionum, ſecundum quas homo operatur, quaſi diuino modo perfectiſſimos actus, quadam excellẽtia, quia verò fini magis appropinquant, recto vocabulo nuncupantur, ex nomine beatitudinum. Sunt autem ſeptem beatitudines, quas Saluator enumerat. Licet ſecundum aliquem modum poſſent dici octo. Et ſunt hæc, ſ. paupertas ſpiritus, mititas, luctus eſuries, iuſtitia, miſericordia, cordis munditia, & pax.

**Matth. 5.**

**Octo beatitudines, & earũ ordo.**

Numerus iſtarum beatitudinum, & ordo accipitur ex integritate perfectionis hominis. Primo, ad integritatem perfectionis & neceſſariò requiruntur tria. Primò perfectus receſſus à malo. Secundo, perfectus proceſſus in bono. Tertiò, perfectus ſtatus in optimo. Sanè malum, aut procedet ex tumore ſuperbiæ, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiſcentiæ, ſed paupertas ſpiritus elongat à malo timoris. Et eſt prima beatitudo. Quia dicit Gl. Matth. 5. Sicut initium ſapientiæ eſt timor Domini, ſic paupertas ſpiritus, eſt principium beatitudinis. Et facit duo ſcilicet rerum abdicationem, & ſpiritus contritionem, ſiue humiliationem. Mititas elongat à malo rancoris. Luctus elongat à malo libidinis, & languoris concupiſcibilis. Secundò, ad proceſſum in bono, pertinent duæ beatitudines, ſcilicet eſuries iuſtitiæ, & effectus miſericordiæ. Tertiò ad ſtatum optimum pertinet

tinet limpida cognitio, & tranquilla refectio. Munditia cordis, valet ad viuendum. Pax vltima beatitudo mentis, valet ad perfectè fruendum. Sunt & aliæ rationes huius numeri & ordinis, vt infra patebit. De hac pace dicit beatus Auguſt. Sic. Pax eſt ſerenitas mentis, tranquilitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis. Hæc eſt quæ ſimultates tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles armat, diſcordes ſedat, inimicos concordat. Cunctis eſt placida, neſcit extolli, neſcit inflari. Hanc qui accipit teneat, qui perdit repetat, qui amiſerit exquirat, quoniam qui in eadem non fuerit, vel erit inuentus, à patre abdicatur, à filio exheredatur, & nihilominus à Spirituſancto alienus efficitur, nec ad hæreditatẽ Domini peruenit, qui teſtamentum pacis obſeruare noluit. Hæc Augu. Hac igitur pace habita, quid ſequitur niſi ſuperabundans delectatio ſpiritualis, quæ conſequitur opera perfecta? Dicit enim Origenes ſuper Cantica. De natura boni operis eſt, quod ad ipſius multiplicationem multiplicatur delectatio, & quaſi quoddam condimentum cibi ſpiritualis eſt, illaritas bene operantis. Et Gregorius libro primo moralium dicit, Comedere animæ, eſt bonis operibus ſatiari. Bonum enim operatum, fert ſecum dulcedinem in guſtu, & gaudium in corde. Cum igitur in beatitudinibus prædictis ſint operationes perfectiſſimæ: neceſſe eſt, vt dulcedines dulciſſimas generent, in habente illas. Ad has beatitudines igitur propter ſuam plenitudinem, & perfectionem, duodecim fructus ſpiritus, & quinque ſenſus ſpirituales, cõſequuntur. Qui non dicuut nouos habitus, ſed ſtatus delectationum, & conſolationum, quibus conſolantur ſpiritus iuſtorum virorum. Continetur autem numerus iſtorum fructuum in duodenario, propter inſinuandam ſuperabundantiam delectationum. Eſt enim numerus duodenarius abundans, in quo inſinuatur ſpiritualium chariſmatum exuberantia, quibus fruitur, & delectatur anima ſancta. Fructus autem ſunt hi. Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, & caſtitas. Qui dicunt delectationes, conſequẽtes opera perfecta. Per ſenſus autem ſpirituales, qui dicunt perceptiones, vel experientias mentales, percipit anima ſpiritualia fructuum oblectamenta. Sed notandum eſt, ꝙ ſicut dicitur in libro de ſpiritu, & anima: duo ſunt ſenſus in homine, vnus exterior, alter interior, & vterque ſuum bonum habet quo reficitur. Senſus exterior reficitur contemplatione humanitatis, ſed ſenſus exterior contemplatione diuinitatis. Propterea Deus factus eſt homo, vt totum hominem beatificaret, & tota conuerſio hominis, & dilectio eſſet ad ipſum. Hoc enim totum bonum hominis erat, vt ſiue egrederetur, ſiue ingrederetur in ſuo factore, paſcua inueniret. Conſtat. n. homo ex carne & anima. Et in carne ſunt quinq; ſenſus, ſcilicet uiſus, auditus, olfactus, guſtus, & tactus, quos tamẽ non mouet abſq; animæ ſocietate. Ita anima ſimili modo habet quinq; ſenſus ſpirituales. Quia ſpirituales res, non corporalibus ſenſibus, ſed ſpiritualibus rimandæ ſunt. Et ſequitur ibidem. Vnde diuina vox in Deuteronomio. Videte ꝙ ego ſum Dominus ſolus. Ecce viſus ſpiritualis. Et in Apoc. Qui habet aures audiendi, audiat, quid ſpiritus dicat eccleſ. Ecce auditus ſpiritualis. Et in Pſal. Guſtate, & videre quoniam ſuauis eſt Dominus. Ecce guſtus ſpiritualis. Et Apoſtol. dicit. Bonus odor Chriſti ſumus. Ecce odor Chriſti ſpiritualis, vel olfactus. Et in Euangelio, fide mulierem ſe tetigiſſe, magis quàm corpore oſtendit dicens. Quis me tetigit. Ecce tactus ſpiritualis. Et ſequitur. Sic cum omni cautela obſeruandum eſt, quid ad corporis ſenſus, & quid ad animæ dignitatem pertineat. Hæc ille. Hos ſenſus ſpirituales, & eorum experientiam videtur Auguſt. habuiſſe, qui lib. 10. confeſſionũ ait. Quid amo cum Deum meum amo, certè non exteriora, ſed amo quandam lucem, & quandam vocem, & quendam odorem, & quendam cibum, & quẽdã amplexum interioris hominis mei: vbi fulget animæ meæ lumen quod non capit locus, vbi ſonat verbum quod nõ capit tempus, vbi olet odor quẽ non ſpargit flatus, vbi cibus quem non minuit edacitas, vbi hæret amplexus quem nõ diuellit ſocietas. Hæc amo cum Deum meum amo. Hęc Aug. Ex his aliquali ter apparet vel apparere poteſt diſtinctio & differentia prędictorum habituum, vel magis graduum & intenſionum perfectionalium. De his ſenſibus ſpiritualibus, plenius dicitur in tractatu de itineribus æternitatis. cap. 6.

Lib. de verbis Domini. cap. 58.

Pax qd ſit

Fructus ſpiritus qui.

Sũt quinque ſenſus ſpirituales in anima.

Deut. 32.

Apoc. 2.

Pſalm. 33.

2. Cor. 2.

Matth. 9.

### Capitulum 4.

Vtilitas ex donis ſeptem Spirituſſancti prouenientes.

TErtiò videndum eſt quæ vtilitas in iſtis ſeptem donis Spirituſſancti conferatur. Circa quod notandum eſt, ꝙ Spirituſſanctus per ſua dona primo ſibi domum mentalem in iocundum habitaculum & in ſanctum manerium præparat. Nam donum ſapientiæ, virtutibus ædificat mentis domum. Donũ intellectus, mentis domum contemplatione illuminat. Donum conſilij, domum mentis gubernat prudentia. Donum fortitudinis, mentis domum ſtabilit & defenſat patientia. Donum ſcientiæ, mentis domum multipliciter ditat, & cibat diuinis veritatibus; Donum pietatis, mentis domum diuino cultu peronat. Donum timoris, mentis domum mundã conſeruat, & omne peccatum ab ea totaliter expellit, & extirpat, quia timor Dñi expellit peccatum, vt dicitur in Eccleſia. Hæc poſſunt elici ex verbis Bedæ, in vna homilia ſuper Matth. cap. 12. vbi dicit. Sapientia domũ ædificat. Intellectus gubernacula inuenit. Conſilium, bona à malis diſcernere facit. Fortitudo, in patientia aĩam poſſidet. Scientia, diuitiæ Dei & ſalutis acquiruntur. In pietate proſperitas præſentis vitæ & futuræ conſiſtit, ad omnia. n. vtilis eſt. Timore, humilitas conſeruatur, & omne peccatum expellitur. Et ſic mens humana, Deo in habitaculum ſanctum præparatur. In quo habitaculo, quantam familiaritatem Dñs cũ mente humana habeat, & quot conſolationes ei exhibeat, infra patebit. Secundò dona Spirituſſancti, totam familiam domus mentalis, ſiue vires animæ ad expeditè miniſtrandũ Deo, & faciliter obediendum diſponunt & habilitant, vt docet Beda ſuper Matth. exponens illud verbum. Mulier habuit ſeptem viros. Spiritus ſapientiæ, negligentiam ſcilicet miniſterij, à pigro repellit. Spiritus intellectus, diligentiam miniſtrandi rationabiliter quærit. Spiritus conſilij, prouidentiam diuinam prudẽter inuenit. Spiritus fortitudinis, impedimenta miniſtrandi fortiter retundit. Spiritus ſcientię, obliuionẽ diu eſſe non ſinit lubricam. Spiritus pietatis, humanam fragilitatem circa miniſterium clementer indulget. Spiritus timoris Dei, improuidam ignorantiam ardenter decoquit, & mentem pia ſollicitudine ad ſatisfaciendũ Deo impellit. Quia qui Deum timet, nihil negligit, ait ſapiens. Et Gregorius dicit. Deum timere, eſt nulla quæ facienda ſunt pterire. Et ſi tota familia mentis ſeruiet vniuerſorum Dño, cui ſeruire regnare eſt, ait Apoſtolus & Gregor. Sed neceſſe eſt ſcire hic, quę ſit iſta familia mẽtis, & quę ſit dignitas, ordo, & operatio eorũ. De quo notãdũ eſt, ꝙ in libro de ſpiritu & aĩa, parum poſt principiũ dr: ꝙ nobilis creatura eſt aĩa. Ciuitas nãq; Dei eſt, de qua (ſecundũ pſalmiſtã) tã glorioſa dicta ſunt, quia ad immaginem & ſimilitudinem Dei facta ſit. Sequitur. Sed quia nulla eſt ciuitas abſq; populo, ideo diſpoſuit in ea conditor noſter, populũ triplicis gradus. i. ſapientes ad conſulendum, milites ad pugnandum, artifices ad miniſtrandum.

Eccl. 1.

Eccle. 7.

Anima ciuitati comparatur.

Pſal. 86.

niſtrandum. Et ſequitur ibidem. Ciues huius ciuitatis ſunt naturales,& ingeniti animæ vigores,tanquam indigenæ. Quorum diſtincti ſunt gradus,alij ſunt ſuperiores,alij medij,alij inferiores. Superiores quidem ſunt ſenſus intellectuales. Medij rationales. Infimi ſunt animales. Et tantum de familia hac ſufficiat, quantum ad præſens propoſitum. Sed de ordine iſtius familiæ,& operatione infra require cap. 5. ſecundæ partis. Tertio Spiritusſanctus per dona prædicta,totam familiam animæ ſiue mentis vires erudit,& munit contra tentamenta,& defectus naturales,vel contractos,quibus ſecundum diſpenſationem diuinam quandoq; exercentur: ne ocioſi in delectabili tranquilitate donorum tepeſcant, & inde habeantur vt ingrati, & non cognoſcant. Vnde Gregor. lib. 4. moralium dicit ſic. Nonnunquam fit,dum mens noſtra tanti muneris plenitudine donorum atq; vbertate fulcitur, & continua ſecuritate in his perfruitur, vnde ſibi hæc ſunt obliuiſcitur:& quaſi ſe putat habere,quod nunquam ſibi conſiderauit abeſſe. Vnde fit quod eadem gratia donorum,quandoque vtiliter ſe ſubtrahat,vt menti præſumenti,quantum in ſe infirmetur oſtendat. Sequitur. Tūc enim verè cognoſcimus bona noſtra vnde ſint, quando hæc quaſi amittendo ſẽtimus, quia à nobis ſeruari non poſſunt. Et dicit ibidẽ, quòd contra ſingula tentamenta Spiritusſanctus erudit & munit mentem, in ſeptem virtutibus ſiue donis, quæ pro eodem accipit,vt patet ibidem.

Vnde contra ſtultitiam humanam, vel mundanam, dat ſapientiam diuinam. Contra hebetudinem humanam, dat donum intellectus. Contra præcipitationem periculoſam, dat donum conſilij. Contra timorem vt eſt paſſio,dat donum fortitudinis. Contra totam ignorantiam,dat donum luminoſæ ſcientiæ. Contra cordis duriciam,dat donum benignæ pietatis. Et contra pertinacem ſuperbiam,dat donum humilis timoris.

Et infra dicit. Mira autem hoc nobiſcum agitur diſpenſatione,vt mens noſtra culpæ nonnunquam pulſatione feriatur. Nam homo magnarum virium ſe eſſe crederet, ſi nullum vnquàm virium ſuarum defectum intra mentis archanum ſentiret. Nam vnde ſe pertimeſcit enormiter cadere,inde accipit fortiter ſtare. Et vt dicit Grego. ibidem. Tentatio talis excitat,vt ſe mens in certamine cautius accingat. Quarto Spiritusſanctus per dona omnes vires mentis,& totam familiam animæ habilitat,& diſponit,vt ad cęleſtia per gradus aſcendant, vbi eſt vera patria animæ. Vnde Greg. exponens illud

Sup Ezechi. part. 2 Homil. 7.

Septē graduū erat aſcenſus ciuitatis ait. Sunt multi,qui iam per ſeptem gradus, ideſt per ſpiritus ſeptiformem gratiam,aditum vitæ cœleſtis inueniunt,vt hi.

Qui per timorem Dei ſunt humiles. Vnde dicitur in

Iob. 22.

Iob. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. ſ. cœleſti. Per pietatis ſtudium,ſunt miſericordes, quia in Mat. dicitur.

Matt. 5.

Beati miſericordes,quoniam miſericordiam conſequentur,&c. Per ſcientiam,ſunt diſcreti,ſunt diſcernentes inter malum & bonum,& qualiter ſaluentur. Quam ſcientiam dat Spiritusſanctus, vt dicit Anſelmus.

Libr. de ſimilitu. c. 1.

Per fortitudinem, ſunt liberi vel animoſi, vt nulli vitio ſubijciantur,quia fortitudo & decor indumentum eius. Decor autem vitium vincit. Per conſilium ſunt cauti.

Eccl. 32.

Vnde in eccleſiaſtico dicitur. Sine conſilio nihil facias, & poſt factum non pęnitebis. Per intellectum, ſunt prouidi, quia intellectus cum dono ſuperaddito penetrat omnia velamina, vſq; ad archana cœleſtia, de hoc infra.

Sapien. 8.

Per ſapientiam, ſunt maturi, iuxta illud. Quæ attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Et hæc amicos Dei conſtituit.

De hac ſapientia dicit Alanus libro de planctu naturæ ſic. Sapientia eſt fructus internæ delectationis, delicioſus animæ paradiſus. Hæc cū in cęleſtem terrenum, ideſt in mortalem cadit hominē, in Deum deificæ mutationis auctoritate conuertit. Sunt & aliæ multæ vtilitates, vt in ſingulis donis patebit.

*Capitulum* 5.

QVartò videndum eſt, qui,& quales,& qualiter iſtorum ſeptem donorum ſiue radiorum capaces efficiantur,quæ tā liberaliter fidelibus exhibentur. De quo notandum eſt,quòd Dionyſ. lib. 4. de diuinis nominibus!, ſecundum commentum abbatis Vercellen. dicit ſic. Cum diuinitas ſuper ſubſtantialiter ſit bona, & ſuā bonitatem ad vniuerſitatem extendat, cuius rei qualecunq; indicium in ſole corporeo oſtenditur,qui nō pręmiſſa electione,ſed ex principali naturæ ſuæ proprietate,per ſeipſum quantum in ſe eſt, circumquaque cūcta illuminat luminis ſui capacia,& ſibi expoſita,& hoc ſecundum ſingulorum illuminandorum proportionem: Sic meritò diuina bonitas incomparabiliter ſuper ſolē, non minus ſuper obſcuram imaginem quam ſuper claram,non minus ſuper cęcam, quàm videntem, vt alibi exemplificat,ex proprietate naturæ ſuæ omnibus creaturis ſuis proportionaliter immittit radios ſuæ vniuerſalis bonitatis,per quos ſubſiſtit, viuit, & operatur vnaqueq; creatura,prout ſibi competit. Propter quod Spiritusſanctus cum ſit ſummæ liberalitatis, radios ſuorū donorum omnibus exhibet liberaliter,qui ab vno lumine procedentes,exhibentur diuerſimode diuerſis,ſecundum cuiuſlibet capacitatem. Vnde Bern. quaſi admirando,clamat. Verè multiplex ſpiritus in virtute, qui tam Ser. 2. de Pētecoſtę.

multipliciter filijs hominum inſpiratur, vt non ſit qui ſe abſcondat à calore eius,i. radijs beatificis eius. Si quidem conceditur hominibus ad vſum,ad miraculum, ad ſalutem,ad auxilium,ad ſolatium,ad feruorem. Ad vſū quidem vitæ præſentis conceditur bonis & malis, dignis pariter & indignis,communia bona abundantiſſimē tribuens,ita vt videatur hic diſcretionis lumen non tenere. Ingratus eſt vel cæcus,qui in his beneficium Spiritusſancti non agnoſcit.

Multiplicē effectum cauſat Spiritusſanctꝰ in hominē

Ad miraculum datus in ſignis & prodigijs,in varijs virtutibus,quàs per quorumlibet manus operatur. Ipſe enim antiqua miracula ſuſcitat, vt ex præſentibus fidem aſtruat præteritorum,quæ quandoque datur ſine gratia gratum faciente. Tertiò infunditur ad ſalutem,cum in toto corde noſtro reuertimur ad dominum Deum noſtrum. Porrò ad auxilium datur,cum in omni colluctatione adiuuąt infirmitatē noſtram. Datur etiam ad conſolationem, cum teſtimoniū perhibet ſpiritui noſtro, ꝙ filij Dei ſumus. Ea enim inſpiratio,ad conſolationem noſtram eſt. Datur etiam ad feruorem,cum in cordibus noſtris ſeu perfectorum vehementius ſpirans,validum ignem charitatis accendit, vt non ſolum in ſpe gloriæ filiorū Dei,ſed & in tribulationibus glorientur, contumeliam gloriam reputantes, opprobrium gaudium,deſpectionē exaltationem. Pauci ſunt,qui hoc ſpiritu repleantur. Hæc ille. Iſti actus, ita excellentes, ſunt actus donorum, vt ex ſupradictis patere poteſt, excellentiæ quorum non omnibus conueniunt. Iſtorum autem donorum & actuum tam excellentium,& radiorum tam ſplendentium,non ſunt capaces mundi amatores, quia in eis datur Spiritusſanctus,quem mundus non poteſt accipere. Nam Domi- Ioan. 14.

nus dicit. Spiritum veritatis,mundus non poteſt accipere. Cuius rationem reddit ibidem dicens,quia non uidit eum,neq; ſcit eum. Quod verbum Auguſtinus in origin. exponens dicit. Sicut iniuſtitia iuſta eſſe non pōt, ita mundus.i. amatores mundi,non poſſunt accipere Spiritumſſanctum. Quod declarat per oppoſitionem, quæ eſt inter gratiam & peccatum. Nam peccatum quod eſt in amatoribus mundi,opponitur gratiæ ſiue charitati, quę eſt in donis Spiritusſancti. Vnde Ioā. in cano. dicit: 1. Ioan. 2.

Qui diligit mundum,nō eſt charitas patris in eo, Quia

omne quod eſt in mũdo, eſt concupiſcentia oculorum, & concupiſcentia carnis, & ſuperbia vitæ, quæ donis Spiritusſancti opponuntur. Secundò probat hoc, per indiſpoſitionem intellectus mundanorum hominum ad videndum, dicens. Mundana dilectio non habet inuiſibiles oculos, per quos Spiritusſanctus videri poteſt, quia Dominus dixit, mundus non videt eum ſcilicet Spiritumſanctum, neque ſcit eum. Cuius ratio eſt, quia animalis homo non percipit ea quæ Dei ſunt, vt dicit

1. Cor. 2.
Pſalm. 16.
Sapien. 1.

Pau. Quia oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, ſicut dicit Propheta: Et Spiritusſanctus aufert ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, vt dicit Sapiens. Vnde cæci ſunt, & duces cęcorum. Tertiò Greg. idem declarat lib. 5. moralium, ex defectu affectus mundanorum hominum, ad diligendum Deum dicens. Spiritũſanctum mundus non poteſt accipere, quia ad diligendum inuiſibilia non aſſurgit, quia ſeculares mentes, quanto ſe foris ꝑ deſideria dilatant, tantò ad receptionem Spiritusſancti ſinum cordis anguſtant, & quandoque claudunt, quia ſicut dicit Apoſtolus.

Roma. 8.

Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt, qui verò ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt ſapiunt, non quæ carnis. Spiritus enim ſanctus odit ſordes peccati, nec habitare poteſt in corpore ſubdito pecatis, ſed in mentibus puris. Ideo modo videndum eſt, qui ſint capaces Spiritusſancti, & donorum eius, non ex ſuis meritis, ſed ex largitate dantis ſpiritus.

Qui ſunt capaces Spiritusſã cti, & donorũ eius.

Qui igitur econuerſo mundi mala odiunt, vilipendẽdo & contẽnendo, Hieruſalem aſcendunt, mundum fugiendo, & ſe elongando, in templo cordis Spiritumſanctum quærunt fideliter orando, ſedent vnanimes in domo cordis, humiliter quieſcendo, & paracletum deſiderãdo, præſtolantur aduentum Spiritusſancti, inſpirationes eius ſtudioſè obſeruando. Hi ſunt, qui capaces eius ſunt. Nam ſicut dicit Bern.

In ſermo. de Penthecoſt.

Bonum quod in nobis ſpiritus bonus operatur ad faciendum, profectò monet memoriam, docet rationem, & mouet voluntatem. In his enim tribus, tota conſiſtit anima noſtra, vt in imagine Dei. Memoriæ ſuggerit bonum in cogitationibus ſuis, atque ignauiam noſtram torporemq; repellit. Sequitur. Propterea quoties huiuſmodi ſuggeſtiones boni ſenſeris in corde tuo, da honorem Deo, & age reuerentiam Spirituiſancto, cuius vox ſonat in auribus tuis. Ipſe nanq; eſt qui loquitur iuſtitiam. Vnde & Pſal. ait.

Pſalm. 84.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Docet & rationem. Multi ſiquidem, ait Bernardus, benè monentur vt bene faciant, ſed minimè ſciunt quid agendum ſit, niſi adſit denuo gratia Spiritusſancti, & quam inſpirat cogitationem, doceat in opus proferre, ne vacua ſit in nobis gratia Dei, ſed operetur prout ratio inſpirat, & dictat. Sed quia ſcienti bonum, & non facienti peccatum eſt illi.

Iaco. 4.

Propterea non ſolum moneri & doceri oportet, verum & moueri, & affici ad bonum operandum neceſſe eſt. Et ſequitur ibidẽ. Operatur autem ſic Spiritusſanctus in nobis remiſſionem peccatorum, facit ſolicitum ambulare cum Deo, ſcrutatur profunda pectorum noſtrorum, diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. Qui nec minimam paleam intra cordis quod poſſidet habitaculum, patitur reſidere, ſed ſtatim igne ſubtiliſſimæ circunſpectionis exurit ſpiritus dulcis & ſuauis, qui noſtram voluntatem erigat, & dirigat ad ſuam, vt eam veraciter intelligere, & feruenter diligere, & efficaciter implere poſſimus. Hæc autem omnia operatur vnus atque idẽ ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Vnde Bernar. ibidem dicit. Spiritusſanctus qui à patre filioque procedit, tanquam firmiſſimum & indiſſolubile vinculum trinitatis, & tanquam donum in quò omnia dona donantur, & de quo teſtatur ſcriptura, quia procedit, & ſpirat, & inhabitat, implet, atq; glorificat. Procedere dicitur à patre & filio, vt donum ad creaturam. Vnde procedendo prædeſtinat. Inſpirando, vocat quos prædeſtinauit. Inhabitando, iuſtificat quos vocauit. Replendo, accumulat meritis quos iuſtificauit. Et glorificando, ditat præmijs, quos accumulauit meritis.

Hæc Bernardus. Igitur capaces Spiritusſancti, & donorum eius ſunt prædicti. Nihilominus tamen liberaliter ſe exhibet omnibus, vt oſtendit Bern. dicens.

Super cantic. ſer. 57.

Venit Dominus ad nos, accelerat, appropriat, adeſt, reſpicit, alloquitur. Venit affectu, & ſtudio miſerendi. Accelerat, ſubueniendo zelo. Appropiat, humiliando ſemetipſum.

Sapient. 2.

Adeſt præſentibus. Proſpicit in futuros. Loquitur, docens & ſuadens de regno Dei. Sed mundani & carnales, neque cognoſcunt, neque ſciunt eum, iuxta illud, quia malitia eorum excæcauit eos.

Sapien. 12

Boni verò cognoſcunt eum dicentes. O quam bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in nobis.

### *Capitulum. 6.*

QVintò videndum eſt de iſtorum donorum ordine. In eis namque ſunt quidam gradus ſcalares, per quos aſcenditur. Neceſſe autem eſt, nos aſcendere & deſcendere, vt dicit Bern. in vna epiſt. Et Auguſtin. in lib. de verbis Domini dicit. Semper ambula, ſemper profice, noli in via deficere, noli retroire, noli deuiare. Remanet qui non proficit, retrocedit qui ad ea reuoluitur, vnde iam receſſerat, deuiat qui apoſtatat. Et ideo videndum eſt in iſtis donis Spiritusſancti, qualiter ſit ambulandum proficiendo de virtute in virtutem, qualiter aſcendendum ſit Deum contemplando, & qualiter aſcendendum proximo ſubueniendo.

Eſa. 11.

Eſaias enim loquens de flore Ieſu, qui aſcendit de radice Ieſſe, dicit, quòd repletus fuit iſtis donis. Et enumerando ea, incepit à ſummo dono ſcilicet dono ſapientiæ, & deſcendit per media, vſq; ad infimum, ſcilicet donum timoris Domini. Et rationem iſtius ordinis aſſignat Iacobus, cum dicit.

Iacobi 1.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Sunt alij multi vt Aug. li. 2. de doctrina chriſtiana; Et Greg. ſuper Ezechielem, & Anſel.

Lib. de ſimilitud. in fine.

Qui enumerando dona prædicta, docent incipere ab infimo dono .ſ. timoris Domini, & per media aſcendere vſque ad ſummum .ſ. donum ſapientiæ. Eſt igitur in eis quaſi aſcenſus & deſcenſus ſcalaris, vt in ſcala Iacob, deſcenſum de ſupremis ad media, & de medijs ad infima.

Gen. 28.

Dionyſius magis naturalem & rationabilem oſtendit in ordinatione omnium hierarchiarum, tam angelicarum quam eccleſiaſticarum, quam etiam mẽtium humanarum. Dicit .n. Diony. 10. angelicæ hierarchiæ, ſecũdum commentum Vercellen. ſic. Addam & hoc non inconuenienter, ꝙ ſecundum ſeipſam vnaquæq; mens tam celeſtis quàm humana, ſpirituales habet & primas, & medias & vltimas ordinationes, & virtutes, & in his omnibus docet deſcendere à ſuperioribus ad inferiora, communicando eis quæ receperunt. Nam idem Dionyſius dicit.

Cap. 4. eccleſiaſticę Hierar.

Oportet diuina prius participare, quàm diſtribuere, quia qui præſumunt abuſiuè docere diuina, antequã rectè conuerſentur adhuc immundi, omnino à docendi officio ſunt extranei. Sicut .n. ſolares radij, primarias & propinquiores materias capaciores celerius illuſtrant & adimplent, & per illas ad inferiores materias lumina deferunt, ſic officium docendi diuina alios nõ præſumant ſuſcipere, niſi qui habitum diuinæ ſcientiæ & veritatis obtinuerunt, tanquã ex Dei inſpiratione, & iudicio, ad hoc officium aſſumpti. Vnde ſanctus Ambr. in lib. de virgini. dicit. Curſus ad ſuperiora eſt tutus, deſcenſus ad inferiora eſt periculoſus. Gregor. verò ſuper Ezech. homil. 19. loquens de celeſtibus gradibus donorum & ordinum dicit. Eſaias loquens de celeſtibus, magis deſcendendo, quàm aſcendendo,

dendo, dona numerauit, à ſupremo, hoc eſt, à dono ſapientiæ incipiendo. Sed nos inquit Gregorius, qui à terrenis ad cœleſtia tendimus, eoſdẽ gradus aſcendendo numeramus, & incipiendo ab infimo. ſ. timoris Domini, vſque ad donum ſapidæ ſapientiæ. Rationem huius aſcenſionis, reddit Greg. 22. moralium dicens. Nemo infima deſerens, repente fit ſummus, quia ad obtinendum perfectionis meritum, dum quotidie mens in altũ ducitur, ad hoc proculdubio, velut aſcẽſionis cuiuſdam gradibus peruenitur. Hæc ille. Quare aſcenſiones in corde noſtro diſponere debemus in hac valle lachrymarum, vt ad donum ſapientiæ pertingamus, in quo ſecundum

Heb. 6.

Apoſtolum guſtatur verbum Dei, & diuitiæ ſæculi venturi. Et non ſolum eſt nobis aſcendendum ad Deum contemplandum, ſed etiam nobis eſt deſcendendum ad proximum ſubleuandum, & inſtruendum de his quæ ſurſum ſunt. Vnde Dionyſius dicit ſic. Diuinis & ſpiritualibus viris, radius intellectualis rerum ſpiri-

Vbi ſupra.

tualium immediate lucens, & eorũ mentes ſpiritali ſuauitate perfundens, ad alios minus velut non ſpirituales non ſimiliter procedit, ſed ab ipſis ſpiritualibus ſint occulti mortalibus contemplatoribus ſub enigmatibus cooperetur, ne ab immundis contaminetur & imperfectis, per quæ enigmata, inferiores & infirmiores ſurſum aguntur, ſecundum ſingulorum capacitatem vel facultatem. Hæc ille. Eſt igitur nobis in hac ſcala aſcendendum, & deſcendendum, ab infimo dono timoris, vſq; ad ſummum donum ſapientiæ, per gradus diſponentes aſcenſionis in corde, vt eamus de virtute in virtutem, donec videatur Dominus Deus in ſyon.

Septẽ gradus aſcenſionis, ſunt ſeptem dona Spũſſancti.

Primus igitur gradus aſcendendi, eſt timoris amoroſi in omnibus continuatio. Secundus pietatis viſceroſæ ad Deum, & proximum, ſancta liquefactio. Tertius ſcientiæ omnium beneficiorum Dei, grata recognitio. Quartus fortis omnium operationum bonarum executio. Quintus conſulta à Deo omnium eligendorum, & tuta electio. Sextus intellectus omnium veritatum neceſſariarum, limpida contemplatio. Et ſeptimus ſapientialis cœleſtium deliciarum, prægustatio.

Nec deſunt quidem angeli in ſcala hac aſcendentes & deſcendentes. Ad cuius euidentiam notandum eſt, quid ſit angelus iſte. De quo Richardus dicit ſic. Ange-

Libr. 2. de contempl. cap. 13.

lus ſanè nuncius dicitur, & proculdubio nuncius eſt, non quilibet, ſed diuinus nuncius eſt, per quem diuinæ voluntatis beneplacitum cognoſcimus. Nuncius eſt per quem ad æternorum cognitionem illuminamur, per quem ad æternorum deſiderium inflammamur. Et ſequitur. Vultis audire qualem nuncium Apoſtolus Ioa-

1. Ioan. 2.

nes nobis promittat cum dicit. Vnctio inquam eius docebit nos de omnibus. Sed quæ eſt vnctio iſta niſi Spiritusſanctus, ſcilicet diuina inſpiratio? Hic eſt ille nũcius

Nũcius eſt diuina inſpiratio.

quem diu querebamus. Hæc eſt legatio verè potens, verè ſufficiens, animum humanum omnem veritatem docens, & ad omnia diuinæ voluntatis beneplacita inclinans. Et ideo Richardus dicit. Summè amoroſa anima ſciens nuncios dilecti ſui audire, clamat cum propheta.

Idẽ lib. 4. cap. 13. Eſa. 28.

Manda remanda. Et poſtea dicit ſic. Nuncius inter nos medius diſcurrat, q me de ſingulis inſtruat, doceat me non ſolum ſuper ſtatu meo, ſed & de ſtatu tuo me doceat, quomodo apud te ſit, & quid tibi de me placuerit. Et ſequitur. Quotidie (ni fallor) vos qui lectioni vel meditationi inſiſtitis, eius nuncios ſuſcipitis, mandata cognoſcitis. Quoties ex abditis ſcripturarum receſſib. nos nouos intellectus eruimus, quid aliud quàm quoſdam dilecti noſtri nuncios accipimus? Huic ſanè negotio ſubſeruit oĩs ſacra lectio, ſagaxque meditatio; aliis itaque legentibus, aliiq; meditantibus, diuinorum ſecretorum nuncij occurrunt, qui dilecti noſtri mandata ad nos perferant, & de ſingulis inſtruant. Et ſæpe fit in vna eademq; ſcriptura, cùm multipliciter exponitur, multa nobis in vnum loquatur, moraliter nos docens, quid dilectus noſter facere nos velit, allegoricè nos admonens, quid pro nobis per ſeipſum fecerit, anagogicè proponens, quid adhuc de nobis facere diſponit, & in hunc modum mandat & remandat. De hoc nota benè, dono tertio, capitulo tertio ſic. Dum igitur quotidianis vſibus nouos ſenſus nouoſque intellectus quæritant, quid aliud quã manda remanda per affectum clamant? Hæc ille. Sed qui ſunt nuncij falſi, vt carnis, mundi, vel Diaboli, ſolerter diſcernendum eſt. Ex fructibus enim eorum cognoſcetis eos. Similiter amatrix anima, nuncios amoroſos ſibi inſpiratos dilecto remittit, ſecundũ dona Spiritusſancti, vt profunda ſuſpiria, alta deſideria, contemplationes limpidas, affectiones extaticas, orationes vel inuitationes feruidas, expectationes ſitibundas, & cogitationes languidas, dicens eis illud Canticorum. Cant. 1.

Nunciate dilecto meo, quia amore langueo, vbi dicit gl. Præ magnitudine amoris, omnia temporalia ſunt mihi faſtidio. Hæc ille.

## DE SEPTEM DONIS SPIRITVSSANCTI IN SPECIALI, ET PRIMO DE DONO TIMORIS.

### *Capitulum Primum.*

HIS itaque in generali præmiſſis, modo de ſingulis donis in ſpeciali videamus. Quorum primum: ſcilicet infimus gradus aſcendendi ad guſtum ſapientiæ eſt timor domini. De quo Anſelmus dicit ſic. Horum donorũ Li. de ſimilitud. circa finem.

primum eſt timor Dei, veluti aliorum quoddam fundamentum. Hunc namque Spiritusſanctus in campo mentis ſupponit, aliaque dona in ſuo ordine, veluti in ædificationem ſuperimponit. Prius enim metuere facit, ne pro peccatis ſuis à Deo ſeparetur, & poſt in pœnis inferni cum diabolo torqueatur. De qua tortura Hugo in libro ſuo de anima dicit ſic, Terreat te timor Timor eſt fundamentum aliorũ donorum.

iudicij terribilis, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis mordens, ſulphur fœtens, flamma tartarea, & tandem omnia mala, vt tandem clames, in æternum non peccabo. Et ſic patet, q donum timoris eſt primum in aſcendendo. Sed ad maiorem notitiam huius doni, ſ. timoris, ſunt quatuor notanda. Primò quid ſit timor, & qualiter ſecundum inordinatos amores multiplicatur, & deordinatur. Secundo quis timor à regno animæ per charitatem perfectam expellatur, & quem ſecum compatiatur. Tertiò qualiter à timore Dei, in anima dies clara oriatur. Quartò qualiter à dono timoris, animæ cõuiuium præparetur. Primo igitur videndum eſt quid ſit timor, & qualiter ſecũdum diuerſos amores multiplicatur, quia ex amore oritur. Timor ſicut dicit Auguſtin. 14. de ciuit. Dei, Timor qd ſit.

eſt amor fugiens quicquid ei aduerſatur. Et cum hoc concordat gloſſ. Auguſt. ſuper Ioannem capit. 10. vbi dicit. Timor eſt fuga, ne perdat homo quod amat. Igitur timor oritur ex amore. Nam quandiu amorem ordinatum habuit in paradiſo, tandiu ſine timore inordinato fuit in ſeipſo. Et quàm cito amorem inordinatum admiſit, tam cito timor inordinatus affuit pœna peccati, quare ſe abſcondit dicens. Domine audiui vocem tuam & timui. Quare timuit, niſi quia per inor- Gen. 3.

dinatum amorem, præcepti domini tranſgreſſor fuit? Quantò ergo homo à falſo & inordinato amore re-

Li.2.de ſacram. par. 13. cap. 5.

cedit,& ad veram charitatem accedit, tantò inordinatum timorem euadit.Ideo notandum eſt,quòd Hugo, & gl.ſuper Pſalm.18.dicunt, quod 5. ſunt timores, ſcilicet timor naturalis, timor mundialis, timor ſeruilis, timor initialis,& timor filialis. Timor naturalis,eſt paſſio quæ oritur ex amore naturali,in quo quilibet timet naturaliter nocumentum naturæ ſuæ, paſſionibus autem nec meremur nec demeremur, quia non ſubiacent libero arbitrio,niſi quando quis irrationabiliter ſe habet circa eas.Iſto timore Chriſtus timuit mori, ſed non niſi quantum voluit,nobis in exemplum vel documentum.Vnde ſi quando eſt malitia in timore naturali, nõ eſt niſi ex defectu rationis,& voluntatis.Et licet iſte timor non ſit à Spiritusſancto, tamen cum ipſo ſtare poteſt in homine.

Quinque ſunt timores, & timor naturalis quid ſit.

Mũdanus.

Secundus timor dicitur mundanus, quo quis timet nimis de amiſſione vitæ præſentis,vel rerum ad hanc vitam pertinentium. Vnde qui nimis diligit mundum,vel res temporales,vel amicos,nimis timet ab eis ſeparari.Et hic timor naſcitur ex nimio inordinato amore vtriuſque, & ſemper eſt malus, quia vt dicit Ioannes. Qui diligit mundum,inimicus Dei conſtituitur, quia non eſt charitas patris in eo. Et ideo hic timor, quandoque eſt peccatum mortale, vt quando quis magis vult amittere vitam æternam,quàm corporalem,vel temporalem,theſauros cœleſtes,quàm mundanos, & quandoque eſt veniale, quando iſto timore facit homo quod non debet,& quandoque omittit qđ facere debet,vt per hoc effugiat pœnam temporalem, ſed per hoc non mutat volnntatem in bonum, vt dicit Hierony.ſuper Matt.quare hic timor non eſt donum Spiritusſancti,quia non mutat malitiam uoluntatis, licet actu omittit propter timorem temporalem.

1.Ioan.2.

Seruilis.

Tertius timor dicitur ſeruilis, quo quis magis timet pœnam quàm culpam, qui ſecundum eſſentiam dicitur eſſe à Deo,non tamen ſub ratione qua ſeruilis eſt,quia principalius timet pęnam quàm culpam,nec mutat voluntatem in bonum, licet criminis ſuſpendat executionem. De hoc timore dicit Augu.exponendo illud Pſal.Confige timore tuo carnes meas.Timor legis ſeruilis,pedagogus nouæ præceſſit, qui ad Chriſtum ducit,ſed carnem crucifigit,ideo quia viuit peccandi voluntas, & ſequeretur opus ſi non ſequeretur pœnalitas. Nec iſte timor eſt donum Spiritusſancti, quia poteſt eſſe ſine charitate,immo nec poteſt eſſe cum charitate gratuita.

Initialis.

Quartus timor dicitur initialis, quia eſt incipientium & initium ſapientiæ,& dicitur eſſe donum Spiritusſancti, tamen ſub imperfecto eſſe.Non enim differt à timore filiali,niſi vt imperfecta charitas à perfecta. Vnde Io.dicit. Perfecta charitas foras mittit timorem,vbi dicit gl. Timorem illum emittit, qui dicitur initium ſapientiæ. Illo enim timore,ſe cohibet homo a peccato principaliter propter Deum, ſecundariò verò, propter pœnam æternam.De timore iſto Bernard.dicit ſic. Non immeritò hic timor dicitur initium ſapientiæ,qui ſæpè ſe inſipientiæ primus opponit. Hic enim timor, quidam ingreſſus eſt ad ſapientiam.Planè domus Dei eſt,& porta cœli,& tanquam ingreſſus gloriæ.Et ſequitur. In veritate didici,nil æquè efficax eſſe ad gratiam promerendam,& retinendam, & recuperandam, quam ſi omni tempore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere.Et ſequitur. Non eſt enim locus,quo admittas ſuperbiam,repletus timore Domini.Et ſic de cœteris vitijs ſentiendum eſt, quæ neceſſe eſt omnia à plenitudine timoris excludi,tunc Deum ſi plene, ſi perfectè timueris,dabit ſaporem charitatis. Húc tamen timorem initialem,perfecta charitas foras mittit,vel fortè (ſecundum quoſdam) ipſum perficit,cum iam ſapientiam ingreſſus fuerit. Quod ſentit Bern. lib.de dili. Deo, parum ante finem, vt infra patebit cap.ſequenti.

1.Ioan.4.

Ser.22.ſuper Cant.

Filialis.

Quintus dicitur timor filialis,& eſt vnum de ſeptem donis Spiritusſancti,ſub eſſe perfecto doni.Per ipſum.n.anima redditur benè mobilis ab inſpirationibus Spiritusſancti,& quaſi per talem timorem ſe Spirituiſancto omnino ſubijcit,& in nullo repugnat, prout poſſibile eſt in via. Vnde Gilbertus Porretanus dicit.Quid timor ille filialis niſi amor eſſe conatur,qui iam neſcit officium timoris,& penè timor eſſe deſijt? hunc timorem ſibi charitas perfecte collaterat indiuiſibiliter. Et ſic patet quid ſit timor,plenius tamen dicetur infra de hoc timore.

## *Capitulum.* 2.

Secundò videndum eſt,quis timor à charitate perfecta foras expellatur,& quem timorem ſecum patiatur,cum in prima Ioannis dicatur, quòd charitas perfecta foras mittat timorem,tanquam inutilem in officio ſuo.Et huius reddit rationem,dicens idem. Hæc enim charitas nihil pœnale habet, timor autem pœnam habet.Sed neceſſe eſt,primò videre quæ ſit perfecta charitas,quæ non compatitur ſecum timorem, ſed foras emittit eum. De quo ſciendum quòd duplex eſt perfectio charitatis.Prima eſt neceſſitatis,& ſufficientiæ. Secunda eſt priuilegiatæ ſanctitatis,& excellentiæ. Et has perfectiones tangit Proſper li. 3. de vita contemplatiua dicens.Perfecti ſunt illi,qui perfecte Deum diligũt, qui volendo quod vult Dominus, nullis peccatis quibus offenditur Dominus acquieſcunt,& ſemper ad virtutes diligendas,& habendas ſe extendunt.Perfectionem neceſſitatis tangit cum dicit. Qui vult quod vult Deus, quam habet quicunque tenent charitatem.De hac charitate dicit Dominus.Perfectus eris,& abſq; macula coram Domino.Abſque macula ſcilicet criminali,dicit gl. Et hæc perfectio charitatis benè compatitur ſecum aliquos timores,vt ſupra dictum eſt.

1.Ioan.4.

Duplex eſt perfectio charitatis.

Deut. 18.

Perfectio verò excellentiæ charitatis tangitur, cum dicitur, qui ſemper ad virtutes diligendas, & habendas ſe extendunt. Quare Bern.in epiſtola quadam dicit.Indefeſſum ſtudium proficiendi,& iugis conatus ad perfectionem, reputatur perfectio. Et hæc charitas foras mittit omnem timorem, qui pœnam habet, vt dicit Ioan.Sed qualiter hoc intelligendum ſit, oſtendit Gilbertus porretanus ſermone 3. ſuper Canti.vbi dicit.Charitas proximi caret liuore, ſed charitas Chriſti caret timore.Hæc enim nihil pœnale habet,ſed timor pęnam habet. Igitur in charitate Chriſti non erit timor. Quod probat ſic. Quid enim timebit charitas veteres offenſas,quia multitudinem peccatorum operit charitas, vt dicit Petrus? Quid infirmitatem propriæ conſcientiæ timebit ne decidat, quia fortis vt mors dilectio eſt,vt habetur in Cant.? Quid temporales pro Chriſto timebit moleſtias finibiles, cum nec quidem etiam ſi æternæ fuerint,diffatigari,aut euaneſcere poterit dilectio conſummata, ideſt, perfecta? Non ideo amat charitas ne pereat, ſed magis vult foris in æternum perire pœnaliter, quàm priuari vſu amoris interni æternaliter. Si enim dederit homo omnem ſubſtantiam pro charitate, quaſi nihil deſpiciet eam.ſ.ſubſtantiam. Et ſequitur infra. Dedignatur charitas timoris commercium, cogi neſciens, quæ neſcit compeſci.Idem charitas perfecta foras mittit timorem, velut inutilem & ſuperuacuum in officio charitatis, ſed non timorem illum, qui caſtus permanet in ſęculum ſęculi.

1.Can.c.4

1 Pet.4.

Cant.8.

Et poſt hæc oſtendit ibidem Gilbertus, quis timor manet cum charitate, vbi dicit. Eſt enim timor quem foras mittit charitas, vt ſeruilis. Et eſt timor quem foras mittit veritas, vt initialis. Et eſt timor quem intromittit & charitas,& veritas, vt filialis. Primus eſt cautus. Secundus caſtus,ſed non permanens in ſæculum ſæculi. Primus veretur pœnam. Secundus offenſam. Tertius totus liber,quædam humilis & ſecura reuerentia eſt. Et primus quidem timet offenſam, ſed

Quis timor manet cum charitate.

propter

propter pœnam. Secundus propter offenſam, ſed propter ipſam. Tertius, qood metuat non habet. Quid.n. metuat completa fœlicitas, & conſumata charitas? Timor hic de plantario oritur charitatis. Sequitur. Non audeo dicere quòd charitas eſt, nec tamen audeo negare. Quid enim non amor conatur, qui iam neſcit affectum timoris? Quomodo non amor eſt, qui iam pęnè timor eſſe deſijt? Quid timor ille eſt, niſi quædam voti ua ſubiectio, obedientia non coacta, & vltrò reuerentia impenſa? Aut quomodo erit timor, qui offendere non metuit nec valet? timor ergo non videtur, qui nihil nec peccati nec periculi metuit. Sed econtra inquit Gilbertus ibidem. Quomodo non erit timor, qui offendere non audet? Certè timor eſt, qui nihil audacter & temerè præſumit. Quid eſt igitur timor ille, niſi reuerentia quædam humilis ex iure conditionis, & quaſi neceſſitate impenſa, ſed neceſſitatis nil paſſa? Eſt enim neceſſitas obſequendi iure conditionis, ſed neceſſitatem ignorat libertas dilectionis. Quid timor ille, vbi temeritatis & negligentiæ magis priuatio eſt, quàm neceſſitatis coactio? Sequitur. Vides qualiter timor iſte approximat ad charitatem, penè illa eſt, ſed non plenè eſt. Cauſis enim diſtant timor & amor, ſed obſequio & affectu libero cognati. Primus itaque timor metuit puniri. Secundus priuari, & tertius neutrum. Primum perfecta charitas exterminat. Secundum ad tempus tolerat. Tertium ſibi indiuiſè tolerat. Vnde charitas nunquam erit ſine timore caſto, qui eſt ſine omni pęna, quia manet in ſæculum ſæculi. Hæc ille. Quidam enim ſunt, vt Bernard. in lib. de dili. Deo, circa finem, quòd timor filialis augetur augmentata charitate, & charitate perfecta perficietur, & ideo habebit in patria eundem actum omnino, quem habet modo, & illi adducunt auctoritatem Augu. 14. de ciui. Dei, vbi dicit. Timor ille caſtus permanens in ſæculum ſæculi, ſi erit in futuro ſæculo, non erit timor exiens à malo quod accidere pòteſt, ſed tenens ſe in bono quod adimi non poteſt, & ita alium actum habebit quàm modo. Ratio huius eſt, quia vbi boni adepti amor immutabilis eſt, profectò, ſi dici poteſt, mali cauendi timor ſecurus eſt. Hæc ille.

Quis timor manet in ſęculum ſęculi.

*Capitulum* 3.

Tertiò videndum eſt, qualiter à dono timoris Domini, dies ſpiritualis in mente humana oriatur. Circa quod notandum eſt, quòd Hugo in lib. de tribus dietis circa finem dicit, ꝙ ſicut oculus corporalis habet diem, & noctem ſuam, ita quoque oculus cordis habet diem ſuam & noctem ſuam. Sed alij ſunt dies exteriores, & alij interiores. Nam dies exteriores tranſeunt, nec ad momentum ſtare poſſunt, ſed continuè ad mortem vel occaſum tendunt. Homo.n. nunquam in eodem ſtatu permanet, dicit Iob, & propheta dicit. Dies hominis fenum, & tanquam flos agri, &c. Dies verò interiores in æternum permanēt ſi volumus, qui ſunt quaſi quidam gradus vitæ ſpiritualis, per quos homo tendit ad vitam æternam, de quibus Pſal. ait. Nunciate de die in diem ſalutare eius, donec per radios ſalutaris incarnati, tráſformemur à claritate in claritatem, vſque in diē æternitatis eius. Et ideo Hugo ibidem dicit, quòd interiores dies magis amare debemus, vbi lucem nullæ tenebræ ſequuntur, vbi æterni ſolis ſplendore illuminantur oculi interiores mundi cordis, vt valeat homo operari opera lucis, tanquam filius lucis, quia in mundo nox ſicut dies illuminabitur, per præſentiam ſolis æterni, qui noctem luminoſam in anima facit, dum omnes ſpecies creatas ſua claritate occultat, quam in diem conuertit, dum radioſas veritates menti oſtendit. Et ideo pluries fit, quòd quando nox eſt corpori, dies eſt menti, & quādo eſt dies corpori, pluries eſt nox menti. Cuius ratio eſt, ſicut dicitur in lib. de ſpiritu & anima. Quia quando ſenſus exteriores vigilant, ſenſus interiores dormiūt, ſicut hæc experientia docet. Hanc diem timor Domini inchoat tanquam mane, tanquam meridiem deducit, tā quam veſperam conſummat. Vnde Hugo dicit ibidem, quòd primus dies noſter interior, eſt timor Domini pmanens in ſęculum ſæculi. Cuius ratio eſt. Quia timor Domini initium ſapientiæ, vt dicitur in Eccl. Et hic à ſapientia nunquam recedit, ſed cum ea quotidie creſcit, & proficit vſque in perfectum diem, vltimò formam timoris filialis induit ſecundum quoſdam. Vnde Hugo lib. 3. de archa Noe dicit. Sapientia Dei, in cordibus ſanctorum tanquam in paradiſo inuiſibili, per timorem ſeminatur, per gratiam rigatur, iam mane diei ſpiritualis oritur, per dolorem moritur, per fidem radicatur, per deuotionem germinat, per compunctionem oritur, per deſiderium creſcit, per charitatem roboratur, vt ſit quaſi lux meridiana, lucens & feruens, per fidem viret, per circunſpectionem frondet, & expandit ramos, per diſciplinam floret, per virtutem fructificat, per patientiam matureſcit, per mortem carpitur, per contemplationem cibat, & tunc dies timoris veſperaſcit, quando à labore quieſcitur, & ſpiritualiter homo reficitur. Et iſte eſt cibus de quo Pſ. ait. Adimplebis me lętitia cū vultu tuo, delectationes in dextera tua vſque in finem. In omnib. iſtis radius ſapientialibus timor Domini permanet in ſęculum ſæculi, & vt radix ſapientiæ diſcurrit, & circuit ſollicitè circunſpiciens, ne aliquæ tenebræ peccatorum lateant, vel ſe iſtis radioſis luminibus immiſceant, quæ diem mentis obſcurent, vel oculis Dei diſpliceant, vt ſunt tenebræ concupiſcentiarum, quæ frequenter claritatem diei ſpiritualis impugnāt, & obnubilant. Vnde Richard. dicit. Quis in illo vnquam prælio victor extitit, vbi ſpiritus aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiritum concupiſcit? Quis vnquam tam numeroſum exercitum concupiſcentiarum ſuarū debellauit, ſi ſine timore pugnauit? quia timor Domini maximè confortat cor contra concupiſcentias. Et ſanctus Bernardus in ſerm. quodam dicit. Repletus timore Domini, non habet locum vbi admittat peccati tenebras, propter quod dies mentis, ſicut lux meridiana clara permanet in ſæculum ſæculi, ideo veſperam nō habet diem terminantem, ſed conſummātem. Igitur qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. Qui ambulat in die tali, ſcilicet timoris Domini, non offendit. Et eſt dies primus, quia initium ſapientiæ eſt timor Domini.

Ocul' cordis habet diem ſuā, & noctem ſuam.

Iob. 13. Pſal. 102. Pſalm. 94. Eccl. 1. Pſal. 15. Lib. de 12 Patriarchis c. 44. Eccl. 2. Ioan. 11.

*Capitulum* 4.

Qvartò quia Gregorius lib. 1. moralium dicit, ꝙ donum timoris Domini in die ſuo conuiuium facit in mente humana, quia dum præmit mentem ne ſuperbiat, de futuris illam cibo ſpei confortat. Ideo videndum eſt, qualiter illud donum conuiuium menti præparet. De quo notandum eſt, quod niſi donū timoris conuiuium ſpirituale in anima facere poſſet, Pſalm. quaſi admirando non clamaret, dicens. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcōdiſti timentibus te. Non quòd illa multitudo dulcedinis totaliter abſcondita ſit a timentibus eum, ſed quod ipſa eſt in eis abſcondita a non timentibus Deum. Multa enim manifeſtantur bonis, quę tamen abſconduntur à malis. Vnde Greg. 11. lib. moralium, exponens illud Iob. Auris verba diiudicat, & fauces comedentis ſaporem, dicit ſic. In his verbis Iob de electis & reprobis aliquid innuere videtur, quia verba ſapientiæ quæ reprobi audiunt, quaſi exterius electi non ſolum audiunt, ſed & guſtant interius, vt in corde ſapiat eis, quod reproborum cordibus non ſapit, ſed ſolū auribus ſonat. Sequitur. Aliud nanq; eſt nominatim cibum audire ſo-

Pſal. 30. Iob. 12.

lummodo,aliud verò deguſtare.Electi itaq; cibum ſapientiæ ſic audiunt vt guſtent,quia hoc quod audiunt, eis per amorem medullitus ſapit,reprobi verò qualiter ſapiat ignorant.Quia aliud eſt aliquid ſcire, aliud verò quod cognoſcitur,faucibus intelligẽtiæ deguſtare. Hec ille. Ex his patere poteſt,ꝙ timentes Deum tanquam ſoliciti de voluntate domini cognoſcenda & facienda, non ſolum attendunt ad illud quod commune & publicum eſt,ſed & ad illud quod intimo ſecreto mentis abſconditum eſt aſpiciunt,& guſtare per experientiam illud quærunt,quod per timorem domini ſapere didicerunt.

Timor domini cauſat dulcem ſaporem in mente.

Quod autem timor domini, dulcem ſaporem in mente cauſet,oſtendit Bern.ſerm.23.ſuper Cant.vbi dicit. Timor domini bene dicitur initium ſapientiæ, quia tunc primum Deus animæ ſapit, cum eam ad timendũ non tantum ad ſciendum inſtruit,quia timor ſapor eſt. Porrò ſapor ſapientem facit,ſicut ſcientia ſcientem. Times Dei iuſtitiam,times potentiam,& ſapit tibi iuſtus, & potens Deus.Sapientia enim à ſapore dicitur. Igitur timor initium ſapientię,ſaporem ſapidum in intimo mẽtis ſecreto multipliciter immittit,& ita multipliciter reficit totam mentis familiam, ſed & totum regnum animæ iuſtificat, pacificat, & lætificat, quæ tria percipiunt conuiuium timoris domini, quod non in exterioribus animæ celebratur, quia regnum Dei intra nos eſt, vt dicit Dominus. Et Maximus exponens illud: Appropinquabit in vos regnum Dei, dicit ſic. Regnum Dei

Luc. 17.
Luc. 10.

eſt potentia eius in omnibus, actu verò eſt in his qui reſpuunt carnalem vitam, & reſpiciunt ſolam ſpiritualem, qui dicere poſſunt illud Apoſtoli. Viuo ego, iam

Ad Gal. 2.

non ego, viuit autem in me Chriſtus. Quod verbum exponens Vercellen. in prologo ſuper Cantica, dicit. Sicut anima ſobria me regit naturaliter, & diſponit ad omnem actum interiorem, & exteriorem, ſic virtus Chriſti cui actu viuo gratuitè,me viuificat,& ad omnia diſponit. Ex quo igitur regnum Dei intra nos eſt, vt dicit Dominus. Planum eſt,quod conuiuium quod in illo regno celebratur, non conſiſtit in iſtis corporalibus, & in voluptatibus carnalibus, quibus efficimur beſtiales,vt dicitur primo Ethicorum; ſed conſiſtit in bonis ſpiritualibus nos perficientibus. Vnde Apoſto-

Rom. 14.

lus. Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in Spiritu ſancto. Ecce tria, quæ neceſſaria ſunt in conuiuio ſpirituali. Primum eſt iuſtitia,cõuiuantes in omnibus concordans. Secundum eſt pax, conuiuantes in omnibus rectificans. Tertium eſt gaudium, conuiuantes in omnibus lætificans. Hæc tria ex timore Domini oriuntur. Nam iuſtitia ex timore domini oritur,ſed ex iuſtitia pax naſcitur, de pace vero gaudium generatur, quod eſt dulciſſima mentis refectio, & ſpiritualis conuiuij perfectio. Primum igitur ſcilicet iuſtitia,conuiuantes rectificans in conuiuio ſpirituali Dei, & animæ, ex dono timoris domini oritur,

Eccl. 2.

quia ſicut dicitur in Eccleſ. Qui ſine timore eſt, non poteſt iuſtificari. Quomodo autem erit iucunda ſocietas,

Lib. 4. de ciuit. Dei cap.

vbi deeſt iuſtitiæ æqualitas? Dicit enim Aug. Remota iuſtitia,quid ſunt regna niſi latrocinia? Et ſicut patet 2. Ethicorum. Sicut iuſtitia continet omnem virtutem, ita iniuſtitia continet omnem malitiam ſiue iniquitatem, vbi autem abundat iniquitas, quomodo erit vera amicitia & ſocietas? ergo nec regni, nec conuiuij tranquilla iucunditas. Manebit autem iuſtitia, quia timor domini expellet peccatum vel iniuſtitiam, cum ex eo oriatur iuſtitia,vt dictum eſt. De talibus conuiuijs po-

Matth. 5.

teſt dici. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,quoniã ipſi ſaturabuntur. De hac ſaturitate iuſtitiæ dicit Bern,

Bernar. in ſermo. De omnib. ſanctis.

Saturabuntur,qa implebit Dominus concupiſcibile noſtrum fonte iuſtitiæ, vt omnino deſideremus eam iuſtitiam, per quã quicquid anima reſpuere debet, reſpuet: & quicquid concupiſcere debet, concupiſcet. Et tunc totum regnum mentis iuſtificabitur, & incolæ eius, & Dominus rex iuſtitiæ regnabit in illo, & ipſi cum eo; quia iuſtitia & iudicium præparatio ſedis eius eſt. Secundo pax conuiuantes concordans, & quietans in conuiuio ſpirituali ex iuſtitia naſcitur, vt dicit Cæſarius.

Pax naſcitur ex iuſtitia.

Nam ex iuſtitia regum, oritur pax populorum. Augu.

Aug. ſuper Pſal. 84.

dicit. Duæ ſunt amicæ, iuſtitia & pax,ipſæ ſe oſculantur, & ſi iuſtitiam pacis non amaueris, nec ipſa pax te amabit, nec ad te veniet. Niſi igitur pax adſit, non erunt conuiuia, ſed diſſidia, vera autem pax eſt,vbi nihil repugnat,& beati pacifici ſunt, qui motus animi cõponunt,& rationi ſubijciunt,ait gl. Matth. 5. Sed nota, ꝙ Ber. in quibuſdam dictis oſtendit triplicem gradũ pacis dicens. Eſt homo pacificus bona pro nobis reddẽs, & quantum in ſe eſt,nemini vult nocere. Hic paruulus

Pacis triplex gradus.

eſt,& faciliter ſcandalizatur,quia in eo,vt incipiente,lex carnis adhuc repugnat legi mentis. Et Gl. Matth. 5. dicit. Quomodo pacifici alijs erimus, ſi nec nobis poſſumus eſſe pacifici? Pax enim à nobis incipit. Itẽ eſt alius patiens,non reddens mala pro malis, ſed potens eſt ſuſtinere nocentem. Et hic in patientia poſſidet animam

Luc. 21.

ſuam,vt ait Euan. vbi dicit gl. Patientia radix & cuſtos eſt omnium virtutum. Vera.n.patientia,eſt aliena mala ęquanimiter perpeti, & contra eum qui mala irrogat, nullo dolore moueri. Ideo animas noſtras poſſidemus, quæ corpus poſſident, cum ipſas ad patiendum ratione regimus. Hæc dicit glo. Item eſt tertiò pacificus bona pro malis reddens,& in prõptu habet prodeſſe nocenti. Et hic ſolus veram pacem habet, & multos lucri facit Chriſto. De hac pace dicit Auguſt. in lib. de verbis Domini ſic. Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis. Hec eſt quæ bella compeſcit, iras comprimit, diſcordes ſedat,& inimicos concordat, cunctis eſt placida. Et qui in eadem pace non erit inuẽtus, a patre abdicatur,à filio exhæredatur,à Spiritu ſancto alienus efficitur,&c. vt ſupra. Hæc Auguſtinus. Hanc pacem perficit timor domini. Vnde Sapiens. Corona ſapientiæ ti-

Eccl. 1.

mor domini,replens pacem,& ſalutis fructum. Tertio gaudium in Spiritu ſancto conuiuantes reficiens, & lætificans in conuiuio ſpirituali ex vtroque prædictorũ, ſcilicet ex iuſtitia & pace generatur.

Gaudiũ in Spiritu ſancto generatur ex iuſtitia, & pace.

Vnde Bernardus in quibuſdam dictis ſuis dicit. Iuſtitiam quã Deo exhibes, & pacem quam proximo debes, noli contemnere, ſic.n.procedentibus, erit gaudiũ ſpirituale, nõ gaudium ſeculare, non gaudiũ cuius extrema luctus occupat, ſed in quod magis triſtitia vertitur. Et hoc gaudiũ nemo tollet à te, donec intres in gaudiũ Dñi tui. De hoc gaudio dicit Bernardus in ſermo. ſuper Cantica. Illud reuera verum eſt gaudium & ſolem, quod non de creatura, ſed de creatore naſcitur & concipitur, quod cũ poſſederis, nemo tollet à te, cui comparata oĩs aliunde iucunditas mę̃ror eſt, & omnis ſuauitas dolor eſt, & omne dulce amarum, & oẽ decorum fędum, & omne aliud quod delectare poſſit moleſtum. Hæc omnia Bernardus. Iſtud gaudioſum cõuiuium, per Spiritum ſanctum in timore Domini paulatim inchoatur, proficiendo cõtinuatur, & in beatitudine æterna conſummatur, vbi anima cum Deo ſuo beatificatur. Primò iſtud gaudioſum conuiuium,quod in Regno Dei, & animæ per donum timoris Domini celebratur, paulatim & ſapienter initiatur,& continuatur, & fœliciter cõſumatur. Vnde

Eccl. 1.

in Eccleſiaſtico. Initium ſapientiæ eſt timor Domini, & gloria, & gloriatio, lætitia, & corona exultationis. Ecce quatuor dulcia fercula mentalis conuiuij. Sed primo timor Domini guſtum mentis ad manducandum in ſapiẽtia præparat. Quia ſicut dicit Bernardus ſuper Cantica. Timor Domini bene dicitur initium ſapientię,quia tunc primum Deus animæ ſapit, cum ea ad timendum afficit. Tunc enim menti maximè diuina be-

neficia

neficia ſapiunt, quia iam amaritudo peccati, ab ore mentis per timorem expulſa eſt. Vnde tūc gloria laudabilis famæ interior valde ſapit animæ, & ſimiliter gloriatio laudabilis famæ exterior multum delectat. Similiter lætitia conſolationis interioris hominis reficit, & exultatio exterioris hominis ſimiliter afficit, & delectat. Secūdò illud iucundum conuiuium mentis delectabiliter in perpetuum in timore Domini continuatur. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudinem dierum, i. in æternum, quia timor Domini permanet in ſæculum ſæculi. Ecce vtriuſq; hominis experimentalis delectationis perpetuatio. Tertiò illud delectabile conuiuium mētis quantum ad interiorem vitam, & exteriorem, in timore Domini fœliciter conſummatur. Vnde in Eccleſiaſtico. Timenti Deum, benè erit in extremis. ſ. hominis quando perficitur, & cōſummatur. Et in die defunctionis benedicetur, quātum ad vitam exteriorem, quæ tunc cum benedictione terminatur. Ecce ſic benedicetur homo qui timet dominum, ait Pſal. De perfecta cōſummatione iſtius ſancti timoris dicit Ioannes Caſſianus de inſtitutione monachorum ſic. Principiū noſtræ ſalutis, noſtræq; ſapientiæ, ſecundum ſcripturas, timor domini eſt. De timore. n. domini naſcitur compunctio ſalutaris, de conpunctione cordis procedit abrenunciatio, i. contemptus omnium facultatum, de abrenūciatione humilitas procreatur, de humilitate mortificatio voluptatum generatur, de voluptatum mortificatione, extirpātur, atq; marceſcunt vniuerſa vitia, de vitiorum expulſione virtutes fructificant, atq; ſuccreſcunt, de virtutum pullulatione puritas cordis acquiritur, per cordis puritatem apoſtolicæ charitatis pfectio poſſidetur, hæc fuit ſententia Beati Antonij. Hæc ille. Timete ergo dominum omnes ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eū, ait pſalm. Hæc de dono timoris ſufficiant.

Eccl. 1.
Eccl. 1.
Pſal. 127.
Caſſianus, de inſtitut. monachorum lib. 4.
Pſalm. 33.

*De Dono pietatis.* *Cap. 1.*

SEcundò dicendum eſt de dono pietatis, quod immediatè ſequitur donum timoris, in aſcendendo, quod oſtendit Anſelmus in libro de ſimilitudi. circa finem, vbi dicit ſic. Huic deniq; dono timoris, Spiritusſanctus ſuperimponit pietatem, cum menti ſic timenti ſui ipſius aſpirat compaſſionem, pieq; recolere facit, quàm miſera erit, ſi à Deo ſeparata in inferno, cum Diabolo torta fuerit, ideo rationabiliter à dono timoris, aſcendit ad donum pietatis. Cum quo & Auguſtinus concordat dicens. Cor contritum & humiliatum ſacrifica Deo, vnde accendatur ad pietatem, vt non reſiſtatur voluntati eius, ſed obediatur. Hunc ordinem multi tenent vt ſupra patet. De hoc autem dono pietatis, ſunt tria notanda. Primò quid donum pietatis dicitur, & qualiter à pietate naturali, & acquiſita diſtinguatur. Secundò qualiter per donum pietatis dies ſpiritualis oriatur, proficiat. & perficiatur. Tertio qualiter per donum pietatis menti conuiuium præparetur. Primo igitur videndum eſt, quid donum pietatis dicatur. De quo notandum eſt, ſicut dicit Hugo in lib. de clauſtro animæ. Pietas eſt ex benignæ mentis dulcedine, grata omnibus auxiliatrix affectio infuſa, & diuini cultus deuotio religioſa. Ex quo patet, ꝙ donum pietatis eſt dulcis radius à ſole infinitæ pietatis mentibus inſpiratus, quo mens in ſeipſa illuminatur, quia radius ſolaris in ſeipſo afficitur, & reficitur, quia à fonte dulcedinis ad Deum vt ad patrem colendum, ſurſum habilitatur, & inferius ad proximo ſubueniendum piè inclinatur. Et quia affectio pietatis inclinans ad aliquid eſt multiplex. Quædam enim eſt innata, quædam acquiſita, quædam infuſa, vt oſtendit Hugo in tractatu, qui incipit. Cariſſimè, ideò de illis aliquid dicendum eſt. Primò ergo ſciendum eſt, ꝙ pietas innata, eſt quædam affectio inclinans ad aliquid, vt ad filios parentes, & econuerſo, & ad patriam, & cætera huiuſmodi. Et hæc eſt paſſio naturalis. Nam hæc pietas etiam in brutis inuenitur. Vnde Solinus in lib. de mirabili. mundi. & Iſidorus Etymologiarum 12. dicunt. Eximia ciconiæ ineſt pietas. Nam quantum temporis parentes impendunt fœtibus educandis, tantum temporis pulli impendunt parentibus in ſenectute educandis, quod & de coruis narratur. Vnde hec pietas non eſt donum Spiritusſancti, licet ab eo detur, quia hæc cum illis naſcitur. Iſta autem quæ eſt donum Spiritusſancti, à Deo inſpiratur, vt dicit Auguſtinus. Item eſt quædam pietas acquiſita, de qua dicit Gregorius, in moralibus ſic. Sunt nonnulli, qui pietatis ſuæ viſcera tendere ad incognitos neſciunt, ſed ſolùm ad eos quos per aſſiduitatem notitiæ didicerunt, quorum miſerentur, apud quos plus familiaritas quàm natura valet, dum quibuſdam neceſſaria, non quia homines ſunt, ſed quia noti ſunt, largiuntur. Sed iſta pietas etiam non eſt donum Spiritusſancti, de quo modo loquimur, ſed eſt virtus ex quadam familiari notitia contracta, vnde ad extraneos & inimicos non extenditur. Hæc autem quæ eſt donum Spiritusſancti, à Deo datur & ad inimicos extenditur. Vnde Matt. dicit. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderunt. Item eſt alia pietas menti à fonte pietatis infuſa, de qua dicit Bern. in Epiſt. quadam ſic. O clementiſſima pietas quæ non deſinit ſua largiri beneficia, non ſolum his vbi nullum meritum inuenitur, ſed & his vbi totum videtur contrarium. De hac pietate, & eius vtilitate dicit Ambr. ſuper pſ. Beati immaculati in via. Pietas grata eſt Deo, Dominum conciliat, neceſſarios & parentes fouet, eſt Dei cultura, merces parentum, filiorum ſtipendium, pietas (inquam) iuſtorum, tribunal egenorum, portus miſerorum, refugium vel ſuffragiū, indulgentia peccatorum. Hæc ille. Hæc eſt perfecta pietas, quæ & antequam flectatur precibus, nouit condeſcendere fatigatis, ait Caſſiodorus lib. 4. epiſtolarum. Et hæc pietas, eſt donum Spiritusſancti. Quæ ſicut dicit Apoſtolus, ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, vbi dicit glo. Omnis ſumma diſciplinæ, & conſummatio, conſiſtit in pietate & miſericordia. Pietas vt ſæpius reſpicit neceſſitatem ſpiritualem. Vnde quædam gl. dicit. Exerce te ad pietatem, ideſt ad fidem puram, & veritatem rectam, hæc eſt pietas. Miſericordia verò quæ eſt ſecundus actus pietatis, reſpicit neceſſitatem ſpiritualem & corporalem. Vnde Auguſtin. in libr. de opere monachorum dicit. Multò miſericordius operatur, qui circa animas infirmorum, qui bonæ famæ ſeruorum Dei conſulit, quam qui erga corpora ægrotantium ſolicitus panem eſurientibus tribuit. Opera huius miſericordiæ ſunt quatuordecim, videlicet ſeptem corporalia, & ſeptem ſpiritualia. Corporalia ſunt hæc. Viſitatio infirmorum, Potatio ſitientium, Cibatio eſurientium, Redemptio captiuorum, Veſtitio nudorū, Collectio peregrinorū, & Sepultura mortuorum, Prima ſex ſunt in Euangelio, aliud in Thobia. Opera miſericordiæ ſpiritualia, ſunt hæc. Delinquenti ignoſcere, Peccantem corripere, Ignorantem docere, Titubanti conſulere, Mœſtum conſolari. Pro ſalute proximi orare, & Iniurias ſuſtinere, vt alter mitigetur. Et ſic patet quid eſt pietas.

Donū pietatis, quid dicatur.
Pietas innata, quæ ſit.
Acquiſita.
Matth. 5t
Infuſa.
1. Tim. 4.
Matt. 25.

*Capitulum. 2.*

SEcundò videndum eſt, qualiter per donum pietatis in regnō animæ dies ſpiritalis oriatur, proficiat, & conſummetur. De quo notandum eſt, ꝙ ſicut dicit Gregorius libr. primo moralium dies vniuſcuiuſq; doni,

doni, eſt ſua illuminatio. Ipſa enim dona, lumina ſunt Cuius ratio eſt, quia ille donatur in eis, qui eſt Sol infiniti ſplendoris, & ardoris, ſ. Spiritusſanctus. Cum igitur latio ſolis corporalis ſuper terram faciat diem corporalem, in qua oportet operari opera corporalia corpori neceſſaria, cur non multò magis præſentia ſolis

Præſentia Spiritusſā cti cauſat diem ſpiritualem, in anima.

æterni, ſcilicet Spiritusſanctus, in mente humana cauſat diem ſpiritualem, in qua oportet operari opera ſpiritualia neceſſaria ſpiritui? et ſicut opera pietatis etiam aliorum habituum. Omnia enim opera noſtra mortua ſunt ſine pietate, prout eſt cultus Dei. Quare Apoſtolus dicit, exhortando Timotheum. Exerce teipſum ad

1. Tim. 4.

pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas verò ad omnia vtilis eſt. Cuius rationem reddit Hugo de ſancto Victore dicens. Viſibilis actio eſt quaſi quoddam corpus, deuotio verò quaſi Spiritus eius, quia deuotio charitatis actionem viuificat, ſicut anima corpus. Vnde omnis actio, quæ ſine deuotione eſt, mortua eſt. Quia ſicut poſtea dicit, licet quod viuit moriatur, tamen vita non moritur. Actio quidem tranſit, ſed pietas actionis, licet fiat in tempore, non tamen finitur cum tempore. Hæc ille. Opera enim illorum

Apoc. 14.

ſequuntur illos. Ex quo patet, quòd ſententia Apoſtoli vera eſt. Quia pietas omnibus prodeſt, quæ eſt ex benignæ mentis dulcedine grata auxiliatrix omnibus affectio infuſa, vt dictum eſt. Sed ſciendum eſt, quod ſicut in die exteriori tres horæ diſtinguuntur, ſcilicet mane, quod eſt initium diei. Meridies, quæ eſt diei medium. Et veſpera, quæ facit diei, & laboris terminum.

In die pietatis diſtinguuntur tres horæ.

Sic in die ſpirituali pietatis, diſtinguuntur tres horæ, ſ. mane, quæ eſt initium pietatis lucentis circa ſubiectum proprium. Meridies, quæ eſt feruor pietatis lucentis ad diuinum cultum. Et veſpera, quæ eſt inclinatio pietatis lucentis ad proximum. In qua hora completur terminus laboris & fit initium quietis. Primo igitur donum pietatis oriens ex ſole æterno, velut quoddam

Mane diei pietatis.

mane, & initium diei ſpiritualis, in mēte diem inchoat.

Eccl. 43.

Quia vt dicitur in Eccleſiaſtico. Piè agentibus, dabit

Sap. 7.

dominus ſapientiam. Sapientia autem eſt lumen pietatis inextinguibile. Quantò autem pietas magis operatur, tantò lumen ſapientiæ magis ei datur, quo creſcit, & proficit, vſque ad perfectum diem. Sic & operatio impietatis, lumen pietatis in mente minuit, & tenebras gignit. Vnde in Prouer. dicitur. Iuſtorum ſemita,

Prou. 4.

quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſq; ad perfectum diem. Via autem impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant. Hoc igitur donum pietatis, mane ſuæ diei inchoat, dum noua luce mentem irradians, ad ſui ipſius compaſſionem inclinat. Dicit enim Anſelmus in li. de ſimilitu. Spiritusſanctus pietatem menti inſpirat, dum eam ſibi compati, pieque recolere facit, quam miſera erit, ſi à Deo ſeparata fuerit. Ex qua inſpiratione mens illuminata omnes operationes, pio deſiderio in fontem pietatis extendit, & omnem impietatem excludit. Tunc pietatis donum in mente ſicut lux auro-

1. Reg. 23.

ræ oriente ſole mane, abſque nubibus rutilat. Et ad horam meridianam proficiendo properat, in qua diuinum cultum feruenter, & perfectè exercet. Secundò donum pietatis facit horam meridianam diei ſpiritualis in anima. Quia ſicut dicit Auguſtinus, li. 10. de ciui-

Meridies diei pietatis.

tate Dei. Pietas, propriè eſt cultus, qui debetur ſoli Deo, tanquam excellentior & perfectior. Sed nota quid ſit iſte cultus. Ad quod reſpondet Auguſtinus in libro de verbis domini. Colimus Deum, & Deus colit nos. Colimus Deum adorando, & vt culmen noſtrum inuocando. Colit nos Deus amando tanquam agricola, quia agricultura eius in nobis eſt, eo quòd non ceſſat verbo ſuo extirpare mala ſemina de cordibus noſtris, & aperire cor noſtrum, tanquam ſermonis aratro plantare ſemina præceptorum, & expectare pietatis fructum. Sed ad quid eſt pietatis fructus? Reſpondet, ad omnia vtilis eſt. Sed notandum quòd duplex eſt cultus, ſcilicet cultus interior, & exterior. Interior cultus eſt quo, quis ſe offert Deo tanquam principio ſuæ creationis, & fini ſuæ beatificationis, & hoc quantum poteſt ſecundum omnia quæ ab ipſo recepit. Quod recta ratio dictat, & natura ad hoc inclinat. Ratio dictat, quia inferius debet ſubeſſe ſuperiori à quo dependet, & à quo multipliciter deficit, ideo indiget eius influentia, quam conſequitur natura rationalis ſuum ſuperius colendo, vt dictum eſt. Similiter natura ad hoc inclinat. Quod ſatis oſtendit natura rationalis, cuius deſiderium non quieſcit plenè, niſi in ſuo ſuperiori. Vnde Auguſtinus in libro confeſſionum primo dicit. Domine inquietum eſt cor meum, donec veniat ad te. Cuius ratio eſt, quia dominus eſt animæ patria, vt dicitur in lib. de Spiritu & anima. Simile dicit Iſaac, in libro de contemplatione in principio. Cultus exterior conſiſtit in oblationibus, ſacrificiis, adorationibus, & ſimilibus, quæ ſunt ſigna proteſtantia interiorem cultum, qui ſoli Deo debetur. Vnde Auguſtinus in libro de ciuitate Dei, dicit quòd hic cultus ſoli Deo debetur, quia videmus in omni republica obſeruari, quod rectorem ſuū aliquo ſingulari ſigno honorat, quem quicunque alteri exhiberet, incurreret crimen læſæ maieſtatis. Vnde lege diuina pœna mortis ſtatuitur, his qui diuinum honorem alijs exhibent. Qui immolat Exo. 23.
dijs occidetur, præterquam domino ſoli. Eſt tamen ſciendum, quòd aliquis cultus poteſt exhiberi aliquibus creaturis ſine peccato, vt reliquijs ſanctorum, ſanctæ Cruci, & imaginibus Chriſti, & huiuſmodi. Vnde Lib. 4. c. 8.
Damaſcenus loquens de adoratione imaginum dicit, quod in veteri teſtamento non fuit aſſuetus vſus imaginum. Cuius ratio eſt, quia dominus inuiſibilis, incorporalis & incircumſcriptus, adhuc carnem non aſſumpſerat, incarnato autem Chriſto, docuit habere imagines, primò ad rememorationem actuum Chriſti, & martyrum, vt ſimplices literas neſcientes, triumphos Chriſti & martyrum vitam, in picturis quaſi in libris, legerent. Et Damaſcenus ad confirmationem ſui dicti adducit exemplum Chriſti, de quo refertur, quod Abagaro Edeſſenorum regi mittente pictorem, vt imaginem Domini depingeret. Quo non potente, propter reſplendentem claritatem faciei Chriſti, Dominus veſtimento appoſito faciei ſuæ ſimilitudinem propriæ faciei mirabiliter impreſſit, & ſic ſuam imaginem deſideranti Regi tranſmiſit.

Imaginib. & reliqjs. reuerentia debetur.

Imaginibus igitur, & reliquijs debetur aliqua reuerentia ſibi competens, ſoli autem Deo debetur latria. Quando igitur pietas, quæ eſt cultus Dei facit mentem noſtram colere dominum, vt principium noſtræ creationis, & finem noſtræ beatificationis, tam per operationes interiores, quàm per operationes exteriores, fit mens humana ſicut lux meridiana clara, quando abſque nubibus rutilat. Iſidorus 18. Tertiò donum pietatis diem ſpiritualem in ani-

Veſpera diei pietatis.

ma conſummat, & labores eius terminat, dum mentem ad miſericordiam proximi compatiendo inclinat. Hoc enim donum pietatis, alium diem à prædicta die timoris facit in anima, vt dicit Gregorius primò moralium, & eandem per miſericordiam conſummat. Et quia iam donum pietatis, in homine diem ſpiritualem initiauit, illuminando eum per inclinationem, & veram compaſſionem quantum ad ſeipſum, & ſecundò lumen meridiani feruoris menti influxit, dum eam illuminat, & inflammat ad exercendum diuinum cultum, ideo tertiò pietatis lumen veſpertinum diei ſpiritualis in mente terminat, dum eam clementer per miſericordiam inclinat ad proximum. Dicit enim Ioannes. Qui diligit fratrem ſuum in lumine eſt, & ſcanda- 1. Ioan. 2.
lum in eo non eſt, ſ. tenebrarum. Illud tamen lumen, dicitur,

dicitur veſpertinum, reſpectu luminis meridiani. Vnde Linconien. ſuper 6. angelicæ Hierarchię cognitioné, quæ habetur à creaturis de Deo, vocat cognitionem veſpertinam, ideo quia lumen pietatis, quod inclinat ad diuinum cultum purius, & melius videtur, quàm quòd inclinat ad proximum. Quare & Bernardus dicit. Porrò in aliud tendere quàm in dominum, licet propter dominum, non ocium Mariæ, ſed negotium Marthæ eſt, quę adhuc ſolicita eſt, & turbatur erga plurima, cum vnum ſit neceſſarium. Et ideo non poteſt terrenorum actuum anima, vel tenui puluere conſpergi. Sic igitur donū pietatis cauſat mane, meridiem, & veſperam in die ſua. Factum eſt ergo veſpere & mane dies ſecundus, vt habetur in Gen.

SuperCantic. Ser. 41.

Gen. 1.

*Capitulum 3.*

TErtiò videndum eſt, qualiter per donum pietatis in regno Dei, & animæ conuiuium ſpirituale animæ, & omnibus viribus eius præparetur. Dicit. n. Greg. in lib. 1. moral. Pietas, in die ſuo conuiuium facit, & menti exhibet, quia cordis viſcera miſericordiæ operibus replet. Opus autem bonum eſt cibus animæ, vt dicit Gregorius. Et 21. moralium dicit. Comedere animæ eſt bonis operibus ſatiari. Hec ille. Primò igitur donum pietatis prudentiſſimè à conuiuio ſuo impietatem, & omnem familiam illius expellit, quia omnia fercula mentis inficit, & inſipida facit. Nam vt ait Auguſtinus in ſermone quodam. Etiam iuſtitia quæ eſt virtus ſpecialis & dulce ferculum piæ mentis, ſine pietate crudelitas eſt. In crudelitate auté nulla dulcedo eſt, ſed amaritudo impietatis in ea regnat. Quare cibaria animę nullo igne charitatis, decoquit, ſed cruda & inſipida relinquit. Vnde Seneca in libro de morib' dicit. Reſpice crudelitatem, & matrem eius iram, cum omni familia ſua. Hæc. n. humanæ naturæ maximè inimica eſt, pietas autem amica eſt. Ait Tullius libro tertiò de officijs, ideo ipſa eſt dulce condimētum humanorum actuum. Quare per odium ſignificatur, vt ait Richardus, in tractatu de gemino paſca. Et ſic donum pietatis, impietatem à cōuiuio ſuo omnino expellit. Secundò donum pietatis nō ſolùm inuitat omnes vires mentis, tanquàm incolas regni ad ſuum conuiuium, ſed exteriores, & laborantes, dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Similiter & pia mater pietatis, omnes vires, & virtutes ſuas, ad operationes & ad officia dulciter inclinat, & inter ſe concordat, & ad cōcordiam morum, & ad amicitiam mutuam inuitat, & ad cultum Dei, tanquàm ad officium proprium maximè inſtigat. Quod bene oſtendit Hugo dicens ſic. Inuitat pietas deſperatum, trahit charitas inuitū, miſericordia pacificat iratum, hylaritas reddit ſecurum, affabilitas familiarem facit, familiaritas ſecretum aperit, apertio ſecreti amicitiam parit, morum concordia amicitiam cuſtodit, humilitas Deo proximum facit. Hæc ille. Et ſic pietas omnes conuiuantes inter ſe concordat, & ad exteriores inclinat, & eos Deo approximat, eum colendo humiliter, & obediendo viriliter. Sola enim humilitas dominum perfectè colit. Sunt & aliæ familiæ pietatis, quarum quædam miniſtrant in choro, humiliter pſallendo, quædam in refectorio, dulciter miniſtrando, quædam in dormitorio, ſomnum quietem contemplationis procurando, quædam in coquina, mentis opera bona tanquam cibaria dulcia igne charitatis decoquendo, quædam in infirmaria, debiles piè reficiendo, quædam in capitulo, miſericorditer, & compaſſiuè corripiendo. Et ſic pietas, omnes miniſtrantes ſua dulcedine reficit & conſolatur. Quod & dici poteſt de tota familia animæ, alioquin pietas non eſſet vtilis ad omnia. Tertiò donum pietatis omnes incolas, & conuiuantes regni Dei, & animæ, quod in nobis eſt, vt dicit dominus, multipliciter reficit, dum eis diuerſa fercula ſpiritualia apponit. Sed prænotandum eſt, quòd ſicut dicit Auguſtinus libro decimò de ciuit. Dei, pietas eſt cultus Deo debitus principaliter. Cuius ratio eſt, quia homo efficitur debitor alicuius diuerſimodè, vel ſecundum eius excellentiam, vel ſecundum beneficia accepta, & ſecundum vtrunque iſtorum, eſt homo debitor Dei, quia Deus primum & ſummum locum obtinet, quia eſt excellentiſſimus, & principium nobis eſſendi, cauſandi, conſeruandi, gubernandi, & beatificandi. Ideo pietas eſt, ſummæ originis pius ſenſus, & deuotus affectus, & fidelis famulatus ſiue cultus per fidem, ſpem, & charitatem. Iſtis enim colitur Deus, vt dicit Auguſtinus, dum per fidem, ſpem, & charitatem in Deum tenditur. Ad quod pietatis donum inclinat, & habilitat. Et in hoc cultu diuino, pietas fercula dulcia & multifaria menti apponit, & propinat. Nam in fide tot dulcia fercula menti exhibentur, & paſcua virentia oſtenduntur, quot ſaporoſæ virtutes & veritates in ea continentur, quæ ſunt miræ. Vnde Bernardus dicit ſic. Hi ſcilicet cultores Dei, pro fidei magnitudine digni inueniuntur, qui in omnem plenitudinem Dei inducuntur, nec eſt in omnibus apothecis ſapientiæ aliquid omnino, à quo Deus ſcientiarum dominus arcendos cenſeat cupidos veritatis, non conſcios vanitatis. Magna enim fides, magna meretur. Sequitur. Iſtiuſmodi magnis ſpiritibus, magnus occurrit ſponſus, emittens lucem & veritatem ſuam, eoſque adducit & deducit in montem ſanctum ſuum, & in tabernacula ſua. Regem in decore ſuo videbunt præeuntem ſe ad ſpecioſa deſerti, ad flores roſarum, ad lilia conuallium, ad amena hortorum, ad irrigua fontium, ad delicias cellariorum, ad odoramenta aromatum, poſtremò ad ipſa ſecreta cubilis, vbi ſunt theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ penes ſponſum abſconditi, hæc vitæ paſcua præparata ſunt, in refectionem animarum fidelium. Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis. hæc Bern. Hæc paſcua, dulciſſima fides menti oſtendit. Quid enim non inuenit fides? fides attingit inacceſſa, deprehendit ignota, comprehendit immenſa, apprehendit nouiſſima, ait Bern. ſuper Cant. Et Auguſt. in libro de verbis Apoſtoli dicit. Nullæ maiores diuitiæ, nulli theſauri, nulli honores, nulla huiuſmodi ſubſtantia maior eſt, quàm fides catholica, quæ peccatores ſaluat, cæcos illuminat, mortuos viuificat, & cætera multa quæ ibi enumerantur, quæ omnia mentem reficiunt. Secundò pietas in cultu diuino, qui fit per ſpem, non eſt vt paſſio, ſed vt eſt virtus theologica, mentem ad cōuiuium introducit. Et ibi multa fercula ſapida ei proponit, & conuiuantibus. Proprium enim obiectum ſpei, eſt beatitudo æterna, quæ eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, vt ait Boetius 3. de conſolatio. Sed ſperare beatitudinem æternam, ſiue Deum, eſt appropinquare illi. Quia ſperans propinquius ſe habet ad Deum, vel beatitudinem, quam deſperans, vt patet. Quare magis attingit Deum, innitens eius auxilio ad conſequendum bonum ſperatum, quam fides, dicens. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in domino Deo ſpem meam. Vnde & beatus Auguſt. lib. de trinit. attribuit ſpei quoddam frui, vbi dicit. Quoddam eſt frui, quod eſt ſpei, & non rei, ex quo ſpes immediatius attingit Deum, quam fides, & ſic magis propinquat Deo. Quantò autem mens per ſpem magis appropinquat, tantò ſuauiores odores dei ſentit. Quod oſtendit Bern. di. Licet dominus ſuauis ſit vniuerſis, maximè autem domeſticis, quantò ei quis familiarius pro vitæ meritis, & puritate mentis appropriat, tantò eum recentiorum aromatum,

22. moral. cap. 6.

Pietas impietaté expellit à cōuiuio ſuo.

Inuitat omnes vires animę, etiā exteriores Matt. 11.

Libro 3. de clauſtro animę, ca. 6.

Luc. 17.

In Enchi. cap. 3.

Super Cantica. Serm. 4.

Pſal. 72.

Super Cantica. Ser. 22.

matum arbitror,& vnctionis ſuauioris ſentire fragrantiam.Porrò huiuſmodi non capit intelligentia,niſi quãtum attingit experientia. Et ibidem oſtendit piæ ſpei plures odores, eſſe diuerſas virtutes dicens. Vides ne aliquos magis ad pœnitentiam animari ſpe indulgentiæ, immò omninò domine Ieſu, propter manſuetudinem quæ prædicatur in te, curemus poſt te in odorem vnguentorum tuorum,audientes, ꝙ non ſpernas pauperem,non horreſcas peccatorem, nec horruiſti confitentem latronem,non lachrymantem peccatricem, non chananeam ſupplicantem, non deprehenſam in adulterio,non clamantem publicanum, non negantem diſcipulum, non perſecutorem diſcipulorum, non crucifixores tuos.In odorem iſtorum vnguentorum pijſſimorum curremus,donec regeneremur in ſpem viuam.Hęc ſpes immortalitate plena eſt. Et ſicut dicit Gregorius.
1.Pet.1. Spes illa in æternitatem animam erigit, & idcirco nulla
Sap.3. mala,quæ exterius tolerat ſentit. Tertiò pietas in cultu
Lib.6. moral.ca. 21. diuino qui fit in charitate dulcia cibaria,à fidei conuiuãtibus iudicata,& à ſpe præparata iam guſtare facit. Ratio huius eſt, quia charitas perfectius attingit Deum, quàm fides vel ſpes,licet.n.mens Deum attingat aliqualiter in lumine fidei ſub ſpe,vel ratione viſionis enigmaticæ,hæc tamen non eſt perfecta attingentia, niſi Deus qui eſt præſens menti per modum, ſic viſi, fiat præſens ſub ratione ſperati,& amati. Spes enim præſupponit fi-
Ad Heb. 11. dem,quia accedentem ad Deum oportet credere quia eſt.Et ideo ſpes aliqualiter magis attingit Deum quàm fides,vt ſupra dictum eſt. Sed nec hæc attingentia, ſeu præſentia ſpei perfecta eſt,niſi Deus attingatur, & præſens fiat per modum amati,& amplexus,'quæ debentur volitiuæ potentiæ,cui propriè conuenit habere,& poſſi-
Li.9.de trinit.capi.6. dere,vt patet per Auguſtin.vbi dicit ſic, Appetitus quo inhiatur rei cognoſcendæ fit amor cognitæ, dum tenet
In Epiſ.ad Dardanũ. amplectitur placidam prolem,i.notitiam gignenti coniungit.Et idem Auguſt.dicit,quòd quidam Deum cognoſcunt,& tamen eum propter hoc non habent, Vbi præſcindit cognitionem,ab habere. Multum enim differt,cibum cognoſcere, habere, & guſtare.Guſtus autẽ nõ eſt in cognitione,ſed in amore.Huius ratio eſt, quia dicit Hugo ſuper 7.angelicæ Hierarchiæ. Amor acutus eſt,& tranſit omnia,& penetrat donec ad amatum,& in ipſum veniat, nec quieſcit donec amatum teneat, & dicat,nõ dimittam ipſum,donec introducam eum ad om-
Cant.3. nia intima mentis meæ,vbi eſurio & ſitio ipſum vt dicitur in Canti. Quod exponens Bernar.dicit.Quis te non teneat domine,qui tenentem te ſpe fortificas,perfectione decoras, perſeuerantia conducis, remuneratione perducis,vt,ſ.reficias?Sequitur. Ego autem non dimittam te, niſi benedixeris mihi, & nunquam dimittam te,quia non benedicis, niſi tenentes te. Hæc ille. Igitur tenetur in cultu charitatis, quia Deus charitas eſt, & qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo, In quo dominus manet, dulci charitate reficitur. Quia ſicut dicit Richard. Amor ſiue charitas eſt dulcedo ſaporis intimi,& quantò quis ardentius amat, tantò dulcius guſtat,igitur in charitate eſt dulcior refectio. Iſte guſtus amoroſus,totam familiam conuiuij mentalis primò ab impuritate mundat,virtutibus adornat,dulcedine cibat, dilectione inebriat, lumine ſerenat, gaudio exhilarat. Iſta Rabanus in ſermone quodam declarat, dicens. Amor eſt ignis in meditatione, purificans mentem à ſordibus vitiorum omnium. Eſt lux in oratione mentem irradians claritate.Eſt mel in gratiarum actione,mentem dulcorans in dilectione diuinorum beneficiorum. Eſt vinum in contemulatione,mentem inebrians iocunda dilectione.Eſt ſol in beatitudine, mentem clarificans ſereniſſima illuminatione.Eſt vita mentem exhilarans ineffabili gaudio, perenni iubilatione, Hic cultus charitatis, fidem & ſpem format & confor-mat, & totum conuiuium mentis, & conſumat & perficit. Vnde Caſſiodo.ſuper Pſal.dicit.Charitas eſt mors criminum,virtus pugnantium,palma victorum,concordia mentium,ſocietas electorum, quam fides concipit, ad quam ſpes currit, cui profectus omnium bonorum ſeruit.Ad quod conuiuium nos conducat,qui eſt benedictus in æternum.

### De Dono ſcientiæ. Cap. 1.

TErtiò dicendum eſt,de dono ſcientiæ, quod immediate ſequitur donum pietatis, quia ſicut dicit Grego.primò moralium, nulla eſt ſcientia ſi vtilitatem pietatis non habet.Et Anſel.dicit.Poſt donũ pietatis, Spirituſſanctus ſcientiam ſuperimponit pieta- Libr.de ſimil.circa fi.
ti,cum mens ſic timet ſibi & compatitur, vt quo valeat modo ſaluari ſcrutatur,eiq; Spiritusſãctus huius rei cognitionem largitur.Hunc etiam ordinem donorum tenet Auguſt.libr.2.de doctrin.chriſtian. De hoc autem dono ſcientiæ ſunt tria notanda.Primò, quæ ſcientia donum Spirituſſancti dicatur.Secundò, qualiter per donũ ſcientiæ in anima dies oriatur.Tertiò quomodo per donum ſcientiæ menti conuiuium præparatur. Circa primum nota,ꝙ Bernardus ſuper Cant.in quodam ſermone dicit,Scientia quędam eſt ſecularis,quæ inebriat non Quæ ſcientia eſt donum Spiritusſancti.
charitate ſed curioſitate,implet ſed non nutrit,inflat & non ædificat,ingurgitat,& non confortat. Et talis ſcientia non eſt donum Spirituſſancti. Eſt alia ſcĩetia de qua Aug.dicit.Eſt ſcientia quę non eſt rerum vanarum,nec Lib.14.de trinit.c.5.
rerum curioſarum, ſed de his quibus fides ſaluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit,gignitur, nutritur, defenſatur, roboratur, & hæc dicitur donum Spirituſſancti.Et hoc donum gratuitum, eſt lumen ſupernaturale.Cuius actus eſt bene iudicare,ſecundum regulas legis æternæ de agilibus per nos,quorum non eſt determinata via quo ad nos,qualiter fieri debeant, eo ꝙ non ſemper vniformiter fienda ſunt. Vnde per donum ſcientiæ, innoteſcit homini rectum iudicium de creaturis, quòd non eſt eis verum bonum,& hoc fit per lumen ſupernaturale.ſ.per principia fidei,quæ ſunt articuli fidei. Ideo ex conſequenti, ad donum ſcientiæ pertinet reſoluere hominis actiones,ad fidei articulos vt ad principia.Et notandum eſt, quòd donum ſcientiæ principaliter reſpicit ſpeculationem,ſcilicet, inquãtum homo ſcit quid tenere debeat. Secundò ſe extendit ad operationem,quia per ſcientiam credibilium, & eorum quæ ad credibilia conſequuntur,dirigitur in agendis. Vnde illi donum ſcientiæ habent,qui ex infuſione gratiæ certum iudicium habent circa credenda, ſic quòd in nullo deuiant à rectitudine iuſtitiæ. Et hæc eſt ſcientia ſanctorum,de qua dicitur. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas,& dedit illi ſcientiam ſanctorum. Ex his patet, quòd donum ſcientiæ eſt habitus infuſus,in quo homo habet certum iudicium circa credenda, & agenda. Igitur ſicut dicit Hiero.in prologo, ſuper bibliam.Diſcamus in terris, quorum ſcientia remanebit nobis in cœlis.Valde enim indignum eſſet, quòd tantum laborare circa ſcientiam, & virtutes, ſi deſinerent eſſe in morte. Vnde Hieronym.ibidem dicit, quòd ſacra ſcriptura eſt habitaculum regni cœleſtis.Euacuabitur tamen imperfectio eius.

### Capitulum 2.

SEcundò videndum eſt, qualiter per donum ſcientiæ,in anima dies oriatur. De quo notandum eſt, quòd cum donum ſcientiæ ſit habitus luminoſus,à Spirituſancto animæ infuſus, qui omnia ſcrutatur, &

omnem veritatem docet, quo habitu anima habet rectum & certum iudicium circa credenda, & agenda, vt ſupra dictum eſt, huiuſmodi nō poſſunt fieri ſine lumine. Lumen autem facit diem, ſicut dicit Hugo in libro de tribus dietis. Planum eſt, quòd donum ſcientiæ cauſat diem ſpiritualem in anima, quæ ſecūdum maiorem, & minorem illuminationem cauſat mane, meridiem, & veſpertinam horam. Mane huius diei, cauſat donum ſcientiæ, dum ſe extendit ad lumen ſcientiarum acquiſitarum per ſtudium & doctrinam, quæ ſcientiæ, licet ſint quædam lumina, tamen ſunt obſcura. Quia ſicut dicit Hugo in prologo ſuper libro angelicæ Hierarchiæ, Philoſophis, vel ſapientibus mundi datum eſt, veritates aliquas inuenire propter nos, quibus conſumatio ſeruabatur. Vnde inuenerunt veritatem illam, quàm oportuit ſuſcipere filios vitæ, ad obſequium ſummæ veritatis. Illis labor appoſitus eſt, nobis autem fructus ſeruabuntur. Ipſi archana ſapientiæ non nouerant, quia conditorium theſaurorum, ſ. incarnatum Ieſum non nouerant, ſed naturali documento ſolo vtentes, lippienti acie lumen nubilum, & ambiguum adduxerunt, propterea errauerunt, & euanuerunt, cum mente tranſire vellent ea quę eis conceſſa ſola fuerant noſſe. Etiam hęc ſcientia aſſimilatur auroræ, quæ eſt mane & initium diei. Aurora enim eſt lux noua tenebris permixta, vt dicit Richard. Sic & ſcientiæ humanæ, tenebris permixtę ſunt, donec donum ſcientiæ faciat nos circa ea iuſtè ſentire, & rectè iudicare. Secundò donum ſcientiæ extendens ſe ad lumen ſacræ ſcripturæ, & ad credibilia, cauſat in anima horam meridianam diei ſpiritualis. Nā lumen horæ meridianæ clarius illuminat, & vehementius inflammat, vt patet ad ſenſum. Sic lumen ſacræ ſcripturæ, ſuper omnes ſcientias mentem clarius illuminat, & vehementius inflammat. Vnde Greg. dicit ſic. Quāuis omnem ſcientiam atque doctrinam, ſcriptura ſacra ſine aliqua comparatione tranſcendat vt taceam quòd vera prædicat, quòd ad cœleſtem patriam vocat, quòd à terrenis deſiderijs ad ſuperna amplectenda cor legentis inuitat, quod dictis obſcurioribus exercet fortes, & paruulis humili ſermone blanditur, quòd nec ſic clauſa eſt vt paueſci debeat, nec ſic patet, vt vileſcat, ꝙ vſu faſtidium tollit, & tantò amplius diligitur, quanto amplius meditatur, quòd legentis animum humilibus verbis adiuuat, ſublimibus verò, ſententijs leuat, quòd aliquo modo cum legentibus creſcit, quòd ab auidis lectoribus, quaſi recognoſcitur, & cum doctis ſemper noua reperitur. Vt ergo de rerum pondere taceam, ſcientias tamē omnes atque doctrinas, ipſo etiam locutionis ſuæ more tranſcendit. Hæc ille. Sic ergo donum ſcientiæ per lumen ſacræ ſcripturæ, animam illuminat & inflammat ad modum lucis meridianæ, vt dicatur de ea illud Iſaiæ. Sicut lux meridiana clara eſt. Tertiò donum ſcientiæ ſe extendens ad lumē ſcientiæ moralis, & ad agibilia, facit horam veſpertinā in die ſpirituali animæ, quæ eſt hora quietis, & terminus laboris. Exibit.n. homo manè ad operationem ſuam, vſq; ad veſperam, ait Pſal. ſic donum ſcientię notificans homini rectum iudicium circa credenda, & agenda, ipſum quietat, dum eum in veritate ſtabilitat. Sed & laborem minuit, & quaſi terminat, dum eum gaudenter, operari facit, quia finis laboris, quietem æternam ei piè oſtendit. Vnde Dionyſius dicit. Fides diuina eſt ſtabilis, collocatio credentiū, collocans eos in veritate, & confirmans in tranſmutabili identitate. Sequitur. Et credentem in veritate, teſte ſcriptura, nihil moueat, à lætitia, quæ eſt ſecundum veram fidem, ſed habeat in ea permanentiam immobilis identitatis. Et parum infra dicit. Ita igitur, principes, & duces noſtræ ſapientiæ, ſcilicet Apoſtoli, & eorum diſcipuli, pro veritate qnotidie lætantur, & moriuntur, teſtificantibus omnibus verbo & opere veritatem, ſicut conueniens eſt. Et ſic veſpere, & mane dies tertius perficitur.

Donum ſcie̅tię, cauſat diem in anima tribus horis diſtinctá.

Libr. 2. de contempl. cap. 19.

Lib. 2. moral. cap. 1.

Iſaię 18.

Pſal. 103.

De diuin. no. cap. 7.

Roma. 8.

*Capitulum.* 3.

TErtiò videndum eſt, quomodo per donum ſcientiæ, menti humanę conuiuium pręparatur, in dię ſuo, & de diuerſitate ferculorum illius. Circa qđ ſciendum eſt, quòd Aug. in lib. de vita beata dicit, quòd ſicut ſcie̅tia eſt cibus animæ, ita vitia ſunt fames animæ & ſterilitas. Et illa fames cauſat quoddam ieiunium ſpirituale in anima, quod donum ſcientiæ expellit ab anima. Vnde Grego. in primo mora. dicit. Scientia in die ſuo conuiuium facit, quia in ventre mentis, ignorantiæ ieiunium ſuperat. Ex quo patet, quòd ignorantia, & vitia cauſant in anima ieiunium ſpirituale, quæ quamuis ſit incorruptiblis, tamen multum debilitatur, eò quòd interius nullis veritatibus cibatur, & ex conſequēti nec appetitus verbis bonis ſatiatur, quia incognita amare nō poſſumus, ideo nec guſtare poſſumus, vt dicit Beda ſuper Lucam cap. 8. Igitur conſulit Auguſt. in libro de vera religione. Omiſſis nugis theatricis, & poeticis, diuinarum ſcripturarum conſideratione & tractatione paſcamus animum, atque potemus, vanæ curioſitatis famæ ac ſiti feſſum, a ęſtuantem inanibus fantaſmatibus, tanquā pictis epulis fruſtra refici, ſatiariq; cupientē cū, talia animā non ſatient. Secundò donum ſcientiæ prouocat animæ appetitum, per manifeſtationem dulciſſimarum veritatum. Nam ſicut dicit Auguſtin. ſuper Ioannem. Veritas panis eſt, & mentem reficit, nec tamen deficit. Et quanto donum ſcientiæ dulces veritates magis manifeſtat, tanto appetitum magis prouocat. Quia quāto alimenta ſpiritualia plus ſumuntur, tantò plus appetuntur, ait Gregor. Alioquin (ſicut dicit Hugo libro de vanitate mundi) fruſtra in nobis diuinæ cognitionis abundantia creſcit, niſi in nobis diuinæ dilectionis flamma augeſcat. Sed dilectio ſiue charitas, eſt cibus dulciſſimè reficiēs mentem. Vnde Berna. in lib. 12. de gradib. humilitatis dicit. Dulcis cibus & ſuauis eſt charitas, quæ feſſos alleuiat, debiles roborat, mœſtos lætificat, iugum denique veritatis facit ſuaue & onus leue in illo ſcilicet conuiuio mentali. Tertiò donum ſcientię conuiuantes multipliciter reficit, per ferculorum diuerſorum delicioſam exhibitionem, quæ in ſcientia ſacræ theologiæ occulta oſtendit, & conuiuantes illuminando guſtare facit. Vnde Gregorius in morali. exponens illud Iob, 21. Tunc ſuper omnipotentem delicijs afflues, dicit: Super omnipotentem delicijs affluere, eſt in amore illius ſacræ Scripturæ epulis ſatiari. In quibus nimirum tot delicias inuenimus, quot ad profectum, noſtrum intelligentiæ diuerſitates accipimus: vt modo nos nuda paſcat hyſtoria, modò ſub textu literæ velata nos reficiat medullitus, allegoria: modo ad altiora ſuſpendat contemplatio anagogiæ, in præſentis vitæ tenebris, iam de lumine æternitatis intermicans. In his verbis Gregorius innuit, triplicem menſam eſſe ſacræ Scripturæ, in quibus animæ ſtudioſe mediante dono ſcientiæ, diuerſimodè & dulciter reficiuntur. Prima eſt menſa hyſtoriæ. Secunda eſt menſa allegoriæ. Tertia eſt anagogiæ. In menſa hyſtoriæ, ſimplices cibantur ferculis groſſioribus. In menſa allegoriæ cibantur doctores ferculis ſubtilioribus. In menſa anagogiæ, perfectiores cibantur ferculis dulcioribus. In menſa hyſtoriæ, ſimpliees cibantur ferculis groſſioribus, fidem roborantibus, dum ſimplices legunt in ſacra ſcriptura, quòd aqua in vinum mutatur, Lazarus ſuſcitatur, lepro ſus mundatur, cœcus illuminatur, & huiuſmodi. Tunc turba ſimplicium paſcitur, quando fides exemplis roboratur. Vnde Alexander Nechan, ſuper Cant. cap. 5. dicit.

Quæ fames & quæ cibus animæ ſit.

dicit. Ecce nobis recumbentib. ad menſam ſacræ ſcripturæ, proponuntur poma miræ fragrantiæ. Arbor ſiquidem propaginis, cuius radix erat prothoplaſtus, decorata multitudine ramorum, qui ſurſum tenduntur: protulit poma. i. exempla commeſtibilis & commendabilis ſaporis, per quæ intellige bona opera, ſeu prophetarum vaticinia, quorum delicioſo odore, ſancta Mater Eccleſia quotidie recreatur. Hæc ille. In menſa ſecunda allegoriæ, reficiuntur ſubtiliores, vt doctores, & ſimiles, ſubtilioribus & dulcioribus ferculis, dum eis panis verus de cœlo promittitur, & datur, habens in ſe omne delectamētum, & omnem ſaporem ſuauitatis. Ex cuius manducatione reſurrectio nobis promittitur, vita æterna ſperatur, ianua cœleſtis aperitur, menſa æternæ refectionis præparatur, corpus Chriſti hic verè manducatur, in quo nobis diuinitas propinatur. Vnde Hugo in primò cap. ſuper librum angelicæ hierarchiæ dicit, carnem aſſumptam Ieſus nobis in edulium propoſuit, vt per cibum carnis, ad guſtum inuitaret diuinitatis. Ex his autem confortatur anima, & ſurgit in ſpem viuam. De qua ſpe Greg. lib. 6. mora. dicit. Spes in æternitate animum erigit, & idcirco nulla exterius aduerſa, quę tolerat, ſentit, quod non eſt modica refectio mētis. In menſa tertia. ſ. anagogiæ, ſpiritales & perfectiores paſcuntur ferculis dulciſſimis, & ſapidiſſimis, Cuius ratio poteſt eſſe talis. Anagogia, vt dicit Hugo, eſt aſcēſio, ſiue eleuatio mentis in contemplationem ſupernorum. Ideò aſcendendo tranſcendit narrationem menſæ hiſtoricæ, ſed contemplando tranſit vltra velamina menſæ allegoricæ. Plena autem eleuatio, & pura contemplatio, in mentem miram, & dulcem generat delectationem, & refectionem. Vnde Gregor. dicit ſic. Contemplatio amabilis, & mirabilis valde dulcedo eſt, quæ ſuper ſemetipſam animam rapit, i. cœleſtia aperit, terrena autem debere eſſe contemptui oſtendit, ſpiritualia oculis mentis patefacit, corporalia abſcondit, vt talis contemplatrix dicat illud Cantic. Ego dormio, & cor meum vigilat, Sequitur. Vigilanti etenim corde dormit, per hoc ꝙ interius contemplando proficit, & ab inquieto opere foris quieſcit. Sequitur. Neque adhuc omnipotens Deus in ſua claritate conſpicitur, ſed quædam ab illa anima ſpeculantur, vnde refecta proficiat, & poſt ad viſionis gloriam pertingat. Hæc ille. Quare contemplatrix anima deſiderans claram dilecti viſionem, & plenam refectionem, confortata petit iam trahi de iſtis menſis ad illam glorioſam menſam & epulationem cœleſtis conuiuij, dicens illud. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie. Bern. exponens hæc verba dicit ſic. Primò aduerte, quàm eleganter ſponſa amorem ſpiritus ab amore carnis diſcernat affectu, dum dilectum exprimere magis iam volens affectione, quam nomine, non ſimpliciter dicit, quem diligo, ſed inquit, quem diligit anima mea, ſpiritualem deſignans amorem non carnalem. Indica mihi igitur, vbi paſcas, &c. Antequam adimplebis me lætitia cum vultu tuo, vultum tuum requiro, vultus autem tuus vera meridies eſt. Hæc ille. Hic meridies anagogiæ clarior eſt in ſplendore, & feruentior in calore. In ſplendore clarior, dum pater per verbum infiniti ſplendoris ſe perfectè manifeſtat. Et in calore feruentior, dum per amorem ſuum ſpiratum, qui eſt infiniti ardoris ſiue charitatis, ſe ad guſtandum, amplexandum, & habendum liberaliſſime in anagogia communicat. Sed Bern. ibidem dicit. Veruntamen quantumlibet hic meridies viæ inualeſcat, & radios ſuos multiplicet, per omnia mortalis huius vitæ curricula, ſitq; nobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi, non tamen ad lumen perueniet meridianum patriæ. Nam hic paſtus ſed non ad ſaturitatem, nec cubare licet, ſed vigilare oportet, propter timores nocturnos, nec hic clara lux nec plena refectio, nec tuta manſio. Igitur indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in vera meridie. ſ. in claritate lucis, & feruore charitatis tuæ infinitæ. Hæc ille. De hac meridie dicit Bern. ibidem, quod ammirando exclamat dicens. O vera meridies plenitudo feruoris & lucis, ſolis ſtatio, vmbrarum exterminatio, paludum deſiccatio, fętorum depulſio. O perenne ſolſticium, quando iam non inclinabitur dies. O lumen meridianū. O venerabilis temperies. O æſtiua venuſtas. O autumnalis vbertas. O quies & feriatio hiemalis, hunc locum inquit tantæ claritatis & pacis, & plenitudinis, indica mihi, vt ego te in lumine tuo per mentis exceſſum merear contemplari, paſcentem vberius, quieſcentem ſecurius. Hæc eſt menſa veri Salomonis, in qua regina Saba vltra non habuit ſpiritum humanum, tota abſorpta in ſpiritu diuino.

Ioann. 6. Sap. 16. — Super 1. Angel. Hierar. — Libr. 1. ſuper Ezech. p. 3. Ho. 21 — Cant. 5. — Cant. 1. Serm. 34. — 3. Reg. 10.

## *Capitulum* 4.

De hac menſa diuinæ ſcripturæ ſiue ſcientiæ Hugo loquens, dicit idem, ſed per alia verba, quæ fortè magis ſapiunt, vnde dicit ſic: ſicut homo exterior in refectorio materiali ad horam cibo potuq; reficitur, ſic homo interior in refectorio ſanctæ meditationis diuerſorum exemplorum ferculis ſaginatur, & vino compunctionis potatur. Sequitur; In hoc ergo refectorio tres ponuntur menſæ, ideſt tres intellectus, diuinæ ſcripturæ, videlicet menſa hyſtorialis, myſterialis, & moralis. Prima menſa ponitur ſimplicibus, ſecunda doctoribus, tertia vtriſque communiter. In prima ponitur cibus groſſior. In ſecunda, cibus ſubtilior. In tertia, cibus dulcior. Prima ſaporem continet exemplorum. Secunda continet dilectionem myſteriorum, Tertia dulcedinem morum. In prima, Chriſtus panem fregit. In ſecunda, figuris miniſtrat vinum. In tertia, docet verum. In prima, paſcit miraculis. In ſecunda, figuris. In tertia, verbis. Refectio miraculorum corroborat fidem, impletio figurarum confortat ſpem, doctrina morum, adauget charitatem. Cum enim mortui ſuſcitantur, leproſi mundantur, cæci illuminantur, tūc ſimpliciorum turba paſcitur. Sed fides inde ſuccreſcit, dum Deus hòc feciſſe creditur. Dum verò reſurrectio Chriſti creditur, tunc noſtra reſurrectio ſperatur, dum ſemen ſeminantis quibus terris congruat aſſignatur, quid aliud fit, quam ꝙ in mentibus hominum, verbi Dei amor ordinatur? Ponuntur itaq: menſę, ponuntur & panes. Ad primam menſam Moyſes offert panem conſperſum, tanquam cibum groſſiorem. Oleo deuotionis conſperſum in ſuperficie, quia lex nullum ad perfectum duxit, dabatur tamen populo Dei exeunti de Ægypto ille panis, ad aliqualem deuotionem eius & alleuiationem. Ad ſecundam menſam, Ruth obtulit panem intinctum in aceto Dominicæ paſſionis. Qui habet virtutem patienter ſuſtinendi, omnia aduerſa. Vnde Auguſtin. in libr. de conflictu vitiorum, & virtutum dicit. Si paſſio redemptoris noſtri ad memoriam reducatur, nihil tam durum, quod non æquo animo toleretur: parua enim omnia reputemus: ſuæ paſſioni comparemus quæ patimur. Simile dicit Iſidor. de ſummo bono. Ad tertiam menſam, ſcilicet anagogiæ, Chriſtus dat panem ſubſtantialem ſeipſum in corpore & ſanguine ſuo, vt ſicut dicit Hugo, per cibum carnis, inuitet ad guſtum diuinitatis, vt homo manducet panem angelorum, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Ideo maximè reficit. Vnde Vercellen. ſuper Cantica dicit. Nihil eſt, quòd ita gratam mentibus præſtet refectionem ſicut panis ſuperſubſtantialis, ideſt Euchariſtiæ. Et ſic conuiuantes in prima menſa, ad exeundum de Ægypto alleuiantur. In ſecunda menſa, ad ſuſtinendum patienter pericula

Libro 3. De clauſtro aïe. c. 9. — Leuit. 7. — Ruth 2. — Ioan. 6.

cula viæ animantur . In tertia menſa , conuiuantes ſic
reficiuntur, vt in æternum non moriantur. Poſt appoſi-
tionem panum , ponuntur diuerſa genera pulmento-
rum . Nam tres pueri afferunt legumina , Paulus infir-
Daniel. 1. mus miniſtrat olera , Moyſes affert diuerſa ferculorum
genera, mel ſcilicet de petra, oleumque de ſaxis duriſſi-
mis, butyrum de armento , & lac de ouibus , cum adi-
pe agnorum & arietum filiorum Baſan , & hircos cum
medulla tritici , & ſanguinem vuæ biberent meraciſſi-
mum. Poſt appoſitionem pulmentorum , ponuntur di-
uerſa fercula carnium , Nam Abel offert agnum , A-
braam arietem, Ioſue vaccam, Moyſes volatilia penna-
Matth. 22. ta , & rex Euangelicus altilia occiſa , per quæ ſignan-
tur patres noui teſtamenti, quidam dū gratiam pingue-
dinis internæ dulcedinis percipiūt , à terrenis deſiderijs
ad ſublimia contemplationis ſuæ penna ſubleuantur ,
ait Gregor. Poſt appoſitionem carnium , ponuntur di-
Io. vlti. uerſa fercula piſcium . Nam Apoſtoli afferunt piſces
Thob. 6. de mari in Ioan. Piſces de fluuio Tob. Piſces de ſtagno
Leuit. 11. in Leuitic. vbi dicitur . Omne quod habet pennulas
& ſquammas, tam in mari quam in fluminibus , & ſta-
gnis comedetis . Vbi dicit Gregor. in gloſ. Piſces , qui
habent pennulas, ſolent ſaltare ſuper aquas , & ſignant
animas , quæ eleuantur vltra illa fluxibilia per contem-
plationem , & etiam aliqui ſunt in actiua vita , & illi
ſunt comedendi , & eccleſiæ incorporandi , vel traij-
ciendi , quia ſunt mundi . Sed Hugo dicit . Piſces de
mari ſunt ſeculares , qui ſunt adhuc in hoc mari ma-
gno. Piſces vero de flumine , ſunt doctores , qui fluunt
ſcientia ad alios inquieti , ſed piſces de ſtagno ſunt clau-
ſtrales quieti , qui omnes in flumine baptiſmi munda-
ti ſunt, & ideo comedendi ſunt, id eſt in corpus Eccle-
ſiæ traijciendi ſunt . Cum prædictis ferculis, donum
ſcientiæ tot vina miniſtrat potanda, quod propoſuit fer
cula reficientia . Et huius ratio eſt, quia donum ſcien-
tiæ vt eſt donum Spirituſſancti , illuminat ad veritates
ſacræ ſcripturæ cognoſcendas , & ad cognitas diligen-
das . Cognitio autem cibat , ſed dilectio potat . Co-
gnitio cibat multipliciter . Quia ſicut dicit Gregorius
21. moralium . In ſcripturæ ſacræ verbis, tot deli-
tias inuenimus , quot ad perfectum noſtrum intelligen
tiæ diuerſitates accipimus . Sed ſicut in nobis creſcit
cognitio , ita in nobis debet augeri & dilectio . Alio-
quin ſicut Hugo dicit , in libr. de vanitat. mundi , fru-
ſtra in nobis diuinæ cognitionis abundantia creſcit, ni-
ſi in nobis diuinæ dilectionis flamma augeſcat, quæ ani
mos inebriat, & paſcit . Hic eſt notandum, quòd ſicut
dicit Gregor. libr. 1. moral. Scriptura ſacra aliquando
nobis cibus eſt, aliquando potus eſt . Cibus eſt in locis
obſcurioribus, quæ quaſi exponendo frangitur, & ma-
ſticando glutitur . Potus vero eſt ſcriptura in locis a-
pertioribus, qui ita abſorbetur ſicut inuenitur . Ex his
patet, quod in iſto conuiuio non ſufficiunt vina præci-
pua Aſſueri , nec vina condita ſponſæ , nec vina mera
Pſalmiſtæ, &c. ſed quot erunt fercula , tot erunt in con-
uiuio illo vina . Quia ſicut dicit Origenes ſuper Can-
tic. capit. 2. Non eſt plena refectio , nec omnimoda re-
fectionis delectatio, niſi cum cibo potus iungitur . Hæc
ille . De iſta refectione ſpirituali ſiue conuiuio Richar.
de ſancto victore dicit . O qualis refectio , vbi dapifer
eſt Chriſtus , pincerna verò Spirituſſanctus . Chriſtus
enim miniſtrat in cibo . Vnde Dauid . Mittit Chry-
ſtallum ſuam ſicut bucellas . Spirituſſanctus miniſtrat
Pſal. 147. in potu . Vnde Dauid ibidem dicit . Flabit ſpiritus
eius , & fluent aquæ viuæ , quia viuificant . Hæc ille .
Ratio huius appropriationis poteſt eſſe talis . Auguſt.
10. libr. de trinitate , dicit , quod verbum perfectum eſt
notitia cum amore . Cum igitur verbum æternum ſit
notitia manifeſtans patrem , & cum hoc notificet om-
nem veritatem , illuminat enim omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum. Veritas autem eſt dulcis re-
fectio mentium, vt dicit Auguſtin. ſuper Ioannem . Pa-
tet, quòd refectio appropriatur filio. Sed cum in notitia
ſit amor , qui appropriatur Spirituiſancto , & amor ſit
vinum ſpirituale, potans , & reficiens & inebrians men-
tem. Patet, ꝙ potare vino ſpirituali & inebriare, appro-
piatur Spirituiſancto. Quod autem amor ſiue charitas ,
ſit quoddam optimum vinum ſpitituale oſtendit Hugo
libr. 3. de arca Noæ, vbi dicit, charitas ſiue amor ſimilis
eſt vino, quia habet effectus vini . Vinum namque eos
quos inebriauerit, reddit hylares, audaces, fortes, obli-
uioſos, & quodammodo inſenſibiles: ſic charitas ſiue a-
mor mundando conſcientiam, mentem exhilarat ſecun
dum Pſalm. Deinde audacem reddit, quando per mun- Pſal. 103.
ditiam conſcientiæ fiduciam præſtat. Deinde vires au-
get, quia fortis eſt vt leo, qui confidit in domino. Obli-
uionem quoq; generat, quia dum totam intentionē ad
deſiderium æternorum trahit , omnium tranſeuntium
memoriā ab anima funditus euellit, & inſenſibilem red-
dit, quia dum mentem per internam dulcedinem medul
litus replet, quicquid exterius amari infertur , contem-
nit, quaſi non ſentiat. Hæc ille . De hac ebrietate, dono
ſeptimo, cap. 7. Supra poſita exempla nemo contemnat,
quia donum ſcientiæ in omnibus ſenſibilibus diuinos
radios lucere manifeſtat Vnde Dion. dicit . Non ſolum In epiſtola
ſenſibilia ſigna ſcripturarum , ſed & totus iſte mundus ad Timo-
ſenſibilis, ſecundum quamlibet ſui partem; eſt quaſi pro theum.
poſitio ſignans diuina inuiſibilia, iuxta illud. Inuiſibilia
Dei, &c. Hi autem radij non reuelantur immundis, ſed Rom. 1.
ſolum amatoribus ſanctitatis, qui ſtudendo veræ ſapien
tiæ in ſanctis ſignis rerū materialium, abolita omni ine
pta & fantaſtica expoſitione, per intelligentiam puræ ve
ritatis , & amorem veræ bonitatis , per donum ſcientiæ
tranſeunt ad contemplationem ſimplicis, & puræ verita
tis. Ad quam nos perducat, qui eſt Deus benedictus in
æternum. Amen. Hæc ille.

### *De dono Fortitudinis. Cap. I.*

QVartum donum Spirituſſancti, eſt donum forti-
tudinis, quod immediate ſequitur donum ſcien
tiæ. Quod Anſel. oſtendit in lib. de ſimili. dicēs.
Spirituſſanctus donum fortitudinis ſuperimponit do-
no ſcientiæ. Cuius ratio eſt. Deum enim mens pauida ti
mens, atque dono pietatis compatiens, & iam quid age-
re debeat dono ſcientię ſciēs, oportet vt dono Spirituſ-
ſancti ſit fortis , ad operandum quæ dicit, & quibus ſe
ſaluari poſſe confidat. Quia ſicut dicit Hugo ſuper 7. an
gelicæ Hierarchiæ, perfectum non facit agnitio ſeu co
gnitio veritatis in mente, niſi ſubſequatur habitus veri-
tatis in operatione. Et veritas dicit. Si hæc ſcitis, beati eri
tis ſi feceritis, ideo fortitudinis donum ſequitur donum Ioan. 13.
ſcientiæ. Circa hoc donū fortitudinis ſunt notanda tria,
Primò quæ fortitudo donum Spirituſſancti dicatur. Se-
cundò qualiter per hoc donum, dies ſpiritualis in anima
oriatur. Tertiò quale cōuiuium, per hoc donum animæ Duplex eſt
præparetur. Circa primum ſciendum , quòd duplex eſt fortitudo.
fortitudo, vna quæ eſt virtus, alia quæ eſt donum Spiri-
tuſſancti. De fortitudine quæ eſt virtus, multa dicit phi
loſophus in 3. ethicorum, inter quę dicit, quòd fortis eſt
qui non timet terribilia, & ſuſtinet vt oportet boni gra-
tia. Et Paulinus in epiſtola ad Hiero. dicit. Qui verè for
tis eſt, nec temerè audet, nec inconſultè timet . Et hæc
fortitudo ſe habet reſpectu ardui, & mali pęnę, ſecundū
dictamen naturalium principiorum . Et tali fortitudi-
ne ſuſtinet homo pericula & læſiones propter bonum
virtutis. Vnde Aug. narrat, quòd multi vtilitatem reipu Libr. 1. de
blicæ propriæ vitæ præponebant . Et Tullius lib. 1. de ciuit. Dei
offi. dicit quòd duo erant præcepta Platonis , volētibus ca. 16.
reipublicæ

reipublicæ prodeſſe. Primum vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quæcunque agunt ad eam referant, obliti commodorum ſuorum. Secundum præceptum fuit vt totum corpus reipubl. curent principaliter ne dum aliquam partem tueantur, reliquas deſerant, & ideo hæc fortitudo ordinat hominem ad finem, qui eſt infra limites naturæ, vt patet. Eſt alia fortitudo, quæ eſt donum Spiritusſancti, quæ ſe habet reſpectu illius pœnæ ſecũdm dictamen ſuper naturalium principiorum legis æternæ, ſequendo Spiritusſancti ſpecialem, inſpirationem, vel inſtinctum, quo mouentur aliqui ad vltro ſe offerendum, ad ſuſtinentiam pœnæ prædictæ. Ex quo patet quòd donum fortitudinis, eſt habitus exiſtens ſicut in ſubiecto in voluntate, inquantum negociatur circa ardua, quo voluntas habilitatur ad volendum mortem ſuſtinere pro defenſione, ſeu pro motione veritatis fidei vel morum, ſecundu m dictamen legis æternæ, ſequendo Spiritusſancti motiuam inſpirationem. Ex conſequenti tamen, per ipſum donum fortitudinis, benè ſe habet voluntas reſpectu cuiuſlibet alterius arduæ pœnæ, & melius quam per aliquam moralem veritatem. Et ideo per iſtam fortitudinem, ſancti fecerunt opera fortitudinis ſuper humano modo, ſuſtinendo talia cum gaudio & exultatione, vt patet in Apoſtolorum actis, vbi dicitur. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. Et iſta fortitudo ordinat, & diſponit ad finem ſupernaturalem. De hac fortitudine dicit Grego. in quadam homilia ſic. Fortes facti ſunt ſancti, tortores domant, ſpiritum roborãt, virtutibus coruſcant terrena deſpiciunt, cœleſtia appetunt, occidi poſſunt, flecti autem nequeũt, nec ſuſtinere flagella per infirmitatem metuunt, nec læſi vnquàm à veritate conticeſcunt. Hæc etiam fortitudo, inſtigationes ad malum fortiter retundit, & repellit, ſicut dicit Auguſt. ſuper Marcum. & Gregor. in homil. Apoſtoli mundi huius poteſtatibus contraire non præſumerent, niſi eos ſancti ſpiritus fortitudo ſolidaſſet, exemplificando de Petro, qui magna auctoritate reſpondit. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, iam Spiritusſancto confortatus.

Quæ fortitudo ſit donum Spiritusſancti.

Act. 5.

*Capitulum.* 2.

SEcundò videndum eſt, qualiter per donum fortitudinis dies ſpiritualis in mente humana oriatur. De quo ſciendum eſt. ꝙ cum iſto dono ſicut cum alijs donis prædictis, Spiritusſanctus ſit & habeatur, qui ad modum ignis illuminat, & inflammat, vt dictum eſt, ideo animam quam inhabitat illuminat, dum impetum iraſcibilis, & concupiſcibilis, & aliarum paſſionum obumbrantium conuiuium animæ fortiter reprimit, & tenebras vitiorum viriliter expellit, & ornatum virtutum omnium cuſtodit, & omnes partes mentis cõfractis vectibus diuino ſoli patenter aperit, & dicit, eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ, fortis, & potens in prælio, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De hac fortitudine dicit Amb. lib. 1. de officijs. Non mediocris virtus animi eſt fortitudo, quæ ſola defendit ornamenta virtutum omnium, & iuſtitiam cuſtodit, & quæ implacabili prælio aduerſus omnia vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, auaritiam fugat tanquam labem quandam, quæ virtutem effœminat, & ſic mentem obtenebrat. Sed neceſſe eſt videre, quæ ſint portæ animæ, per quas diuini radij animam ingrediuntur, & qualiter per donum fortitudinis aperiantur. De primo notandum eſt, quòd tres portæ mentis ſunt tres potentiæ, ſcilicet memoria, intelligentia, & voluntas, ſecundum quas homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatus eſt, quæ potentiæ conuenienter dicuntur portæ æternales, quia æternitatis ſunt capaces, eo quod imago Dei in eis conſiſtit, vt dicit Auguſt. libr. 14. & 15. de trini. Has portas Spiritusſanctus per donum fortitudinis aperit, dum eas, per fortes conatus ad æterna conuertit, iam à temporalibus aliqualiter eleuatas. Vnde appropriatè loquendo ſecundum appropriationem Auguſt. in libr. 1. de trinita. Primo per donum fortitudinis, porta memorialis aperitur patri æterno, dum forti conatu à temporalibus abſtractam, & eleuatam, & diuinis beneficijs gratificatam, in patre incipit iam delectari, & gratias agere de filij conſubſtantialis datione, & de Spiritusſancti miſſione, & de omnibus alijs beneficijs, vt dicat illud Pſalm. Memor fui Dei, & delectatus ſum. Quod exponens Grego. ſuper Iob dicit. Qui de temporalium amiſſione non lugeo, de temporalium abundantia conſolari non poſſum, quaſi de vmbra, ſed cum memor fui Dei, delectatus ſum quia auctoris mei, quem adhuc videre non valeo, ſola memoria delectat, quod ſine lumine eſſe non poterat. Sequitur. Exercitatus ſum, continua meditationis meæ apertione diuino ſoli, & defecit ſpiritus meus ſcilicet ſuperbiæ tenebrantis, & cæcantis, & diuinus illuxit, quia quanto Spiritusſancti virtus in nobis fortificatur, & proficit, tanto noſter ſpiritus deficit. Et tunc in Deo plenè proficimus, cum à nobis plene defecerimus, ait Gregorius. Secundò per donum fortitudinis, porta intellectualis aperitur verbo æterno ſiue filio, dum eam forti conatu à clamore, & ſolicitudine temporalium conſtrictam abſtrahit, & ad auditionem verbi Dei conuertit, & inſtructionem, & fidei eius receptionẽ, & præceptorum eius obſeruationem. Quia ſicut dicit Auguſt. Sapientia quæ eſt filius Dei, non ceſſat loqui occulta inſpiratione ad intellectualem creaturam, vt ad ſe conuertatur, & ſic ſaluetur. Et valde neceſſe eſt, vt ſe homo ad lumen ſapientiæ conuertat, quia ſicut dicit Auguſt. lib. 2. de libero arbitr. Auertentes ſe à lumine, ad vmbram carnalitatis, continuè obtenebrantur, intantum ꝙ non poſſunt videre etiam quod ſummè bonum eſt, & malum reputant, quod etiam in ſe bonum eſt. Sicut ergo iſti obtenebrantur & ſunt in nocte, ita illi illuminantur & in die ſunt, quia Sol refulget in clipeos aureos, ideſt in puros animos, & ideo fortitudo gentium cęcarum, ideſt irrationalium virium diſſipata eſt. Tertiò per donum fortitudinis, porta voluntatis aperitur Spirituiſancto, ideſt amatori æterno, quia ſicut dicit Auguſt. libr. de moribus Eccleſiæ, fortitudo eſt amor omnia propter Deum facile perferens. Ille ergo fortis amor aperit voluntatem Spirituiſancto, dum eam omnem carnalitatem fortiter vincere facit, ita vt etiam ſeipſum contemnat, & omnes delectationes huius vitæ fortiter extinguat. Ex tunc enim nihil reſiſtit Spirituiſancto. Vnde Grego. 7. moralium dicit ſic. Iuſtorum fortitudo eſt carnem vincere, proprijs voluptatibus contraire, delectationes vitæ præſentis extinguere, huius mundi aſpera pro æternis præmijs, amare, proſperitatis blandimenta contemnere, aduerſitatis metum ſuperare. Confractis igitur iſtis vectibus ferreis voluntatis, & amoris per donum fortitudinis, æternus ſol ingrediens, & tripliciter exurens montes mentis, igneos radios exſufflat. Sol iſte diuinus tripliciter exurit montes, ſecundum tres horas diei fortitudinis, ſ. mane, meridie, & veſpere, quæ accipiuntur ſecundum tres gradus fortitudinis. Primò enim donum fortitudinis facit mane diei ſpiritualis, quando ſe extendit ad gradum fortitudinis politicæ. Politica autem fortitudo, vt dicit Macrobius de ſomno Scipionis, eſt mẽtem ſupra metum periculi erigere, & nihil niſi turpia formidare. Quod vtique perfectius facit fortitudo vt donum eſt, vt patet Actuum 5. in Apoſtolis, vbi dicitur, ꝙ gaudentes ibant à conſpectu concilij, gaudium

Tres animæ potentiæ ſũt tres portę mentis.

Pſal. 76.

Super Gene. ad literam cap. 6.

Tres ſunt gradus fortitudinis.

autem

autem cauſat ſerenitatem mētis,i.lucem. De hoc poteſt
Pſal,5. exponi illud pſal.Mane aſtabo tibi, &c.Secundò donū fortitudinis facit meridiem diei ſpiritualis,quando ſe extendit ad gradum fortitudinis, prout eſt virtus purgatoria.Fortitudo autem purgatoria, vt dicit Macr.ibidem, eſt animam non terreri corpore patiente. Quod vtique perfectius facit fortitudo vt donum eſt, vt patet per ſanctum Andream,qui toto corde gaudens deſiderabat pœnam crucis. Et Agatha quaſi ad epulas inuitata,&c.Hi cum ſponſa, deſiderabant Chriſtum ſequi ad cubitum crucis in meridie, i.in feruore charitatis.Tertiò donum
Can.1. fortitudinis facit horam veſpertinam diei ſpiritualis,qñ ſe extēdit ad gradum fortitudinis, prout eſt purgati animi virtus.Fortitudo autem purgati animi vt dicit Macrobius ibidem, eſt paſſiones non vincere,ſed omnino ignorare.Quòd vtique perfectius facit fortitudo,vt do
Iob.27. num eſt, vt patet in illis, qui poſſunt dicere cum beato Iob.Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Neque.n.reprehendit me cor meum in omni vita mea,
Gen.1. quod oſtendit fortitudinis conſummationem. Factum eſt, igitur veſpere & mane dies 4.

*Capitulum.* 3.

TErtiò videndum eſt,quomodo donum fortitudinis menti humanę in die ſuo conuiuium ſpirituale præparet, & conuiuantes diſponat ad omnem veritatem. De quo notandum eſt,ꝙ ſicut Gregor.li. 1. mora.dicit,fortitudo in die ſuo conuiuium facit dum aduerſa non metuit,trepidanti menti,cibos confidentię apponit. Neceſſitatem huius refectionis oſtendit gloſſ. Matt.6.quę videtur accepta de lib.Aug.de ſermo.domini in monte,vbi dicitur.Quia nondum Dei viſione fruimur,cibus in via eſt nobis neceſſarius, vt quādoque ad patriam veniamus,& ideo panem petimus, ad quem nemo peruenit ſine Spiritu ſancto in dono fortitudinis, quia,vbi fortitudo,ibi eſt eſuries iuſtitiæ, æternus.n.cibus animæ plenitudo eſt iuſtitię,& quotidianus cū quotidie illam eſuriētes implemus.Hęc ille.Igitur videmus, qualiter donum fortitudinis in mentali conuiuio operetur,& reficiat vires conuiuantes. De quo ſciendum eſt, ꝙ ſicut dicit Tullius primo lib.rethoricæ. Fortitudinis vt eſt virtus humana,quatuor ſunt partes,ſ.fidentia,ma
Fortitudinis ſũt quatuor partes. gnificentia.patientia,& perſeuerantia. Fidentia ſiue fiducia,conuiuantes de conuiuio inchoato,vſque in finē, certa ſpe aſſecurat. Magnificentia verò,in conuiuio vt decet adminiſtrat. Perſeuerantia conuiuantes ad ſtabilem manſionem inuitat. Patientia autem, conuiuantes confortat & quietat.Fidentia igitur,vt eſt virtus humana conuiuantes de conuiuio hic aſſecurat, hic inchoat amicabiliter, & de fine conſumando,hic temporaliter, & delectabiliter aſſecurat.Vnde Tullius vbi ſupra dicit. Fidentia eſt certa ſpes animi,perducēdi in finem rem inchoatam.Sed fidentia,vt eſt ex dono fortitudinis, quod eſt donum Spiritusſancti,conuiuantes de conuiuio temporaliter inchoato,aſſecurat de fine conſumando fœli
1.Pet. 1. citer & poſſidendo æternaliter.De hac fidentia Petrus dicit.Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti,qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam, regenerauit nos in ſpem viuam,per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, & immarceſſibilem, conſeruatam in cœ
Prou. 16. lis,&cæt.Hæc fidentia conuiuantes dulciter reficit,quia ſecura mens eſt quaſi iuge conuiuium. Hęc confidentia
Pſal. 123. expellit à conuiuantibus omnem diffidentiam, pſalmus. Qui confidunt in domino ſicut mons, &cætera. Magnificentia verò, vt eſt virtus humana, in conuiuio magnificè miniſtrat, et ſplendidè,vt decet. Vnde Tullius dicit ibidem. Magnificentia eſt magnarum rerum ſplendida adminiſtratio.Sed magnificentia,vt eſt ex dono fortitudinis,conuiuantes magnificè ditat, & conſolatur,&exaltat. Vnde pſalm.dicit.Magnificauit domi- Pſalm. 12.
nus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes.Grego.octauo moralium dicit.Deus hominem magnificat,quia largitate rationis ditat, quia infuſione gratiæ viſitat, quia honore collatæ virtutis exaltat, quibus anima maximè reficitur, quia magno animo & rationali nihil eſt magnum,nec ſatiat eum niſi ſolus Deus, qui eſt immenſus. Vnde Macrobius dicit. Nihil eſt magnum præter animum magnum, nec tibi magno aliquid eſt magnum. Hæc igitur virtus, quę hominem ſic magnificat,excludit vitium oppoſitum, ſ.paruificentiam, quod à magnificentia debita & recta facit deficere.Vnde opes & ſumptus conuiuij, non poſſunt menſurari. Quod in tam excellenti, & ſolenni conuiuio fieri non licet. Patientia autem conuiuantes confortat, vt eſt virtus humana, ne propter difficultatem imminentium periculorum huius vitę frangantur. Vnde Tullius ibidem dicit.Patientia eſt cauſa honeſtatis, ac vtilitatis, arduarum rerum voluntaria ac diuturna perpeſſio. Sed patientia vt eſt ex dono fortitudinis, conuiuantes non ſolum facit aduerſa voluntariè ſufferre, ſed & vt victores ſine murmure gaudenter pertranſire,vt Apoſt.faciebant. Vnde
Caſſio.ſuper Pſalm.dicit. Patientia vincit aduerſa,non Apo.5.
colluctando,ſed ſufferendo,non murmurando,ſed gratias agendo.Ipſa eſt quæ feces totius voluptatis abſtergit,ipſa eſt quæ limpidas animas Deo reddit. Hæc virtus expellit vitia oppoſita à conuiuio, quæ tranquillas mentes confundunt,vt impatientiam, diſcordiam,rixā, ſeditiones,& cætera talia quæ mentis conuiuium moleſtant, & perturbant. Et hæc patientia perfectius animam reficit,quia perfectū opus habet. Vnde dominus Luc. 21.
dicit. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, vbi Gregor.dicit.Quid eſt animas poſſidere, niſi perfectè in omnibus viuere,cunctiſque mentis motibus quaſi ex arce veritatis dominari, quod vtique valde animam conſolatur & reficit. Perſeuerantia vt eſt virtus humana,conuiuas fortiter & ſtabilitat in bono & cōſeruat in permanentia,vſque ad conuiuij plenam conſummationem,vt fit in via.Tullius vbi ſupra dicit.Perſeuerantia,eſt in ratione bene conſtituta ſtabilis, & perpetua permanentia.Sed perſeuerantia vt eſt ex dono fortitudinis, conuiuantes in conuiuio non ſolum perſeuerare facit vſque ad conuiuij temporalis terminum, ſed & introducit in conuiuium ſine termino æternum, vbi eſt refectio mentis excellentiſſima & ſatietas, quia tunc ſatiabor,cum apparuerit gloria tua, ait pſalm.Vnde ſan- Pſal.17.
ctus Bernard.in epiſt.dicit. Abſque perſeuerantia,nec qui pugnat victoriam,nec palmam victor conſequitur. Ipſe enim eſt nutrix ad meritum, mediatrix ad præmiū, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus,vnitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. Sequitur. Tolle perſeuerantiam nec obſequium mercedem habet,nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola eſt enim cui æternitas redditur,vel potius quæ æternitati hominem reddit dicente domino. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.Hæc Matt. 10. & 24.
ille.In hac perſeuerantia eſt refectio dulciſſima. Nam idem verbum domini, ſ.qui perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit,exponens Aug.in lib. de verbis domini dicit. Cum perueneris ad tres panes perſeuerando,hoc eſt ad cibum & ad intelligentiam trinitatis, habes vnde viuas,& vnde paſcas nec timeas, ne finias.Nō enim panis ille finietur,ſed omnem indigentiam tuam finiet,ergo & omnem famem affligentem à te expellet. Ex his igitur patere poteſt, qualiter quatuor partes fortitudinis perficiuntur, vt ſunt virtutes humanæ per donum fortitudinis,quia habitus ſupernaturales perficiunt naturales,vt dicit Dionyſ.

*De dono Conſilij. Cap. 1.*

QVintum donum Spiritusſancti, quod facit diem ſpiritualem in anima & conuiuium, eſt donum conſilij, quòd immediatè ſequitur donum fortitudinis, vt Greg. oſtendit lib. 1. moralium, vbi dicit. Valde fortitudo deſtruitur, niſi per conſilium fulciatur. Et Anſel. in lib. de ſimil. dicitur. Poſt donum fortitudinis, Spiritusſanct. donum conſilij ſuperædificat, quia cum mens iam fortis ad operandum, quæ piè timendo ſcit eſſe facienda ſui experimento, ducit ex Spiritusſancto, quid de omnib. conſulere debeat. Ex quo concludit, ꝙ poſt donum fortitudinis, ſequitur immediatè donũ cõſilij. Ad maiorem aũt notitiam iſtius doni conſilij, ſunt quinq; notanda. Primò quid conſilium ſit, & quid donum conſilij dicatur. Secundò neceſſitas iſtius doni cõſilij declaratur. Tertiò differentia inter cõſilia diuina, & propria aſſignatur. Quartò qualiter dies ſpiritualis ex dono conſilij in anima oriatur. Quintò qualiter conuiuium p donum conſilij in anima præparetur. Primò quid ſit conſilium, & quid donum conſilij dicatur, videndũ eſt. Et qa proprium rationali creaturæ eſt, qđ per inquiſitionẽ rõnis moueatur ad aliquid agendũ, vel non agendum, quę

Quid ẽ cõſiliũ. In epiſtola ad Alexandrũ.

quidem inquiſitio conſiliũ dr̃ humanũ. Vnde Dam. lib. 2. dicit. Conſilium eſt appetitus inquiſitionis à rõne directus, de his quę à nobis ſunt facienda vel non faciẽda. Et Ariſtotel. ſic illud deffinit. Conſiliũ eſt oculus & cautio futurorum. Sed quia inquiſitio & ratio humana per ſe non ſufficiunt comprehendere ſingularia oĩa, & contingẽtia quæ occurrere poſſunt in noſtris actionib. quę requiruntur ad cõſecutionem beatitudinis noſtrę, quia cogitationes mortalium ſunt timẽdę, & incertę, prouidẽ

Sap. 9.

tiæ noſtrę, vt dr̃ in lib. Sap. ideo indigemus inquiſitione certiori, & directione nobiliori. ſ. diuina. Tã inquiſitio

Sap. 7.

autem quam directio nobis in dono conſilij à Spiritusancto confertur, qui omnium eſt artifex omnẽ habens virtutẽ, omnia proſpiciens, ideo talis inquiſitio & directio à Spiritu ſancto donata, conſilium dicitur, ꝙ eſt do-

Quid eſt donũ conſilij.

num Spiritusſancti. Sed non debet mouere nos, ꝙ donũ conſilij eſt reſpectu eiuſdem obiecti, reſpectu cuius eſt donum ſcientiæ, quia hoc verum eſt materialiter nõ formaliter, vtrunq;. n. donum eſt reſpectu agibilium per nos, ſed differenter, quia actus doni ſcientiæ eſt de talib. prædictis bene iudicare, ſecundum regulas legis ęternę, ſed actus doni conſilij eſt ſecundum regulas legis æternæ bene inuenire, quæ ardua ſunt per nos agẽda, & quæ fugienda, ad obtinenda ea quæ conferunt ad vitam ęternam & non præcipitanter agere, quia ſicut dicit Greg. 1. moral. Spiritusſanctus dat contra præcipitationem cõ-

Eccl. 32.

ſilium, cui opponitur pręcipitatio. Vnde ſapiens dicit ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. Ex his igitur patere poteſt, ꝙ donum conſilij eſt habitus à Deo infuſus, ex quo ſecundum conſilium Spiritusſancti mouemur ad operationes bonas, quarum non eſt determinata via qualiter ſit agendum, eò ꝙ non vniformiter ſemper fiendæ ſunt. De talib. enim conſiliamur, ſicut dicit philoſophus in 3. Ethic.

*Capitulum 6.*

SEcundò videndum eſt, quæ ſit neceſſitas huius doni. ſ. conſilij de hoc notat Greg. li. 1. mor. Vbi dicit. Qui ſine conſilio viuunt, ſe præcipitationi, & fortunæ tradunt, præcipitantes vitam ſuam negligunt, dum tranſitoria inconſultè appetunt, dum æterna non intelligunt, vel intellecta contemnunt, dum exilium & miſeriam ſuam non cognoſcunt, quia cęci ideo nec conſiliũ habere ſciunt, & ideo meritò tales in inſipientia ſua peribunt. Sed econtra inquit Greg. ibid. Electorum mentes dum cuncta tranſitoria nulla eſſe conſpiciunt, ea ad quæ ſunt condita exquirunt. Cũq; eorum ſatisfactioni nihil extra Deũ ſufficit, ipſa inquiſitionis, ſiue cõſilij exercitatione illorum cogitatione fatigata, in conditoris ſui ſpecie & contemplatione requieſcere quęrunt. Sequitur vnuſquiſq; eorum adhuc in mundo corpore poſitus, mente tamen extra mundum ſurgit, ęrumnam exilij quàm tolerat deplorat, & ad ſublimem patriam inceſſabilibus ſe amoris ſtimulis excitat, vnde inuenit ſalubre cõſilium, temporale, hoc deſpicere quod percurrit, & quo magis creſcit conſilij ſciẽtia vt peritura deſerat, eo augetur dolor, ꝙ nec dum ad mãſura, ſiue æterna cõtingat. Et ideo ſolerti conſilio infigit mentem, & cautè ſe in omni actione circunſpiciẽdo conſiderat. Et ne ex re quę agitur repentinus finis & aduerſus ſubrepat, hęc prius molliter poſito pede cogitationis palpat, & penſat ne in his quæ agenda ſunt præcipitatio impellat, ne praua per concupiſcentiã aperto bello ſuperẽt, ne recta per inanem gloriã inſidiando ſupplantent. Sequitur. Et mens electi cuiuſlibet, quo magis per conſilium viuere nititur, ex anguſti itineris dolore fatigatur. Hæc ille. Ratio iſtius vltimi dicti eſt, qa cõſilia Dei ſunt perfectiſſima, valent. n. ad vitandum omne malũ & ad cõſequendum omne bonum perfectiſſimè, & ideo ducunt per itinera arctiſſima. Arcta eſt. n. via quæ ducit ad patriã, vt Chriſtus dicit. Arctę autẽ viæ plurimũ ſunt rectiores & breuiores, quã latæ. Perfecti autem viri ſtimulis amoris agitati vehementius amplectuntur, vt perfectius & citius inueniatur quod amatur, & creditur, & quęritur. Matt. 7.

Iſtis cõſilijs optimis, anima deuota fuit a Spiritusancto inſpirata & inſtructa, quando poſt inquiſitionem Dei, in lectulo corporalis cõmodi, & nõ inuẽto, dixit. Surgã circumibo ciuitatem, & per vicos, & plateas quærã quẽ diligit anima mea. Origenes alloquens animam illam ait. O te dementem & veſanam, quæ omnia mouentem immota quæſiuiſti in lectulo, omnia illuminantẽ radijs immenſi luminis quærebas, in tenebris, quę immenſum & incomprehenſibilem, quæſiſti ductu rationis & inuenire voluiſti, & tenere non bono conſilio vſa es, vide qd facias. Sequitur. Dixit ergo ſurgam, vbi dicit Origenes. Iam nunc video, quia in meliori conſilio vſa es, ꝙ commodum lectulis vis poſtponere, tenebras noctis euadere, delicta & commiſſa punire, & ab eis diuidi à quibus Deus non põt aliqualiter inueniri. Sequitur. Circũibo ciuitatẽ. i. Eccleſiã militantem inquirendo à ſpiritualib. viris, & doctorib. de q̃ſito & non inuento, licet glorioſa dicta ſint de ciuitate Dei teſtante. Pſal. Igitur quęrã per plateas. i. per pręcepta, quæ ſunt via omnib. credentibus cõis & lata, quærã per vicos, glo. i. in his qui ſunt viri ſpirituales, qui gradiendo ad cæleſtia, arctam viam conſiliorum tenẽt. Vnde & Bern. dicit. In vicis ambulemus qui corpus arctamus, qui pœnas hic luimus, qui munditiæ & continentiæ vacamus. Et vercellen. ſuper Cant. dicit. Optimum eſt cõſilium, ſurgere ad ſponſum quærendum & efficaciter inueniendum in plateis præceptorum, & in vicis ſpiritualibus conſiliorum. Vnde in eis inſtructa, & excitata ab angelis inuenit quem diligebat, & quæſiuit dicens. Inueni quem diligit anima mea. Surge igitur & ad conſilium ingredere ciuitatem, ibi tibi dicetur, quid te oporteat facere.

Pſal. 86.

Act. 9.

*Capitulum 3.*

TErtiò videndum eſt, quæ ſit differentia inter conſilia à Spiritusancto inſpirata per donum conſilij, & inter conſilia exorta ex propria voluntate liberi arbitrij. Prius autem videndum de conſilijs proprijs ex voluntate propria ſurgentibus, vt ex hoc facilius cognoſcantur conſilia diuina ex inſpiratione Spiritusſancti procedentia. Primò igitur notandum eſt, quod Bern. in

ſermone

ſermone de lepra Naaman dicit ſic. In corde eſt duplex lepra, ſ. propria voluntas, & proprium conſilium. Et lepra vtraque nimis eſt peſſima. Et prius hic videndum eſt, quid ſit propria voluntas. De hoc dicit Bern. in eodem ſer. Voluntatem propriam dico, quę non eſt communis cum Deo & hominibus, ſed noſtra tantum, quādo quod volumus non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum & proximi, ſed propter noſipſos facimus, non intendentes placere Deo, & prodeſſe fratribus vel proximo, ſed ſatisfacere proprijs motibus animorum, tunc propria voluntas mala eſt. Sic & loquens ex proprijs mendax eſt, ait Ioan. Et ſequitur. Huic contraria eſt recta frōte charitas. Quid enim odit Deus, aut quid punit præter propriam voluntatem? Ceſſet voluntas ꝓpria, & infernus non erit. In quem enim ignis ille deſeuiet, niſi in propriam voluntatem? Nam voluntas illa propria dicitur, cui aſſentimur, & cui ſe liberum inclinat arbitrium. Hæc autem deſideria, & concupiſcentię, quæ inuitos tenent, non voluntas, ſed corruptio voluntatis eſt. Et Idem ſuper Cant. dicit. Grande malum propria volūtas, qua fit vt bona tua tibi bona nō ſint. Etenim ſi in die ieiunij mei, inueniatur ꝓpria volūtas mea, nō tale ieiuniū elegit dominus. Ex illa volūtate propria oritur proprium conſilium, de quo dicit Bern. in eodē ſermo. ſ. de lepra Naaman ſic. Lepra proprij conſilij eo pernicioſior eſt, quo magis occulta, quantò plus abundat, tantò quis ſibi ſapientior videtur eſſe. Hæc eſt illorum qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, ſequentes errorem ſuum & obſtinati in eo, ita vt nullis velint conſilijs acquieſcere. Hi ſunt vnitatis diuiſores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, ſibi placentes, & magni in oculis ſuis, ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere. Et quæ maior ſuperbia, quàm vt vnus homo totius congregationis iudicio, iudicium ſuum præferat, tanquam ſi ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei? Eant nunc qui ſe faciunt religioſiores alijs, qui non ſunt ſicut cæteri hominum, ecce arioli & Idolatræ facti ſunt. Ecce conſilia propria. Sed nunc de conſilijs diuinis videamus, quæ & qualia ſunt. De quo primò ſciendum eſt, quòd Deus ſummè ſapiēs & ſummè bonus, omnibus conſulentib. eum de omnibus liquidè reſpondet, & ſe affabilem & amicum verū oſtendit. Vnde Augu. lib. confeſſio. parum vltra mediū dicit. Domine omnibus conſulentibus te, ſimulq; audiētibus & diuerſa conſulentibus, tu liquidè rndes, ſed non liquide oēs audiūt, oēs vnū volūt, conſulunt te, ſed non ſp quod volunt audiunt. Sequitur. Optimus miniſter tuus eſt, qui non magis meretur hoc à te audire, quod ipſe voluerit, ſed potius hoc velle, quod a te audierit. Hæc Aug. Ratio huius eſt, quia ipſe ſolus ſcit quid nobis neceſſarium eſt, & quid nobis expedit, & ideo magis debemus ſequi conſilia ſua quàm noſtra, tanquam optima. Dicit. n. Aug. contra Fauſtum, quod conſilium Dei eſt ſuper omne conſilium creaturæ, & eius conſiliū omnibus conſilijs præferimus, ſicut & fidem Euangelicam omnibus hæreticorum diſputationibus anteponimus. Conſilia enim diuina valent ad omnia mala declinanda, & omnia bona conſequenda, ſicut in conſilijs euangelicis patet, & ideo ſunt ſolicitè audiēda, & ſtudioſè obſeruanda. Sed quæris qualiter ſunt conſilia diuina audienda? Reſpondeo, quòd ſunt conſilia à Chriſto dicta, ſunt conſilia à ſanctis doctorib. ſcripta, & ſunt conſilia à Spirituſſancto inſpirata. Cōſilia a Chriſto dicta, nemo poteſt audire, niſi ſit ex Deo. Vnde dominus dicit. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propter hoc vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Ex Deo autem ſūt, qui quantum ad intellectum, ſunt aliquibus luminibus diuinis illuminati, & quātum ad affectum aliquibus affectionibus diuinis calefacti, & à patre tracti. Conſilia à ſanctis doctoribus ſcripta, nemo poteſt audire, niſi cui

Voluntas propria quid ſit.

Ioan. 8.

Sup Cant. ſermo. 72.

Eſa. 58.

Conſiliū proprium quid ſit.

26. contra Fauſtum.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

Chriſtus aperit ſenſum ſcilicet interiorem. Vnde in Luca vlt. dicitur. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerēt ſcripturas. Habet enim anima ſenſus interiores (vt dictum eſt) ſicut & exteriores. Et illos ſenſus dominus aperit per experientiam, quæ eſt intelligentiæ magiſtra, vt dicit Hugo. Vnde & Bernar. exponens dictum verbū ſcilicet aperuit illis ſenſum, dicit ſic. Cum enim ſcripturarum interiorem ſenſum, & veritatem miraculorū, & ſacramentorum Dei cępimus, non ſolum intelligere, ſed & quadam (vt ita dicam) experientiæ manu palpare & tractare, quod non fit niſi quodam conſcientiæ ſenſu, tunc aperuit nobis ſenſum, vt ſcripturas intelligamus. Conſilia autem à Spirituſſancto inſpirata, nemo audire poteſt, niſi habeat aures interiores. Vnde dominus dicit. Qui habet aures audiendi audiat, quid ſpiritus dicat. De hoc Greg. dicit ſuper Ezech. Non aures corporis, ſed mentis quærit dominus. Et Haymo exponens illud ibidem verbum dicit. Carnis auris ad audiendū tantum conſiſtit, cordis verò auris, auditu ſimul & intellectu viget. Sed Richar. Aures audiēdi habet, qui habet ſenſum intelligendi, & affectum diligendi, & promerendi ea quæ conſuluntur vel promittuntur, vt ſupra dictum eſt. Item conſilia à ſpirituſancto inſpirata ſunt occulta, ſed tamen ſuæ euidētiæ habent plura teſtimonia. Quod ſanctus Bern. oſtendit in epi. ad comitem, in qua dicit ſic. Cum mors animæ peccatum ſit, vita eius ſine dubio iuſtitia fidei eſt, quoniam iuſtus ex fide viuit, Iuſtus autem quis eſt, niſi qui amanti ſe Deo vicem rependit amoris? Quod non fit, niſi reuelante Spiritusſancto per fidem homini æternum Dei propoſitū ſuper ſalute ſua futura. Quæ ſanè reuelatio non eſt aliud quàm infuſio gratiæ ſpiritualis, per quam dum facta carnis mortificantur, homo ad regnum præparatur, ſimul accipiēs in vno ſpiritu, & vnde ſe præſumat amatū, & vnde reamet, ne gratis amatus ſit. Ecce teſtimonium vnum. Sequitur. Hoc itaque eſt illud ſacrum ſecretumq; conſilium, quod à patre filius in ſpirituſancto accipiens, ſuis quos nouit, per eundem ſpiritum iuſtificandos communicat, & communicando iuſtificat, quando id quiſq; accipit in ſui iuſtificatione, vt incipiat & ipſe cognoſcere, ſicut & cognitus eſt, cum videlicet datur & ipſi, in teſtimonium præſentire aliquid de ſua futura beatitudine, quemadmodum ab æterno latuit in prædeſtinante, & plenius appariturum in beatificante, de qua tamen percepta iam ſumet ex parte notitia, interim quidem glorietur in ſpe, nondum tamen in plena ſecuritate. Sequitur. Quam miſerandi ſunt, qui ad tam iucundum conſilium iuſtorum, nullum adhuc tenent ſuæ vocationis teſtimonium. Sequitur. O infelices amatores ſeculi malè ſecuri, quantum diſtat veſtrum conſilium à conſilio iuſtorum. Proculdubio inter conſilium vtrorumq; magnum chaos firmatum eſt. Nam quomodo iuſtus longè ſe facit à conſilio & concilio malignantium, ita nec reſurgent omnino impij in iudicio, neq; peccatores in conſilio iuſtorum. Hæc Bern. ibid. His ſubtiliter & fideliter intellectis, apparet aliqualiter differentia inter conſilia humana & diuina.

Luc. vlt.

Sap. 7. Aug. Hie. Li. de amore. c. 19.

Matth. 13

Apo. 2.

Aures audiendi qs habet.

*Capitulum. 4.*

QVartò videndum eſt, qualiter per donum conſilij dies ſpiritualis in anima oriatur. Circa quod notandum eſt, ꝙ Diony. dicit, ꝙ magnus iſte Sol eſt euidens diuinæ bonitatis imago, totus ſplendens, ſemper lucens, & omnia luminis ſui capacia illuminat, quātum in ſe eſt, & menſurat dies & horas totius noſtri temporis. Sic Sol diuinus Spirituſſanctus, ſeptem radijs donorum tam fulgidis quàm feruidis, cauſat diuerſos dies & horas ſpirituales in anima, vt dicit Greg. li. 1. moral. vbi dicit, ꝙ donum conſilij facit alium diem

De diuin. nomi. c. 4.

quàm alia dona. Et exẽplificat de omnibus. Dies. n. conſilij eſt illuminatio quædam mentis, quæ conuiuantes faciat cautos, ne in aliquo periculo præcipitentur, & vt oĩa prudenter & ordinate operentur. Vnde conſilium dicitur oculus & cautio futurorum, vbi ſupra. Qui ambulat in hac die non offendit. Mane autẽ huius diei oritur ab æterno radio, & propoſito diuinę voluntatis, ſe menti humanę manifeſtantis per radios inſpirationis, ex quibus mens inſpirata exurgit, ad conformandum ſe voluntati diuinę, ſecundum quod inſpiratur à Spiritu ſancto, & dirigitur à ſapientia increata, quæ attingit a fine vſq; ad finem fortiter, ſuauiterq; diſponit omnia. A conſilio iſtius mirabilis conſiliarij, & voluntate nunquam recedendum eſt. Vnde in Eccl. dicitur. Fili audi & accipe conſilium meũ, & ne abijcias illud. Fili, inquit ſapientia audi conſilium meum quantũ ad intellectũ, accipe quantũ ad affectum, & ne adijciẽs, quãtum ad effectum, vt dicas cum pſalm. Mane aſtabo tibi. ad conſilia tua ſolicitè inquirendo, & videbo, veraciter intelligendo. ex his quod tibi placeat vel diſpliceat, fideliter exequendo. Sed quæ eſt voluntas Dei cui iubemur conformare noſtram voluntatem? Reſpondet Cæſarius in epiſtola ad donatum vbi dicit ſic. Voluntas Dei eſt, quam Chriſtus fecit & docuit, humilitas in conuerſatione, ſtabilitas in fide, in verbis modeſtia, in factis iuſtitia, in operibus miſericordia, in moribus diſciplina, iniuriam facienti non nocere, & illatam tolerare poſſe, pacem cum omnibus tenere, crucifixo fortiter aſſiſtere, charitati ei⁹ inſeparabiliter adhærere, Chriſto nihil præponere, quia nec ille nobis quicquam præpoſuit. Mane igitur aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Meridies autem huius diei clara, & feruida, procedit ex dono conſilij, prout intellectum veritate illuminat, & affectum charitate inflammat, ad inquirendum & obſeruandum præclariſſima precepta domini Ieſu. In quib. conuiuantes maxime inflammantur, & illuminantur, quia præceptum domini lucidum illuminans oculos ait pſalm. In iſtorum præceptorum & conſiliorum obſeruantia ſancta Trinitas mentes amicabiliter viſitat, & dulciter inhabitat. Vnde dicit Dominus. Qui diligit me, ſermones meos ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Veniet ad nos pater viſitando memoriam, & excitando ad operandum verbum patris, illuminando intellectum, ſeu intelligentiã, ad clarè contemplandum. Spirituſſanctus voluntatem inflammando, ad dulciter amandum. Manſionem antem faciunt apud nos, Cuius rationem aſſignant Grego. in Homilia dicens: In quorundam corda venit Deus, & manſionem non facit, qa ſic Deum recipiunt, vt tamen tempore tentationis ab eo recedant. In quorundam vero corda venit, & mãſionem facit, quia ſic eos amor diuinus penetrat, vt & tempore tentationis non recedant ab amore, Ille. n. uerè amat, cuius mentem delectatio praua ex conſenſu non ſuperat. Qui autem in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo. De hac manſione, in prouer. dicitur. Delitię meæ eſſe cum filijs hominum. Tunc in meridiano exurit terram, Sol diuinis. Veſpera verò huius diei ſpiritualis conſummatiua, donum conſilij cauſat in anima, dum eam inclinat ad inquirendum, & ſeruandum diuina & perfecta conſilia à domino tradita in euãgelica hiſtoria. De quibus conſilijs Greg. in lib. 26. moralium, dicit. Quidam præcepta legis generalis, virtute perfectionis ſuæ traſcendunt. Qui nequaquam hoc ſolum quod cunctis diuina vox præcepit implere contẽti sũt, ſed præſtantiore deſiderio, plus exhibere appetunt, quã in præceptis generalib. audire potuerunt, quibus dominica voce dicitur. Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, &c. Tales inquit Gregor. ibid. cum Chriſto regnant, & iudicabunt, & non iudicabuntur. Sequitur, Paucis. n. dicitur, & non generaliter omnibus illud quod adoleſcenti diuiti, dicebatur. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni & ſequere me. Paucis dicitur, quia non omnibus tanta perfectio donatur, ex quo per obſeruationem conſiliorũ quaſi in veſpera diei ſpiritualis conſummatur. Ratio huius eſt quia per hæc conſilia perfectiſſima, gradatim aſcenditur vſq; ad ſummos apices vittutum conſummantiũ, vt ſimus perfecti, ſicut & pater noſter celeſtis perfectus eſt. Et quantò hæc conſilia ſunt perfectiora, tantò luminoſiora, & diem ſpiritualem mentis magis perficientia, vel conſummantia. De gradib. iſtorum conſiliorum & perfectione eorum Chryſoſt. loquens, vbi dominus tradit hæc conſilia perfectiſſima, dicit ſic. Vide quot gradus aſcendit dominus, & qualiter nos in ipſam virtutis verticem ſtatuit, cum oſtendit, ꝙ primus gradus eſt, non incipere iniuria à quacunque occaſione, vel contra quemcunq;. Secundus eſt quibuſlibet malis nullo modo vindicari. Tertius gradus eſt, non facere vexanti, quæ quis ab eo paſſus eſt. Quartus eſt, exponere ſeipſum ad patiendum mala illata. Quintus amplius ſe tribuere, quam ille vult, qui fecit maſa. Sextus, non odio habere eum, qui talia mala infert. Septimus, diligere eum qui hæc malè operatur. Octauus benefacere ei, qui tantis malis offendit. Nonus orare pro illo, qui in malitia ſic obſtinatus eſt. Et ad iſta principalia reducuntur alia conſilia euangelica. Sequitur. Et quia magnum erat conſilium, præclarum premium, ſubdit dicens quòd tales ſimiles erunt Deo. Vnde dominus dicit, vt ſitis filij patris veſtri, & perfecti, ſicut & pater veſtes celeſtis perfectus eſt. Et Auguſti. in lib. de ſermone domini in monte dicit. Ex illa regula intelligendum eſt, quod hic dicitur, de qua Ioan. dicit. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, non natura ſed præceptorum & conſiliorum obſeruantia.

Quæ ſit dies conſilij. — Ioan. 11. — Eccl. 6. — Pſalm. 5. — Quæ eſt voluntas Dei. — Meridies ſiue grad⁹ conſilij. — Pſalm. 17. — Ioan. 14. — 1. Ioan. 4. — Prou. 8. — Eccl. 43. — Quę ſit veſpera ſiue gradus pſectior conſilij. — Matth. 19. — Matth. 5. — Vbi Chryſoſtomus. — Ioan. 1.

*Capitulum 5.*

Quintò videndum eſt, qualiter Spirituſſanctus per donum conſilij in die ſuo, & in illuminatione ſua, conuiuium ſpirituale initiet in mente, & perficiat. Circa quæ duo ſunt videnda. Primò qualiter familia mentis & conuiuantes ſecundum dignitatem ſuam ordinentur, & in conuiuio locentur. Secundò eſt videndum, vbi donum conſilij conuiuium ſuum celebret, & quæ fercula miniſtrentur. De primis, ſ. qualiter familia mentis. & conuiuantes in conuiuio, ſecundum dignitatem ordinentur, & locentur, ſciendum eſt, quòd ſicut dicitur in libro de ſpiritu & anima, parum poſt principium, vt ſupra dictum eſt. Nobilis creatura eſt anima. Ciuitas Dei namque eſt, de qua tam glorioſa dicta ſunt, ſ. quòd ad imaginem & ſimilitudinem Dei facta eſt. Et quia nulla eſt ciuitas abſq; populo, diſpoſuit in ea conditor noſter populum triplicis gradus, ideſt ſapientes ad conſulendum, milites ad pugnandum, artifices ad miniſtrandum & operandum. Sequitur. Ciues huins ciuitatis ſunt naturales & ingeniti animæ vigores, tanquam indigenæ. Quorum diſtincti ſunt gradus, alij ſuperiores, alij medij, alij inferiores. Superiores, ſunt intellectuales ſenſus, medij rationales, infimi animales. Quorum huiuſmodi differentia eſt. Animales ſiue ſenſuales vel ſenſibiles, appetunt viſibilia. Rationales diſcernunt, & diſcretionis oculo aſpernantur mala, & eligunt bona. Intellectuales verò, pertrahunt ea ad diuina. Sequitur. Intellectualis ergo ſenſus, ſunt tanquam animæ conſiliarij dicentes ei. Deum time, & mandata eius obſerua. Hoc enim eſt omnis homo, i. totus. Rationales, ſunt milites, qui

hoſtes

hoſtes concupiſcentiarum impugnant per arma iuſti-
tiæ. Animales ſiue ſenſibiles ſenſus,ſunt tanquam ru-
ſtici & artifices, qui corporalibus rudimentis inſiſtunt
& corpori neceſſaria miniſtrant,vt infra patet. Sequi-
tur. Hanc triplicem vim animæ. i. intellectualem, ra-
tionalem, & ſenſualem, vocant partes animæ non in-
tegrales ſed virtuales, quia potentiæ eius ſunt. Hæc
omnia prædicta ſunt in lib.de ſpiritu & anima.Inter fa-
miliam,intellectualem, poſſunt locari & ordinari habi-
tus infuſi vt fides,ſpes,& charitas,qui multum ornāt cō
uiuium mentis.Inter familiam rationalem,locantur,vel
poſſunt locari habitus acquiſiti,vt prudentia, temperan
tia,fortitudo & iuſtitia,qui viriliter repellunt vitia. In-
ter familiam ſenſualem,locantur habitus innati, vel etiā
paſſiones aliquæ,vt amor,& odium,dolor,& gaudium,
& ſenſus interiores, & exteriores, ſecundum aliquem
modum, quos donum conſilij mediatè vel immediatè
modificat, vt infra patebit. Et ſic patere poteſt ordo &
dignitas huius familiæ,ſed de miniſterio eorum infra di
cetur.Secundò videndum eſt,vbi donum conſilij conui
uium ſuum celebret, quæ fercula in illo miniſtrentur.
De quo ſciendum eſt, ꝙ conuiuium conſilij nuſquam
conuenientius celebratur,& quietius, quam in taberna
culo fœderis,ſiue in ſecreto mentis, vbi conſilia in ſilen-
tio tractantur,in veritate maſticātur,& in amore incor-
porantur,& in operis executione conſumantur. Hoc ſa
Num. 20. tis expreſſe innuitur in li.Num.vbi ſcribitur,ꝙ Moyſes
in rebus dubijs ad conſulendum Dominum relictis tur
bis,crebro reuertebatur,& intrabat tabernaculum, vbi
Dominum conſuluit,& cōſilium recepit,ꝙ poſtea po-
pulo propoſuit,& ſic fieri iuſſit.Hoc verbum exponens
Greg.li.moral.23.dicit ſic.Ad tabernaculum redire, &
intrare,eſt poſtpoſitis exteriorib. tumultib.ſecretū mē-
tis intrare.Ibi.n.Dominus conſulitur,et quod foris agē
dum eſt,publicè intellectu intus ſilenter auditur.Et tūc
vocem Dei,quaſi per occultam inſpirationem audiunt,
dum in meditatione mentis ſe à carnalibus ſenſibus ab-
ſtrahunt.Hęc ille.Primò igitur ingrediantur conſiliarij.
ſ.ſenſus intellectuales tanquam ſuperiores & digniores,
vt memoria,intellectus,& voluntas,relictis foris turbis
Pſal.84. tumultuantibus, à Domino in ſilentio audiant conſi-
lia, & in veritate intelligant, & in charitate operando
Li.4.de cō perficiant. Et primò memoria ab omnibus euacuata,
tēplat.c.5. & purgata,ingrediatur tabernaculum.i. mentis ſecretū,
& dicat cum pſal.Audiam quid loquatur in me Domi-
nus Deus.De hac auditione dicit Richar.ſic Deus au-
ditur per reuelationem, donec voce eius paulatim, in-
ualeſcente,tota per perſtrepentiū turba & tumultuatio
ſopiatur, ſolaq; ipſius vox audiatur, donec omnis illa
tumultuantium turba diſpereat,ſolusq; cum ſola rema
Oſeæ. 2. neat.Hæc ille.Tunc adductam in ſolitudinem loquitur
pſal.84. ad cor eius,vt dicit Oſee.Sed quid loquitur dicit Pſalm.
Loquetur pacem in plebem ſuam. Sed quare magis pa-
cem quam omnia alia? Reſpondeo, quia vbi pax non
habetur,nec dulcedo diuinorum conſiliorum guſtatur,
nec vox eius,auditur, nec conuiuium in mente cū Deo
habetur,quia in pace factus eſt locus eius,ſecundū pſal.
Pſalm. 75. Vnde Leo Papa in vno ſermone dicit vera pax eſt à Dei
volūtate nō diuidi,& in his quæ ſolius Dei ſunt delecta
ri.Quando.n.ſenſualitas nulla parte reſiſtit voluntati,
& voluntas nulla parte contradicit rationi,& ratio regu
latur lumine fidei,tunc eſt ſerenitas mentis, & tunc eſt
in nobis regnum Dei,vt dicit Dominus. Ideo pax ratio
Luc. 17. nabiliter præmittitur.Regnum autem Dei, non eſt eſca
& potus corporalis,ſed iuſtitia,pax,& gaudium in Spiri
tuſancto ait Apoſtol.Iuſtitia rectificās iudicia rationis,
pax tranquillans imperia facultatis, gaudium adimplēs
deſiderium voluntatis.Non eſt autem delectabilior re-
Ad Ro.14. fectio,quam voluntatis oblectatio. De hac refectione
memoriæ,tanquam expertus dixit Dauid in pſalm. Me

mor fui Dei & delectatus ſum,& ſequitur,& defecit ſpi
ritus meus.i.humanus,dicit Gregorius.& factus quaſi
diuinus.Quia quātò in nobis quotidie ſpiritus diuinus
proficit,tanto noſter in nobis deficit,propter quod tan-
dem memoria noſtra plena Deo deiformis fit. Secundò
intelligentia ingrediatur tabernaculum mentis,& ſuum
ſecretum iam ab omnibus fantaſmatib. & impedimētis
abſtracta,vt veritatem conſiliorum diſcutiat,& inter cō
ſilia diſcernat à quo ſpiritu procedant.Nam Richar.di- Li.4.de cō
cit. Sicut Deus memoria auditur per reuelationem,ita temp.c.15
intelligentia videtur per contemplationem,ex qua viſio
ne illuminatur,vt conſilia diſcernat à quo ſpiritu proce
dant.Nam ſicut dicit Ber.in ſermone magiſtri gētium.
Spirituum diuerſa ſunt genera, ideo neceſſaria eſt nobis
eorum diſcretio,præſertim cum ab Apoſtolo didiceri-
mus non omni ſpiritui eſſe credendum.Videri.n. poteſt 1.Ioa. 14.
(inquit Bern.) minus eruditis,& qui habent parum ex-
ercitatos ſenſus,omnem cogitationem vel conſilium nō
alterius, quam ipſius ſpiritus humani eſſe ſermonem.
Quod falſum eſſe oſtendit certa fidei veritas. Quod
& probatur teſtimonio ſcripturarum diuinarum. Au-
diam (inquit propheta) non quid ego loquar, ſed quid
loquatur in me Dominus Deus. Similiter ait pſalmus, Pſal.84.
ꝙ immiſſiones fiunt per Angelos malos. Probat etiam Pſalm. 77.
ſcriptura eſſe ſpiritum carnis, & ſpiritum huius mun-
di. Sequitur. igitur quiſquis ex his tribus ſpiritibus lo-
quatur ſpiritui noſtro non credamus eis,quia ſanguinē
ſitiunt animarum & mortem, à ſermonibus tamen eo-
rum cognoſcimus eos. Nā ſpiritus carnis ſuggerit mol-
lia.Spiritus autē mundi ſuggerit vana. Spiritus vero ma
lignus,ſuggerit amara,vt rixas,iras,& huiuſmodi. Si au
tem ſpiritus ſuggeſtio ſit de corpore caſtigando,de cor-
de humiliando, de ſeruanda veritate, & de exhibenda
charitate, cum hæc in corde verſantur, ſine dubio ſpi-
ritus diuinus eſt qui loquitur & ſuggerit hæc. Vt igitur
intelligentia hæc conſilia cautè diſcutiat, & prudenter
diſcernat, ingrediatur tabernaculum ſiue mentis ſecre-
tum,vbi Dominum cōſulat ſuper omnibus dubijs,quæ
oriuntur circa conuiuiū,et conuiuantes,& refectionem
eorum.Solicitudo.n.iſtorum incumbit intelligētiæ,quę
habet regere illos,& totum regnū animę.Vnde Grego. Prælati in
li.mora.23.dicit,quòd boni rectores quotidie cum ſeco duobijs cō
gnoſcunt res dubias neſcire diſcernere,ad ſecretum mē- ſulant legē
tis velut ad quoddam tabernaculum reuertūtur,ibique diuinam.
lege diuina perſpecta, quaſi coram poſita arca Domini
conſulunt Dominum, & quod prius intus tacentes au-
diunt, hoc foras poſtmodum agentes innoteſcunt. ſ.
conſilia & veritates reficientes totam familiam mentis.
Quia ſicut dicit Auguſt.ſuper Io. Veritas panis eſt qui
mentes reficit,nec tamen deficit ſed mentes mutat,quia
verificat. Quot ergo veritas in tabernaculo ſuo, &
quot conſilia intelligentia percipit à Spirituſancto, tot
dulcia fercula conuiuantibus in voluntate manducan-
da proponit. Tertiò voluntas libera à fantaſmatibus,
& diſtractionibus,& curis ſecularib.abſtracta & abſo-
luta ingrediatur tabernaculum ſiue ſecretum ſuū.Quia
Richar.dicit. Sicut in memoria auditur Deus per re-
cordationem, & intelligentia videtur per contempla-
tionem,ſic volūtate amplexatur per dilectionem,quæ li
cet ſit poſterior in ordine, eſt tamē principalior per in
genitam libertatem. Hæc voluntas, affectione expe-
rimentali præcipiens diuina conſilia à patre in memo-
ria dicta,& intelligentia examinata & verificata, & ipſi Vbi ſupra
voluntati efficaciter impreſſa, clamat cum ſponſa di-
cēs illud Cantic. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus
locutus eſt. In quibus verbis,exprimit anima diuino- Can.5.
rum conſiliorum certam auditionem, quia dilectus lo-
cutus eſt,& auditorum cōſiliorum efficacem impreſſio
nem,quia liquefacta eſt. Hanc auctoritatem exponens
Origenes dicit. Diuinæ conſolationis (vt audio) feli-

ciſſimus effectus, eſt liquefactio. Liquefit.n. anima dū deuotione molleſcit, vt dilectus in ea ſuauiter cubet, vt nihil duri inueniat quòd eius conſilijs reſiſtat. Liquefit dum in deuotione caleſcit, vt dilectus in ea diuini caloris perſentiens moderamen ſine moderamine, eò ineffabilem, & delectabilem inueniat, quò caliditas hęc quamuis occultiſſima, ſuauiſſima tamen ſecundum contactū ſpiritualem dilectationem generat. Liquefit dū amore pereffluit, vt dilectus dominium plenum habeat in ea, quò ad ipſum ſolum tunc omnis motus, omnis virtus, omnis impetus ipſius habet terminum. Siquidem humidum malè, terminabile eſt termino proprio. Vnde fluida mens non niſi in æternitate ſiſtit. Quare orige. dicit ibidem. Qui ſancto deſiderio intus æſtuat, eò ad quodlibet bonū habilis inuenitur, quò nihil duri in corde portat quod non feruore æſtuantis deſiderij in Deū liquefiat. Sic igitur tres iſti conſiliarij, id eſt tres potētię à Trinitate ſalutaribus conſilijs inſtructi, purgati, illuminati, & perfecti, totam familiam mentis, & conuiuantes hierarchice purgant, illuminant, & perficiunt, & in ęternitatem dirigunt, vt ſtatim patet.

*Capitulum 6.*

POſtquam igitur dictum eſt de conſiliarijs, qui dicuntur principales inter conuiuantes, qualiter in ſecreto tabernaculo mentis à diuinis conſilijs per dona Spiritusſancti ſunt purgati, illuminati, & perfecti. Videndum eſt modo qualiter medij. ſ. vigores animæ naturales, & ſenſus animæ rationales, & milites, ſiue virtutes morales, viriliter expugnantes, & repellentes omnia vitia à conuiuio animæ, ſuperioribus purgentur, illuminentur, & perficiātur. Ille.n. eſt debitus ordo, vt ſuperiores perficiant medios, & medij inferiores, ſecundum ordinem cœleſtis hierarchiæ, quem ſequitur eccleſiaſtica hierarchia & humana. Dicit.n. Hugo ſic. Sūt ſuperiores & ſublimes, & ipſi appropinquātes diuinitati immediatè ab ipſa accipientes purgationem vt mundi ſint, & illuminationem, vt clari ſint, & perfectionem, vt ſint ſancti, & ab illis rurſum, ſecundum ordinem diuinæ diſpoſitionis, & hi qui ſequuntur in ordine & ſubiecti ſunt purgantur, illuminantur, & perficiuntur. Hæc ille. Hi ergo conſiliarij tres, ſ. memoria, intellectus, & volūtas. dono conſilij à Spiritusſancto purgati, illuminati, & perfecti, medios inter conuiuantes, tanquam eis inferiores. ſ. vigores animæ naturales, i. ſenſus rationales, milites, ſiue virtutes morales, purgant, illuminant, & perficiunt ad ſimilitudinem Angelicæ Hierarchiæ. Primus.n. cōſiliarius. ſ. memoria, conſulit oīa quæ ſunt ad vitiorum conuiuantium purgationem, & virtualem exercitationem, dum per rememorationem omnia vitia commiſſa, ad præſentiā mentis eorum reuocat, vt ea per pœnitentiam deleat, & totaliter extirpet. Nam ſicut dicit Hugo. Niſi præcedat purgatio, non ſequitur illuminatio, nec ſequitur perfectio, niſi præcedat illuminatio. Vt igitur mens, cum tota familia ſua purgetur, pœnitendo dicat illud pſal. Recogitabo mihi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ, donec dicere poſſit, quòd ſequitur. Proiecisti poſt tergum tuum omnia peccata mea. Dum ſic viuitur pater notam faciet filijs veritatem ſuam: quia ad receptionem lucis non requiritur niſi purgatio, recipientis. Vnde alius commentator, ſ. Lincon. dicit. Neceſſaria eſt rationali creaturæ primo purgatio, quia impura non ſuſcipiunt illuminationem, ſed tenebroſa non poſſunt habere operis perfectionem, quia ambulant in tenebris, et neſciunt vbi corruant, aut quò vadant. Senſus igitur rationales, vt milites, & virtutes morales primò purgentur, vt poſtea illuminentur, & poſt operationis perfectionem conſequantur. Secūdus igitur cōſiliarius. ſ. intellectus in tabernaculo à dono conſilij illuminatus videns, ꝙ illuminatio neceſſaria eſt ad operis perfectionem, conſulit omnibus conuiuantib. accedere ad illuminationem dicens. Accedite ad Deum et illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. Acceditur ad Deum ſimilitudine, & receditur à Deo diſſimilitudine, vt dicit Aug. Similitudine autem, facies honoratur imagine diuina. Diſſimilitudine verò, facies confunditur imagine pecorina. Vnde Pſal. dicit. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. Ecce carentes intellectu pecorib. comparantur, ſed intelligentes Dij appellātur. Vnde Pſal. intelligentib. loquens ait. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Omnes igitur conuiuantes illuminat. Quid autem eſt illuminari (ait Linc.) niſi tam per virtutes ſpeculatiuas, quàm operatiuas, in finem vltimū rectè dirigi? Vnde Dauid in pſal. Dicit. Dabo tibi intellectum, quantum ad ſpeculationem, & inſtruam te, quantum ad operationem. Sequitur. In via qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos, quātum ad directionem in finem. Tertius igitur conſiliarius, ſ. voluntas, tanquàm excellentior conſulit, & iubet omnia fieri, quæ ſunt neceſſaria ad conuiuātium operatiuā perfectionem dicēs. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Operari cibum qui perit, eſt affici ſæcularibus rebus, & non operari propter permanentia, ſed ꝑpter pereuntia quæcunq; Et quamuis quandoq; in vſu operis ſit temporalitas, tamen in intentione debet eſſe ęternitas, vt dicit Beda ſuper Lu. Operamini igitur, quicquid memoria purgata, & à Deo inſpirata & Deo illuminata faciendum dictauerit, & à voluntate charitatem impellente fieri imperatur, quia tunc à nobis, non niſi bonum procedit Dicit namq; Aug. ſuper Io. Bonum & rectum eſt omne quod agimus, ſic nec memoriam obliuio decipiat, nec error intellectū excæcat, nec iniquitas voluntatem ſubuertat, ab his eſt omne quod agimus. Hoc conſilium, & mandatum in tabernaculo mentis à Deo acceptum, voluntas vt alter Moſes & omnibus ſuo imperio ſubiectis indicit, & iniungit, & ſenſibus rationalibus, militib. pugnantib. ſiue virtutibus moralibus, & omni familia eorum, ſiue ſpecieb. quæ multæ ſunt valde, qui iā omnes à ſuperorib. purgati illuminati & quaſi perfecti in ſuis operibus ſecundum legem charitatis voluntati obtemperantes viriliter operantur, omnia vitia à conuiuantib. extirpando fortiter virtutibus inſiſtēdo, & Deo tāquam regi ſuo, & patrifamilias humiliter obediendo. Ex tunc & ipſi idonei ſunt ad purgandum, illuminandum, & perficiendum inferiores ſibi, vt ſupra dictum eſt.

Super 2. Ange. hierarc.

Vbi ſupra.

Eſa. 28.

Ibidē. c. 3.

Pſal. 31.

Pſal. 31. Vbi ſupra.

Pſal. 31.

Ioan. 6.

Operari cibū qui perit, Quid ſit.

*Capitulum 7.*

DIcto de conuiuantibus rationalibus, qui quaſi medium gradū tenent in cōuiuio, & qualiter ſint purgati, illuminati, & perfecti. Videndū eſt, qualiter & iſti ſibi inferiores illuminēt, purgent, & perficiāt, vtpote ſenſus animales & corporales, tam interiores, vt imaginationes, &c. quam exteriores, vt viſum, auditū &c. qui ſunt tanquàm artifices & ruſtici, neceſſaria corpori adminiſtrātes, vt dicitur Lib. de ſpiritu & anima. Quos rōnales conuiuantes, & milites purgāt, dū in eis motus illicitos concupiſcentiæ mortificant, vel exterminant quantum pōt fieri in corpore corruptibili, dicentes eis, illud Apoſtoli. Ad Roman. Si ſcdm carnem vixeritis, moriemini, id eſt ſcdm corruptionē veſtram. Si aūt ſpiritu rōnali, facta carnis mortificaueritis, viuetis. Similiter illos, quaſi illuminant, dum eos à ſua præcipitatione retrahunt, & impediunt, & eos dono conſilij obedire compellunt, dicentes eis illud Apoſtoli, ad Romanos. Debitores ſumus ſpiritus, non carnis, i. debemus magis obedire ſpiritui quam carni. Similiter illos, quaſi perficiūt, dum eos, vitam illam quam in futura habituri ſunt, docent hic inchoare, & prælibare, & imitari. De his Bern. dicit ſic.

Quid ſit purgare, et illuminare ſenſus exteriores.

Rom. 8.

Eodem. c.

Quidam

Li. de amo re Dei. c. 3. Quidam in ſanctitate vitæ, & hominis interioris glorificatione, & contemplatione, & quadam fruitione diuinitatis, iam futuræ vitæ beatitudinem prælibare in hac vita videntur & imitari, vt & de corporum ſuorum glorificatione, quam poſt plenè percepturi ſunt in hac vita, non nihil percipiat. Sequitur. Accepta.n.gratia, qua habitantes in vnū ſeipſis in Deo, & Deo in ſeipſis fruuntur, ipſius carnis ſic ſentiunt viciſſe oēs contradictiones, vt vniuerſa carnis ſubſtantia non ſit eis niſi inſtrumentum boni operis. Nam & ſi ipſius miſerijs & infirmitatibus contabeſcunt, ſed ex hoc ipſo in interiori hom, ne fortius conualeſcūt, quia quando infirmor, tunc fortior ſum, & potēs ait Apoſtolus. Sequitur. Senſus.n. quandā nouam percipiunt, & propè ſpiritualem gratiam. Oculi. n. fiunt ſimplices, vt certa experientia docet, & aures obtemperantes. Aliquando in feruore orationis tantā odoris ignota quædam fragrantia conſpirat, quæ ſola experientia percipitur quia ignota. Et tanta eſt guſtus in guſtando ſuauitas, quæ etiam non poteſt niſi per experientiam ſciri.i.per mutuum contactum ſpiritualis charitatis, quo incentiuum tantum ſit, vt videantur ſibi inter ſeipſos, ſpiritualis cuiuſdam voluptatis gerere paradiſum, vultus etiam, & totius corporis compoſitione, vitæ, & morum & actuum decore, mutuæ etiam ſeruitutis & etiam deuotis exhibitionibus, et pijs ſuſceptionib. ſiue cuiuſdam gratiæ beneplacito, ſibi inuicem conueniunt, & conuiuunt, vt ſit verè eis cor vnum, & anima vna. Nimirum futuram corporum ſuorum gloriam iam hic initiant, ex puritate conſcientiæ & mutuæ conuerſationis gratia perfectè iam habituri in futura, & perenni vita. Hæc Ber. Ecce donum conſilij, reficit conuiuantes ſupremos, ſ. conſiliarios, ſacris contemplationibus, dum eos in tabernaculo.i.in ſecreto mentis facit diuina conſilia audire. Item reficit conuiuantes medios, ſ. ſenſus rationales, milites, & ciues morales, ſacris veritatibus, dum facit eos conſilia diuina in tabernaculo verè intelligere. Item reficit conuiuantes infimos, ſ. artifices, ruſticos, & miniſtrātes, vt ſenſus animales interiores, & exteriores, in regno, vel in ciuitate animæ laborantes, deiformibus operationibus, dum eos facit diuina conſilia operando adimplere, quod perfectorum eſt. Sequimini igitur conſilium Dei, quia ſicut dicit Auguſtinus. Conſilium Dei eſt ſuper omne conſilium creaturæ, vt & mundanis videatur ſtultitia, vt oſtendit Greg. 27. Moral. Non quòd ſit defectus in conſilijs, ſed quia ſunt tantę perfectionis, quòd mundus ea non poteſt intelligere, neque cognoſcere. Quod non eſt mirum, cum nec ipſum conſiliariū cognoſcere poſſit, ſcilicet Spiritum ſanctum vt dicit Dominus.

2. Cor. 12.

26. contra Fauſtum.

Ioann. 14.

### *De dono Intellectus.* Cap. 1.

SExtum donum Spirituſſancti, quod facit diem & cõuiuium ſpirituale in anima, eſt donū intellectus. De quo ſunt quinque notanda. Primum quare donum intellectus præcedentia dona ſequatur? Secundo quid donum intellectus ſit, vel quid dicatur. Tertiò quæ huius doni ſit neceſſitas, vel quæ vtilitas in eo conferatur? Quartò qualiter ex eo dies ſpiritualis in anima oriatur? Quintò qualiter conuiuium animæ, ex eo præparetur? Primò igitur videndum eſt, qualiter donum intellectus præcedentia dona ſequatur. De quo ſciendum eſt, quòd Anſel. dicit, iſtum ordinem eſſe rationabilem. Cuius rationem ibidem aſſignat dicens. Quinq; dona Spirituſſancti præcedentia pertinent ad vitam actiuam, hæc aūt duo.ſ.intellectus & ſapientia pertinent ad vitam cōtemplatiuam, quę duo Spirituſſanctus prędictis quinque ſuper imponit, vt ædificium perfectè compleatur. Sed vita actiua præcedit contemplatiuam, tanquā diſponens potentias cōtemplatiuas ad actus ſuos, ne in operationib. ſuis impediantur. Vnde Greg. lib. 6. in moral. dicit. Qui arcē contemplationis aſcendere deſiderat, prius neceſſe eſt, vt in opere actionis perfectè ſe exerceat. Igitur in ordine aſcenſionis ab infimo dono.ſ. timoris, ad ſummum donum.ſ. ſapientiam quinq; dona prædicta præcedere debent donum intellectus & ſapientiæ. Vnde Anſel. ibidē dicit ſic. Poſtquam Spirituſſanctus mentem facit pauentem per donum timoris, ſibique compatiētem per donū pietatis, & ea quæ ſunt facienda manifeſtat, per donum ſcientiæ, & illa fortiter exequitur per donū fortitudinis, & de ipſis ſuo exemplo facit alijs conſulere per donum conſilij. Poſt Spirituſſanctus accendit mentem ad intelligendū cur hæc & illa fieri debeant, & vltimo à ſolo Deo remunerationē quærat iſtorū. Sed quare donū intellectus, immediatè ſequatur donū conſilij? Huius ratio eſt, nam cum conſilium ſit affectuū inquiſitiuus & rationis directuus, vt dictū eſt ſupra, intellectus aūt ſit lumē, vt dr̄ in li. de ſpiritu & anima, & philoſophus 3. de anima vocat intellectum agentem, lumen quod penetrat vſque ad intima.ſ. ad eſſentias rerum, & quidditates, ideo nunquam eſt perfecta veritatis inquiſitio, neq; perfecta inuentio, vbi non fuerit intellectualis illuminatio. Vnde conſilium ſine intellectu, manet ſine affectu. Eſt & alia ratio quam Aug. ponit in lib. 2. de doctrina chriſtiana, parum poſt principium, vbi loquens de ſeptem donis, dicit, de dono intellectus ſic. Poſt quintum gradum.ſ. donum conſilij, quod aīa leuatur appetitu ſordium inferiorum, aſcendit in ſextum gradum, ſ. donum intellectus, vbi iam ipſum oculum purgat, quo videri poteſt Deus ab his qui huic ſæculo moriuntur, qui intantum vident, inquantum moriuntur ſeculo. Ab illis enim non ſolum certior, ſed & iucundior ſpiritus lucis incipit apparere in enigmate tamē. Quandiu enim in hac vita ſumus peregrinamur à Domino, quamuis conuerſationem habeamus in cœlis. Vlterius igitur introducit ad ſapientiam.

Li. de ſimi. circa finē Cur donū intellectus ſubſequatur alia quīque dona.

Quare donū intellectus immediatè ſequatur donū conſilij.

### *Capitulum* 2.

SEcundo videndum eſt, quid ſit donū intellectus, & quare ſic nominatur? De quo ſciēdum eſt, ꝙ nomen intellectus, importat quandam intimā cognitionem. Dicitur enim intelligere quaſi intus legere. Et hoc patet, conſideranti differētiam inter cognitionem intellectus & ſenſus. Nā cognitio ſenſitiua, occupatur circa ſenſibiles qualitates exteriores. Cognitio aūt intellectiua, tanq̃ excellentior & ſubtilior, penetrat vſq; ad quidditates, & rerū eſſentias interiores, quia obiectū intellectus eſt q̄d quid eſt, vt dr̄ 3. de aīa. Vnde cognitio humana incipit à ſenſu tanquā ab exteriori, quæ non perficitur niſi perueniatur ad intellectum, qui vere cognoſcit, q̄d eſt res. Dr̄ .n. in li. de ſpiritu & aīa, ꝙ quicquid ſenſus recepit exterius, imaginatio repræſentat interius, rō inueſtigat, intellectus dijudicat, intelligentia cōprehendit, & ad contemplationem adducit, quæ memoria cōſeruat. Sed aduertēdum eſt, quod intellectus qñq; accipitur vt eſt vis aīæ naturalis. Et ſic de intellectu loquiť auctor libri de ſpū & aīa, qui dicit, ꝙ intellectus eſt vis aīæ, quia inuiſibilia percipit. Cui concordare vr̄ Philoſoph. 3. de aīa, & hic intellectus vt plurimum cæcutiens eſt. Vnde pſal. dicit. Neſcierunt neq; intellexerunt. Itē intellectus qñque accipitur vt eſt virtus intellectualis, ſiue vt eſt habitus principiorū naturalium q̄ ſubſunt lumini intellectus, vt patet 6. Ethic. Sed neuter iſtorū eſt bonum Spūſſancti, licet vterq; ſit à Spirituſancto. Sed quia homo ordinať ad beatitudinē, ſicut ad finē ſupernaturalem, vt apparet ex eius imagine, ideo oportet ponere intellectū, ſiue lumen aliquod, vt eſt habitus ſupernaturalis principiorū ſupernaturalium, quæ ſunt articuli fidei, & ex conſe-

Intellect' ſumitur trifariam.

Pſal. 81.

quenti quarundam operationum quæ ordinantur, ad fi

Quid ſit donũ intellectus.

dem, quia fides per dilectionem operatur, vt dicit Apoſtolus.

Ad Gal. 5.

Et hoc lumẽ ſupernaturale, & ſuperadditum intellectui & datum homini, vocatur donum intellectus, quod nominat quandam excellentiam cognitionis, penetrantis vſque ad intimas rerum intelligendarum eſſentias & veritates, quæ non ſit ita completè ex virtute luminis, naturalis intellectus, ſicut ex virtute luminis ſupernaturalis ſuperadditi intellectui naturali. De quo intellectu dicitur in lib. de ſpiritu & anima, quòd intelligẽtia eſt vis animę quę immediatè ſupponitur Deo. Cernit ſiquidem ipſum ſummum verum, & verè incommutabilem. Sic anima percipit corpora ſenſu, imaginatione, corporum ſimilitudines, ratione, corporearum rerũ naturas, intellectu, ſpiritum creatum, intelligentia, ſpiritum increatum, vel ſicut dicitur in eodem lib. Intellectus eſt ea vis animæ, qua de diuinis quantum homini poſſibile eſt cognoſcitur, ad celeſtia archana penetrãda quæ penetrari non poſſunt, niſi per ſpiritum eius qui etiam profunda Dei ſcrutatur. Vnde Apoſtolus dicit.

1. Cor. 2.

Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum, qui omnia ſcrutatur etiam profunda Dei.

## *Capitulum.* 3.

Ad qđ ſit neceſſariũ donum intellectus.

TErtiò videndum eſt, quæ ſit neceſſitas ſiue vtilitas doni intellectus? De quo ſciendum eſt, quòd cum veritates neceſſariæ ad ſalutem ſint nobis abſconditæ, & quaſi velatæ, tam in rerum naturis, quam ſacris ſcripturis, quam in diuinis ſacramentis, & figuris, in tantum vt intellectus humanus ſine adiutorio ſupernaturalis luminis, non poſſit ad eas apprehẽdendas plenè pertingere, planum eſt, quod neceſſe fuit, vt Spirituſſanctus intellectui humano ſuperadderet aliquod lumen ſupernaturale, quo velamina dictarum veritatum penetraret, & veritates abſconditas apprehenderet, & eas ſic nobis manifeſtaret. Quod vtique Spirituſſanctus facit, dum nobis donum intellectus inſpirat. Hoc enim donum intellectus, primo facit nos penetrare velamina, ſiue tenebras mentis noſtræ, donec ad notitiam propriam perueniamus, & imaginem ſanctæ Trinitatis, nobis concreatam cognoſcamus, cum Dominus

Luc. 17.

dicat, Regnum Dei intra vos eſt, ideſt in imagine ſua. Primò igitur donum intellectus, facit nos ad interiora noſtra ingredi, dum menti inſpirat, vt ſeipſam primò cognoſcere diſcat, & in hoc diligenter ſe exerceat, donec ſe videre quid ſit incipiat. Dicit enim Richar. ſic.

Tertio de contemplatione. c. 6.

Hoc exercitio, cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intelligentia dilatatur. Nihil rectè æſtimat, qui ſeipſum ignorat. Neſcit quòd ſub pedibus eius mundana gloria iaceat, qui conditionis ſuæ dignitatem non penſat. Neſcit omnino quid de ſpiritu angelico, quid de ſpiritu diuino ſentire debeat, qui ſpiritum ſuum prius non cogitat. Sequitur. Si non idoneus es intrare ad teipſum, quomodo ad illa rimanda idoneus eris, quæ ſunt ſupra teipſum? In hoc exercitio homo per donum intellectus incipit aliqualiter videre, quòd factus eſt ad imaginem Dei, vt docet Auguſt. libr. 13. & 15. de Trinitate. Et auctor in libro de ſpiritu & anima. Tanta dignitas hominis eſſe cognoſcitur, vt non ſolum iubentis ſermone, ſicut alia opera ſex dierum ſunt facta, ſed & conſilio ſanctæ Trinitatis, & operc diuinę maieſtatis, creatus ſit homo, vt ex primę conditionis honore intelligeret, quãtũ teneretur ſuo creatori, non ſolum propter primæ conditionis priuilegium acceptum, ſed & ꝙ ad imaginem & ſimilitudinem ſuam Deus creauit eum. Nam ſicut dici-

Gen. 1.

tur in eodem lib. de ſpiritu & anima. Sicut Deus pater, Deus filius, Deus Spiritusſãctus eſt vnus Deus, nõ tres Dij, ſed tres perſonæ, ita anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non ſunt tres animę, ſed vna in vno corpore, & tres vires. Et ſicut ex patre generatur filius, & ex patre & filio procedit Spirituſſanctus, ita ex intellectu generatur voluntas, ſed ex intellectu & voluntate procedit memoria. Multæ aliæ ſimilitudines ponuntur ibidem. Ex eo autem, quòd anima eſt imago Dei, eſt capax Dei, vt dicit Aug. li. de Trin. 14. & 15. Item per donum intellectus poteſt homo cognoſcere quòd eſt factus ad ſimilitudinẽ Dei. Vnde in lib. de anima & ſpiritu dicitur ſic. Creata eſt anima à Deo, vita à vita, ſimplex à ſimplici, immortalis ab immortali, vt non ſit longè à creatore ſuo, cui appropinquare videtur ſimplicitate eſſentiæ, quia creata eſt anima, magna à magno, recta à recto. Eo magna quo capax æternorum, eò recta quo eſt appetens æternorum vel ſupernorum, eò beata quo Deo vnita. Sequitur. Animam nanque Dei pietas reſpicit, humilitas ſubijcit, pœnitentia reducit, iuſtitia deducit, obedientia cõducit, perſeuerantia perducit, deuotio introducit, puritas iungit, charitas vnit. Et ibidem dicitur. Quis maior honor eſſe potuit homini, quã quòd ad ſimilitudinem ſui conditoris crearetur, & eiſdẽ virtutum veſtimentis ornaretur, quibus & conditor, de quo in Pſal. Legitur. Dominus regnauit, decorẽ indutꝰ eſt, quaſi omnium virtutum ſplendore, & totius bonitatis decore ornatus? Psal. 92. Sequitur. Et quod maius dedecus homini, aut infœlicior miſeria, quam vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa, ad informem & irrationalem iumentorum ſimilitudinem dilabatur? Sequitur. Quapropter quiſque diligentius attendat, primę ſuæ cõditionis excellentiam, vt venerandam ſanctæ Trinitatis in ſe ipſo imaginem agnoſcat, honoremq; diuinæ ſimilitudinis, ad quam creatus eſt, nobilitate morum, & exercitatione virtutum, & dignitate meritorum habere contendat, vnde quando apparebit, ſimiles ei erimus vel apparebimus, qui nos condidit & reformauit. Hæc ille. Similiter per donum intellectus, homo regnum Dei in ſe inuenit, cum Dominus dicat, Regnũ Dei intra vos eſt, vbi dicit gl. Gregorij. Regnum Dei nobis inſitum eſt, Luc. 17. dicit forſitan indſtam animabus noſtris lętitiam per Spiritum ſanctum. Ea. n. eſt velut imago & arra perennis lętitiæ, qua in futuro ſæculo, animæ ſanctorum gaudent. De hoc require ſupra in cap. de dono timoris. Quærite ergo, & inuenietis, & nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, ait pſalmus. Pſalm. 31.

## *Capitulum.* 4.

POſt hoc Spirituſſanctus per donũ intellectus, facit nos penetrare velamina ſacrarum ſcripturarum, introducens nos ad claram contẽplationem purę veritatis.

Veritates diuinę sũt abſcõditæ ĩ ſacra ſcriptura, ſed manifeſtãtur per donum intellectus.

Quod autem veritates theologicæ, & diuinæ, quæ ſunt nobis neceſſariæ ad ſalutem, ſint velatæ & abſconditæ in ſacra ſcriptura, oſtendit obſcuritas prophetarum, vel prophetiarum, multiplicitas figurarum, et diuerſitas expoſitionum. Quandoq; n. exponũtur hiſtorice, quandoq. tropologicè, quandoq; allegoricè, quandoq; anagogicè, vt ſupra patet in capitulo de dono ſcientię. Sed Spirituſſanctus per donum intellectus, facit nos penetrare omnia velamina occultãtia nobis veritates ſcripturarum, neceſſarias nobis ad ſalutẽ, donec intremus ad veritatis puras illuminationes, & cõtemplationes in ſcripturas abſconditas. Puræ autem veritatis illuminationes (vt dicit Richar.) ſunt, quando veritas ſine imaginibus et figuris ꝑ ſemetipſam percipitur. Rich. ſuper Apoc. & Haymo dicunt, ꝙ excellentior cognitio eſt, cum ſpũs humanus per internam inſpirationẽ

Sap. 7. Ange. hierar.

ſuauiter tactus nullis rerum viſibiliũ formis ad cœleſtiũ contemplationẽ erigitur, ſicut vidit Dauid ꝓpheta. Sed

Haymo

Haymo dicit ibidem. Eſt quædam viſio intellectualis, quæ non fit per corporales res, nec per ſimilitudines, ſed ipſa veritas in mẽte manifeſtatur videntibus, quod propriè electorum eſt. Et notandum, quòd donum intellectus quandoque in tantum penetrat omnia veritatis velamina, & intantum introducit mentem ad ſua interiora, vt audiat ibi verba quæ non licet homini loqui, quia nec fortè propriè poterunt dici per os carnis. Quia cum ſint verba intellectualia, nihil corporale habentia, nec imaginem nec ſimilitudinem, ideo per os carnis non exeunt. Et ideo illa nemo ſcit, niſi qui accipit, vt in Apoc.

Apo.2.

Quod exponens Aug. ibidem dicit, quòd nemo ſcit, niſi qui accipit per reuelationem vel per experiẽtiam. Cũ his concordare videtur commentator ſuper 7. angelicę hierarchię, loquens de proprietatibus ſeraphicis, vbi dicit ſic. Ille qui hæc verba dicebat, vſq; ad tertium cœlũ peruenerat, & intrauit paradiſum Dei, vbi verba omnino ſecreta & proxima ſilentio audiuit, ad quæ auris humana non contigerat, quæ nemo audiret donec ſciret, intus enim audiebantur, ibiq; dicebantur, & non poterant exire foras, vbi erat homo, & propterea ab eo qui intus erat, & valde intus, introrſus audiri poterant. Sed his qui foris erant, dici non debuerant. Ne autẽ illi qui foris erant derelinquerentur, ſi ab eo qui intus erat non vocarẽtur, nata ſunt verba de verbis, ſicut verba de verbo nata fuerant, de verbis quæ intus ſeruari debuerũt, verba quę foris proferri potuerunt, de immẽſis magna, de occultis obſcura, de impenetrabilibus profunda, quę à nobis audita ſunt in ſcripturis, vtrũ intellecta neſcio,

1.Ioan.16

vnctio tamen ſpiritus docet nos de omnibus, dicit Ioã. Item Spirituſſanctus per donum intellectus, non ſolũ facit nos penetrare omnia velamina veritatis incarnatæ, ſed & veritatis increatæ. Velamina autem veritatis incarnatæ ſunt omnes infirmitates, & defectus, quos pro nobis aſſumpſit in natura humana, vt defectus paſſibilitatis, famis, ſitis, & mortalitatis, &cæt. quæ donum intellectus omnia facit penetrari vſq; ad inuentionem nudæ veritatis. Quia ipſa veritas incarnata dicit. Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Ioan.16.

Spiritus veritatis dicitur, quia à veritate procedit, & ideo docet omnem veritatem, quia docet eum in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei abſconditi. Nã quia ab alio procedit, ipſum manifeſtat. Vnde dominus dicit ibidem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur, quia de meo accipiet, ex quo docebit vos omnem veritatem neceſſariam, quam audiuit.

Triplex eſt veritas.

Docere autem, eſt ipſum intellectum ad ſuum obiectum quod eſt veritas applicare, ex quo ſequitur veritatem cognoſcere. Sed ſciendum, quòd triplex veritas eſt. Nam eſt veritas cognitionis, veritas operationis, & veritas dilectionis. Per veritatem cognitionis, Spirituſſanctus oſtendit nobis fidem Chriſti, & doctrinam eſſe veriſſimam. Per veritatem operationis Chriſti, docet nos operationem perfectiſſimam. Per veritatem dilectionis Chriſti, oſtendit nobis charitatem maximam. Ad has veritates poſſunt reduci aliæ veritates neceſſariæ. Item Spirituſſanctus per donum intellectus, non ſolum facit nos penetrare omnia velamina veritatis incarnatę, ſed & velamina veritatis increatæ. Vnde dicit Ieſus. Ille ſcilicet Spirituſſanctus me clarificabit. Quod verbum ex-

Vbi ſupra.

ponens Aug. dicit. Spirituſſanctus clarificat filium, non ita quòd de non claro faciat clarum, ſed eum clarificat in nobis, quando nobis eum manifeſtat, vt clarum clarè cognoſcamus. Sed quia Spirituſſanctus procedit ab vtroque ſcilicet patre & filio, ideo vtrunq; nobis reuelat. Hæc autem reuelatio fit, quando Spirituſſanctus per donum intellectus, mentem noſtram à terrenis eleuat, & purgat, & inflammat. Affectus enim terrenus & animalis, impedit intellectum, ne ſpiritualia intelligat, quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ait Apoſtolus. Ideo talibus non ſiunt reuelationes.

1.Corin.

Spirituſſanctus intellectum, voluntatem, memoriam, & totam familiam mentis ab inferioribus abſtrahens, impellit ad dominum quærendum, & habendum. Vnde

In ſer. de Pente.

Bern. dicit, Spirituſſanctus profecto monet memoriã, docet intelligentiam, mouet voluntatem, nec minimam paleam peccati, intra cordis quod poſſidet habitaculũ, patitur reſidere, ſed ſtatim igne ſubtiliſſimæ circunſpectionis exurit illud ſpiritus dulcis & ſuauis. Igitur mente purgata & mundata per internam monitionem, excitat memoriam ad paternæ allocutionis auditionẽ, quia Deus per memoriam auditur, vt dicit Rich. Item dicit

De contẽpla.c.25.

Bern. ibidem. Spirituſſanctus docet intellectum, & illuminat, ſcilicet ad diuini verbi intellectionem. Quia ſicut dicit Richar. vbi ſupra Deus per intelligentiam videtur. Item dicit Ber. ibidem, quòd Spirituſſanctus mouet voluntatem ſcilicet ad ſanctæ Trinitatis perfectam dilectionem. Quia dicit Richar. vbi ſupra. Deus per voluntatem vel affectum amplexatur, & ſic habetur. Sed & filius reuelat patrem. Vnde dicit Apoſtolus. Vſque in hodiernum diem, idipſum velamen in lectione veteris

2.Corin.3

teſtamenti manet non reuelatum, quod in Chriſto euacuatur, dum nobis patrem reuelat. Vnde dicit Dominus. Ego clarificaui te pater. Quod exponens Augu. di-

Ioann.17.

cit. Filius clarificauit patrem, non quòd de minus claro fecerit magis clarum, cum eſſentialiter fuerit æternaliter clarus, ſed filius in nobis clarificatus, eum in nobis clarificat, dum ipſum verbum paternum manifeſtat nobis patrem. Vnde dicit verbum. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi. Quod Augu. lib. 7. de Trini. exponens dicit. Si verbum noſtrum temporale & tranſitorium quod nos proferimus, & ſe oſtẽdit, & eum qui loquitur, quanto magis verbum Dei per quod facta ſunt omnia, ſe nobis oſtendit, & patrem ſicuti eſt, quia idem cum patre eſt, & ſeipſum oſtẽdit nobis? Vnde dicit Dominus. Philippe qui videt me, videt & patrem meum.

Ioan.14.

Sed & pater clarificauit filium, vt in miraculorum operatione, in paſſione, reſurrectione, & in cęlum aſcenſione, & in multis alijs, vt filius clarificet patrem, vt ſupra patuit. Vnde in Ioan. dicit. Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.

Vbi ſupra

### Capitulum 5.

POſt hæc videndum eſt, qualiter Spirituſſanctus per donum intellectus, facit nos penetrare velamina veritatum diuinorum ſacramentorũ. Habeant nanque ſacramenta velamina quædam, quibus luciformes margaritas abſcondunt, ne pedibus porcorum immundæ multitudinis conculcentur, & ne derideant vel contemnãt eas, ſicut & Dominus dicit. Nolite ponere margaritas, &cęt.

Matth. 7

De iſtis velaminibus conqueritur ſanctus Bern. dicens ſic. Mihi apponitur veritas, ſed in ſacramẽto agnus ex adipe frumenti ſaginatur, & nudo grano. Me oportet interim quodam ſacramenti cortice eſſe contentum, carnis furfure, palea literæ, fidei velamine,

In ſerm. de cœna Domini.

Et hæc talia ſunt, quæ guſtata afferunt mortem, ſi non de primitijs ſpiritus, quantulumcunque accipiant condimentum, quod fit per donum intellectus. Vnde ſequitur. Denique abſque ſpiritu ſacramentum ad iudicium ſumitur, & caro non prodeſt quicquam, litera occidit, & fides mortua eſt, ſed Spirituſſanctus eſt qui viuificat, vt viuam in eis, ac quantalibet ſanè abundantia ſpiritus noſter pingueſcat. Non tamen pari iucunditate ſumitur cortex ſacramenti, & adeps frumenti, fides & ſpes, memoria & præſentia, æternitas & tempus, vultus & ſpeculum, imago Dei & forma ſerui. Nempe in omnibus fides mihi eſt locuples, intellectus pauper. Hinc Bernard. oſtendit, quòd intellectus humanus eſt

pauper

pauper & quaſi cæcutiens,ſine adiutorio diuino, in co-
gnitione tam abſconditarum veritatum ſacramentaliũ;
ſed adiutorio Spirituſſancti,qui donat veritates theolo-
gicas dirigentes, & ad plenum perficientes donum in-
tellectus,& cetera dona, fit diues & fortior ad penetran
dum velamina, & ad inueniendum veritates abſcondi-
tas. Vnde Greg. 1.lib.moral.dicit ſic. Ad perfectionem
plenam dona non perueniunt, niſi fide, & ſpe, & cha-
Ioan. 14. ritate fiat omne quod agunt. Nam Chriſtus eſt oſtium,
per quod intratur ad notitiam ſanctæ Trinitatis. Vnde
Augu. exponens illud Ioan. Ego ſum via, dicit verbum
aſſumens humanitatem factum eſt via. Ambula per ho
minem,& peruenies ad Deum. Et dicit ipſe Dominus.
Idem. 10. Ego ſum oſtium ouium,&cæt.hoc oſtium fides aperit.
Eſa.7. Vnde in Eſaia dicitur. Niſi credideritis non intelligetis,
igitur fides intellectum adiuuat. Spes autem intellectũ
Hebr. 6. introducit. Vnde dicit Apoſtolus. Habemus ſpẽ firmã,
& incedentem vſque ad interiora velamina, ſcilicet puræ
veritatis. Sed charitas inuenit & vnit, quia Deus chari-
1. Ioan. 4. tas eſt,& qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus
in eo. Cuius ratio eſt,quia ſicut dicit Hugo. Amor ſiue
charitas ſuo acumine omnia penetrat, donec ad dilectũ
Super Ange. hierar. veniat. Sic igitur donum intellectus,in fide,ſpe,& chari
tate,penetrat oĩa velamina ſacramentalia,ſuperius à Ber
nardo enumerata,vt dicat illud Cant. Inueni quem dili-
Can. 3. git anima mea, tenui eum nec dimittam eum,donec in-
troducam eum ad certiſſimam veritatem & intimam.

*Capitulum 6.*

QVartò videndum eſt, qualiter per donum intel-
lectus dies in anima ſpiritualis oriatur. De quo
ſciendum eſt, quòd ſicut abſentia lucis ſolaris
cauſat noctẽ & tenebras in terra, & ſicut præſentia eius
cauſat diem ſiue lumen vt videatur ſenſibilia,ſic abſen-
tia doni intellectus in anima cauſat tenebras. Vnde Pſal.
Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant,
& eiuſdem doni præſentia cauſat in anima diem ſpiri-
Pſal. 81. tualem,quia videtur intelligibilia. Vnde Gregor. lib. 1.
Per donũ intellectus erit dies in anima. moral. exponens illud Iob. vnuſquiſque in die ſuo, dicit
ſic. Sicut ignorãtiæ obſcuritas, ſine dubitatione nox cor
dis dicitur,ſic intellectus dies vocatur. Ratio huius eſt,
quia intellectus ſuo lumine penetrat omnia velamina
obumbrantia veritatis radios,tam naturarũ,quàm ſcri-
pturarum,& ſacramentorum, vt ſupra patet, planũ eſt
quòd lumen illud doni intellectus, proficit, & creſcit,
vſq; in perfectum diem quo ſpiritualia contemplantur,
in quo die,mane,meridies,& veſpera diſtinguuntur. Pri
Mane diei doni intellectus. mo igitur mane huius luminoſæ diei in mente humana
oritur,quãdã per donum intellectus ad noſtra interio-
ra reuocat,per lumen compunctionis, omnes tenebras
peccatorum de lectulo conſcientiæ abſtergimus, vt di-
Pſal. 6. camus cũ Pſal. Lauabo p ſingulas noctes lectum meũ,
ſcilicet conſcientiæ, vt poſt hoc ad claritatem meridia-
næ horę per contemplationem mane ſurgamus. De ma
ne illius diei loquens Gregor. 1. moral. exponens illud
Iob. Conſurgẽſq; diluculo offerebat holocauſta, dicit
ſic. Diluculo nanq; conſurgimus, cum compunctionis
luce perfuſi,humanitatis noſtræ noctem deſerimus, &
ad veri luminis radios mentis oculos aperimus. Sequit.
Offerebat holocauſta. Holocauſtum totum incenſum
dicitur,quod offerre,eſt totam mentem igne compun-
ctionis incendere,vt in ara amoris tota ardeat, & quaſi
delicta propriæ cogitationis exurat. De mane illo dicit
Pſal. Mane aſtabo tibi & videbo. Secũdo poſt mane hu
Pſal. 5. ius diei luminoſæ, horæ meridianæ claritas feruida ori-
tur in mente ex dono intellectus, quod pariter illumi-
Meridies huius diei. nat,& inflammat in ſacra ſcriptura,ad modum horę me
ridianæ,dũ eloquiũ Domini vehementer ignitũ (quod
eſt penetrabilius omni gladio ancipiti,pertingens vſque
ad diuiſionem ſpiritus & animæ,ſecũdum Apoſtolum)
manifeſtat. De claritate huius meridiei & radij huius Ad heb.4.
Richard. dicit ſic. Iucunda ſanè admodum plaga eſt me
ridiana à nimietate lucis & feruore diei, eo quod dulce Lib.3.c.7.
ſit valde & delectabile aſpectui, contemplari beatorum
ſpirituum ordines,hilareſcẽtes in claritate & charitate.
Et ſequitur infra. In meridie illa ſcilicet lucis, & feruo
ris ſcripturæ, contemplantur præmia meritorum bea-
torum, gaudia ciuium ſupernorum, & archana diuino
rum ſecretorum &cæt. huiuſmodi, propter quod dicit
Dominus. Scrutamini ſcripturas. Quod verbum Chry.
exponens dicit. Saluator ſcripturas vocat hoſtium. Hæ Ioa.5.
enim cognitionem Dei aperiunt, hæ oues cuſtodiunt,
hæ lupos ſuperuenire non permittunt,hæreticis introi-
tum præcludentes. Hæc ille. De feruore autem horę me
ridianæ ſcilicet ſcripturæ ſacræ, in qua nobiſcum Deus
loquitur per verbum ſuum proprium iam incarnatum,
quantus ſit oſtendit eccleſia, quæ ex ardentiſſimo fer-
uore tacendo clamat dicens. Oſculetur me oſculo oris
ſui. Hunc feruorem aduertere poſſumus, ſi verba pen-
ſemus. Nam Bernardus exponens hæc verba dicit. Se-
curus ſuſcipio mediatorem Dei filium, quem agnoſco
fratrem meum. Minimè mihi iam ſuſpectus erit, fra- Can.1.
ter enim & caro mea eſt, puto eum ſpernere me iam nõ In Can. c.
poſſe,os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Igitur 1. ſerm. 2.
loquatur mihi oſculo oris ſui. Quid mihi hæc ora pro-
phetarum ſemi verba loquuntur? Ipſe potius ſpecioſus
forma præ filijs hominum me oſculetur oſculo oris ſui
alloquendo. Nam audio iam Moyſem,impeditioris lin-
guæ eſt. Iſaiæ labia immunda ſunt. Hieremias neſcit lo-
qui,quia puer eſt. Non in eis iam loquatur mihi, quo-
niam tenebroſa aqua in nubibus aeris. Et prophetæ
omnes elingues ſunt, ſed ipſe loquatur mihi,cuius gra-
tioſa præſentia, & admiranda fluentia doctrinæ, fiant
in me fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Cuius vti-
que ſermo viuus & efficax, mihi oſculum eſt, non qui
dem coniunctio labiorum, quę interdum pacem men-
titur animorum, ſed planè infuſio gaudiorum, reuela-
tio ſecretorum, mira quędam & quodammodo indi-
ſcreta connexio ſuperni luminis, & illuminatę mentis.
Adherens quippe Deo,vnus ſpiritus eſt. Hęc ille. Ideo Can.5.
ſponſa in cant. dixit. Anima mea liquefacta eſt,vt dile-
ctus meus locutus eſt, mihi ſpiritus feruorem tantum
infundendo,vel influendo, vt tota feruida ſim. Ait Ver
cellen. Ibidem. Igitur quaſi lux meridiana eſt Tertio
poſt horam clarę & feruidę meridiei hora veſpertina Eſa.18.
ſuccedit,in qua labor quotidianus terminatur, ſomnus
contemplationis inchoatur, delicię nocturnales cele- Veſpera huius diei.
brantur. Labor quotidianus terminatur,quia ſole decli-
nante, virtus debilitatur operantium. Vnde dixerunt
Domino diſcipuli, ſimulanti ſe longius ire. Mane no-
biſcum Domine, quoniam adueſperaſcit, & inclinata Luc.24.
eſt iam dies, quia virtus eſt debilitata, & ideo à labore
quieſcendum eſt. Quare & in Pſalmo dicitur. Exibit
homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque Pſal. 103.
veſperum. Secundò in hora veſpertina, per donum in-
tellectus,ſomnus contemplationis inchoatur. Vnde di-
cit anima contemplatiua. Ego dormio,& cor meum vi- Can.5.
gilat. Quod exponens Vercellen. dicit ſic. Ego quod
ſum per naturam, dormio, dormitio autem ſuſpendit
vſum ſenſuum exteriorum, & intendit & quaſi inuigi-
lat circa exercitium ſenſuum interiorum, quod incom
parabiliter nobilius eſt, quàm exercitium ſenſuum ex-
teriorum, quod perfecte haberi non poteſt, niſi ſenſus
exteriores obdormiant. Vnde in libr. de ſpiritu & anima
dicitur. Cum ſenſus exterior carnalis ſuo bono vtitur,
interior ſenſus quaſi obdormit. Et Greg. dicit Vigilan- Sup Ezec.
ti etenim corde dormit,per hoc,quòd interius contem- lib.1. par.3
plando proficit, & ab inquieto opere foris quieſcit. homil.2.

Tertio

Tertiò in hora veſpertina, delitiæ ſpirituales poſt labores diurnos à Deo miniſtrantur per donum intellectus, tunc ex Iacob reuerſa de agro ad veſperam fit Iſrael, quã poſt ſudationes boni operis, peruenitur ad lucem contẽplationis, vt dicit Hug. Vnde Iob dicitur. Quaſi meridianus fulgor, conſurget tibi ad veſperam. Quod exponens Greg. li. 10. moral. ait. Conſurget, quia quanta ſibi claritas meridiana maneat, cum iam occumbere cęperit poſt agnoſcet, quia ſcriptum eſt. Timenti Deum bene erit in extremis. Hæc ille. Fulgor nanque meridianus illuminat, & inflammat. Illuminatio pertinet ad cognitionem, inflammatio ad refectionem. Nam in charitate refectio eſt, quæ duo maximè faciunt ad delitias ſpirituales, & veſpertinas, vt patet per Hugon. vt ſupra dictum eſt. Factum eſt igitur veſpere, & mane dies ſextus, per donum intellectus.

Li. de clauſtro aïæ. c. 21.
Iob. 11.
Eccl. 1.
Sup 7. An ge. hierar.

*Capitulum. 7.*

QVintò videndum eſt, qualiter Spirituſſanctus per donum intellectus in die ſua. i. in illuminatione ſua conuiuium ſpirituale menti præparet. De quo ſciendum eſt, quòd Greg. 1. libr. moral. dicit ſic. Intellectus in die ſuo conuiuium præparat vel parat, quia in eo quod audita penetrat reficiendo cor tenebras eius illuſtrat. Ergo in penetratione auditorum inuenta veritate mẽs reficitur. Et ratio huius eſt, quia menti non ſufficit guſtare velamina veritatum, teſtas vel vmbram quidditatum, vt ſupra dictum eſt, ſed nucleum, i. veritatem puram, & quidditatem nudam. Veritas pura eſt, quando per ſeipſam videtur, non per ſubiectam imaginem, vel figuram, dicit Hug. Et hic intellectus verè reficit. Vnde Linconien. ſuper princ. myſticę theologię dicit ſic. Intellectum ſcripturæ hiſtoricum, allegoricum, & moralem habent multi, ſed interior homo quærens videre Deum incircunuelatè, & verè, non eſt his contentus, ſed tranſcendens, aſcendit cum ſacris contemplatiuis ad ſummitatem anagogicorum intellectuum. In quibus tamen non videtur Deus ſine ſimbolis, donec tandem ab omnibus abſoluatur, & cum Moyſe caliginẽ ignorantię ingrediatur, in qua mẽs ſumme reficitur, vt patet per Moyſen ieiunantem à cibo corporali quadraginta dieb. vt legitur in Exod. Cum igitur donum intellectus ſecundũ Gregor. penetret omnia velamina veritatis diuinæ, tam in ſcripturis, quàm in doctrina, tam in figuris, quàm in ſacramentis, & vſque ad intimam & nudam veritatem intelligẽdam, & deguſtandam, quadam intellectuali experientia pertingat, quod perfectiſſimorum eſt, vt dicit Bern. ſuper cant. ideo donum intellectus, dulciſſimè mẽtem reficit, de hoc guſtu experientiæ Bern. loquens in libro de amore Dei, dicit. Guſtu experientiæ ſcripturarum, & ſacramentorum Dei, qui eſt in Chriſto, facit nobis ſenſum, vt intelligamus ſcripturas. Vnde Dominus poſt reſurrectionem aperuit diſcipulis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Et ſequitur ibidem. Cum ſcripturarũ interiorem ſenſum, & veritatem myſteriorum Dei, & ſacramentorum cęperimus, non ſolum intelligere, ſed & quædam (vt ita dicam) experientiæ manu palpare, & tractare, quod non fit, niſi quodam conſcientię ſenſu, & experientiæ diſciplina, intelligentis, & ſcientis bonitatem Dei, & veritatem, quàm potenti bonitate, & quam efficaci veritatis in filijs gratiæ opus ipſius gratiæ operatur, tũc intellectus cum ſapientia operatur, quod ſuum eſt, & exequitur tunc ſapientia vnctione ſua, docens de omnibus neceſſarijs, ſapore ſuo intellectui iam communicato, vt per claritatem cognitionis illuminetur, & per dulcedinem cognitionis reficiatur, vtrunque. n. neceſſarium eſt ad conuiuium ſpirituale, vt ſupra dictũ eſt. Sed tam perfecta cognitio, quàm perfecta refectio, principaliter in vno conſiſtit, quod ſolum eſt neceſſarium, vt dicit Dominus. Ideo donum intellectus multa tranſcendendo, & penetrando, ad illud perfectum, & neceſſarium vnum tendit, & intrat. Quia ſicut dicit Richar. in tractatu ſuo, de violenta charitate. Vnum ſolum eſt, in quo mens humana requieſcit, reficitur, & ſatiatur. Sed & Hug. idem probat, ſic dicens. Multa in hoc mundo ſunt, & hæc omnia cor hominis ſatiare non poſſunt, vt probat experientia. Vnum autem eſt bonum, & hoc ſolum cum percipitur, ſacietas inuenitur, ergo non in multitudine, ſed in vnico eſt ſatietas. Vnum ergo eſt neceſſarium bonum, quod nobis præparauit Deus. Sic ergo in menſa Dei, niſi vnum ferculum nobis apponitur. Sed noli (inquit) contemnere, ſatietas enim multa eſt. Satiabor (inquit propheta) cum apparuerit gloria tua. Noli igitur timere cum audis vnum, vnum quidem eſt bonum, ſed in illo bono, omne bonum eſt. Vnam refectionem, vnum cibum, vnum ferculum, vnum panem præparauit nobis Deus. Sed ne deſpicias. Audi quid ſcriptũ eſt. Panem (inquit) habentem omnem ſaporem, & omne delectamentum ſuauitatis. Et ſequitur. Ipſa vere ſimplex, & vna dominica refectio ſingularis dicitur, quia cum aliena, & extranea delectatione, & dulcedine non percipitur. Dicitur domeſtica, quia amicis tantum & familiaribus præparatur. Dicitur & viuifica, quia vnum ſecum efficit omnes, quibus ſe ſumendam, & percipiendam præbet. Hæc ille. Igitur quia hæc refectio, vt dicit Dionyſi. eſt ſimplex & vna, & ideo in ſpiritu & non in carne percipitur. Ideo ſpiritum humanum cõfortat contra infirmitates ſpirituales. Item quia omnem delectationem extraneam excludit, ideo ſpiritum verificat, quia vbi eſt ſimplicitas, ibi eſt veritas. Itẽ quia tantum amicis datur, ideo ſpiritum gratificat, quia charitas eſt radix amicitiæ, vt ſatis patet in Ioan. Item quia vnificat, ideo ſpiritum Deo conformat, & concordat, & ex hoc concordare facit cum ſeipſo, & cum proximo. Vnde Orige. ſuper ſeptem cant. dicit. Concordia hic inchoat, quæ in futura gloria inter electos cœleſtis patriæ ſemper durat. Hic enim bonis conformat, in pugna ſuperat, conſolatione inebriat, Deo aſſociat, amorẽ & amicitiam augmentat, hic inchoat, quod in cęlo conſummat. Hæc ille, cum his concordat illud Pſalm. Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me, impinguaſti in oleo caput meũ, & calix meus, &c. In eo quod dicit paraſti in conſpectu meo menſam, &c. innuit intelligentiã cum perſpicuitate menſam eſſe reficientem. In eò quòd dicit, aduerſus eos qui tribulant me, innuit quòd hæc refectio conuiuantes confortat, & inediam ſiue famem ſpiritualem, quæ virtutes cõuiuantium debilitat, extirpat. In eò vero quòd dicit. Impinguaſti in oleo caput meum, innuit, quòd gratioſa dulcedine, & delectatione, caput animæ, id eſt mentẽ nutrit, & decorat. Sed in eò quòd dicit, calix meus inebrians, quam præclarus eſt, innuit ſpiritualem & ſobriã ſpiritus ebrietatem, quæ merè inducit ad obliuionem ſui, & ex hoc ad veram concordiam, & ad vnitiuam ſocietatem, & aſſociationem Dei. Cibat igitur ſapientia mentem, pane vitæ & intellectus. Quem loco paſcuæ collocauit diuinarum ſcripturarum, vbi dicit Gl. ideſt, in intelligentia diuini ſermonis, quæ meditantes ſaginat in intellectu diuinarum ſcripturarum. Quarum paſcuarum experientiam habuit Greg. quando dixit. Liber, quod viſcera intellectualia repleuit dulcedine in ore ſancti, mel factus eſt, quia intelligentes de Deo ſciunt ſuauiter loqui, qui hunc didicerunt in cordis ſui viſceribus veraciter amare: in eius quippe ore ſcriptura dulcis eſt, cuius vitæ viſcera mandatis illius replentur. Quare ſuauis eſt eis ad loquendũ, cui interius in intellectu impreſſa ad viuendum fuerat. Ex abundantia enim cordis os loquitur, ait Dominus.

Sup 7. An ge. hierar.
Exod. 24.
Luc. vlt.
Luc. 10.
Sup 7. An ge. hierar.
Pſalm. 16.
Sapien. 16
Angelicæ hierarc. 7.
Ioan. 15.
Pſalm. 22.
Eccl. 15.
Hom. 10. ſuper Eze. de Deo ſuauiter loquuntur quod eũ veraciter amant.
Matt. 12. & Luc. 6.

De ſepti-

### De dono Sapientiæ, Capitulum 1.

SEptimum donum Spiritusſancti, quod facit diem & conuiuium ſpirituale in anima, eſt donũ ſapientiæ, quæ eſt lux deſcendens à patre luminum, & radians in animam, facit eam deiformem, & donum Dei, Illuſtrat.n. intellectiuam, inflammat actiuam, roborat operatiuam. Facit intellectiuam ſpecioſam, affectiuam amenam, operatiuam robuſtam. Hoc autem donũ immediatè ſequitur donum intellectus. Vnde Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana dicit, quòd à timore vſque ad ſapientiam, quæ ſeptima eſt in donis & vltima, per gradus tenditur, & peruenitur, & reddit rationem ibidem dicens. Hæc ſapientia vltima, & ſumma eſt, quia hac habita, animus pacatus tranquilluſq; perfruitur, & delectatur in ea, ergo vltima eſt, in qua eſt conſummatio. Similem rationem aſſignat Anſel. dicens. Spiritusſanctus mẽti inſpirat ad poſtremum ſapientiam, quam alijs donis ſuperaccumulat, vt quod rectè intelligit. ſ. in dono intellectus, ſibi ſit ſapidum, atque dulciſſimum in dono ſapientiæ, ſoloque rectitudinis amore ſequatur, quo intelligit eſſe ſequendum. Non enim perfectum facit cognitio veritatis, niſi etiam ſequatur guſtus experimentalis, quia experientia eſt magiſtra intelligentię, ait Hugo. Et addit Anſel. ibidem dicens. In iſto ædificio ſic compoſito donorum Spiritusſanctus reſidet, totamque familiã domus interioris. i. omnes animæ ſenſus, regit, & ad ſuũ obſequium diſponit. ſ. aſcendendo ad dominum, & deſcendendo ad proximum, vt cum Pſal. dicat. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ, ibi me collocauit. Ad huius doni maiorem notitiã, ſunt quinque per ordinem notanda. Primò quid ſit ſapientia, & quid donum ſapientiæ dicatur. Secundò, quæ ſit neceſſitas eius, & quæ vtilitas in eò cõferatur. Tertiò qualiter donum ſapientiæ à Deo petatur, & obtineatur. Quartò quomodo dies ſpiritualis ex dono iſto oriatur. Quintò quale conuiuium menti ex eo præparetur. Primò igitur videndum eſt quid ſit ſapientia, & quid donum ſapientiæ dicatur? De quò notandum, quòd omiſſa ſapientia carnis, quæ inimica eſt Deo, & ſapientia mundi huius quæ ſtultitia apud Deum, quarum vtraque ſecundum Iacobum Apoſtolum in epiſ. ſua. Eſt terrena, animalis, & diabolica. Sapientia mundi ſtultitia eſt apud Deum. Ratio eſt, quia peius meliori præponit. Stultus vtiq; eſſet qui cuprum eligeret pro auro, ſic iſti faciunt. Nã bona temporalia præponunt æternis, ſicut diuitias, honores, fauorem mundi, & laudem eius. Vnde merito diabolica vocatur hæc ſapientia. Nam ſicut diabolus ſemper ſtudet ad perditionem hominis, ſic tales ad perditionẽ propriam ſtudent. Nec dicuntur ſapientiæ niſi abuſiuè, quia non ſunt ſcientiæ ſapidæ, ſed ſtultę & inſipidæ. Nulla vtique illarum eſt donum Spiritusſancti. Eſt & alia ſapientia vera & increata, de qua dicitur in lib. Sapientiæ, quòd ipſa eſt candor lucis æternę, & ſpeculum ſine macula diuinæ maieſtatis, & imago bonitatis illius. Et cũ ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanẽs, omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & Prophetas conſtituit. ſ. per internam locutionẽ, quia ſicut dicit Auguſ. Sapientia increata quæ eſt filius Dei, non ceſſat loqui occulta inſpiratione & reuelatione, ad intellectualem creaturam, vt ad ſe conuertatur, & ſic formetur, cum ipſa omnia formet & innouet. Sed nec iſta ſapientia eſt donum, de quò nunc eſt ſermo, ſed largiſſima omnium donorum datrix eſt. Eſt alia ſapientia creata, & hec eſt duplex, quia quædam eſt per ſtudiũ humanum acquiſita, & eſt virtus intellectualis, de qua loquitur Philoſophus in metaphyſica ſua, quæ poteſt dici ſapiẽtia aliqualiter, cum in ea ſapor quidam inueniatur. Habet.n. philoſophia admirabiles delectationes, vt dicitur 10. Ethi. Licet ſapor ille nõ ſit oleo gratiæ cõditus. Poteſt etiam illa ſapientia, per rationis inquiſitionem aliqualiter rectum iudicium circa aliquas res diuinas habere, licet incomplete, ſicut oſtendit Hugo, vbi dicit ſic. Philoſophis datum fuit, propter nos, quibus cõſummatio ſeruabatur, & inchoatio parabatur, vt inuenirent veritatem illam quam oportuit ſuſcipere filios vitę ad obſequium ſummæ veritatis, cuius labor ipſis appoſitus eſt, nobis autem fructus ſeruatur. Nouiſſimè autẽ theologiam quandam pro ratione diuinorum, & ſcrutatione inuiſibilium, quaſi conſummaturi ſapientiam addixerunt, & ibi corruere cœperunt in mendacia figmentorũ, & ideo defecerunt & euanuerunt. Hæc ille. Vnde nec illa ſapientia eſt donum Spiritusſancti, de quo nunc loquimur, quamuis ab eo detur. Eſt igitur alia ſapiẽtia, quæ deſurſum eſt. Sicut dicit Iacobus Apoſtolus in epiſtol. ſua. Deſurſum eſt, quia à patre luminũ eſt creata. Et hæc eſt vera ſapientia, quia ipſe eſt veri ſplendoris, & boni ſaporis. Splendor dirigit intellectum ad veri cognitionem, & ſapor erigit affectum ad boni ſaporoſam dilectionem. Igitur que ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram, ait Apoſtolus. Obiectum ergo doni ſapientiæ principale eſt Deus, non ſub ratione veri abſolutè, ſed ſub ratione veri in relatione ad rationem boni, vt eſt excitatiuum volũtatis, ad eius ſaporoſam dilectionem. Actus autem ſapientiæ eſt contemplari Deum, non quocunque modo, ſed ex dilectione, cum quadam experimentali ſuauitate & affectu. Vnde Aug. dicit. Vbi nulla eſt dilectio. ſ. gratuita, quis vllam dicet eſſe ſapientiam? Et Ber. dicit. Nec dixerim reprehendendum, ſi quis ſapientiam ſaporem boni diffinierit, quare ſapientia, à ſapore denominatur. Vnde & Iſid. li. ethimologiarũ dicit, ſapiens dictus eſt à ſapore, qa ſicut guſtus aptus eſt ad diſcretionem ſaporis ciborum, ſic ſapiens ad dignoſcendum ſapores rerum, atque cauſarum aptus eſt. Ex his igitur apparet, quòd donum ſapientiæ eſt habitus ſupernaturalis, animæ à ſpiritu ſancto infuſus, ad Deum cognoſcendum, & ſaporosè diligendum.

Li. de ſimi. circa finẽ.
Sap. 7. Ang. hierar.
Pſalm. 22.
Iacob. 3.
Tripliciter ſumitur ſapientia, & quæ ſit donum Spiritusſãcti.
Sap. 7.
Li. 6. ſuper gẽ. ad literam.
Sup hi. cel. hier. cap. 1.
Iaco. 3.
Col. 3.
Lib. 15. de tri. c. 7.
Sermo. 8 ſuper. can.

### Capitulum. 2.

SEcundò videndum eſt, quæ ſit neceſſitas & vtilitas doni ſapientiæ. De quo notandum eſt, ꝙ dicit Bernar. Sicut corpus habet ſuos quinq; ſenſus, quibus animæ coniungitur vita mediante, ſic anima habet ſuos quinq; ſenſus ſpirituales, quibus Deo coniungitur mediante charitate. Sequitur. Per ſenſus corporis veter aſcimus, & huic ſæculo conformamur. Per ſenſum verò mentis, renouamur in agnitionem Dei in nouitate vitæ, ſecundum voluntatem Dei, & beneplacitũ Dei. Vnde dicit Apoſtolus. Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Et iterum Bern. dicit. Sicut omnes ſenſus corporales, vt viſus, auditus, olfatus, &c. ſine ſenſu guſtus infirmantur, & hebetantur in operationibus ſuis, ſic omnes ſenſus ſpirituales infirmantur, & langueſcunt in operib. ſuis, ſine guſtu ſpirituali, vel ſapientiali, qui guſtabilia ſpiritualia ſapida facit. Quod Bernard. benè oſtendit, dum ſuper cantica dicit. Hunc ſaporem perdidimus, ab ipſo penè exordio generis noſtri. Ex quò enim cordis palatum, ſenſu carnis præualeſcente, infecit virus ſerpentis antiqui, cœpit animæ non ſapere bonum, ac ſapor noxius ſubintrare. ſ. concupiſcentiæ, & ſenſus hominis prompti facti ſunt ad malum. Et ideo multa bona fiunt quæ non ſapiunt facientibus, quia ſapor carnalis ſeu mali, non eſt totaliter exterminatus. Sed nunc aſſiduè ſapientia vincit malitiam in mentib. quas intrauerit, ſaporem mali quem malitia inuexit, ſapore

Li. de amore dei. c. 15
Rom. 12.
Vbi ſupra cap. 14.
In can. ſermo 80.
Quare multa bona non ſapiunt facientibus.

meliori

meliori exterminans. Intrans enim ſapientia, dum ſen-
ſum carnis infirmat, & infatuat, intellectum purificat,
& cordis palatum ſanat,& reparat, ſanatò palato iam ſa
pit bonum, ſapit & ipſa ſapientia, qua eſt in bonis nul-
lum melius. Hec ille. Senſu autem guſtus reparato per ſa
pientiam, omnes ſenſus ſpirituales conualeſcunt & vege
Li. de amore dei. c. 19. tantur. Vnde Bern. dicit. Guſtum autem qui fit in ſapiẽ-
tia, quædam ſequitur ſaporis dulcedo, quam in interio-
ri ſuo ſentiens anima, modo quodam ſingulari, quæ ſu-
ſcipit cuncta diſcernit,& diiudicat, ſeq; & omnes ſenſus
vegetat,& confortat, ſ. interiores. Hęc ille. Hic. n. guſtus
ſaporoſæ ſapientiæ, ſenſum viſus interiorem clarificat,
Sapien. 7. ad Deum ſapidè contemplandum. Vnde ſapiens. Eſt. n.
in ſapientia ſpiritus intelligentiæ, omnia proſpiciẽs, &c.
ibi ſcripta. Sẽſum auditus excitat, ad verbum Dei dulci-
ter audiendum. Vnde dicit Sapiẽs. Beatus homo qui au-
dit me,& qui vigilat ad fores meas quotidie. Et infra.
Prouer. 8. Qui me inuenerit inueniet vitam, ſenſum olfactus inte-
riorem, incitat ad dilectum ſuum ſuauiter odorandum.
Vnde dicitur. In plateis ſicut cynamomum & balſamũ
Eccl. 25. aromatizans odorem dedi, quaſi myrra electa dedi ſua-
uitatem odoris. Senſum tactus interiorem, fortificat ad
Prou. 3. dilectum inſeparabiliter tenendũ dicit Sapiens. Lignum
vitæ eſt his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eã
beatus. Guſtu igitur ſpirituali animæ per ſapientiam re-
formato, omnes ſenſus ſpirituales animæ reformantur,
& vegetantur. Quod et Aug. li. 10. confeſſionum oſten
dit, vbi dicit, quod omnes ſenſus ſui interiores, per amo
roſæ ſapientiæ ſaporem, ferebantur in ſummum appeti-
Iacobi. 3. bile. Et exemplificat ibi, vt infra patebit. De huiuſmodi
ſapientia dicit Iacobus. Sapientia quæ deſurſum eſt, pri-
mum quidem pudica eſt, quia vitat corruptelas peccati,
pacifica & modeſta eſt, in omnibus tenens medium, ſua
dibilis eſt, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fru-
ctibus bonis, iudicãs ſine ſimulatione, fructus autem iu
ſtitiæ in pace ſeminantur facientibus pacem. Igitur do-
num ſapientiæ non ſolum docet, ſecundum rectum iu-
dicium contemplari diuina, ſed etiam docet regulari hu
manos actus, excellentiori modo, quàm ſapiẽtia quæ eſt
virtus intellectualis. Cuius rationem aſſignat Augu. li.
12. de trin. dicẽs. Superior pars rationis, ſapientię deputa
tur, inferior autem ſcientiæ. Superior autem ratio, vt ip-
ſe in eodem lib. dicit, intendit rationibus ſupernis, ſ. di-
uinis,& conſpiciendis,& conſulendis. Conſpiciẽdis qui
dem, ſecundum quòd diuina in ſeipſis contemplatur.
Conſulendis autem ſecundum quòd per diuina iudicat
de humanis, p diuinas regulas dirigens actus humanos,
vt homo non ſolum aſſimiletur Deo ſecundum imagi-
nem, ſed etiam ſecundum operationes prout poteſt. Vn
de Aug. li. de ſer. do. in monte dicit. Sapientia eſt cõtem-
platio veritatis, pacificans totum hominem, & ſuſcipiẽs
Prouer. 3. ſimilitudinem Dei. Pretioſior eſt ſapientia cũctis opib.
& omnia quæ deſiderantur, non valet huic comparari.

*Capitulum* 3.

TErtiò videndum eſt, qualiter iſte precioſiſſimus
theſaurus doni ſapientiæ inueniri,& obtineri poſ
ſit. De hoc notandum, quòd ſapientia,& eſt quæ
renda,& eſt poſtulanda à Deo, quærendo inuenitur, ſed
poſtulando à Deo poſſidetur. Inuenitur per cognitio-
nem, ſed poſſidetur per dilectionem, per cognitionem
videtur, per dilectionem amplexatur & guſtatur. Vi-
Li. 4. de cõ temp. c. 15. dere pertinet ad intellectum, ſed amplexari & guſtare,
pertinet ad voluntatem & affectum. Vnde Richar. di-
cit. Sicut Deus per memoriã auditur, per intellectum vi
detur. Ita per affectum amplexatur,& guſtatur, vel a-
ſtringitur, & ſic tenetur, & hoc vtique eſt perfectius,
quàm videre ſolum. Quod oſtendit Aug. li. 9. de Trinita
te in fine, vbi dicit, quòd actus amplexãdi ſiue tenendi,
eſt proprius actus voluntatis. Non. n. ſufficit voluntati
illud quod eſt præſens intellectui per modum viſi, niſi
etiam fiat præſens voluntati per modum amati. Dicit. n.
Idem Aug. quod quandoque fit, quod aliqui cognoſcũt In epiſ. ad Dardanũ,
Deum,& eum non habent. Exemplum de medico qui
ſanitatem alicuius cognoſcit, non propter hoc habet, ibi
præſcindit Augu. cognoſcere, ab habere. Primò igitur
quæramus ſapientiam, inueſtigando per cognitionem,
donec tãdem mereamur eam à Deo recipere per ample
xum,& deguſtationem. Hunc pretioſum theſaurum ſa Prou. 2.
pientię, docet quærere Salomon dicens. Si quæſieris ſa-
pientiam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis
eam, tunc intelliges timorem Domini, qui eſt initium ſa Sap. 6.
pientiæ. Quę verba exponens Hier. dicit. Qui theſauros
effodit terram reijcit, foueam in altum fodit, ſedulus in-
ſiſtit, donec inueniat quod quærit. Sic qui theſauros ſa- Prou. 8.
pientiæ inuenire deſiderat, omne pondus terrenum a ſe
reijciat, in ſe foſſam humilitatis faciat, nec quieſcat do-
nec inueniat. Hæc ille. Ipſa. n. ſapientia, faciliter videtur
ab his, qui quærunt eam, & cogitare de illa, ſenſus eſt
conſummatus. Eſt igitur quærenda ſapientia, quia ſicut
ipſa dicit. Qui me inuenerit inueniet vitã, & hauriet ſa
lutem à domino. Sed quo modo cognoſcitur inuenta ſa
pientia, hoc docet Bern. in quibuſdam dicti ſui vbi di-
cit ſic. Inueniſti planè ſapientiam, ſi prioris vitæ pecca-
ta defleas, ſi huius ſæculi deſiderabilia paruipendas, ſi
æternam beatitudinem toto deſiderio cõcupiſcas. Inue-
niſti ſapiẽtiam, ſi tibi horum ſingula ſapiunt prout ſunt,
vt hęc quidem amara,& omnino fugienda, illa quoque
velut caduca, & tranſitoria contemnenda, iſta verò vt
perfecta bona totis deſiderijs appetenda, quæ intimo
quodam animi ſapore diiudices & diſcernas. Hæc Ber.
Eſt igitur etiam hoc pretioſum donum ſapientiæ cum
habitus ſit ſupernaturalis,& à Deo animæ infundatur, à
Deo fideliter poſtulandum, vt dicit Iacobus in epiſto.
ſua dicens. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Iaco. 1.
Deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat,&
dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. In his
verbis Apoſtolus innuit, quod in poſtulante debet eſſe
quatuor. ſ. Indigẽtia. Vnde dicit, ſi quis veſtrum indiget Sap. 7.
ſapientia. Certè hac omnes indigent. Neminem diligit
Deus, niſi eum qui cum ſapientia habitat. Impetrandi
confidentia. Vnde dicit, poſtulet à Deo. Poſtulare. n. eſt
filiorum, rogare autem ſeruorum. Vnde in Pſal. Poſtula Pſal. 2.
à me, etc. Poſtulati largitas. Vnde dicit, qui dat omnibus
affluenter. Vnde in lib. Reg. dicitur. Sed & hæc quę non
poſtulaſti dedi tibi, diuitias & gloriam. Poſtulantis ſta-
bilitas. Vnde dicit, poſtulet autem in fide nihil heſitans. 3. Regũ. 3.
Fides autem mentem ſtabilitat. Vnde Dion. dicit, quod
circa veritatem verè exiſtentem,& non errantem, verſa Li. de diui no. c. 7.
tur fides diuina, quæ eſt ſtabilis collocatio credentium,
collocans eos in veritate,& confirmans. Sic igitur patet,
qualiter eſt à Deo ſapientia quærenda,& inuenienda,&
qualiter eſt à Deo poſtulanda, & poſſidenda. Nobilis
enim animæ poſſeſſio eſt.

*Capitulum*. 4.

QVartò videndum eſt, qualiter ex dono ſapien-
tiæ in mente humana dies ſpiritualis oriatur. De
quò notandum eſt, quòd cum ſapientia ſit quaſi ſol
lucens ratione cognitionis, & feruens ratione dilectio-
nis. (Vtrunque enim horum inuenitur in ſapientia, vt
ex prædictis patet.) Ideo donum ſapientiæ cauſat in
anima diem lucentem cognitione, & feruentem dile-
ctione. Quare Alanus de planctu naturæ dicebat. Sà-
pientia eſt ſol, per quem lumen mentis dieſcit in tene-
bris, cordis oculus, fructus internæ dilectionis, delitioſa

animæ

animæ paradiſus. Hæc in cœleſtem terrenum, in immor
talem caducum, hominem in Deum deificæ mutatio-
nis auctoritate conuertit. Hanc luminoſam ſapientiam
Sap. 7. deſiderauit qui dicebat. Inuocaui & venit in me ſpiri-
tus ſapientiæ, & infra. Propoſui pro luce habere illam,
quoniam inextinguibile eſt lumen illius, & venerunt
mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis ho-
neſtas per manum illius. Sapientia pro luce habenda me
ritò eſt, quia ipſa totum regnum animæ dirigit, non ſo-
lum in contemplandis, ſed etiam in agendis, quia ſapien
tiæ donum non ſolum eſt ſpeculatiuum, ſed etiam pra-
cticum. Vnde etiam dicit. Venerũt mihi omnia bona pa
riter cum illa, quoniam omnium bonorũ mater eſt. Tul
lius primo de legibus dicit ſic. Mater omnium bonarũ
rerum eſt ſapientia, qua nihil vberius, nihil præſtantius,
quia bonum vitæ datum eſt. Hæc. n. cum cæteras res om
nes docuit, tũc quod difficillimum eſt docuit, vt nos no
ſceremus. Hæc ille. Sequitur. Et venit mihi innumerabi
lis honeſtas per manus illius, & lætatus ſum, quoniã an-
tecedebat me iſta ſapientia. Nam decor, & maturitas ho
neſtæ vitæ in luce ſapientiæ inuenitur, ab his qui in re-
gno animæ, & conuiuio ſapientiæ commorantur. Di-
cit. n. Bernar. in ſermon. quodam ſuper cantica ſic. In ſa-
pientia eſt maturitas, ideo ſupereſt, decorem illius quæ
ramus, ſine quo nemo deo placere poteſt, decor autem
iſte honeſtum dicitur. De honeſto autẽ exterior conuer
ſatio interrogetur, non quòd ex ea honeſtum procedat,
ſed per eam exeat foras. Nam in conſcientia eſt habita-
tio eius & origo. Siquidem claritas eius, teſtimonium
conſcientiæ eſt. Nihil hac luce clarius, nihil hoc teſtimo
nio glorioſius, cum veritas in mente fulget, & mens in
veritate ſe videt, quòd in nullo cõſcientia erubeſcat præ
ſentiam veritatis, quò cogatur auertere faciem, quaſi
cõfuſam, & repercuſſam a lumine diei. Sequitur. Hic pla
nè illud decorum eſt, quod ſuper omnia bona animę di-
uinos oblectat aſpectus, hoc diffinimus honeſtum. Se-
quitur. Cum autem decor huius claritatis, abundantius
intima cordis repleuerit, prodeat foras tanquam lucer-
na ſub modio lucens, immo lux in tenebris lucens latere
neſcia. Porrò hunc decorem fulgẽtem vel effulgentem,
& veluti quibuſdam radijs ſuis erumpentẽ, mentis ſimu
lachrum corpus excipit, & diffundit per membra & ſen
ſus, quatenus ibidem omnis reluceat actio, ſermo, aſpe-
ctus, inceſſus & cætera omnia hominis. Hęc Bernard. In
hac igitur die ſiue lumine ſapientiæ, totum regnum ani-
mæ illuminatur, tota actio hominis honeſtatur, & om-
nis labor laborãtium conuiuantium dulcoratur. Quod
In ſerm. de etiam oſtendit nobis Bernard. dicens. Cum iam in his
circũciſio- diutius fueris exercitatus, roga tibi dari lumẽ deuotio-
ne domini. nis, ſiue ſapientiæ diem ſereniſſimum, & ſabbatum men
tis, in quo tanquam emeritus miles, in laboribus viuas
abſque labore, vt quod prius cum amaritudine & coa-
ctione tui ſpiritus faciebas, de cætero iam cum ſumma
dulcedine peragas, & delectatione. Verum quidem ad
hanc perfectionem pauci (ni fallor) peruenið in hac vi-
ta. Multi enim tota vita ſua ad hoc tendunt, & non per-
tingunt, qui tamen plenè poſt hanc vitã recipiunt, quod
hic diſpenſatiuè negatum eſt. Abijciamus igitur opera
tenebrarum, & induamur arma lucis, ſic vt in die hone-
ſtè ambulemus. Hæc dies ſeptimi doni, ſ. ſapientiæ, ſigni
ficatur per diem ſeptimam, quæ veſperam non habet.
Gen. 2. Cuius ratio eſt. Quia ſicut dicit Anſelmus in li. de ſimil.
donum ſapientiæ pertinet ad vitam contemplatiuam,
quæ eſt optima pars quam Maria elegit, quæ non auſe-
retur ab ea. Sed magis in patria perficietur. Vnde Gloſſ.
Luc. 10. ibidem dicit ſic. Contemplatiua vita hic incipit, & in cœ
leſti patria perficitur, quia amor eſt ignis qui ardere in-
cipit, ſed cum ipſum quẽ amat videbit, amplius in amo-
re igneſcit. Et Gregor. 6. moralium exponens illud ver-
bum dicit. Actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt,
contemplatiuæ autem vitæ gaudia, melius ex fine con-
ualeſcunt, quare non deficient, ſed ſine fine manebunt.
Quare ſecundum Pſal. Melior eſt dies vna in atrijs tuis Pſal. 83.
ſuper millia, quia in illa die ſeptima quietis, quæ nullam
veſperam alicuius finis habebit, mẽs contemplatiua per
ſeptiformem ſpiritum eternaliter requieſcit, dicens cum Pſal. 131.
Pſal. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo
quoniam elegi eam.

*Capitulum 5.*

QVintò videndum eſt, qualiter Spirituſſanctus per
donum ſapiẽtię in die illius, i. in illuminatione ſua,
conuiuium ſpirituale menti præparet; de quo no-
tandum eſt, quod ſanctus Bernardus in li. de diligendo
Deo, parum vltra medium libri dicit, quòd ſapientia
triplex celebrat conuiuium, & ex mera complet charita
te, gradatim tamen. Cibat in hac vita laborantes, potat
poſt hanc vitam quieſcentes, et inebriat in ęterna vita re
gnantes, ſ. beatos. Primò enim in carne mortali, labores
manuum noſtrarum mãducamus, cum tali quali labore
maſticando quod glutiendum eſt, poſt mortem vero, in
vita ſpirituali iam bibimus, ſuauiſſima quadam facilita-
te à corpore abſorpti. Tandem in rediuiuis corporibus
in vita immortali inebriamur mira plenitudine exube-
rantes. Quare ſpõſus in Cant. dicit. Comedite amici mei
ante mortem, bibite chariſſimi poſt mortem, & inebria
mini chariſſimi poſt reſurrectionẽ. Et ibidem dicit Ber. Can. 5.
ſic. Inter iſtos tamẽ differentia eſt. Nam hi qui in carne
grauati ſunt, & adhuc viuunt, amici dicuntur, pro chari
tate quam habẽt, qui vero ſoluti ſunt à carnis compedi-
bus, eo ſũt chariores, quo & prõptiores & expeditiores
ſunt ad amandum. Porrò beati meritò chariſſimi nomi
nantur, quia & maiori charitate inebriantur, & conſolã
tur, vt infra patebit. Et dicit ibidẽ Bernar. Anima fidelis
comedit panem ſuum, ſed heu in ſudore vultus ſui, quia
manens in carne, adhuc ambulat per fidem, quæ tamen
per dilectionem operatur. Porrò ipſum opus cibus eſt,
dicente domino. Meus cibus eſt vt faciam voluntatẽ pa Ioan. 4.
tris mei. Nota, multi deſiderant charitatem, ſed nolunt
laborare pro ea. Audi quid Origenes ſuper Cãtica dicit,
quòd ad boni operis multiplicationem, dilectio multi-
plicatur, multiplicatio autem dilectionis, eſt dulcis refe-
ctio mentis: de his tribus conuiuijs dicẽdum eſt. Primò
igitur de conuiuio primo, quod eſt conuiuium amico-
rum, quod Spirituſſanctus per donum ſapiẽtiæ celebrat
in mente humana, vt exiſtit in corpore. De quo Grego.
in 1. lib. moral dicit. Sapientia in die ſuo conuiuiũ facit,
quia mentem de æternorum ſpe & certitudine reficit.
Cuius ratio eſt, quia ſicut dicit Gregorius lib. 6 morali.
Spes in æternitatem animum erigit, & ideo nulla mala
q̃ exterius tolerat ſentit, ſed magis gaudet & hilareſcit.
De quo conuiuio eſt notãdum, quòd Richardus in tra
ctatu ſuo de diuerſis affectibus dicit, quòd amor eſt dul
cedo ſaporis intimi, à quo ſapore denominatur ſapiẽtia,
& quanto quis ardentius amat, tãto ſuauius guſtat. Igi-
tur ſecundum gradus amoris & ſapientialis ſaporis, poſ
ſunt diſtingui gradus conuiuij ſpiritualis, quo Spirituſ-
ſanctus per donum ſapientiæ celebrat in mentibus viuẽ
tium, & in corpore laborantium. Nam inter viuentes in
corpore inquit Bernar. ibidem, quidam ſunt chari, qui-
dam chariores, quidam chariſſimi, quod Salomõ innuit
in Canticis dicens. Comedite amici mei, & bibite, & ine Can. 5.
briamini Chariſſimi. Hi ſunt chari, qui inuitantur ad co
medendum, chariores autem inuitantur ad bibendum,
chariſſimi autem inuitantur ad inebriandum. Ratio hu
ius ordinis eſt, quia ſecundum menſuram dilectionis, ẽt
diſpenſatur & modus manifeſtationis, & ſapidæ degu-
ſtationis,

ſtationis,vt dicit Richar. Amici autem hic dicuntur,
Li.4.de cō qui tanquam incipientes,aliquem gradum charitatis at
tēpla.c.16. tingūt,quare dicuntur amici Dei. Amicos autem Dei
oportet mundum iſtum ſapienter odire.Nam qui mun
dum diligit,inimicus Dei conſtituitur,quia non eſt cha
1.Ioan.2. ritas patris in eo:ait Ioan. Ideo tales indigent, vt à ſa-
pientia reficiantur, per aliquam deguſtationem ſpiri-
tualis conſolationis competentem eis, æſtum concupi-
ſcentiæ refrigerantis,vt à mundo & delectationibus ab
ſtrahantur,& pane ſapientiali confortentur.Hoc oſten
dit Hugo libr.3.de arca Noe,vbi dicit ſic.Poſtquam.n.
mens hominis quadam(vt ita dixerim) violentia,à dele
ctatione carnali partim abſtracta fuerit, neceſſe eſt, vt
ſtatim iā aliquid ſpiritualis gaudij prægustare incipiat,
ne ſe omnino à delectatione aliena remanſerit, quaſi ſe-
men ſine humore,ad germen ſapientiæ conualeſcere ne
queat. Fit ergo diuina gratia aſpirante, vt cum animus
perfectius à corporeis paſſionibus, deſiderijs terrenis
exutus fuerit,quadam ſtatim inſolita lætitia perfunda-
tur, vt amplius amarum eſſe cognoſcat, quod deſeruit
ſcilicet mundum,quò magis dulce ſentit eſſe, quod in-
uenit ſcilicet ſapientiā.Illas enim mentes in æternæ dul-
cedinis deſiderium trahit, quas nullus concupiſcentiæ
carnalis affectus foris religauit.Hæc ille. Amici igitur
dicūtur comedere,quia tanquam minus perfecti in cha
Li.4.de cō ritate,cibum ſpiritualem difficilius ſumunt. Vnde Ri-
tēpla.c.10 char.loquens de iſta comeſtione amicorum dicit.Certè
qui comedunt,dum ſumptum cibum maſticant, non ſi
ne mora,vel qualicunq; labore,illud in quo delectātur
traijciunt.Nonne illi tibi videntur comedere, qui cum
multò ſtudio,& multa meditatione vix poſſunt ad veri
Prou. 9. tatis delicias pertingere?Hæc ille. Vnde ſapientia vocat
prius ad comedendum dicens. Venite comedite panem
meum.Et quis eſt iſte panis alius ad quem ſapientia in-
uitat,niſi ille quem Spirituſſanctus de cœlo præparauit?
Sap. 16. Quem Spirituſſanctus ſapientiæ in vtero virginis for-
mauit,vt dicit Ambr.Quem omnibus ſuis donis ador-
Iſa. 11. nauit,vt legitur in Iſa.Quem ſpiritus charitatis, in igne
paſſionis piſtauit. Hoc enim eſt ſacrificium coctum in
Leuit. 2. clibano,de ſimila panis abſque fermento. Quem ſpiri
tus largitatis,in ſacramento charitatis nobis communi-
cauit. Quem quaſi quotidianum poſtulamus. Quem
omni delectamēto,& ſaporis ſuauitate Spirituſſanctus
Luc. 11. condiuit.Habet enim in ſe panis ille,omne delectamen
Sapien. 16 tum.Quem nobis manducandum cum Angelis,in æter
na beatitudine conſeruauit,de quò dicitur, Beatus qui
Luc. 14. manducat panem in regno Dei.Vbi dicit Aug. in Glo.
Quis eſt panis regni Dei,niſi qui dicit. Ego ſum panis
Ioan.16. viuus.qui de cœlo deſcendi,non cibus corporis, ſed cor
dis, non figuratiuus,ſed verus;non mortuus,ſed viuus;
non tranſiens,ſed permanens.non deficiens, ſed æterna
Cant. 2. liter reficiens,& dulciter ſatians.Hunc cibum docet co
medere Origenes,exponens illud Cant.Et fructus eius
dulcis gutturi meo. Vbi dicit ſic.Da mihi Domine fru-
ctum dulcem,fructum vitę animæ meæ. Altus eſt,at-
tolle deſiderium,benedictus eſt,ſanctifica obſequium,
imputribilis eſt,purifica affectum, ſuauis eſt , lætifica
animum.Et Gl.dicit ibidem.Saturata ſum cœleſti dul-
cedine,de corpore ſuo.Sunt & alia fercula amicorū, de
quibus habes ſupra in dono ſcientiæ, quę miniſtrantur
in menſa ſacræ ſcripturæ. Sed cum iſte cibus, & fructus
benedictus,habeat in ſe delectamentum omnis ſuauita
Sap. 16. tis.Ideò non ſolum,vt dicit Cantuarien. eſt dulcis gut-
turi,ſed & omnibus ſenſibus interioribus, & ſpiritua-
Eccl. 11. libus dulcis eſt,& eos confortat. Vnde iſte cibus eſt
dulcis viſui, per contemplationem limpidam. Dulce
lumen,& delectabile eſt oculis videre ſapientiæ ſolem.
Ezech. 22 De quò Propheta. Solem nube tegam, id eſt corpo-
re.Dulcis eſt auditui,per inſpirationem cœlicam. Vn-
Prouer.27 de dicitur.Bonis amici conſilijs anima dulcoratur.Dul
cis eſt olfactui,per ſuauitatem odoriferam, quia in odo
rem vnguentorum tuorum currimus poſt eum. Dulcis Cant. 1.
eſt guſtui, per maſticationem ſapidam,vt ait Petrus. Si 1.Pet.2.
tamen guſtatis, quoniam dulcis eſt Dominus. Dulcis
eſt tactui, per tentationem amabiliſſimam,de qua dixit
amatrix eius. Tenui eum,nec dimittam.De hoc fructu
vel cibo dicit Alexander Necham ibi,ſic.Iſto fructu ci- Cant. 3.
ues ſuperni recreantur, illo fructu delectantur, illo fru
ctu ſatiantur. Ideo ò virgò virginum, benedicta tu in
mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, ora quò
& nos reficiamur, licet aliquali labore dulcis maſtica-
tionis.

## *Capitulum 6.*

SEd quia in conuiuio ſpirituali mentis,exiſtentium Ioann.2.
in corpore non ſufficit cibus ſine potu, magis di- Prouer. 9.
ligentib, & dilectis,vnde clamant cum Maria. Vi-
num non habent.Ideo ſapiētia poſt inuitationem
amicorum ad comedendum, ſecundò inuitat magis di- Sapientia
lectos,in amore exercitatos ad potandum,dicens.Et bi- inuitat ad
bite vinum,quod miſcui vobis. Rationem huius ordi- bibēdum
nis,aſſignat Origenes ibidem dicens.Non eſt plena refe vinum.
ctio,nec omnimoda refectionis delectatio,niſi cum cibo
potus iungatur.Et amica iam in amore exercitata poſt-
quam dixit ſe à dilecto dulcibus refectam fructibus, ſta
tim ſubiunxit,ſe in cellam vinariam introductam ab eo
dem,dicens.Introduxit me rex in cellam vinariam. Vbi Can. 2.
Origenes dicit.Sponſa hæc, nequaquam gratias egiſſet
de introductione ſua in cellam vinariam niſi ipſa cella vi
naria,multiplex vinum ex multiplici collectū vinea ha-
buiſſet.Diuerſitas .n. poculi boni,melioris,& optimi,di Quę eſt cel
uerſitatem delectationum generat.Hæc cella vinaria ſi- la vinaria.
cut dicit Vercellen.eſt verbum æternum,ſapiētia patris,
continens omnes theorias,ideſt reuelationes, quæ ple-
niſſimè continent vinum ſpiritualis gaudij, & vbertim
fundunt in amantes.In hac namque cella vinaria,inueni
tur omne genus vini, mentes ſanctas reficiens, & lętifi- Can. 2.
cans,ſecundum varios gradus amoris, vt oſtendit Glo.
ſuper illud. Introduxit me Rex in cellam vinariam, vbi
dicit ſic. Quàm citò guttur meam dulcedinem gratiæ
eius attingit,ita me recreauit ſpiritu, & ab amore terre-
norum in ſupernà trāſlatum ſentio, ac ſi in cella vinaria
noui meri odore in poculo ſim refecta.In hac cella inue
nit vinum perſpicuum,ſiue purum,vinum ignitum, vi-
num conditum,& cætera huiuſmodi vina, vinum præ- Heſter. 1.
cipuum appoſitum magnificentia regia dignum. Vi-
num quoque vt regia magnificentia dignum erat, a-
bundans,& præcipuum ponebatur.Vinum perſpicuum Pſal.74.
ſiue merum, diſtributum manu ſapientifica, in Pſalm.
Calix in manu Dñi, vini meri plen' mixto.Vinū ignitū,
incaleſcēs humana præcordia in te Eſter.Poſtquam Aſ- Eſter.7.
ſuerus vino incaluerat. Pſalm.Incaluit cor meum in- Pſal.38.
tra me. Vinum conditum, ſeu aromaticum, redolens
pigmenta fragrantia. Dabo tibi poculum ex vino con- Can.8.
dito.Sed quid hæc diuerſa vina ſignificāt, niſi quoſdam
gardus charitatis,amatrices animas potantes & reficiē-
tes,non tamen adhuc inebriantes, vt dicit Richard. At- Li.4.de cō
tende quòd ex magnitudine diuinæ dilectionis, pendet tēpla.c.16.
modus diuinæ reuelationis, quare dicit Propheta. Di-
lecti comedunt,chari bibunt, ſed chariſſimi inebrian-
tur.Cuius rationem infra aſſignat dicens. Quandiu hu
iuſmodi ebrietatem & exceſſum in nobis non ſentimus,
quid aliud de nobis ſentire debemus, niſi quòd minus
diligimur, & niſi quia minus diligimus? Sequitur.Si.n.
quiſquis es,plenè perfecteq. diligeres, fortè dilectionis
tuæ nimietas, æſtuantiſq; deſiderij anxietas,in eiuſmo
di te raperet ebrietatem & exceſſus. Sequitur. Sane ſi
dilectione plenè dignus extitiſſes, ſi tanta dignatione

idoneum exhiberes, fortè tãta luminis te claritate, ſiue intelligentiæ oculos tuos irradiaret, tanta intimæ dulcedinis ſuauitate, cordis tui deſiderium inebriaret, quæ te ipſum ſupra temetipſum raperet, & per mentis exceſſum in ſuperna eleuaret. Igitur amici comedunt, qui ſumptum cibum maſticant, non ſine mora vel qualicũque labore illud in quo delectantur traijciũt. Qui verò bibunt ex diuinis reuelationibus, ſumma cum facilitate & iucunditate hauriunt, quod intima veritatis ſuauitate concupiſcunt. Hæc ille. Sed chariſſimi inebriantur vino fortiſſimo dulciſſimæ charitatis. De quibus modò dicendum eſt.

*Capitulum. 7.*

IGitur tertiò videndum eſt, qui ſint chariſſimi in cõuiuio ſpirituali exiſtẽtium in corpore, & quæ ſit ſobria ebrietas illorum. Primò notandum eſt, quòd Origenes exponens illud Cant. Amore langueo, diſtinguit inter ſimplicem amorem, ardorem, & languorem, dicens. Amant incipientes, ardent proficientes, ſed languent in amore perfecti. Languor iſte (ſicut dicit Vercellen. ibidem) vſque ad mortem ducit. Mors autem eſt plena ſeparatio vitalis ſpiritus à corpore, & ſignificat plenam ſeparationem vitalis affectus, per exceſſum mẽtis, & omnimodam vnitionem ad Deum. Et Gloſ. ibidem dicit. Pre amoris magnitudine, omnia tẽporalia ſũt mihi faſtidio. Qui autem maximè Deum diligunt, maximè ab eo diliguntur, ideo chariſſimi ſunt, quia dicit Dominus. Ego diligentes me diligo. Sunt chariſſimi Deo, qui maximè in Deo delectantur, quia maximè diligunt. Vnde in Cant. dicit dilectus veræ amatrici ſuæ. Quam pulchra es, & quàm decora chariſſima in delitijs. Quod exponens Vercellen. dicit. Quam pulchra es feruoribus affectualibus & ſpiritualibus, chariſſima ꝑpter præcipuam pulchritudinem, & feruidam dilectionem, quia nihil eſt menti dulcius, nec eſt aliquid, quod mentem Deo chariorem facit, quàm ſi in ipſo intimè delectetur, quo nihil delectabilius eſt. Hæc ille. Cum hoc concordat Gl. Ibidem, quæ dicit. Chariſſima es Domino tuo, ex hoc quod vacas cœleſtibus delitijs. Cuius experientiam videtur habuiſſe, qui loquens de ſapientia dixit. Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium, & amicitia illius delectatio bona. Sed nunc vidẽdum eſt, qđ ſit illa ebrietas, qua chariſſima in cõuiuio mẽtali ſobrie inebriantur. De qua Dionyſius ſic dicit. In nobis ſiquidem ebrietas in malo, dicitur incommenſurabilis adimpletio, & exceſſus mentis, & ſenſuum. Ideo autem attribuitur ebrietas in bono, quæ nihil aliud eſt, niſi ſup plena omnium bonorum immenſuratio, præexiſtens in ipſo ſecundum cauſam. Sequitur. dicitur ergo Deus inebriatus, & exceſſum paſſus in eo ꝙ his omnibus ſupereminet excedendo, omnem menſurationem, & eſt extra omnia, & ſuper omnia. Et Vercellen. ſuper Cant. tractãs illud. Inebriamini chariſſimi, dicit, quæ vera & ſancta ebrietas ſit, colligitur ex verbis magni Dionyſij ad Titum, vbi recitat eadem verba, quę ſupra dicta ſunt, exponens illud. Introduxit me, dicit ibi Aſſidua theoriarum, ideſt reuelationum varietas, & profectus aſſidui ſpõſæ inducunt quaſi experimentaliter talem ebrietatem, vt videatur idem repetere. Quæ ſupra dixit, cellariamodò dicit cellam vinariam, quæ quaſi idem ſunt. Non (inquit Vercelle.) intelligatur ſponſa aliquando dicta repetere, ſed aſſiduas illuminationes experiri, quod mentibus cõtemplatiuis, tam fortiter, quàm aſſiduè, ad radium ſuperiorem exercitatis omnino familiare eſt. Dicit ergo experimentaliter introduxit me, per interiores & profundiores theorias, quàm prius, quia in Hiero. dicitur. Poſt me ingredi non ceſſabis, in cellam vinariam, ideſt, vinum continens omnes theorias, ideſt reuelationes. Et ibidem Vercellen. dicit. Ad huius ebrietatis ſuperſubſtantialis, qualemcunque ſimilitudinem ſpirituales viri dicuntur inebriari, propter exceſſiuam abundantiam luminum diuinorum. Audi (inquit Richar.) hominem hac ebrietate madentem, & quid circa eum agatur omnino ignorantem. Siue in corpore (inquit) ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit. Quomodo putas inebriatus erat, quomodo mundus ei in obliuionem venerat, qui ſeipſum neſciebat? Hæc Richardus. Hæc autem ebrietas ſpiritualis, cauſatur ex nobiliſſimo vino fortiſſimæ charitatis. Vnde Richar. dicit. Ecce chariſſimi inebriantur. Ebrietas autem mentis, alleuiacionem efficit, & ſupernę quidem reuelationis infuſio, eos duntaxat, qui chariſſimi ſunt in mentis exceſſum adducit. Talem Prophetà ebrietatem deſignare voluit cum dixit: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et ſequitur. Si igitur cupimus hac ebrietate madere, & mentes theoricos exceſſus frequentare, ſatagamus Dominum noſtrum intimè & ſummè diligere, & omni hora in diuinæ contemplationis gaudium, cum ſummo deſiderio anhelare. Nam quando mens noſtra, intima illa internæ ſuauitatis abũdantia potata, immo plenè inebriata fuerit, quid ſit, quid fuerit penitus obliuiſcitur, & in ab alienationis exceſſum tripudij ſui nimietate traducitur, & in ſupermundanum quendam affectum, ſub quodam miræ felicitatis ſtatu raptim trãs formatur. Nec mireris, quia ſicut dicit Vercellen. in prologo ſuper Canti. Tanta eſt virtus veri amoris boni & pulchri, quod non ſolum facit homines & Angelos quaſi naturam propriam egredi, vt in Deum aſcẽdant, ſed etiam Deum facit quaſi naturam propriã egredi, in egreſſibilem tamen à ſe, vt ad creaturas quaſi infra naturam ſuam procedendo condeſcendat. Et accepit iſtud verbum a Dionyſio lib. 4. de diuinis nominibus, vbi dicit ſic. Audendum eſt dicere pro vero, quia ipſe Deus omnium, tam pulchro & bono amore exit per abundãtiam amatiuæ bonitatis quaſi extra ſeipſum, ſic prouidet omnibus exiſtentibus, & per bonitatem & amorem quaſi trahitur, & ad illud quod eſt in omnibus deducitur, ſecundum virtutem ſuperſubſtantialem facientem extaſim, ſed à ſeipſo inegreſſibilẽ, vt adamas ferrum trahit ad ſe immotus manens, Ipſe. n. mouet ſicut deſideratum & amatum, vt dicitur lib. 1. de cœlo & mundo.

*Capitulum. 8.*

SEd poſt hec ſecũdo vidẽdũ eſt de ſecundo conuiuio, quod eſt aĩę ſeparatę à corpore. Et ſecundũ Bern. vbi ſupra, eſt conuiuiũ quieſcentium, & magis dilectorum. Et in hoc conuiuio, Spiritusſanctus per donum ſapientiæ, conuiuantes potat vino non puro, ſed lacte mixto. Vnde Bern. ibidẽ dicit. Aĩę à carne exutæ, iam pane doloris non cibantur, ſed vinum amoris poſt cibum plenĩ haurire permittũtur, non tamen purum, ſed cum lacte miſtum, vt quælibet illarum poſſit dicere illud Cãtico. Bibi vinum cum lacte meo. Vinum enim diuini amoris, miſcet cum dulcedine lactis, ideſt naturalis affectionis, quæ reſumere corpus ſuum glorificatum deſiderat. Sequitur. Aeſtuat ergo anima nunc ſanctæ charitatis vino potata, ſed planè nondum vſque ad ebrietatem conſummata, quia temperat interim ardorem, diuinæ charitatis, ꝑ mixtio humoris lactis, ideſt naturalis affectionis. Idem dicit Bernar. ibidem, ſic ebrietas corporalis deniqueſolet euertere mentes, atque ideo immemores reddere ſui. Sed non ex toto ſui oblita eſt, quæ adhuc & de proprio corpore cogitat reſuſcitando, propter quod deſiderium anima perfectè beata eſſe non poteſt, ſed poſt reſumptionem corporis ſui cum conſummabitur.

Marginalia (left column): Can. 5. — Qui amãt qui ardent & qui languent amore. — Prouer. 8. — Cant. 7. — Sap. 8. — In epiſt. ad Titũ circa finem. — Quæ ſit ebrietas ſpiritus. — Hierem. 3

Marginalia (right column): Lib. de Patriarchis. 18. — Li. 4. de cõtemp. c. 16 Ebrietas ſpũs cauſatur ex fortiſſ. charitate. Pſalm. 35. — Aĩa beata ſeparata à corpore potatur vino cum lacte mixto. Can. 5.

[...]12. In Gen. [...] finé. Hæc ille. Cum his concordat Auguſt. dicens ſic. Animę ineſt quidam naturalis appetitus corpus adminiſtrandi, quo appetitu retardatur quodammodo, ne tota intentione pergat in illud ſummum cœlum quandiu non ſubeſt corpus, cuius adminiſtratione appetitus ille conquieſcat, non obſtante tamen illo deſiderio, anima in patria eſt beata, licet non conſummate, & tamen nullum dolorem ſentit ex illo naturali appetitu. Sed quid de iſta anima a corpore ſeparata antequam celum ingrediatur, nunquid illa vino qualicunq; potatur aliqualiter, & cōſolatur quādoq; Reſpondetur ꝙ ſic, niſi per pęnam ſenſus, vel damni vel vtriuſq; impediatur. Nam anima in imagine pertranſit a corpore, vt dicit Pſal. ſed tamen deſiderium eius corporis manet. Imago autem conſiſtit in memoria, intellectu, & voluntate, ſecundum quas potentias eſt capax ſanctæ Trinitatis, vt dicit Auguſt. 15. de Trini. & per has anima exercet vitam contemplatiuam, q̄ eſt optima pars Mariæ, quę nō auferetur ab ea, vt dicit Dominus, vbi dicit Gl. Vita contemplatiua hic incipit, & in cœleſti patria perficitur, quia amor eſt ignis qui ardere incipit hic, ſed cum ipſe quē amat videbit, amplius in amore igneſcit. Tantò igitur anima à carne ſeparata, vitam contemplatiuam perfectius exercet, quāto a corpore grauante abſoluitur, & dilectum ſuum vehemētius amat, quia ſicut dicit Bern. in libr. de dilig. Deo, vt ſup. dictum eſt. Animæ quæ ſunt abſolutæ a compedibus corporis, eò ſimiliter chariores, quo ad amandum ſunt expeditiores, & ideo vinum amoris diuini plenius haurire permittuntur, non tamen purum, ſed adhuc lacte miſtum. Et Auicen. 6. naturalium dicit, quòd anima ſeparata clarius videt, & intelligit, quàm coniuncta corpori corruptibili. Via autem contemplatiua, dulciſſimas conſolationes animæ contemplatiuæ adminiſtrat, vt ſupra dictum eſt. Igitur abſolutio animæ a corpore grauante, non eſt formidanda, ſed deſideranda. Hanc. n. abſolutionem a corpore, & deſiderabat Apoſtolus cum dixit. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & alibi. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius quo premor? Et mouebatur deſiderio bono, & rationabili. Quia ſicut dicit Bernar. in quadam epiſt. Precioſa eſt mors ſanctorum, precioſa planè tanquam finis laboris, tanquam victoriæ conſummatio, tanquam vitæ ianua, & perfectę ſaturitatis ingreſſus. Et quidam ſanctus dicit. Mors nihil aliud eſt quàm exitus de carcere, finis exilij, laboris conſummatio, ad portum applicatio, peregrinationis finitio, oneris grauiſſimi, i. corporis depoſitio, de furioſo equo id eſt de carne deſcenſio, de domo ruinoſa liberatio, omnium ægritudinum terminacio, omnium periculorum euaſio, omnium malorum conſumptio, omnium vinculorum diruptio, debiti naturæ ſolutio, reditus in patriam, ingreſſus in gloriam. Certè euaſio tantorum malorum, & adeptio tantorum bonorum, faciunt animæ bonum conuiuium, vt dicere poſſit illud Sapientiæ. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. ſ. morte bona. Beati enim mortui qui in Domino moriuntur. Et ſi tales animæ amatrices, ſiue contemplatrices, ſeparatæ a corporib. ſuis aliquid ſecum deferant, quare indigent purgatione, credibile eſt, quòd tales facilius purgantur, & leuius patiuntur, & quandoque minime pœna ſenſus. Cuius ratio eſt, quia amor & pœnas alleuiat, & quandoq; totaliter annihilat. Vnde Auguſt. de moribus Eccleſiæ contra manicheos lib. 1. dicit. Nihil tam durum atq; tam ferreum, quod non amoris igne vincatur. Et exemplificat in lib. de ſancta viduitate. vbi dicit ſic, Nullo mō oneroſi ſunt labores amantium, ſed ipſi delectant, ſicut venātium aucupātium, & piſcantium, & cęterorum talium. In eo em̄ quod amatur, aut non laboratur, aut labor amatur. Hęc ille. Item hoc patet exemplum multorum martyrū, qui deſiderabant pati pro Chriſto, & in ipſis paſſionibus gaudebant, vt Apoſtoli. Ibant Apoſtoli gaudentes à cōſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nonne Ieſu contumeliam pati. Et beatus Andr. vehementer deſiderabat crucem, & ſuſtinuit gaudenter. Et virgines, vt ſancta Agatha dixit Quinciano. Ego in his pœnis delector, ſicut qui multos theſauros inuenit, &c. Vnde Ber. in lib. de dili. Deo. dicit, Magna vis amoris, quæ martyrum animas ita introrſum rapuerat, q̄ ita corpora ſua foris ex poſuerant, & tormenta contemnere fecerat. Si igitur in corpore aggrauante charitas potuit mitigare pęnas, cur non in ſpiritu à nullo corpore impedita magis tanquam efficacior potuit pęnas mitigare ſuo feruore, ſicut & ſuffragia Eccleſiæ faciunt? Credibile eſt. n. ꝙ ſicut animę quæ fuerunt in lymbo aliquas cōſolationes receperunt ab his quę de nouo venerant ad eas, vt angeli vel animæ aliquæ, vt Ioan. bapt. &c. dicentes eis de aduentu Saluatoris. Sic credibile eſt, ꝙ angeli viſitent animas in purgatorio ſibi cōmiſſas, & conſolentur eis, dicentes eis terminum purgationis ſuæ, & alia eis conſolatoria, ſicut haberi poteſt exemplis ſanctorum, q̄ ponunt ſancti doctores in libris ſuis, vt Greg. in lib. 4. Dyal. vbi exemplificat de illo, qui ſeruiuit in balneis ſacerdoti, & de quodam alio qui dixit. Bene eſt mihi modo, &c. & Aug. in lib. de ciui. Dei, & Beda in hiſtoria angelorum, & Iſid. & cæteri doctores de hoc loquentes.

Psal.38. Lucæ 10. Filip.1. Rom. 7. Mors quid ſit. Sapiētię.7. Act.4. Angeli cō ſolatur animas in purgatorio.

### *Capitulum 9.*

POſt hoc videndum eſt de tertio conuiuio ſapientię, quod eſt regnantium, ſecundū ordinem quē tradit Bern. lib. de dili. Deo, quod ſequitur conuiuium laborātium, et quieſcentium, tāquam excellentius, ad quod ſapientia incarnata ſuos chariſſimos inuitat, dicens. Ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Hic tria ſunt notanda. Primo quis huius conuiuij regalis, & menſę regię ſit rex & pater familias, hic eſt Chriſtus filius Dei. Secundo quæ familia Dei & conuiuantes ad iſtud regale conuiuium, & regiam menſam inuitantur? quia angeli & homines. Tertio de huius cōuiuij, & conuiuantiū gloria, & beatitudine dicetur. Primò qs huius conuiuij regalis, & menſæ ſit rex, & paterfamilias? Sed quis alius, quā ille qui dicit. Ego ſum rex, cui pater conſtituit regnum æternum? Et in cuius femore ſcriptum eſt. Rex regū & dominus dominantiū? Rex regū quia vos conſtit reges tanquam filios adoptiuos, qui ſum filius Patri conſubſtantialis. Et conſtituo vos dños non ſeruos ſed amicos, vt ſuper mēſam meam edatis, & bibatis in regno meo, cuius regni non erit finis, vt vbi ego ſum, & vos ſitis in æternum. De iſto rege Aug. loquens lib. 22. de ciuit. Dei, dicit ſic. Ero illorū Deus, & ipſi mihi erunt populus, & ero illis vnde ſatientur, & ego ero illis quæcunq; ab hominibus honeſtè deſiderātur, & vita, & ſal', & virtus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omne bonum. Sequitur. Et ſic rectè intelligitur quod ait Apoſtolus, vt ſit Deus omnia in omnibus. Ipſe enim eſt finis noſtrorum deſideriorum, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Sequitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus proculdubio erit omnibus ſicut vita æterna communis. Hæc ille. Viſio illius regis facit eſſe beatum. Vnde Bern. in Epiſ. quadam dicit. Solum verum, & plenū gaudium eſt, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, quod cum poſſederis nemo tollet a te, cui comparata omnis aliunde iucunditas mœror eſt, omnis ſuauitas dolor eſt, omne dulce amarum, omne decorum fędum, omne poſtremò quodcunque aliud delectare poſſit moleſtum eſt. Hæc ille. Quare Chryſoſt. de reparatione lapſi, hoc modo exclamat dicens. O ſi quotidie oporteret nos tormenta perferre, ſi & ipſam gehennam paruo

2.Tim.6. Ioan.15. 1.Cor.15.

paruo tempore tolerare, pro eo quod Chriſtum poſſemus videre in gloria viuentem, & ſanctorum eius numero ſociari, nonne erat dignum pati omne quod triſte eſt modò, vt tanti boni, tanteque gloriæ participes haberemur? Clamemus igitur cum Apoſtolo. Regi ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo, &c, 1. ad Ti. 1.

## Capitulum. 10.

Qui ſunt inuitati ad côuiuium beatificû.

POſt hoc ſecundò videndum eſt, quæ familia & cõuiuantes ad illud regale conuiuium inuitentur, vel ſunt inuitati iam. De quo ſciendum eſt, ꝙ non ſolum homines, ſed angeli ad illud glorioſum conuiuium regni æterni inuitantur. Vnde Chryſ. lib. de reparatione lapſi, dicit ſic. Intuere cętum non ſolum ex hominibus ſed & ex angelis, thronis, & dominationib. principatibus, & poteſtatib. conuocatum. Sequitur. De rege aût qui horum medius reſidet, dicere nulla vox ſufficit. Effugit. n. oẽm ſenſum humanæ mentis, excedit etiã decus illud, & illa pulchritudo, & illa gloria, & illa magnificentia, & illa maieſtas oẽm ſenſum humanum. Cum his cõcordat Proſper in lib. de vita contemplatiua dicens. Futura vita, vbi ipſa ſanctitas quæ eſt angelorum, & ſanctorum omniũ congregatione beata, meritis fulgẽtibus micat, æterna ſalus exuberat, veritas regnat, vbi nec fallit quiſquam nec fallitur, vbi nullus beatus eijcitur, vbi nullus miſer admittitur, vbi eſt amor perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, & vnus omnium ſpiritus. Hæc ille. De hoc etiam Gregorius in homil. Si cõſideremus, quæ & quanta nobis promittuntur in cęlis, vileſcunt animo omnia, quæ habentur in terris. De hac etiam ſocietate dicit Cyprianus in vna Epiſtola ſic. Cur non properamus, & currimus, vt patriam noſtram videre, & parentes ſalutare poſſimus? Magnus illic charorum numerus nos expectat, & parentum, & fratrum, filiorum, & aliorum aduentum copioſa turba deſiderat, iam de ſua incolumitate ſecura, adhuc de noſtra ſalute ſolicita. Ad horum conſpectum & complexum venire, quanta & illis & nobis erit lætitia? Hæc ille. Eſt tamen ſciendum, quod ſicut hic eſt diſtinctio meritorum, ita illic erit diſtinctio dignitatum. Vnde Gregor. lib. 4. moral. dicit ſic. Sicut in electis in hac vita eſt diſcretio operum, ita quoque in alia vita proculdubio diſcretio erit dignitatum, vt quo hic alius alium ſuperat, illic alius alium in retributione meritorum excedat, vt dignitas eadem non ſit, vna tamen omnibus vita beatitudinis erit. Et libro 4. Dial. exponens illud Ioann. in domo Patris mei manſiones multæ ſunt, dicit ſic. Si diſpar retributio in illa beatitudine non eſſet, vna potius manſio, quàm multæ eſſent, Sequitur. Multæ ergo mãſiones ſunt, in quibus & diſtincti beatorum ordines, propter meritorum conſortium communiter lætentur, & tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt, qui in multis manſionibus diſtinguuntur, quia & vna eſt beatitudo, quam illic percipiunt, & diſpar retributionis qualitas, quam per opera diuerſa conſequuntur. Hæc ille. Et ideo ſicut differt ſtella a ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum, vt dicit Paul. De multitudine iſtius familiæ cœleſtis conuiuij quanta ſit, nemo ſcit, ſiue angelorum ſiue hominũ, niſi ſolus Deus. Vnde Ioannes loquens de angelorum multitudine dicit, quòd erãt millia milium in circuitu throni, vbi dicit Haymo, quod non poſuit numerum certum cum dicit, millia millium, quia numerus angelorum nobis eſt innumerabilis, quamuis Deo ſit numebilis. Et in Iob. dicitur. Nunquid eſt numerus militum eius? Quod exponens Gregor. moral. 17. dicit. quòd angeli ſunt milites Dei, & quòd numerus eorum Deo eſt numerabilis, nobis autem innumerabilis demonſtratur. Et idem dicit Dionyſ. & in Daniel. dicitur. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Et ſimiliter familia beatorum hominum innumerabilis nobis eſt. Vnde in Apocalip. ait Ioannes, poſt enumerationem multorum. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, id eſt nullus homo, ait glo. Deus enim numerat multitudinẽ ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat, ſecundũ Pſal. Tota iſta familia tam angelorum quàm hominum, laudat Deum ſine intermiſſione. Vnde Hugo ſuper 2. ange. Hierar. dicit ſic. Omnes Hierarchiæ tam angelorum, quàm hominum, tam ſupernorum quàm inferiorum, ad laudem diuinam ordinatæ ſunt, & inſtitute, vt ab omnibus laudetur Deus, a quo, & per quem ſunt omnes, & omnibus omnia. Et ſequitur. Qui excellentiores ſunt, amplius laudant, & qui amplius laudant, ſublimius remunerabuntur, vt qui ſunt ſublimiores in cognitione, & feruentiores in amore. Hæc ille. Sed ſicut dicit Dion. libr. 1. de di. nominib. Nullus veritatis amator, quæ eſt ſuper omnem virtutem, adeo efficax eſt, vt poſſit laudare ſuperſubſtantialem diuinitatem, ſecundum æternam & ſuper bonam eſſentiam ſuam, quibuſcunque vocabulis intelligibilibus, ſiue vt rationem, ſiue vt veritatem, aut mentem, aut vitam, aut ſubſtantiam, aut alio vocabulo quantocunque ſublimi: ſed oportet laudare eam, ſicut excellentem, & ſegregatam ab omni eo q̃d mente concipitur, & generaliter ab omnibus exiſtentibus. Sequitur. Ne tamen ab eius laude ceſſetur, cum ipſa ſit eſſentia ipſius bonitatis, et ſic cauſa omnium exiſtentium, ideo ex omnib. affectibus laudabilis eſt, ſicut docet ſcriptura. Hæc ille.

Non omnes beati ſunt æqua les in patria.

Ioan. 14.

1. Cor. 15.

Apoc. 5.

Iob. 25.

14. Ange. Hierarch.

Daniel. 7.

Apo. c.

Pſal. 146.

## Capitulum. 11.

TErtiò videndum eſt de huius conuiuij & conuiuantium beatitudine, de quo ſunt ſeptem notanda, iuxta numerum ſeptem donorum prædictorum, quæ ſecundum vſus & actus ſuos excellentiſſimos in conuiuio miniſtrant deiformiter, quia non euacuabũtur ſecundum actus illos, ſed manebunt in patria in beatis, vt probat magiſter lib. 3. ſententiarum diſt. 14. per auctoritatem Ambroſij, & communiter tenetur. Primò dicendum eſt de huius conuiuij gloria. Secundò de huius conuiuij abundantia, & vbertate. Quartò de huius conuiuij lege, & charitate. Quintò de huius conuiuij gaudio, & iucunditate. Sextò de iſtius conuiuij menſa, & perfecta ſaturitate. Septimò de eiuſdem conuiuij beata & ſobria ebrietate. Primo igitur de huius conuiuij æternitate ſciendũ eſt, ꝙ neceſſe eſt, ipſum eſſe æternũ. Cuius ratio eſt, quia ipſum conuiuium celebratur in regno æterno Chriſti, & in menſa æterna eius, quare ipſe rex æternus regni æterni dicit. Ego diſpono vobis regnum, vt edatis ſuper menſam meam in regno meo, cuius regni non erit finis. De huius regni, & conuiuij æternitate dicit Aug. O vita vitalis, dulcis, & amabilis, & ſp memorialis, vbi ſumma ſecuritas ſecura, tranqllitas tranquilla, iucunditas iucunda, fœlicitas fęlix, eternitas æterna, beatitudo, & beata vita ſine fine, & viſio atq; laudatio Dei. Ibi affluentia diuitiarum, influentia deliciarũ, confluentia bonorum. Et Anſel. dicit ſic. In illo. ſ. conuiuio cœleſti, eſt longa & ſalubris vita. Ibi enim eſt ſana æternitas, quia æterna ſanitas, quia iuſti in perpetuum viuent, & apud dominum eſt merces eorũ. ſ. vita æterna. Secundò videndum eſt de iſtius conuiuij excellẽtia & dignitate. De hac dignitate dicit Bern. Merces ſanctorum & gaudia, in illo regno & ęterno conuiuio tam magna ſunt, ꝙ non poſſunt mẽſurari, tam multa ſunt, quod non poſſunt numerari, tam copioſa ſunt, ꝙ non poſſunt finiri, tam precioſa ſunt, quòd non poſſunt æſtimari, im

Beatitudo eſt ęterna.

Luc. 22.

Luc. 1.

Lib. pro ſologios. ca. 24.

mo tam

mo tam excellentia ſunt, quæ præparauit Deus in iſto conuiuio diligentibus ſe, quòd ipſe dominus conuiuij dicit, quòd talia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, vnde, nec omnes Arithmetici mundi poſſent ea numerare, nec omnes geometrici poſſent ea menſurare, nec omnes rethorici poſſent ea verbis, vel ſermonibus explicare, cum nec plenè poſſint excogitari. Tertiò videndum eſt de huius regni & conuiuij abundantia, & vbertate de quibus Bernard. dicit. In illo regno, & conuiuio meridiano, erit candor lucis æſtiualis, amœnitas venialis, abundantia autumnalis, requies hyemalis, immò Deus bonum infinitum communicat ſe omnibus incolis illius regni, & conuiuis illius menſæ quantum quilibet capax eſt, vnde ipſe implebit ſenſus interiores maximis delectationibus. Erit enim Deus ſpeculum viſui, cithara auditui, mel guſtui, balſamum olfactui, flos delectabilis tactui. Ibi ſicut dicit Auguſt. Laudes & carmina non deerunt, prẹmia non deficient. Ibi nihil quod amabitur deerit, nihil deſiderabitur quod non adſit, ibi Deus ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Quartò de huius regni conuiuij lege & charitate vel ſocietate Anſel. dicit ſic. Exiſtentes in regno illo & conuiuio, diligunt Deum plus quam ſeipſos, & inuicem tanquam ſe ipſos, & Deus diligit illos plus quàm illi ſeipſos, quia illi illum, & ſe, & inuicem per illum, & ille ſe, & illos per ſe ipſum. Quare omnibus erit vna voluntas, quaſi nulla eſſet illis niſi Deo voluntas, ideo erit omnibus plena cõcordia. Et ideo ſicut illi nolunt aliquid quàm quod ille, ita ille volet quicquid volunt illi, & ideo filij Dei, & dij vocabuntur, & conſtituet eos Deus ſuper omnia bona ſua. Ibi eſt quicquid deſideramus, & quicquid amamus. Hæc ille. Quare Auguſt. libr. de corporis, & animæ miſeria exclamat dicens. O anima mea & caro mea, illam vitam amplecti debuiſtis, vbi vita eſt ſine morte, vbi iuuẽtus ſine ſenectute, vbi lux ſine tenebris, vbi gaudium ſine triſtitia, vbi pax ſine diſcordia, vbi voluntas ſine iniuria, vbi regnum ſine commutatione. Hẹc ille. De hac lege Auguſtinus in libr. de ſpiritu & anima dicit. Lex Dei charitas eſt, lex data eſt vt gratia quęratur, gratia data eſt, vt lex impleretur. Hæc ille. Quintò de huius regni, & conuiuij gaudioſa iucunditate. De hoc gaudio Anſel. vbi ſuprà loquens dicit ſic. Gaudium illud, quale aut quantum eſt bonum? Certè quantùm vtique quiſque diligit alium, tantùm de eo gaudebit. Sequitur. Ergo in illa perfecta charitate innumerabilium beatorum ſpirituum ſeu angelorum & hominũ, vbi nullus minus diligit alium quàm ſeipſum, non aliter gaudebit quiſq; pro ſingulis alijs quam pro ſeipſo. Et infra dicit. In illa perfecta fęlicitate, vnuſquiſque plus amabit ſine comparatione Deum quàm ſeipſum, & omnes alios ſecum, ideo & plus gaudebit abſque æſtimatione de felicitate Dei, quàm de ſua & omnium aliorum ſecũ. Sed ſi Deum ſic diligunt toto corde, tota mente, & tota anima, vt tñ totum cor, tota mẽs & tota anima non ſufficiant dignitati dilectionis, profectò ſic gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima, vt totum cor, tota mẽs tota anima non ſufficiant plenitudini gaudij. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes. Sequitur Deus verax, peto & accipiam, vt gaudium meum plenũ ſit. Meditetur interim mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum, ſermocinetur os meum, eſuriat illud anima mea, ſitiat caro mea, deſideret tota ſubſtantia mea, donec intrem in gaudium domini, qui eſt trinus & vnus Deus Benedictus in ſecula amen. Hęc ille. Sexto de huius conuiuij menſa & ſatietate beata. Cũ Dominus dicat. Super menſam meam comedetis, & bibetis in regno meo, ideo illud conuiuium tantum regnantibus & chariſſimis præparatum eſt. De quo notandum eſt, quòd Beda ibidem in gloſa dicit ſic. Menſa propoſita omnibus ſanctis ad fruendum, eſt gloria cœleſtis vitæ, qua qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, ſaturabuntur fruendo deſiderato gaudio veri boni. Verum autem bonum ſolum eſt in quo ratio omnis boni eſt, quod ſolus Deus eſt, qui eſſentialiter bonus eſt. Et ideo in illo ſolo perfecta ſatietas eſt. De hac menſa beata & ſatietate Hugo commentator Dionyſij loquens ſ. angelicæ Hierarchię, parum ante finem, & exponens illud, diuiſio alimento repleta, dicit. Vna eſt refectio, & vnum alimentum. Ergo inquit Hugo. In menſa Domini non eſt niſi vnum ferculum, quod apponitur. Sed noli contẽnere, ſatietas multa eſt. Satiabor inquit pſalmiſta, cum apparuerit gloria tua. Vnum eſt enim bonum quod tibi preparauit Deus, ſed in illo bono omne bonum eſt. Vnã enim refectionem, vnum cibum, vnum ferculum, vnum panem habentem omnem ſaporem, & omnem dulcedinem ſuauitatis, præparauit nobis Deus. Igitur vnum eſt neceſſarium, quod verè reficit. Quod ibidem ſic probat dicens. Multa in hoc mundo ſunt, & illa omnia cor hominis ſatiare non poſſunt, vt experientia docet. Vnum autem eſt bonum, & hoc ſolum cum percipitur, ſatietas inuenitur. Non enim in multitudine, ſed in vnitate ſatietas eſt. Item verbum Auguſt. in libro de verbis Domini tractãs dicit. Multa ſunt diuerſa, quia corporalia, quia temporalia ſunt, præponitur autem vnum multis. Non enim a multis vnum, ſed multa ab vno ſunt. Multa diſtrahũt vt Martham, ſed vnum colligit, vt Mariam, quæ non dilexit multa, ſed multum. Et Richard. in tractatu ſuo de amore violento dicit. Vnum ſolum eſt, in quo mens humana quieſcit, & reficitur, & ſatiatur. Quod declarat ſic. Perfectus amor omnem alium affectũm excludit, quia nihil prẹter vnum diligit, & propter vnũ, ideo vnum amat, vnum diligit, & vnum ſitit, vnum concupiſcit, ad vnum anhelat, vnũ ſuſpirat, vno inardeſcit, & in vno requieſcit, illo vno ſatiatur, quia nihil ſapit niſi hoc vno conditur. Hæc ille. De iſtius conuiuij ſatietate Bernardus admirando exclamat, dicens ſic. O fœlix verè & glorioſa ſatietas. O ſanctum conuiuium. O deſiderabiles epulæ, ibi nimirum nulla anxietas, nullum poterit eſſe faſtidium, ſed ſatietas ſumma, & cum hoc ſummum deſiderium. Et ibidem dicit. Feſtinemus igitur ad locum tutiorem, ad agrum vberiorem; ad paſtũ ſaniorem, vbi habitemus ſine metu, abundemus ſine defectu, epulemur ſine faſtidio. Hæc ille. Septimò & vltimò quia dominus non dixit ſolùm vt ſuper menſam meam edatis, ſed addidit, & bibatis. Ideo videndum eſt de huius menſæ vino dulciſſimo potante, & ſobriè inebriante, quod eſt vinum puriſſimæ, & perfectę charitatis, quòd tantum regnantibus & chariſſimis propinatur in regno & menſa Chriſti. De hoc vino immixto puriſſimæ charitatis dicit Bernardus in libro de diligendo Deo, parum poſt medium ſic. Cum ſcriptura loquatur Deum omnia feciſſe propter ſemetipſum, erit profectò vt factura ſeſe quandoque conformet & concordet auctori ſuo, & oportet proinde nos in eundem affectum tranſire charitatis quandoque, vt quomodo Deus omnia eſſe voluit propter ſemetipſum, ſic nos quoque nec noſipſos, nec aliquid fuiſſe vel eſſe velimus, niſi æquè propter ipſum, ob ſolam ipſius voluntatem, non noſtram voluptatem. Sequitur. Delectabit ſane non tam noſtra, vel ſopita neceſſitas, vel ſortita fœlicitas, quàm quòd eius in nobis & de nobis voluntas adimpleta videbitur, quod & quotidie in oratione poſtulamus. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra, &c. Illa igitur eſt vera & ſincera charitas, & omnino de corde puro & de conſcientia bona, & fide non ficta, qua Deum ſic diligimus, qua & proximi bonum, vt noſtrum diligimus. Et ibidem dicit Bernardus. Hanc

Serm. 34. Super Cantica.

Vbertas beatitudinis.

Lib. pro ſo lo. c. 24.

Mutua dilectio beatorum.

Gaudium beatorũ.

Luc. 22.

Pſalm. 16.

Luc. 10.

In ſermo. de omnibus ſãctis.

Luc. 22. Vinũ beatorum eſt perfecta charitas.

Hanc charitatem commendando exclamat dicens. O amor ſanctus & caſtus. O dulcis & ſuauis affectio charitatis. O pura & defæcata intentio voluntatis, eò certè defæcatior & purior, quò in ea de proprio nil mixtum relinquitur, eò ſuauior, quò totum diuinum eſt quod ſentitur. Sequitur. Sic affici deificari eſt, quomodo ſtilla aquæ modica multo infuſa vino puro, a ſe deficere tota videtur, & ſaporem vini induit & colorē, & quomodo ferrum candens ignitum ſimillimum igni fit priſtina propriaque forma exutum, & quomodo ſolis luce aer perfuſus in eandē transformatur luminis claritatem, adeo vt non tam illuminatus quàm ipſum lumen eſſe videatur, ſic omnem tunc in ſanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo, neceſſe erit à ſemetipſa liqueſcere, atq; in Dei penitus transfundi voluntatem, alioquin quomodo Deus erit omnia in omnibus, ſi in homine aliquid de homine ſupererit? Sequitur. Manet ſubſtantia ſed in alia forma, alia gloria, aliaque potentia. Et quando hoc erit, quando veniam & apparebo ante faciem Domini? Sequitur. Donec igitur abſorpta ſit mors in victoria, & vndiq; noctis terminos lux perennis inuadat, & occupet vſque quaque, quatenus in corporibus cœleſtis gloria effulgeat, non poſſunt animæ ex toto ſeipſas exponere, & tranſire in Deum. Adepto autem corpore, iam quid impedit animam a ſe ipſa quodammodo abire, & totam in Deū ire, & eò penitus ſibi diſſimilem fieri, quo Deo ſimillimam effici ſe conatur. Tunc demum ad cœnam ſapientiæ admiſſa eſt, ad illam videlicet de qua legitur. Et calix meus inebrians, quàm præclarus eſt. Et ſequitur. Pſal. 28. Quid mirum ſi iam inebriatur vt vbertate domus Dei, cum nulla mordente culpa vel cura, de proprio ſecura bibit purum, & nouum vinum illud cum Chriſto in domo patris eius? Rediuiuis igitur corporibus reſumptis, in vita immortali inebriantur, mira plenitudine exuberantes poſt reſurrectionem tanquam chariſſimi. Et meritò inebriantur, qui ad nuptias agni introduci merentur, edentes & bibentes ſuper menſam illius in regno ſapientiæ, quando ſibi exhibet glorioſam Eccleſiam. Tunc prorſus inebriat chariſſimos ſuos, tunc torrente voluptatis ſuæ potat eos, quando in complexu illo arctiſſimo ſponſi & ſponſæ, fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, vt delectentur in lætitia in æternum. Hæc ille. Tunc ſapientia ſuos chariſſimos inebriat, & in patria regnare facit, & coronat, dicens illud. Per me reges regnant. Regnantes autem coronas aureas habent in capitibus, de quibus in Apo. Prouer. 8. Quod exponens Richard. dicit. Coronas habent in capitibus, ob gloriæ decorem & regni cœleſtis infinitatem, Apoch. 4. vnde corona illa de qua dicitur in Apocal. quòd habuit duodecim ſtellas, id eſt vniuerſalem perfectionem. Nam ſecundum Richar. rotunditas coronæ, ſignificat illius regni æternitatem, Apoc. 12. & præclaritas ſtellarum numero duodenario, ſignat beatorum omnium æterni regni infinitatem. Vnde & Bernard. in ſermone dicit, quòd illæ ſtellæ duodecim, deſignant plenam perfectionem, quæ beatis in patria debetur. Prima enim ſtella (inquit Bernard.) eſt memoria ſine obliuione. Secunda ſtella, eſt ratio ſine omni errore. Tertia ſtella eſt voluntas ſine omni perturbatione. Quarta eſt impoſſibilitas moriendi, quia reſurget corpus incorruptibile. Quinta eſt charitas, quia configuramur claritati Chriſti corporaliter. Sexta eſt agilitas, vt corpus ſit agile ſecundum agilitatem mentis. Septima eſt ſubtilitas, vt corpus noſtrum penetret omnia corpora. Octaua eſt, vt quilibet diligat alium ſicut ſeipſum. Nona eſt, videre, quod proximus quilibet diligit ipſum ſicut ſe ipſum. Decima eſt, Deum perfectè diligere, & plus quā ſeipſum. Vndecima, eſt diligere ſeipſum tantummodo

Corona beatorum eſt 12. ſtellarum, & quid vna quæq; ſignificat.

propter Deum. Duodecima eſt videre Deum diligere ſe, diligentem plus quàm ille homo diligat ſeipſum. Hæc ille. Omnium autem horum bonorum mater eſt ſapientia, vt dicit Sapiens. De huius ſapientiæ increatæ, & incarnatæ menſa, dicit Richardus de ſancto Victore. O qualis refectio, vbi dapifer Chriſtus, pincerna Spirituſſanctus. Sap. 7. Et certè pater hoſpes largiſſimus, Chriſtus miniſtrat cibum, dum ſemetipſo conuiuantes reficit & ſatiat, vt patet in Ioan. Spirituſſanctus verò potum propinat, dum ſuis donis conuiuantes potat Ioan. 6. & inebriat, vt patet in Actis, Pater verò, in vtroque ſe ipſum liberaliſſimē exhibet, & communicat in filio, ad Act. 2. cognoſcendum & habendum, ſicut dicit Ieſus Philippo. In Spirituſancto autem amplexandum, & deguſtandum appropriate loquendo, vt patet per Richard. Ioan. 14. qui de hac menſa amoroſæ ſapientiæ exponens illud quod legitur lib. 3. Regum, vbi dicitur. Regina Saba videns omnem ſapientiam Salomonis, & domum quam Libr. 4. de cōtempla. c. 15. & lib. 5. c. 12. ædificauerat, & cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſteſque eorum, pincernaſque & holocauſta, quæ offerebat in domo domini, non habebat vltra ſpiritum, dicit. 3. Re. 10. Regina auſtri, illius calidæ religionis inhabitatrix, ſuccenſa, quæ alia intelligi poteſt, quàm illa ſancta anima & beata, quæ regnum ſuum in pace poſſidet, & verum Salomonē contemplatur. Vnde Gregor. 25. moralium dicit. Teſtimonio ſacræ ſcripturæ, reges vocantur, qui prælati ſunt cunctis motibus carnis. Et ſicut dicit Iſidor. lib. 1. de ſumma bonit. Reges, a rectè regendo vocati ſunt, ideo rectè agendo, regis nomen obtinent. Omnes igitur reges & reginæ, ſunt in illa regia menſa rectitudinis conuiuantes, qui veterem hominem exuentes, & nouum hominem induentes, qui ſecundum Deum creatus eſt, deiformes efficiuntur, vt dij, ſecundum Pſalm. appellentur. Deiformitas enim, vt dicit Linconien. eſt renouatio ſpiritus rationalis, et conformitas ipſius ad Deum prout poſſibile eſt. Super 3. ang. Hierarchiæ. Hi ſunt reges & reginæ Dei, deiformes effecti, & dij appellati, videntes in menſa ſapientiam noſtri regis veri Salomonis, cuius ſapientiæ non eſt numerus ſecundum Pſalm. Videntes etiam domum quam ædificauit, ideſt naturam aſſumptam, Pſal. 146. quam ſeptem columnis id eſt ſeptem donis muniuit, & adornauit, In qua ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi, Videntes & cibos menſę eius, qui ſunt quaſi infiniti, cum vnum tantum ſit ferculum ſcilicet omne datum optimum, in quo eſt ratio omnis boni, ſcilicet in quo & ex quo eſt omne donum, vt dictum eſt, Videntes etiam habitacula ſeruorum id eſt numerum, & diſtinctionem cœlicarum manſionum, quæ multæ ſunt, & quaſi infinitæ in domo Patris, vt dicit dominus, Videntes etiam ordines miniſtrantium, & aſſiſtentium angelorum, qui innumerabiles ſunt, vt dictum eſt ſupra, Videntes etiam pincernas, & gradus eorum, i. haurientes de occulto diuinitatis lumina gaudioſa, Io. 14. & mentes ſuſcipientium inebriantia, quia ſuperiores hauſta communicant inferioribus, vt dicit Dionyſi. Et Bernard. dicit ſic: 7. Angeli Hierarch. Si Cherubin & Seraphin, immediato hauſtu de fonte vitæ bibentes, inferiorib. ordinibus angelorum effundunt de conſilijs laci qui lætificat ciuitatem Dei, In Serm. De ſalut. Angel. quantò magis glorioſa theothocos occultis filij in amplexionibus eius deguſtata myſteria, & hominibus, & angelis copioſius effundis & propinas? Hæc ille. Videntes ſeptimo & vltimo holocauſta ſiue ſacrificia. Holocauſtum. n. vt Papias dicit eſt ſacrificiū, quod totaliter igne conſumitur. Et ſignat quod omne opus ſiue corporale ſiue ſpirituale quod offeretur Deo, vel offerendum eſt Deo, igne ardentiſſimæ ſiue perfectiſſimæ charitatis, totaliter conſumetur ſiue perficiatur. Quod perfectè faciunt omnes ciues

cœleſtis patriæ,tam angeli,quàm homines, vt in omni-
bus & per omnia laudetur & honorificetur Deus,vt ſi-
Thob. ca. 13. cut dicitur Tobię per omnes vicos cantetur alleluia.De
alleluia autem ſpecialis fit mentio, quia ſicut dicit Caſ-
Super titulum. ſiod.In hac laude alleluia totus honor eſt. Quod cum
ſit in hæbræa lingua reconditum, nullo tamen conſtat
Pſal. 149. alio ſermone trãſlatum.Hoc Grçcus,hoc Latinus,Hoc
chaldeus,hoc Syrus,hoc Perſa.hoc Arabs,hoc tenet cũ
cta terrarum natio,& quicquid eſt dedicatum diuina di
gnitate,huius nominis pia deuotione & laude venera-
tur,& in vſu habere commonemur. Illis viſis & audi-
tis,regina Saba.i.anima beata, vltra non habebat ſpiri-
Libr.5. de cõtempla. cap. 12. tum.ſ.humanum ſed diuinum. Vnde Richar.exponens
illud verbum dicit ſic. Cur non recte dicatur ſpiritus
ſemetipſum non habere,quando incipit à ſemetipſo om
nino deficere,et a ſuo eſſe,in ſupermundanum quendã,
& verè plus quàm humanum ſtatum tranſire, & mira-
bili transfiguratione ſpiritus ille, ab humano videtur in
diuinum deficere, ita vt ipſe iam non ipſe, eò duntaxat
1.Cor.6. tempore, quo Deo incipit arctius inhærere; quia qui
Pſal. 118. adheret, Deo vnus ſpiritus eſt,& pſallere poteſt,qui eiuſ
modi eſt cum Pſal.Defecit in ſalutare tuum anima mea.
Hæc ille. Et idem poteſt dicere quilibet beatus. Ad
iſtud igitur conuiuium ſolenniſſimum,& menſam om-
nium deliciarum pleniſſimam, oportet aſcendere per
gradus donorum, & aliorum habituum gratuitorum
Greg. 20. Mor.c.20. prædictorum.Quia ſicut dicit Gregor.Nemo infima de
ſerens,repente fit ſummus, quia ad obtinendum perfe-
ctionis meritum,oportet vt mens quotidie in alium qua
Pſalm. 38. ſi quibuſdam gradibus aſcẽſionis perueniat. Vnde Pſal.
de doctr. Chriſtia. bene dicit. Ibunt de virtute in virtutẽ, donec videatur
Deus deorum in ſyon.Quare Auguſt. dona ſeptem Spi
Iob.2. ritusſancti, vocat quoſdam gradus aſcenſionis,dicens.
Dona Spiritusſancti sũt gradus quibus ad Deũ aſcendimus. Primò ante omnia opus eſt donum timoris, quod eſt in
fimum donum,conferens ad cognoſcendam Dei volun
tatem, quid nobis appetendum vel fugiendum præci-
piatur, & quo quaſi clauatis calcibus, omnis ſuperbiæ
motus ligno crucis affigat. Deinde opus eſt ſecundus
gradus vt donum pietatis habeamus, per quod veritas
fidei, & ſcripturæ ſanè exponatur & firmiter teneatur,
& ſi non perfectè intelligatur. Tertius gradus eſt do-
num ſcientiæ, per quod docemur, quòd Deus ex toto
corde diligatur,& ex tota anima, & ex tota mente, pro-
ximum verò,vt noſmetipſos diligamus. Quartus gra-
dus eſt donum fortitudinis, quo eſurietur,& ſititur iu-
ſtitia qua a temporalibus receditur, & ad æternam veri
tatem,& ad æternam trinitatem conuertimur. Quin-
tus gradus eſt donum conſilij, quo anima ab omnibus
ſordibus lauatur, & vſque ad inimici dilectionem, iam
ſpe confortata,& viribus integratis peruenitur. Sextus
gradus eſt donum intellectus,quo oculus interior pur-
gatur,& homines mundo moriuntur,& inde Deum cõ
templamur in enigmate tamen. Nam intantum Deum
vident, inquantum huic ſæculo moriuntur. Et licet in
hac vita peregrinemur,cõuerſationem tamen habemus
in cœlis.Septimus gradus eſt donum ſapientiæ, quod vl
timum,& ſeptimum eſt,quo animus paccatus, & tran-
quillus Deo ſapidè perfruitur, quia initium ſapientiæ ti
mor domini eſt,a quo vſque ad ipſam ſapientiam ꝑ hos
gradus tenditur,& peruenitur.In cuius menſa beati per
petuò quieſcent,& dulciter reficientur,quam qui inue-
nit,inueniet vitam,& qui tenuerit eam,beatus. Et quia
beneficia non plenè recompenſari poſſunt ſine gratiarũ
Prou.3. De beneficijs,cap.3. actione,dicit Sene.ideo cum toto corde, qui vocati ſu-
mus ad cœnam agni,dicamus Deo gratias, quia ſicut di
cit Auguſt.& Hieron.Quid melius,& animo geramus,
& ore promamus,& calamo explicemus,quàm Deogra
tias? Hinc nec dici breuius,nec audiri lætius,nec intel-
ligi gratius, nec agi fructuoſius aliquid poteſt, quàm
Deo gratias.

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI

*In regula Fratrum Minorum, expoſitio.*

QVicunque hanc regulam ſecuti fue-
rint, pax ſuper illos & miſericor-
dia. Hanc planè puto regulam, ab Ad Gala. vltima.
Innocen.Papa 3.approbatam, à ſe-
quenti Honorio confirmatam, à
Gregor.9.declaratam, vt funiculus
triplex non facilè dirumpatur.Nec
tamen in immenſum gloriabimur,ſed ſecundum menſu
ram regulæ qua menſus eſt nobis Deus, nec in aliqua
alia regula gloriemur. Huius igitur regulæ rectitudi-
nem, duce domino breuius declarabo, vt ſit ei adhæ-
rentibus ſolacium,& aduerſantibus directio, qui obli-
quis & reflexis eam intuentes oculis lumini attribuunt
ſuarum vitium tenebrarum. Regula igitur epiſtolari
modo à ſalutatione oritur,in narratione deducitur,& in
concluſione terminatur. In ſalutatione.n.refulget apo-
ſtolica clementia piè pauperib.condeſcens Deus.In nar
ratione patet apoſtolica ſapientia,perfectionis ſummam
breuitate perſtringens. In concluſione eius refulget
auctoritas potentiæ,qua ſeruos Chriſti perpetua prote
git armatura Prima pars.ſ. ſalutatio duas habet particu
las,quia continet ſalutationem,& ſequentium confirma
tionem. Dicitur enim primo ſic. Honorius Epiſcopus. Papa eſt epiſcopus non alicuius partis ſolum ſed totius vniuerſitatis.
Epiſcopus vtiq; nõ alicuius partis ſolum,ſed totius vni
uerſitatis.In cuius figura legitur, ꝙ ſtãte Ieſu in littore
maris, Petrus ſuccinxit ſe,& miſit ſe in mare,alij verò di
ſcipuli nauigio venerunt.Per mare intelligitur ſęculum
quod ſuſcepit Petrus à domino gubernandum.Per naui
gium autem, intelligũtur variæ ſortes diſcipulorum,
qui in varijs mundi partibus pontificium ſuſceperunt. Ioan.21.
Vnde & duæ fuerunt naues, propter circunciſionem,
& præpucium ſecundum Auguſt. ſententiam ſuper il-
lud. Hinc Petrus à petra dictus, a domino poſitus eſt
Eccleſiæ fundamentum.Tu es Petrns & ſuper hanc pe- Matth.16.
tram ædificabo Eccleſiam meam,vbi Rabanus, Vt om
nes per orbem credentes intelligant,quia quicunque ab
vnitate fidei, vel ſocietate illius quolibet modo ſegre-
gant ſeipſos,nec a vinculis peccatorum abſolui, nec ia-
nuam poſſunt regni cœleſtis intrare.Hinc Petro domi-
nus dedit ſuper alios Apoſtolos ordinariam poteſtatem Luc.22.
dicens. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres
tuos.In huius rei figurã dicitur Sapientię 18.quòd in ve
ſte poderis quam habebat Aaron,totus erat orbis terra Petrus, habuit a domino ordinariam poteſtatem ſuper alios Apoſtolos
rum.Quod ſi vnus non eſſet,qui in omnes exercere poſ
ſet iuriſdictionem,vbi maneret ſtatus Eccleſiæ? Si par-
tibus diſcordantibus, non eſſet qui poſſet manum mit-
tere in ambobus,fuiſſetque ſynagoga fęlicior quàm Ec
leſia, quia illa habet vnum ſummum Pontificem, qui
omnes diſcordias poterat terminare, vt patet in Deuter. Deut. 17.
Tantæ auctoritati noſtræ profundiſſima humilitas ſo-
ciatur,cum dicitur.Seruus ſeruorum Dei, non iſtorum
vel illorum,ſed ſapientium & inſipientium,omnium,&
ſingulorum. Sic certè vt legitur in Ezech. Gazophy-
lacia templi fuerunt in ſuperioribus humiliora. In ſta- Eccle. 3.
tu enim ſublimi eſt ornamentum notabile,humilitas ꝓ
funda.Seqtur.Dilectis filijs fratri Frãciſco,et alijs fratri
bus de ordine fratrũ minorũ,ſalutẽ & apoſtolicã bene-
dictionẽ.Benedictio patris confirmat domos filiorũ.In
hierarchicis eloquijs optimè ſonat nomen dilectionis,
qa vt Dionyſi' dicit,toti' hierarchię finis,et cõſũmatio,

eſt vnitiua dilectio. Sequitur ſecunda particula,conti-
nens ſequentium confirmationem. Vnde dicit.Solet an
nuere ſedes Apoſtolica pijs votis, & honeſtis petẽtium
deſiderijs, fauorem beneuolum impartiri. Pium eſt,
quod eſt ad Dei gloriam directiuum,quia pietas eſt cul
2.ad Ti.3. tus Dei.Qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutioné
patientur.Honeſtum eſt, quod ad ædificationem proxi
Rom. 13. mi ordinatur.Sic vt in die honeſtè ambulemus,Hæc ho
neſtas à diuinis eſt præcipuè beneplacitis, & non mun-
danis vanitatibus regulanda. Vnde Hierony.ſuper Iſa.
Super cap. 20.Iſa. Non erubuit Iſaias nudus incedere,nihil honeſtius iu-
dicans,quam domino obedire.Sequitur. Ea propter di
lecti in domino, filij veſtris pijs precib.inclinati ordinis
veſtri regulam,a bonæ memoriæ Innocentio Papa præ-
deceſſore noſtro approbatam,annotatam præſentib. au
ctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & præſentis
Impiũ eſt aſſeuerare quòd hæc regula nõ eſt ſeruabilis. ſcripti patrocinio communimus.Quæ talis eſt. Cum ra
tione pietatis & honeſtatis, dicat ſe ſummus Pontifex
hanc regulam confirmaſſe,Impij ſunt,qui a ſede Apoſto
lica diſcordantes,ꝑ regulã iſtam dicunt ſeruari non poſ
ſe,& per conſequens aliquid impium continere. Tales
Diſtin.22. Omnes ſine patriarchæ. hæretici ſunt & ſchiſmatici,vt patet in decretis.Item in
Deutero.Sequeris ſententiam eorum,nec declinabis ad
dexteram,vel ad ſiniſtrã. Qui autem ſuperbierit nolens
obedire ſacerdotis imperio,& decreto iudicis,morietur
homo ille.Ex prædictis patet,ꝙ tota regula eſt manda-
Deut. 17. tum apoſtolicum, & per conſequens autenticum quic-
quid in ea continetur.Sequitur textus.

*Capitulum* I.

Duodecim capitula regulæ, ſunt 12. lapides,de quibus Ioſue loquitur.

REgula & vita minorum fratrum hæc eſt.ſ.Domi
ni noſtri Ieſu. Hic ſubditur confirmatæ veritatis
narratio, quæ rubricis 12.diſcernitur, qui ſunt,
12.duriſſimi lapides de quib.dicit Ioſue. Quod duode-
cim electi viri acceperunt de alueo iordanis,vbi ſteterũt
ſacerdotum pedes, 12.lapides, ponentes in loco caſtro-
rum, vbi illa nocte deberent figere tentoria. Hoc eſt
dicere,ꝙ fratres minores, tanquam viri a domino vero
Ioſue electi,volentes pertranſire iordanem, & feſtinare
ad terram promiſſionis, eligant ſibi duodecim duriſſi-
mos lapides.i.12. capitula regulæ,euangelica & apoſto
lica ſententia confirmata, de loco vbi ſteterunt pedes ſa
cerdotum,hoc eſt,ad imitationem duodecim Apoſtolo
rum. Tres primæ rubricæ,radios recipiunt oriẽtis. Tres
aliæ ſequentes,pericula excludunt aquilonis. Tres ter-
tio loco poſitæ,obuiant multis ab occaſu. Tres vltimæ,
auſtralib.delicijs ſunt refertæ.Vt ſic hæc ciuitas in qua-
dro poſita,ornata duodecim portis.i.duodecim Apoſto
licis margaritis,non timeat potentis inſultum, pauperũ
& ſapientum induſtria communita. Trium autem po-
ſitarum id eſt,orientalium rubricarum.Prima, ſummari-
riè religionem inſtituit.Secunda,ad eam venientes reci-
pit.Tertia receptos, interius & exterius inſtruit diſcipli
na.Et quia vt patet ex Dionyſio,Subſtantia Hierarchię
in duobus conſiſtit.ſ.in ſanctis perfectionibus,& in or-
dine perficiendorum. Prima ad perfectos per obedien-
tiam.Secunda ſubditorum ad prælatos.Idcirco prima ru
brica duas habet partes.Quarum prima ſummariè tan-
git huius Hierarchiæ,id eſt ſacri ordinis perfectionem.
Quare regula dicatur. Secunda deſcribit obedientialem ordinationẽ ibi (Fra-
ter Franciſcus.Dicit ergo primò.Regula & vita.Regu-
la ex hoc dicitur, quia rectè ducit. Rectum autem eſt,
1. Tim.6. cuius medium non exit ab extremis.Et quia dicitur per
Apoſtolum.Nihil intulimus in hunc mundum, Haud
dubium,quia nec auferre quid poſſumus. Illa ergo ve-
riſſima dicitur regula, quæ docet vt eſt poſſibile in vita
paupertatem nudiſſimam obſeruare. Hæc regula etiam
eſt vita,vt tota fratrum conuerſatio regulæ applicetur,
iuxta id quod legitur in 3. Reg. Operuit omnia lami-
nis aureis. Fratrum minorum ſic dictorum abſolutè, 2.Reg.6.
vt de nullo dignitatis gradu contendentes, nec ſibi no-
men honoris alicuius vſurpantes,omnibus ſe humilita
tis amore(ſaluo Dei honore)ſubijciant,ad nullam tem
poralem magnitudinem,vt pauperrimi, & puriſſimi a-
ſpirantes. Dicti autem fratres minores, ad imitatio-
nem illorum de quibus dicitur. Quandiu non feciſtis
vni de minoribus his,nec mihi feciſtis. Eorum igitur
regula hæc eſt ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſan-
ctum Euãgelium obſeruare. Hoc idcirco dicitur,quia
tota regulæ ſubſtantia,de fonte trahitur euangelicæ pu
ritatis. Non eſt ergo regula,aut vita hæc noua res, ſed
proculdubio renouata magnaq; eſt huiuſmodi regulæ
profeſſoribus materia ſolatij,dui ſoli in hoc mundo vi-
tam illam ad literam profitẽtur,quaſi Apoſtolis ad præ
dicandum miſſis,dominus commendauit.Sed cũ dicat,
hæc regula eſt ſanctum.ſ.Euangelium obſeruare. Nun
quid vouentes hanc regulã,voueant per conſequens om
nem Euangelij perfectionẽ?Dico ꝙ non,cum in ipſa re
gula quam vouent, quædam monitoriè & exhortato-
riè ſubiungantur. Cum ergo non omnem regulę par-
tem vouent obſeruare,multò magis non vouent, quod
non exprimitur in eadem.Cui ſimile eſt,quod ſuper il-
lud Pſalm. Vouete & reddite, dicit gl. ꝙ quædam vota
ſunt communia omnibus,vt vouere fidem, abrenuncia
re Diabolo & pompis eiuſdem,non ſuperbire,non occi
dere,& hmõi,& de his omnibus præcipitur. Vouete &
reddite. Sicut ergo in hoc genere voti,non intelligitur
expreſsè voueri ab omnibus chriſtianis præceptoriè,ni
ſi quod præceptorie in lege ponitur diuina, ſic nec tota
vita euãgelica vouetur ab hmõi regulæ profeſſoribus,
ſed tantum illa eius pars, quæ ex regulæ intentione im-
ponitur obligatoriè obſeruanda. Vouent ergo fratres
totã regulam ſecundum intentionẽ mandatorum, par-
tim ad obſeruantiam, vt præceptoriè impoſita, partim
ad reuerentiam & approbationem illorum, quæ non tã
pręceptoriè imponuntur,quàm meritoriè proponũtur,
tali ſtatui ſpecialiter emulanda, vt eſt illud quod infra
dicitur.Orare ſemper ad Deum puro corde, habere hu
militatem,& patientiam in perſecutione,& infirmita-
te.Licet.n.virtutum actus ſint in præcepto, tanta tamẽ
actuum præcellentia,nulli ꝑceptoriè imponitur, quãta
in pluribus capitulis regulæ continetur. Vouent ergo
fratres Euangelium eodem mõ, partim.ſ.ad obſeruan-
tiam,partim ad reuerentiam ſpecialẽ,quam decet & cõ
gruit tanto ſtatui emulari.Ex his ergo patet error dicẽ
tium,ꝙ vouentes hanc regulam vouent etiam omnia
præceptoriè, quæ in ipſa regula continentur,hoc.n.eſt
contra regulam manifeſtè,quæ expreſsè diſtinguit mo
nitiones à præceptis.Sequitur,viuendo in obedientia,ſi
ne proprio,& in caſtitate. Circa ꝙ dicendum,ꝙ obe-
dientia vno modo eſt virtus contraria inobedientiæ,
& ſic omni conuenit chriſtiano,de qua Petrus. Caſtifi- 1. Pet. 1.
cantes animas veſtras,in obedientia charitatis. Alio mõ
obedientia dicit ſtatum eminentẽ huius virtutis,quan-
do aliquis non tantum obedit Deo,verum etiam homi
ni propter Deum.Item Deo obedit non tantum in ne-
ceſſarijs,verum etiam in omnibus ſupererogationis, &
diuinis inſpirationibus vniuerſis, quantumcunq; diffi-
cilibus & arduis,illius exemplo,qui factus eſt obediens Ad Phil. 2.
vſque ad mortem,vt dicit Paulus, qui mori minimè te-
nebatur.Hæc obedientia ex verbo Domini deſcendit,
qui dicit. Si quis vult venire poſt me, abneget ſeme- Matth.16
tipſum,&c.Sed triplex eſt ſui abnegatio.Vna eſt neceſ-
ſaria per modum ſub contrarietatis,qua ſcilicet homo,
in quibuſdam ſuæ voluntati renunciat, vt in peccatis.
In alijs verò vt in indifferentibus,ſibi retinet ſuam vo-
luntatem.Alia eſt ſui abnegatio per modum contrarie-
tatis,vt in illis oĩbus ſiue ſimpliciter ſiue accommodè,
ſuæ

Marginalia (right column): Quare Regula,& vita. — Fratres. Matth.25 — Fratres nõ vouent totũ euangelium nec ſingulas partes regulę. — Triplex ſui abnegatio:

ſuæ renuntiant voluntati,nihil volentes,ſiue agentes,ſecundum ſuam voluntatem,vel ſecundum nutum ſuę voluntatis. De qua dicit quidam. Nil fragrat ita domino in odorem ſuauitatis, quàm ſi mactetur domino vitulus propriæ voluntatis. Nimirum altiſſimum eſt in homine,rationalis volūtas. Altiſſimum ergo eſt ſacrificium, eam totaliter domino conſecrare,non tantum ipſi Deo obediendo,ſed etiam homini propter Deum. Cum & ipſe ad hoc docēdum,parentum ſuorum ſubditus fuerit voluntati,vt legitur in Luc. Eſt etiam abnegatio tertia,quaſi contradictoria,quæ propriam exponit vitam pro gloria conditoris. Obedientia tamen,prout dicit ſtatum eminentē virtutis obedientię plures habet gradus, quidam enim in omnib. abſolute vt dictum eſt,quidam verò accomode,vt pote ad mediocritatē ſtatus ſui pertinentibus,propriæ renunciant voluntati, quia clerici ſæculares in ſacri ordinis ſuſceptione, renuntiant proprijs voluntatib. & ex tunc plenè debent ſubijci Eccleſiaſticæ poteſtati. Amplius, ſublimior eſt obedientia monachorum, quàm ſæcularium clericorum. Monachorum autem obedientia duobus conſtringitur. Primo quia per obedientiam,vouent ſalua ſtabilitate ad locum. Secundo quia ad nihil obedire tenentur, quod regulam ſuam tranſcendere demonſtratur. Altior eſt ergo obedientia illorum qui habent in hoc mundo loci ius proprium,quo ſua obedientia reſtringatur. Item altior eſt illorum obediētia,quorum altior eſt regula ex qua tenentur eiuſdem regulæ profeſſores,nihil reſpuere,niſi ſit ipſi regulæ contrarium, vel ſaluti, directe vel aliqualiter. Illi ergo ſoli,abnegationis contrariæ ſecundo modo directè gradus attingunt perfecte,qui in omnibus etiam indifferentibus ſubſunt beneplacitis alienis,qui nullum habent patrocinium loci ſtabilis,vel religionis,ad quem eorum obedientia contrahatur, ꝙ nihil ſibi obedientialiter impoſitum poſſunt repellere, quaſi tranſcendens ſuam regulam,niſi vergat in ſuę animæ detrimentum. Vnde patet,ꝙ errant qui dicunt,ꝙ in omnibus religionibus obedientia ſit æqualis. Sequitur. Sine proprio. Et hoc etiam habet gradus. Nam ſecundum antiqua iura, clericis habere proprium non licebat. Sunt adhuc etiam bona eccleſiaſtica, non propria ſed communia.i.communi vtilitati viuentium deputata. Sed quia etiam præter hæc, licebat clericis ſæcularibus habere propria peculiaria, patet ꝙ altior eſt ſtatus monachorum quo ad hoc,quibus non licet habere ꝓprium vllo modo perſonale, ſed tantum in communi. Sed quia in bonis communibus eſt periculum ſicut in proprijs,vt patet ex auaritijs,& alijs malis affluētię terrenæ frequenter annexis,tam religioſorum, quàm ſecularium clericorum,)ideo ille ſtatus eſt ſincerior & a periculis diuitiarum remotior,qui non habet affluentiam propriam,vel communem, mobilem vel immobilem, vt non ſit ei ex diuitijs materia ſuperbiendi,vel occaſio laſciuiendi,vel auaritiæ incentiuum. Creſcit.n. amor nūmi,quantum ipſa pecunia creſcit. Nihil igitur hēt proprium ordo minorum fratrū, nec aliqua ipſius ordinis perſona,ſed vti ſerui Chriſti,& ſeruiles pro Chriſto effecti, qui pro nobis formam ſerui accepit, in domibus viuunt alienis,illum imitantes,qui nullum habuit titulum domicilij,vbi caput ſuum ſanctiſſimum reclinaret. Et propter ipſum vtuntur librorum,& aliarum vtilitatum vtenſilibus,quæ iuris ſunt alieni. Nam & Chriſtus alieno veſcebatur cibo,vt dicit Hieron. ad Nepotianū. Vnde Greg. nonus hanc eandem regulam elucidans, & iſtam profeſſionem ab omni alia diſtinguens benè ait. Dicimus,ꝙ nec in communi,nec in ſpeciali, debet proprietatem habere,ſed vtenſilium,& librorum & eorum mobilium,quæ licet ordini habere vſum habeat, ſaluo locorum,& donorū dominio,illis ad quos noſcuntur ꝑtinere,nec vendi debent mobilia,nec extra ordinem cō mutari,aut alienari quoquo modo, niſi Eccleſiæ Romanæ Cardinalis,qui pro tempore fuerit ordinis gubernator,generali,ſeu prouincialib. miniſtris,auctoritatem ſuper hoc præbuerit,vel aſſenſum. Ex quo patet quòd omnia mobilia quibus ordo vtitur, ſunt nullo medio bona Eccleſię,ratione cuius,& auctoritate,ſolus eiuſdē Eccleſiæ Cardinalis,& nullus eo inferior licentiam habet,ſine ipſo eadem diſpenſandi. Cum ergo in alijs religionibus bona ſic ſint communia perſonis, quòd tamen ſunt propria communitati, & ſicut diſtinguuntur Eccleſiæ,ita & poſſeſſiones Eccleſiarum. Ita eccleſia quæ eſt fratrum minorum communitas nihil poteſt ſibi vendicare per modum poſſeſſionis,vel dominij cōmunitatis ſuæ proprium,mobile, vel immobile in hoc mundo. Poſſet quidem æſtimari, ꝙ in breuiarijs ordo haberet ius dominij, quia nominatim in ſequenti rubrica conceduntur,niſi ſexta rubr. omnis rei, nulla excepta,dominium ab ordine excluderet manifeſte. Sequitur. In caſtitate. Cuius obſeruantia,& ſi in omnibus religioſis & clericis infra ſacros exiſtentibus eſt poſita, tamen altior diſciplina iſti ordini eſt impoſita,quam alicui aliorū,cū hic præceptoriè interdicatur fratrib. omne ſuſpectum conſortium,& ne ingrediantur interiores officinas monialium, nec etiam loca earum publica,niſi ex ſpeciali cauſa,maturitate debita præexiſtente miſſarum ad talia perſonarum,vt ſequentia amplius declarabunt. Si quis ergo omnes religioſos in his tribus votis pares aſſerit,obedientiæ ſcilicet expropriationis, & caſtitatis,manifeſtè dicit falſum,vt in obedientia,patuit etiam,& patebit quinta,& ſexta rubricis,de expropriatione,& paupertate, patet etiam de caſtitatis inuiolabili honeſtate. Et ſi caſtitas ipſa religioſorum gradus non habet,multi tamen ſunt gradus diſciplinæ eius honeſtatem inuiolabilem obſeruandi. Hæc eſt igitur huius perfectio ſummaria Hierarchiæ. Sed cum obedientia,paupertas, & caſtitas, partes ſint euangelicæ doctrinæ, vt pote conſilia euangelica, quare hic hæc tria ab euangelio diſtinguuntur, cum dicitur, ſanctum euangelium obſeruare,viuendo in obedientia, &c. Reſponſio. Duplex eſt perfectio, vna formalis,quæ conſiſtit in habitibus,& actibus virtutum, alia materialis, quæ conſiſtit in congregatione conſiliorum,vel legum, facientium ſeu ducentium ad ſtatum perfectionis. Prima intelligitur ſpecialiter nomine ſancti euangelij, quia hæc perfectio eſt principaliter intenta in ſancto euangelio,ad ipſam enim omnia conſilia euangelica ordinantur. Hæc eſt quæ præcipue in ſermone domini in monte pertractatur cum dicitur. Beati pauperes ſpiritu,&c. Et in alijs virtutum regulis, vt puta in vitandis verbis ocioſis,& ſimilibus. Alia vero perfectio,ſcilicet materialis ab hac expreſſe diſtinguitur, cum dicitur, viuendo in obedientia,ſine proprio, & in caſtitate vtique conſiliaria & celebri. De qua dicit ſaluator. Qui poteſt capere capiat. Sequitur de obedientiali eiuſdem ſtatus ordinatione,per quam reducitur tota religio ad Hierarchiam eccleſiæ principalem. Pro quo dicit frater Franciſcus,hoc ſancti nomen fuit aduenticium, cum Ioannes nomine proprio in regeneratione imponi diceretur,primò a matre. Promittit obedientiam,& ſi totus clerus & religioſorum vniuerſitas, teneatur firmiter Apoſtolico domino obedire,tamen ſanctus huic debito votum adijcit ſpeciale,ſciens voto ſuperuenire & fortificari ſacri ordinis vinculum, & meritum geminari. Et reuerentiam. Eſt autem reuerentia, exhibitio honoris procedens à timore filiali, & humili affectu. Vnde ſapiens. Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia, qui reuerentia humilitatis, eſt actus fratris minoris. Vnde fratres minores, ſicut humilitatis profundiſſimæ profeſſores, debent inter omnes ſumme reuereri ſummum Pontificem,

Luc. 2.

Obed. plures habet gradus.

12.q.1. Non dicatis. De off.or. cap.5.

Obedien. non eſt æqualis in omnib. religionib.

Iuuenialis

Bona q̄b. ordo vtit ſunt Eccleſię Roma.

Matth.5.

Matth.19

Fräciſcus primo vocabatur Ioannes.

Eccl. 32.

Fratres minores ſupra cæteros tenentur Papæ obedire ex voto ſiue ꝑcepto regulæ.

& alios pro gradu ſuo, in eccleſiaſticis officijs conſtitutos. Dño Papæ Honorio, ac ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, hoc eſt qui ſuccedunt non facto tãtum, ſed iure ſecundum formam canonum ſublimati. Et alij fratres teneantur fratri Franciſco, & eius ſucceſſoribus obedire, vt cathenæ aureæ vncinis medijs diſponantur, ſic inferiores à ſupremo vertice, per gradus medios deducantur, hic eſt enim motus rectus mentium diuinarum, vt ſanctus docet Dionyſius. Et ſic ſcala Iacob, Gen. 28. aſcendentibus, & deſcendentib. adoratur. Sic aſcenſu Cant. 3. purpureo filiæ Hieruſalem pergunt in reclinatorium Salomonis.

*Capitulum* 2.

SI qui voluerint hanc vitam accipere. Stratis huius ædificij fundamentis reſtat prouidere de habitatoribus ciuitatis vt. ſ. recipiantur ad ordinem venientes ad orientem, lucis radios ſuſcepturi. Et hæc pars quatuor habet. Primo agitur de ipſorum receptione. Secundo de probatione, ibi (Poſtea concedant,) Tertiò de recipiẽdorum profeſſione, ibi (Finito verò anno.) Quartò de profeſſorum in victu & veſtitu deſcriptione, ibi (Et illi qui iam) Et quia circa receptionem tria concurrunt, ſ. recipientis auctoritas, recipiendi idoneitas, humilitas, & religionis requiſita puritas. Iuxta quod omne Hierarchicum negocium, diuiditur in ſanctis perfectis, & perfectioribus, ſecundum Dionyſium. Primò agitur de pertinentibus ad recipientem. Secundo agitur de pertinentibus ad recipiendi idoneitatem, ibi (Et ſi hæc omnia) Tertio de pertinentibus ad religionis puritatem, ibi (Dicant illis.) Circa receptores duo tãgit, iuxta duas eccleſiæ claues, iuxta quod in Hierarchia eſt ordo & ſciẽtia, ex quib. ſequitur actio. Tangit primo circa receptores, clauem auctoritatis, & ordinem poteſtatis. Secundo pertinentia ad clauem ſcientiæ, & diſcretionis, ibi (Mini- Matt. 19. ſter vero diligenter. Dicit ergo. Si qui voluerint hãc vitam recipere. Loquitur conditionatè, dominum ſequendo dicentem. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, &c. Religionis. n. huius propoſitum, vt nullum terrenum expectari poſſit emolumentum, nulli neceſſitate imponitur, nec carne & ſanguine ſuggeritur, ſed ab illo inſpiratur, de quo dicit. Ioan. 3. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi datum fuerit ei de cœlo. Et venerit ad fratres noſtros. Non hoc dicitur, quaſi non liceat fratribus nõ venientes exhortationibus præuenire, cum & ipſe dominus plures ad diſcipulatum recipiens, plures plurali vocatione præueniſſe legatur, vt Andream, Petrum, & ſimiles, quidam ipſum præuenerunt, ſe eius conſortio offerendo, quorum & vnus repulſus eſt, ſicut patet in Matth. Venien- Matth. 8. tium igitur ad fratres, quidam ſunt à fratribus præuenti, quidam verò ipſos ſua deuotione præueniunt. Et de omnibus hic dicitur. Et venerint. Mittant eos ad ſuos miniſtros prouinciales, quibus & non alijs, recipiendi fratres licentia cõcedatur. Ecce clauis auctoritatis, miniſtris tãtum reſeruatur. Iſta autem commiſſio ſeu ordinatio habet pręcipuè duas rationes. Prima, vt receptorum, aut recipiendorum conſtantia probetur. Secunda eſt, quia de miniſtri prudentia amplius præſumitur, quòd arte ſciat piſcatoria, bonos in vaſa ſua eligere, malis verò non idoneis, foras miſſis. Nomen autem mini- Matt. 20. ſtri ſumitur ex Matthe. vbi dicitur. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Et quia plurimorum ad ordinem venientium, eſt deuotio manifeſta, ſufficiens eſt ad receptionem ſecularium, diſcretio in conuentibus fratrum, maximè in hoc generalium ſtudiorum. Idem dominus Papa non relaxans hanc regulæ partem, ſed ad mentem eius diſpenſando aſpiciens ordinauit, ꝙ in

Religionẽ nullus intret inuitus.

talibus locis, diſcretis fratribus, receptionis auctoritas concedatur, ſciens ꝙ dicit lex, ff. de legibus. Quia ſcire leges, non eſt verbum earũ tenere, ſed vim & poteſtatẽ. Et 61. diſt. c. ſtatuimus, dicitur. Eccleſiaſticę prohibitiones, proprias habent cãs, quib. ceſſantib. ceſſant & ipſæ. Et 1. q. 1. dicitur. Qd pro neceſſitate tpis ſtatutum eſt, ceſſante neceſſitate, ceſſare debet. Sed pro claue diſcretionis dicit. Miniſter verò, diligenter eos examinabit de fide catholica, & de eccleſiaſticis ſacramentis. Hoc ꝓ illis dr̃ partib. vbi contingit aliquos hęreticos inueniri. Ad fidem catholicã ꝑtinent oĩa, quæ ipſi fidei obſequuntur. Vñ quia fratres ad fidei doctrinã ex intentione regulæ ſunt vocati, vt ſequentia manifeſtant, ſtatutũ eſt in ordine, ne aliquis recipiatur ad ordinem pro clerico, niſi fidei doctrinæ habeat conueniens fundamentũ, vel ſaltẽ pro fundamenti penuria, ædificationis multitudo recũpenſet, vt quod in talib. lingua non ſufficit, vita clamet, & ſic de minoribus examinatio in maiorib. amplificatur, ſicut ipſe dñs dicit. Inhibendo Idolatriam, inhibet oẽm ſuperſtitionem. Inhibendo hereſim, inhibet omnis erroris perniciem. Inhibẽdo homicidiũ, Exo. 20. inhibet omnem perſonę iniuſtam læſionem. Inhibendo mæchiam, inhibet fornicationem, ꝓcipiendo honorem parentum oẽm hominem pro gradus ſui merito, cum innotuerit, præcipit honorari, vt ſic minora maioribus commendentur. Sic etiam in præſenti, minorum examinatio in maioribus implicatur. Et ſi hæc oĩa credant & velint ea fideliter confiteri. Hic agit de pertinentibus ad recipiendorum idoneitatem, quæ in duobus conſiſtit. Prima ad Deum, pro qua dicit. Et ſi hæc omnia credant, vtique corde, & velint ea fideliter confiteri. Quia Ad Ro. 10. ore fit confeſſio ad ſalutem, vt dicit Paulus. Ex quo verè patet, quòd recipiendi ad ordinem, debent parati eſſe ad martyrium. Et vſque ad finem firmiter obſeruare, quia pręmium datur ſoli perſeueranti. Scd̃a eſt in ordine quo ad mundum, pro qua ſubdit. Et vxores non habent, &c. vel licentiam eis dederint, ſ. maritis, auctoritate Dioceſani Epiſcopi voto iam continentiæ emiſſo. Hoc dicitur, quia votum quo ad hoc non ſolennizatur, niſi vouens mundo moriens, in ſpiritualis patris pęnitus tranſeat poteſtatem, quod præcipuè conuenit ſpõſo Eccleſiæ. Et illius ſint ætatis vxores, quòd non poſſit de eis oriri ſuſpitio. Ætas iſta non minus ſtabilitate virtutis, quàm tractu temporis menſuranda videtur, Sap. 4. quia dicit Sapiens. Senectus venerabilis eſt non diuturna, nec annorum numero computata. Cani. n. ſunt ſenſus homini, & ætas ſenectutis vita immaculata. In iſto aũt impedimento, omnia alia intelliguntur, quę poſſent ineptitudinẽ ad ingreſſum ordinis generare. Sicut modus eſt iſtius regulæ dare, ex ſimilibus ſimilia intelligere, & minora in maioribus implicare. Quæ autem hic dicuntur, colliguntur ex decretalium libris. Dicant illis verbũ ſancti Euangelij. Hic agitur de tertio, ſ. de religionis puritate, quæ in tribus conſiſtit. In veniẽtium denudatione perfecta. In frugalitate recipientium manifeſta, ibi. Et caueant fratres, ne ſoliciti. Tertio in directione ad releuationem pauperum diſcreta, ibi. Si tamen conſilium requiratur. Pro primò dicit. Dicant illis verbum ſancti euangelij, quòd vadant, & vendant omnia ſua, & ſtudeant ea pauperibus erogare. Hoc Matt. 19. enim ſumitur de conſilio domini vt habetur in Matth. & Luce 9. & ſimile legitur, in Luca vbi dicitur. Et ait aliter. Sequar te domine, ſed permitte mihi primum renuntiare his qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei, vt ſint nudi corde, vt ſunt qui diuitijs habitis cor non apponunt, nec nudati tantum clamide cum Ioſeph Ægyptiam fugiente, quem imitantur, Gen. 19. qui relictis implicatiuis, ſibi retinent operimentum ſufficiens nuditati, & ſuo modo nudi nudam crucem conſequun-

De conuerſio cõiugat. c. cũ ſis.

ſequuntur, ſed ſint etiam adeo nudi, vt ſint ſpoliati ſyndone ſuper nudo, vt a propinquiori cum adoleſcente, diligente dominum præ cæteris cum abiecto pondere, in nuditatis termino, ſtatui viæ poſſibili, Chriſti veſtigia imitentur.

[Mar.14.cũ Glo.]

Quod ſi facere non potuerint, propter loci diſtantiam, vel propter litium implicationem, ſufficit eis bona voluntas, qua licitè creditur, & omnia contemnuntur, iuxta illud Hieronymi. Si habes res tuas, vende, ſi non habes, proijce. Nemo renunciaturus ſæculo, poteſt bene vendere, quæ contempſit, vt venderet. Sequitur de puritate à parte recipientium. Caueant autem fratres. Iſtud videtur dici prohibitoriè, cum inhibeatur vt illicitum, quod colligitur ex hoc quod ſequitur. Si tamen conſilium requiratur. Ex quo enim licentia in hoc tantum datur, in alio denegatur. Et eorum miniſtri, ne ſoliciti ſint de rebus ſuis temporalibus vt liberè faciant de rebus ſuis, quicquid dominus inſpirauerit eis, hoc ſumitur exemplo domini dicentis. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & cæt.

[Matt. 19.]

Secus erat in Actibus Apoſtolorum vbi dicitur, ꝙ propter multitudinem virorum, ac mulierum ſimul exiſtentium, inter quos nullus erat egens, Apoſtoli gerebant pecuniæ pretij rerum venditarum ad tempus ſolicitudinem, quam cito dimiſerunt, ſicut impeditiuam verborum Dei. Diſcretior & excellentior eſt regula ab ipſo domino conſtituta Apoſtolis, cum dixit. Nolite poſſidere aurum, vel argentum, quam illa, quæ conſtituta eſt ſub Apoſtolis, primitiuæ multitudini ſimul habitantium virorum, ac mulierum, vbi nullus eorum aliquid poſſidebat, neq; ſuum aliquid eſſe dicebat, ſed ipſum in communi cum alijs poſſidebat.

[Act.6. Matt. 10.]

Hanc regulam ſub Apoſtolis conſtitutam, inſtituit Beatus Augu. ſibi & clericis ſuis ſtatuens, ne quid proprij poſſiderent. Sed quia vidit eam Auguſt. a clericis non ſeruari, mutauit decretum, eos habere proprium ſuſtinendo. Hanc eandem multitudinis regulam imitatus ſanctus Benedictus mandauit bona ad ordinem venientium, niſi darentur pauperibus, adiungi rebus Eccleſiæ monachorum, vt ipſi viuẽtes ſine proprio perſonali, haberent poſſeſſiones monaſterijs proprias, quibus ipſe nullum præfixit limitem terrenæ affluentiæ acquirendæ, vnde agrũ agro non ceſſant vſque hodie eorum plurimi, copulare.

[Sermone 25. ad fratres eremi. de communi vita, clericorũ, & ſi ſermones illi ſuppoſititij ab aliquibus cenſeantur. 12.q.2.certa ergo.]

Alia fuit antiquorum monachorum forma. Iuxta quod narrat Gregor. 3. dialogorum de ſancto Iſaac monacho. Cui cum plurimi poſſeſſiones offerrent ad monaſterium conſtituendum, ille omnia oblata reſpuens, fortem tenebat ſententiam dicens. Monachus qui in terra poſſeſſionem quærit, monachus non eſt. Et Hieronymus ad Paulinum. Habet vnum quodque propoſitum principes ſuos, habemus & nos principes propoſiti noſtri, Paulum, & Antonium. Item noſter princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri duces filij prophetarum, qui habitabant in agris, & faciebant tabernacula iuxta fluenta Iordanis. Item dicit in Epitaphio Nepotiani. Alij nummum addunt nummo, & marſupia fodientes matronarum, opes venantur obſequijs. Ditiores ſunt monachi quam ſeculares, poſſident opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete diabolo non habuerunt, & ſuſtinet eos etiam Eccleſia diuites, quos tenuit mundus ante mendicos. Hæc Hieronymus. Et tamen ſancta eſt viuendi forma ſi ſeruetur, quam inſtituit ſanctus Benedictus, quam quidam in nigris, quidã verò in albis à longe imitantur. Beatus igitur Franciſcus, videns pericula & ſacrilegia affluentiæ terrenæ, quam multi poſſident in communi, elegit regulam ipſis apoſtolis ad prædicandum miſſis à domino cõſtitutam, iniungens fratrib: ne ſolicitudinem habeant de reb. venientium ad ordinem, ne ſic ordinis maculetur puritas, vel inquietudine aliqua grauetur. Sed ne res venientium inutiliter diſpenſentur, remedium conueniẽs adhibetur, cum dicitur. Si tamen conſilium requiratur, hæc licentia ſicut conuenit miniſtris, ita competit alijs, quibus ex priuilegio Apoſtolico recipiendi fratres ad ordinem eſt conceſſa, quoniam conceſſo principali, acceſſoriè etiam omnia conceduntur. Poſtea concedant eis pannos probationis. Præmiſſa prima parte huius rubricæ, in qua agitur de venientium receptione, Hic ſubiuugitur ſecunda pars de eorum probatione, quantum ad habitus præcipuè qualitatem. Dicit ergo. Poſtea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas ſine capucio. Sed cum dicatur in regula Apoſtolorum. Neque duas tunicas, qualiter hic ſanctus Franciſcus concedit duas tunicas, qui ſuperius dixit.

[Matth. 10]

Regula & vita fratrum minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euangelium obſeruare. Reſponſio, in euangelio nomine vnius tunicæ, veſtitus deſignantur neceſſarij. Vnde non habere duas tunicas, eſt non ferre ſuperflua veſtimenta.

[Quid vna tunica ſignificet.]

Sed quia pro religionis honeſtate, neceſſarium eſt exteriorem tunicam, in longitudine & latitudine, ab alia, vel alijs differre, neceſſarium veſtimentum beatus Franciſcus in duas diuiſit tunicas, in vna intelligens exteriorem amictum, vt fratres cappa tegantur, in alia, intelligitur omne corpori manifeſtè neceſſarium veſtimentum. Et cingulum, funem vtiq;, quia dicitur in Iſaia. Erit pro zona funiculus, & cingulum ſacci.

[Iſa.3.]

Hoc cingulum funiculus eſt, quia ſacci funibus cingi ſolent. Credo autem ſanctum Franciſcum iſtud cingulum elegiſſe, quia legitur in Matth. Vinctum duxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato.

[Matth. 27]

Vel certè ad literam vt cinguli vilitas concordet habitus vilitati, vt hoc cinctorio armati, veritatis lineas multis aſpera, ab Eccleſia videantur diſturbare ſymoniacos, & alios ſceleroſos. Facto.n. flagello de funiculis, dominus vendentes, & ementes de tẽpli ſui finibus noſcitur eieciſſe.

[Ioan. 2.]

Et bracas, quarum eſt neceſſitas manifeſta in caſib. innumeris, propter humanæ miſeriæ tegumentum. Iſtarum bracarum non tangitur qualitas, vt liceat fratribus, ſi nolunt tangere lini delicias bracis vti laneis, vel etiam cilicinis. Et caparonem vſque ad cingulum. vt more antiquorum religioſorum, diſtinguatur habitus nouitiorum, ab habitu profeſſorum. Ab iſta autem generali lege excipiens addit. Niſi eiſdem miniſtris ſecundum Deum aliquando aliud videatur. Ex hoc verbo ſancti Franciſci procedit, vt iſtud nouitiatus inſigne pauciſſimis concedatur, quia creſcẽte vanitate hominum, non eſt mirum ſi humilitas minuatur. Finito verò anno ꝓbationis. Hęc eſt tertia pars rubricæ, in qua agitur de profeſſione. Primò, quantum ad ſui obligationem votiuam. Secundo quantum ad propoſiti ſtabilem perſeuerantiam, ibi. Et nullo modo licebit, &c. Dicit ergo ſic. Finito vero anno probationis. Nec.n. ante annum completum (licet poſſent ſe Deo immobiliter aſtringere) licet eos ad profeſſionem admittere faciendam. In quo anno poſſunt experiri afflictiones frigoris & caloris. In cuius figura, ſterilis ficulnea anno vno dimittitur ne præſcindatur, vt fructus ab ea agricolatus adhibito fimo expectetur.

[Lucæ 13.]

Finito igitur anno probationis, recipiantur fratres ad obedientiam, promittentes vitam iſtam & regulam, ſemper obſeruare. In qua promiſſione ſic vouent totam regulam, vt ſupra tactum eſt, vt non omni eius parti ſe obligatoriè aſtringant. Vouent enim ſe totam regulam pro regula habituros, ſecundum mandantis intentionem, vt quædam ad obſeruandum omnimodè, quædam ad habendum pro ſalutaribus hortamentis. Ergo illa quæ ad obſeruantiam inuiolabiliter ſunt vouenda, iſta ad cautelam ex voto perenniter ſunt habenda.

[Fratres regulam vouent ſcđm intentionẽ ꝓcipiẽtis, quedã tanquã præcepta, & quedam tanquã conſilia.]

Et nullo modo. Hic tangit ſecundum, ſ. voti ſtabilem perſeuerantiam dicens. Et nullo modo licebit eis de iſta religione exire, ſupple poſt profeſſionem. Exitum

autem

autem de religione aliqua, dupliciter intelligere poſſumus. Vno modo vel retrocedendo, & hoc reuertendo ad ſæculum, ſeu ad religionem laxiorem, quorum vtrunque eſt apoſtatare, & retro aſpicere, Alio modo procedendo ad altiorem gradum fugere, ſ. melioris vitæ aſcendendo, ſicut faciunt qui à laxioribus ſtatib. ad religiones ſe transferunt arctiores. Primus modus exeundi, eſt in omni religione damnabilis. Secundus, laudabilis vbi poſſibilis. Sed profeſſio ad hanc religionem eſt impoſſibilis, quod niſi Papa ſupponeret, in regula præmittens, & nullo modo licebit, non ſubiungeret. Iuxta mandatum domini Papæ, Quia ſecundum ſanctum euangelium. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Si igitur non licet exire, quia non licet retro aſpicere, ergo omnis alia religio, huic eſt retro, & apoſtatæ ſunt omnes, ab hac religione poſt profeſſionem ad quamcunq; aliam tranſeuntes. Quod ſi aliquos exire, vel pro peccatis ſuis à religione eijci contingat, ſi totis virib. inſtantes fuerint pro religione hac recuperanda, nec gratiam inuenire valentes, ex tunc in aliqua alia religione rigida, ſe ſaluare poterunt, ſi tamen quantum in ſe eſt, maneant in deſiderio ad ſtatum ſuum priſtinum reuertendi. Quod ſi de licentia Apoſtolica ſe glorientur aliqui, aliter facientes, pro certiſſimo ſciant, contra hanc domini ſententiam, Papam nihil facere. Nemo mittens manum ad aratrum, &c. Quod ſi mendacijs interuenientibus, aliquid contingat per tales à ſede Apoſtolica impetrari, non eſt eis excuſatio, ſed accuſationis duplicatio, dum mendacio tantum patrem circumuenientes, ſuæ quærunt apoſtaſiæ pallium, qui in votis non diſpenſat, niſi vbi ſuggerit pietas, & rationalis æquitas recompenſat. Et quia obligati ad eundem ordinem voto, vel iuramento tenentur domino integrè ſoluere quod vouerunt. Qua ratione, non licet fratribus de hac religione exire, quia hoc eſt retro aſpicere. Non licet obligatis ad iſtam religionem, quamcunq; aliam intrare, profiteri vel ingredi ad manendum, immo peccant mortaliter tales in religionibus alijs remanentes, peccant etiã eos recipientes & conſentientes, ſicut apoſtaſiæ facinus promouentes. Sed quid dicendum eſt de illis, qui ad epiſcopale officium ex his fratribus aſſumuntur? Reſpondeo. Si coacti ab eccleſia, huiuſmodi ineuitabili neceſſitate ſuſcipiant regimen animarum non ſunt reputandi ab ordine egreſſi, ſi quantum in ipſis eſt, ſemper appetant in ſinu ordinis confoueri. Quod ſi non vocati ad epiſcopalem gradum, nec coacti, ad eundem aſpirãt, vt fugiant ærumnas pauperum, & ordinis rigorem, credo eos in illius partem ceſſuros, qui dixit, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis. Sed nunquid obligati ad hanc religionem, excuſabuntur ſi aſſumantur ad curam paſtoralem, vel aliam Eccleſiaſticam dignitatem, certum eſt quòd non, vt patet extra de voto, cap. per tuas. vbi Papa cuidam ad religionem obligato & ante impletionem voti ad regimen animarum aſſumpto, reſpõdit in hæc verba. Si tuam deſideras ſanare conſcientiam, regimen reſignes memoratæ Eccleſiæ, ac reddas domino votum quod vouiſti. Et illi qui iam &c. Hic tangitur quarta pars huius rubricæ. In qua agitur de victus, & veſtitus diſtrictione. Primò quantum ad veſtitum. Secundò quantum ad victum, ibi. Quos moneo. In prima parte tangit veſtitus qualitatem, & quantitatem. Secundò vilitatem, ibi, Et fratres. Et interponit pedum nuditatem, vt patet. Dicit ergo ſic: Et illi qui iam promiſerunt obedientiam, profeſſi ſcilicet habeant vnam tunicam cum capuccio. In qua habitus intelligitur. Et aliam ſine capuccio qui voluerint habere. In alia tunica ſine capuccio, intelligitur ſecundum ſtatuta ordinis, vnica, ſimplex vel repeciata, nec debent plures haberi inferius, à profeſſis præcipuè, niſi de ſuperiorum arbitrio, quib. regula committit talium ſolicitudinem, ſecundum loca, & tempora &c. Dicit autem dignanter, qui voluerint habere, quia varia ſunt corporum robora, & multum differentes diuerſarum intemperies regionum. Sed pro calceamentis addit. Et qui neceſſitate coguntur, poſſint portare calceamenta, vbi aduertendum, quòd cum regula ſolum pro neceſſitate cogente concedit calceamenta portare, vbi ergo non cogit neceſſitas ſicut in corpore robuſti, vbi autem neceſſitas non cogit, ſicut & in negocijs gerendis, quæ, & ſi per ſolos debiles expediri valent, poteſt tamen ſine periculo differri ipſarum expeditio non licet. Calceamentorum ergo deportationem ipſa regula directè interdicit. Et quia verbum illud ſumitur de euangelio, vbi dicitur in regula Apoſtolorum. Neque calceamenta, patet hic vſum ſandaliorum minimè prohiberi, quoniam ſicut dicitur Matth. Neque calceamenta, euangelico more hanc complens ſententiam, præcipit eis, ne quid tolerẽt, ſed calceatos ſandalijs, &cæt. Propter quod antiquæ ſculpturæ pariter & picturæ monſtrant, Apoſtolos calceatos ſandalijs inceſſiſſe. Vnde ſuper illud Actorum, Calcea te caligas tuas, dicit Beda. Pro calligis, & caligulis, vt quidam habent, græcus habet ſandalia. Hoc ſ. genus calceamenti, legitur in euangelio, Apoſtolis fuiſſe permiſſum. Hæc Beda. Quæ expoſitio extranea videretur, niſi diceret Papias, quòd caligæ ſunt ſandalia. Quæ autem ibidem dicuntur, ſ. in Act. gloſa interlinearis exponit dicens, quòd per hoc quòd angelo iubente Petro, & ipſo complente, datur exemplum non ambulandi ſine calceamentis, & non poteſt ad literam, ad aliud genus calceamentorum retorqueri, quam ad illud de quo loquitur textus, ipſe. ſ. ſandalia. Verbum etiã ipſius gloſſę nullius eſt auctoritatis, quo ad hoc quod dicit, angelo iubente, & ſi ad perſonam Petri litera referatur, tamen iuſſio pro alijs myſticè intelligitur referri, ſ. ad virtutes, pedes ſpirituales munientes, quæ in ſandalijs deſignantur. Sicut ad Epheſios dicitur. Calceati pedes in præparationem euangelij, ibi vide gloſſam. Quod autem Chriſtus alia calceamenta Apoſtolis inhibuerit, patet, quia ſuper illud Matth. Neque calceamenta, dicit Hieronymus. Et Plato duas corporis ſummitates dicit non eſſe velandas, nec aſſuetam fieri debere mollitiem capitis & pedum. Cum. n. hæc firmitatem habuerint, cætera robuſtiora ſunt. Item. Hieronymus ait. Diſcipuli & ſine calceamentorum honore, & vinculis pellium, ad prædicationem euangelij deſtinantur. Milites veſtimentis Chriſti forte diuiſis, caligas non habebãt quas tollerent. Nec poterat enim habere dominus, quod prohibuerat in ſeruis. Ecce quod Chriſtus docuit incedere ſine calceamentis, hoc ipſe etiam obſeruauit. Hic tamen Hieronymus aliter vtitur nomine caligatum, quã ſuprà habitum eſt ex Beda, & Papia. Item Euſebius ſexto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ dicit. Deſiderabam videre ſanctum illum, & pſallentem chorum, qui ad exemplum melioris vitæ cæteris omnibus viuunt legis Dei, atq; euangelij taciti prædicatores, in quibus ipſe habitus præfert virtutis inſignia, hirſutum caput, pedes nudi Apoſtolis ſimiles. Idem patet de Hieronymo, & ſui temporis monachis. Dicit. n. in vitis patrum capitulo de ſancto Ioanne, ita omnia illa exaſperante loco, vt non ſolum nudos pedes vt eramus nos, ſed & calceamentis munitos terebret & ſecet. Hæc Hieronymus. Item obſecro ſi Chriſtus nudis pedib. minimè inceſſiſſet, qualiter rationabiliter de Phariſæo conqueſtus fuiſſet dicens. Aquam pedibus meis non dediſti, &c. Sed quidam hic ſenſui ſuo innitentes, & ipſum Chriſti ſenſui præferentes, dicunt melius eſſe prò doctrina veritatis calceatum eſſe, quam diſcalceatũ, ne impediatur verbum Dei. Sed attendant illi, q nulla forma aptior eſt euangelij propagandi, quam illa, in qua

toti

Luc. 9.

Quid de religioſo promoto ad epiſcopatum, vel ad aliam dignitatẽ Eccleſiaſticã.

Iſa. 14.

Calceamẽta interdicit regula, non autem ſandalia.

Matth. 10. Mar. 6.

Act. 12.

Ephe. 6.

Matth. 10.

In epiſtola ad Euſto.

Chriſtus incedebat ſine calceamentis.

Lucæ. 7.

toti orbi fuit euangelium prædicatum. Hoc autem factum eſt nudis pedibus. Vnde Hieronymus. [In epiſtola ad aggerētiam.] Diſcipuli toto orbe peregrini, nõ æs in zona, non caligas habere in pedibus. Fateor pœnam eſſe aſperam pedum nuditatem. In hyeme quidem apparet, propter frigiditatem. In æſtate autem grauior eſt, propter duritiē maiorem, quia calor plus opprimit terræ glebas, quàm frigus, & Sole aſcendente cum gelu reſoluitur in hyeme exſiccatur amplius in æſtate. Calor etiam findit, & frangit grauiter pedes nudos. Et tamen ipſi fratres, cum Apoſtolo, in frigiditate & nuditate ibant gaudentes, nec algoribus hyemis, nec ardoribus æſtatis, hactenus dimiſerunt, quin nudis pedibus adierint remotiſſimas partes mundi. Amplius, poſito ꝙ Chriſtus, vel in pueritia, vel ante triceſimum tertium annum calceamenta habuerit, non tamen ea habuit, poſtquam eorum vſum diſcipulis inhibuit, qui cœpit facere & docere. Sed pro veſtimentorum qualitate ſubdit. Et fratres omnes veſtimentis vilibus induantur. Hoc quidem conuenit altiſſimæ paupertati, quæcunque enim ſunt, in vſu verorum pauperum, ſunt iuxta paupertatis regulam menſuranda. Hæc vtilitas in tribus aſcendenda eſt, ſ. in pretio, in colore, & ſuperadditis alterius panni aſſumentis. In pretio (inquam) quia paupertas vera nihil pretioſum habet. Calor etiam naturalis non artificialis, in veſte haberi debet. Aliter fruſtra monerentur fratres in ſequentibus, minimè iudicare vtentes veſtimentis coloratis, tertium additur, vt ſæculi ſtultitia fratrum habitu oſtendatur. Vnde ſubdit. Et poſſunt ea repetiare de ſaccis, &c. Saccus duplex eſt, ſcilicet lineus & laneus. Et ſecundum iſtud, ſaccus dicitur omnis veſtis vilis. Et eſt ſaccus cilicinus, quo vſi ſunt prophetæ.
Iſa.20. Vnde in Iſa. Solue ſaccum de lumbis tuis. Hieronymus in gloſſ. Mira obedientia ſolo cilicino induebantur, vt tradunt Hebræi, &c. Per alias ſpecies, aliorum pannorum diuerſitas intelligitur in ſubſtantia, & colore. Additur autem huic veſtimento benedictio Dei, quoniam qui ſeſtultum & deſpicabilem exhibet huic mundo, ipſi Deo efficitur pretioſus. Hæc eſt benedictio eius, qui apparuit in rubo. Ipſe enim Chriſtus vſus eſt
Deut. 32. viliſſimis veſtibus. Vnde Chryſoſtomus ſuper Ioannē homilia 32. Antequam appareret Ieſus, prædicabat eum Ioann. Ba. vt facile ſuſceptibile eſſet teſtimonium, ipſo apparente, in vili veſtimento innoteſcente. Itaque enim vili veſte annunciabatur forma communi omnibus Chriſtus, vt Samaritanæ mulieres, & meretrices, & publicani cum magno auſu auderent ei appropinquare & loqui. Hæc Chryſoſtomus. Et nota, quòd fratribus nulla pellicea veſtimenta conceduntur. Quos moneo, &c. Hic agitur de ſtrictione, quantum ad vitam. Excludit quidem principaliter iudicium temerarium, & aliorum contemptum, ac præſumptionem propriorum factorum. Secundò addit inſinuantem exhortationē de ciborū vtilitate, dicens. Quos moneo & exhortor ne deſpiciāt in affectu, neque iudicent contemnendo, vel vilipendendo in cogitatu. Homines quos viderint in veſ. & colo. indu. Hieronymus ad Ruſticū. Vilis tunica contemptum ſæculi probat. Ita dumtaxat, ne animus tumeat, ne habitus ſermoque diſſentiant, vnde licet faciliter vitari non poſſit iudicium ſuſpitionis, vel hæſitationis, cauendum eſt tamen penitus a iudicio diffinitionis, qua abſolute talibus vtentes contemnentur. Vti cibo & potu delicato. Non eſt ergo fratrum, vti cibis & potibus delicatis ſicut nec veſtib. vti coloratis. Hoc enim ad ius pertinet altiſſimæ paupertatis, quæ quantò eſt altior, tantò arctior debet
Ioan. 6. eſſe victus. Vnde in comitiua Chriſti, inuenti ſunt panes hordeacij, & hoc in deſerto. In ciuitate autem vſus eſt pane triticeo. In quo & inſtituit ſacramentum. Similiter & in deſerto, ieiunabat quadraginta dierum ſpatio. Inter homines aũt exiſtens, adeo ſe hominibus, & cibis, & potibus conformabat, vt orator & potator vini ab omnibus diceretur. Quid in hoc aliud tacitè prædicat, niſi damnationem hypocriſis coram hominibus, ſ. auſterè, & in abſcondito viuere delicatè? Vnde Matth. legitur, quòd Ieſu abeunte per ſata, diſcipuli cœperunt vellere ſpicas. Vbi gloſa dicit, quòd in hoc docuerunt auſter āvitā, & non accuratos, ſed ſimplices cibos quærere. Vnde certum eſt, ꝙ paupertatem, & pœnitentiam profitentibus, carnes in ſuis domibus ſunt vitandæ extra caſum neceſſitatis duplicis, ſcilicet vel infirmitatis, vel debilitatis manifeſtæ. Iuxta quod beatus Benedictus inhibet monachis carnes quadrupedum, præter illos, qui ſunt omnino debiles aut ægroti. Idcirco temporibus pœnitentiæ, Eccleſiæ à carnibus ſolet abſtinere. Qui ergo ſunt pœnitentiæ perpetuæ profeſſores, ab eis tritis, & integris, omni tempore debent abſtinere, quantum patitur fragilitas humana. Nec hoc ſufficit, niſi & à ſumptuoſis piſcibus, & maximè belluis, ſtudeant abſtinere. Vnde Grego. Qui à carnibus abſtinent, nequaquam ſumptuoſiora marinarum belluarum cõuiuia præparēt. Ridiculoſa igitur vř abſtinentia, maximè pauperibus, carnes non tangere, & piſces q̃rere chariores. Et Hieronymus ait. Sit tibi vilis & veſpertinus cibus, olera & legumina, interdum & piſciculos paucos pro ſummis delitijs ducas. Sequiť. Sed magis vnuſquiſq; indicet, & deſpiciat ſemetipſum. Hoc.n. veræ humilitatis conuenit profeſſoribus, ſeipſos deſpicere, & deſpicabiles reputare. Sequitur.

Matt. 12.

In epiſtola ad Paulinum.

*Capitulum 3.*

CLerici faciant diuinum officium, &c. Hæc tertia rubrica fratres inſtruit diſciplina. Et hæc pars habet tria, quia primò agit de diſciplina ordinante ad Deum laudandum, & honorandum. Secundo agit de diſciplina ieiunij, quæ ordinat hominem ad ſeipſum, ibi. Et ieiunent. Tertiò agit de ordinantibus ad ædificationem proximorum, & hoc quantum ad ambulantes, per mundum, ibi, Conſulo. In prima ergo parte, primò informat clericos, deinde informat laicos. Dicit ergo. Clerici faciant diuinum officium, ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Quod officium fuit in maiori parte à ſancto Gregor. & alijs ſanctis inſtitutū, excepto pſalterio, quia Eccleſia Romana vtitur alia tranſlatione pſalterio, quàm communiter habeatur, vel verius aliter emendato. Ex quo ſcilicet officio, habere poterunt breuiaria. Sed quare ſanctus Franciſcus, ex quo fratres ſuos volebat in prædicatione & ſtudio per conſequens exerceri, tam oneroſo, tam prolixo officio onerauit? Reſponſio. Sanctus Franciſcus optabat Romanæ Eccleſiæ veſtigijs, religionem ſuam idcirco pro viribus copulare, quia ſciens, eam immediatè ſubeſſe cœleſti curiæ, & ab ipſo fuiſſe domino inſtitutam, & a ſanctis patribus gubernatam qui habentes ſapientiam, & iudicia mittere toti mundo, ſecundum illud tamen officium prolixum laudauerunt altiſſimum, ſicut & laudat vſque hodie Romana Eccleſia, regimini nihilominus intenta, Eccleſiæ vniuerſalis, quibus etiam fuit maximè ſolicitudinis inter omnes neceſſitates, ſciebant tamen clariſſimum eſſe laudum meritum diuinarum, & per conſequens, breuitatem laudum, breuitatem arguere meritorum. Cum ergo nulli incumbit tanta ſolicitudo vacandi ſapientiæ, pro regimine, vel illuſtratione vniuerſalis Eccleſię ſicut Eccleſiæ Romanæ, nulli pro Eccleſiæ miniſterio, aut ſtudio, congruit illud officium abbreuiare. Suſpecta eſt ergo cuiuſlibet nutricis pietas, quæ affectum putat tranſcendere tātæ matris. Præterea multum ad illuminationem proficitur piarum mentium,

Curſanctus Frãciſcus ſuos obligat, ad officiū diuinum tam prolixum.

laudum

laudum frequentatio. Iuxta illud Pſalmiſtę. Sacrificium (Pſalm. 99.) laudis honorificabit me. Gregorius ſuper Ezechiele. Vox pſalmodiæ cum per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Deo ad cor iter paratur, vt deuotæ menti vel prophetiæ myſterium, aut compunctionis gratia infundatur. Pro informatione laicorum ſubdit. Laici verò dicant 24. pater noſter. Doceantur autem laici, quòd tria hæc vocabula, Pater noſter qui

Expoſitio orationis dominicę.

es in cęlis, pertinent ad animi præparationem, quia cum vult ſe nominari Deus patrem, dat fiduciam impetrandi, quia pater libenter filijs theſaurizat. Cum verò dicitur, noſter, docet dilatationem affectus, vt nullus orationem ſuam ad ſe ſolum contrahat. Cum dicitur, qui es in cęlis, excitat puritatem intentionis, vt orans ſola cœleſtia orando requirat. Cum autem ſubdit. Sanctificetur, oratio ſubiungitur, quæ in ſeptem petitionibus continetur, quarum primæ tres directè pertinent ad Dei honorem, quatuor ſequentes ad petentium vtilitatem. Cum enim dicitur Sanctificetur nomen tuum, petitur vt fidei veritas certiſſima, qua eſt Deus pater fideliũ, & fideles filij Dei appellantur, ab infidelib. cognoſcatur. Cum autem dicitur. Adueniat regnum tuum, petitur, vt eius legibus a credentibus obediatur. Fiat voluntas tua, petitur, vt eius bonitas diligatur, & propter ſe colatur ab infirmis ſicut a fortibus. In quatuor autem petitionibus ſequentib. primò petitur collatio omnis boni corpori, & animę neceſſarij, cum dicitur. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et petendo tantum, pro hodie, excludit proteruiam auaritiæ, incertitudinem vitæ inſinuando. Secundò ſubditur petitio amotionis omnis mali. Primò quantum ad præterita, cum dicit. Et dimitte nobis debita noſtra, vbi implicatur debitum innocentiæ, vt ſciat ſe ad malum ſuum petere, qui in corde ſuo retinet adhuc rancorem iræ. Secundò quantum ad futura, vt detur gratia omnia deuitandi pericula peccatorum, vel tentationum: cum dicit. Et ne nos inducas in tentationem, i. ne induci permittas. Tertiò quantum ad præſentis exilij vniuerſa mala præſentia, vt habentes vitam in patientia, mortem optemus vitam iſtam, cum domino placuerit, terminantem. Et hæc omnia confirmantur, cum dicit Amen. Vbi notandum, quòd hæc oratio inter omnes eſt præcipuè veneranda, cum ab ipſo domino, nullo medio fuerit inſtituta. Dicit autem beatus Franciſcus ſignanter 24. Pater noſter pro matutino, quia officium nocturnale excubias repræſentat ciuium ſupernorum, & illo tempore Deo eſt ſacrificium laudis, & angelis acceptiſſimum. Numerus autem 24. eſt numerus patrum vtriuſque teſtamenti. Duodecim enim fuerunt Patriarchæ, per quos multiplicatus eſt populus credentium carnaliter. Duodecim etiam Apoſtoli, per quos in nouo teſtamento multiplicatus eſt populus credẽtium ſpiritualiter. Petunt ergo fratres in myſterio huius numeri, optantes in vtriuſque teſtamenti patrum, meritis exaudiri, quos non eſt dubium, ad angelicum conſortium perueniſſe, vel quia 24. ſunt horę naturalis diei, oratio iſtius numeri petit remedium temporis vniuerſi. Item matutinæ laudes, quæ a clericis decantantur, nouenario pſalmorum, lectionum, ac cantuum diſtinguuntur, vt angelicos nouem ordines repræſentent. Numerus autem 24. generatur ex ductu ternarij, in octonarium. In ternario autem, numerus credendorum. In octonario iuſtitia intelligitur agendorum, cum ſecundum Auguſtinum eſt numerus iuſtitiæ, vnicuique ſua tribuentis. Laici ergo, qui ad laudes angelicas, vel intelligendo myſteria non aſſurgunt, ſimplicitatem ſuã in fide & iuſtitia, in hoc numero perficiũt, dũ octonarius ad iuſtitiam, ternarius ad fidem pertinet Trinitatis. Sequitur. Pro laudibus quinque ſicut matutinum officium laudes ſignat ciuium ſupernorum, ſic officium laudum ſignificat cultum Eccleſiæ a mane Eccleſiæ primitiuæ, vſque ad lucem claram, quam in fine ſeculi expectamus. Incipiunt enim a regno Chriſti decore induti in populo Iudæorum, per iubilum omnis terræ, tranſeuntes in populo gentium, lucem pacis datam fatentur Eccleſiæ, & duos primos pſalmos tertio copulando, duplicis populi concordiam repræſentant. Tranſeuntes autem per canticum puerorum in camino, laudes Eccleſiæ repræſentant ſub Antichriſto. Et cum in tribus pſalmis laudes iungunt vltimo, tempus poſt Antichriſtum ſignificant, quando Chriſtianis qui vſq; tunc fuerunt, Iudæi, & pagani in vna fide ſociati dominum collaudabunt, per has quinq; petitiones laudum canonicarum Eccleſiaſticarum: puto ſanctum Franciſcum hunc quinarium laicis aſſignaſſe, niſi in hoc forte numero differentia aſſignetur laudum cœleſtium, & terreſtrium. Iuxta hoc differunt Hierarchiæ, quia cœleſtis laudat Deum intellectualiter, ſubcœleſtis per ſenſibilia ſimbola, quæ omnia per quinque ſenſus cognoſcuntur, dum auditus laudat in canticis, viſus in ornamentis, tactus in obſequijs, guſtus in ſacrificio altaris, olfactus in fragrantia thuris & ſi qua ſimilia ad fragrandum adhibentur Sequitur pro prima, in qua dominus ad pontifices ductus eſt. Tertia, in qua accuſatus & iudicatus eſt, in qua etiam deſcendit Spirituſſanctus. Sexta, in qua crucifixus eſt. Et nona, in qua mortuus eſt, pro qualibet iſtarum horarum ſeptem, vt ſeptiformis gratia impetretur, vel ſecundum ſeptem dona Spirituſſancti, vel ſecundum ſeptem Eccleſie ſacramẽta, quibus Deus indidit ſuæ efficaciam paſſionis. Pro veſperis autem duodecim. Hoc ideo fortè, quia veſpere pro horis habent duodecim celebrari, vt pro omnium horarum diei præteritæ offenſis, oratione duodenaria Chriſti miſericordia imploretur. Vel quia laudibus veſpertinis repræſentatur mundi veſpera, in qua ipſe Deus incarnatus eſt, factus dies, & ſibi duodecim horas, in duode- (Io. 11.) cim Apoſtolis copulauit. Vnde legitur in Ioan. Nonne duodecim horæ ſunt diei? Sequitur, pro completorio, ſeptem, in quo omnium conſummatio infimātur, vt ſicut ſpiritus ſeptiformis incipit, & dirigit, ita per ipſum, etiam diei meritum conſummetur. Hæc autem in vniuerſo ſunt 76. pater noſter, quibus ſi oratio pro defunctis adijciatur numerus producitur 81. vt omnium peccatorum remiſſio impetretur. Et ieiunent. Hic agitur de ordinantibus hominem ad ſeipſum, ſcilicet, de ieiunio. Et loquitur de triplici quadrageſima duas præceptoriè imponens, tertiam ad deuotionis excitationem ſuadens. Tres ſiquidem leguntur quadraginta diebus continuè ieiunaſſe nempe Moſes, Elias, & ipſe Dominusmet. Duplex autem eſt ieiunium ſcilicet mæroris & gaudij. Ieiunium mœroris, eſt quo carni placentia cibaria, ſtudio pœnitentię carni abſcinduntur. Ieiunium verò gaudij eſt cum ipſum cor, tantis eſt inunctum ſpiritualibus delitijs, vt pœna ſit vacare menſis, & eſt per conſequens delectabile ieiunare, cum ieiunatur, non vt corpus affligatur, ſed ne deuotio interrumpatur, qua ſpiritus recreatur. Ieiunium Moyſi, ſignificat mœrorem pro deletione culpæ. Ieiunium Eliæ, ſignificat mœrorem pro amotione omnis miſeriæ. Primum, ſignat ieiunium quadrageſima hyemis. Secundum, ſignat quadrageſima veris. Vel melius, prima quadrageſima refertur ad peccata præterita expianda. Secunda, ad futura imminentia præcauenda. Ieiunium autem Chriſti, ſignificat ieiunium gaudij, quo non tantum a cibis carnalibus, ſed ab omni terrena delectatione delectabiliter abſtinetur. Idcirco Beatus Franciſcus duas quadrageſimas præcipiendo impoſuit. Tertiam verò cum benedictione Dei ſuaſit, ſciens eam deuotione ſola, & non aliqua coactione adimpleri debere. Di-

Moſes Elias & Chrs ieiunarũt continuis 40. diebus, vt patet in Exo. 34. 3. Reg. 19. & Matth. 4.

cit er-

cit ergo. Etieiunent à feſto omnium Sanctorum, vſque
ad Natiuitatem Dom. Sanctam vero quadrageſim. &c.
Sed aliam vſq; &c. Nota quòd hic ſecundo fit mentio
de benedictione, hic in victu, ſuperius, in veſtitu. Alijs
autem temporibus, non teneantur niſi ſexta feria ieiuna
re, quia illa die voluit dominus crucifigi, Tempore ve-
rò manifeſtę neceſſitatis, ſcilicet propter infirmitatem
grauem, vel propter virtutum in labore ineuitabili a-
deo deficientem, quando ſcilicet labor incumbens de
neceſſitate, aliter perfici non poteſt, non teneantur fra-
tres ieiunio corporali. Ad gaudij igitur ieiunium, volẽs
omni tempore frater ſuſpirare, iuxta euangelicam regu
lam minus de ieiuno mœroris imponens, ad gaudij ie-
iunia informat in ſequentibus vt patebit. Conſulo ve-
rò. Hic agitur de ordinantibus ad ædificationem proxi
morum, per mũdum, ſcilicet a foris tàm ambulando,
quam in alienis domibus quieſcendo. Circa primum,
primò informat itinerationem ad vitandum malum.
Secundò excludit ęquitationem, ibi, Et non debeant. In
prima parte informat itinerationem ad vitandum ma-
lum. Tertiò ad tenendum bonum, ibi. Sed ſint mites.
Pro primò dicit, Conſulo verò, ad inſtructionem ratio-
nalis, moneo ad allectionem concupiſcibilis, vnde ſa-
Prou. 12. piens. Qui ſuauis eſt, viuit in moderationibus, in ſuis
monitionibus relinquit contumeliam. Et exhortor ad
excitationem iraſcibilis, ita fecit Iudas Machabeus qui
2. Mach. 5 ſingulos armauit non clypei, aut haſtæ munitione, ſed
ſermonibus optimis & hortamentis, vt quando vadunt
per mundum, exemplo Chriſti, & diſcipulorum ſuorũ,
Non litigent, alicui inferendo contumeliam. Neque
contendant verbis pertinaciter affirmando ſententiam
ſuam, vel iudicialiter litigando. Nec alios iudicent, du-
bia ſcilicet in peiorem partem interpretando, vt ſic ſer-
uetur innocentia exterior & interior. Sed pro bono te-
nendo ſubdit. Sed ſint mites, in cedendo improbitati-
bus, pacifici, minoritatis ſuæ ordinem ſeruando. Et mo-
deſti, per diſciplinam ſenſuum, & verborum, & operũ,
manſueti, moribus non impetuoſi. Et humiles. Nullum
honorem appetendo, & omnem gloriam humanam fu-
Quid ſit giendo. Nec hoc ſufficit, niſi diffinitionem humilitatis
humilitas. in ſe ſtudeant adimplere, quæ talis eſt. Humilitas eſt vir
tus, qua homo vera cognitione ſui ſibi ipſi vileſcens, ap
petit tractari vt huiuſmodi, & non ſublimis gubernari.
Et pro ſpeciali diſciplina addit. Honeſtè omnibus lo-
quentes, ſicut decet. omnem ſcilicet hominem pro ſui
ſtatus gradu reuerendo. Hæc eſt informatio itineratio-
nis. Sed pro ſecluſione æquitationis, ſubdit. Et non de-
beant equitare. Et per conſequens, nec bigare, aut qua-
Cauſæ pro drigare, quæ maioris ſunt ſumptus, Niſi manifeſta ne-
pter quas ceſſitate prolixi vel impediti itineris, vel negotij vrgen
fratrib. mi tis, vel infirmitate cogantur. Dicit aũt non debeant pro
no. licet e- eo quòd eſt, debeant, non equitare. Et in quácunque do
quitare. mum intrauerint, ad procurandum animarum ſcilicet
Matth. 6. ſalutem, vt dicitur in Matth. Primum quærite regnum
Dei, &c. Primum dicant. Pax huic domui, ſecundum
Matt. 10. doctrinam Chriſti. Optando autem pacem optamus
omnem liberationem a malo, & promotionem in bo-
no. Et eſt pax tranquillitas cordis. Et ſecundum ſan
ctum euangelium de omnibus cibis, &c. dicit notanter
liceat, non neceſſitatem imponendo, ſed ſecundum in-
dulgentiam permittendo, vt ſciat ſe contra regulam ni-
hil facere, ſi quis voluerit ſublimius ambulare. Ad hoc
notandum dicit, liceat de oĩbus non ſimpliciter, ſecun-
dum ſanctum Euangelium. Iſtud autem non concedi-
tur, niſi in prædicationis euntibus miniſterio. Qui
ergo pro animarum ſalute, non circumeunt, in hac li-
centia ius non habent. Ipſe dicendo ſecundum ſan-
ctum Euangelium, licentiam temperat, vt ſcilicet ſe-
cundum regulam Euangelicæ honeſtatis fiat. Vnde
cum verbum prædictum trahatur de Lucæ Euange-
lio, vbi dicitur, Manducate quæ apponuntur vobis.
Notandum quòd ibi immediatè ſubiungitur, & curate Lucæ. 10.
infirmos, qui in illa ſunt, certum eſt illud intelligi ſpiri-
tualiter, ſecundum principalem intellectum vocabu-
li. Non eſt autem modus curandi animas, delicatiori-
bus vti cibarijs, quàm illi vtantur, in quorum men-
ſis fratres ipſi veſcuntur. Hoc enim eſt non curare in-
firmos, ſed a fortitudine ad infirmitatem vocare.
Quando ergo principales perſonæ, domus & familiæ,
abſtinent à carnibus, non licet ſecundum ſanctum E-
uangelium, fratres in eſu carnium laxius ambulare.
Item vbi eſt ferculorum ſuperfluitas, non eſt Euange-
licæ ſanctitatis. ſuperfluitatem vſu ſuo, vel abuſu ve-
rius approbare, ſed magis neceſſitate accepta, diſſimu-
lare prudenter, quòd nequit ſine ſcandalo reprehen-
di. Item ſi aliqui religioſi receptores fratrum contra
regulam ſuam carnes comederent, non eſt Euangeli-
cæ ſanctitatis participare cum præuaricatore in cri-
mine, vel carnalitati irregulariter ſuo conſortio con-
formari.

*Capitulum 4.*

PRæcipio firmiter. Deſcriptis tribus portis Domi-
nicæ ciuitatis, per quas illuceſcit claritas orienta-
lis, Sequitur ſecunda, in qua deſcribuntur tres por
tæ munitæ contra inſidias aquilonis. Quarum prima
excludit periculum Iudæ pro pecunia Dominum tra-
dentis. Secunda tollit periculum fictæ religionis in ocio
viuentis. Tertia, aufert periculum multitudinis cleri, in
fine pro appropriatis communibus contendentis. Pri-
mum aufert homini Deum. Secunda aufert homini ſe-
ipſum, quia ocioſus in nullo eſt ſibi fructuoſus. Tertia
aufert homini proximum. Prima pars habet duas. Quia
primò excludit pecuniæ omnimodam receptionem. Se-
cundò prouidens ſubditorum quieti, imponit prælatis
circa procurationem neceſſariorum ſolicitudinem, ibi ta
men pro neceſſitatibus infirmorum. Dicit ergo pro pri Pecunia
mo. Præcipio firmiter fratribus vniuerſis. Circa quod bi fariã ſu
ſciendum, quòd pecunia terrenum nomen eſt, redolens mitur.
magis auaritiam, quàm modum diuitiarum, vt dicit Au
guſtinus. Dicitur pecuniæ vocabulo largè, quicquid tẽ De ciuita.
poraliter poſſidetur. Vnde Augu. lib. de doctrin. Chri- Dei. c. 12.
ſtia. dicit. Totum quicquid homines in terra poſſident
omnia quorum domini ſunt, pecunia vocatur, ſiue ſit
ſeruus, ſiue ager. Alio modo dicitur, pecunia ſtrictè,
quod eſt menſura commutationis rerum, & ſic accipi-
tur in Apoſtolorum actis, vbi dicitur. Pecunia tua te- Act. 8.
cum ſit in perditionem, Volens igitur Dominus, per
ſeruum Franciſcum auaritiæ radicem penitus exclude-
re ab horto concluſo, & fonte ſignato, præcipit ne re-
cipiant fratres denarios, vel pecuniam, vel vllam poſſeſ-
ſionem terrenum, in pecoribus, ſiue generaliter in
omnibus, quæ paupertatem altiſſimam labefaciunt. Et
præcipuè loquitur de pecunia numerata. Hoc aũt trahi
tur ab Euangelio Matt. Nolite poſſidere aurũ, neq; ar- Matth. 10
gentum, neq; pecuniã, vbi dicit Gl. Duo ſunt genera ne
ceſſariorũ, vnũ quo neceſſaria, emuntur aliud ipſa neceſ
ſaria ꝑ pecuniam in zonis vnde illa emuntur, perperam
qđ emitur, &c. Huius aũt inhibitionis factæ Apoſto-
lis, ſeptem ſunt præcipuæ rationes. Prima eſt ſuſpitio- Septẽ cau-
nis excluſio, ad efficaciam prædicationis, Secunda eſt ſe ꝑꝑ quas
terrenæ ſolicitudinis perfecta extirpatio, ad commen- Apoſtolis
dationem cęleſtis prouidentiæ circa illos, qui diuinis ua fuit inter-
cant obſequijs. Et has duas rationes tangit Hiero- dictꝰ vſus
nym. in Glo. dicens. Si hæc haberent, non viderentur pecuniæ &
cauſa ſalutis hominum prædicare, ſed lucri, propterea đ inde Fra
vitæ neceſſaria amputat, vt Apoſtoli Doctores veræ re- tribus Mi
ligionis qui inſtruebant omnia diuina prouidentia noribus.
gubernari

gubernari, ſeipſos oſtenderent nihil cogitare de craſtino. Hæc Hieron. Tertia cauſa huius mandati, eſt declaratio virtutis ipſius Domini Saluatoris. Vnde pro iſtis tribus cauſis dicit Chryſoſt. ſuper Matth. Multa, hoc vnum commendauit. Primum quidem non ſuſpectos faciens Apoſtolos. Secundò eruens eos ab omni ſolicitudine, vt vacationem Dei verbo tribuant. Tertio docens eos ſuam virtutem. Hoc nempè poſtea dicit. Nunquid aliquid defuit vobis quando miſi vos nudos, & diſcalciatos? Quarta cauſa eſt perfecta omnis amoris mundani expectatio, quia maximè inter poſſeſſiones cupidas ſolent haberi pecuniæ. Dicit enim Salomon. Pecuniæ obediunt omnia, & Auarus non implebitur pecunia. Et Ambroſius de officijs. Dominus ad diſcipulos ait. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, quo velut falce in humano pectore ſuccidit pullulantem auaritiam. Chryſoſt. ſuper idem. Radicem malorum confeſtim euellens ait. Ne poſſideatis aurum, neq; argentum non dixit. Non accipite vobiſcum, ſed etiam ſi poſſibile ſit aliunde accipere, fugite periculoſam hanc ægritudinem. Quinta cauſa eſt vt ſtatum innocentiæ perditæ, vt erat poſſibile, renouaret. In qua ſi homo ſtetiſſet, omnia fuiſſent communia, & nulla proprietas contracta fuiſſet ad multitudinem aliquam vel perſonam. Vnde Chryſoſt. dicit, quod hoc dixit, vt doceret eos, ad ſtatum in quo homo erat ante peccatum recurrere. Sexta ratio eſt ad doctrinam perfectiſſimæ libertatis, quia vt dicit Hieron. in Epiſtola. Nemo perfectius erogat, quam qui nihil ſibi reſeruat. Et ſi beatius eſt dare, quam accipere, vt dicitur in Actis. Beatiſſimus eſt, qui omnia ſua dedit, & vt eſt poſſibile pauciſſima econtra recipit. Septima cauſa eſt indiuiſa cordis intentio circa prædicationem verbi Dei. Vnde Chryſoſt. ſuper idem. Orbi terrarum Deus Doctores miſſurus erat, propter hoc Angelos eos ex hominibus conſtituit, ab omni abſoluens huius vitæ ſolicitudine, vt vna ſola retineantur, cura quæ eſt cura doctrinæ. Hanc igitur vitam Apoſtoli tenuerunt, & antè paſſionem Domini, & poſt. Vnde pauperi eleemoſynam petenti, reſpondit Petrus, Argentum & aurum non eſt mihi. Glo. memor præcepti Domini dicentis. Nolite poſſidere aurum &c. Ambroſ. ſuper Lucam ait. Apoſtolus Petrus, primus executor dominicæ ſententiæ, oſtendit, non in vacuum effuſum Domini mandatum. Cum enim à paupere poſceretur, vt ei aliquid pecuniæ largiretur, ait, argentum & aurum &c. Non tam in hoc gloriatur Petrus, quod Aurum & argentum non habebat, quam quod ſeruet Domini mandatum dicentis. Nolite poſſidere &c. hoc eſt, vides me diſcipulum Chriſti, & aurum à me requiris? Hæc Ambroſius. Augu. dicit idem. Hoc idem etiam ſeruauit Paulus. Vnde Chryſo. de laudib. Pauli. Paulus pecuniam non poſſederat, nam & ipſe dixit. Vſque in hanc horam & eſurimus & ſitimus. Idem patet de Sancto Ioanne Euangeliſta in legenda ſua. Dixerunt enim. Nulla ratione poſſumus accipere aurum aut veſtes, aut domos, aut prædia, aut ſeruos, &c. Hic tamen aduertendum, quod præceptum erat Apoſtolis nihil habere, vt ſupra viſum eſt. Et hoc ſeruauit Petrus cum alijs. Permiſſum eſt autem viuere de cibis & prædijs alienis, & non præceptum. Vnde Chryſoſt. vbi ſupra. Oibus eos denudans, omnia eis dedit, permittens eos manere in domib. illorum quos docent, & nihil habentes introire. Hoc idcirco dixerim, quia Paulus præcepta de non poſſidendo, nec ferendo pecuniam ſeruauit, ſicut Chryſo. expreſsè in libro dicit de laudib. Pauli. permiſſionem autem de accipiendis corpori neceſſarijs ab auditoribus aliquando tenuit, vtens iure ſuo. Vnde dicit. Alias Eccleſias expoliaui, accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum. Aliquando non tenuit ſublimius ambulando. Vnde ait. Nocte & die laborantes, ne quem veſtrum grauaremus, prędicauimus Euangelium Dei in vobis. Præceptum ergo fuit nihil habere. Permiſſum verò non præceptum in menſis, & de menſis viuere alienis. Sed prædictæ ſententiæ, de Apoſtolica paupertate, videtur eſſe contrarium, quòd Dominus ipſe legitur loculos habuiſſe. Sufficit ergo diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius, vt dicitur in Matth. Itē. Si hoc verum eſſet, tunc Epiſcopi, & clerici alij a tempore Silueſtri, eſſent in ſtatu damnationis, vt dicunt Manichæi, habent enim aurum & argentum. Item ex eadem ratione videtur, quod iſta vita apoſtolica, non ſit alijs, quàm prælatis Eccleſiæ Apoſtolis ſuccedentibus imitanda, & ſi non illis, nec alijs. Item ſi aliquibus, imitanda ſufficiēs videretur eam imitari eis in itinere conſtitutis, & non in domo manentibus, vbi oportet per depoſita futuris periculis obuiare. Vnde Augu. de ſermone Domini in monte, exponens illud. Nolite eſſe ſoliciti, &c. dicit: Satis apparet Dominum noſtrum non hoc improbare, ſi quis humano modo illa procuret, ſed ſi quis propter iſta Deo militet. Ad primum reſpondet Chryſoſt. ſuper Ioann. homil. 71. vbi agitur de loculis Domini, dicens, qualiter non virgam, neque peram, non æs iubens deferre, marſupium ferebat ad in opum miniſterium, vt diſcas, quoniam valde pauperem & crucifixum huiuſmodi oportet facere multam procurationem. Multa enim ad noſtram diſpenſans doctrinam agebat. Hæc Chryſoſt. Habuit ergo loculos pro alijs, & hoc dupliciter, pro alijs, perfectis Eccleſiæ ſcilicet prælatis, vt doceat eos pro neceſſitatibus pauperum releuandis habere loculos. Vnde Augu. Habebat Dominus loculos a fidelibus oblata ſeruantes, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigentibus tribuebat, tunc primum Eccleſiaſticæ pecunię forma eſt inſtituta. Hæc Auguſt. In ſuos autem vſus nunquam expreſſe legitur Dominum loculorum pecunias conuertiſſe, immo magis prætenditur contrarium ſuper illud Matth. Solue didragma, vbi legitur Dominum ſoluiſſe didragma miraculosè, de pecunia miraculosè in ore piſcis reperta. Ibi enim dicit Hierony. in Gloſſ. Dominus tantæ fuit paupertatis, vt vnde daret tributa non haberet. Iudas quidem loculos in communi habebat, ſed res pauperum in vſus ſuos conuertere nefas duxit, idipſum dans exemplum nobis. Hæc Hieronymus. Item habuit loculos pro alijs infirmis & imperfectis, qui habent loculos pro ſeipſis, qui & ſi ſint perfecti reſpectu habentium propria, vel multa, & magna cum ipſi habeant pauca, ſunt tamen imperfecti in hoc, reſpectu illorum qui nihil habent penitus in hoc mundo. Quia nihil habentes penitus, ſunt in ſummo gradu in hac parte, vt eſt poſſibile ſtatui humano a mundi periculis, & illecebris abſoluti. Vnde Hugo dicit. Habebat Ieſus loculos, conformans ſe imperfectis. Chriſtus in numero imperfectorum inueniri voluit, ne præſumerent non accipientes, & confunderentur accipientes. Et ſuper illud Pſalmiſtæ, producens fœnum iumentis. Dicit Auguſt. Habuit Dominus loculos, vt dictum eſt de quibuſdam fœminis religioſis, quæ miniſtrabant eidem, de ſubſtantia ſua. Futurus erat Paulus nihil tale aliquādo requirens. Sed quia multi infirmi iſta quæſituri erant magis infirmorum perſonam ſuſcepit Dominus, ergo ſublimius Paulus? nequaquam immo ſublimius Chriſtus, quia miſericordius. Cum enim videret Paulum, iſta non quæſiturum, præuidit ne damnaret, quæſiturum & pbuit exemplum infirmo. Hæc Auguſtinus. Quod autem dicit, quòd preuidit Paulum non iſta, quęſiturum, intelligendum eſt aliquādo, & non ſemper, aliquando enim accipit, & aliquando non, vt ſupra patet. Qui igitur tantum pro alijs habent loculos, ad hoc auctoritate Eccleſiæ compulſi, & ſi quantum in ſe eſt, optent pro ſe carere loculis, ad ſe autem ſeruantes

Eccleſ. 10. & 5.

Act. 20.

Act. 3.

Li. 3. de mirabilibus ſcripturæ. cap. pen.

1. Cor. 4.

2. Cor. 11.

1. Theſ. 2.

Ioan. 12. & 13.

Matth. 10.

Cauſæ pp quas Dñs, habet loculos.

Super Io. homil. 60.

Matth. 17

Super Pſa. 10.

Pſal. 103.

tes

tes diſtrictionem paupertatis , vt patitur infirmitas ,
dum ſint in alios affluentes: ſic non habentur loculi in
doctrinæ præiudicium, vel impedimentum, ſed eos ha-
bent ſine omni imperfectione, quia conueniunt cum
Chriſto in habendo, & in habendi ratione. Qui autem
habent loculos pro ſeipſis, habent eos, vt infirmi conue
nientes cum Chriſto in habendo , ſed non in habendi
modo , quia ipſe non habuit loculos pro ſeipſo , vt vi-
ſum eſt, ſed cum hac infirmitate tanto ad perfectionem
appropinquāt, quantò paucioribus ſunt contenti . Ec-
ce quòd Chriſtus legem datam Apoſtolis de loculis
non habendis ipſe compleuit circumeundo per caſtra ,
in quibus non habuit vbi caput ſanctiſſimum reclina-
ret . Et licet quodammodo infirmum videatur , ſecun-
dum genus ſuum reſpectu perfectionis Pauli neceſſaria
recipere illo modo , quo Deus recipit à mulieribus ſe-
cum itinerantibus, & comedendo in menſis alienis, eſt
tamen longè ſublimius , ſic de menſis alienis viuere ,
quòd nihil ex eis poſſeſſoriè habeatur , quàm depoſitū
recipere, & pecuniam cum refertis promptuarijs poſſi-
dere . Propter quod Dominus, ſingularis perfectionis
modum illum in exemplum , commendans Apoſtolis
habere loculos interdixit , ipſe modum ipſum maiori
parte (vt oſtenſum eſt) cuſtodiuit . Vnde nunquam in
textu Euangelico mentio fit de loculis, niſi ſexta die an
tè articulum paſſionis, vbi de Iuda dicitur, ꝙ fur erat ,
Ioā. 12. & 13. & loculos habens . Quod quidam putabant quòd lo-
culos habebat Iudas , dixiſſet ei Ieſus . Eme quæ nō-
bis neceſſaria ſunt . Circa illud etiam tempus , immò
ipſa veſpera qua voluit comprǽhendi , diſpenſauit cum
Apoſtolis , vt poſſent habere loculos ſinguli duran-
Luc. 22. te rabie perſecutionis mortuo Saluatore . Vnde ait Sal-
uator . Quando miſi vos ſine ſacculo , &c. Nunquid
aliquid defuit vobis , &c. Sed nunc qui habet ſaculum,
&c. ibi Gloſſa Bedæ dicit . Non eadem viuendi regu-
la perſecutionis , qua pacis tempore , diſcipulos infor-
mat . Miſſis enim diſcipulis ad prædicandum , præce-
pit eis, ne quid tollerent in via, ordinans, vt qui Euange
lium prædicat, de Euangelio viuat. Inſtante autem mor
tis articulo, & tota illa gente, paſtorem ſimul & gregem
perſequente congruam temporum regulam decreuit
permittens, vt tollant victui neceſſaria. donec ſopita per
ſecutorum inſania, tempus Euangelizandi redeat . Hæc
Apoſtoli tēpe perſecutionis loculos habuerunt. gloſſa . Igitur Apoſtoli miſſi ad prædicandum loculis
caruerunt . Tempore verò perſecutionis , & paſſionis
diſpenſatiuè loculos pro ſeipſis habuerūt . Tertio bona
multitudinis ad tempus diſpenſauerunt, & illam diſpen
ſationem tanquam impeditiuam verbi Dei dimitten-
tes , ad primariam reuerſi nuditatem loculis caruerunt
vt ſupra viſum eſt. Præterea licet Domino volenti por-
tati fuerint loculi à Iuda ꝓditore, non tamen videtur in
Ioan. 14. eis, aliquid iuris poſſeſſarij vendicaſſe . Vnde ipſe Do-
minus dicit in Ioann. Venit princeps mundi huius , &
cætera . Gloſſa . Noluit Dominus habere quod perde-
ret , venit pauper ne haberet diabolus quod auferret .
Reſpōdeo ergo breuiter ad obiectum de loculis, quod
Chriſtus aliquando habuit loculos pro alijs vt ad hoc
informaret Eccleſiæ prælatos . Item habuit loculos
pro infirmis conſolandis , qui habent loculos pro ſeip-
ſis . Sic in eorum ſolatium fugit , cum quæreretur la-
pidandus , ne deſperent ſi aliquando fugiant perſequen
tes . Sic in exemplum fortium ſe ſponte obtulit in paſ-
ſione, & pro ipſis in paupertate informandis, caruit lo-
culis , quaſi nec ſemper habitos tenebat poſſeſſoriè re-
conditos, vt habent pro ſeipſis , & non gratia diſpenſa-
tionis loculos , ſciant ſe in hac parte perfectionis api-
cem non tenere . Et cum dicitur , ſufficit diſcipulo, re-
ſpondendum eſt , quòd magiſter vnus diuerſos docet
diſcipulos, ſingulis in ſuis gradibus condeſcendens, ſi-
cut Apoſtolus inter perfectos loquebatur ſapientiam ,
lac dans paruulis ad eſcam . Non debet diſcipulo ſuf-
ficere lactis capaci in lacte ſemper ſiſtere, etiam ſi lac bi
bat magiſter ei condeſcendens, ſed magis ad hoc tende-
re, vt ſolidi cibi ſit capax. Ita in propoſito, non debet di-
ſcipulo ſufficere, vt ſit ſicut magiſter eius in infirmis cō
deſcendens, niſi vt eſt poſſibile gradatim in artis apices
ſe extendat . Vnde illud verbum ſufficit diſcipulo pro
ſolatio tribulationis, dictū eſt ſpecialiter, vt ſcilicet exē-
plo magiſtri, in tribulationum ſufficientia viriliter per-
ſeueret. Ad ſecundum dicendum, quòd illa Manicheo-
rum calumnia proceſſit ex inſipientia manifeſta . Præ-
dicta enim paupertatis diſtrictio nō fuit impoſita Apo
ſtolis, vt Prælatis, cum nondum illo tempore prælati eſ-
ſent, nec etiam ſacerdotes , ſed tantum autentici Prædi-
catores miſſi toti mundo in ſanctitatis exemplum , vt
ſuperius eſt oſtenſum . Vnde illa paupertatis diſtrictio
nullos ligat alios niſi illos, qui ad hoc ſponte ſe obligāt
propter Chriſtum. Non ſolū ergo poſt Silueſtri tēpo-
ra, imò ſtatim in Eccleſiæ principio, ipſi diſcipuli Chri-
ſti inſtituerunt Prælatos in ſuarum curarum cuſtodiis
reſidentes , quibus nunquam fuit interdictum habere
bona Eccleſiæ ſibi neceſſaria , in ſe & ſuis ſubditis pau-
peribus eroganda . Succedunt ergo Epiſcopi Apoſto-
lis, in culmine auctoritatis Eccleſiæ , in obligatione &
debito virtutis & ſanctitatis, ſed nō in forma illius diſtri
ctæ diſciplinæ, & paupertatis debito ſupradicto. Hoc re
peries notum in Decretis. Et Bernard. ſecundo de con-
ſideratione . Nec eſt locus ocio, vbi ſedula viget ſolici- 12. q. 1. vi-
tudo omnium Eccleſiarum. Nam quid tibi dimiſit ſan- dentes.
ctus Petrus? Quod habeo inquit, tibi do. quid eſt illud?
vnum ſcio neque aurum, neque argentum, cum ipſe di-
cebat, argentum, & aurum, &c. Eſto vt alia quacunque
ratione hoc tibi vendices , ſed non Apoſtolico iure, nec
tibi dare quod non habuit potuit. Hæc Bernar. Ad ter
tium dicendum , quòd Prælati ad illam vitam non te-
nentur, quia indifferēter omnibus proponitur eam vo-
lentibus imitari . Vnde Hieronym. Vis perfecta eſſe & In epiſtola
in primo ſtare faſtigio dignitatis , fac quod fecerunt ad Helbi-
Apoſtoli . Vnde omnia quæ habes &cæt. Ad quartum diadem.
dicendum, quòd iſta Apoſtolica perfectio non eſt ſolū
in itinere, ſed domi etiam obſeruanda, vt nullum depo-
ſitum pecuniæ habeatur ab his qui perfectionis regulā
imitatur . Vnde Chryſoſt. ſuper Matth. homil. 33. in fi-
ne expoſitionis literalis, de non poſſidendo, aut portan-
do aurum, vel argentū, dicit ſic . Si in aliena patria exi-
ſtentes ad ignotos abeuntes nihil amplius oportet pete-
re quotidiano cibo, multo magis domi manentes. Item
ſuper illud . Nunc qui habet ſacculum, dicit Gloſſ. In Lucæ. 22.
hoc nobis datur exemplum, vt nonnunquam cauſa in-
ſtante , quædam de noſtri propoſiti rigore ſine culpa
poſſimus intermittere . Verbi gratia. Si per inhoſpita-
les regiones iter agimus, plura viatici cauſa licet portari
quam domi habeamus. Et expreſsè in Euangelio aper-
tè prohibet Apoſtolis poſſidere pecuniam & portare ,
vt patet ex Hieronymo ſuper Matth. ibidem. Et Raba
no. Hæc fuit paupertas Apoſtolica ante paſſionem , &
poſt ad tempus, tamen medio tempore paululum diſpē
ſatione Domini interrupta, Nec tamen omnes vt dictū
eſt, ad hoc tenentur. Et illud verbū Auguſtini loquētis
de communi ſtatu , omnium præcedentibus non repu-
gnat . Sed iſtum regulæ articulum fratres præuaricari
videntur, dum recipiunt alij pauperes ſibi pecunias ero
gatas . Si enim ille facit cuius auctoritate fit, ipſorum
autem auctoritate pro libitu eorum ſuis familiaribus ,
pecuniæ pluries commendatur, aliquoties extra domi-
ni poteſtatem, ergo ipſi pecuniam recipiunt vt videtur .
Ad hoc patet reſponſio , quoniam dare & recipere op-
ponūtur relatiuè. Igitur de neceſſitate ſicut dare ſe ha-
bet ad

bet ad dominij, tranſlationem, & priuationem dantis, ita ſe habet recipere ad dñij acquiſitionem. Sicut ergo nullus dat aliquid, niſi incendat ſe priuari dominio eius quod dat, & ipſum transferre in aliũ, ſic nec recipit propriè aliquid, ſecundum quod receptio opponitur donationi, niſi quod intendit ſibi rei dominium acquirere. Verſus. Nõ tibi dat quiſquam, niſi quo vult expropriari. Nec tu quid recipis, niſi velis ei dominari. Namq; recepta data ſibi ſunt aduerſa relata. Dans ſua priuatur, recipit qui poſt dominatur. Argumentum autem factum ex falſa ſuppoſitione procedit, quia non fratrum ſed mittentium auctoritate pecunia cuſtoditur. Vnde dominium apud mittẽtes ſemper ibi remanet, donec ſit pro fratrum neceſſitatib. commutata, quod probatur, Quia dicit lex ff. de acquirend. rer. dominio. Idem in bonis noſtris habere intelligimur, quoties poſſidentes ereptionem, aut amittentes ad recuperandum eam, actionem habemus. Cum ergo ille qui miſit pecuniam, ſi viuit poſſit eam repetere ſicut ſuam, nunquam à dominio ſuo receſſit, nec in ius tranſijt alienũ. Fortè dices, quòd mittens pecuniam intendat ſe priuari illius, dominio. Fateor quod verum eſt, ſed modo licito, & fratribus honeſto. Cum enim intendat fratres habere apud Deum interceſſores, non intendit eos ob vſum pecuniæ ſuæ conſtituere præuaricatores. Manet ergo ſemper pecunia in bonis eius, donec ſit pro fratrum neceſſitatibus commutata. Amplius ponamus, quòd intendat ſe priuari dominio pecuniæ, ſtatim vt eſt alienis fratribus famulari commendata dico, quòd adhuc a fratribus non recipitur cum non intendant quòd aliqua pro eis recipiatur pecunia ſicut ſua, nec omnino conſentiant, quòd eis poſſeſſio acquiratur, ſine conſenſu autem non acquiritur poſſeſſio. Vnde dicit lex. ff. de acq. rerum proprietate, ꝙ in amittenda poſſeſſione, affectio, ei qui poſſidet eſt intuenda. Itaque ſi in fundo ſit, & tamen nolueris eum poſſidere, protinus amittens poſſeſſionem, nec etiam ſine voluntate donatoris transfertur dominium, vt patet ff. de acquiren. rerum propriet. & dominio. Vnde cum dator pecuniꝫ intendat eam dare, tamen vt poſſit in fratrum vſum conuerti, nunquam vult in eos dominium transferri, ſed tantum pro ipſorum neceſſitatibus commutari. Ponamus ꝙ pecunia tradatur per manus diuerſas vſque ad centeſimam perſonam datori penitus ignotam. Dico ꝙ adhuc manet in bonis ſuis. eo enim modo quo tenuit eam auctoritate ſua primus, tenet ſecundus, tertius, & milleſimus, quia dicit lex. ff. de acquir. rerum dominio, ꝙ traditio nihil amplius transferre debet, vel poteſt ad eum qui accipit, quam apud eum qui tradidit, vnde ſemper poteſt repetere huiuſmodi, ſicut ſuam, qui ipſam pro fratrum neceſsitatibus cõmendat, poteſt enim mutare voluntatem ſuam, & pro tanto repetere, aliter in vltimis voluntatibus defunctorum, quia voluntas eorum eſt immobilis. Et ideo ſi contingat executores repetere pecuniam malitioſè, pro fratrum neceſſitatibus commendatam, non eſt reſtituenda, cum ſint contrarij ipſius teſtatoris vltimæ voluntati. Quod ſi ipſi malitioſè pecuniam detineant, contra formam teſtamenti, nec eam velint commendare alicui fidei pro fratrum neceſſitatibus diſpenſandam, poſſent fratres ordinarijs denunciare iniuriam defuncti, & ſuam, ſine perfectionis aliquo detrimento, nec tamen iudicialiter repetere ſicut ſuam, quamuis ſit eis debita quæcunque portio teſtamenti. Quod ſi quæras, cuius ſit pecunia legata? dico quòd manet in bonis defuncti erogandis, non hæredibus reſeruandis. Vnde ſi fratres eam omnino reſpuant, debet alijs pauperibus erogari. Fratres igitur nullo modo, nec in peccoribus, nec in quibuſcunque alijs, recipiant pecuniã, nec mutuo, nec dono, nec legato, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam, quia nec dominium, nec poſſeſſionem ſibi intendunt acquirere commune, vel propriũ vllo modo. Nomen. n. pecuniꝫ poſſeſſionem ſonat, propter quod ẽt Ioui nomẽ pecuniꝫ impoſitum eſt, cuius ſecundum fabulas, omnia ſunt, vt docet Augu. vnde cum ſint diuitiæ cꝫleſtes, & terrenæ pecuniæ nomen tantum modo terram ſonat ſicut docet Augu. ibidem. Et ꝙ nomine pecuniꝫ viliſſimè & contumelioſiſſimè Deus nuncupatur cum tamen idem diues dicatur. Recipere igitur pecuniam, eſt recipere poſſeſſionem. Hæc eſt igitur ſumma prædictorum. ſ. ꝙ fratres non recipiũt per ſe, vel per interpoſitam perſonam pecuniã. Patet tam à parte pecuniam mittentiũ, vel dominorum, quã a parte ipſam recipientium vel nunciorum, quam ẽt a parte fratrũ ipſorum. Quoniam mittentes non intendunt fratres facere præuaricatores, quos volũt habere pro ſe interceſſores. Receptores etiam pecuniæ cuſtodiant eam, non auctoritate fratrum, ſed mittentium, licet cuſtodiant eam ad voluntatem eorum. Fratres etiam non intendunt in pecunia ſic miſſa, vel cuſtodita, ius poſſeſſionis, vel dominij ſibi aliqualiter vendicare. Sed pro ſecunda parte huius rubricæ ſubdit. Tamen pro neceſſitatib. infirmorũ. ne maneãt deſolati, & alijs fratribus induendis, in quib. aliæ neceſſitates maiores intelligunt. Miniſtri, quorum eſt miniſtrare & non miniſtrari exemplo Chriſti. Et cuſtodes, quorum eſt curã gerere infirmorum. Nam Samaritanus, cuſtos interpretatur, qui curam habuit, &c. Nomina autem Cuſtodum, & Miniſtrorum, & ſi diuerſis approprientur, tamen circa eaſdem perſonas dicunt modum officij in hoc ordine Prælatorum. Miniſterium dicit humilitatem, cuſtodia autem vigilãtiam inſinuat paſtoralem ne propter humilitatem ſic dimittatur auctoritas, & euigilantiam ne periclitetur ordinis diſciplina. Vnde Iſa. Super cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus, propter quod ipſe generalis Miniſter, cuſtos inferius in regula appellatur. Hic autem nomine cuſtodum, etiam guardiani intelliguntur, qui habent immediatè cuſtodire, & intendere paſtorali curæ. Iſtis ergo cura & ſolicitudo tantum imponitur, & hoc ꝓpter duo, ſ. vt nullus ſine ipſis ſit ſolicitus. Et quia diſpẽſatio eſt neceſſaria, ſecundum varios ſtatus, de qua addit, ſecũdum loca, tempora, & frigidas regiones. Iuxta has igitur neceſſitates, neceſſe eſt diſpenſatiuè temperare rigorem, & temperamentum à ſolis Miniſtris, & Cuſtodibus, in quib. guardiani intelligũtur debere, fieri hic docetur. Eo ſemper ſaluo ſicut dictum eſt, denarios, vel pecuniam, &c. Hoc idcirco replicat, ne propter illius neceſſitatis periculum ſuſtineant labefieri ordinis puritatem ſciens per talium receptionem ſub falſo prætextu neceſſitatis, plures in clero, & clauſtro, & Deo, & hominibus viluiſſe, eo ꝙ radix iniquitatis Antiochus interpretatur ſilentium paupertatis, templum Dei legitur in Machabæorum hiſtoria prophanaſſe, & contenebreſcente ſtudio ſapientiæ quaſi ſole, luna ſcientiæ & ſtudij in ſanguinem eſt commutata. Hæc eſt radix ſapientiæ Beato Frãciſco diuinitus inſpirata, ne vepribus & ſpinis penè in vniuerſa terra exiſtentibus terror ſpinarum, ac veprium veniat in horto ſuo, quia de ſpinis, vuæ minimè colliguntur.

Pecunia ſp manet dantis, donec ſit conſumpta.

L. 7. de ci. ui. Dei c. 11. & 12.

Fratres minores non recipiunt pecuniã ꝑ interpoſitam perſonam.

Matt.

Iſa. 21.

*Capitulum.* 5.

FRatres quibus dedit dominus gratiam laborandi. Poſt excluſum periculum Iudæ, hic excludit periculum Religionis, ne ſponſa Chriſti panem comedat ocioſa. Primò informat laborabiles ad laborem. Secundò ſubdit laborandi triplicem rationem, ibi, ita quòd excluſo ocio. Pro primo dicit. Fratres illi quibus dominus, non dicit oẽs, ſed illi quibus dedit do-

minus

minus gratiã laborandi. In hac gratia intelligo vires cor poris & habitum artis acquiſitum, ac habilitatem etiã artem acquirendi laborent fideliter reſpectu ſui & proximi, & deuotè reſpectu Dei, vt. ſ. labor ipſe in gloriam Dei dirigatur. De cuiuſmodi autem laboris genere loquatur, patet ex rationibus laboris quę ſunt tres, ſ. excluſio ocioſitatis, inflammatio deuotionis, adeptio etiã ſuſtentationis neceſſariæ corporalis. Voluit ergo Sanctus Franciſcus ſummè fratrib. imponi exercitium, quod perfectiſſimè excludit otium, quod ſummè nutrit deuotionis affectum, quod laudabiliori modo corpori neceſſaria ſubminiſtrat. labor autem corporalis, & ſi excludat otium à corpore, tamen pro tanto ad modicũ vtilis eſt, quia à corde ſordes, & otium non excludit, ſicut patet in Mechanicis, qui inter labores corporales ſolent turpiſſimos ſermones eructare. Studium verò ſapientiæ ip

Proue. 33. ſum cor occupat. Vnde in Proue. dicitur. Prębe mihi fili

Sap. 8. mi cor tuũ. Et ſapientiæ. Labores huius magnas habent virtutes. Ideo dicit ita, ꝙ excluſo otio animæ inimico.

Eccl. 33. In Eccl. dicitur. Multa mala docuit ocioſitas. Hiero. ad Euſtochium. Teneas firmiſſimè, ꝙ omnis concupiſcentiæ, & immunditiæ, & peccati mater eſt ocioſitas. Item labor ipſe ſapientiæ excitat ſummè deuotionis affectũ.

Sap. 8. Vnde Sap. Immortalitatis mater eſt in cogitatione ſapientia, & amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honeſtas ſine defectione. Ideo addit, ſanctæ orationis, & deuotionis ſpiritum non extinguant. Modus autem laudabiliſſimus corpori neceſſaria acquirendi, eſt & in prædicationibus, & doctrinæ laboribus exerceri. Labor. n. Mechanicus condignè circa pretia compenſatur. Non eſt autem digna compenſatio rece-

1. Cor. 9. ptio corporalium ſpiritualia ſeminanti. Vnde Paulus. Si vobis ſpiritualia ſeminamus, non eſt magnum ſi carnalia veſtra metamus, ideo addit. De mercede verò laboris, corporis neceſſaria recipiãt. Dignus. n. eſt operarius mercede ſua. Hoc Apoſtolis exiſtentibus Prædicatori-

Luc. 10. bus dictum eſt, quia Prælati nondum illo tempore erant, vt ſupra patuit. Et vt dicit Aug. li. de Monachorũ opere. Quatuor generibus hominum licet de euangelio viuere. ſ. miniſtris altaris, qui ſacrificium offerunt ꝓ populo, eidẽ diuina cantica decantando. Itẽ diſpenſatorib. ſacramentorum, & Euangeliſtis, ac illis, qui ante conuerſionẽ ſuam habebãt ſufficienter vnde viuere poterant, quod pauperibus erogauerunt. Præter denarios, vel pecuniam, ne aliquo modo tranſeant, in ius ordinis, quòd nomen tertiò inhibet, propter triplex genus pecuniæ. ſ. mineralium, terræ naſcentium, & pecorum etiàm à quibus pecunia eſt appellata, vnde ipſe Dominus vniuerſæ perfectionis exemplar nunquam legitur aliquo laboris genere laboraſſe, ſciens, ꝙ licet Paulus, qui habuit ſpiritum in plenitudine, & ſapientiam ſine ſtudij labore, ſtipendiariè laborauerit, non poteſt tamen hoc communiter fieri ab his, qui circa procurandam ſalutem hominũ ſunt ſoliciti, vita, & verbo, ſine huius ſolicitudinis detrimento, prætérea labor ſapientiæ ſimpliciter eſt melior corporeo labore, quamuis in caſu poſſit labor ſtipendiarius eſſe neceſſarius prædicanti. Dominus igitur, quod ſimpliciter eſt prædicanti melius eligens non laborauit ſtipendiariè, ne Doctores non laborantes arguerentur, vel labore tali impedirentur, vnde nec Paulus vbiq; ſed alicubi laborauit. Quia igitur quidam fratrum gratiam habent laborandi ſpiritualiter, quidam verò corporaliter tantum omnibus dans regulam generalem, vt vnuſquiſque gratia ſibi data vtatur, dicit. Fratres quibus Dominus dedit gratiam. Sed ne mercedis exactio turbet debitores, aut extra modum mẽdicitatis degeneret, addit & hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei, & paupertatis ſanctiſſimę ſectatores. Sciendum, quòd omne genus hominum ad aliquod exercitij genus vtilis, pro loco & tẽpore obligatur, præceptoriè, vt dicitur in Gen. In ſudore vultus tui, veſceris pane tuo. Vnde qui ad maiora apti Gen. 3.

non ſunt, pręcepto Apoſtoli labore ſunt corporeo exercendi. Dicit. n. ipſe. Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulare in quiete, nihil operantes, ſed curioſè agentes, 2. Theſal.

his autem qui eiuſmodi ſunt denunciamus, &c. Impium eſt autem illud quod otioſis, & curioſis dicitur, velle ad alios extendere, qui ſublimioribus, & vtilioribus ſunt intenti.

*Capitulum.* 6.

FRatres nihil ſibi approprient, Hic tertio excludit tertiũ periculum, quod. ſ. de appropriatis proprijs noſcitur ꝓceſſiſſe. Et hæc pars habet quatuor. Primò inhibet appropriationẽ. Secundo imponit mendicitatem, ibi. vadant pro eleemoſyna. Tertiò excitat ad paupertatis immobilem amorem, ibi. hæc eſt illa celſitudo. Quartò informat fratres ad mutuam conſolationem, ibi. Et vbicunque fuerint. Dicit ergo pro primo, Fratres nihil ſibi approprient, quia fratrib. inhibuit, receptionẽ pecuniæ, ne credatur, ꝙ alia liceret admittere, vtpote immobilia, in generali ſermone excludit omnia dicens. Nihil ſibi approprient, ſupple nec proprietate perſonali, nec generali ipſius communitatis, ſicut dicit Papa regulam declarando. Vnde addit, nec domum, nec locum, nec aliquã rem. Hoc quidem rectè. Quia dicit Sen. Tutiſſimè viueretur, ſi tollerẽtur duo verba meum, & tuũ. Planum eſt his temporibus ſummum facere tumultum in Eccleſia, noſtrum, & veſtrum. Sed tanquam peregrini, & aduenę in hoc ſęculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes. Intentio planè eſt Sancti Franciſci, vt fratres ſicut ſerui vtantur rebus in aliena poſitis poteſtate. Sed quidam aduerſarij Sancti Franciſci, & veritatis, aliquando contra hoc obiecerunt, quia dicit Ca- Prima obiectio.

non. Expedit facultates Eccleſiæ poſſideri, & proprias perfectionis amore contemni. Et conſequenter eodem c. ponitur exemplum de Sãcto Paulino qui omnib. ſuis ꝓprijs diſtractis, factus eſt poſtea Eccleſię Epiſcopus, 12. q. 1. c. dedit.

cuius facultates fideliſſimè diſpenſauit, ſubdit. Quo facto ſatis oſtenditur & propria debere propter perfectionem contemni & tamen ſine impedimento perfectionis, poſſe eccleſiæ facultates diſpenſari, quæ ſunt profecto communia poſſidere. Hæc Proſper. Ergo carere bo Secunda.

nis communib. appropriatis nihil addit perfectioni. Itẽ videtur iſta forma viuendi, falſum imponere Eccleſiæ Dei. Clerici, & religioſi, qui habent bona eccleſiarum non ſunt Domini eorum, ſed vſum tantum habẽt, quia dicit lex. ff. de rerum dominio, quòd quę diuini ſunt iuris in nullius bonis ſunt, ergo clerici non habent dominium, ſed vſum tantum. Item res quibus vtũtur fratres, Tertia.

aut sũt alicuius dñi aut nõ, ſi nullius, quare tũc ipſi plus quã alij occupant? Si aũt in alicuius hominis ſunt, vtpotè eccleſiæ Romanę, videtur ergo ꝙ fratres qui contemnunt ꝑ ſeruandam ſuam perfectionem attribuendo illa eccleſię, imponunt ei imperfectionẽ, ꝙ nefas eſt dicere, cũ ipſa eccleſia toti orbi ſit poſita in ſpeculũ & exemplum, vt patet 19. diſ. Enimuero. Item res quib. vtũtur fratres aut ſunt propriæ, aut cões. Si propriæ, damnabiliter habentur. Si cões, ergo ſunt de numero illorũ de qui Quarta.

bus dr. Et erant illis omnia cõia. Item fratres vtũtur re- Act. 4.

bus, quæ conſumũtur ipſo vſu. In talib. aũt differt dominiũ ab vſu. Dominium aũt eſt appropriatio in ſummo, Quinta.

ergo talia ſibi approprient, vt cibos, & veſtes & hmõi. Ad primum dicẽdum, ꝙ ſicut cõitas rerũ prius inſtituta eſt in charitatis incentiuum, ſic carentia oĩs iuris proprij, vel cõis Apoſtolis ĩpoſita, iſtis nouiſſimis tẽporib. renouata eſt, ad auaritiam extirpãdã, q̃ pernicioſius hodie ſerpit in bonis eccleſiæ, quorum abuſus eſt ſacrilegium, quàm in alijs quibuſcunq;. Cum ergo dicit, quia expedit, &c. Fateor inquam, & expedit, quia dicitur in

Eccl.Non omnia omnibus expediunt,& non omni ani
mæ omne genus placet. Vnde & Apoſtolus talia ſibi mi
Eccl. 37. nimè expedire dicit.Omnia mihi licent, ſed non omnia
expediunt.Cuius cauſam addens dicit.ſed ego ſub nul-
lius redigar poteſtate iudicis.ſ. repetendo aliquid tan-
1. Cori. 6. quam meum.Expedit ergo haberi cōmunia pro ſuſten
tatione miniſtrorum etiam egenorum. Expedit etiam
modus alius,his qui nolunt propter poſſeſſionum mul
tiplicationem,ſub terrena redigi poteſtate, nil habere
in proprio vel communi.Vnde Hiero.ait Apoſtolici eſt
faſtigij,perfecteq; virtutis,omnia vendere & pauperib.
diſtribuere,& ſic leuem,& expeditum cum Chriſto ad
In epiſt.ad Demetria dem. cœleſtia ſubuolare.Et quod additur ibidem,quòd ſine
impedimento perfectionis,poſſunt communia diſpenſa
ri,fateor verum eſſe,quia vt ſupra tactum eſt,non repu
gnat perfectioni quantumcunque pauperis eccleſiaſti-
ca bona imperante eccleſia ſuſcipere diſpenſanda, ſi quā
tum in ſe eſt,diſpenſator ſemper eis carere optet quò ad
ſe,vt patitur fragilitas, diſtinctionem minimè relaxan-
do. Sic enim diſpenſans loculos habet, non pro ſe ſed
pro alijs, & in habendo & habendi modo conformis
eſt Saluatori,vt ſupra patuit. Ad ſecundum dicendum,
quòd licet illa quibus vtitur eccleſia, in nullius ſint bo
nis proprietatiuè quo ad perſonam, ſunt tamen propria
Act. 3. communitatibus eccleſiarum. Vnde dicitur in Act.A-
poſtolorum.Nec quiſquam eorum ex his quæ poſſide-
bant,aliquid ſuum eſſe dicebat,ergo poſſidebant in cō-
muni,ſed non proprietariè, & pro tanto dicuntur talia
in nullius bonis eſſe,Iuxta qnod dicit lex. ff. de rerum
dominio,quòd reſpublicę in nullius ſunt bonis, ipſius
enim vniuerſitatis eſſe creduntur. Non eſt tamen vſque
quaquæ ſimile de proprietatibus ciuitatum, & eccle-
ſiarum.Ad tertium idem patet. Omnia enim mobilia
quibus ordo vtitur,ſunt merè & immediatè ipſius ec-
cleſiæ Romanæ. Sic ergo ea habere pro aliorum neceſ-
ſitate,in eo qui ingreditur per oſtium Apoſtolico mo-
re,in nullo perfectioni repugnat,vt ſuperius eſt oſten-
ſum.Ad quartum dicendum,ꝙ res quibus fratres vtun
tur ſunt eis communes quantū ad vſum,ſed tamen non
quantum ad dominium.De illis ſanctis autem Hieruſa
lem conſtitutis dicendum eſt,quod erant eis communia
quantum ad poſſeſſionem. Alij verò plurimi inter eos
communem vſum illarum rerum ſine dominio habue-
runt,ſicut apoſtoli, quando erant præſidentes,illi mul-
titudini,vt patet 12.q.1.cap.dilectiſſimis. Ad quintum
dicendum,quòd duplex eſt vſus rerum. Quidam enim
vtuntur rebus auctoritate propria, vt Domini,quidam
aliena,vt ſerui, Quia vt dicit lex.ff.de peculio. veſtis,
qua vtitur ſeruus,eſt de peculio Domini. Et alibi dicit
lex,quòd illud quod ſeruo acquiritur,Domino acquiri
tur.In vſu ergo illorum,qui ſua auctoritate vtuntur re
bus,in huiuſmodi non differt vſus à dominio. In vſu au
tem aliorū differt,quia ergo fratres minores pro Chri-
ſto ſeruiles effecti ſunt,vtuntur rebus quas vſu conſu-
munt,nec eis dominantur, & in hoc ipſum Dominum
imitantur,qui cibo veſcebatur alieno,in alienis domib.
An fratres minores poſſint habere vſum quarūcunque rerū. continuè hoſpitando.Sed quæritur,ex quo fratres tan-
tum habent vſum rerum,poſſent ne habere vſum qua-
rumcunque & quantarumcunque rerum?Et videtur ꝙ
ſic,quia teſte Gregor.Cenſus non eſt in culpa, ſed affe-
ctus,ergo ſufficit habere affectionem liberam, nec eſt
vis de rebus ſiue ſint magnæ,ſiue paruæ.Itē vidit Deus
cuncta quæ fecerat,& erant valdè bona. Bonum autem
additum bono auget ipſum, ergo carentia diuitiarum
nihil facit ad perfectionem.Item. Nonne multi ſancti
leguntur in vtroque teſtamento, in diuitijs abundaſſe?
Reſpondeo,ad quæſtionem,quòd cum fratres ſint pro-
feſſores altiſſimæ paupertatis,oportet quòd omnia quę
in eorum vſum veniunt, habeant vt eſt poſſibile parui
tatem,vilitatem,& aſperitātem, quæ tria paupertatem
altiſſimam naturaliter conſequuntur. Econtra diuites
habent affluentiam,gloriam,& apparentiam, & conſo-
lationem,quæ poſſent diuitijs cōparari.Quia ergo pau
pertas inquantum eſt contraria diuitijs,careat his tri-
ſi caret diuitijs,neceſſe eſt,vt paupertas altiſſima, vt eſt
poſſibile careat his tribus in ſummo.Non ergo compe-
tit viris pauperibus habere magnas areas,vel ſumptuo-
ſa ædificia,aut quæcunque ſimilia,non vaſa ornata, nō
cellaria vinaria,non promptuaria,inſtaurata ſed vt ſola
q̄tum patitur fragilitas,ad paupertatis ſtrictiſſimam re
gulam reducantur. Ideo addit. Sed tanquam peregrini
in hoc ſæculo,& aduenæ.Et ad dictum Gregor. dicen-
dum.Fateor quidem quòd cenſus non eſt in culpa eſſen
tialiter,vel cauſaliter,ſed occaſionaliter,quia affluentia
habita illicit animum poſſidētis. Vnde Bernard.Hęc eſt
ratio non habendarum diuitiarum præcipuè, quia ſine
amore,vix aut nunquam haberi poſſunt. Et per hoc pa
tet reſponſio ad ſecundum, quia omnia ſunt bona eſſen
tialiter,ſed occaſionaliter mala ſunt ex humana infir-
mitate.Vnde in ſapientia dicitur creaturę Dei in odium Sap.14.
factæ ſunt,& in tentationem animæ hominum, & in
muſcipulam pedibus inſipientium. vnde dicit poeta.
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.Ad
tertium dicendum,ꝙ aliqui ſancti fuerunt diuites, ſed
pauciſſimi,vnde diuites in ſingulari numero & cum cō
ditione commendantur à ſapiente.Beatus diues,qui in
uentus eſt ſine macula.Sed pluraliter damnātur à Chri Eccl. 31.
ſto.Væ vobis diuitibus qui habetis hic conſolationem Luc. 6.
veſtram.Illis tamen omnibus Chriſtus infinite præpo-
nitur,qui ſe exhibuit doctorem paupertatis verbo pari
ter & exemplo.Quod autem melior elegit magis eſt eli
gendū.Sequitur ſecunda pars rubricæ.Vadant pro elee
moſyna confidenter,&cætera. Sed contra videtur,quia
de ſanctis pauperibus in Hieruſalem congregatis dici-
tur,Nec quiſquam ægens erat inter illos.Sed ad hoc pa Act. 4.
tet reſponſio ex prædictis in ſecunda rubrica, quia illi
pauperes non omnino diſtrictionem Apoſtolicæ pau-
pertatis profitebātur,vt viſum eſt,inter quos erant neo
phyti viri & mulieres, quibus ſubita egeſtas pernicio-
ſa forſitan extitiſſet: contra Paulus pro ſe,& ſibi confor
mibus ait. Vſque in hanc horam eſurimus, & ſitimus.
Et alibi cum enim apud vos eſſem,& egerem, nulli one 1.Corin.4
roſus fui. Item obijcitur, licet Dominus pauper fuit, 2.Cor.11.
non tamen dicitur à quibuſdam fuiſſe mendicus, vt vi-
detur.Item fratres mendicando,videntur grauare alios
pauperes mendicos, penitus humano auxilio deſtitu-
tos.Item dicitur. Beatius eſt magis dare,quàm accipe-
re. Reſpondeo. Cum ſummè honorificum ſit dare, Actu 20.
ſumma priuatio honoris eſt conſtituere ſe in dandi im-
poſſibilitate, & neceſſitate mendicandi. Quia dicit Se-
neca.Nil carius emitur, quam quod præcibus conſtat.
Inter etiam omnium petitionum genera, verecundiſſi-
ma eſt mendicitas. Eſt enim mendicare,ad miſericor-
diam hominum viuere, vt dicit Auguſtin. ſuper illud
pſalm. Nutantes transferantur filij eius & mendicent.
Quid poteſt autem tam verecundum eſſe,quam in om
nium chriſtianorum miſericordia ſe ponere.Hoc ſciens
Sanctus Franciſcus ſubdit. Nec oportet eos verecun- Chriſ. fuit
dari,&cætera. Ipſe enim dominus mendicus fuit,vnde mendicus.
Auguſt.ſuper illud pſalm. Perſecutus eſt hominem in
opem,id eſt Chriſtum.ſ.Iudas.Et quod addidit,& men Pſal. 108.
dicum illum eundem intelligere poſſumus, niſi forte
quia dicit mulieri Samaritanæ,da mihi bibere.& in cru
ce ait.ſitio. Amplius quamuis eius omnia eſſent,& ei ab
omnibus deberentur,ipſe tamen non eſt vſus ſua pote-
ſtate talia exigendo. Non enim exegit per imperium
auctoritatis,ſed per modum pauperis mendici, ſicut di
xit Zacheo. Feſtinans deſcende.Ibi Gloſſ.Non inuita-
tus ſe inuitat. Item tali etiam forma Apoſtoli proceſ-
ſerunt,quibus licet omnia deberentur, tamen vt paupe Luc. 19.
res

ꝙ receperunt ex miſericordia ſibi datum ad neceſſitatem. Item Bern. tractans illud verbum. Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim. dicit. Vt te inquam Domine per omnia noſtræ paupertati conformares, & omnes vitę humanæ calamitates ſuſciperes, quaſi vnus in turba pauperum, ſtipendium per oſtia mẽdicabas. Huic concordat ſanctus Augu. ſuper illud producens fęnum
Super pſ. 103. iumentis, dicit in originali. Loculi erant Iudæ proditori commiſſi, & illi qui conferebant in loculos, Domino conferebant, niſi fortè putatis, ꝙ Dñs ibat, & petebat, aut indigebat, cui angeli ſeruiebãt. Quare egere voluit, niſi vt daret exemplũ montib. vt parerent fęnum. Hęc
Rom. 15. Aug. Ad tertium dicendum. Sicut dicit Apoſtolus. Probauerunt Macedonia, & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Hieruſalem. Placuit. n. eis, & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, debent & in corporalibus miniſtrare eis. Ibi dicit Glo. quod erãt debitores, quia illi pauperes miſerant eis prædicatores. Cũ igitur iſti pauperes fratres toti mundo mittunt prædicatores, à toto mundo poſſunt accipere neceſſaria vitæ ſuæ. Nulli ergo iniuriãtur in hoc, quia legis teſtimonio docetur, ꝙ nulli facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo. Niſi forte ideo faciunt iniuriam, quia quod poſſunt accipere cum honore, accipiũt cum extrema confuſione. Item omnia bona eccleſiæ Chriſti, & omnes ſuperfluitates diuitum, ſunt vna reſpublica pauperum. In participatione autem huius reipublicę, tantò vnuſquiſque minus alios lædit, quanto paucioribus eſt contentus. Hoc faciunt fratres iſti, qui cũ poſſent viuere, ſicut alij clerici in ſtatibus honoris, & affluentiæ viuunt in ſtatu ignominiæ, & ærumnæ, mendicantes pro ſeipſis, ſicut Paulus mendicauit pro alijs, vt patet in epiſtolis ſuis. ſ. in collecturis pro pauperibus faciendis. Ad vltimum ſciendum, quòd ſi beatius eſt magis dare, quam accipere, beatiſſimi ſunt qui omnia dederunt. Vnde Hier. Nemo perfectius erogat, quàm qui ſibi nihil reſeruat. Item ſi recipere diminuet de beatitudine, ergo qui magis recipiunt, magis deficiunt, & qui minus recipiunt, minus deficiũt. In hac parte tales ſunt iſti pauperes, in toto clero ex ſua profeſſione. Item licet dare ſimpliciter beatius ſit, quã recipere, tamen cum circuſtantia tantæ humilitatis recipere eſt beatius, quam dare, vnde Dominus ſuos diſcipulos ad receptionem informauit, quos nudos per ſæcula deſtinauit. Vadant ergo fratres pro eleemoſyna confidenter, nec oportet eos verecundari, quia Dominus noſter ſe fecit pauperem, in hoc mundo. Sed glorientur, quia datum eſt eis pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nihil habentibus, in hoc mundo. Sed pro tertio addit. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, &c. Quare altiſſimæ, niſi quia à mundo remotiſſimæ, & per conſequens cęlorum regno ſummè vicinæ? Illi etiam vitę ęternę, vt eſt poſſibile, ſimillimæ, vbi nihil terrenum eſt ꝓprium, vel commune. Vnde ſubdit. Quæ vos chariſſimos fratres meos heredes, & reges regni cœlorum inſtituit. Ideo hæredes, quia omnia dimittentibus pro regno celorum, promittitur gloria æterna. Ideo reges, quia ſolutione facta plenaria pro re emenda. Idcirco in Mat
Matt. 15. th. dicitur. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Sũt ergo tanquam Domini cęlorum, quia cuncta dederunt ptopter Deum, quamuis nõdum ſunt in eius poſſeſſione. Hunc autem modum acquirendi regnũ addit dicens. Pauperes rebus fecit. & virtutib. ſublimauit, ad hoc. n. ordinetur paupertas iſta, vt ſoluto ꝑ eam prohibente virtutis ſanctitas augeatur. Studeant ergo iſti pauperes, ſicut ſunt cęteris arctiores in paup̃tate, ac ſint præ cæteris in omnibus celſiores. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentiũ, eo ipſo quo in terra morientium nihil quærunt. Cui dilectiſſimi totaliter inhærentes, vt omnia quæ in vſu fratrum ſunt, hanc prædicent paupertatem. Nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, in perpetuum ſub cœlo habere velitis. Ipſe. n. ita pauper extitit, quod nihil habuit, quo poſſet eum diabolus ſpoliare, vt ſupra patet. Sed quia ſic fratribus paupertatis neceſſaria eſt fraterna cõſolatio addit. Et vbicunque ſunt fratres, oſtendant, & cęt. Oſtendens qualiter ſe debent habere ad alios. Et Primò ad ſanos, & conſequenter ad ægros. Circa primum informat eos ad veram nõ ad fictam charitatem, & hoc in duobus. Primò quo ad familiarem, affabilem & ſocialem dilectionem. Secundò quo ad neceſſitatum omniũ reuelationem. Dicit ergo. Vbicunq; ſint in domo, ſiue extra domũ, & ſe inuenerint fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicẽ inter ſe, nõ ſolũ publicè, ſed familiariter & ſecretè, & ideo ait, inter ſe. Pro ſecundò addit, & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſſitatem ſuam. Securè inquit, ſicut filius matri ſuæ. Vnde addit, quia ſi mater nutrit, & diligit filium ſum carnalem, quantò diligentius debet quis diligere affectu, & nutrire. ſ. effectu fratrẽ ſuũ ſpiritualem? conſequentia patet, quia amor gratuitus, ſ. charitatis, fortiorem amore carnali. Tum quia charitas ſuperat mortis innatum horrorem. Tum quia charitas habet fundametum ſui bonum infinitum, propter quod nihil finitum præualet contra eam. Hæc autem exhortatio ex illa regula euangelica trahitur. In hoc cognoſcent omnes, quòd mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem ha- Ioan. 13.
bueritis ad inuicem. Item. Et tu aliquando conuerſus Luc. 22.
confirma fratres tuos. Sed pro ægrotis ſubdit. Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent eis ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri. Et hoc etiam ad eandẽ charitatem pertinet. Vnde in eccle. dicitur. Non te pi- Eccl. 7.
geat viſitare infirmos, ex his. n. in dilectione firmaberis. vnde Saluator ait. Omnia quæcunque vultis vt faciant Matth. 7.
vobis homines, & vos eadem facite illis, &c.

*Capitulum 7.*

SI qui fratrum inſtigante inimico mortaliter peccauerint. Stabilitis duobus ciuitatis laterib. ex ſex partibus figuratis, hic agitur de tertio latere occidẽtali. Et hæc pars habet tres partes, quia in prima agitur de lapſorum releuatione à caſu fugientium. In ſecunda agitur de principali ordinis gubernatione, & pertinentibus ad totius ordinis immobilem ſtatum. In tertia agitur de erectione aliorum à caſu, prædicãdo verbum diuinum. Prima pars habet tres. Primo. n. tangitur peccatorum debita ponderatio. Secundò eorundẽ ordinata correctio, ibi. Ipſi verò miniſtri ſi presbyteri ſunt. Tertio ſubditur miniſtrorum propria informatio ibi. Et cauere debent. Dicit ergo ſic. Si qui fratrum inſtigante inimico, &c. Quantò. n. aliquis maius habuerit ſtudium perfectum, tãtò fortioribus contra eum machinatur inſidijs. Mortaliter peccauerint, quod ſint in omni voluntaria tranſgreſſione p̄cepti legis diuinæ, & diſciplinæ. Pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad ſolos miniſtros ꝓuinciales, Iuxta quod Domi- Luc. 8.
nus electionem dæmoniorum ſuis miraculis reſeruauit. Tenentur prædicti fratres ad eos recurrere, quàm citius poterunt ſine mora. Hoc de notorijs tãtum peccatis intelligitur, quia q̃ ſecreta ſunt, non ſunt publicanda. Grauius enim eſt peccatum, quod in ſcandalum aliorum publice perpetratur quàm occultum cæteris paribus, & iõ grauius eſt puniendum. Sequitur ſecunndum. Ipſi vero miniſtri ſi præsbyteri ſunt: quod regulariter eſt tenendum, cum habeant curam animarum, & per conſequens habeant vultus pecorum ſuorum cognoſcere, & in fide ac moribus ordinare. Iſtud autem dictum eſt ꝓ ordinis principio, in quo erat raritas ſacerdotum. Maximo quia Sanctus Franciſcus ex humilitate legitur ſa-

cerdotium fugiſſe,ſicut & Sanctus Benedictus.Cũ miſe
S. Franciſ. non fuit ſacerdos, ex humilitate. ricordia iniungant illis pęnitentiam. Cum miſericordia
inquit,nec eueniat quod dicitur. Cũ auſteritate impera
betis eis,& cũ potentia,& diſperſus eſt grex meus eò ꝙ
non eſſet paſtor.Si verò præsbyteri non ſint, iniungi fa
ciant per alios ſacerdotes ordinis.Pro tertia parte ſub-
Eze.34. dit.Et cauere debent ne iraſcanrur.Ira quæ eſt habitus
cum aſſenſu liberi arbitrij in maleuolentiam Hoc idcir
co dixerim,quia vitare omnes paſſiones ſurreptitias irę
non eſt in hominis poteſtate. Sufficit autem volunta-
tis rectitudinem cuſtodire,& motus huiuſmodi irratio
Pſal.4. nabiles circa conſenſum viriliter cohibere. Vnde Pſal.
Iraſcimini & nolite peccare. Et conturbentur.i.turbu-
lenti & terribiles efficiantur ſubditis ſuis, propter pec-
catum alicuius, quia ira & conturbatio, in ſe & in alijs
impediunt charitatem,quæ eſt vita cordis, vt ait Ioan.
Qui odit fratrem ſuum,homicida eſt. Non autem pro-
1. Ioan.4. hibet iram per zelum, quæ virtus eſt neceſſaria in pec-
catis corrigendis.

*Capitulum.* 8.

VNiuerſi fratres,vnum de fratribus iſtius religio-
nis,&c.Hic ſecũdo prouidetur aduerſus occaſum
principalis ordinis gubernatio,quantum ad qua
tuor,primò quantum ad generalis miniſtri perfectionẽ
& electionem.Secundo quantum ad capituli generalis
celebrationem,ibi,quo decedente.Tertio quantum ad
abſolutionem miniſtri inutilis,ibi, & ſi aliquo tempo-
re. Quartò quantum ad celebrationem capituli prouin
cialis in ſingulis prouincijs,ibi,poſt capitulũ vero Pen-
th.Dicit ergo pro primò ſic, vniuerſi fratres, vnum de
fratribus iſtius religionis teneantur ſemper habere ge-
neralem miniſtrum,& ſeruum totius fraternitatis, vn-
Eccl. 50. de in Eccleſiaſtico dicitur.Circa illum corona fratrum,
quaſi plantatio cedri in monte libano.In his aũt verbis,
tangit eius auctoritatem in nomine generalitatis. Tan-
git etiam humilitatem cum dicit,vt ſit ſeruus totius fra
ternitatis,vt.ſ.qui dũ ſubditus erat,obediebat vni, aut
duobus,ſciat ſe electum,in generalem miniſtrum,debe
re omnium neceſſitatib.obedire.Tangendo autem eius
auctoritatem & humilitatem notat etiam vnitatem,di-
cens vnum de fratribus.Quia ſine vno capite,nulla reſ-
publica ſtare benè poteſt. Vnde vnum Apoſtolum Do
Ezec. 34. minus præfecit cęteris.Item in Ezech.dicitur,Suſcitabo
Matth.12. ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcat eos,ſeruum meũ
Dauid,omne.n.regnum in ſe diſperſum deſolabitur.Pro
ſecunda particula addit.Quo decedente,&c.fuerit ordi
natum,quia pro diuerſis neceſſitatibus oportet tempo-
ris ſpatium variare.In exemplum huius capituli,cõgre-
gati diſcipuli receperunt ſpiritumſanctum, vt habetur
Act. 2. in Actis.Et pro tertia parte addit.Et ſi aliquo tempore,
appareret vniuerſitati miniſtrorum prouincialium &
cuſtodum,ſine perſonarum acceptione & nationum,
teneantur prædicti fratres, quibus electio data eſt in
nomine domini alium ſibi eligere in cuſtodem.Hoc no
men cuſtos,actum dicit,& non gradum,ſicut nomen ſe
Eſa. 6. raphin actum dicit,& non ordinem.Vnde in Eſa. dici-
tur. Volauit ad me vnus Seraphin. Pro quarta parti-
cula addit.Poſt capitulum vero Penth.Non negat quin
poſſint etiam capitula prouincialia alijs annis celebrare,
ſed de iſto fit ſpecialiter mentio,quia eſt præ cæteris ne-
ceſſarium,vt ordinationes generales capituli,per capitu
la prouincialia celeriter publicentur, & vt poſſit de ab-
ſolutis miniſtris prouincialibus prouideri.

*Capitulum.* 9.

Exod. 26. FRatres non prædicẽt in Epiſcopatu alicuius Epiſco
pi,&c.Hæc eſt tertia pars in qua agitur, de prædica
tione fratrum,pertinente ad Leuiatham extirpandum,
vt eſt menſa in latere aquilonis,vt dicitur in Exo.Et hæc
pars habet duas partes,quia primo agit de pertinentib.
ad prædicationis auctoritatem.Secundò ad prædicatio
nis vtilitatem,& maturitatem,ibi, Moneo quoque fra-
tres,Et quoniam prædicaturi,fulciuntur duplici aucto
ritate,ſ.prælatorum ſæcularium quibus ſunt greges cõ-
miſſi,& prælatorum ordinis,per quos habet de perſo-
nis idoneis prouideri.Pro primo dicit ſic. Fratres non ꝓ
dicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi, vbi eis fuerit
contradictum. Hoc ideo dicitur,quia fratribus iſte gra
dus licentiæ debet ſufficere, quia præſumitur,eum con
fitere ſi non contradicat.Vnde Greg.22. moral. Pij pa-
ſtoris mens quia nõ propriam gloriam,ſed auctoris ſui
quęrit,ab omnibus vult iuuari. Fidelis namque prædi-
cator optat,vt ſi fieri valeat, veritatem quam ſolus lo-
qui non ſufficit,ora cũctorum ſonent Hæc Gregor.Vn
de in Lu.dicitur. Vidimus quendam in nomine tuo dę- Luc. 9.
monia eijcientem,& prohibuimus eum,quia non ſequi
tur te nobiſcum.Et ait ad illos.Nolitę prohibere,qui.n.
nõ eſt aduerſus nos,pro nobis eſt.Simile legitur in Nu. Num. 11.
Ne igitur impedimentum eſſe poſſit verbi Dei expecta
tio licentiæ expreſſæ,vt oſtendatur præſumptam licen-
tiam ſufficere,his duntaxat,quorum prædicatio eſt per
ſedem apoſtolicã approbata,loquitur negatiuè,in prin-
cipio dicens.Fratres non prædicent in Epiſcopatu alicu
ius. Sed ponamus ꝙ Epiſcopo attentante & approban-
te prædicationem fratrum,aliquis inferior,prælatus re-
pellat eum in parochia ſua. Nunquid contra volunta-
tem eius debent ibidem prædicare?Et videtur ꝙ non,
quia omnis auctoritas conceſſa à quocunque iudice, in
telligitur concedi ſine præiudicio,ſed prædicare in alie-
nis inuito curam habente, eſt in præiudicium proprij
paſtoris,ergo nullum priuilegium ſuffragatur fratribus
ad prædicandum plebi,contradicente proprio paſtore.
Item ſaltem nullus debet audire confeſſionem alicuius
parochiani alterius,quia per hoc impeditur ne poſſit a-
gnoſcere vultum pecorum ſuorum,contra illud Proue. Prouer.27.
Diligenter agnoſce vultum pecoris tui.Reſpondeo,cu
ra paſtoralis non eſt dominium,ſed diſpenſatio,& offi-
cium eccleſiaſticæ poteſtatis.Vnde hierarchia ſecundũ
Diony.eſt poteſtas ordinata,ad diſpenſandum ſacrę om
nia poteſtati ſubiecta.In poteſtatibus autem ordinatis,
quicquid poteſt inferior,etiam poteſt ſuperior, & non
econuerſo. Vnde & ipſe hierarcha habet totam pote-
ſtatem in ſe ordinatam, quæ eſt hierarchia per varios
gradus diſtributa,vnde nominans hierarchiam, nomi-
nat omnem hierarchicam poteſtatem. Vnde docet Dio
ny.1.eccleſiaſticę hierarchię,qđ licet ille hierarcha alijs
tradat ſibi ſubditis poteſtatem, manet tamẽ apud eũ or
dinaria poteſtas,ad agenda omnia quæcunque per ſibi
ſubditos fieri poſſunt,ad ſalutem fidelium procurandã.
Et quia quicquid poteſt ex ordinaria poteſtate ſeu au-
ctoritate,poteſt alteri committere, & quod poteſt per
ſe,poteſt per alium in adiutoriũ ſibi ſubditarum poteſta
tum mittere opitulationes, quotienſcunque ſibi vide-
tur expedire,alioquin nimis periclitaretur ſtatus eccle-
ſiæ,ſi Papa,vel inferior hierarcha,vidẽs ſibi ſubditis cu-
ræ non ſufficere, nec ſeipſum poſſe omnib. adeſſe, non
poſſet viros idoneos mittere vice ſua. Vnde ſi ſacerdos
curam habens nolit admittere fratrem miſſum canoni-
ce peccat mortalirer,vnde Apo. Qui poteſtati reſiſtit,
Dei ordinationi reſiſtit.Si igitur reſiſtat ſacerdos, nita- Roma. 13.
tur frater cum humilitate allicere, quod ſi non poſſit
(niſi ſcandalum immineat,) debet frater prædicationis
officium exercere. Quod ſi omnino ſe ſacerdos irra-
tionabiliter opponat,vehemens eſt præſumptio contra
ipſum, cedendum eſt ad tempus malitiæ, ne ſcanda-
lum ſuſcitetur,& denunciandum eſt hierarchæ pericu-
lum animarum.Cum ergo dicit, quod in præiudicium
ſacerdotis,

ſacerdotis, dicendum quod non, quia nulli facit iniuriã, quia vtitur iure ſuo. Nõ ergo iniuriatur Epiſcopus mittendo opitulationem, cum hoc facere poſſet de iure, vt ſupra viſum. Nec iniuriatur opitulans illi quem iuuat in ſarcina ſupportanda, pro tanto.n. minuitur ſacerdoti cũram habenti pondus in diſtricto iudicio Dei, quantum ab illo, ſupportatur. Et ꝙ dico de prædicatione, intelligo etiam de confeſſionibus audiẽdis. Poſſunt. n. fratres apoſtolica ordinatione in priuilegijs ordinis expreſſa, audire cuiuſcunque ſacerdotis parochianos, ipſo inconſulto, vel etiam contradicente, ſi auctoritatem habeant ab epiſcopo audiendi. Et quia curia Romana hoc determinat, hæreticum eſt aliud pertinaciter affirmare. Patet etiam Papam poſſe talia in eccleſia ordinare, quia certũ eſt ꝙ diſtinctio curarum, & collatio iuriſdictionum, ab auctoritate proceſſit eccleſiæ Romanæ. Ergo qnandócunque videtur ei ad ſalutem fidelium aliud expedire, poteſt aliud ordinare, dicente Aug. ꝙ hoc ſolum rectè agitur, vt vita hominum corrigatur. Ad obiectum de agnitione vultus, reſpon. Quod ſi ſacerdos proprius ſcire poſſit, & vellet ſufficiens cõſilium ſuper ſubditos impendere, nullus ſanæ mentis quæreret immiſcere ſe confeſſionib. ad ipſum non pertinentibus, audiendis. Certum eſt autem, ꝙ quidam ſacerdotes omnes ſuos ſubditos audire non poſſunt propter multitudinem ſubditorũ, vnde cum ipſi ſoleant ſibi alios adiungere ſacerdotes commenſales, vel extraneos ad tempus vocare, pro illis audiendis; quos ipſi nolunt, vel neſciunt, vel nõ poſſunt audire, impiũ eſt dicere ipſos hoc poſſe, & Epiſcopum non poſſe. Poteſt igitur Epiſcopus aliquos mittere in adiutorium ſacerdotum, propter ipſorum impotẽtiam, ignorantiam, vel acediam, quà tepidi ſunt in diſcutiẽdis, conſcientijs ſubditorum. Nec propter hoc tãtum, ſ propter inſufficientiam ſacerdotum in aliquo prędictorum trium, imo ẽt propter maius bonum, quia in maiorẽ feruorem pœnitentiæ excitãtur multi, ex prædicatione, & exemplis fratrum, quàm plurimorum aliorum. Poteſt autem nihilominus ſacerdos agnoſcere vultus pecorum ſuorum, vel quantum ad exteriorem conuerſationem, vel quantum ad conſciẽtias ſubditorum ſuorũ, ſi poſtquam fuerint fratri confeſſi, dicant in foro conſcientiæ ſacerdoti ſe confeſſos fuiſſe, quoniam in foro cõſcientiæ pro ſe, & contra ſe cuilibet eſt credendum, & aliqua etiam interim venialia emergentia dicere, quanquã non eſſet malum, imò certè plurimum expediens, oẽm cõfeſſionem reiterare, pro benedictione duplici acquirenda, niſi forte ſacerdos ille eſſet ignarus plurimum, aut reuelator confeſſionis, aut ſollicitator ad peccandum, aut ſimoniacus, aut aliter ſceleroſus, quo pateat ipſum, vt male conſcientię hominem nõ habere zelum Dei, pro alijs dirigendis. Impium eſt autem non credere audito à fratre, cum credat audito à ſæculari alio ſacerdote, vel dicere, ꝙ frater impediat agnitionem vultus, quam nõ impedit alius ſæcularis. In omnib. autem confeſſionib. audiẽdis conſulo auditores fratres, prius inquirere, qua de cã declinant auditorium proprij ſacerdotis, & niſi eos inueniant piè motos & rationabili cauſa ductos, remittant eos ad proprios ſacerdotes. Retrahuntur aliquando.n. peccatores ſaltem ad tempus verecundia, ab auſu peccãdi in aſpectu & præſentia ꝓprij ſacerdotis, ſi bonus eſt, eorum ſcelera cognoſcentis. Sed quia hoc rarum eſt, nõ ſunt propter hoc particulare rarum bonum, alia innumera dimittenda, quæ per auditum fratrum, vel aliorũ Deum timentium procurantur. Pro auctoritate, habenda à prælatis ordinis ſubdit. Nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi, &c. Circa quod notandum eſt, ꝙ ſuperius dictum eſt, ceſſante cauſa, &c. Certũ eſt autem, ꝙ nullus examinandus eſt, niſi de cuius ſufficiẽtia non conſtat. Idcirco Papa regulam declarando diffinit, ꝙ qui examinatione non indigent, non ſunt ad generalem, miniſtrum cauſa officij prædicationis mittendi. Aliud ẽt priuilegium, examinationem committit diſcretis fratrib. alijs, quod priuilegium non diſcordat ab intentione regulæ, q̃ non intendit niſi periculis obuiare, quòd (Deo gratias) excludi põt per multiplicationẽ litteratorum per ordinem ad talem examinationẽ ſufficiẽtium, & melius ſic pericula exclũdẽtium, quam alio modo fieret, quia diſcurſus & viarum multipliciũ pericula ſic vitantur. Sic Dominus ipſe chriſtianæ religionis inſtitutor, primò ſolus vocauit & informauit diſcipulos, ſcđo per alios eccleſiã dilatauit. Moneo quoque & exhortor ipſos fratres, vt in prædicatione quam faciũt, ergo nullus debet prædicare niſi ſciat ipſe ſermonem facere, & ſufficienter diſponere. Vnde ſubdit, ſint examinata, non temerè ac ſine deliberatione prolata, non ſint noua ac ſuſpecta, ſed caſta eorum eloquia. pſ. Eloquia Domini eloquia caſta. Hæc autem caſtitas excludit corruptionẽ falſitatis & immiſſionem non ſolũ enormitatis, imò ẽt omnis vanitatis ſeu verbi riſum prouocãtis, ſeu faſtum aut impetum prætendentis. Excludit ẽt corruptionẽ, intentionis. Vnde Apoſtolus ait. Non. n. ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur. Ex Deo, contra falſitatem. Coram Deo, per maturitatẽ, in Chriſto, per puritatis intentionem. Secũdò deſcribit eã per cauſam finalem. Vnde ſubdit, ad vtilitatẽ, & ædificationem populi, vtilitatem, in malo vitando, ædificationẽ in bono faciẽdo, populi dr̃, ne tãtum præſumant, ꝙ pauperibus & ſimplicibus prædicare contemnant. Sed pro cauſa materiali ſubdit, annũciando eis vitia & virtutes, quantum ad vitam præſentem, penam, & gloriam, ad vitam futuram, quod dicit ne prædicent, ſ. ſeipſos ad ſuam philoſophiam oſtendant, & fimbrias magnificent, pro cauſa formali, ſubdit cum breuitate ſermonis, hæc breuitas excludit verborum ambages, & ſententias inuolũtas, verba etiam ardua ſuper capacitatem audientiũ, hoc patet per illud quod ſequitur, quia verbum abbreuiatũ fecit Dominus ſuper terram. Iſta.n. abbreuiatio non excludit cum expedit ſermonis prolixitatẽ, quia dominus ipſe aliquando prolixè prędicauit, ſicut patet in Ioan. & Mat. Sed breuitas dicitur ibi reſtrictio omniũ legaliũ, ad vnum Chriſtum, Item excluſio cęrimonialiũ & cõmendatio moralium. Item breuitas eſt charitas, quę cõtinet in ſe totam legem ad litteram, etiam ſtudendũ eſt breuitati, quia prolixitas generando faſtidium, auditores pluries retrahit ab auditu. Ex iſto capitulo patet, ꝙ fratribus ex intentione beati Franciſci, incumbit ſtudere, quia ſine ſtudio non poſſunt verba modo debito examinare. Patet etiam ꝙ fratres ex ſua profeſſione habẽt prędicare, in quorum regula inter omnes ſpecialis tractatus de prædicationis officio continetur, vnde certiſſimè conſtat, quòd nullis alijs religioſis plus competit, prædicare ex ratione ſtatus ſui, quàm his qui hanc regulam profitentur.

Diſtin. 22. ca. omnes.

In epiſt. ad Macedonium.

Pſalm. 12.

2. Corin. 2

Ioan. 12.

Matt. 15.

Fratres minores, ex ſua profeſſione & ex intentione Beati Franciſ. habent ſtudere, & prædicare.

*Capitulum.* 10.

FRatres qui ſunt miniſtri, & ſerui aliorũ fratrũ, &c. Deſcriptis tribus huius ciuitatis laterib. hic deſcribit latus quartũ totum vergens ad auſtrũ, & ẽt ad interiora auſtri. Et hæc pars habet tres, qa prima pars docet ſeruare omnẽ virtutis perfectionẽ, præcipue charitatis. Secũda docet ſeruare famæ ſynceritatẽ à maculis pręcipuè fęditatis. Tertia ſitiẽtib. martyrium aperit adĩtum, docẽs infidelib. ſe iungere domeſticis abdicatis. Prima pars hẽt octo, quia primò imponit miniſtris ꝓuincialib. diligentiã curæ. Scđo imponit ſubditis diſtrictionẽ obedientiæ, ibi. Fr̃es verò qui ſunt ſubditi. Tertio fratrib. grauatis dat remedium, ibi. Et vbicũq; ſunt. Quarto circa hoc ſubdit informationem miniſtrorum, ibi

miniſtri verò benignè. Quinto ſubdit informationem,
omnium fratrum ad vitationem peccatorum præcipuè
ſpiritualium,ibi,Moneo vero. Sexto informat eos, ad
deuotionis ſpiritum,& orationis exercitium, ibi, ſed at-
tendant. Septimo ad tolerantiam iniuriarũ & aliorum
grauaminum,ibi,& habere humilitatem, & patientiã.
Octauo ad charitatis complementum, ibi, & diligere
eos,qui nos,&c.Dicit ergo primò. Fratres qui ſunt mi-
niſtri,& ſerui aliorum fratrum. Miniſtri in ſpiritualib.
& ſerui in temporalibus. Viſitent ſocialiter, & moneant
Luc. 11. iudicialiter ex dicto Saluatoris Petro. Et tu aliquando
conuerſus,confirma fratres tuos. Et hoc ad benefacien
dum humiliter,non imperioſè,& charitatiuè,non con-
Ezech. 34. tumelioſè contradicentes,vnde in Ezechiel dicitur. La-
teribus & humeris impingebatis, & cornibus veſtris
ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergeren-
Marc. 8. tur foras humiliter,ergo & charitatiuè. Exemplo Do-
Matt. 23. mini dicentis. Quotiens volui congregare filios tuos,
quemadmodum gallina. Ipſe tamen Dominus aſperę
Ioan. 2. dedit correctionis exemplum, vnde facto flagello de fu
niculis expulit ementes & vendentes. Et Petro carnali
Mat. 15. & ſenſu ducto dixit,vade retro ſathanas. Duriſſimè etiam
23. & phariſæos,& hypocritas increpabat. Non præcipientes
Luc. 16. eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, vtpote,inhi-
bitum lege diuina, & regulam noſtram,inhibitum lege
diſciplinæ. Pro ſecunda parte rubricæ ſubdit. Fratres ve
ro qui ſunt ſubditi recordentur, quòd propter Deum
abnegauerunt proprias voluntates. Propria voluntas
eſt illa,quæ omnino diuino imperio non ligatur,vel ſu-
periori regulæ non adhæret,vnde firmiter præcipio eis,
vt obediant ſuis miniſtris, & omnibus prælatis ordinis.
Et dicit ſuis,vt de prouincialibus,& alijs prælatis imme
diatis ſe loqui oſtendat,hic, qui ſupra de obedientia ad
generalem miniſtris in primo caſu eſt locutus in omni-
bus,quæ promiſerunt Domino obſeruare,ſupple, expli
citè vel implicitè. Et non ſunt contraria animæ ſuæ & re
gulæ noſtræ,hoc ſupra expoſitum eſt. Sequitur pro ter
tia parte. Et vbicunque ſunt fratres,qui ſcirent,ſe p ex-
perientiam,& cognoſcerent per rectum iudicium, ſe nõ
poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare,hoc eſt in his,prę
cipue quæ ſpiritualia ſunt,vt tranquillitas cordis,& pu-
ritas conſcientiæ. Non poſſe inquit, vel propter tenta-
tionum grauitatem periculoſam, vt in conſortio mulie-
rum, vel non poſſe quantum ad corporis neceſſaria, ſi
non poſſint habere alicubi ſalua ordinis puritate, vel
propter ſimilia. Ad ſuos miniſtros debeant recurrere.
Qui debent eſſe refugium afflictorum,vice Domini di-
centis. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati
eſtis, & ego reficiam vos. Recurrere inquam, per ſe,
Matt. 11. vel per nuncium, forma ſtatutorum ordinis obſeruata
in eundo. quia iſtud debitum non eſt exemptum ab o-
bedientia ſtatutorum. Sequitur pro quarta parte, mi-
niſtri vero charitatiuè in corde, & benignè in vultu, &
ſermone, eos recipiant, & tantam familiaritatem ha-
beant circa eos, hoc eſt tam familiares ſeipſos exhi-
beant,vt dicere poſſint eis, fratres ad eos recurrentes,
& facere ſicut domini ſeruis ſuis. In hoc verbo, ſicut do
mini miniſtri informantur ad humilitatem, vt ſe quaſi
ſeruos imaginentur fratrum aliorum eſſe. Et omnia
verba imperium reſonantia ſileant,& facta dominatum
prætendentia pœnitus deſerant. Exemplo illius,qui di-
Luc. 22. xit. Qui maior eſt in vobis,fiat ſicut minor,& qui præ-
ceſſor ſicut miniſtrator. Cum igitur dicitur, vt dicere
poſſint,& facere. Informatio eſt miniſtrorum, ne fa-
cto, aut verbo prætendant faſtum, qui poſſit repellere
ſubditos à fiducia ad miniſtros in neceſſitatibus recur-
rendi. Non eſt autem intelligendum verbum, quòd
ſubditis detur occaſio ſuperbiendi per nimiam humi-
litatem miniſtrorum, ne ſicut dicit Grego. Dum nimis
ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Vnde
qui dixit,qui maior eſt veſtrum,&c. non dixit, qui mi-
nor eſt, fiat ſicut maior. Nam ita debet eſſe, quòd Mini
ſtri ſint ſerui omnium fratrum. Serui quidem in his prę
cipuè,quæ ad ſalutem pertinent animarum, vnde Do- Luc. 22.
minus. Ego in medio veſtrum ſum tanquàm qui mini-
ſtrat. Sequitur pro quinta parte, in qua tangit octo ge-
nera peccatorum dicens. Moneo verò & exhortor in
domino Ieſu Chriſto,vt caueant fratres ab omni ſuper-
bia,quia vt dicit Auguſt. ſuper illud Pſal. In ira conſum
mationis. Alia vitia in malefactis timenda ſunt,ſuper-
bia in benefactis plus metuenda eſt. Ab omni inquam
ſuperbia cordis, conuerſationis,ſermonis,& operis va-
nagloria, quæ oritur ex ſuperbia,hoc eſt fratrib. neceſ- Matth. 7.
ſarium. Vnde Hiero. ſuper Matt. Eleganter in quodam
volumine ſcriptum legimus. Ne quæras gloriam, &
non dolebis cum inglorius fueris. Inuidia, quæ infallibi
liter ſuperbiam comitatur. vnde Aug. ſuper Pſal. Super-
biæ comes eſt inuidia,fieri.n.nõ poteſt, vt ſuperbus nõ
inuideat. Auaritia, quæ conſiſtit in cupiditate rerum
terrenarum non habitarum. Item conſiſtit in tenacita-
te rerum obtentarum quarumcunque in vſum venien-
tium. Pro qua vlterius excludenda ſubdit,cura,& ſolici
tudine huius ſæculi, quæ ex auaritia proueniunt, vnde
Saluator. Nolite ſoliciti eſſe, dicendo aut ſolicitudine
huius ſęculi, ſolicitudinem ſęcularem perimit, vt ſpiri-
tualem ſolicitudinem non excludat, quæ in procurãda
animarum ſalute præcipue exercetur. Inhibendo etiam
ſolicitudinem huius ſæculi curioſitatem illorum percu
tit,qui immoderatè ſtudent in ſapientia ſæculari. In cul
pam auaritiæ & ſolicitudinis nimietatẽ, incidũt omnes
ſuperfluitates librorum, aut veſtium, aut ædificiorum,
aut ſimilium. Quę auaritia tunc eſt damnabilis, cum in
grauamen aliorum pauperũ eleemoſynæ in talib. ſuper
uacuè conſumuntur. Detractione quæ oritur pręcipuè
ex inuidia,& odio, iõ excludendo detractionẽ, odiũ et
& iram excludit. Et murmuratione, quæ ex impatientia
& iudiciorũ temeritate procedit, oĩa vitia ſpũalia, quæ
religioſos fragiles comitari ſolent, hęc excludit excepta
acedia, quam in ſuo cõſequenter oppoſito diſſuadet. Cu
rioſitatẽ etiam laicorum cohibet, dicens. Et non e... erit,
neſcientes literas,i. laici literas diſcere. In quo verbo cu
rioſitatem cohibet non tñ inhibet quin ipſi teneantur li
teras diſcere, ſi fuerit eis imperatũ. Sed cũ iſta ſint morta
lia, puta in lege Dei prohibita, quare hæc ea monitorie
exhortantur? Ad ꝙ dicendũ, ꝙ in oĩ genere capitalium
pctõrum aliquid eſt mortale,& aliquid eſt veniale. Mor
tale eſt oẽ pctm̃ quo aliquid appetitur ſupra Deũ. Hoc
aũt ſupra Deum appetitur, qñ aliquis pro re tpali deſi-
derata obtinenda, vellet aliquod peccatum mortale cõ-
mittere, quaſi eam non poſſit aliter obtinere, vel pro re
iam obtenta non amittenda, prius vellet pctm̃ mortale
committere, quàm ipſa carere. Hæc aũt docet S. Augu.
Hoc eſt.n. habere Chriſtum in fundamento, nihil Chri Lib. 21. de
ſto præponere, ſed in omnib. eius præponere præcepto- ci. Dei. ca.
riam voluntatem. Qui igitur excellentiam vel vanã glo 20.
riam inordinatè appetit, ita tñ ꝙ Deum ſibi in corde p-
ponit, nec aliquid cõtra Deũ faceret pro gloria aſſequẽ
da ſuperb. eſt, ſed non criminaliter, & ppter iſtã diſtinctio
nem admonemur, omne ẽt ſignum ſuperbiæ in geſtu,
habitu & ſermone, & ita de alijs intellige conſequenter.
Qui ergo ſolicitus eſt de ſeculo cõtra regulæ honeſtatẽ,
vel in tm̃ vt illa amittat, ad q̃ ex lege vel voto regulę te-
net, peccat mortaliter. De detractione eſt difficilius ex-
plicare. Circa quod ſciendũ, ꝙ detractio eſt quæ verbo Qñ detra-
lædit alium, præcipuè in abſentia. Talis ergo aut mentit ctio, &
vt lædat, & hoc eſt generaliter mortale peccatum, cum murmura
ſit pernicioſum mendaciũ, aut dicit verum licet ma- tio eſt pec.
lum. Et hoc poteſt eſſe tripliciter, aut enim homo dicit mortale.
malum verum de alio zelo iuſtitiæ, qñ & vbi dicendum
eſt, & hoc non eſt malum ſed bonum. Aut dicit malum
deſide-

deſiderio & libidine vindictæ, vel odio perſonæ, & hoc principali intentione, & talis peccat mortaliter. Aut dicit malum ſcitum, ex lubricitate linguæ, & hoc non eſt mortale peccatum, niſi ita contra prudẽtiam dicatur, vt poſſit in ſcandalum redundare, zelo autem iuſtitiæ poteſt quis dicere malum dupliciter, vel vt corrigatur, vel vt caueatur. Murmuratio eſt peccatum mortale cum impugnat ſcienter Dei iudicia vel ſuperioris auctoritatẽ, vel cum ordinatur ad ſcandalum ſuſcitandum. Pro ſexta parte ſubdit. Sed attendant, ꝙ ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum Domini, quem ſupra dixit ſpiritũ ſanctæ deuotionis. Iſta deuotio eſt pius & humilis affectus in Deum qui ex compunctione generatur. Et ſanctam eius operationẽ. Oratio. n. dicit ſpiritus operationem. Quia dicit Apoſtolus ad Ro. ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Orare ſp ad Deum, puro corde. Oportet ſemper orare & non deficere. Et Apoſtol. ait. Sine intermiſſione orate. Hoc autem triplicem habet ſenſum, quorum duo tanguntur in glo. Lu. 18. quia ſemper orare, eſt canonicas horas quotidie debito modo dicere. Item ſemper orat, qui ſemper bene agit. Tertiò modo, ſemper orare eſt, ſpiritum deuotionis ſemper inuiolabiliter obſeruare, quæ habita inter quaſcunq; occupationes ſolet gemitibus, & ſuſpirijs inenarrabilibus Chriſti clementiam implorare. Inperceptibiliter etiã ad hoc Regula (vt exiſtimo) manuducit. Fratres igitur ſemper orantes, acediam à ſe excludunt. Et per ieiunium gaudij omne carnale ſolatium, procul pellunt, vbi cauenda eſt hereſis Marſilianorum Pro ſeptima parte addit, & habere humilitatem & patientiam, præmittit humilitatem patientiæ, quia fundamentum eius eſt, ſicut econtrario ſuperbia eſt fundamentum impatientiæ. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. In perſecutione quæ eſt aduerſitas ad extra, & infirmitate quæ eſt aduerſitas ab intra. Et dicitur in perſecutione, quia omnes qui piè volũt viuere perſecutionem patientur. Item Apoſtolus dicebat. Vſq; in hanc horam eſurimus & ſitimus. Ibi gl. Liberè & ſine adulatione veritatem prædicantes & geſta prauæ vitæ arguentes gratiam nõ habẽt apud homines, Ad patientiã in infirmitate, pertinet paucis obſequijs paucisq; remedijs cõtentum eſſe, iuxta exigentiam paupertatis, vt memores ſint fratres, quomodo olim Monachi languentes, aqua frigida vix ad ſufficientiam vtebantur. In quo (ſine graui cordis gemitu non dico) magis reperiuntur vitioſi pauperes in ſæculo ad religionem venientes. De quibus Hiero. ait. Mirum de infœlici conditione plurimorum. Sunt nonnulli viles & abiecti in ſeculo, qui quotidianis laboribus ſe vltra vires affligentes pro victu captando: viliſſimè & vix raris fabis, & rapis, cum ordeaceo pane ſaturãtur. Cum Chriſti verò ad menſam accedunt, & Chriſti militiam ſuſcipiunt, ſuæ egeſtatis obliti, lautiora quærunt quàm milites, qui ſunt aſſueti magnificis. Hec autem omnia in Chriſti & apoſtolica vita locum non habent, Hæc Hiero. In vltima parte ſubdit. Et diligere eos qui nos perſequuntur facto, & reprehendunt irrationabiliter, & arguunt rationabiliter. Quia Dicit dominus. Diligite inimicos veſtros, quanto magis amicos. Et orare pro perſequentibus in facto, & calumniantibus vos in falſi criminis impoſitione. cuius rõnem ſubdit dicẽs. Beati qui per ſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit.

Ad Ro. 8.
Luc. 17.
1. ad Theſ.
Prou. 13.
2. Tim. 3.
1. Cor. 14.
In epiſtola ad Euſtochium.
Matth. 5.

*Capitulum 11.*

PRæcipio firmiter. Hic docet fratres famæ ſinceritatem obſeruare à labe pręcipuè turpitudinis. Et hec pars diuiditur in tres, primo inhibet generaliter ſuſpecta conſilia omnium mulierum, ſecundò cautelã adhibet circa conſortia monialiũm, tertiò inhibet occaſionem ſpiritualium cognationum. Dicit ergo pro primo. Præcipio firmiter fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia vel conſilia mulierum. Suſpectũ conſortium eſt, non ſolum mulieris ſuſpectæ, imò cum omni muliere, vbi locus & tẽpus, geſtus, & aſpectus, & alia laudabilia indicia ſuſpitionẽ laudabiliter non excludũt, vt ſi locus quæratur pro mulierum colloquio ſolitarius aut obſcurus, & tempus nocturnum, vel alias opportunum. Si geſtus ſit diſſolutus, vt potè ex nimia mulieris appropinquitate, vel faciei ad eam conuerſione, fixis oculis, manibus iunctis, omne tale conſortium eſt ſuſpectũ, vnde ſuſpecta ſunt conſortia & colloquia prædictis circunſtantijs concurrẽtib. Itẽ ſi ſolitaria ſint, excluſo aliorum auditu, licet non viſu, ex intentione, ſine cauſa pia maximè ſi ſint ſolitariè prolongata, aut cum eadem perſona ſine ratione euidenti frequentata, ſuſpecta ſunt colloquia. Ad ſuſpitionem autem mulierum facit ætas, & conditio colloquentis. Illam autem ſuſpitionem exiſtimo hic prohiberi, quę fratri excitat enormis tentationis ſtimulum, vel quæ crimini præſtat fomentum, vel quæ poteſt apud alios, vel alium ſcandalum generare. Et hic æſtimo omne ſuſpectum prohiberi colloquium, quod ordinatur ad carnis immunditiam quamcunque, vel qđ poteſt huius rei ſcandalum, vel ſuſpitionem probabiliter excitare. Sicut Dominus prohibendo męchiam, prohibet nõ ſolum minorem lapſum, qui eſt fornicatio, ſed & omnem minorem turpitudinem, qua corpus ſeminaliter inquinatur. Sequitur pro ſecunda parte. Et ne ingrediãtur monaſteria monacharum, pręter illos quibus à ſede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis. Hæc inhibitio de omnibus monialium domibus intelligitur. Vbi. n. magis eſt periculum colloquij, ibi prudentius obuietu. Illæ autem moniales ſancti Damiani præ cæteris mulieribus, ab humanis conſortijs excluduntur, licet ergo in frequentatione earum poſſet oriri periculum propter quandam familiaritatem fratrum minorum, & propter hoc ſit licentia adeundi talia loca ſedi Apoſtolicę reſeruata, tamen quia alię moniales ſe amplius exponũt humanis colloquijs quàm illæ, neceſſe eſt vt illud mandatum, ad omnes monachas referatur, ſecundum expoſitionem Domini Greg. & indulgentiam de talibus viſitandis. Et ſicut Monachi ſunt non ſolum collegiati, verumetiam ſolitarij, ſic & Monachæ, & moniales intelligendæ ſunt, non ſolum collegiatæ, verum & incluſæ dicuntur & ſolitariam vitam agunt. Et hæ etiam ſunt vitandæ. ſicut collegiatæ propter maius periculum ſolitudinis, ex tenore præcepti vt æſtimo præcedentis. Sequitur, pro tertia parte. Nec fiant compatres virorum aut mulierum, &c. Hoc idem inhibetur Monachis. Et quia de ſimilibus eſt ratio ſimilis, ſcito hic prohiberi omne fratrum ad mulieres commertium, de quo poſſet fratribus ſcandalum generari.

Quod ſit ſuſpectũ conſortiũ mulieris.

*Capitulum 12.*

QVicunque fratrum, &c. Hic tertio docet in martyrio conſummare, & quia martyrium nihil eſt niſi fiat in eccleſiaſtica vnitate. Primò agit de primò. Secundò de ſecundò, ibi. Ad hæc per obedientiam. In prima parte tangit fratrum hoc deſiderio flagrantium deuotionem, & Miniſtrorum examinantium diſcretionem dicens. Quicunque fratrum diuina inſpiratione, non leuitate, non impetuoſitate, nõ aſtutia ſubterfugiendæ diſciplinæ, voluerint ire inter ſaracenos & alios infideles, vt paganos vel hereticos, vel ſciſmaticos: petant inde licẽtiam à ſuis Miniſtris prouincialibus, quia huius rei obedientia nõ eſt inuolũtarijs imponẽda. Vnde ſubdit. Miniſtri verò nullis eundi licẽtiam tribuant, niſi

niſi eis quos viderint eſſe idoneos ad admittendum. Idonei autem ſunt robuſti corpore, & conſtantes in fide, ꝓbati virtute, & ſemper irreprehenſibiliter cõuerſati. Sequitur pro ſecunda parte. Ad hæc per obedientiam iniuncto Miniſtris, vt petant à Domino Papa vnũ de ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit gubernator bonis agendis, ꝓtector in oppreſſionibus alienis, & corrector in delictis illius fraternitatis, vt ſemper ſubditi & ſubiecti ſint pedibus eiuſdem ſanctæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide catholica, ſine qua illud martyrium nihil valeret, paupertatem contra auaritiam, & humilitatem contra ſuperbiam, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti quãtum ad virtutum perfectionem omnimodam, quod firmiter promiſimus, i. quatenus ipſum promiſimus obſeruemus. Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea, quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. (Ad Heb. 2.) Quæritur de præceptis regulæ, quæ, ſ. vniuerſaliter intelligenda ſunt præceptoriè imponi, & in quibus poſſunt prælati ordinis diſpenſare. Ad hoc reſpondeo, quòd regula iſta præceptis eſt plena, & vt puto penè omnia in ea poſita ſunt præcepta, vbi aliquod expreſſe additum, vt monitionis vel exhortationis vocabulũ vel conſimile aliud non declarat. Præceptorum autem iſtorum, tria ſunt genera. In quibuſdam. n. ponitur expreſsè præcipiendi verbum, vt præ cæteris commendentur, & illa ſic tranſeunt in votum, vt in nullo eorum ordo valeat diſpenſare. Aliud eſt genus præceptorum, quibus additur verbum tentionis vel debiti, vel aliqđ ſimile. Ex quo obligatio declaratur. Vocabulum autem tentionis, licet obligationem importat, non tamen ſic diſtricte ſicut vocabulum præcepti ad illud faciendum ligat, cui tentionis vocabulum eſt adiunctum. Qđ patet, quia cum homo homini teneri dicitur in aliqua pecuniæ quantitate, certum eſt quòd tentio obligationem importat vel ad ſoluendum vel ad ſatisfaciendum, vel alio modo, niſi debitum velit creditor remittere debitori, vnde licet tentio obligationem ſonet, põt tamen ordo in particulari, & in caſu cum aliquo diſpenſare, in iam dictis: exceptis illis in quibus patet, intentionem regulæ omnino præceptoriè obligare, vel quorũ tranſgreſſio ſcandalum vel deordinationem notabilem generaret. Verbi gratia, cum dicitur primo cap. Alij fratres teneantur fratri Franciſco, & eius ſucceſſorib. obedire. Patet quòd in hoc non poteſt ordo in aliquo diſpenſare. Sic etiam 8. cap. vbi dicitur. Vniuerſi fratres, vnum de fratribus iſtius religionis teneantur habere ſemper Generalem Miniſtrum. Et infra eodem cap. Teneantur prædicti fratres, quibus electio data eſt, alium ſibi eligere in cuſtodem, & ſic in ſimilib. In alijs autem nonnullis, credo quod ordo poteſt diſpenſare in particulari & in caſu. v.g. cum dicitur 3. c. Non teneantur niſi ſexta feria ieiunare. Credo quòd citra manifeſtam neceſſitatem ſubditus tenetur ieiunium ſoluere, ſi ſuperior imponeret, niſi eſſet ſolutio ieiunij in ſcandalum aliorum. Similiter intelligo in illo verbo ſeptimi capituli. Teneantur prædicti fratres ad eos recurrere, & in quibuſdam alijs. nihil tamen horum poteſt ordo generaliter immutare. Eſt etiam tertium genus, vbi nec additur præcipere, nec teneri: ſicut patet in ſecundo capit. in pertinentibus ad receptionem ad ordinem veniẽtium, & in tertio in ſpectantibus ad diuinum officium, & in pluribus alijs conſequenter, vbi multa eſſent pręcepta ex intentione mandatoris, niſi eorum tranſgreſſio ſcãdalum & deordinationem notabilem generaret. Circa quorum diſpenſationem in particulari intelligo idem, quod circa præceptum ſecundi ordinis eſt prędictum. Inter quæ etiam alia quæ non præceptoriè inſerũtur. Nec in ſpeciali amplius diffinio, niſi vt omnia regulæ verba cum reuerẽtia recipiantur, & ipſorum trãſgreſſio penitus deuitet, cum certum ſit regulam pro lege dari. Nec aliquis à lege auertitur, quin ad tenebras conuertatur. Nulli ergo. Hæc eſt pars tertia epiſtolæ, aliarum concluſiua, vbi duo ſunt notabilia, ſcilicet regulæ ſtabilitio, & temporis determinatio. Pro primo dicit, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Quod tamen faciunt detractores, regulam ipſam, & regulę declarationem, & fratrum conuerſationem, trino ordine dentium lacerantes. Vnde caueant ab eo, quod ſequitur. Si autem quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Pro tempore addit. Datum Laterani, id eſt in ſede Imperiali, Chriſti nomini conſecrata, tertiò Kalendas Decembris die quinto Sancti ſaturnini, quæ eſt prima, ſ. ſolennitatum anni, ſecundum reuolutionem Romani officij, vt pateat hanc regulam eſſe renouatiuam gaudij, quod annus benignitatis Domini introduxit. Quæ eſt etiam vigilia ſancti Andreæ, Apoſtoli, vt ſciant omnes huius regulæ obſeruãtiam, eſſe vigiliam præambulam, ad thronum iudiciarium cum gloria poſſidẽdum. Pontificatus noſtri, anno octauo, vt octaua gratiæ, & gloriæ commẽdetur. Amen.

# SANCTI BONAVENTVRAE

## DOCTORIS SERAPHICI

*Determinationes multarum Quæſtionum ſuper regulam Beati Franciſci.*

Præfatio.

CVM inter alios ordines religioſorum ordo fratrum minorum datus ſit Eccleſiæ ad ædificationem fidelium in fide & moribus, per verba doctrinæ & exempla bonæ conuerſationis, quibus, & fideles cruciantur ad imitandum, & fides muniatur contra prauitatem hæreticam, ſicut lucerna fugans in domo tenebras, & operantes promouens. Vt autem eadem ędificatio, afferat fructum ampliorem, neceſſe eſt ordinem ipſum quatuor ornamentis eſſe præditum, ſine quibus minus proficeret in alijs, licet fortè quò ad ſe, aliquo illorum poſſet carere. Primum eſt vita irreprehẽſibilis, quæ maximè ſibimet prodeſt, & alios ædificat. Secundum ſcientiæ ſacrę ſcripturę, ſine qua nec ſecurè, nec vtiliter poſſet alios docere. Tertium eſt auctoritas prædicandi & confeſſiones audiẽdi, in quibus maximè proſũt fidelibus fratres. Quartum, ratio ſatisfactoria, ſuper quibuſdam dubijs, apud illos qui non intelligunt qualiter fiant rationabiliter & licitè immo neceſſariò & meritoriè in ordine, ſuper quibus, aut non mirantur aut ſcandalizantur, vt ſciant qualiter, & quomodo iſta fiant rõnabiliter: cum ad hoc teneamur. Nam vt coram cęco offendiculum non ponamus opera noſtra, lux debet eſſe coram hominibus: iuxta illud Matthæ. ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vos eſtis lux mundi. (Matth. 5.) Et ideo expedit in lucem ponere, & rationem oſtẽdere de his, quæ non intellecta poſſent putari tenebrę, & per conſequens poſſent aliorum ædificationem de nobis aliquatenus

impedire

impedire ſicut.n.artis alicuius ignarus,videt aliqua ab illius artis opificibus inſtrumenta haberi,quæ non intelligit ad quid valeant.Ita plerunq; ſeculares & rudes mirantur,quare ſpirituales hæc,& hæc faciant.Ita vt expediat aliqua ab eis abſcondere,non ex ſimulationis palliatione,ſed pro cautela,ne ponatur offendiculū infirmis, et puſilli intelligētia materiam ſcandali indè ſumant.Aufer rubiginem de argēto,& egredietur puriſſimum vas. hoc eſt tolle de bono quod facis ſuſpitionem, rationem reddendo,& apparebit purum & bonum quod putaba
1. Pet. 3. tur vitioſum. Vnde Petrus dicit.Parati ſemper ad &c.Ipſa.n.opera Dei puriſſima in ſe, ſæpè ſunt in rudibus &
Matt. 13. in infidelibus occaſio ſcandali,cum non intelligunt, & ſiniſtre ac peruersè interpretantur. Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me,ait Dominus,& Propheta dicit.
Pſalm. 17. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Vt ergo lucerna clarius luceat,offendiculum auferas ei, & limpidius lumen effundet.

*Quæſtio.* 1.

PRimò igitur queritur,cum tot ſancti ordines & approbatæ regulæ fuerint,cur ſanctus Franciſcus nouam regulam facere voluit, quaſi non ſufficerent priorum inſtituta ſanctorum? Ad illud tibi reſpondeo, quòd pater S.Franciſcus ſpiritu Dei plenus,& zelo charitatis Dei & proximi totus ignitus, triplici deſiderio flagrabat,videlicet vt totus poſſet eſſe imitator Chriſti in omni perfectione virtutum. Item vt totus poſſet adhærere Deo per aſſiduæ contemplationis eius guſtū. Item vt multos poſſet lucrari Deo,& ſaluare animas, pro quibus Chriſtus voluit crucifigi & mori. Et quia non ſuffecit ei vt iſta in propria perſona tantum ageret, voluit inſtituere ordinem, vt multos cooperatores haberet,nō ſolum in præſenti,ſed etiam in futuro,qui & ſanctitatis eius imitatores exiſteret,& alios Deo plurimos lucrarentur.Ordines autē quos ipſe ſanctus Franciſcus inuenit in Eccleſia,aliqua prædictorum trium ex parte habebant,vt religioſi Cenobitæ, qui in ſtudio virtutū Chriſti imitantur veſtigia,Eremitæ qui contemplationi diuinę frequentius vacant.Et clerici rectores plebiū, qui animarum curam habentes, & officio lucri animarum omni vigilantia intendere debent.Et quia hæc tria ſimul inuenit in illo ordine,Spiritu ſancto edoctus nouam condidit regulam,& nouum ordinē inſtituit, quo in poſſeſſione euangelicorum conſiliorum,obedientiæ, videlicet,& caſtitatis,& abdicatione proprietatis,Chriſti veſtigia ſequeretur,& in officio prædicationis & cōfeſſionis animarum lucra vtiliter quæreret, & in altiſſimæ paupertatis mendicitate libertatem ſpiritus retinēs, contemplationis ſupernæ apprehenderet puritatem.Nā & ſi actionis exterioris occupatio aliquoties interrumpat ocium contemplandi,ipſa tamen libertas cordis nullis ſolicitudinib. temporalium diſtracta,ſpiritualis vacationis magnam præſtat ſtudioſis opportunitatem,vt orando,legendo,meditando,& contēplando. Plus.n.obeſt ad deuotionis puritatem aſſequendam,ſtrepitus tēporalium curarum,quam exercitatio virtuoſarū actionum,quia curarum importunitas in ocio corporis generat mentis inquietudinem.Boni autem operis fidelis exercitatio conſcientiam quietat,& impinguando eleuat in ſuperna,ſicut qui laborat in præparationem cōuiuij, in quo quietus iucunde epuletur . Vnde & Dominus per diem occupabatur in doctrina populi,& ęgrotantiū curatione, in noctibus orationib. in monte vacabat ſicut ait Luc.Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte olıueti, & Pſalm.
Luc. 11. dicit.In die mandauit Dn̄s miſericordiam ſuam, & nocte canticū eius. Noluit ſanctus Franciſcus eſſe fratres
Pſalm. 41. ſuos aſtrictos ad curam aīarū ex debito neceſſitatis, ſed ex liberę charitatis affectu , & vt meritum expectarent de fructu ſalutis aliorum,& periculum euitarent de perditione eorū,participes in lucro,indemnes in detrimento,vt alios extrahant de naufragij ſeu incendij periculo,ipſi tuti conſiſtentes in ſolido,non periclitantur cum pereuntib. in peccato.

*Quæſtio.* 2.

CVr ergo qui animarum curam ordinariè non ſuſcipitis,prædicatis populo, & confeſſiones auditis , mittentes falcem in meſſem alienam,cum illis proprie competat,qui animarum curam ex officio gerunt, iniuriantes Plebanis,in quorum videmini præiudicium exercere officia illis commiſſa,& decipientes illos quos abſoluitis,ſuper quos iuriſdictionem non habetis ordinariam,contra canonum inſtituta,& periculum animarum veſtrarum? Reſpondeo. Nulli in hoc facimus iniuriam,nec aliquem decipimus,ſed ſedes Apoſtolica quæ immediatè curam eccleſię habet,& a qua cęteri Eccleſiarum paſtores tam maiores quàm minores gubernandi ſuſcipiunt auctoritatem, tam mediatè quam immediatè,& a qua omnes canonum leges emanant, videns in his nouiſſimis temporib. iuxta Apoſtolū inſtare tēpora periculoſa,& laxatis Euangelicę prædicationis retibus in capturam tantos influxiſſe piſces hominum ad fidei profeſſionem,qđ rete fidei ſcinditur,meſſem fidelium multam,& operarios idoneos paucos,eò q; peccata quotidiè multiplicantur in eccleſia,& Epiſcopi negotijs exterioribus dediti, ſpiritualibus intēdere nequeūt, & pauci ſunt Paſtores in Eccleſijs perſonaliter reſidentes,ſed Vicarijs,& mercenarijs committunt oues, ſiue animas regendas,in quorum plurimis multi eueniūt defectus imperitiæ,& honeſtæ vitæ negligentiæ, & aliorū defectus, per quos ad gubernandas animas redduntur inhabiles,& non eſſe qui plebes erudiant, vel a peccati fecib. extrahant,vocauit nos in adiutorium tam Cleri, quam populi,vt per officium prædicationis,& cōfeſſionis,ſubueniamus animabus,& onus Paſtorum ſubleuādo alleuiemus, ſicut Petrus,& eius ſocij non valentes ſoli rete piſcium ad littus trahere præ multitudine, annuerunt Iacobo,& Ioanni ſocijs ſuis in alia naui,quę ſignat Religionem, vt venirent & adiuuarent eos, ne vel ipſi
mergerentur,vel piſces capti perirent.Cum ergo ex apo Luc. 5.
ſtolicæ ſedis miſſione,Epiſcoporum beneuolentia, prædicationis opera & confeſſionis ſubditis eorum impendimus,eos ex charitate & auctoritate eorū abſoluimus, & non decipimus eos,ſed iuuamus,& in illis fit nō præiudicium Plebanis,ſed beneficium,dum pro eis laboramus,& ad obedientiam debitam eorum ſubditos exortamus.Nam ſi Plebanus poteſt alteri vicem ſuā cōmittere,multò fortius poteſt hoc Papa , & Epiſcopi, qui pleniorem habent in omnes ſibi commiſſos ſine differentia poteſtatem.Et ſicut ex charitate non ex neceſſitate impendimus fidelib. ſpiritualia ſubſidia,docendo,& orando,& à peccatis in confeſſione abſoluendo, ita ipſi non ex debito coactionis, ſed ex libertate charitatis miniſtrant nobis corporalis neceſſitatis ſubſidium,cum Dominus ordinauerit his qui Euangelium nunciant,de E-
uangelio viuere,&c. 1. Corin. 9

*Quæſtio.* 3.

ITem quero,cum religioſi debeant ſimpliciter ambulare,& omnimo virtutibus abundare,& ad hoc operam dare,cur rurſum ſtudio literarum, quæ olim ſancti Patres poſtpoſuiſſe laudantur,vt Benedictus,& alij, ſe modo dant,& in ſecreta conuerſatione ſtudent.Reſpondeo,q; cum ſicut dictum eſt,prædicationis officiū ex regulari profeſſione ordini annexum ſit, & etiam cōfeſſionis,quæ notitiam requirunt ſacræ ſcripturæ, quæ ſubtili indiget in pleriſque locis expoſitione, ne ex imperitia

peritia errores pro veritate doceamus, neceſſe eſt nobis ſacræ ſcripturæ habere ſtudiũ & magiſtros. Hæc.n.ſciẽtia non ſolum vtilis eſt ad aliorum eruditionem, ſed etiã ad propriam inſtructionem, vt ſeruus Dei ſciat ſeipſum bene regere, virtutes à vitijs diſcernere, & notitiã Dei, & futurorum premiorum clarius intelligere, & in omnibus cautius & fructuoſius cõuerſari. Nam & apoſtolus

1. Timo. 4.

hortatur Thimo. ad lectionis ſtudium & ſanctorum nobis diligentia in ſanctarum ruminatione ſcripturarum frequenter commendatur. Veritas.n. fidei & vitæ ſanctitas non aliunde quàm ex ſcripturarum fonte hauritur, ſine quibus impoſſibile eſt quendam ſaluari. Hæreticorum etiam verſutijs, qui in ſcripturis ſanctis occaſionẽ erroris per falſas interpretationes aſſumũt, oportet per ipſarum diligentem inueſtigationem diligentius obuiare, & fideles contra illorum fraudes & latentes decipulas premunire. Vnde Hiero. Sancta ruſticitas ſolum ſibi prodeſt, & quantum ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti

Ad Titũ 1

ædificat, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. Vnde Apo.d. Potens ſit exortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere, &c.

### *Quæſtio 4.*

ITem cum ſufficiat ad religionis perfectionem nil habere proprium in ſpeciali, & habere poſſeſſiones pro neceſſitate in communi, ſicut omnes religiones antiquorum patrum Benedicti, Aug. & aliorum, videretur inconſultum & aliquo modo tentare Deum, q̃ tantus ordo exponet ſe mendicitati quotidianę, velut celitus expectet victum ſuum, cum poſſet aliter habere. R̃ndeo. Perfectio diuerſos habet gradus, & alius alio ſublimior eſt, nec perfectioni aliorum ordinũ præiudicat, quin altior poſſit inueniri. Tentare autem Deum non eſt Chriſti promiſſionibus credere, & eius conſilijs obedire, & eius

March. 19.

veſtigia imitari, qui dicit. Amen dico vobis, q̃ vos qui

Cur ordo Mino. fratrũ nil proprium poſſidet.

reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me, ſede. ſuper ſe. &c. Dominus autem iſtam paupertatem docuit & tenuit, vt nil poſſeſſionis in terra haberet. Vnde dicit. Vulpes foueas habent &c. Multis autem de cauſis, ordo nil proprium poſſidet in hoc mundo. Primò, vt veſtigia Chriſti perfe

Mar. 8.

ctius imitetur. Si vis perfectus eſſe, vende. &c. Secundò, vt laqueos auaritiæ facilius declinemus. Qui volunt di

Matt. 19.

uites fieri, incidunt in &c. Tertiò, vt culpas ſuperfluita-

1. ad Ti. 6.

tis plenius expiemus. Vnde in prouerb. Omnem ſubſtãtiam domus ſuæ &c. Quartò, vt altioris meriti gloriam conſequamur per varias virtutes paupertatis. Beati pau

Matt. 5. & 10.

peres, &c. Quintò, vt liberiores ſimus mente ad ſpiritualia ſtudia, orationis, contemplationis, lectionis. Quare di. Dominus. Nolite poſſidere aurum, &c. Sextò, vt prædicationis ſtudio expeditius intendamus. Septimò, vt verbum Dei minus trepidè omnib. proponamus. Octauò, vt magis confidere oẽs in eum ſperantes doceamus. Nonò, vt occaſione petendæ eleemoſynæ ad aliorũ ædificationem frequentius exeamus. Decimo, vt qui nobis ſubueniunt in temporalib. fiducialius ſpiritualia requirant. Vndecimò, vt magis cauti ſimus ab omni ſcandalo, quo magis timemur in temporalib. deperire. Duodecimò, vt tanto humiliores ſimus, quãto magis ſubſidio aliorum indigemus. Et quia ſpiritualia fidelib. ſeminamus nõ tantũ ex gratia ab eis carnalia ſubſidia expecta

Luc. 10.

mus. Dignus eſt operarius mercede ſua. Hiero. Reddituũ poſſeſſionẽ nobis prouidere non oportet, ſed ad mẽſam Domini tanquã fideles cooperatores ocurramus.

### *Queſtio 5.*

Cur fratres Minores non degant in deſerto.

ITem quæro. Cũ religioſi à tumultu ſæcularis frequẽtiæ ſeſe ſeparare ſtuduerint, & in ſolitudinib. habitare, quid eſt q̃ vos frequentius in ciuitatibus & oppidis manere ſoletis, quaſi voluptuoſius ibi paſcendi, & inquietius & indeuotius ibi viuatis? Reſpõ. Tres ſunt cauſæ præcipuę pro quibus inter homines morari ſolemus. Vna propter eorum ædificationem, vt promptius eis adſimus, quando requirunt à nobis pœnitentiam, doctrinã, & ſalutis conſilium, & videant à nobis bonę cõuerſationis exemplũ. Si.n. remoti eſſemus ab eis, nec ipſi poſſent ad nos quando indigerent commodè accedere, & difficile eſſet nos toties vocari, & maior eſſet nobis inquietudo continuè currere & recurere, quam inter eos manere, & prius, quam veniremus, affectus & compunctio requirentium pœnitentiam ſæpè tepuiſſet. Secũda cauſa eſt propter indigentiam victualium, quia in locis deſertis nõ inueniremus quoties ſuperuenietib. vel reſidentibus, vel infirmis, indigeremus qui nobis neceſſaria vitæ miniſtrarent, cum per nos non habeamus, extranei ẽt qui pro conſilio ſuperuenirent, cum ſtatim nõ poſſent expediri & recedere, cogerentur nobiſcum freqũetius hoſpitari, quod multis ex cauſis nullatenus expediret propter inquietudinem, ſuſpicionem, & paupertatem. Tertia eſt cauſa propter tuitionem, quia ſi extra homines moraremur, nec libros, nec calices, nec veſtes, nec alia neceſſaria tute ſeruare poſſemus à latronibus vel predonibus, vel ſeruientibus potentium. Nam perſonæ etiã ſæpius eſſent in periculo, ſi quando in prædicatione forſitan aliquos offenderemus, vel filium, vel fratrem alicuius, de quo dolerent quod in ordine reciperemus, qui ẽt amicum fratrum vellet malitioſè offendere, vel moleſte ferret nos in terra morari, domus noſtras incenderet, & nunquam poſſemus ibi pacificè commorari. Qui autẽ habet poſſeſſiones & prædia, q̃ ſibimet ſufficiunt, poſſunt extra ciuitates morari. Similiter & ſolitarij qui paucis indigent, pauca ab alijs recipere neceſſe habent. Sũt & aliæ cauſæ, quas modò prætereo, pp quas conuenit inter homines potius quàm in deſerto iuxta conditiones noſtri ordinis habitare. Sed ad pręſens iſtę ſufficiãt.

### *Quæſtio. 6.*

ITem quæro. Cum Sancti Patres laudentur, in cellis & in vilibus habitaculis habitaſſe, quid eſt quòd vos altas & magnas domos erigitis, oratoria ſumptuoſa, & areas latas magno pretio comparatis, cum ſitis pauperes & mendici, & contemptores mundanorum eſſe debeatis? Reſpondeo, ſicut iam dictum eſt. Cum inter homines manere nos oporteat, aut ergo extra muros ciuitatis, aut intra. Si extra ciuitates maneremus, vbi poſſemus latiores areas leuiori pretio comparare, videlicet in campis vel ortis, quandocunq; bellum timeretur, vel guerra, ciues loci formidarent, ne forte hoſtes domos noſtras occuparent, & de illis niterentur ciuitatem, vel oppidum expugnare, & non auderent etiam alias quando ſibi timerent ad loca fratrum pro confeſſione, vel miſſa ſeu prædicatione ſecuri venire, & ideo non diligũt vt in talibus locis commoremur. Quod ſi intra muros habitamus, vbi propter frequentiam populi areæ cariores ſunt, oportet & nos areas carius emere quantum ſufficiant pro clauſtro, oratorio, & officinis congruis, pro conuentu, hoſpitibus, & infirmis, & horto herbarum, tam pro pulmentario, quàm pro aeris recreatione, vt infirmi refocillentur, & ſani conſeruentur, & laſſi in ſpiritualibus ſtudijs recreentur. Sæculares enim qui frequẽter vagantur, domi non indigent recreatione aeris. Religioſi verò qui in cellarum recluſorijs religantur, niſi aliquam interius habeant aeris recreationem, citò langueſcentes tabeſcunt, & ad ſtudia ſpiritualia inhabiles efficiuntur, ita quod nec ſibi nec alijs proficiunt in deuotionis internæ profectu, in ſapientiæ intellectu, in virtutum exemplis, & in doctrina ſalutis. Et quamuis perfectis omnis locus aptus ſit pro diſciplinæ internæ

Cur fratres mino. habẽt magnos conuentus.

exerci-

exercitijs, imperfectis tamen & adhuc indigẽtibus eru ditione virtutis, opus eſt etiam exteriori diſtinctione officinarum clauſtralium, vt ſciant vbi tacere debeãt, vbi loqui liceat, vbi orare, vbi laborare, vbi legere, ſcribere vel comedere, vbi ſit requies infirmantium, vbi repauſatio de labore itineris venientium, & aliorum, quæ in collegijs ſunt neceſſaria, ne ſi confusè indifferenter ſingula fierent pro libitu, iam nec diſciplina, nec quies, nec deuotio, nec ordo inter fratres ſicut expedit, ſeruaret, quod eſſet in magnum detrimentum Religionis, & in ſcandalum alienis, & in deſtructionem ſalutis, quia nec minores diſcernẽt à quo proficerent, nec perfecti alios ædificarent. Quia verò intra ambitum ciuitatis, vt dictum eſt, cariores ſunt areæ, ꝙ non poſſumus facilè ſufficientiam congruæ latitudinis habere, vt omnes officinæ deorſum collocarentur iuxtà ſe inuicem, oportet aliquando vt vna ſuper alteram locetur, ita ꝙ vtraq; aeris reſpiraculo non careat, & ex hoc domus noſtræ magnæ apparent, & excelſæ ac ſumptuoſe, & paupertati diſſimiles, cum tamen hoc paupertas magis efficiat, quia ne circa dilatemur, inferius anguſtamur, & quia circumſepti ſumus domib. aliorum vicinorum, & quia in ciuitate ſepè inſurgunt incẽdia latè peruagantia, ne vel domus vel Eccleſiæ, vel libri, vel alia neceſſaria frequenti diſcrimini ſint expoſita, & in continuo tremore infirmantium corda ſint indè ſuſpenſa, & ne ipſi vicini noſtri à nobis per incendia moleſtẽtur, vbi poſſumus facimus domos lapideas, vt nec igne, nec vetuſtate citius deſtruantur, quia non ſolum corporibus, ſed etiam cordibus magna eſt deſtructio, noua ſæpius ædificia conſtruere, maximè illis qui non habent ſumptus, niſi quantum valent colligere mendicitate. Non tamen intendo in his excuſare niſi què valdè neceſſaria ſunt & rationabiliter. Vbi autẽ ſuperfluitas, curioſitas, & irreligioſitas, & regulę, & paupertati noſtræ derogantes eſſent ſtructuræ, reprehendo tecum, & omnia alia quæ Deo diſplicent tam in moribus quam in rebus. Quintuplicis. n. peccati rei ſunt, qui ſuperflua in ædificijs & alijs quibus vtimur, procurant & acquirunt. Primò propter tranſgreſſionem profeſſionis, quia pompis renunciantes ſæculi, in paupertate, & humilitate vera promiſerunt Domino famulari, vnde Apoſtolus ait. Si ea quæ deſtruxi, &c. Secundò propter malum exemplum, quo alij diſcunt ab eis ſimilia facere, vel ſcandalizantur, quando vident eos, qui huiuſmodi pro Chriſto ſpernere deberent, quærere vel ſectari. Tertio propter inquietudinem fratrum pro huiuſmodi ædificia & procurationes, quia et deuotio extinguitur, & diſciplina religionis plurimum diſſipatur. Sicut ſcriptum eſt. Venerunt ſtructores tui deſtruentes te, & diſſipãtes à te exibunt. Quartò propter ſpoliationem aliorum pauperum, quibus ſæpè eleemoſynæ præripiuntur, & huiuſmodi ſtructuræ fiunt, ex quibus illi deberent veſtiri & paſci, dum quod iſtis datur, eis negatur, quia ad dãdum, vtriſq; ſæpè deficit dantium largitas & facultas. Quinto, quia quando nimis vrgemus homines ad dandum, perdunt deuotionem ad nos prius habitam, quòd nec de prædicatione, nec exemplis, nec alijs quę facimus ædificantur, vndè cum vident nos accedere, terrentur, & timent, quòd aliquid velimus ab eis expetere, quod graue ſit eis dare, & erubeſcunt negare, & ſi dederint non libenter, minus merentur, & ſic rebus & deuotionis meritò priuantur, &c.

Galat. 6.

Eſa. 59.

*Quæſtio. 7.*

ITem quæro. Cum Dominus in Euangelio dicat. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, & vos ſitis paupertatis Euangelicæ profeſſores, non debetis plura colligere, vel ſeruare, quam quod poſſit quotidie ad vnius diei victũ ſufficere. Sed videtur quòd non ſeruetis. Reſpondeò. Si diligenter Euangelij dicta penſamus, ſolicitudinẽ de craſtino ſed non prouiſionem prohibere videtur. Vnde ſancti Apoſtoli Euangelij Chriſti perfectiſſimi obſeruatores, tam pro ſe quam alijs Chriſti pauperibus, qui omnia pro Chriſto reliquerũt, à fidelib. ſubſidium pro corporum neceſſitate, ẽt in futurum petebant, & recipiebant. Sicut Paulus rogatus à Petro Ioã. & Iacobo, collectas fieri per Eccleſias pro Chriſti pauperibus ſuſtentãdis mandauit. Et in alijs locis pluribus reperitur id feciſſe. Qui etiã pro acquirendis neceſſarijs ſibi & ſocijs ſuis laborauit manibus. Solicitudo. n. notat curæ anxietatẽ, illicitam conquiſitionem, auaram ſuperfluorum promiſſionem. Sicut. n. in operatione ſalutis noſtræ principaliter ſpem in Deum iactare debemus, ita & in corporali ſubſidio ſolicitudinem debemus ei committere, & tamen vbi congruè poſſumus ſine iactura ſpiritualis profectus noſtri & aliorum nobis neceſſaria prouidere, ne aliter quaſi Deum tẽtare videamur, vt miraculosè ſicut olim filijs Iſrael, nobis quotidiè alimoniã ſubminiſtret. Licet. n. priorum fratrum puritas pro maioris perfectionis ardore pauciora quam nunc conſueuerint ad victũ colligere neceſſaria, & populus propter hoc talem opinionem concepit, ꝙ nil nobis licet reſeruare in craſtinũ, tñ nec tũc, nec nunc aliquo nobis prohibitum eſt ſtatuto, quin poſſimus ad victum aliqua etiam neceſſaria in futurum pro aliquo tempore prouidere, maximè de his quę in promptu cum indigeremus, non poſſemus acquirere mendicando. Sunt. n. quę niſi colligamus certo tpe quando eſt copia, quando inter manus communiter habẽtur à Populo, poſtmodum nec pro infirmis, nec pro hoſpitibus, nec pro alijs ſine magna difficultate, vel magno pretio poterunt haberi. Mendici. n. maximè illo tempore ſolent neceſſaria petere, quo ſciunt ea prõptius à dantibus inter manus haberi, vt circa horam comedẽdi. Sic & Dominus populo certo tempore pręcepit mane alimoniam colligere, quia nõ omni tempore in agro etiam ſi quærerent, inuenirent. Vnde Tu das eſcam illis tempore oportuno. In hoc. n. non tam nobis quàm illis à quibus petitur prouidemus, quando tali tempore petimus, quo ipſi facilius dare poſſunt, & magis ſunt voluntarij ad eleemoſynam largiendam.

Matth. 6.

Galat. 6. & 2. Cor. 8.

Exod. 26.

Pſal. 144.

*Queſtio. 8.*

Quare multa petũt fratres minores.

ITem quæro, quid eſt hoc, ꝙ modo plura petitis, quã olim, vt cum tunc vix in vna vel paucis villis & pauca poſtulaueritis, modo latè per terram & oppida & caſtra peruagando plurima congregatis? Videtur. n. auaritia inter vos creuiſſe, & cura ventris hanc vobis prouidentiam perſuaſiſſe, videtur etiam ꝙ ſpiritus extinctio vos in cella quieſcere non permittit. Reſpondeo: vt vitioſos in hoc & in alijs excuſare non audeo, vt dixi, ſed rationem pro illis qui ratione ducuntur, & pia intentione omnia faciunt, oſtendere beneuolis nunc intendo, quià maleuoli qui magis facta noſtra calumniari deſiderant, quam agnoſcere veritatem, magis dolant, ſi oſtenſa ratione, eis materia ſubtrahitur detrahendi. Quia inimicus vult potius cauſas maligrandi contra eum, quẽ odit ſibi adeſſe, quam abeſſe, vt nõ ex inuidia, ſed ex iuſtitia eum perſequi videatur. Quod autem nunc potius, quã olim videmur mendicando plura colligere, inter alias principales cauſas quas potes aduertere veras eſſe, vna eſt, ꝙ cum olim pauci fratres fuiſſent in ordine, nunc multo plures ſunt vbiq;, & plures pluribus indigent, quãtò numerus numerum excedit, & omnibus quæ neceſſitas requirat, eſt magis opus. Nam Dominus infans natus, modico diuerſorio & preſepio contentus fuit, ſed aggregata diſcipulorum turba, ad celebrationẽ Paſchalis conuiuij, quæſiuit ſibi præparari cęnaculum grande ſtratum. Secundo cauſa eſt, ꝙ inter plures ſunt etiã debiles & infirmi, maximè qui olim ſtrenuè Religionis & arduæ paupertatis pondus per annos plurimos portantes, nunc ex humanæ mortalitatis defectibus laxati, cogente ipſa charitate non debent ipſi vt infirma pecora re-

ra relinqui,ſed piè quandiu poterint,fulcimentis corpo
ralium neceſſitatum pro miſericordia, & pro aliorũ ędi
ficatione,& pro iuniorum inſtructione ſuſtẽtari. Et ꝑ p
tales oportet & expedit plura peti. Tertia cã,quia plures
mõ mendicantes ſunt in Eccleſia de diuerſis ordinib.&
quod nobis ſolum dabatur integrum , nunc minutatim
diuiditur inter plures. Vnde cogimur nunc latius tantò
vagari quò minus in locis ſingulis datur nobis . Quod
n.aliquando offerebatur nobis non quærentibus, nunc
vix per diuerſa minutatim colligimus cum rumore . Et
oportet nos petere , quia non petentibus parum datur,
dum ex multitudine petẽtium homines ſunt laſſati. Qui
autem per ſe nihil habent,neceſſe eſt eos omnia quibus
indigent ab alijs poſtulare, vel carere , niſi velint illicitè
acquirere , vel quocunque modo apud alios deſeruire,
vel niſi gratis eis donetur. Quarta cauſa,non tñ omnino
commẽdabilis, ſed pro aliqua parte excuſabilis accedit,
quia qui non eſt patiens penurię, in his quibus indiget,
plura eum conquirere oportet,&c.

*Quæſtio.* 9.

ITem quæro. Quæ poteſt eſſe huius impatiẽtiæ cauſa
niſi voluptuoſitas,quæ nil vult ſibi deeſſe illorũ quæ
appetit,quæ oĩs religioſitatis eſt exterminiũ? Rndeo.
Hæc & ſi in quibuſdam habeat locum, nõ tñ eſt potior
cauſa, ſed aliæ quædã. Vna,quia vt dictũ eſt,plures habe
mus debiles & infirmos quàm olim, cũ omnes ferè erãt
noui in ordine. Qui cum laſſati iam,& exhauſti ſint viri
bus,oportet vt reficiantur,ne penitus deficiant, quod eſ
ſet contra miſericordiæ,charitatis, & diſcretionis virtu-
tem,cum tales maximè conſilio ſuo , & zelo , & pietatis
exemplo ſuſtentent ordinẽ in ſuo vigore, ne ſubitò cor-
ruat à priſtina puritate. Licet virtute corporali iam non
ſicut olim eminenter æſtimentur lucere, pp corporis de
ſtructionem,aut oportet, ꝙ contra miſericordiã defice
re ſubitò permittant,& tunc ex hoc magis fouebitur in
ordine carnalitas,quia quilibet iuuenis & ſanus inſtru-
ctus carnis prudentia , cogitabit apud ſe dicens, Si tales
viri pro ædificatione ordinis corpora ſua tradiderũt oĩ-
bus laboribus,modo debilitatis ſic permittuntur abſq;
miſericordia perire,volo mihi cauere, & parcere corpo
ri,& illud fouendo cuſtodire , ne mihi ſimiliter contin-
gat. Et ſic aliquis audebit de cæterò vix feruẽter in Dei
ſeruitio ſe exercere. Si autẽ debent debiles miſericordi-
ter refoueri,expedit,vt etiam alij qui vnũ corpus ſocie-
tatis cũ eis ſunt,& eis ſeruiũt, & labores ordinis pro eis
in domo, in diuino officio,in frigore , & petendis elee-
moſynis,& alijs obſequijs, aliquo modo mitius pertra-
ctentur,& melius reficiantur , vt minus de illis ſcandali
zent,& minus murmurẽt contra eos,quaſi ipſi ſoli con-
ſumant oĩa,quę offeruntur,& vt patientius pro eis labo
rent,& hilarius miniſtrent , & vt ipſi debiles minus eru
beſcant,& confidẽtius audeant neceſſitates ſuas accipe-
re,cum videant alios ẽt ſecum eſſe participes in conſola
tione. Sani ergo , & fortes non debent pp ſe iſta petere.
nec ſuæ induſtriæ aſcribere,qñ petentibus eis eleemoſy
nam,iſta offerũtur,ſed cogitare debent , ſicut & veritas
eſt,ꝙ Deus ea pp debiles miniſtrat,& in tanta copia,ꝙ
exinde etiam ſani conſolentur, Propter præmiſſas ratio-
nes,vult ẽt Deus veritatem ſuæ promiſſionis, & euiden
tiam ſuę liberalitatis oſtẽdere,dum nobis qui nullos cer
tos redditus pro ipſo habere decreuimus, & totã ſolici-
tudinem in eum iactauimus ,indulgẽtius neceſſaria mi-
niſtrat,quàm alijs quibuſdã,qui lata prædia habent , &
loculos plenos,ad hoc vt ei ſecurius confidamus,& fide
lius ſeruiamus. Alia cã eſt,quia eorũ,qui nuper de ſæcu
lo venerunt,quidã delicatè ſunt nutriti , & cũ in ordine
ſubitò contra ſolitũ coguntur aliter viuere in labore,&
victu,& coertione magiſterij,territa caro tenera langue
ſcit,& niſi clementer foueantur , donec paulatim aſſue-
ſcant ordinis pati rigorem , aut ſemper tabeſcendo lan-
gueſcent,aut ex rigoris horrore ad vomitum reuerton-
tur. Et ideo expedit vt ſuprà. Tertia cauſa aſt ſpũalis ſtu
dij. Nam aſſiduũ lucrum in ſtudio ſacræ ſcripturæ in de
uotionis deſiderio,in tẽtationis certamine,in internæ ſo
licitudinis vigore,ita cõſumit & deſiccat vires corporis,
vt niſi exterius quandoq; aliquatenus refocillentur,nõ
valeant diu ſubſiſtere. Quod aũt aliquando lautiores ci
bos & potus habere videmur, hoc eſt propriè mendico
rum,qui dum non reſeruant in poſterum vt cumulos cõ
gregent,vt prædia lata comparent,ſtatim comedunt, &
bibunt ea,quę Dominus adminiſtrat. Et quia pro hone
ſtate & deuotione ſua,pleriq; dant nobis non de viliori
bus ſed de melioribus,quę Dominus dedit eis , etiã nos
cum interim non habeamus alia quibus vtamur, ne vi-
deamur ingrati & auari,comedimus & bibimus,quę of
feruntur nobis indifferenter,tam illa,quàm alia iuxta il
lud regulę,de omnibus cibis qui apponũtur vobis liceat
manducare. Mẽdicus.n.ſi recuſet ea,quę offeruntur, cũ
non habeat vndè alia emat,remanebit inanis. Quia ve-
rò diuerſi diuerſa, & aliquando quaſi aduerſa mirantur
de nobis,vt cum illi repræhendant in nobis carnalitatẽ,
alij vero duritiam,quilibet pro viſu ſuo & affectu,opor
tet nos ſingulis de ſuis quæſtionibus reſpondere , & ra-
tionem reddere,licet ſequentia precedentibus continua
to ipſis ordine ad hoc non cohęreant,ſed modo de hac,
modo de alia tractemus,&c.

*Quæſtio.* 10.

Cur nõ recipiuntur omnes ad ordinem.

ITem quæro. Cum omnibus debeatis cupere vt ſaluẽ
tur vobiſcum, quare indifferenter non omnes reci-
pitis,qui deſiderant,cum non arctet vos prædiorum
paucitas,ſed aperta ſit omnibus via mendicandi? Reſpõ
deo. Omnes quidem cupimus ſaluari, & nulli prohibe-
re poſſumus licentiam mendicitatis . Sed omnes paſſim
recipere,nõ expedit nobis,nec Eccleſiæ Dei. Nobis nõ,
quia varię ſunt conditiones hominũ,qualitates, & mo-
res. Multos.n.ſępe reciperemus imbecilles,qui non poſ-
ſent rigorem ordinis ſubſtinere , multos pauperes , qui
non pro Deo,ſed pro ſuſtentatione vitę viuere deſidera
rent nobiſcum. Multos incõpoſitos moribus, quos vix
corrigere ab inſolita cõſuetudine poſſemus , & per tales
diſſolueretur ordinis diſciplina,& impediretur profectus
aliorum,& non ſufficerent eos alij paſcere,nec eis ſerui-
re. Nec inuenirentur tandem,qui poſſent eis præeſſe, &
omnes ſimul in corpore,& ſpiritu,quaſi confuſa multi-
tudo perirent,quæ nec regi valet,nec congruè ſuſtenta-
ri. Eccleſiæ ſimiliter non expedit , quia cum ſit ordo ad
ædificationem Eccleſiæ conſtitutus , multitudo recce-
ptorum magis confuſionem induceret, nec de cõuerſio
ne multorum exemplum ędificationis acciperet, ſed ſcã
dalum,vbi religioſitas excepto ſolo habitu,nihil inueni
ret. Minus.n.malum eſt , non eſſe religioſos vel nomine
vel habitu,vbi non viuunt ſicut Religionis eorum for-
ma requirit,quàm vt ſint,& p vitam eorum peruerſam
alios ſcandalizent. Sicut melius eſt lucernam non eſſe in
domo,quàm eſſe ibi tñ fœtidam,& non lucentem. Ni-
mis ẽt forte onerоſum fidelibus, tot mendicos vnius or
dinis paſcere,à quibus nullum vel modicũ habuerint ædi
ficationis præſidium. Sed tot & tales ſolum recipi expe
dit,qui ſine onere Eccleſiæ paſci poſſint, & qui valeant
Eccleſiæ in ſpiritualibus reſpõdere his,quæ ab ea in car
nalibus recipiunt pro corporum ſuſtentatione,&c.

*Quæſtio* 11.

ITem quæro. Cur ergo non laboratis manibus pro
victu , vt non ſitis Eccleſiæ oneroſi in eleemoſynis
petendis. Reſpondeo. Si de puro labore manuum debe
remus viuere,tantum vrgeret nos operis inſtãtia,ꝙ alio
rum lucris intendere non poſſemus , nec diuina officia
libere celebrare,nec orationi libere vacare . Cum.n.ad
confeſſionem vel ad prædicationẽ frater vocaretur, re

ſpon-

ſpondere cogeretur, opus meum quo victui meo hodie deſeruire debeo, nōdū expleui, & ille cui laboro, priuſquam deſeruiam, non dabit mihi mercedem debitam, ideo non poſſum venire. Alias autem omnes pręter infirmos laborant, alij in ſtudio vt fideles erudiāt, alij in diuino officio, & laudib. Dei, alij in colligēdis eleemoſynis pro ſuſtentatione communi, alij in officijs domeſticis, infirmis & ſanis exiniuncta obediētia miniſtrantes. Quidam qui ſciūt artes aliquas męchanicas pro fratrib. & extraneis, exercentes ſicut mutuo cooperantur inter ſe formicæ, & apes. Quidam per obedientiam miſſi diuerſas terras perambulant, cum nuncios alios idoneos nō habeamus, & ſic nullus impune permittitur ocioſus.

### Quæſtio. 12.

Religioſus alteri' ordinis, poteſt trāſire ad hūc ordinem.

ITem quæro. Si de quolibet ordine & Religione poſſit quis tranſire ad regulam & ordinem Sancti Franciſci. ſ. Fratrum minorum. Ad hoc ſine præiudicio melioris ſentatiæ. Reſpōdeo ꝙ ſic, vbi ſine ſcandalo aliorū poteſt fieri. Propter quod maximè prohibetur nobis de quibuſdam Religioſis non recipiendis, cum ſcandalum tale ſit maius malum, quàm aliorum receptio ſit bonum. Cum. n. tria illa principalia omnis Religionis. ſ. obedientia, caſtitas, & paupertas, in regula iſta ſint quaſi altiora, & ſtrictiora, quàm in alijs ordinib. & religionibus, ſicut patet in regula iſta, conſtat ꝙ ſecundum hoc, Religio iſta altior ſit & ſtrictior alijs ordinib. Et ideò de qualibet Religione poſsūt ſecurè ad iſtam intrare, dū modo nō ex leuitate, ſed ex ſpiritu Dei ducti. Nam, & ſi aliqua ſit quibuſdam corporalibus exercitationib. ſtrictior, vt abſtinentia carnium, & ſilentio, & officio Eccleſiaſtico & ſimilib. quę tamen ex ſublimiorū, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis virtute, facile recompenſantur, ſicut modicum pondus auri in pretio præualet magno pōderi argenti vel alterius metalli. Corporalis. n. exercitatio ad modicum vtilis eſt, &c. 1. Timo. 4.

### Quæſtio. 13.

ITem quæro. Si de iſta Religione poſſit aliquis ire ad aliam poſt factam in ea profeſſionem? Reſpondeo, Saluo meliori iudicio, non, niſi per diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ, cum hoc expreſſe in ipſa regula prohibeatur, ibi (Nullo modo licebit eis, &c.) Nam cum non inueniatur altior regula vel ſtrictior ſeu æqualis, patet ꝙ non licet cuiq; per ſeipſum ad inferiorem ordinem tranſire. Oēs q̄ vident, incipient illudere ei dicentes, quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſumare, &c. Luc. 10.

### Quæſtio. 14.

ITem quæro. Si liceat ordini eijcere aliquē pro demeritis, vel egreſſo, & pœnitenti & petēti receptionem, denuo denegare? Cum. n. ordo in profeſſione verſa vice ſe obligauerit, vt ſicut iſte ligatus eſt ordini, ita econuerſo, videtur quòd ordo tenetur ſemper recipere ſi exigat, ne promiſſum ſuum videatur irritare, ſi nollet eum tenere, quem ſpoponderat nunquam derelinquere. Videtur etiam ꝙ ordo non poſſit talem licētiare ad alium ordinem, quia non inueniet alibi quod hic promiſit, & ita faceret eum voti ſui tranſgreſſorem, & ſic peccaret. Videtur etiā ꝙ cum iſte non poſſit compelli ad alium ordinem, cum nulli ordini ſe obligauerit niſi iſti, & non debeat cogi inuitus ad quod ſe nullo voto aſtrinxit, etiā ſi alium ordinem inueniret iſti æqualem, videtur etiam iſte ordo eſſe in culpa, ſi talis vagetur in ſeculo, cum nolit eum recipere petentem, ad alium ordinem non dēat vel nō poſſit eum compellere, & ſi punit eum vel excommunicat ꝙ iniurietur ei, imo ſi non tenetur eum ordo recipere, nec vult, iam punit non ſuum ſubditum. Et ſi punit eum corporaliter, capiendo, vel caſtigando, videtur in Canonem incidere iam latæ ſentētiæ, cum ſit Clericus, vel Regularis. Si autem ordo non vult eum recipere, & non conuenit eum aliam Religionem intrare, vel alij nolunt eum recipere, ad quos licentiatus eſt tranſire, & per hoc à fratrib. ligatur excommunicatione, vel non abſoluitur, ponitur in laqueum perplexitatis interminabilis, vt quaſi ex omni parte præcluſa ſit ei via ſalutis, quod volenti ſaluari non poteſt, vel non debet fieri. Filius hominis nō venit animas perdere, ſed ſaluare, (ait ipſe Salua.) Vt autem ſuper his apertior pateat ratio, q̄d ordini, vel egreſſo, faciendum ſit in iſtis. Nota cum aliquis ingreſſum petit iſtius ordinis, ſi recipitur fit ei magna gratia & multiplex, & de naufragio peccati eripitur, & ſociatur illorum collegio, qui ambulant in via Dei tali conditione, vt & ipſe gradiatur in eadem via cum eis, ſeruando illa, propter quæ ordo eſt inſtitutus. Quandiu ergo ſic graditur poſtquam ad profeſſionem receptus eſt, non poteſt eum ordo abijcere, quia ſicut ipſe iam ligatus eſt ordini, ita & econuerſo, vt neutrum liceat alterum relinquere vllo modo. Si autem frater aliter viuit, quam licet in ordine, & ſæpius correctus ſe non ſufficiē ter correxerit, ſi exceſſus occultus ſit, toleretur, & cum cautela propter ſcandalum, ne ſi abijceretur, cum eius culpa non pateat, videretur iniuſtè punitus, aut peccatū iniuſtè propalaretur, quod vtruuq; illicitum videtur. Si verò exceſſus eius graues fuerint, & notorij, quòd alij eius exemplo poſſint infici, ſi retineatur in ordine, & extranei ſcandalizētur, ꝙ talis in ordine ſuſtineretur, tum propter auferendum ſcandalum, tum propter corruptionem ordinis pręcauendam, dēt ei jci pręuaricator voti et pacti ſui. Quia iam ordo non tenetur ei de promiſſo tenendi eum ſecum, qui promiſſum ſuum præuaricando plures violauit, cum ideò ſit vocatus ordo, ꝙ in ſe nil inordinatum patiatur. Quod ſi Deo permittente talis ſeipſum eijceret, gratiæ ſunt Deo referendæ, non quia ille peccauit, ſed ꝙ oues ſuas à peſtifera contagione liberauit. Vtinam abſcindantur q̄ vos conturbant, ſ. puritatē veſtram, pacem, & famam. Si autem allegatur, quòd miſero eſt miſeratio adhibenda, vt iterum recipiatur in ordinē. Dici pōt. Crudelis eſt miſeratio, vndè plures & meliores grauiter offenduntur. Sicut qui furem liberaret, vnde pauperes ſpoliarētur, maximè cum tales longo vſu tepefacti, rariſſimè verè & perſeueranter emendantur, & facilis remiſſio alijs audaciam præbeat delinquendi. Nec pōt allegare ſibi iniuriam ſi nō recipitur, quia ipſe talem ſe fecit ex culpa ꝓpria, ꝙ recipi ſit indignus, quin potius ordo habeat cauſam contra eum agendi pro eo, ꝙ ſic ſe dehoneſtauit. Vnde poteſt eum punire pro meritis, vel tradere cui ſeruiuit, niſi faciat q̄d tenetur. Sedes. n. Apoſtolica quæ ius ſuum vnicuiq; ſeruat, & vult ordinem in ſua puritate perſiſtere, non cogit ordinem tenere illos, quorū cōuerſatio nociua eſſet in ordine, quia tunc puniret innocentes, & reos foueret, & occaſionem daret ordinis corruptioni ꝑ tales peſtiferos, ſi eos recipi oporteret. Sed ne damnabiliter vagentur in ſeculo, ex gratia Sedis Apoſtolicæ, ordo dat eis licentiam (quos iudicat non recipiendos eſſe ad alium determinatum trāſeundi, vbi ſaluentur, ad quem etiam tranſire tenentur ſi poſſunt, alioquin non erunt in ſtatu ſalutis. Sicut Loth non volens mortem conſeendere, concedēte Angelo, in Segor paruula ſaluatur. Propria auctoritate nō poſſunt ordinem deſerere, quem vouerunt, nec alium intrare ſine ordinis ſui licentia, vel ſummi pontificis, q̄a vt dictū eſt, ad inferiorem regulam non licet eis tranſire, altiora profeſſis. Quod aūt talis aliū cogitur intrare ordinem, ſi in iſto nō recipitur, cum t̄n aliū non vouerit niſi iſtū, inde eſt, quia cum vouit iſtum, ſic alligauit ſe religioni,

Luc. 9.

Ad Gal. 5.

Crudelitas eſt non eijcere incorrigibilem.

quòd

quòd ſecũdum ius canonicum nullatenus redire poteſt ad ſeculum, vel ad laxiorem vitam tranſire ei licet. Et ideò ſi demeretur in ordine quem vouit non retineri, cum ex peccato ſuo non ſit cõditio eius melior facta vt iam poſſit eſſe liber, ſed potius deterior, oportet eũ aliũ ordinem intrare, & illũ ſeruare ſi vult ſaluari, & ad hoc cogit eum ſtatutum vniuerſalis Eccleſiæ, non ordo iſte, & cuius gratia permittitur ei ad inferiorem ordinẽ tranſire, cum ſuperiorem non inuenit, ne aditus ei ſalutis ꝑcludatur. Si autẽ velit in ſeculo vagari, ex quo ordo non vult eum recipere, nec ad religionẽ concedatur ſibi tranſire in ſpacio temporis ſibi determinato, licet iam videatur ab ordinis iuriſdictione exemptus, cum nolit eũ amplius tenere, tamen ex auctoritate ſummi Pontificis cuius iuriſdictioni non eſt ſubtractus, poteſt eum ordo impetere, & per cẽſuram Eccleſiaſticam vel etiam ad alias pœnas corporales poteſt coercere eum, vice domini Papæ, quandiu nõ habuerit alium iudicem regularem cui ſe ubiecerit, regulam, & ordinem illius ſtabiliter aſſumendo. Spontè etiam egreſſus ordinem iſtum, ſi non licentia eius intrauerit alium ordinem, ad quem licentiari poſſet, poteſt compelli, vt redeat, cum adhuc ſit ſub iuriſdictione ordinis iſtius, è qua non poteſt ſemetipſum eximere, niſi fratres dent ei licẽtiam ibi ſtandi, & nolint eum recipere vel tenere. Hęc omnia iam ſtatuta ſunt, ne quis pedem ponat in lubrico, & obſcuratus offendat, ſumptis leuibus occaſionibus recedendi ab ordine, vel ad alium prohibitum tranſeundi, vel etiam inordinatè viuendi.

*Quæſtio.* 15.

ITem quæro. Cum multitudo ſit ſæpe occaſio confuſionis eò ꝙ regi non poſſit, cur multiplicatis numerum in recipiendo inutiles, & oneratis voſipſos, & alios? Reſpondeo. Inutiles omnino ſcienter non recipimus, ſed præter ſpem noſtram aliquotiens ſic contingit. Quatuor.n.cauſis ſolemus recipere ſuperuenientes. Vna eſt compaſſio perditionis eorum, qui vix extra ordinem in ſeculo ſaluarentur. Sicut qui de igne vel aqua periclitantem rapit, vel de alio diſcrimine. Secunda propter profectum ordinis, qui ex ſcientia & induſtria, morum honeſtate, & reuerentia quorũdam futurus præſumitur. Tertia propter aliorum ædificationem, vt multi de talium conuerſatione, qui aliquo modo ſunt famoſi in ſæculo emendẽtur, & eorum incitentur exemplo. Quarta propter precum inſtantiam quam ipſi faciunt pro ſe, & alij pro eis, nimia importunitate obtinẽt aliquos recipi, quibus denegari non poteſt. Sicut autem agricola ſæpe ſeminat, & plantat in ſpe, ꝙ omnia conualeſcant, quod tamen plerunq; in aliquib. non eueniet, ita contingit & in religioſis ad ordinem receptis. Nã ait Dominus. Aliud cecidit ſecus viá, &c. Seminat plures ſulcos, vt ſi aliqua Luc. 8. pereant, alia pro illis conualeſcant, ſi tamen omnes conualeſcerent, ſeges copioſior proueniret, &c.

*Quæſtio.* 16.

ITem quæro. Vnde eſt ꝙ videmus aliquos religioſos morib. ita diſtortos, & rudes, ſicut aliquos ſeculares, ſuperbos, vanos, cupidos, inuidos, detractores, iracundos, contumelioſos, deſides, diſſolutos, auaros, inuerecũdos, delicatos, guloſos, garulos, laſciuos, & quod ex his oritur, forſitan incontinentes? Reſpondeo. Religio eſt ſchola virtutum, in qua ſicut in alijs diſciplinis & artib. diſcendis incumbitur. Videmus autem ꝙ alius alio peritior eſt, alius rudior, alius diligẽtior, alius ſegnior. Hęc autem differentia ex quinq; cauſatur. Vna cauſa eſt, ꝙ ſicubi informatores habentur, quorum eruditione boni diſcipuli nutriuntur, vbi autem non habentur, aut rudes in ſpiritualibus erũt diſcipuli, aut errorib. varijs ſub ſpecie boni per ſenſum proprium ſeducuntur, habentes quidem zelum iuſtitię, ſed non ſecundum ſcientiam, & ſic à perfectione virtutum plurimi retardantur, vel malum æſtiment bonum, aut minus bonum putent optimum, aut aliam viam quám debeát ad perfectionem tenendam. Secũda cauſa, eſt defectus ſeu copia bonorum exemplorum, quia noui in Religione ſępè tales fiũt, quales alios eſſe vident. Sicuti in ſigillis, cera talem imaginem recipit, qualis fuit impreſſa. Et fiunt Sancti cum Sáctis, boni cum bonis, peruerſi cum peruerſis. Tertia cauſa eſt nouitas in Religione, quia incipiẽtes non poſſunt vel non habent illa, quę habent profecti vel perfecti. Et ignoſcendum eſt eis in aliquibus, & patienter expectandum, donec creſcant, & addiſcant quæ nondum appræhendere valuerunt. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorũ ſuſtinere, &c. Qui a puero exigit labores AdRo.15. viri, & ab infirmo vires robuſti, & à ſcholari vnius anni vires magiſtri, imprudens eſt. Vnde Apoſ. Cum eſſem 1.Cor.18. paruulus, loquebar vt paruul', &c. Ex hoc arguitur ſtoliditas ſecularium quorundam, qui dum videt aliquem Religioſum in aliquo offẽdere, omnes Religioſos deſpiciunt, quaſi oẽs tales ſint, cum ipſis videretur iniuſtum, ſi quis eos propter aliena vitia deteriores haberet. Quarta cauſa eſt defectus gratię, non.n. omnes omnia poſsũt. Sicut.n. multi vellent eſſe diuites, & non poſſunt, ita non omnib. datur ęqualis gratia ſpiritualium donorum. Velle mihi adiacet, perficere autem bonum nõ inuenio, ait Apoſtolus. Quinta cauſa eſt voluptas propria. Et ſi non Rom.7. omnia adſint predicta, dum quis diu ſtetit in Religione, & bonorum exempla deſpexit, doctrinam non curauit, gratiam abiecit, virtuti non ſtuduit, vitijs ſe ſubdidit, ſicut heu plures ſub Religionis habitu velut dealbata ſepulchra in ſcandalum alijs contegũtur. Veh vobis Scribæ & Phariſæi & Hypocritæ, qui eſtis ſicut &c. ait Dominus. Matt. 23.

*Quæſtio.* 17.

ITem quæro. Cum Religio deberet eſſe ſicut ſpeculũ in domo, in quo diſcát intrantes agnoſcere deformitates ſuas, vt eas abſtergant, quare non omnes diſcolos eijcitis per quos Religionis puritas deformatur, ſi tamẽ non eſtis tales omnes qui illos fouetis? Reſpondeo. Bona religio malos odit nõ fouet, nec tamẽ omnes prauos eijcit, & hoc his de cauſis. Vna propter ſpem correctionis, ſicut ægrotans non eijcitur in mare, quandiu ſpes vitæ fuerit. Ita & de lapſis in ordine intellige, cũ multi lapſi, per pœnitentiam ſurgentes, poſtmodum ſani perſeuerant, & aliquoties meliores fiunt, quàm qui lapſi nõ fuerint, ſicut Dauid & alij plures. Secunda propter defectũ probationis, quia licet ex aliquib. coniecturis timeatur aliquis malus, tamen apertè non videtur cõitati. Sicut ſi aliquis timeatur leproſus eſſe ex aliquibus ſignis, & non poteſt adhuc plenè iudicari, ſed latet morbus, & iò inter ſanos adhuc toleratur. Tertiò propter ſcandalum, quoniam fratrib. tãtum notũ eſt crimen illius, ſed apud extraneos reputatur honeſtus. Qui ſi viderent eum eijci, & tamen neſcirent cauſam, putarent ex inuidia fieri, vel cogitarẽt reliquos omnes eſſe tales, cum iſte de quo tantum præſumebát, occultè fuerit vitioſus. Nam Dñs cognouit Iudam eſſe vitioſum, et in exemplum nobis tolerauit eum, cum crimen eius alijs foret occultum, donec per apertam iniquitatem prodidit ſemetipſum, &c.

*Quæſtio.* 18.

ITem quæro. Cum quælibet religio ſibimet placeat, & alijs ſe præferat, quæ ſunt maximæ, in quibus bona Religio agnoſcatur, & in quibus alia melior altera æſtimatur? Reſpondeo. Sæpe in vno & in aliquibus ꝑcellit vnus ordo alterũ, vt iſte in labore, alter in ſilẽtio, alius in abſtinentia, & in ſimilib. Sed generaliter in iſtis agno-

In qu... vna ... alia.

agnoſcitur,quis ſit melior. Vnde ſi in ſtudio omnis vir-
tutis,vt communiter perſone illius ordinis feruentius &
frequentius exercentur,maximè charitatis, & humilita
tis,& internæ deuotionis eſt ſignum bonum præcellen-
tiæ & perfectionis. Secundum,ſi omnia vitia et ſcandala
odio habent,& ſolicitè cauent, & occaſiones peccatorũ
amputant,& extirpant,& munditiam diligunt & conſer
uant. Tertium eſt,ſi boni apud eos diliguntur & fouen
tur,& deſpectis alijs in regimine animarum ſoli aſſumũ
tur,& ꝑ eos maximè gubernatur ordo, qui negligit mo
Eccl.19. dica paulatim decidet. Quartum,ſi à ſeculari frequentia
ſe ſubtrahunt,& honores fugiunt,diuitias non ambiũt,
& conformari huic ſęculo tam in moribus quàm factis
ſeu qualibet apparentia erubeſcunt. Quintum,ſi damnũ
& iniurias illatas ac deſpectiones tacitè ſufferunt,nec ꝑ
querimonia vindicare ſe cupiunt, ſed Deum omnium
inſpectorem attendunt,qui ſuos cum vult poteſt defen-
dere. Cum verò expedite eis nouerit,permittit eos pro
altiori præmio tribulari,& patienter ferunt, donec pla-
cuerit Deo aliter ordinare,quę iſta ſigna plenius habẽt,
Religiones meliores ſũt,& quę minus,ſũt minus bonæ,
& quæ nihil, nihil ſunt, qui etiam ſingulariter in ſe ha-
bet,bonus eſt,etiam ſi alij communiter non habent.

*Quæſtio.* 19.

ITem videmus ordines omnes Religioſorum defice-
re in vita religioſa, etiam ſi in tẽporalibus & quibuſ-
dam cerimonialibus videantur proficere. Cauſas huius
defectus vellem ſcire præcipuas,aut.n.non deberetis in-
cipere,quod non poteſtis perficere, aut in inceptis pro
poſſe perſeuerare, alioquin præuaricatores voti meritò
reputabimini? Reſpondeo. Omne quod non habet eſſe
ſuum à ſe,deficiendo,decidit in non eſſe,niſi ſuſtentetur
Act.4. ab eo,qui dat ei eſſe. Sic & omnis ordo & omnis homo.
Vndè non ſolum ordines Religioſorum, ſed etiam Epi-
ſcoporum,& clericorum,& laycorum,& vniuerſalis ſta
tus multum deficit quantum ad communem ſtatum,ab
eo quod in principio fuit, cum omnes fideles erant per-
fecti & ſancti, quales nũc rarò videmus. Multitudinis
credentium erat cor vnum & anima vna, &c. Licet autẽ
olim communiter,omnes boni,& Sancti fuerint, tamen
modo multo plures ſunt Sãcti in Eccleſia Dei. Sed quia
mali plures ſunt,ideo non apparent Sancti,reſpectu mul
titudinis aliorũ. Sanctitas etiam vera,nõ cõſiſtit in exer
citatione corporali,ſed in virtutibus mentis. Et quia iſte
non apparent exterius,niſi modicè ex quibuſdam ſignis
operum,& Sancti non quærunt videri ab hominibus vt
laudentur,ſed occultant bona quæ habent ſingulariter
præ cæteris,ideo pauci Sancti modo in eccleſia vel ordi
Cauſæ defectus religionum. nibus eſſe videntur. Cauſæ autem quare communitas in
religione deficit,ſunt magis communes inter alias. Vna
eſt multitudo intrantium, quia multi non poſſunt tam
facile flecti ſicut pauci. Sicut nauis magna difficilius gu
bernatur quàm parua, Et vbi multa capita,ibi multa ce-
rebra,quæ omnia nõ poſſunt ad vnum ſenſum deflecti.
Secunda,cum ſubtrahuntur qui primo tenuerunt ordi-
nem in ſuo vigore, vel cum debilitantur in corpore,nõ
poſſunt iunioribus ardua rigoris dare exẽpla ſicut priꝰ,
& noui qui propria opera non viderunt, imitantur eos
tantum in his, quæ nunc vident in eis, & fiunt remiſſi,
& ſub ſpecie diſcretionis,ne ſeipſos ſicut antiq; deſtruãt,
parcent corpori. Et quia internas virtutes quas antiqui
habuerunt,non agnoſcũt,vbiq; neglecti ſunt, ꝙ nec ex
terius exercentur, nec interius virtutes appræhendunt.
Etiam quia antiqui modo non valent eos exẽplo præi-
re,timent etiam eos in verbo corrigere,quia ſolent dice
rẽ iuniores,verba quidem bona ſunt quæ dicunt nobis,
ſed opera non oſtendunt et ſic magis ſcandalizantur.
Tertia cauſa eſt,quòd quilibet qđ non didicit,neſcit do
cere, ideo cũ regimẽ ordinis deuoluit ad iſtos iuuenes,
tales nutriunt,quales ipſi ſunt, ita ꝙ iã prior fratrum in
fabulam vertitur,non trahitur in exemplum. Immo ſe
tantũ reputant illis prioribus meliores,quo minus agno
ſcunt,quæ ſint perfectorum virtutes. Et dum exempla
quædam exteriori diſciplina conſeruant in choro,vel ꝓ
ceſſionali ingreſſu,& ſimilibus,audent aſſerere,ꝙ ſtatus
ordinis nũquã fuerit ita bonus. Quarta cauſa eſt, ꝙ pau
latim ſubintrant non bonæ conſuetudines, quæ ſtatim
ab alijs trahuntur in exemplũ. Et ſi aliqui zelum Dei ha
bentes illa redarguunt,audacter defendunt alij,quare ſi
bi non liceat,quòd alij permittitur, & pro lege tenebi-
tur,cum ex vſu iam conueniens videatur, ita ꝙ vix de
cætero poterit extirpari. Rectores quoq; & ſi talia non
diligunt,tamen ne maius malum ſequatur, diſſimulant
vt pacificè cum fratribus viuant. Cumq; vna conſuetu-
do talis facta fuerit tolerabilis,conſequenter introduci-
tur alia,quaſi coherẽs priori,vt ſi illa admittitur, iſta ve
tus tolleretur. Quinta,occupationum frequenter emer
gẽtium,quæ corda diſtrahit, affectum deuotionis extin
guit,mores alterat, interius occaſiones vitiorum indu-
cit,& ne de ſua correctione efficaciter cogitent,ſemper
noua impedimenta religionis innectit,donec tandem cõ
ſueſcant ſola exteriora cogitare, & obſcurato conſcien-
tiæ oculo,etiam cum deſunt, occupationum cauſas im-
pudenter quærere. Sicut Samſon cęcatus in carcere mo-
lam traxit. Sunt & aliæ ſpeciales cauſæ quorundam or-
dinum,vt nimia inopia,ex qua coguntur fieri proprieta Iudic. 6.
rij,dum ſibimet videtur quiſq; prouidere,quia non ꝓ-
uidetur eis in communi. Item nimię opes ex quibus fiũt
carnales,ſuperbi,& multipliciter vitioſi. Item frequen- Prælatorũ negligentia, ſæpe ſubditi efficiuntur proprietarij.
tia inter ſeculares,ex qua oritur multarum tentationum
carnalium materia & teporis. Item frequens mutatio
Prælatorum,quæ & ſi pro parte bona ſit,inquãtum ma
li abijciuntur,tamen in eo nociua eſt, ꝙ boni dum cito
ſperant abſolui, non præſumunt agredi, vel non profi-
ciunt, vt reforment ſtatum ordinis, & rebelles ſubditi
potius laborant vt deponantur,quàm vt ſtatus debitus
reformetur. Item ſi vnus prælatus quandoq; vult refor
mationi intẽdere,ab alijs quoquo modo impeditur, vel
ad minus nõ iuuatur ab his, quorum auxilio indigeret,
vt prior nõ adiuuatur ab Abbate, vel Abbas ab Epiſco
po,& de ſimilibus ſimiliter iudicetur, vnde rebelles ſub
diti appellant ad illos quos ſciunt ſibi in ſua rebellione
fauere. Item ſi aliqui in vno loco diligerent reformare
ſtatum in melius,mittuntur ad alium locum,vbi non in
ueniunt quod quærebant. Ex his atq; alijs cauſis, ſta-
tus religionis deficit,vt non ſolum fiat deterior,ſed etiã
quaſi deſperabilis,ꝙ vix vnquam,niſi Deus ordinet, ali
ter reformetur. Sed quia diligentibus Deum omnia co-
operantur in bonum,quod non fit in communi, põt fie
ri in particulari. Quilibet proficere volens,conuertit ad
lucrum ſuum aliorum detrimentum. Et oẽs vias alieni
defectus,ad profectum ſuum cũ Dei gratia retorquet.
Et ſicut electorum gloria ex hoc maior erit,ꝙ reprobo
rum ſocietati admiſti,eorum non imitantur exemplum
qui ſunt ipſis tentationis,& exercende virtutis materia,
ita & boni religioſi nunq̃ tãti fuiſſent meriti apud Deũ,
ſi non à tepidorum fratrum defectu ad multiplicẽ vir-
tutis luctam aſſiduè expediti fuiſſent. Vnde Apoſto. in- 2.Cor.11.
ter cętera virtutũ ſuarũ merita, quibꝰ ſe miniſtrũ Chri-
ſti excellenter gloriatur,enumerat pericula in falſis fra-
tribꝰ,eo ꝙ ei & alijs bonis multiplex ſit occaſio virtutis
ſ. ꝙ primo eorum praua exẽpla, ſunt bonis tentationis
materia,& ſic victoriæ cauſa. Item ſecũdo, zelo iuſtitiæ
circa eorum vitia accendũtur,& vtuntur ſcandalis infir
morũ. Item tertio,eorũ miſerijs compatiuntur,ſicut ma
ter filio ad perditionem properanti. Item quarto,magis
laborãt bonis exemplis eos corrigere,& monitis,& ora
tionibus,& beneficijs. Item quinto, diſtortos mores pa
tienter tolerant, & iniurias quas eis pro iuſtitia inferũt.

Item

Item ſexto, ex eorũ contubernio deſpectiones ſuſtinent ab extraneis, quaſi ipſi ſint tales. Item ſeptimo, timidiores ac per hoc humiliores fiunt, & ne cadant ſolicitiores ſunt. Item octauò Deo magis referũt gratias, quòd eos ne tales eſſent, benignè defenderit. Item nono, ex malis iuxtà ſe poſitis, virtutes iuſtorum clarius elucent, & pulchrius fulgent. Iſta & alia bona ſunt, quæ Deus elicit ex conſortio malorum cum bonis. Sicut enim accidentale gaudium bonorum cumulat viſa pœna damnatorum, ita etiam in Eccleſia quodammodo decorat rectitudinem iuſtorum, deformitas iniquorum diſponente hoc ſuperna ſapientia, quæ nil ordinatum in omni Regno dimittit. &c.

*Quæſtio.* 20.

ITem quæro. Cum nihil debeatis appetere terrenum, nec honores, nec res, pro quibus ſolẽt homines inter ſe contendere, & ſibi mutuò inuidere, quæ cauſa eſt, ꝙ ſæpè videmus inter religioſos eſſe diſſenſiones & inuidias, ſicut inter ſæculares, vel aliquando acriores? Reſpõdeo. De his quæ irrationabiliter fiunt, reddi non poteſt ratio congrua. Vnde ſi aliqui ſub habitu religionis tales aliquando videntur, non eſt alia ratio, niſi eorum imperfectio, & quia habitus mentis non habet interius, quod oſtendit habitus veſtis exterius, & tonſura capitis. Boni autem ſi aliquãdo diſſentire videntur, hoc his de cauſis fieri conſueuit. Vna cum non omnes agnoſcant æqualiter veritatem in omnibus, contingit, ꝙ aliquis intelligit illud pro alia parte non fore expediens, vel aliud magis fore expediens quàm illud. Et dum vterq; hoc quod ipſe melius iudicat, vult promouere, et quod nociuum credit vult impedire, ſic diſſenſio fit inter eos, i. diuerſa ſenſio, non peruerſa, cum vterq; benè intendit. Sicut inter Paulum, & Barnabam pro Ioanne diſcipulo, quẽ voluit Barnabas aſſumere in ſocium prędicationis ſuę, ſed Paulus prohibuit, timens ne non perſeueraret in continuatione laboris, & ſic per eum impediretur, & ſic diſſentiebãt. Et Barnabas Ioannem ſecum ſumpſit, vbi minores hẽret labores, Paulus vero Sylam ſumpſit pro fortioribus laboribus magis aptum, vt diuerſis partibus diuiſi, pluribus prædicando prodeſſent. Sic in expoſitione beati Gregorij, orante Daniele Dominum pro populi liberatione de captiuitate Babilonica, Angelus dixit, ꝙ eius oratio eſſet dudum exaudita, ſed Princeps Perſarum. ſ. Angelus illius gẽtis cuſtodiæ deputatus reſtitit ſibi 21. diebus, ne ſtatim liberarẽtur, ſed diutius afflicti plenius à peccato purgarentur. Quid ergo mirum ſi boni qñq; pro bono diſſentire videntur, rõne diuerſarum conſiderationum, ſi Apoſtoli, & Angeli eadem rõne diſſentire inuenti ſunt? Nam iuxtà hunc ſenſum ſancti, qñq; rationabiliter à Deo diſſentiunt, vt cum Deus vult aliquẽ mori, quem ipſi diutius deſiderant viuere pro aliorum profectu, vel cum ipſi putant citius mori, quos Deus vult pro eorum ſalute adhuc diutius in corpore laborare, vnde
[Philip. 1.] Apoſtolus dicit. Deſiderium habens diſſolui, &cęt. Alia cauſa eſt, quando vnus non videt intentionem alterius, quæ bona eſt, putat eum alia intentione aliquid facere, & diſplicet ſibi, & diſſentit ab eo, qui ſi ſciret non diſpliceret ſibi, quod facit, & eſſet pacatus cum eo. Sic Moyſes iratus eſt filijs Ruben & dimidiæ tribui Manaſſe, cũ peterent terram Baſan & Eſebon in poſſeſſionem. Et Ioſue iratus eſt eiſdem pro conſtructione altaris ſuper ripam Iordanis, antequam agnoſceretur, intentionem vtrobiq; fuiſſe bonam: talis autem ignorantia nõ eſt ſemper culpabilis, dum tamen non ſit iudicium nimis præceps, &cæt.

*Quæſtio.* 21.

ITem quæro. Cum religioſi tam ſtudioſè ſolent abſcondere facta ſua, ſuſpectum eſt apud eos, eſſe aliqua indecentia, cur. n. ſic celantur, cum bona non ſit neceſſè celari? Reſpondeò. Tria ſolent celari, & abſcondi. Primũ eſt, ſingularia bona, nę de ſingulari gloria excellẽtia proueniat, & meritum depereat. vnde Saluator. Attẽdite ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus, &c. [Matth. 5.]
Item vitia & peccata, ne percipientes, ſcandalizentur, & qui peccantem ſcandalizant, duplici reatu obligantur. Væh homini illi per quem ſcandalum venit. [Matth.] Item quædam ſolent abſcondi ab intelligentibus, qui ea iudicarẽt mala eſſe ex ſua ſtoliditate, cum tamen coram Deo licita ſint, vel etiam meritoriè non propter hypocriſim, ſed ne illi exinde infirmentur, & ita non propter ſe tantum, ſed magis propter illos occultant religioſi facta ſua, ne noceat illis, quia nõ poſſunt omnium corda videre, & omnibus ſatisfacere, quare hoc vel hoc fiat, cum ſæculares rudes ſint, & proni ſæpius de religioſis ſiniſtra ſuſpicari. Cum. n. vident eos refectionem accipere, iudicãt eos carnales. Cum vident eos humiliter iucundos, iudicant eos diſſolutos. Cum ex zelo iuſtitiæ vident ſe ab eis pro vitio ſuo redargui, dicunt eos iracundos. Cum vidẽt eos neceſſaria vitæ hinc inde mendicare, cum aliunde non [Collo. 8.]
habeant, dicunt eos auaros, & ſic de ſingulis. Etiam quę benę faciunt reprehendunt, propter quod oportet, vt caueant alienæ infirmitati, & occultẽt, quę poſſent ab alijs mala iudicari, ſic ait Apoſtolus. Videte ne hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Tribus modis ſeculares iudicant religioſos. Primò, opinando de ipſis, quæ omnia ſunt falſa, quæ ipſi per ſe confingunt, vel alijs inferentibus leuiter credunt, vt vulgus ruſticanum, ꝙ dicit nos Antichriſti prænuncios, & ꝙ omnes guerras terrarum & principum ſeminemus. Secũdo, ꝙ illa quæ ipſi ſolent facere, non ſunt peccata facere, cum vidẽt nos aliquando facere, ęſtimant, ꝙ tali animo facimus vt ipſi, vt comedere delicata & bibere, alloqui fœminas, eſſe hilares, ſpecioſas areas, munda ædificia ratione ſani aeris, & Eccleſias decentes, & zelo diſciplinæ inuicem accuſare & punire, & pro cautela de locis tranſmutare, & ſimilia, quæ à bonis bono, & à peruerſis peruerſo animo fieri ſolent. Tertiò, cum damus eis cauſam iudicandi & ſuſpicandi de nobis non bona, talia exempla eis oſtendendo, quæ meritò ſunt repræhendenda. In primò ſumus non ſine culpa. In ſecundo indigemus bona cautela. In tertio culpa non caremus, dantes eis ſcandali offenſionem, & miniſterium Religionis vituperabile facientes, quibus debemus eſſe lumen ſanæ doctrinæ, & forma rectè viuendi. Cum autem deſpicimur ab alijs ſine cauſa ſiue culpa noſtra, ad profectum noſtrum cedit multiplicem. Primò, peccata noſtra per hoc purgantur. Secũdò, bona noſtra magis tuta ſunt à vanagloria & laude humana. Tertiò, humiliores reddimur coram hominibus. Quartò, cautiores ſumus in verbis & factis, ne opinionem eorum confirmemus. Quinto, minus eis ſumus familiares, ac per hoc magis in cella quieti. Sexto, patientiam magis diſcimus ex tali deſpectione. Septimo interna conſolatio ſpiritus impeditur quærentibus pro exteriori ſubtracta. Octauo, maius meritum ex his omnibus coram Deo accreſcit. Hæc & alia bona tanta ſunt, quod ſi non obeſſent alijs, libenter tolerare debemus, & deſpici ab alijs, & repræhendi, & perſecutiones pati propter Chriſtum ſine culpa, &c.

*Quæſtio.* 22.

ITem quæro. Cum deberetis ſicut pauperes Chriſti pauperibus eſſe familiariores, & eorum cibis contentari, quid eſt, quod magis frequentatis menſas diuitum, quàm pauperum? Reſpondeo. Tria nos ſpecialiter inuitant ad hoc, videlicet noſtra neceſſitas, quia cum itinerando per terram laſſitudine & fame fatigamur, apud illos promptius ſperamus obtinere refectionem, qui etiam pro honeſtate ſua panem ſuum qui-

buſlibet

beſlibet tranſeuntib. non negãt, quàm apud alios quos neſcimus. Item pauperum inopia, quia ſi forte nos hilariter reciperent, expenderent nobiſcum pro ſua deuotione in vno prandio nobis etiam dolentibus, vnde ipſi pluribus vicibus refici poſſent. Item ipſorum diuitum ſalus qui per occaſionem concipiunt noſtri familiarem notitiam, vt ad amorem Dei ſic eos paulatim traham⁹, & ſalutis doctrinam eis ingeramus, & per tale meritum Deum eis propicium faciamus: quia pauperes per ſe ingerunt ſe, & ſalutis conſilia ſtudioſè requirunt, qui non habent in hoc mundo conſolationem ſuam, diuites autem terrenis contenti, vel mundanis negotijs occupati, vel ſuperbia inflati, raro humiliant ſe ad quærendum ſalutis conſilium, niſi per occaſionem aliquam ad hoc a nobis & Religioſis trahantur prudenter, ſicut Dominus traxit Zachæum, & alios Publicanos, manducando cum eis & docendo, licet non ignoraret, Phariſæos & Scribas inde murmurare, & materiam quærere detrahẽdi, &cæt.

*Quæſtio* 23.

Quare pl⁹ honoram⁹ diuites, quam pauperes?

ITem quæro. Cum perſonarum acceptio ſit apud Deũ culpabilis, & ab Apoſtolo Iacobo prohibita, quare vos Religioſi magis honoratis diuites quàm pauperes, & promptius eis ſeruitis in confeſſionibus audiendis, & alijs conſilijs, & obſequijs, ſicut ſæpe videmus & ſcim⁹? Reſpondeo, Deus puſillum fecit æqualiter & magnum, & æqualiter eſt illi cura de omnibus, inquantum factura eius ſunt, ac ad ſalutem pertinent ſempiternam. Ideo igitur nos omnes diligere debemus in domino, & tam diuitum, quã pauperum ſalutem deſiderare, & pro poſſe noſtro promouere, ſicut expedit his & illis. Vnde ſi pauper melior eſt diuite, plus debemus eum diligere, tamen diuitem plus honorare quadruplici ratione. Vna, quia cum Deus in hoc ſæculo diuites, & potentes prætulit pauperibus, quo ad mundi gloriam, vbi eſt neceſſe alios alijs ſubeſſe vel præeſſe, nos honorando potentes, eius ordinationi concordamus, quos & ipſe Deus honorauit in hac parte. Alia ratio, propter infirmitatem ipſorum diuitum, qui ſi non honorarentur, indignando magis infirmarentur, & deteriores efficerentur, & grauamen nobis & alijs pauperibus inferrent, ne quod offendiculum demus infirmis, ne per nos deteriores fiant, qui omnes debemus potius ad meliora trahere, & prouocare. Tertia, quia maior vtilitas prouenit ex correctione vnius diuitis, quam plurium pauperum. Pauperis autem ſalus ſibimet prodeſt, diues autem emendatus multis prodeſt, tã propter exemplum aliorum, qui inde ædificantur & prouocantur ad bonum, q̃ propter alia bona, quæ per eum promouentur in alijs, & mala impediuntur. Qualis Rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Conuerſio Conſtantini Imperatoris ad fidem plus profuit Eccleſiæ in pluribus, quam multorum aliorum. Quarta. Cum a diuitibus plus recipiamus de corporali ſubſidio, eo quod magis abundant in talibus, iuſtum eſt, vt & eis vicem rependamus, & proniores ſimus eis ad obſequia ſpecialia impendenda, pauperes etiam facilius expediuntur, quia tantis perplexitatibus non ligantur, diuites vero pluribus laqueis irretiti, frequentioribus & diligentioribus indigent conſilijs, ideo neceſſe eſt nos circa illos ſtudioſius occupari, ne profundius in peccato mergantur. Nam vt dictum eſt iam, qui potentem in bono promouet, multos iuuat: ſic econuerſo ipſius ſubuerſio multorum eſt detrimentum, &c.

Eccle. 10.

*Quæſtio* 24.

ITem quæro. Cum regula dicat quòd nil proprium debeatis habere, nec in ſpeciali nec in communi. Et vos habetis domos, hortos, libros, veſtes, & alia victui neceſſaria pro tempore, quomodo poteſtis tranſgreſſiones huiuſmodi excuſare bona conſcientia? Reſpondeo. Videmus in ſæculo famulos Dominorum, panem non ſuum comedere, tecto non ſuo contegi, & rebus alienis, videlicet Dominorum ſuorum. Sic & alij ſæpe conceſſis vtuntur tam veſtibus, quam alijs rebus de illorum voluntate quòrum res ſunt. Sic & nos vtimur rebus neceſſarijs pro corpore, quas tamen nec in ſpeciali, nec in communi nobis appropriamus. Regula enim non dicit, nos nihil debere habere, ſed nihil nobis appropriare. Vnde vſum rerum neceſſariarum habere poſſumus, non proprietatem, alioquin nec veſtem, nec cibum, nec aliquid aliud in vſum recipere deberemus, quod eſſet contra omnem rationabilem intellectum. Præſul enim ſedis Apoſtolicæ, qui eſt generalis omnium pauperum Eccleſiæ prouiſor, ſpecialiter noſtri ordinis curam habens, omnium mobilium quæ ordini conferuntur, proprietatem ſibi aſſumpſit, exceptis his quorum dominium ſibi conferentes retinuerunt, & nobis vſum earundem rerum ſolum concedit, vt ſemper alieno victu, & veſtitu, & tecto, & alijs vtenſilibus, abſque proprietatis iure, ex ipſius conceſſione vtamur: Sicut familia patrisfamilias, quæ rebus Domini vtitur, tam in abſentia quam ipſius præſentia corporali, ſecundum ipſius diſpoſitionem. Et eleemoſyna quæ nobis a fidelibus datur, tranſit in vſum noſtrum, & in illius dominium qui eſt principalis ordinis noſtri diſpenſator, cui parati ſumus omnia quæ habemus cum iuſſerit, tanquam Domino prout conuenit, reſignare, & nil iuxta hoc proprietatis habentes, regulam noſtram bona conſcientia obſeruamus, &c.

*Quæſtio* 25.

ITem quæro. Cum iterum regula dicat, quòd nec per vos nec per alios debeatis recipere denarios vel pecuniam, videmini per contrarium hoc facere, tam petendo pecuniam, tam reponendo, quam etiam diſpenſando, quia & ſi perſonaliter eam non contrectatis, tamen per alios eam ſeruari, & recipi facitis, & diſtribui, ſicut vultis, & tamen inhibetur ſicut per præceptum, vt non habeatis ſuper hoc poteſtatem diſpenſandi, neſcio quomodo hanc tranſgreſſionem excuſare poteſtis. Si autem non poſſet hoc præceptum ſeruari, non deberetis vouere, & potius eſſet a regula recedendum, quam laqueus eſſet vouentibus, cum ſeruari non poſſet. Reſpondeo. Multa putantur mala quandiu non intelliguntur, quæ intellecta, rationabilia & iuſta videntur. Sic & in iſta quæſtione apparet. Regula prohibet nec per nos, nec per interpoſitam perſonam nos recipere pecuniam, vt noſtra ſit, & nos domini & poſſeſſores pecuniæ ſimus, quaſi rei propriæ. Sed concedit vt per amicos ſpirituales, qui pro Deo nos ſpiritualiter diligunt, id eſt caſte & iuſte, neceſſaria procuremus, quę tali modo vtraque congrue obſeruantur, quòd ea quæ ſine pecunia non poſſunt procurari, aut per ipſos procurentur qui fratribus dant eleemoſynam, aut per eorum nuncios, vt cum aliquis procurat fratribus librum ſcribi, vel veſtem fieri, vel domum, vel aliud ſuis laboribus & expenſis, aut ſi fratres iſta procurant, illi ſoluunt pecuniam, illis qui fratribus commodauerunt: vnde iſta ſunt procuranda, vt cum fratres faciũt librum ſcribi, alius ſoluat expenſas per ſe vel per nuncium ſuum, aut ſi aliq volunt dare fratribus eleemoſynam pecunię, poſſunt cõmittere alicui, qui nomine ſuo eam ſeruet, pro vtilitate tamen fratrum, vt vice illorum qui ſibi commiſerunt pecuniam, procuret inde fratribus, ſecundum quòd voluerit, ſecundum quod a fratribus inſtruitur, per ſe vel

Fratres nõ recipiũt pecuniã per ſe vel per interpoſitam perſonam.

per alios, qui aptius ea promouent, quę ſibi fuerāt commiſſa. Et per omnes iſtos non recipiunt fratres pecuniam, ſed illi per ſe, pro illis qui ſibi commiſerunt pecuniam, conuertunt eam in vtilitatem fratrum, vicem illorum gerentes in eo, quòd ſeruant, & diſtribuunt ipſam pecuniam, quæ adhuc illorum eſt, qui dederunt, etiam ſi neſciant eam adhuc ſeruari, gerentes autem vicē fratrum in eo, quod eorum vtilitatem promouēt de pecunia aliorum. Fratres enim quandiu pecunia nō eſt redacta in rem aliam, quam eis vti licet, non habent eam pro ſua, ſed illius qui depoſuit eam, licet ſciant eam pro ſua vtilitate ibi repoſitam. Sicut cum Dominus committit ſeruo ſuo pecuniam ſuam, vt mihi inde emat tunicam, interim eſt Domini, ſed empta tunica, mea erit. Secundum hanc viam & cautelam, fratres & per amicos ſpeciales, & quoslibet procuratores, & mediatores procurant neceſſaria, nec tamen recipiūt pecuniam per illos procuratores, ſed illi ſeruant illam nomine dantiū, & vice ipſorum vertunt eam in vtilitatem fratrum, vt dominium pecuniæ non tranſeat in proprietatem fratrum. Vnde conditor Regulæ magis intendit fratrib. præcludere viam auaritiæ in poſſeſſione pecuniæ, per quam omnis Religio ſuffocatur, quàm obſtruere eis opportunitatem neceſſaria procurandi. Sedes etiam Apoſtolica, cuius Acta toti Eccleſiæ dijudicanda exponuntur, & veneranda: ipſam regulam confirmando non approbaſſet, ſi in ea aliquid incongruum, & inobſeruabile proſpexiſſet. Ideo vouentibus eam non eſt laqueus perplexitatis, licet indigeant diligenti cautela, ne offendant contra eam, qui debent aliqua neceſſaria per pecuniam procurare, quæ tamen cautela magni eſt meriti, quamuis illi tutius ambulent, qui ſe ſubtrahunt à talibus negotijs, qui ad ea ex officio non coguntur, &c.

*Quæſtio. 26.*

ITem quæro. Cum res male acquiſitæ Deo ſint odibiles, vnde Dominus di. Ego dominus odio habens rapinam in Holocauſtum, cur recipitis vel petitis eleemoſynam, ab illis qui iniuſta lucra ſectantur. Reſpō- deo. Quidam ſunt qui ſolum habent res malè acquiſitas, & poſſunt certæ perſonæ inueniri, quibus competit recompenſatio (vbi tales ſcimus, de cætero non debemus ab eis eleemoſynam petere, ſiue accipere, quia omnia quæ habent ſunt aliorum, quibus tenentur reddere) vel omnes vel aliquæ, quòd ſi aliquæ, & non omnes, tunc vaga reſtitutio de eis danda eſt, & in pias cauſas eroganda. Quidam autem habent iniuſta bona, ita quòd ſi dant eleemoſynam, tamen per hoc non fiunt impotentes, quia adhuc habeant vnde poſſint reſtituere certis perſonis, quibus debent, vnde poſſunt eleemoſynam facere de reſiduo. A primis autem non poſſumus recipere, niſi ignorantia vel extrema indigentia, vel preſumptio, quòd creditores velint nos recipere, nos excuſet: vel de quando non conſtat de vero, aliquem, iniuſta detinere bona, non tenemur leuiter credere eum tanti criminis eſſe reum, cum de quolibet teneamur prę- ſumere meliora. Mendicitas noſtræ profeſſionis, & ea Deo debita, pauperibus Chriſti largienda ſunt, excuſat nos in hac parte plenius, quàm illos, qui ex alijs reb. habent, vnde ſufficienter valeant ſuſtentari, vbi tamen publica fama clamat aliquem eſſe de primis prædictis, etiā ſi aliter non conſtaret propter ſcandalum, non expedit ab eo recipere vel petere eleemoſynam, niſi fortè talib. qui ex profeſſione vel officio habent, quòd debent raptores ad reſtitutionem inducere, quia vtiliter gerunt in hoc negotium ſpoliatorum. Et dignus eſt tunc fidelis operarius cibo ſuo, cum nemo teneatur ſuis ſtipendijs militare. Ad hoc autem vt poſſimus peccatores ad emendationem monendo inducere, concedit nobis ſedes Apoſtolica, etiam in terris excommunicatorum libere commorari, & ab eis tunc eleemoſynam recipere, maximè ſi aliunde non poſſemus ſuſtentari. Si enim boni de medio malorum tollerentur, quis eſſet qui malos ad bonum verbo & exemplo moueret? &c.

Eſa.41.

*Capitulum 27.*

ITem quæro, quæ ratio eſt, quòd clerici magis odiunt nos & perſequuntur, quam laici & ſimplices ſacerdotes? Reſpondeo. Sicut non omnes laici diligunt nos, ſic nec omnes clerici odiunt nos. Si qui autem videntur nos odire, hoc quinque de cauſis poteſt eſſe. Vna, quòd timent nos, quòd ipſorum facta & exceſſus vel defectus plenius agnoſcamus, & ſeuerius arguamus, quo clarius videmus, quales eſſe deberent, & non ſunt per quos Eccleſia gubernatur. Secunda, quòd inuident nobis, quòd ſumus hominibus gratiores, & ipſi comparati nobis appareant in vita vel in ſcientia viliores, vel etiam indoctiores in doctrina. Tertia, quòd dolent ſi per confeſſiones ſecreta eorum ab alijs qui cōſocij fuerint percipimus, dum timent per illa magis vileſcere, vel fortè perſonas illas noſtro conſilio ab eis auerti, & ad meliora conuerti. Quarta, quòd timent ſibi aliqua per nos emolumenta ſubtrahi, dum eleemoſynas, quæ dantur nobis, arbitrantur ſibi fore dandas, ſi nos non eſſemus. Et hæc videtur potior eſſe cauſa pluribus, qui nos odiunt, ſcilicet ſi plus inhiant lucris pecuniarum à ſuis ſubditis, quam fructui animarum, &cæt. Poteſt etiam quinta cauſa eſſe, quòd diuina iuſtitia illos (qui quantò amplius cognouerunt & ſpreuerunt, & quibus maiora beneficia contulit & ingrati fuerunt, & grauius cæteris offenderunt, & frequentius eum indignè cōtrectant & percipiunt) tanto magis indurat, & profundius cadere permittit. Vnde non ſolum ipſi ſunt mali in ſe, ſed etiam alios ſecum malos eſſe deſiderant, & bonos odiūt, & quos imitari nolunt, optant nō eſſe, & perſequuntur eos, quos ſibi diſſimiles eſſe dolent, Salomon. Grauis eſt nobis ad videndum. Et tunc ibidem plures de prædictis tanguntur. Laici verò, quia de prædictis cauſis minus habent, ideo minus odiunt, immo etiam diligūt, qui ſentiunt nos ſalutem ſuam diligere, & ſperant per nos eam fideliter apud Deum promouendam, ore, meritis, & doctrinis. Clerici etiam qui ſanè ſapiunt, eadē ratione nos fouent, & diligunt, quaſi filios ſuos, & vocatores & cooperatores tam ſuæ ſalutis, quam ſuæ ſolicitudinis ſibi commiſſæ in ſuis ſubditis neceſſarios adiutores, & oneris ſibi impoſiti fideles ſubleuatores. Et de iſtis ſatis, &c.

Quare plures clerici odio habent religioſos.

Sap.2.

## SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI

*Tractatus, in quo determinat, quare Fratres Minores prædicent, & confeſſiones audiant.*

QVia plerique dubitant & quærunt, cum non habeamus curam animarum ordinariè nobis commiſſam, qua rōne, vel qua auctoritate, vel qua forma pdicemus, vel cōfeſſiones in populo audiamus Qd vt plenius & planius intelligas, rōnis huius radicē altius inſpiciamus, ab ipſa primaria Eccleſiæ inſti-

inſtitutione originem breuiter colligentes. Dominus Ieſus Chriſtus omnium creator, & gubernator, Sanctam Eccleſiam ſuam, aſcenſurus in cœlum, Apoſtolis regendam & dilatandam commendauit, principaliter Beato Petro Apoſtolo, cui de vniuerſo grege fidelium ſpecialiter dixit tertiò. Paſce oues meas. Sed vt ordinatius gubernaretur vniuerſalis Eccleſia, diſtinxerunt eam ſancti Apoſtoli per Patriarchatus & primatus, & Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & Parochias, & alias Canonicas diſtinctiones, vt quia per vnum vel per paucos non poterat ſingulis fidelium in omnibus ſalutis neceſſarijs congruè ſatisfieri, plures ad huius ſolicitudinis partes per determinatos ſibi limites pro vtilitate animarum vocarentur, & ſecundum curæ paſtoralis amplitudinem, etiam quilibet iſtorum accepit certam auctoritatis poteſtatem, reſidente plenitudine poteſtatis Eccleſiaſticæ apud ſedem Apoſtolicam Romanæ Eccleſiæ, cui Apoſtolus Petrus Princeps Apoſtolorum ſpecialiter præſedit, & ſucceſſoribus ſuis ibidem eandem poteſtatem reliquit. Triplex eſt autem huius poteſtatis plenitudo, ſcilicet quòd ipſe ſummus Pontifex ſolus habet totam plenitudinem auctoritatis, quam Chriſtus Eccleſiæ contulit, & quod vbique in omnibus Eccleſijs habet illam, ſicut in ſua ſpeciali ſede Romana, & quòd ab ipſo manat in omnes inferiores per vniuerſam Eccleſiam omnis auctoritas, prout ſingulis competit eam participari, ſicut in cœlo ab ipſo fonte totius boni Chriſto Ieſu fluit omnis gloria Sanctorum, licet eam differenter ſinguli participent pro captu ſuo. Prædicta vero diſtinctio Eccleſiarum & Parrochiarum triplici de cauſa eſt inſtituta, ſcilicet propter rectorum ſolicitudinem, quod enim cuique ſpecialius committitur, diligentius exequitur, nec expectat vt alter prouideat his, qui ſuæ ſolicitudini ſpecialiter ſunt commiſſi. Item propter ſubditorum vtilitatem, quia facilius reguntur, & ſingulis expeditius poteſt ſatisfieri, vt dictum eſt, per plures Miniſtros, quam per paucos. Sicut Moſes ſolus non valens onera multitudinis populi ſuſtinere, partitus eſt Tribunis, Centurionibus, quinquagenarijs, ac Decanis, vt maiores maiora, minores minora proportionaliter expedirent, retenta ſibi tamen plenitudine poteſtatis, in typo futuræ diſpoſitionis Eccleſiæ militantis. Item propter deprehendendas fraudes hæreticorum, & latebras peccantium, vt quiſque paſtor ſuper gregem ſuum vigilans, poſſit luporum deprehendere inſidias, & errantium omnium abſentiam cognoſcere, & ad gregis vnitatem, eas quærendo, reuocare. Miniſterium autem officij paſtoralis circa iſta ſeptem præcipuè verſatur, maximè Plebanorum, ſcilicet docere prædicando populum, quid credere, quid facere, quid cauere, quid ſperare, quid timere debeant. Item peccantes corrigere & iudicare, in confeſſione ſoluere & ligare pro qualitate meritorum, Eccleſiam officiare, & diuina celebrare, & indicere ſtatuta Eccleſiæ de ferijs & alijs. Intercedere pro populo apud Deum, orando, & gratiam eis impetrando, quaſi mediator inter Deum & eos. Sacramenta Eccleſiaſtica, & ſepulturam eis impendere, & alia ſacramentalia. Indigentibus in Parrochia, pro poſſe, in corporis neceſſitatibus de rebus Eccleſiæ ſubuenire. Exemplum benè viuendi in omnibus ſeipſum præbere, ſecundum honeſtatem vitæ clericalis. Obedientia vero populi ad plebanos in his econuerſò maxime conſiſtit, vt doctrinam eorum & prædicationem, ſtatuto tempore & loco auſcultent. Vt de peccatis ſuis eorum correctioni ſubiaceant, iuxta canonum inſtituta. Vt ſemel in anno ad minus omnia peccata ſua, quæ tunc habent, eis confiteantur. Vt in præcipuis feſtis, ſecundum iura ad Parrochias conueniant, miſſam audituri. Vt ſacramenta Eccleſiaſtica ab eis recipiant, & ſepulturam & huiuſmodi. Vt indicta feriarum, ieiuniorum, & alia denuntianda ab eis, ſeruent. Vt decimas, oblationes, & alia debita eis perſoluant, ſecundum canonum inſtituta. Noua vero ſtatuta populo ſuperaddere Plebani non debent, ne fiat obedientia oneroſa: Hæc debent ſubditi Plebanis ſuis, tantum cum exceptionibus iuris, priuilegiorum, & conſuetudinis approbatæ & licentia ſuperiorum. Quòd vero ſemel in anno quilibet confiteatur proprio ſacerdoti omnia peccata ſua, his ſex de cauſis ſtatutum eſt. Primo, vt paſtor cognoſcat, in quo ſtatu quilibet commiſſorum ſibi ſit, vt ſecundum hoc ſciat ei medicinam competentem exhibere, inſtructionis, correctionis, conſolationis. Secundo, vt noſcat quibus poſſit Chriſti corpus indulgere, vel quos a ſacramentis arcere. Tertio, ne per longam incuriam, multorum conſcientiæ in peccato deſperabiliter ſordeſcant, expedit vt aliquando ſe expurgent. Ipſe enim pudor confitendi pleroſque a peccato deterret, & confitendo ſæpe, diſcunt hoc eſſe peccatum, quod ſe putabant innoxie perpetrare. Quartò, vt diſcernantur obedientes a negligentibus vel hæreticis per obſeruantiam talis ſtatuti. Quinto, vt purgent ſe ad corpus Dominicum dignè percipiendum fideles, per confeſſionis medelam. Sexto, pro merito gloriæ, vt ex humilitate confeſſionis, mereatur in cœlo exaltari, & a peccatis citius expurgari. Proprius ſacerdos dicitur, cui quiſque ſpecialiter gubernandus eſt commiſſus ab Eccleſia vice Dei. Prætermiſſis igitur diuerſis diſtinctionibus, quatuor ſunt cuiuſque plebis Parochialis proprij ſacerdotes. Primus & præcipuus eſt Summus Pontifex, cui tota Eccleſiaſtici gregis cura ſingulariſſimè commiſſa eſt, ita quod omnes inferiores Eccleſiæ rectores, curam & totam poteſtatem quam habent ſuper ſubditos, ab ipſo accipiunt, mediate vel immediate. Secundus eſt Diœceſanus Epiſcopus, qui eſt ordinarius paſtor omnium Eccleſiarum ſub ipſo conſtitutarum, & ſui inferiores Prælati curam animarum & auctoritatem regendi habent ab ipſo. Tertius eſt ſpecialis paſtor cuiuſque Eccleſiæ ibi canonicè inſtitutus. Quartus eſt, cui quiſque prædictorum pro tempore vicem ſuam ſuper commiſſos ſibi, ad ligãdum & ſoluendum ex cauſa rationabili committit, cui tamen committere poteſt. Superiores autem liberius & largius poſſunt vices ſuas committere, quàm inferiores. Vnde cum Plebanus poſſit aliquibus committere, vt vice ſui plebi ſuæ prædicent, & eorum confeſſiones audiant, & abſoluant, & pœnitentias iniungant, ita quod ſic abſolutos non oporteat illo anno Plebanis ſuis iterum confiteri, niſi velint, multo magis poteſt hoc Epiſcopus, & maxime Summus Põtifex, qui ſicut vbique habet poteſtatis plenitudinem, ita & commiſſam ſibi gerit omnium Eccleſiarũ ſolicitudinem, vt ea quæ ſingulis neceſſaria probantur, ipſius prouidentia ſuppleantur. Alioquin vacua eſſet apud ipſum tanta poteſtas, quam executionis efficacia non comitaretur. Committit autem alijs quandoque vices ſuas, tum pro locorum diſtantia, vel cauſarum qualitate, vel pro aliorum magis vrgentium negotiorum occupatione, vel multitudinis requirentium frequentia, & neceſſitatis feſtinatione, vel pro corporis imbecillitate, vel certè pro liberiori ſpiritus vacatione expedit eum, & alios ſecum ad oneris paſtoralis ſuſtinentiam inuitare. Nam & ſi Dominus ſolus omnia ſine qualibet difficultate poſſit in oĩbus operari, quæ voluerit, ſicut ex nihilo cuncta creauit, tamen dignatur, in quibuſdam operibus ſuis habere coadiutores & vicarios ſicut in cura animarum, & in operibus artificialis induſtriæ,

Ioan. 21.

Plenitudo poteſtatis Papę in quibus conſiſtit.

Ratio diſtinctionis eccleſiarũ in plures diœceſes.

Officium Plebanorum quod eſt.

Ad quid tenẽatur ſubditi plebanis.

Proprius ſacerdos quis eſt.

ſtriæ, in hoc dant exemplum Eccleſię rectoribus, onus ſolicitudinis ſuæ, & alijs impatiendi, ne per ipſorum abſentiam & inſufficientiam, ſalus fidelium negligatur. Prædictis ergo de cauſis in his nouiſſimis temporibus, de quibus prædixit Apoſtolus, quod inſtabunt
2. Tim. 3. tempora periculoſa ex multiplicatione peccatorum, & numeroſitate rudium populorum, & ſeductione hæreticorum, & raritate bonorum, & difficultate regendi, & inſufficientia Prælatorum, & perplexitate caſuum emergentium, & aliorum periculorum Eccleſiæ imminentium ex varijs euentibus, prouidit ſedes Apoſtolica, ad obuiandum præfatis periculis quibuſcunque, remedium ſubuentionis animabus pereuntibus, quòd diuina ordinatione quoſdam religioſorum ordines inſtituit, qui officio prædicationis & confeſſionis ſibi commiſſo, ſubueniant indigentiæ populorum, & inſufficientiæ clericorum, & obſiſtant verſutijs hæreticorum, & hoc in ſolatium & ſubleuamen oneris, non in præiudicium plebanorum. Non enim præiudicat eis, ſi Dominus Papa vel Epiſcopi eorum, de officio ſuo ſoliciti, quod perſonaliter implere non valent, alijs loco ſuo implendum committunt, ſicut nec hoc præiudicaret eis, ſi vellent pęſonaliter in parochijs eorum prædicare, vel confeſſiones audire, ita quod ipſi confeſſi non tenerentur tunc iterato plebanis ſuis confiteri, cum ipſi plebani ſint vicarij Epiſcoporum in ſuis parrochijs, ſicut Epiſcopi ſummi pontificis in officijs ſibi commiſſis, quia non in diminutionem poteſtatis, ſed in adiutorium ſuſtentandi oneris, ſunt inferiores paſtores ſuperioribus ſubrogati. Secundò, non fit eis præiudicium, ſi pondus laboris quod ipſi portare tenentur, in cura animarum alleuietur eis per aliorum auxilium, vt animæ ſaluentur, pro quibus Deo rationem reddere debent in iudicio, ſi ex eorum negligentia, vel ignorantia perirent, ita vt pro illarum perditione ipſi damnentur. Ecce ſuper paſtores ego requiram gregem meum de manu eorum, & cæt. Tertiò, non fit eis præiudicium,
Ezec. 34. quia non minuitur iuriſdictionis eorum poteſtas ex tali cooperatione aliorum, ſed tantum pondus ſolicitudinis & laboris. Temperatiſſimè quippè ſic diſpoſuit diuina ſapientia, & inſtituit ſedes Apoſtolica, vt per ordines prænotatos in prædicatione, & confeſſione, defectus cleri ſuppleantur, & animæ ſaluentur, & nec in temporalibus & ſpiritualibus ius clericorum aliquatenus violetur ne per ſubtractionem illorum, quæ eis iure debentur commoti, ſalutis profectum per fratres promouendum in Eccleſia impedirent, cum vix etiam nunc ſuſtineant quidam, eos pro animarum ſalute inter homines conuerſari. Nam nec decimas eorum, nec primitias ſeu oblationes, nec alia debita eis præripimus, nec populum ab obedientia eorum abſtrahimus, nec in debitis Miniſterijs ſuis eos vllatenus impedimus. Qđ autem quandoque Religioſi ad ſaluandos fideles in Eccleſia eſſent vocandi, oſtenditur in Euangelio Lucæ, cũ Dominus dixit Petro. Duc in altum & laxate retia veſtra in capturam. Concluſerunt autem piſcium multi
Lucæ. 5. tudinem copioſam. Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt ſocijs qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos, et impleuerunt ambas nauiculas. Mare eſt ſeculum. Nauicula Petri eſt Eccleſia fidelium Populorum. Rete eſt Euangelica doctrina. Per iuſſum Domini tot piſcium multitudo concluditur, quòd rete rūpitur, quia tot ad fidem veniunt, ꝙ eam etiam hæreſibus ſcindunt, ſed cum Petrus cum ſuis trahere non valeret annuerũt ſocijs in alia naui, vt venirẽt & adiuuarẽt eos, quia Prælati Eccleſiæ cum Clero, non ſufficientes per ſe tantam plebium multitudinem trahere ad littus vitæ perpetuæ, annuerunt, admittendo, ſocijs religioſis, ſcilicet Iacobo, & Ioanni: actiuis & contemplatiuis, vt venirent compatiendo animarum periculis, & adiuuarent eos, tam illos qui trahunt, quam illos qui trahuntur, illorum inſufficientiem, iſtorum indigentiam reuelando. Ambas autem nauiculas implent, cum præ multitudine Populi, nec clerici nec Religioſi plenè ſufficiunt omnibus ſatiſfacere. Cum autem prædicatio, & confeſſio, inter alia Populo Dei exhibenda, ampliori indigeant ſcientia ſcripturarum, & magis periculum ſit iſta ei non miniſtrare, vt expedit, cum per prædicationem informentur quid credere debeant, & qualiter viuere, per confeſſionem vero lapſi extrahantur de luto peccati, iſta duo fratribus commiſſa ſunt, vt in his ſubueniant fidelibus, & ſuppleant defectum clericorum, in reliquis autem minus eſt periculum qualiter fiant, aut facilior executio per quemcunque fiant. Ex prædicatione ergo non fit eis præiudicium, quia non prædicamus illa hora in eorum Eccleſijs, qua ipſi ſolent in feſtis ſolemnibus, diuina ſolemniter celebrare, ſeu prædicare, niſi ipſorum permiſſu. Alia hora ſi Populus nos audire deſiderat, nihil deperit eis exinde, ſed accreſcit. Et hoc in tribus, videlicet, quia Populus eis commiſſus proficit in ſcientia veritatis, & bonis moribus. Item, cum ipſi eadem docent, quæ & nos, teſtimonio noſtro confirmamus doctrinam eorum eſſe veram, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Item quia docemus Populum Paſtoribus ſuis obedire, & eos reuereri, & non calcitrare, & reddere eis ſua. Super his potius debent ſi ſapiunt gaudere, & gratias agere, quam dolere. Aliter enim cito vileſceret apud populum, propter malam vitam multorum ex ipſis. Ex confeſſione ſimiliter non præiudicamus eis, quia nullum cogimus nobis confiteri de ſubditis ſuis, & confeſſos remittimus ad Plebanos ſuos, vt illis iterum ſe oſtendant tempore ſuo, ſecundum Eccleſiæ mandatum, ſi ante non ſunt eis eo anno confeſſi. Nam ſi ægrotus vult & alijs medicis, pro vberiori conſilio ſanitatis patefacere infirmitatem ſuam præter ſuum medicum ſpecialem, non fit præiudicium in hoc illi medico, niſi forte inficiatur inuidia, vel cupiditate, vel pudore turbetur. Quod autem prioribus temporibus in Eccleſia non erant vocati, vel miſſi à ſede Apoſtolica Religioſi aliqui ad prædicta officia prædicationis & confeſſionis, vt nunc ſunt miſſi, iſta fuit ratio. Cum morbus adhuc paruus eſt, paucioribus indiget remedijs, & leuioribus, ſed cum cœperit inualeſcere, & latius ſe diffundere, ne deſperabiliter æger periclitetur, neceſſe eſt plura & efficaciora remedia adhiberi, ita etiam cum ſtatus mundi modo valde deterior, quam olim eſſe videatur, expedit plures nunc eſſe ſubleuantes, iuxta illud. Meſſis quidem multa, operarij vero pauci, & idonei fideles. Rogate ergo Dominum meſ- Luc. 10.
ſis, vt mittat operarios in vineam ſuam. Item ad Roma. vbi abundauit delictum, ſuperabundet & gratia.
Videmus nunc meſſes plebium multiplicari, & filuis Rom. 5.
ſuccisis villas ædificari. Videmus adinuentiones peccatorum ſuccreſcere, & perplexiores caſus quotidie emergere. Item ex conſuetudine malos incorrigibiliores magis fieri, & duriores in peccato. Item, quòd clerici plures malo exemplo infirmant laicos, tam in moribus, quam in fide. Item, quòd pauci ſunt inter eos periti, qui ſciant, vel quibus confidatur, quòd doceant, vt deberent. Item quod negligenter præſunt animabus commiſſis, & terrenis negotijs nimis inſtant. Item quòd multi eorum ſunt ſuſpenſi, excommunicati, & in officio ſuo diuerſimode impediti. Item quod rari ſunt paſtores in eccleſijs, ſed ꝑ leues Vicarios animarum cura venalis exponitur. Item, quòd ipſi temporalibus curis dediti, iſta diſſimulant, ita quòd

ſpes correctionis vix habetur. Item, quod ſi aliquando vellent iſta corrigere, & inutiles remouere, non habent quos loco illorum ſubſtituant meliores. Cum igitur iam ſit Eccleſia quaſi nauis tempeſtate concuſſa, in qua remigantibus, pauore trementibus, procellæ tumẽtes penè operiũt nauem, miſſi ſunt fratres à ſummo gubernatore, fulti auctoritate ſedis Apoſtolicæ, vt in nauiculis ſuis diſcurrentes per mundum, quos ex naufragio peccati periclitantes inuenerint, rapiant ex vndis, & ad litus ſalutis reportent. Nulla verò Parochia inuenitur, quin habeat aut idoneum Plebanum, aut aliquo modo inſufficientem, aut nullum. Bonus & idoneus eſt, qui ſecundum formam canonum iuſto titulo poſſidet beneficium, cui annexa eſt cura animarum illarum, & qui ſufficientem pro regimine Plebis ſuæ habet ſcientiam ſacræ ſcripturæ, & qui nullum habet impedimentum in omni officio clericali, & qui debitam diligentiam adhibet animabus ſibi commiſſis, in his quæ ſunt neceſſaria ſaluti. Talium Plebanorom ſubditos non oportet ad alios pro confeſſione recurrere, niſi in his ſex caſibus. Primus cum de voluntate ipſius, & licentia, vel ratihabitione, expreſſa vel tacita, quis alteri confitetur. Secundus cum alius habet ampliorem auctoritatem abſoluendi in certis caſibus, quam Plebanus. Tertius, ſi propter abundantiorem cautelam vult etiam alijs confiteri, nihilominus tamen confiteatur etiam Plebano tempore ſuo. Quartus, ſi confiteretur illis, qui habent à Domino Papa vel ab Epiſcopo loci generalem auctoritatem audiendi confeſſiones, vt Pœnitentiarij vel alij quidam ad hoc ſpecialiter deputati. Et qui talibus confitentur, idem eſt, ac ſi Epiſcopo ſuo perſonaliter confiterentur eoſdem caſus, de quibus eis contulit poteſtatem, vndè non tenentur tunc Plebanis iterum confiteri, niſi velint. Quintus, ſi aliquis eſt in peregrinatione poſitus, nec poteſt habere proprium ſacerdotem. Sextus in articulo neceſſitatis extremæ, tunc quilibet eſt ei proprius ſacerdos, ſi alium non habet. Inſufficiens Plebanus dici poteſt tribus modis. Aut cui ab Eccleſia pro tempore ſublata eſt executio officij ſui, vt ſuſpenſus, excommunicatus, & irregularis. Aut cuius ſubditis propter aliquod nocumentum ſuum non expedit ei confiteri, vt idiota, vel proditor confeſſionis, & confitentes ſibi ſolicitans ad peccatum quocunque modo. Aut qui confitentibus ſibi, non debitam adhibet diligentiam, ſicut neceſſe foret. Sicut qui non dat eis opportunitatem integrè confitendi, vel non vult eos abſoluere niſi pro pretio, vel non informat eos in diſcretione peccatorum, ſeu ſatisfactionis qualitate, vt ſciant quid ſit peccatum mortale, quid veniale, quid enorme, quid leuius, vel qualiter Deo ſatisfaciat, & qualiter proximo, quando publicè vel occultè. Nam in talibus negligens, tãtum nocet alijs, ſicut idiota qui docet errare, ita negligens relinquit in errore. Exemplum de cęco duce, & qui cęcum deuiantem non reducit ad viam. Subditi enim horum ipſa neceſſitate ſalutis coguntur alios cõfeſſores requirere, in quibus inſufficientiæ prædictæ nõ videntur. Sicut qui ſcit medicum ſuum inſufficientẽ ad curandum eum, alium neceſſariè quærat, ſi vult mortis periculum effugere. Quod ſi Plebanus talis nolet ſubdito dare licentiam idoneum confeſſorem quærendi, vel pro malitia, vel inuidia, ſeu ſuperbia ſua, immò fortè pręcipit ne vadat ad alium, ita tenetur ei in hoc obedire, ſicut ſeruus Domino, qui nollet eum paſcere, & præciperet ei ne alibi ſibi cibum prouideret. Quod aũt dicitur, qđ ſubditus debet prius petere licentiam, vt vadat ad ꝓpium confeſſorem, ꝓpter cautelam factum eſt, ſcilicet ne ex cõtemptu q̃rat alium, vel ne vadat ad minus idoneũ, vel nè vadat ad hæreticum, vel ne detur locus tergiuerſandi malignis, dum quærunt ignotis confiteri, vt correctionem ſui paſtoris effugiant, & ita liberius peccet, vel ne ſimulent ſe alijs confeſſos, cum nulli ſint confeſſi. Plebanus autem nullus eſt, qui tenet Eccleſiam, cum ſit inhabilis ad beneficium habens curã animarum, vt il legitimus filius, vel excommunicatus, vel laicus, vel qui vnam habens, recipit aliam. Item qui recipit Eccleſiam non ab eo qui habet ius conferendi, vel præſentandi ad eam, vel inueſtiendi, vel ab excommunicato, vel quando ius eſt ad ſuperiorem deuolutum ex cauſa. Item qui tenet Eccleſiam non debita forma, ſymoniacè, ꝑ fraudem, vel violenter, vel eſt Vicarius alicuius iſtorum. Quod quiſque non habet, nec poteſt alteri ſua auctoritate conferre, omnes iſti ſicut non habent ius in Eccleſijs quas tenent, ita & plebs in nullo tenetur eiſdem. Cum ergo prædictorum omnium ſubditi poſſint, & debeant alijs confiteri, potius quam illis, qui videntur eſſe Plebani eorum, propter præmiſſos eorum defectus, & laici neſciant diſcernere quos eligant meliores, & Clerici potius vitioſi mitterent eos ad ſibi ſimiles, quàm ad idoneos, & ſatis rari ſunt in Clero iam, quos nulla prædictarum reſpergat macularum, miſſi ſunt fratres à ſede Apoſtolica per mundum, muniti eius teſtimonio, qui prædictos defectus Clericorum, vbi neceſſe fuerit ſuppleant, & indigentiæ fidelium ſubueniant, & non tantum laicos, ſed & ipſos Clericos & Religioſos prædicationibus inſtruant, exhortationibus a malo retrahant, inſuper exemplis ædificent, & orationibus gratiam eis & veniam impetrent apud Deum. Nos enim ſumus illi pauperes qui remanentes manipulos ſegetum, & ſpicas decidentes, poſt meſſores, & racemos relictos in vinea colligere debemus, ideſt illas reliquias, quas Plebani, q̃ habent officium in Plebe ſua docendi, & corrigendi, relinquunt, vt eas ex area Eccleſię ad horreum cęleſtis patriæ referamus. Quia verò ad hoc nõ tenemur ex debito aſtringente, ſed ex charitatis libertate, ideo ſimiliter & illi non tenentur nobis in corporali prouiſione niſi ex libera pietate. Poſſunt enim noſtris prædicationibus intendere ſi voluerint, & nobis confiteri, & eleemoſynas largiri poſſunt, & dimittere. Econtrà poſſumus nos eis iſta ſpiritualia beneficia impendere prædicationis, confeſſionis, & orationis, licet ad ea ex debito non obligemur, niſi debito charitatis. Quæritur autem ſi illi qui nobis confeſſi ſunt, teneantur Plebanis ſuis iterum confiteri? Ad hoc dicendum, quòd duplici ratione tenẽtur homines confiteri Sacerdotibus habentibus claues in foro penitentiæ abſoluendi, & ligandi, ex præcepto Dei, & ex ſtatuto Eccleſiæ. Præceptum Dei eſt penitentiam agere, cuius pars eſt cõfeſſio facta Sacerdoti. Vnde Ioan. di. Si confiteamur, &c. Cum ergo pęnitens confitetur nobis, & abſoluimus eum auctoritate Domini Papę vel Epiſcopi, non tenetur iterum à Plebano ſuo de eiſdem abſolui, cum ſit abſolutus, ſed propter ſtatutum Eccleſiæ, quo quilibet ſemel ad minus in anno iubetur confiteri omnia peccata ſua proprio Sacerdoti, qđ plerique referunt ad Plebanos ſpecialiter, debet ei ſi velit iterum confiteri, ne ſcandalizetur, & vt melius agnoſcat eum, ſi dignus ſit, cui corpus Chriſti debeat porrigere vel negare, niſi de licentia eius alteri ſit confeſſus, vel ratũ habeat ſi eſt factum, & hoc de his Plebanis intelligẽdum, qui boni & idonei videntur, vt ſuprà dictum eſt, non de alijs qui ius non habent in Eccleſijs, vel ad quos ſubditi pro confeſſione accedere prohibentur. Vt autem planius liqueat, in quibus caſibus vel qua forma fratres poſſint audire confeſſiones, quædam eorum quæ ſuperius poſita ſunt, ſub compendio repetantur. Cum pro diuerſis cauſis aliquotiens expediat ſubditos Plebanorum, etiam alijs Sacerdotibus confiteri, vt promptius inueniant ad quos recurrãt, miſſi ſunt fratres ſpecialiter vt in tali neceſſitate fidelibus ſuccurrãt, ad hoc à ſede

Quis eſt bonus plebanus.

Inſufficiẽs plebanus qui eſt.

Deut. 34.

Ioan. 1.

Qui confeſſus eſt religioſo habenti auctoritatẽ à Papa, non tenetur cõfiteri plebano iterum.

à ſede Apoſtolica deſtinati. Primus caſus, cum ex regula noſtra approbata, & confirmata à ſede Apoſtolica etiam iniunctum habeamus prædicationis officium, ne fructus prædicationis inanis ſit, poſſumus ex priuilegio Apoſtolico vbi prædicamus, etiam confeſſiones requirentium tunc audire, & abſoluere, ac pœnitentias iniungere auctoritate Domini Papæ. Secundus, cum ab Epiſcopis ſimiliter commiſſum habeamus confeſſionis officium, non ſolum de communibus, ſed etiam de ſpecialibus caſibus ad ipſos ſpectantibus, poſſumus abſoluere iuxta formam confeſſionis ipſorum, non tantum laicos, ſed etiam Clericos indigentes. Tertius, cum Plebanus licentiat ſubditum ſuum vt nobis confiteatur, vel ratum habet quod factum eſt. Quartus, cum pro ſuperabundanti cautela, vel meliori conſilio, etiam vult alteri confiteri, vel ex deuotione, quàm ſuo Plebano. Quintus, cum quis vagatur per terras, poteſt interim alijs confiteri, dum ſuum non habet Sacerdotem. Sextus, in articulo neceſſitatis dum timet mori, & ſuũ non habet ſacerdotem. Septimus, cum Sacerdos alicuius eſt idiota, nec ſcit in neceſſarijs ſaluti eum congrue expedire. Octauus, cum eſt notorius fornicator, tunc ſubditi non debent ab eo ſacramenta requirere. Nonus, cum conſueuit reuelare ſecreta confeſſionis, ſubditi non tenentur ei confiteri, qui hoc timent. Decimus, cum in confeſſione ſolet aliquos ad peccatum inducere, illi non debent accedere ad eum propter periculum vtriuſque. Vndecimus, cum non dat ſubditis copiam integrè confitendi, & non informat eos, de his quibus indigent ad ſalutem. Duodecimus, ſi Sacerdos eſt ab officio ſuſpenſus à iudice vel à iure, tunc nec poteſt ſoluere, nec ligare. Tredecimus, ſi eſt aliqua maiori excommunicatione ligatus, quia non debent tunc ſubditi communicare ei qui ſciunt. Decimus quartus, qui eſt aliqua irregularitate perplexus, tunc non poteſt exequi officium Paſtorale. Decimusquintus, ſi eſt peruerſor ſacramentorum, vendens ea pro muneribus, tũc eſt ſuſpenſus & infamis. Decimusſextus, ſi tenet Eccleſiam contra ſtatuta canonum, tunc enim nullum ius habet in ea, vt illegitimus, ſymoniacus & habens vnam Eccleſiam, ſi recipit alteram, tunc enim prior vacat, & qui per fraudem obtinet, vel violenter intrat, vel non recipit eam à quo debet. Decimusſeptimus, ſi eſt Vicarius illius, qui non habet ius in Eccleſia, quòd poſſit alteri delegare. Sunt & alij caſus, pro quibus quandoque etiam honeſtæ perſonæ timent ſuis Sacerdotibus confiteri, quia Vicarij ſunt inſtabiles, & ſæpius mutantur, ideo non audent eis ſua reuelare ſecreta, cum toties oporteret eos ignotos habere confeſſores. Item, quia plerique ipſorum tam vitioſi ſunt, quòd honeſta fœmina timet infamari, ſi ſecrete ſuſurrauerit cum eo. Item, quia plures ipſorum ignoti ſunt, & timetur, quòd ſunt apoſtatæ, vel in officio Sacerdotali impediti, vel forte non habentes ordinem Sacerdotij. Item, aliqui habent talia peccata in conſcientia, quod potius volunt non confiteri, quam Plebanis ſuis ea pandere, qui ſemper vident eos, & coram quibus timent tota die confundi, ſicut ſæpè percepimus. His in tanto periculo ex compaſſione eſt ſuccurrendum potius, quàm in deſperatione ponantur, hoc tali modo aptè fit, vt confiteantur talibus, quos non timent, vbi conſulitur ipſorum verecundiæ & ſaluti. Non eſt leuiter præcipitandus in interitum, pro quo Chriſtus Dominus potius voluit mortem Crucis ſubire, quam permitteret eum perire. Et rigor iuris poſitiui, vbi expedit, ſeruandus eſt, vbi autem ſalutem impedit, remittendus eſt. Cum enim poteſtas Eccleſiaſtica data ſit à Domino Prælatis teſte Apoſtolo, in ædificationem, & non in deſtructionem ſaluti animarum, vbicunq; apertè quis ea vtitur in deſtructionem, virtutem ſuam amittit. Sicut medicina, non ſicut expedit ægro porrecta, potius lędit eũ quàm ſanet, cum medicinæ ad ſanandum & reparandum & non ad ſauciandum vel deſtruendum ſint repertę: Ceſſante enim cauſa, ceſſat & effectus, quia rigor pro vtilitate animarũ ſtatutus, ſicut ſeruandus eſt vbi illa vtilitas inde prouenit pro qua ſtatuitur, ita laxandus eſt, vbi talis affectus non ſequitur, ſed potius contrarius apertè ſentitur. Quod ſi aliquis Plebanus prohibet quóquo modo ne ſubditi ſui confiteantur talibus, qui ab Epiſcopo vel à Domino Papa mediate ſeu immediatè habent auctoritatem generalem confeſſiones audiendi, talis prohibitio non valet, nec pœna in prohibitione appoſita eſt timenda, & hoc multiplici ratione, quarum tres tantum hic ponam. Prima, quia non poteſt inferior, ſui ſuperioris auctoritatem caſſare, vt quod ille conceſſit, iſte prohibeat. Secunda, quia ſi aliquis ſupradictorum defectuum ineſt ipſi Plebano, ſcilicet imperitiæ, ſuſpenſionis, irregularitatis, criminis, negligentiæ, vel alterius impotentiæ, per quam ſubditi ab eo debito modo non expediuntur, in confeſſione debent etiam eo inuito, ad alios idoneos recurrere, ſi non velit ſponte concedere, nec pro eius maleuolentia ſeipſos ſalutis remedio priuare. Tertia, quia & ſi Plebanus ſatis ſit idoneus, tamen ſubditi poſtquam ius ſuũ ei reddiderunt, confitendo, & alia debita perſoluendo, ſi volunt & alios de ſalutis ſuæ remedijs conſulere, non debet, nec poterit eos prohibere, & ſi pœnam aliquam propter hoc eis infligeret, tale eſſet ſicut qui punit omnino innocentem, & damnat rectè operantem, quod eſt error intollerabilis, & iuri diuino contrarius, & ideo non ferendus, immo grauiter puniendus, & tenetur læſo de illata ſatisfacere iniuria, & propalauit propriam imperitiam, neſciens quid debeat, & quid poſſit, ac limites ſuæ poteſtatis confundens. Cum contritio & confeſſio & ſatisfactio ſint integrales partes pœnitentiæ, & neceſſariæ ad ſalutem omni pœnitenti, ſicut non contrito non datur remiſſio peccatorum, ita nec non confitenti peccata ſua, ſi poteſt habere catholicum Sacerdotem, ſicut ſancta conſtituit Eccleſia Spiritusſancti auctoritate iuxta Euangelicam doctrinam, cum Chriſtus claues regni cęlorum per Apoſtolos Sacerdotibus tradiderit ad animas ligandas & ſoluendas. Cum ergo neceſſe ſit confiteri, neceſſe eſt etiam aliquos eſſe, qui confitentes audiant, & abſoluant vice Chriſti. Aut ergo confitebuntur Prælatis ſuis tantum, aut etiam alijs Sacerdotibus. Sed ſi Prælatus alicuius eſt ſupenſus ab officio ſuo quacunque ex cauſa per Eccleſiam, vel inſufficiens eſt ad ſcientiam neceſſariam, vel aliter negligens, quòd non impendit pœnitentibus debitam diligentiam, vel quocunque alio modo præſtat impedimentum, quòd ab eo ſubditis non conuenit requirere abſolutionis gratiam, neceſſe eſt alios inſtitui, qui vicem illorum ſuppleant in hac parte. Alioquin ſacramentum pęnitentiæ per ſubtractionem debitæ confeſſionis, & abſolutionis euacuatur, & claues Eccleſiæ otioſè manebunt, aut iura canonica nullius vigoris erunt, & auctoritatis, quæ ſententias ſuſpenſionis & irregularitatis, & excommunicationis fruſtra contra aliquos ediderunt, & abſolutionis beneficium impendi contradixerunt, ſi ab ipſis tantum coguntur ſubditi iſtud requirere, & eis ſolis peccata ſua, & non alijs confiteri. Licet enim communiter Clerici in quibuſdam terris iſtis defectibus non valde ſint implicati, vt in Anglia, vel Francia vel alibi, vbi Clerici ſunt literati & clericaliter viuunt, & ſubditos ſuos benè regunt, tamen in pluribus alijs terris tanti defectus in Clero reperiuntur, per quos inhabiles & minus idonei ſint ad animas pęnitentium abſoluendas, quod in fra-

tribus

Nota cauſas ꝑpter quas expedit Religioſos habere copiã audiẽdi cõfeſſiones, & caſus in qbus poſſunt eas audire.

1.Cor.10.

tribus minoribus & Prædicatoribus prohibet fideles ibidem confiteri peccata ſua, videtur aut ignorare periculum, aut animarum inuidere ſaluti, & Dei beneplacitum impedire. Si aliquis teneretur alicui prouidere in neceſſarijs, & negligeret vel non poſſet, & alius vellet egenti ex compaſſione ſubuenire, & illius vicem ſupplere qui deberet, ne iſte periret, nunquid ab aliquo prohibendus eſſet, ne proximo in neceſſitate ſubueniret? Et ſi hoc eſſet inconueniens, prohibere ne liberaret proximum à periculo corporis, quantò magis incongruum eſt & illicitum, prohibere aliquem à liberatione animæ fratris a periculo damnationis? Immo videtur error omnino non ferendus, prohibere aliquem liberari à naufragij periculo, & potius permittere eum perire, quàm pœnitentem a voragine peccati per confeſſionis tabulam extrahere. Nulla lex ſeruanda, nulli præcepto obediendum humano, quod contra præceptum charitatis Dei, & contra ſalutem proximi aperte agere inuenitur. Aduerſus charitatem enim, vel cæteras virtutes, & fructus ſpiritus, teſte Apoſtolo, non eſt lex. Cum ergo paſtor plebis alicuius præcipit ſubditis ſuis ne alicui confiteantur alij quam ſibi, ſubintelligendum eſt in præiudicium ſuum, ita quòd ſi alteri confeſſi fuerint, nihilominus confiteantur & ſibi. Nam ſi non poteſt eos prohibere, quin de temporali vtilitate loquantur, cum quocunque voluerint, quantò magis de ſpirituali, & ſalutis conſilium requirere, vbi ſperat inuenire? Verbi gratia, vbi decimæ debentur ſacerdoti tantum, ſi præcipit quod nulli dentur decimæ niſi ſibi, intelligendum eſt hoc de decimis quæ ſibi debentur. Sed ſi aliquis dederit ei debitas decimas, & de reſiduo quod ſuum eſt, vult etiam alteri cuicunque dare aliam decimam ratione eleemoſynæ, nunquam poteſt ſacerdos ſuus eum prohibere, ne hoc faciat. Aliud verò eſt de regularibus religioſis, qui ſicut a ſuis ſuperioribus prohiberi poſſunt ne vadant quoquam, vel loquantur cuiquam ſine ipſorum licentia, ita poſſunt etiam prohiberi ne confiteantur alicui niſi per licentiam eorum, dummodo tales ei confeſſores aſſignent, per quos non negligantur in his quæ pertinent ad ſalutem. Alioquin ſi Prælatus religioſi præcipit ei ne confiteantur alicui præter ſuam licentiam, & non aſſignat ei confeſſorem idoneum, & ille indiget confeſſione, poteſt & debet alium quærere confeſſorem, potius quam ſalutem propriam negligat, quia præceptum non tenet inferioris Prælati, quod præiudicat præcepto ſuperioris. Omnis autem Prælatus in Eccleſia eſt inferior ſummo Pontifice, cuius præceptum eſt vice Dei, vt fiat confeſſio peccatorum idoneo confeſſori, ſuo tempore cum poteſt haberi. Quod ſi ſubditus Plebani, confeſſus eſt alteri, etiam qui ab Epiſcopo licentiatus eſt, vt poſſit audire confeſſiones requirentium, & Plebanus ex paſtorali ſolicitudine vult agnoſcere oues proprias, vt ſciat quibus ſacramenta diuina miniſtret, vel qualia adhibeat infirmantibus remedia, & vult conſcientias eorum etiam agnoſcere per confeſſionem ipſorum, dummodo hoc calumnioſè non faciat, vilipendendo auctoritatem alterius cui ille confeſſus fuerat, non eſt propter hoc redarguendus, ſed magis pro ſua ſolicitudine commendandus, cum de ipſis ſit rationem Domino redditurus. Si autem aliquando Epiſcopus præcipit ſubditis ſuis in ſynodo, quòd nulli confiteantur niſi Plebanis ſuis, vel quibus ipſi licentiam dederint, non eſt intelligendum velle reuocare, ſi quam auctoritatem fratribus dedit confeſſiones audiendi per ſuam Diœceſim, ſed quod non confiteantur alijs in ſuorum præiudicium Plebanorum, iuxta quod ſupra dictum eſt, cum ad hoc tantum debeant eis obedire. Quod ſi expreſſè reuocaret omnem auctoritatem, quam fratres habent ab ipſo de confeſſionibus audiendis, nihilominus tamen fratres quandiu non ſunt à ſummo Pontifice prohibiti, vel à ſuis ſpecialibus prælatis quibus obedire tenentur, poſſunt audire confeſſiones ſub hac forma, quòd audita confeſſione eorum, ſi quis dignus eſt, abſoluant eum ſub ſpe ratihabitionis paſtoris ſui, ſi eſt idoneus paſtor ſecundum præſcriptam formam, vel ſi nolit habere ratam abſolutionem illam, quod iterato confiteantur eidem, ſi prius non ſit ei illa peccata confeſſus. Si autem habet ille confitens Plebanum non idoneum, vel nullum, ſimpliciter abſoluat eum, & expediat in his quibus indiget ad ſalutem potius, quam nullo ſubueniente negligatur. Debemus enim præſumere ſummum Pontificem, vel alium quemlibet bonum paſtorem animarum huiuſmodi eſſe diſcretionis, & charitatis, quod potius velit oues Chriſti per quenquam catholicum ſacerdotem ad ſalutem æternam expediri, quàm negligi ab his qui ex officio curam eorum ſuſcipiunt, ſed executionem officij circa eos non implent, alioquin ſi hoc non vellet, indignus eſſet dignitate Pontificalis officij, qui oues Chriſti magis perire vellet, quam erui de ore luporum, & talis eius voluntas caret effectu paſtoralis poteſtatis, quæ ſolum in ædificationem & non in deſtructionem animarum data eſt ab ipſo Principe paſtorum Domino Ieſu Chriſto. Hac enim ratione prouidè ſancta Eccleſia inſtituit, quod in neceſſitatis articulo cum proprius non habetur ſacerdos, quilibet ſacerdos abſoluat quemlibet pœnitentem ab omni vinculo peccati, & excommunicationis etiam maioris, potius quam ex defectu proprij paſtoris aliquis innodatus peccato decedat, licet vera contritio poſſet eum abſoluere, cum non poſſet habere confeſſorem. A ſimili ergo cum proprius ſacerdos non poteſt aut non curat, ſeu neſcit confitentem debito modo expedire, poteſt & alium confeſſorem quærere, qui eum expediat, cum perículoſiora ſint animæ vulnera ſeu morbi, quàm corporis, ſi citius remedijs debitis non curentur. Qui autem prohibet ægrogantem ne accedat ad medicũ qui eum curet, mortem deſiderare videtur, quia non vult vitam ſuam congruis remedijs à morte tueri. Si verò ſententiam contra eum ferret excommunicationis quaſi pro inobediẽtia, nullam habet vim taliter lata ſententia, quia pœna talis inferri non debet, niſi graui culpa præcedente. Culpa vero nulla eſt, quærere ſalutis ſuæ remedium ſine præiudicio alicuius. Quod etiam quidam ferunt ſententiam excommunicationis in omnes fratrum benefactores, cum nihil habeamus, niſi quod offertur nobis à fidelibus vnde viuamus, idem eſt ac ſi prohiberetur aliquis per excommunicationem, ne fratrem ſuum, & proximum à ſubmerſionis, vel incendij ſeu quolibet mortis periculo liberaret. Prohibere enim cibo reficere indigentem, eſt eum velle fame occidere, quod quam iniuſtum ſit, nullus ignorat. Quod autem dicitur, quòd ſententia excommunicationis ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta, ſemper eſt timenda, verum eſt, quia ſicut iuſta timenda eſt promerenti, ita iniuſta ferenti, vel promouenti. Sex enim modis ſententia excommunicationis vim ſuam perdit, & plus nocet ferenti quàm patienti. Si profertur a quo non debet, vt à non iudice vel excommunicato. In quem non debet, in non ſubditum, vel innocentem. Quando non debet, ante cognitionem cauſæ, vel poſt legitimam appellationem. Vbi non debet, non in loco iudicij, vel non decenti. Quare non debet, pro bono opere, & non pro peccato, & ſine ratione iuſta. Qualiter non debet iuris ordine non ſeruato. Iſta & alia plura non proſequor vlterius, relinquens ea à viris peritis querenda. Qui in eum qui peccauit, ſed iam pœnitet fert excommunicationis pro eodem peccato ſententiam, punit non reum, quem Deus iam à reatu peccati abſoluit, & reſtituit innocen-

Caſus in quibus ex cõicatio non ligat.

tiæ pœnitendo: vnde debet ſententiam retractare, & Num. 22. aliam ei ſatisfactionem imponere pro peccato. Nam ſcriptum eſt. Quomodo maledicam quem Deus non maledixit, &cæt. Melius tamen omnes aduerſantes nobis vincimus humilitate & patientia, quàm rebellando & allegando, quia rebellando ſcandalizamus alios de ipſa ſcientia, & vſurpatione poteſtatis quaſi noſtræ, patiendo autem oſtendimus nos non quærere quæ noſtra ſunt, ſed quæ ſalutis ſunt aliorum, quoſdam docendo, quoſdam patiendo cupimus ædificare, & Deo lucrari, & ſic Deus pro quo patimur, & alij patientiam noſtram videntes pugnabunt pro nobis. Vt autem planius videatur, quam pauci ſunt iam in iſtis partibus inter Plebanos, vel eorum Vicarios, qui liberam habeant ligandi & ſoluendi poteſtatem, vel qui bene expediant animas in confeſſione, ac per hoc perpendatur quàm neceſſarij ſunt fratres noſtri, vt vicem eorum ſuppleant & animabus pereuntibus ſubueniant, ex his conſideretur. Omnis ſuſpenſus ab officio, vel irregularis, vel excommunicatus, vel male intrans ad regimen animarum, non habet poteſtatem ligandi aut ſoluendi, vel alia quæ iuriſdictionis ſunt à quibus eſt ab Eccleſia prohibitus exercendi, vnde quod ligat vel ſoluit, vel facit id huiuſmodi, nihil valet. Vide ergo plurimos nobilium, & potentium qui deberent Beneficia eccleſiaſtica peragere, per bella & alios exceſſus frequenter incurrere excommunicationis ſententiam, à iure vel à iudice latam, vel aliter demereri ius conferendi iſta beneficia, quia vel indignis conferunt, vel interueniente ſimonia, quocunque modo per ipſos vel mediatores, & ſi qua tunc vel taliter conferunt Beneficia, nil iuris percipientes ea conſequuntur, cum ille conferens ius non habeat conferendi. Videmus Epiſcopos ſimiliter per bella vel alios exceſſus ſæpe incidere excommunicationis ſententiam, vel ſuſpenſionis, vel a Domino Papa ſuſpendi ſeu excommunicari. Item quod aliqui vel per ſimoniam promouentur, vel conferunt curam animarum. Similiter alij aliqui prælati promouentur & promouent alios per ſimoniæ interuentum, & omnes beneficiorum collationes per tales vel taliter factæ nihil iuris conferunt recipienti. Videmus Paſtores locare eccleſias ſuas Vicarijs ſuis ſub certa penſione cenſus, & vnus ſæpe ſupplantat alium promittendo maiorem penſionem Paſtori, vt ſibi eccleſia conferatur, & hoc ſæpe incaute geritur, & cum periculo ſimoniæ. Videmus plurimos curam animarũ ſuſcipere contra ſtatuta canonum, vt non Clericos, & ante ætatem debitam, vel illegitimè natos, vel aliqua excommunicatione vel irregularitate ligatos, & inhabiles ad recipiendum tale Beneficium. Item quòd multi habent plura beneficia curam animarum habentia, qui habent aliqua obſtacula, propter quæ iura prohibent aliquem eligi vel inſtitui, vt eſt pluralitas Beneficiorum & ſimilia. Nam ſi aliqui habent diſpenſationem Apoſtolicam, quod de prouentibus eccleſiaſticis poſſint recipere vſque ad certam ſummam redditùum annuorum, hoc non eſt accipiendum Summum Pontificem intendere, quod concedat alicui ſimpliciter tot animarum curas colligere, ꝙ de illarum prouentibus famem ſuæ cupiditatis poſſit vtcunque mitigare, & animas illas ſine Paſtore relinquere deſtitutas, ſed de alijs eccleſiarum prouentibus potius accipiendum eſt, vt præbendarum & aliorum Beneficiorum curam non habentium animarum, ſicut meliores & peritiores exponunt. Videmus quòd iudices cauſarum, ſæpe mandant Plebanis ſub pœna ſuſpenſionis vel excommunicationis iam latæ aliquas denunciare ſententias vel exequi, quas negligunt & pœnam incurrunt. Videmus quod multi recipiunt ordines contra Epiſcoporum prohibitionem, ſub pœna ſuſpenſionis promulgatam. Videmus quod ſcolares ſæpe manus inijciunt in Acolitos per iram, & incidunt in canonem, nec petunt abſolutionem, & ſic promouentur ad ordines vel Beneficia eccleſiaſtica, & ſolenniter officiant eccleſias, & exequuntur ordines clericales. Videmus quod in clero plurimi ſunt notorij fornicatores, in domo ſua, vel alia concubinas habentes, vel hinc inde cum pluribus notoriè fornicantes. Notorius autem fornicator dicitur, cuius crimen nulla valet tergiuerſatione celari, vel cuius teſtis eſt populus, qui conſtat ex decem hominibus ſecundum quoſdam. Omnis autem notorius fornicator, eſt ipſo iure ſuſpenſus, quo ad ſe & quo ad alios. Contra aliquos etiam à ſuis Epiſcopis vel prælatis Domini Papæ aliquoties fertur ſententia excommunicationis. Regulare etiam eſt, ꝙ ſuſpenſus à iure vel à iudice vel excommunicatus, ſi recipit ordinem ſacrum, vel miniſtrat in eo ſolenniter, eſt iam irregularis factus, à qua non poteſt abſolui, niſi per ſedem Apoſtolicam, vel de eius ſpeciali mandato. Quidam tamen volunt, quòd ſi fuit ſuſpenſus à iure non à iudice, quod tunc poteſt ſecum ſuus Epiſcopus diſpenſare, quia mitius agit canon quàm homo. Videmus ꝙ ſæpe iudices Eccleſiaſtici ferunt excommunicationis ſententias, contra formam Decretalis illius Innoc. Papæ 4. Cum ſit medicinalis. Vbi dicitur, debent congruas præmittere admonitiones prius quàm aliquem excommunicent, & ſententias ferre in ſcripto, & cauſam conſcribere, & illi contra quem fertur ſententia, copiã ſcripti illius dare infra certum terminum, & qui aliter fert in aliquem excommunicationis ſententiam præter alias pœnas, eſt ipſo facto ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ per menſem, ita ꝙ ſi infra menſem ingerat ſe diuinis, iam fit irregularis, quòd non poteſt cum ipſo ſuper hoc niſi per ſedem Apoſtolicam diſpenſari. Sunt ad hoc plurima impedimenta clericorum, quæ præ nimietate non proſequor, ſed ex his paucis aduerti poteſt, quàm multi ſunt Plebani in iſtis partibus, vel tales vel à talibus vel taliter promoti ſeu inſtituti, qui nihil poteſtatis in ligando animas habent aut ſoluendo, vt cognoſcatur quàm neceſſarij ſunt fratres in Eccleſia Dei, qui vicem illorum ſuppleant, & animabus ſubueniant, quæ aliter poſſent perire. Quibus & ſi nulla alia ſuppeteret auctoritas, collata ſpecialiter à ſede Apoſtolica vel Epiſcopis ipſa inſufficientia clerici & indigentia populi latam eis apperit audiendi confeſſiones populi facultatem, cũ illi qui debent, aut neſciant, aut negligant, aut nequeant eos qui ſibi commiſſi ſunt, congrue, vt in pluribus, à ſalutis ſuæ neceſſarijs expedire. Cum è tribus vnum ſit neceſſarium. Quod aut pœnitentes confiteantur illis, qui ſunt à iure prohibiti vel ſuſpenſi. Aut nobis, quos Eccleſia ad hoc miſit, vt clero ſimus in adiutorio, vbi ipſi minus ſufficiunt. Aut nulli. Nam laicis confiteri non licet, cũ poſſunt haberi catholici ſacerdotes. Quod enim dicitur, ꝙ in extremis debeat homo laico confiteri, ſi ſacerdotem non habeat, non eſt de neceſſitate, cum laicus non habeat auctoritatẽ aliquam abſoluendi, ſed eſt ſignum tantum contritionis, quo perpenditur, ꝙ ſacerdotem deſiderauit, qui laico eſt confeſſus. Item cũ dicat canon, quòd qui habẽs vnum Beneficiũ, cui ſit cura animarũ annexa, recipit aliud, quòd primũ ipſo iure iã vacet, & ad quem pertinet eiuſdem Beneficij collatio niſi illud infra ſex menſes conferat alteri idoneo, quòd collatio iam deuoluatur ad alium, & nos iam videamus plurimos plura hmõi contra canones tenere Beneficia, liquet quantę iam Eccleſiæ ſint vacantes, & carentes verò Paſtore, cum & ipſi qui iam tenent eas, non habeant ius in eis, nec ipſorum Vicarij, & quibus poſtmodum conferuntur ab illis qui iam ius conferendi propter præfatam negligentiam amiſerunt, nihil iuris percipiunt, cum non habeant ius illa Beneficia iam conferendi, Item cum animarum cura debeat ab Epi-

ſcopo

ſcopo committi, vel ſicut in quibuſdam Eccleſijs conſueuit ab Archidiaconis, vt ſciant quales ſint quib. animas gubernandas committunt, & illi qui iam videntur Paſtores in pluribus terris per ſe, conſtituunt pro ſe Vicarios in Eccleſijs, qui nec ab Epiſcopo vel alijs auctoritate ipſius curam recipiunt animarum, tales patet; Vicarios ius non habere. Nam cum in cura animarum ſit requirenda Paſtoris idoneitas, non debet hanc curam per alium gerere, niſi pro cauſa rationali, & de licentia ſpeciali, cum ipſe de animabus ſibi commiſſis ſit rationē Deo in iudicio redditurus. Idem cum Dominus C. Portuenſis Epiſcopus Card. quondam Legatus Theuthonię, generalem tulerit ſententiam ſuſpenſionis ab officio & beneficio contra clericos ſolicitantes moniales cuiuſcunque habitus, & excommunicationis contra omnes carnaliter eas cognoſcentes, & Dominus Papa Gregor. 9. illam confirmauerit, & paucis auctoritatem abſoluendi tales conceſſerit: timendum eſt multos huiuſmodi ſententijs ligari, qui nec cogitant, ſuper ſe abſolutionis vel diſpenſationis gratia indigere, & tamen ſic miniſtrant, & tenent curam animarum, & percipiunt Beneficia Eccleſiaſtica ſic ligati. Item Archiepiſcopi in ſuis concilijs, & Epiſcopi in ſynodis ſæpè ferunt ſententias contra diuerſos exceſſus, à quibus ſunt plures clerici non immunes.

Forma petendi ab Epiſcopo facultatē audiendi confeſſiones.

Forma ergo petēdi auctoritatem ab Epiſcopis audiendi confeſſiones generaliter iſta poteſt eſſe, vel alia æquipollens, Domine vos eſtis Paſtor ouium Chriſti in hac Diœceſi, & vobis incumbit prouidere animabus commiſſis veſtræ ſolicitudini, ne in aliquo negligantur. Cum igitur propter multitudinem plebium, & incrementa peccatorum & perplexitatem caſuum, Plebani non poſſunt ad plenum omnibus expediendis ſufficere, placeat vobis vt fratres qui habent inter nos confeſſionis officium, auctoritate veſtra ſint adiutores eorum, & ſubueniant in quibus poſſunt eorum inſufficientiæ populi, & aliorum requirentium in confeſſionibus audiendis ſaluo iure ipſorum, vel quorumlibet Prælatorum, cum ſpecialiter ad hoc ordo noſter ſit à ſede Apoſtolica deſtinatus. Si verò dignamini nobis aliquid poteſtatis, præter communem curſum de aliquibus maioribus ad vos ſpecialiter ſpectantibus ſuperaddendo cōmittere, propter illos maximè quibus non facilis ad vos patet frequenter acceſſus, vel quibus propter alia negotia perſonaliter intendere non valetis, ſperamus Deo eſſe placitum, & proficuum animabus. Inſuper erit veſtri oneris ſubleuamen, hoc, videlicet, & hoc expreſſis articulis, in ſcripto, & ſi poteſt fieri, ſub eiuſdem Epiſcopi ſigillo omnia quæ conceſſerit reſeruentur.

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI

## TRACTATVS DE PAVPERTATE CHRISTI.

*Contra Magiſtrum Guilelmum.*

QVÆSTIO eſt de paupertate, Et quęruntur duo. Primò quęritur de paupertate, quantum ad abrenunciationem. Secundò quantum ad mendicationem. Circa primum ſic proceditur, & quæritur, vtrū Chriſtianæ perfectionis ſit abrenūciare omnibus, tam in communi, quam in priuato. Et ꝙ ſic, videtur in Matth. vbi dicitur: Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. Glo. Ecce contemplatiua quæ ad Euangelium pertinet: conſtat, quòd Dominus iſtum ad diuitias non vocabat, & tamen renunciare omnibus cōſulebat, nec ad opera manualia, immò ad contemplatiuam, ſicut dicit gloſſ. ergo &c. Item ibidem dicitur. Ecce nos reliquimus omnia: vbi dicit glo. Tanta à ſequentibus miſſa ſunt, quanta a non ſequentibus concupiſci potuerunt, ergo perfecta imitatio totaliter extinguit appetitum diuitiarum, ſed hæc extinctio potiſſimè eſt in eo qui abrenuntiat omnibus, ergo, &c. Item Saluator ait. Vade & vende omnia quæ habes. Gloſſ. non partem, ſicut Matth. 10 Ananias, ſed qui totum dat, nihil ſibi reſeruans, ipſe potiſſimè facit quod dominus conſulit, nihil ſibi reſeruās nec in communi, nec ſpeciali, & qui hoc facit, perfectiſſimè facit, ergo, &c. Item dixit Dominus de vidua. Amen dico vobis, ꝙ hæc vidua pauper, plus quam omnes miſit. Nam omnes ex eo quod abundabat eis, miſerunt, hæc autem de penuria ſua omnia quæ habuit, miſit totum victum ſuum. Matth. 12 Sed in hoc laudatur vidua paupercula. ergo qui hoc faciunt, quanto perfectius agunt, tantò magis laudabiles ſunt, ergo &c. Item ait Dominus. Reſpicite coruos. Gl. Sancti meritò auibus comparantur, qui nihil in mundo agentes nec laborantes, ſola Luc. 12. æterna appetunt, iam ſimiles Angelis. Sancti auibus aſſimilantur. Sed quantò magis hæc dimittit quis, tantò magis Angelis aſſimilatur, ergo, &c. Item in Luca dicitur. Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſi. Gloſſ. Hoc diſtat inter renunciare omnibus, & relinquere omnia, Luc. 14. quia renunciare conuenit omnibus, quia ita licite vtuntur mundanis, quæ poſſident, vt tamen mente tendant ad æterna, relinquere autem eſt tantummodo perfectorum, quia omnia temporalia poſtponunt, & ſolis æternis inhiant, ſed qui prorſus omnibus renunciat in communi, & in priuato, ille maxime omnia poſtponit, ergo, &c. Item hoc ipſum oſtenditur exemplo Chriſti, de quo dicitur. Vulpes foueas habent. &c. Matth. 8. Chryſoſ. Quid pecunias expectas, ſequens me congregare. Non vides, quia diuerſorium mihi neq; eſt tantum quantum auibus, ergo Chriſtus prorſus nihil habuit, ergo, &c. Item ſuper illud Matth. Vade ad mare, glo. Dominus tantæ paupertatis fuit, vt vnde tributa ſolueret non haberet, Matth. 17. habebat quidem Iudas communia in loculis, ſed res pauperum in vſus ſuos aſſumere nefas duxit, idipſum dans exemplum nobis. Si ergo Chriſtus tantæ paupertatis fuit, ꝙ non potuit ſoluere denarium, manifeſtum eſt, ꝙ fuit in ſumma paupertate. Item. Vbi pręmiſſum eſt, Vulpes foueas habent, ait glo. Luc. 9. Ego tantæ paupertatis ſum, vt nec hoſpitium quidem habeam, nec meo vtar tecto, ergo, &c. Item ſcriptum eſt. Venit princeps mundi huius, &cæte. Ioan. 14. gloſſ. Noluit Dominus habere quid perderet, pauper venit, ne haberet Diabolus quod auferret, ergo ſi omnia temporalia poſſunt perdi, nihil habuit temporale. Item Apoſtolus ait, Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, 2. Cori. 8. cum eſſet diues, vt illius inopia, &cæt. ergo qui ſic abrenuntiat, vt egeat, magis ſe Chriſto conformat, Item ſuper illud quod ſequitur. In hoc conſilium do. Auguſt. in Originę. Factus eſt egenus in tantum, vt non haberet quod habent vulpes, & in hoc conſilium do, ſubauditur, vt eius paupertatem imitemini, ſed qui abrenuntiat omnibus, eius paupertatem imitatur. ergo, &cæt. Item illud Iacobi. Nonne Deus elegit pauperes. Iacobi. 2. Gloſſ. Pauperes elegit parentes, quorum educaretur officio, ſed parentum Chriſti magna fuit indigentia, ſecundum illud Luc. Pannis eum inuoluit, &cæter. Luc. 2. Ergo Chriſtus non tantum in ſeipſo paupertatem dilexit, verum etiam in alijs. Item Chriſtus maxime fuit imitabilis ſecundum ſtatum quem habuit in cruce ſecundum illud. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius, ſed in 1. Pet. 2.

cruce fuit omnino nudus. Vnde Hieronymus ad Edibiam. Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis, fac quod fecerunt Apoſtoli, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & ſequere Saluatorem, & nudam, ſolamq; crucem, virtute nuda ſequaris, & ſola, ergo, &cæt. Item hoc ipſum videtur ſanctorum teſtimonijs. Ambr. ſuper Luc. Qualis debeat eſſe qui Euangelizat, Regnum Dei, præceptis Euangelicis deſignatur, vt ſine virga, ſine pera, ſine calceamento, ſine pane, ſine pecunia, hoc eſt ſubſidij ſæcularis adminicula non requirens, fideq; tutus putet ſibi quo minus eo requirat, magis poſſe ſuppetere. Si igitur hoc atteſtatur perfectioni prædicatoris euangelicę perfectionis, vt nullum prorſus quærant adminiculum ſeculare, & hoc eſt eſſe in altiſſima paupertate patet, &c. Item Hieron. ait. Nolo priſtinarum neceſſitatum recorderis, nudos amat eremus, nolo te antiquæ peregrinationis terreat difficultas. Qui in Chriſtum credis, & eius crede ſermonibus. Quærite primum Regnum Dei & hęc omnia adijcientur vobis. Non pera tibi ſumenda eſt, non virga, diues eſt qui cum Chriſto pauper eſt, omnia igitur relinqui poſſent, ſpe poſita in ſolo Chriſto. Item, Amb. in libr. de offi. Nullum adminiculum præſtant diuitiæ ad vitam beatam, quod euidenter Dominus demonſtrauit in Euãgelio dicens. Beati pauperes ſpiritu &c. Itaque paupertatem, famem, dolorem, quæ putantur non ſolum non impedimento eſſe ad vitam beatam, ſed etiam adiuuamentum eſſe euidẽtiſſimè probantur. Sic ergo non ſolum adminiculo non ſunt ad vitam beatam corporis externa bona, ſed etiam diſpendio ſunt, ſed quæ non ſunt adminiculo, ſed diſpendio, perfectum eſt relinquere, ergo, &c. Item Hieron. ſuper illud Matth. Nonne anima plus eſt, quàm eſca. In promiſſis veritatis nemo dubitet, ſit homo quod eſſe debet, & mox adduntur ei omnia, propter quem facta ſunt omnia. Ergo qui omnia relinquit propter Chriſtum, confidens in promiſſo Chriſti, agit ſecũdum perfectam fidem ipſius. Hoc autem potiſſime facit, qui omninò nihil ſibi reſeruat, nec in communi, nec in ſpeciali, ergo &c. Vnde Auguſt. tractans illud Matth. Reſpice volatilia cœli, Sancti meritò auibus comparantur, quia cęlum petunt, quia iam ita remoti ſunt à mũdo, vt iam in terris nihil agant, nihil laborent, ſed ſola contemplatione iam in cœlo degant. Si ergo hæc vita altiſſima eſt, ergo ſpretis omnibus totam ſpem vitæ ſuæ in Deo conſtituere eſt virtutis perfectæ. Item Auguſtinus de bono coniu. Bene faciebant, qui de ſua ſubſtantia Chriſto ac diſcipulis eius neceſſaria miniſtrabant, ſed melius, qui omnem ſubſtantiam ſuam dimiſerunt, vt expeditiores eundem Dominum ſequerentur: ſed quanto quis magit dimittit, tantò expeditior, ergo tanto laudabilior. Itẽ in libr. de Eccle. dog. Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare. melius pro intentione ſequendi Dominum ſemel donare, & abſolutum à ſollicitudine cum Chriſto egere. Ergo qui magis eget, & à ſollicitudinibus mundi abſoluitur, perfectius Chriſtum ſequitur. ergo, &c. Item Gregor. ait. Cum quis ſuum aliquid Deo vouet, & aliquid nõ vouet, ſacrificium eſt, cũ verò omne quod habet, omne quod viuit, omne quod ſapit, omnipotenti Deo vouerit, holocauſtum eſt, qui enim ſibimetipſis nihil reſeruant, ſed ſenſum, vitam, linguam, atque ſubſtantiam quam perceperunt omnipotenti Deo immolant, quid iſti niſi holocauſtum offerunt? Vnde paulò ante dixit, quòd ille holocauſtum offert, qui ea quæ poſſidet, apud ſemetipſum decreuit indigentibus cuncta tribuere, nihil ſibi reſeruare, vitam ſoli ſupernæ gubernationi committere. Sed hoc potiſſime facit qui ſic diſtribuit, quòd nihil ſibi reſeruat, nec in communi, nec in ſpeciali, ergo, &c. Item Ioann. Chryſoſt. in lib. quòd nemo læditur niſi à ſeipſo. Quid Apoſtolos penuria rerum corporalium læſit? Nonne in

In epiſtola ad Eliodorum Monachum.

Affatim diues eſt, qui cum Chriſto pauper eſt.

Matth. 5.

Matth. 6.

Matth. 6.

Secunda parte ſuper Eze. hom. 8.

fame & ſiti & nuditate degebant, & pro his clariores magis & magnifici habebantur atque ingentem per hoc fiduciam quæſierunt apud Deum? Ergo Paupertas illa laudabilior, in qua maior eſt penuria rerum. Item Bern. ait, Felix qui nihil ſibi retentat ex omnibus, non habet foueam vt vulpes, non tanquam volucres nidum, non loculos quomodo Iudas, non domos ſicut nec Maria locum in diuerſorio, imitatus profectò illum qui nõ habebat vbi reclinaret caput. Sed qui omnia prorſus dimittit, nihil ſibi omnino nec in communi nec in ſpeciali retinendo, hoc potiſſimè facit, ergo, &cęt. Item Proſper laudat Paulinum & Hilarium de hoc quòd facultates ſuas omnes pauperibus erogauerunt, licet ratione epiſcopalis officij, eccleſiaſtica bona poſtmodum diſpenſauerunt, ſicut habetur 12. q. 1. Expedit, vbi ait, ſic. Deniq; ſanctus Paulinus ingentia prædia quæ fuerunt ſua pauperibus erogauit. Et infra. Quid ſanctus Hilarius? Nonne & ipſe omnia ſua aut pauperibus reliquit, aut vendita omnia pauperibus erogauit? Laudantur hi & laudabiles ſunt, qui omnia ſua prorter Deum contempſerunt. Sed hoc potiſſimè faciunt, qui nec in communi nec in ſpeciali ſibi aliquid retinent. ergo tales maximè accedunt ad culmen perfectionis euangelicæ. Item, hoc ipſum oſtenditur ratione. Duplex eſt ciuitas. ſ. Dei & Diaboli. Hieruſalem & Babylon, quæ oppoſitionẽ habent, & in ſeipſis & in ſuis fundamentis, ſed fundamentum ciuitatis Babylonis, vt dicit Auguſt. eſt cupiditas, ergo quantò magis quis recedit à cupiditate, tantò magis recedit de Diaboli ciuitate. Sed paupertas in qua quis in communi & in ſpeciali prorſus omnibus abrenunciat tàm effectu, quàm affectu, ipſa eſt quæ maximè elongat ab auaritia, ergo &cæt. Item, diuitiæ ſunt incentiuum cupiditatis, quia difficile eſt habere & non amare, ſed quanto quis magis ſe elongat ab incentiuo peccati, tanto perfectius agit. Hoc autem facit, qui in communi, & in ſpeciali, omnibus abrenunciat. ergo &cęt. Item triplex eſt conſilium, paupertatis, obedientię & caſtitatis, ſed quanto quis generalius obedit, & vniuerſalius, tanto perfectius agit. Similiter & de conſilio caſtitatis, ergo pari ratione verum erit, & de conſilio paupertatis. Item, ſi dicas quòd non eſt ſimile, quia diuitiæ ſunt de neceſſitate vitę. Hoc nihil eſt, cum multi qui nihil prorſus habent proprietatis, viuere poſſunt. Item perfectior eſt paupertas quam perfectior cõcomitatur obedientia. Sed qui habent proprium in communi, ab illo per obedientiam non poſſunt excludi, niſi ratione peccati. Qui autem nihil prorſus habent, obedire tenentur vbique terrarum. Si ergo perfectio euangelica maximè conſiſtit in perfectione obedientiæ, vniuerſaliter omnibus abrenunciare nihil prorſus reſeruando, ad culmen facit perfectionis euangelicæ. Item Contemptus præſentis ſæculi eſt laudabilis: hæc eſt per ſe vera, ergo maior contemptus magis laudabilis: & maximus contemptus maximè laudabilis. Sed maxime contemnit. præſens ſæculum, qui abrenunciat omnibus in communi & in ſpeciali, ergo talis perfectiſſimè agit. Item paupertas alta eſt laudabilis, hæc eſt per ſe vera, ergo altior, laudabilior, & altiſſima, laudabiliſſima, ſed huiuſmodi eſt quæ nec in communi, nec in proprio aliquam proprietatem ſibi reſeruat, ergo, &c. Item tanto via rectior, quanto eius medium conformius eſt extremis, ſed ſumma paupertas eſt tam in principio vitæ, quàm in termino, ergo ſi in medio omnia abdicentur, via rectiſſima proceditur. Sed quanto via rectior, tanto perfectior eſt: ergo via, & vita pauperrima eſt perfectiſſima. Sed contra in Eccle. dicitur. Propter inopiam multi deliquerunt, ſed nihil quod eſt ducẽs ad culpam, ſpectat ad perfectionem euangelicam, ergo &c. Item in Eccle. dicitur. Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs. Glo. quàm ſola. Sed diuitiæ non faciunt hominem perfectum, ergo minus paupertas,

In epiſtola ad Henricum Senonẽ Archiepiſcopum.

Rationib. probatur conclusio.

Eccl. 27.

tas,

Pro.30. tas, & indigentia. Item in Proue. Diuitias & mendici-
tatem ne dederis mihi. Et poſt. Ne egeſtate compulſus
furer, & periurem nomen Dei mei. Sed nihil facit, ad
perfectionem euangelicam, quod ſapiens ſapienter re-
Lucæ. 6. cuſat, ergo &cæt. Item Chriſtus dicit. Perfectus omnis
erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Sed Chriſtus loculos ha-
Ioan. 12. buit, ſicut patet in Ioan. vbi dicitur quòd Iudas loculos
Secunda. ferebat, ergo proprietatem nolle in communi habere,
non videtur eſſe perfectio, ſed potius ſuperſtitio, in qua
diſcipulus videtur ſe velle præferre magiſtro. Si dicat
quòd loculos non habuit. Contrà Auguſtinus dicit.
12.q. 1. habebat. Habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conſer-
uans, & ſuorum neceſſitatibus & alijs indigentib. tri-
buebat. Item ſuper illud. Habentes alimenta, &cæt.
1.Tim.6. Gl. Et ſi nihil intulerimus in hunc mundum, non tamē
Tertia. prorſus abijcienda ſunt hæc temporalia, ergo qui totum
abijcit malè facit. Item ſecundæ ad Corint. octauo. Si
Quarta. voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet. Gloſ.
Neceſſaria retineant, non vltra vires dando. Ergo ma-
le facit qui ſic diſpēſat, quòd nihil ſibi prorſus reſeruat.
Item. Qui tentat Deum peccat mortaliter, ſed qui ha-
bet humanum refugium, & illo prætermiſſo quærit
Quinta. diuinum, tentat Deum: hoc autem facit qui habet vn-
de ſuſtentetur, & illo dimiſſo expectat diutius ſuſten-
Sexta. tari, ergo talis facit contra Euangelium. Item virtus cir
ca medium conſiſtit, ſed omnino omnia dimittere eſt
ad extremum declinare, ergo hoc magis eſt vitij, quam
Septima. virtutis ſeu perfectionis euangelicæ. Item ſicut omnia
tenere, ſemper eſt auaritia, ſic omnia dare, ſemper eſt
prodigalitas; ſed omnia tenere, ſemper eſt vitium, er-
Octaua. go ſimiliter & omnia dare. Item. Qui ſubtrahit alij ne-
ceſſaria, peccat mortaliter, ſed tantum tenetur quis ſi-
bi prouidere ſicut alij, ergo qui omnia dimittit & nihil
ſibi reſeruat, peccat mortaliter: quia facit contra perfe-
ctionem euangelicam. Item, qui exponit ſe periculo in-
Nona. terfectionis, peccat mortaliter: ergo ſimiliter qui exponit
ſe periculo famis, ſed talis eſt qui omnia dimittit, & ni-
hil ſibi reſeruat, ergo &c. Item nullus debet reijcere om
Decima. nino quod quotidie petit à Deo, ſed omni die petimus ī
oratione Dominica, panem noſtrum quotidianum, er-
go male facit qui deſerit totum. Reſponſio, dicendum,
ꝙ abrenunciare omnibus tam in priuato quàm in com
Renunciare omnib. in particulari et in cō muni, ſpectat ad ſublimem perfectionem muni eſt chriſtianæ perfectionis, non ſolum ſufficiētis,
ſed etiam abundantis, tanquam perfectionis euangelicæ
conſilium principale, & principium fundamentale, fun-
damentum ſublime. Primum ſuadet natura, ſecundum
ſcriptura, tertium gratia. Primum inquam eſt conſilium
principale, quia viam præbet ad alia. Nam abundās pau
pertas diſponit ad carnis mortificationem, & ad volun-
tatis propriæ perfectam abnegationem, cum nihil ſibi
detineat, nec domum, nec tectum, nec aliquam rem. Ad
ipſam autem ſpecialiter viam facit ipſa natura ſiue in-
ſtituta ſiue lapſa. Nam homo, nudus formatus eſt, & ſi
in ſtatu illo ſtetiſſet, nihil ſibi prorſus appropriaſſet, ho-
mò vero lapſus, nudus naſcitur, nudus moritur. Et ideo
hæc rectiſſima, vt ab extremis non declinans quantum
poteſt natura pati, pauper & nudus incedat, & hoc eſt
quod dicitur. Nihil intulimus in hunc mundum, haud
dubium quia nec auferre quid poſſumus. Et ex hoc cō
cludit. Habentes alimenta & quibus tegamur. &c. Hoc
autem nihil arctius vel pauperius, quàm ſimplici victu
& operimento eſſe contentum, quod ex naturæ docu-
mento perſuadet Apoſtolus, tanquam bonum & perfe
ctum. Eſt etiam principium fundamentale. Lex enim
vetus differt à noua in hoc, quod illa timorem, hæc amo
rem, illa temporalia promittit, hæc temporalia contem-
nere docet. Si igitur fundamentum perfectionis ciui-
tatis Dei principaliter conſiſtit in charitate, & illa po-
tiſſimè eſt perfecta, quando omnis excluditur cupi-

ditas, quia venenum charitatis eſt cupiditas: hanc au-
tem cupiditatem omnino foras mittit, quia omnia om-
ninò, & re & voluntate relinquit: ſicut radix omnium
malorum eſt cupiditas, ſic radix & principium perfe-
ctionis eſt altiſſima paupertas. Vnde Auguſt. in lib. 83.
quæſtionum. Charitatis venenum eſt ſpes adipiſcendo
rum ac retinendorum temporalium, nutrimentum eius
imminutio cupiditatis, perfectio eius, nulla cupiditas. Si
gnum perfectionis eius imminutio timoris, ſignum per
fectionis eius nullus timor, quia radix omnium malo-
rum eſt cupiditas, & perfecta charitas foras mittit timo
rem. Illa igitur paupertas eſt perfectiſſima, quæ omni-
no cupiditatem exterminat. Eſt nihilominus funda-
mentum ſublime, quia cum duplex ſit vita ad quam di
ſponit gratia, ſcilicet actiua & comtemplatiua: actiua
deorſum ordinat, ſed contemplatiua ſurſum in cœlum
erigit. Nullus autem ſpiritus magis idoneus ad hoc
quàm ille, qui penitus eſt exoneratus ab onere tempo-
ralium, & qui theſaurum ſuum totum habet in cœlo. &
cuius regnum non eſt de hoc mundo, qui non habet
hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirit. Talis au
tem eſt qui omnibus terrenis perfecte abrenunciat, &
ideo talis iam fundamentum ſui ædificij collocatum ha
bet in excelſis. Vnde Auguſt. in lib. de agone chriſtia-
no. Cum cognitio & actio beatum hominem faciant, ſi
cut in cognitione cauendus eſt error, ſic in actione ca-
uenda eſt nequitia. Errat autem ſi quis putat ſe verita-
tem poſſe cognoſcere, cum adhuc nequiter viuat: nequi
tia autem eſt mundum iſtum diligere, & ea quæ na-
ſcuntur, & tranſeunt pro magno habere, & concupiſce-
re, & pro his laborare vt acquirantur, & lætari cum a-
bundauerint, & timere ne pereant, & contriſtari cum
pereunt. Ille igitur potiſſimè eſt idoneus ad contritio-
nem ſublimium, & ibi ſublimiter fundatus, qui eſt per-
fectiſſimus contemptor omnium iſtorum. talis eſt qui
totum cogitatum ſuum iactat in Domino, & omnem
ſolicitudinem, qui nullam prorſus habet poſſeſſionem.
Eſt igitur perfectionis chriſtianæ pro Chriſto nihil in
mundo poſſidere, nec in communi, nec in proprio.
Idem Dominus expreſſiſſimè cōſulit, idem exemplum
in ſemetipſo oſtendit, Idem Spirituſſanctus in ſanctis
hoc multipliciter perſuaſit. Nam huiuſmodi arduiſſi-
mam paupertatem ſicut oſtenſum eſt perſuadet natura,
ſcriptura, & gratia. Perſuadet Dominus Ieſus Chri-
ſtus, inſtruendo, conuerſando, inſpirando. Quis enim
ſpiritus niſi Dei, facit hominem contemnere præſentia,
& amare cœleſtia? Nam hoc non facit ſpiritus Diabo-
li, nec mundanus, nec proprius: cum ſemper inclinent ad
bonum priuatum, facit igitur Spirituſſanctus. Et hinc
eſt quòd Spirituſancto dictante iſtum modum viuen-
di, Summus pontifex approbauit, ſicut dicit decretalis,
de exceſ. prela. nimis praua. Quòd ordinem & regulam,
fratrum prædicatorum, & minorum ſedes Apoſtolica
noſcitur approbaſſe. Vnde huic contrarium, nulli pror-
ſus licet ſentire. Quare tales videntur ſtultè agere, pe-
riculis ſe exponere, & Deum tentare. Nam contra ta-
les dicitur in regula beati Franciſci, in qua paupertas
huiuſmodi confirmatur. Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam &cę. Contra tales etiam dicit Au-
gu. in tractatu de eleemoſyna. Helias in ſolitudine cor-
uis miniſtrantibus paſcitur, & Danieli in lacu ad Leo-
num prædam iuſſu Regis incluſo, prandium diuinitus
apportatur, & tu metuis ne operanti etiam apud Domi
num promerenti deſit alimentum? cum ipſe in Euange-
lio ad exprobationem eorum, quorum mens dubia, &
fides parua eſt, conteſtetur, & dicat. Aſpicite volatilia
cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque con-
gregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa.
Nonne vos pluris eſtis illis? Volucres Deus paſcit, &
volucri

volucribus alimenta diurna præſtantur, & quibus nullus diuinæ rei ſēſus eſt, eis nec cibus, nec potus deeſt, & tu Chriſtiano, tu Dei ſeruo, tu bonis operibus dedito, tu Domino ſuo charo, aliquid exiſtimas defuturum? An eis terrena deerunt, quibus cœleſtia & diuina tribuuntur? Vnde hæc incredula cogitatio? vnde impia, & ſacrilega iſta meditatio? Quid facit in domo Dei per fidum pectus? Quid qui Chriſto omnino non credit, appellatur, & dicitur Chriſtianus? Phariſæi tibi magis congruit nomen. Nam cum in Euangelio de eleemoſynis diſputaret, & vt nobis amicos de terrenis lucris prouida operatione faceremus, qui nos poſtmodum in æterna tabernacula ſuſciperent, fideliter & ſalubriter præponeret, addit poſt hoc ſcriptura dicens, Audiebant hæc omnia Phariſæi qui erant auari, & deridebant illum. Quales nunc ſunt in Eccleſia, quorum quoſdam videmus, quorum præcluſæ aures, & corda cæcata, nullum de ſpiritualibus ac ſalutaribus monitis lumen admittunt, de quibus mirari non debemus, quòd contemnant in talibus ſeruos, quando à talibus ipſum Dominum videamus eſſe contemptum. Ex hoc apparet euidenter, quòd omninò omnibus abrenuntiare, vniuerſaliter pro Chriſto culpandum non eſt, ſed potius laudandum, tanquam culmen Euangelicæ perfectionis. Vnde rationes, exempla, & auctoritates concedendæ ſunt ad iſtam partem, ad quam ſufficientiſſimè aſtruendam vna ſola auctoritas expreſſa ex ore Chriſti conſulentis dimittere omnia, eſſet ſufficiētiſſima, etiam ſi multa gloſarum expoſitarum, & ſanctorum dicta viderentur eſſe contraria. Ait enim Auguſt. ad Paulinum de videndo Deo ſic. Attende quæ credis, & in eis ipſis quibus non viſis accommodas fidem, ipſa teſtium pondera diſcernenda ſunt? Nec enim mihi ſic credis quemadmodum Ambroſio, aut ſi ambobus nobis æqua lance putas eſſe credendum, nunquid vllo modo Euangelio comparabis? An ſcripturam noſtram ſcriptis canonicis coæquabis? Profectò ſi rectè in iudicando ſapis, longè nos infra vides ab illa auctoritate diſtare, & me quidem longius. Sed vtriq; noſtrum quantumlibet credas, vtrū que illi excellentiæ nequaquam comparas. Igitur quoniam diuina auctoritas ſic expreſsè dicit omnia dimittēda ei, qui ad perfectionem conſcendere cupit Euangelicam, manifeſtum eſt, quòd verum, certitudinaliter debet teneri, quòd ei non poſſit ſine periculo fidei obuiari. Ad illud verò quod primo objicitur in contrarium, quod pertrahit ad peccatum, & de egeſtate quæ facit periurare, Dicendum quòd duplex eſt inopia, quædam voluntaria, & quædam inuoluntaria. Inopia inuoluntaria inducit defectum mentis, & pronitatem, & occaſionem inducit ad peccandum. Inopia autem ſeu paupertas voluntaria hæc habet adiunctam ſufficientiam. Iuxta illud. Tanquam nihil habentes, &cæt. Et hæc diſponit ad iuſtitiam perfectam, quia mentem facit ad omne bonum idoneam, ſicut econtra radix omnium malorum eſt auaritia. Et eſt quod dicit Chryſoſt. Si volueris videre amantis aurum animam, quemadmodum veſtimē tum à decem millibus corroſum vermibus, & nihil habens ſanum, ita inuenies perforatam eam vndique à ſolicitudinibus, & à peccatis putrefactam, & erugine plēnam. Sed non anima inopis voluntarij talis eſt, ſed ſulget quidem velut aurum, ſplendet autem velut margarita, floreſcit autem velut roſa. Non eſt illic tinea, non eſt illic fur non eſt illic ſolicitudo vitæ huius negotiorum, ſed ſicut Angelus ita conuerſatur. Non ſubiacet demonibus, non aſſiſtit Regi, ſed aſſiſtit Deo, non militat cū hominibus, ſed cum Angelis, non habet theſaurum, terram, ſed cœlum, non indiget ſeruis, magis autem habet ſeruos, poſſeſſiones & cogitationes, quæ rebus dominantur. Quid igitur paupere hoc melius eſt vnquam?

Luc. 6.

Ad obiect. prima ſolutio.

Inopia inuoluntaria eſt occaſio delinquendi.

2. Cor. 6.

Super Matthe. Hom. 47.

Pauimentum denique habet cœlum. Si autem pauimentum tale eſt, excogita tectum. Sed non habet equos & currum. Quid autem ei opus eſt, qui ſuper nube vehi debet, & eſſe cum Chriſto? Ex his apparet, quòd in voluntaria paupertate magna eſt ſufficientia, magna eſt nobilitas, quæ facit tranſcendere cuncta terrena. Vel poteſt dici aliter, quod illa dicta ſunt, tempore legis ſcriptę, quæ temporalia promittebat, non ęterna, in qua paupertas contemnebatur. Vnde Chryſo. tractans prędictum verbum, Diuitias & mendicitatem &cæt. dicit, Hæc dicebantur in veteri teſtamento, vbi multa ratio diuitiarum habebatur, vbi paupertatis plurimus erat contemptus, vbi hoc quidem maledictum, ſcilicet paupertas, illud autem benedictio, ſcilicet diuitiæ. Sed nunc nequaquam ita. Sed ſi vis audire paupertatis prædicatum, ipſam profeſſus eſt Chriſtus & dixit. Filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Et iterum diſcipulis dicebat. Nolite poſſidere aurum. Ex quo apparet, quòd auctoritas non eſt contraria aſſumentib. voluntariam paupertatem, cum illud dictum ſit tempore legis ſcriptæ, iſtud autem tempore legis gratiæ. Nec illud dictum eſt in perſona viri perfecti, ſed potius infirmi, vt ex verbo Chryſoſtom. patet. Et per hoc patet reſponſio ad tres auctoritates primas. Ad illud quod objicitur, quod Chriſtus habuit loculos. Dicendum quòd Chriſtus habuit loculos tribus de cauſis. Habuit enim loculos pro pauperibus alijs, ſecundum quod dicit Hiero. in auctoritate ſupra poſita. Chriſtus tantæ paupertatis fuit, &c. & hoc non tollit paupertatem ſummam. Habuit etiam loculos compatiendo infirmis. Sicut dicitur in glo, ſuper illud pſal. Producens fœnum iumentis. Dominus loculos habebat vel habuit in vſus eorū, qui cū eo erant, & ſuos, & religioſas mulieres in comitatu quę miniſtrabit ei de ſubſtantia ſua, in his infirmorum magis perſonam ſuſcipiens, præuidit enim multos infirmos futuros & iſta queſituros, & ibi earundem perſonam ſuſcepit vbi dixit, triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Et de his duobus ſuper illud Ioan. 12. Ea quæ mittebā tur &cæt. Glo. Cui angeli miniſtrabāt, loculos habet in ſumptus pauperum, condeſcendens infirmis. Habuit etiam loculos in articulo neceſſitatis, vtpote quādò tranſibat per Samaritanos. In quo etiam articulo, diſcipulis loculos habere permiſit; ſecundum illud. Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera. &cæt. Glo. Non eadem regula viuendi perſecutionis, qua pacis tempore diſcipulos informat. Miſſis quidem diſcipulis ad prædicandum, ne quid tollerent in via præcepit ordinans, ſ. vt qui Euangeliū nuntiat de Euangelio viuat. Inſtante verò mortis articulo, & tota illa gente Paſtorē ſimul & gregem perſequente, congruam tempori illi regulam decreuit, permittens vt tollerent neceſſaria victui, donec ſopita perſecutorum inſania, tempus euangelizandi redeat. Ex his enim gloſſis, manifeſtè apparet, quòd modus habendi loculos in Domino in nullo minuit paupertatem. Sic enim Dominus condeſcendit infirmitati & neceſſitati, vt tamen ſalua eſſet forma paupertatis, et exemplum qđ præcipuè monſtrare venerat hominibus. Iuxta quod dicit Apoſtolus. Factus eſt pro nobis egenus, vt illius inopia diuites eſſemus, paupertatem ſcilicet altiſſimam voluntariè imitando. Ad illud quod objicitur, de gloſſ. 1. Thimo. 6. Habentes alimenta. vbi dicitur, quòd non ſunt abijcienda omninò temporalia. Dicendum quòd intelligit de abiectione temporalium quantum ad vſum, non quantum ad dominium, Nam vſus temporalium neceſſarius eſt vitæ humenæ, qui tamen haberi poteſt abſque dominio & proprietate. Sic patet in pauperibus qui nihil proprietatis habent. Et quòd iſte ſit intellectus patet per illud quod ſequitur in glo. immediatè vbi ſubditur, Sed habentes alimenta, & quibus

Secūda reſponſio. Hom. 18. ſuper Epiſtol. ad Hebr.

Luc. 9. Matth. 10.

Ad ſecundā obiect.

Pſal. 103. Dominus habuit loculos.

Luc. 22.

2. Cor. 8.

Ad 3.

bus tegamur, his contenti ſumus, qui vltra tendit, ma-
lum inuenit. Eſſe igitur contentum vſu tegumenti &
alimenti eſt modus perfectæ virtutis. Et ſic glo. debet
intelligi. nec hoc repugnat altiſſimæ paupertati. Qui au
tem ſic vellet temporalia abijcere, vt nec vellet alimen-
ta ſuſcipere, nec operimentum habere, non operaretur
Ad 4. perfecte, ſed ſtulte. Et hoc vult gl. illa inſinuare. Ad il-
lud quod obijcitur de gl. 2. Cor. 8. Si voluntas prompta
eſt, Glo. vt neceſſaria remaneant. Dicendum quod glo-
ſa illa truncata eſt, quia ſtatim ſequitur. Non hoc dicit
quin melius eſſet, ſcilicet totum dare, ſed infirmis timet,
quos ſic dare monet, vt egeſtatem non patiantur. Ex
quo apparet, quòd glo. illa potius facit ad contrarium,
quam ad propoſitum, ſi ſano oculo & recto inſpiciatur.
illud quod obijcitur, ꝙ qui ſic vniuerſaliter omnibus
Ad. 5. abrenunciat, tentat Deum. Dicẽdum ꝙ falſum eſt, tum
Qui omni propter diuina promiſſa, tum propter plurima remedia,
bus renun quæ haberi poſſunt, tum propter exempla quibus mani
tiat non tẽ feſte videmus, quod tales pauperes ſuſtẽtautur. Ex quo
tat Deum. manifeſtè colligitur, ſi obdurati non ſumus, quòd talis
modus abrenunciandi diuinitus inſpiratur, nec facit ten
tare Deum, ſi ſic abrenuncians diuinis promiſſionibus
innititur, quin potius ille Deum tentat qui de diuinis
promiſſionibus dubitat. Propter quod Hiero. ſuper il-
lud. Nonne anima plus eſt quàm eſca? In promiſſis veri
tatis nemo dubitet, ſit homo quod eſſe debet, & mox
adduntur ei omnia. Qui igitur de hoc dubitat ſicut fi-
lij Iſrael, Deum tentat, qui dicebant. Nunquid poterit
Deus parare menſam in deſerto? His autem non debẽt
2. Cor. 4. viri perfecti conformari, ſed potius Apoſtolis: de qui-
bus dicitur. Aporiamur ſed non deſtituimur, ideſt pau-
peres ſumus adeò vt neceſſaria deſint, ſed non deſtitui-
mur à Deo omnino, quia Deus paſcit nos. Et quod il-
lud extendatur non ſolum ad Apoſtolos, verumetiam
Ad He- ad eorum imitatores, apparet, per illud ꝙ dicitur. Sint
bræ. vlt. mores ſine auaritia, contenti præſentibus. Ipſe enim di-
xit. Non te deſeram, neque derelinquam. Ibi gl. Ipſe Do
minus omnipotens a Ieſum naue non te deſeram quin
dem neceſſaria, neque derelinquam, derelinqueretur il-
le, qui fame periret. Sed quia hoc non eſt, non ſit homo
cupidus. Hoc poſt mortem Moſi dixit Ioſue, hoc etiam
dicit omni ſperanti in ſe ſicut Ioſue, hæc enim nobis
promittit, ſed in illo ſpem noſtram ponamus. Non te-
nacibus, non cupidis, ſed ſperantibus in eum ſit iſta pro
miſſio. Etiam qui poterat illis videri, quòd hæc pro-
miſſio ad Ioſue tantum pertineret. Ad hoc Apoſtolus
reſpondet dicens, quod nos iuuabit, ſicut iuuit illum,
quaſi dicat. Non eſt dubitandum de promiſſione quia
Ieſus Chriſtus qui heri, id eſt in præterito adiuuat Io-
ſue, & ipſe hodie, id eſt in præſenti adiuuat nos, & alios
Ad. 6. fideles, & adiuuabit in futuro, in ſæcula, ideſt ſine fine.
Ad illud obijcitur quod virtus conſiſtit circa medium.
Dicendum quòd illud eſt verum, quantum ad ea quæ
ſunt neceſſitatis, ſicut eſt largitas, ſed fallit in his quæ
ſunt ſupererogationis, ſicut eſt cõſilium paupertatis &
Caſtitatis. Talium enim perfectio potius attenditur
ſecundum perfectam conſiderationem ad Chriſtum, &
diuinæ dilectionis modum, qui eſt, vt Deus ſuper om-
nia diligatur, quàm ſecundum ſuperfluum & diminu-
tum circa exterius obiectum. Et quòd illud ſit verum,
patet per Ambr. in libro de offi. vbi dicit. Officium om
Matt. 10. ne aut eſt medium, aut perfectum eſt, quod ſcriptura-
rum auctoritate probare poſſumus. Habemus enim in
Euangelio, Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Non
homicidium facies, &c. Hæc ſunt media officia, quibus
aliquid deeſt. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia
quæ habes & da pauperibus, vbi diligendos inimicos,
& orandum dicit pro calumniantibus & perſequenti-
bus nos, ſi volumus perfecti eſſe. Hoc eſt igitur perfe-
ctum officium, quod cathortoma dixerunt Græci, quo
corrigantur omnia, quæ ad aliquos potuerunt lapſus
habere. Largitas igitur, quæ attenditur ſecundum o-
ficium medium in largiendo ſeruat modum. Paupertas
verò ſpiritus quæ attenditur ſecundum officium per-
fectum tribuit totum. Vnde eodem libro in tractatu
de liberalitate dicit. Liquet debere eſſe modum libera
litatis ne fiat inutilis largitas, cuius ſobrietas eſt tenen-
da. De quo modo ſubiungit. Modus liberalitatis te-
nendus eſt, vt quod bene facis, id continuè facere poſ-
ſis, ne ſubtrahas neceſſitati, quod indulſeris effuſioni.
Potuit enim donare Ioſeph totas Aegypti opes, effun-
dere theſauros Regios, noluit tamen de alieno effuſus
videri. Maluit frumenta vendere, quàm donare eſu-
rientibus, quia ſi paucis donaſſet, pluribus defuiſſet.
Sed hoc ſpectat ad officium, medium ſecundum quod
ipſe alibi dicit tractans in eodem libro illud Apoſtoli.
Non vt alijs refectio, vobis autem anguſtia. Aduerti-
mus quemadmodum beneuolentiam, & liberalitatem,
& modum comprehendit, & fructum atque perſonas.
Ideo modum, quia imperfectis dabat conſilium. Non
enim patimur niſi imperfecti. Verum quia perfectio-
ni non repugnat modum tenere, ſi quis diſpenſet bona
Eccleſiæ. Ideo ſubiungit. Sed ſi quis nolens Eccleſiam
grauare, in ſacerdotio conſtitutus aliquo aut miniſte-
rio, non totum quod habet conferat, ſed operetur cum
honeſtate, quæ officio ſat eſt, non mihi imperfectus
videtur. Ex dictis igitur colligitur, quod licet virtutis
ſecundum ſtatum communem, & officium medium, ſit
tenere medium, perfectionis tamen Euangelicæ eſt re-
linquere totum. Si tamen in communi aliquid habea-
tur, vt diſpenſetur, hoc non facit imperfectum, nec to-
tum vniuerſaliter relinquere dicit exceſſum, quia hoc
ſpectat ad perfectum officium, vt patet ex his quæ di-
cta ſunt, & ex hoc quod Ambr. præmittit in præceden-
ti capitulo, vbi ſic ait. Cæterum Dominus non ſimul
vult effundi opes ſed diſpenſari, niſi forte vt Heliſeus
boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo quod ha-
buit, vt nulla cura teneretur domeſtica, ſed relictis om-
nibus, in diſciplinam ſe propheticam daret. Si ergo pro
diſciplina prophetica ſunt omnia relinquẽda, multò for
tius pro perfectione Euangelica. Ad illud quod obij-
citur, ꝙ omnia diſpergere eſt prodigalitas. Dicendum
quòd tunc eſt prodigalitas, quando omnia diſpergun-
tur pro vanitate, non autem quando dantur pro vtilita
te, & ſic eſt de Euangelica paupertate: quia Dominus
centuplum reſtituet in præſenti cum tribulatione, & in
futuro vitam æternam. Secus autem eſt de vniuerſali re
tentione omnium. Illa enim non fit pro ſpirituali vti-
litate, ſed magis pro terrena cupiditate, ideo non eſt ſi- Ad. 7.
mile hinc & inde. Ad illud quod obijcitur & qui alij
ſubtrahit neceſſaria, &cæt. dicendum quòd non eſt ſi-
mile, quia qui ſubtrahit alij neceſſaria, violentiam fa-
cit, & inducit eum in paupertatem inuoluntariam. Qui Matt. 10.
autem ſubtrahit ſibi, voluntariè facit, & in paupertatem
voluntariam ſe inducit. Ac per hoc ſicut argumentum
illud non valet, Paupertas inuoluntaria non eſt laudan-
da, ergo nec voluntaria, ſic non cogit ratio prædicta.
Alius etiam eſt defectus in argumento prædicto, quia Ad. 8.
procedit per falſi ſuppoſitionem, pro eo quòd omnibus
vniuerſaliter abrenuncians, neceſſaria ſibi omnia non
ſubtrahit, quia diuinæ prouidentiæ regimini ſe com-
mittit, & multos viuendi modos, & quærendi neceſſa-
ria ſibi relinquit. Ad illud quod obijcitur quòd ſe ex-
ponit periculo famis, dicendum quòd falſum eſt, ſicut
omnino apparet ex prædictis, & manifeſtè colligitur ex Ad. 9.
omnibus temporibus retroactis. Nuſquam & nun-
quam legitur quòd aliquis volens in paupertate Deo
ſeruire, pro defectu cibi fame perierit. Et hoc eſt quod
dicit

dicit Augu. in tractatu quodam de oratione dominica.
Neq;.n.deeſſe quotidianus cibus poteſt iuſto,cum ſcri-
Prou. 10. ptum ſit. Non occidet Dominus fame animam iuſti. Et
Pſal. 36. iterum. Iunior fui etenim ſenui,& non vidi iuſtum dere
Lucæ. 12. lictum. Et iterum. Quęrentibus regnum Dei,& iuſtitiā
eius omnia , promittit apponi,& iam cum ſint Dei om-
nia,habenti Deum,nihil deerit,ſi Deo ipſe non deſit. Sic
Danieli in Leonum lacu iuſſu Regis incluſo,prandium
diuinitus procuratur,& inter feras eſuriētes homo Dei
paſcitur. Sic alitur Elias in fuga,coruis miniſtrantibus ,
& volucribus cibum apportantibus,in perſecutione nu
tritur. O humanæ malitiæ deteſtanda crudelitas,feræ pa
rent,& aues paſcunt,& homines inſidiantur,& ſęuiunt.
Ex his manifeſtè colligitur,ꝙ non eſt periculum ſed re
fugium,ſpretis omnibus totaliter ſe dedicare ad Deum
Ad 10. colendum . Ad illud quod obijcitur, quòd in oratione
dominica petimus panem noſtrum quotidianum,dicen
dum ꝙ hoc potius facit ad oppoſitum,quàm ad propo
ſitum. Ex quo enim quotidie petimus victum diurnū ,
nec petimus quod habemus , manifeſtum eſt,ꝙ Euan-
gelicæ perfectionis eſt , quotidiano victu eſſe conten-
tum , Quod quia non poteſt videri perfectio in cordi-
bus auarorum, Dominus non ſolum ad hoc induxit cō
filijs ſapientiæ,verumetiam exemplis nct uræ, & oracu-
lis gratiæ , vt ſic ſaltem per illud triplex teſtimonium,
paupertatis conſilium firmiter comprobetur , ſicut to-
tius perfectionis Euangelicæ altiſſimum,& ſtabile fun-
damentum.

QVæritur de mendicatione. Vtrum mendicare pro
Chriſto ſit Chriſtianæ perfectionis?& voco men-
dicare,eleemoſynam quærere , ſeu de quotidianis elee-
moſynis viuere . Et ꝙ non,videtur primo auctoritate
Pſalm. Timete Dominum omnes Sancti eius, quoniam
non eſt inopia timentibus eum,ergo non ſtant ſimul eſ-
Pſal. 33. ſe inopem,& timere Deum. Item Pſal. Non vidi iuſtum
derelictum,nec ſemen eius quærens panem,ergo qui pa
Pſal. 36. nem quærit non eſt iuſtus,nec ſemen iuſti . Item Pſalm.
Nutantes transferantur filij eius & mendicent,ſed nihil
Pſal. 118. quod pſalmiſta in Dei ſpiritu loquens impræcatur, ſpe
ctat ad perfectionem Euangelicam,ſeu ad perfectam iu
Eccle. 40. ſtitiam,mendicare eſt huiuſmodi,ergo. &c. Item Eccl.
Filimi in vita tua ne indigeas,melius eſt enim mori,quā
indigere , ergo melius eſt mortuum eſſe,quam mendi-
cum. Item in Apoſt. Actis dicitur. Beatius eſt magis da
Act. 20. re,quàm accipere,ſed dare eleemoſynam non facit ho-
minem peruenire ad perfectionem Euangelicam , ergo
multo magis nec accipere . Item Saluator ait. Vendite
Gl. Lucę. 12. quæ poſſidetis,vbi Glo. vt omnibus ſimul pro Deo ſpre
tis ,poſtea labore manuum operemini vnde viuatis , vel
eleemoſynam faciatis,vnicuique igitur de proprio labo
re viuere,& eleemoſynam facere ſpectat ad Euangelicā
perfectionem,ergo oppoſitum eius.ſ. mendicare, & de
alieno labore viuere,eſt contrarium perfectioni Euan-
gelicæ . Item Apoſtolus dicit. Nullius aliquid deſidere-
Gloſſa. 1. Theſſ. 4. tis,vbi Glo. ne dum rogetis,vel tollatis. Si ergo plus eſt
rogare,vel petere,quàm appetere, & primum tanquam
illicitū ab Apoſtolo prohibetur,ſcilicet deſiderare , vel
appetere , quod eſt alterius,ergo multo fortius petere ,
Item dicit. Rogamus vos,vt noueritis eos qui laborant
Gloſſa. 1. Theſſ. 5. inter vos,& præſunt vobis in Domino,vbi Gl. Sicut di
uitię negligentiam pariunt ſaluti,ſic egeſtas,dum ſatura
ri cupit,à iuſtitia declinat,ſed quod facit declinare à iu-
ſtitia non pertinet ad perfectionem Euangelicam,ergo
&c. Item dicit Apoſtolus. Si quis non vult operari,non,
2. Theſ. 3. manducet,ergo vult Apoſtolus ſeruos Dei corporali-
ter operari,vt habeant vnde viuant,& non compellan-
tur egeſtate,neceſſaria petere,ſed hoc eſt mendicantiū ,
ergo ſeruorum Dei non eſt mendicare,ſecundum Apo
ſtolum. Item eodem capitulo ſuper illud,vt formam da
remus vobis vbi. Gl. Qui frequēter ad alienam menſam
conuęnit,ocio deditus,neçeſſe eſt vt aduletur paſcenti
ſe,ſed adulari eſt contrarium veritati,& perfectioni,er-
go,&c. Item dicit Vrbanus papa , ꝙ Epiſcopi omnibus 11. q. 1. c. videntes.
communi vita viuere volentibus,miniſtrare cuncta ne-
ceſſaria debent prout melius poterunt,vt nemo in eis e-
gens inueniatur. Et poſt. Si quis extiterit modernis, aut
futuris temporibus,qui hoc auellere nitatur , iam dicta
damnatione feriatur , ergo contra canonicas ſanctiones
eſt, ꝙ aliqui viuant vita communi in Eccleſia , egendo
& mēdicando in ea. Item de conſe. diſt. 1. Inhibetur ne
Eccleſia conſecratur,niſi prius dotetur,ergo ſi Eccleſia
non debet conſecrari, niſi habeat vnde ſuſtentetur , qui
in ea miniſtrant,multo fortius,nec aliqua Religio inſti-
tui debet ſine poſſeſſione ſuſtentatiua. Item in iure ciui
li inhibetur,quòd validi non mendicent,lege de mendi
cantibus validis,ſed magis debet eſſe ordinata Eccleſia,
quam Reſpublica , ſi ergo quòd validi mendicent,eſt
contra rectam gubernationem Reipublicę, multo ma-
gis contra perfectionis ſublimitatem Euangelicæ. Item
hoc ipſum oſtenditur ratione. Mendicare eſt opus indif
ferens,nō fit opus perfectionis ſuis pro additione finis,
ſicut apparet manifeſtè in alijs operibus,vt ire ad Ec-
cleſiam & facere eleemoſynam,ergo, &c . Item perfe-
ctionis eſt , gratis , & liberaliter ſeruire,& obligationes
peccatorum refugere,ſed qui eleemoſynam recepit ob-
ligat ſe ad interueniendum pro peccatis alienis , ſi ergo
obligatio huiuſmodi perfectioni non conſonat , ergo,
&c. Item huiuſmodi qui mendicant ex profeſſione, aut
hoc faciūt quia pauperes,aut quia Pręedicatores, Si quia
pauperes,ergo omnes pauperes,qui mendicant perfecti
ſunt,quod eſt contra Aug. in lib. de opere Monachorū,
qui repræhendit Monachos mendicantes,& nihil ope-
rari volentes. Si quia Prædicatores,ergo nullus mendi-
care debet inter eos,qui non prędicat,cuius contrarium
videmus tota die. Item prędicare eſt quid ſpirituale,ſed
qui ſpirituale dat,& temporale accipit,ſimilis eſt Giæ-
zi,qui pecuniam accepit à Naaman, obtentu beneficij
ſpiritualis prius ſibi exhibiti,hoc autem eſt damnabile,
ergo damnabile eſt prædicatori mendicare, non ergo
perfectionis Euangelicæ. Item perfectorum eſt abſtine
re à mala ſpecie , ſed hoc eſt mala ſpecies ꝙ Prædicantes
temporalia petant , quia in hoc ſunt ſimiles Pſeudo præ
dicatoribus,ergo &c. Item huiuſmodi aut habēt aucto-
ritatem in prædicando , aut non habent. Si non habent,
ergo male faciunt in prædicando, ergo nihil merentur,
ſi habent,ſed qui habent poſſunt petere poteſtatiue,er-
go tales prædicando iniuriantur auctoritati prædicatio
nis Euangelij,ergo in hoc non ſunt perfecti , ſed impij.
Item tutius,& perfectius eſt ſequi viros perfectiores, p
batiores,& ſapientiores,ſed viri probatiſſimi,& ſapien-
tiſſimi in Religionibus fuerunt Baſilius , Benedictus ,
Auguſtinus,Hieronymus,Gregorius,Hylarius,& Pau
linus,& tales ſic ſua reliquerunt,quòd communia poſſe
derunt,nec mendicaſſe leguntur,ergo modus ita mendi
candi de nouo introductus per Dominicum, & Franci-
ſcum iudicatur ſuperſtitioſus,& vanus,cum ſtultum vi
deatur ſenſum , & ſpiritum duorum pauperum homi-
num præponere tantæ ſapientiæ,& ſublimitati Sancto-
rum præcedentium,& Doctorum. Sed contra hoc vide
tur dictum illud Matth. Nolite poſſidere aurum , vel Matth. 10.
argentum,neque pecuniam in zonis veſtris , neque pe-
ram in via , neque duas tunicas, nec calciamenta , vbi
Gloſ. Nec ipſa neceſſaria,nec cellarium ſecum vehant,
nihil præter indumentum , quo quis contentus eſſe
poteſt . In hoc traditur forma Apoſtolis,& quod per-
fectionis eſt,perfectum eſt imitari , ergo taliter per
mundum ire ſpectat ad perfectionem Euangelicam ,

ſed hoc eſt mendicare, & viuere de eleemoſyna, igi-
.rc. 6. tur hoc ſpectat ad Euangelicam perfectionem. Item,
Præcepit eis ne quid tollerent in via, neq. panem, neque
in zonis æs. Aut igitur præcepit tanquam Prælatis, aut
tanquam præfectis. Si tanquam Prælatis, ergo ad il-
lud ad quod adhuc eſſent aſtricti, quod manifeſte fal-
ſum eſt. Præcepit igitur eis tanquam viris perfectis.
Sed perfectio proponitur communiter omnibus imi-
tanda, quia dicit, qui poteſt capere capiat, ergo ſic vi-
uere ſpectat ad perfectionem Euangelicam. Item Sal-
uator dicit. Nihil tuleris in via neque virgam, neq; pe-
Lucæ. 10. ram, neque panem, neq; pecuniam, vbi Gloſ. Virgam
non ferre, eſt non eſſe ſolicitum de his quæ neceſſaria
ſunt humanæ ſuſtentationi, quia hæc debentur Præ-
dicatoribus. Si ergo excludere ſolicitudinem de neceſ-
ſaria ſuſtentatione, Dominus perſuaſit Apoſtolis, quos
etiam ad prædicandum inter infideles miſit, multo for-
tius cum prædicatur Euangelium fidelibus, perfectio-
nis eſt de huiuſmodi non eſſe ſpoliatum, ſed victu et ve-
ſtitu ſibi dato eſſe contentum. Item ait. Quicunq; ſu-
ſceperit puerum in nomine meo, ibi. Glo. Interl. pau-
perem. Et alia Gloſ. Qui imitatorem Chriſti recepit,
Gl. Lu. 10. Chriſtum recipit. Ergo cum ſuſcipitur pauper imi-
tans Chriſtum, ſuſcipitur Chriſtus. Si ergo perfectio-
nis Euangelicæ eſt eſſe pauperem, & Chriſti imitato-
rem, perfectionis Euangelicæ eſt in tali paupere pro
Chriſto ſuſcipi. Qui ergo mendicando petit, a perfe-
ctione Euangelica non recedit. Item dicit. Nolite por-
tare ſaculum, neq; peram, vbi Gl. Tanta debet Prædica
tori eſſe fiducia in Deo, vt præſentis vitæ ſumptus, &
ſi non præuideat, ſibi tamen non defecturos certiſſi-
mè ſciat, ne dum occupatur mens ad temporalia, minus
prædicet æterna. Ad expeditiorem igitur prædicatio-
nem veritatis facit, quòd quis temporalia non præui-
deat ſibi, ſed expectet ſibi ab alijs dari cum neceſſe ha-
buerit, ergo talis modus viuendi conſonat veritati, &
Euangelicæ perfectioni. Item alibi dicit. Facite vobis
amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis,
Lucæ. 16. recipiant vos in æterna tabernacula, vbi Gl. Non quoſ-
libet pauperes, ſed eos qui poſſunt in æterna taberna-
cula recipere, ſed tales ſunt pauperes ſpiritu, quorum
eſt regnum cœlorum, ergo ſecundum diuinum conſi-
lium eſt, quòd eleemoſynæ talibus pauperibus dentur,
& quod ab eis ſuſcipiantur, ſed quod diuino conſilio cõ
ſonat, perfectioni Euangelicæ non repugnat, ergo, &c.
Item Hiero. aduerſus Vigilantium tractans præmiſſum
verbum dicit. Num iſti pauperes, inter quorum ſordes,
& illuuiem corporis flagrans libido dominatur, poſ-
ſunt habere æterna tabernacula, qui nec præſentia poſ-
ſident, nec futura? Non enim ſimpliciter pauperes, ſed
Pſal. 40. pauperes ſpiritu beati appellantur. De quibus ſcriptum
eſt. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem,
in die mala liberabit eum Dominus. In vulgi pauperi-
bus ſuſtentandis nequaquam intellectu, ſed eleemoſy-
na opus eſt, in ſanctis pauperibus beatitudinis intelli-
gentia, vt ei tribuat qui erubeſcit accipere, & dum ac-
ceperit dolet, metens carnalia, & ſeminans ſpiritualia.
Hæc Hieron. Item Apoſtolus ait. Veſtra abundantia il
2. Cor. 8. lorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia, ve-
ſtræ inopiæ ſit ſupplementum. Glo. Veſtra abundan-
tia terrenorum, ſuppleat illorum inopiam, vt econuer-
ſo abundantia illorum ſpiritualium qui diuinis vacat,
veſtræ ſit inopiæ ſupplementum. Si ergo hoc ſpectat
ad perfectionem Dominici corporis, quòd membra ſi-
bi communicent ratione dati, & accepti, ad perfectionẽ
Eccleſiæ & Euangelij facit, quòd pauperes iuſti ſuſten-
tationem petant, & accipiant, a diuitibus mundanis, &
imperfectis. Si dicas, quòd poſſunt accipere ſed non pe-
tere, hoc nihil eſt, quia diuites mundani poſſunt pete-
re orationes virorum ſpiritualium, ad reuelandum ino-
piam meritorum ſuorum, Ergo verſa vice poſſunt pau-
peres ſpirituales petere eleemoſynam corporalem ad
ſuſtentationem corporum. Item hoc ipſum oſtendi- Pſal. 39.
tur exemplo Chriſti, de quo Pſalm. Ego autem mendi- Chriſtus,
cus ſum & pauper. gloſ. Hoc dicit Chriſtus de ſe. Ego fuit men-
mendicus ſum in forma ſerui. Mendicus eſt qui ab alio dicus.
petit, pauper eſt, qui ſibi non ſufficit. Sed conſtat quod
hoc non intelligitur de Chriſto quantum ad dona, ſiue
bona ſpiritualia quia comprehenſor & omnis gratię ple
nus erat, ergo intelligitur quantum ad dona tempora- Pſal. 108.
lia, igitur quantum ad illa mendicus erat, & ab alio pe-
tebat. Item pſalm. Perſecutus eſt hominem inopem, &
mendicum. Gloſſ. ſcilicet Chriſtum. Pauperes perſequi
ſola ſæuitia eſt. Alij vero pro diuitijs & honoribus in-
terdum huiuſmodi patiuntur. Aut ergo dicitur Chri-
ſtus mendicus, quia mendicabat à Patre, aut quia men-
dicabat ab homine. Si quia mendicabat à Patre, ergo
omnes homines ſunt mendici, tam diuites, quam paupe
res, ergo Chriſtum perſequi non fuiſſet ſumma ſęuitia.
Si quia mendicabat ab hominibus, habemus propoſi-
tum. Item Dominus circunſpectis omnibus exijt in Be March. 11.
thaniam, vbi Gloſſ. Si quis eum hoſpitio ſuſciperet, tan-
tæ enim paupertatis fuit, & ita nulli adulatus, vt in tan-
ta vrbe nullum hoſpitium inueniret, & conſtat, ſi vo-
luiſſet hoſpitium conducere, inueniſſet ad conducen-
dum, ergo circunſpiciebat tanquam pauperculus, & Lu. 19.
mendicus. Item ait, Zachee feſtinans deſcende, quia ho
die in domo tua oportet me manere. Gloſſ. Non inuita-
tus inuitat, ſed inuitare alium ad hoc quòd cũ recipiat
hoſpitio, nihil aliud eſt, quàm mendicare, & petere, er- Ioan. 4.
go. &c. Item dicit, Da mihi bibere, vbi Auguſtinus. In Homi. 15.
omni re quam Chriſtus geſſit vt homo, hominibus in in Ioanne.
ſe crediturls præbebat exemplum. Et poſt. Petit bibere
& promittit bibere, eget quaſi accepturus, & promittit
quaſi ſatiaturus. Sed conſtat quod potu ſpirituali non
egebat, ergo corporali potu egebat, & illum poſtula-
bat. Sed obijcies Gloſſam quaſi contrariam, quæ di-
cit, licet Ieſus poſt fatigationem ſitire poſſet, tamẽ hũc
potũ non exigit, ſed hoc intelligitur quòd principaliter
hunc potum non petebat, ne Gloſſ. facto contradicat,
Item Hiero. ad Ruſticum. Quid Samaritana vilius? ip-
ſa tamen non ſolum credit Meſſiam, quem cognoſcit
ad fontem, ſed & diſcipulis ementibus, eſurientem refi-
cit, laſſumq; ſuſtentat, ergo videtur quòd Chriſtus ab il
la fuerit ſuſtentatus corporaliter. Item ſicut Euange-
lica narrat hiſtoria, Chriſtus inuitatus à phariſęis come
debat cum eis, aut ergo ſicut Dominus, aut ſicut pau-
per. Si tanquam Dominus, ergo non dedit exemplum
paupertatis, ſi tanquam pauper, ſed hoc eſt mendicare,
ergo &c. Item ad hoc eſt exemplum ſanctorum. Nam Ad Hebrę
dicitur in laude ſanctorum. Circuierunt in melotis 11.
in pellibus egentes, &cæ. ſed taliter circumire eſt mendi
care, ergo. &cæter. Item eſt exemplum de Elia, de quo 3. Reg. 17
Auguſtinus in quodam ſerm. Nũquid Deus deſeruerat
ſeruum ſuum Eliam? Nonne illi cui deerant homines,
miniſtrabant aues? Oſtendit ergo Deus, quia vnde vo
luit, & quando voluit paſcere ſeruos ſuos potuit, & ta-
men vt poſſet eum religioſa vidua paſcere, fecit eum e-
gere. Item ad hoc eſt exemplum, diſcipulorum Ioan-
nis Euangeliſtę, de quibus in eius legenda dicitur, quòd
vendentes omnia, quæ habere potuerunt dederunt e-
genis, & poſt ſubditur, quòd tentati ſunt, quòd ſe in v-
no pallio viderent egentes, ſeruos autem ſuos diuites, at
que fulgentes. Item, exemplum diſcipulorum Pauli. Vn
de Chryſoſtom. de laudibus Pauli. Paulus pecunias
non poſſedit, nam ipſe hoc teſtatur. Vſque ad hanc in- 1. Cor. 4.
quit horam, & eſurimus, & ſitimus, nudi ſumus, & cola
phis cedimur, & inſtabiles ſumus, & quid dico pecu-
niam,

niam,cum ille quidem neceſſarium ſæpè non haberet cibum, nec, quod circundaret indumentum. Et ſequitur. Diſcipulorum quàmplurimi pauperes,imperiti,ac totius eruditionis extranei,in fame & egeſtate viuentes,ignobiles &c. ergo diſcipuli Pauli fuerunt mendici. Item,ad hoc exemplum de beato Benedicto, de quo legitur in ſecundo dialogorum, quòd per triennium fuit in ſpecu,nihil omnino operans,ſed Romanus quidam Monachus ſibi panem miniſtrabat, & conſtat quòd Benedictus in hoc non peccabat. Item exemplum de ſancto Alexio, qui fuit vir miræ ſanctitatis, in cuius legẽda legitur, quòd cùm eſſet filius ditiſſimi Romani,contempto patrimonio,iuit mendicando per mũdum.

B. Dominicus maledixit eos qui in ordinẽ ſuum inducerent poſſeſſiones.

Item exemplum de ſancto Dominico,qui in morte ſua imprecatus eſt omnibus maledictionem, qui in ordinem ſuum poſſeſſiones conarentur inducere, ergo volebat,quòd de eleemoſynis viuerent,iuxta quod ipſe vixit. Item ad hoc eſt exemplum de beato Franciſco, qui non ſolum mendicauit & mendicare conſuluit, ſed etiam mendicationem ſuam miraculis confirmauit, ſicut patuit in nautis,quos ciborum ſuorum reliquijs ſatiauit,& ſatiatos liberauit, & per regulam quam à ſummo Pontifice approbatam confirmari fecit, in qua dicit,quòd fratres in paupertate,& humilitate Deo famulantes,vadant pro eleemoſyna confidenter, &cæt. Item

Iob. 7.

Gregorius in moral. ſuper illud. Noctes laborioſas enumeraui mihi. Electi conditori rerum ſeruiunt, & ſæpe rerum inopia coanguſtantur, per amorem Deo inhærent,& tamen ſubſidijs præſentis vitæ egent. Egere ergo ſubſidijs præſentis vitæ, competit ſanctorum perfectioni.

Epiſt. 41.

Item Hieronymus in Epiſtola ad quendam virum hoſpitalem. Multus à te per inſulas Dalmatiæ ſanctorum numerus ſuſtentatur, ſed melius faceres, ſi & ipſe ſanctus inter ſanctos viueres. Ergo melius eſt eleemoſynis viuere, quàm eleemoſynas dare. Item, hoc ipſum oſtenditur ratione. Qualis eſt habitus, talis eſt actus, ſed omnino pauperis ſecundum quòd pauper, actus eſt egere,& mendicare, ergo ſi eſſe pauperem bonum eſt,mendicare pro Chriſto laudabile eſt & perfectum. Item, mendicare non prohibetur lege naturæ,nec lege ſcripturæ,nec lege gratiæ, ſed quòd non eſt prohibitum per obedientiam impoſitum,efficitur laudabile & meritorium, maximè ſi ſit difficile, & oneroſum,ergo ſi aliqui ex profeſſione habeat mendicare, cũ hoc ex obedientia faciant, erit eis laudabile, & perfectum. Item,Eccleſia imponit in pœnam ſatisfactionis mendicationem temporalem vel etiam perpetuam,ſed hoc non imponeret, niſi eſſet ſatisfactorium,ſed qui ad opus ſatisfactorium voluntariè ſe aſtringit, perfectè agit,ergo qui pro Chriſto ſemper deuouit mẽdicare, hic agit perfectè & laudabiliter. Item, contemptus ſui eſt perfectionis, & maior contemptus maioris perfectionis,ſed qui pro Chriſto mendicat, maximè ſeipſum contemnit & abijcit,ergo talis perfectiſſimè agit. Item plus placet Deo paupertas voluntaria,quàm inuoluntaria,ergo & mendicatio ex illa paupertate procedens magis eſt Deo placida,ſed prima poteſt eſſe laudabilis, & meritoria,ergo multò magis ſecunda. Item,qui ſeruit alicui domino meretur ſuſtentari ab illo,ſed qui omnibus abrenuntiat & conſilia implet,maximo Domino ſeruit, ergo talis maximè meretur à Domino ſuſtentari, ergo & à ſeruis Domini. Si ergo pauper voluntarius eſt,hoc ipſo ꝙ talis,ſi eleemoſynam petit,iuſtè petit. Item,qui dat maiora,poteſt recipere minora,ſed pauper orans impẽdit miſericordiam ſpiritualem, ergo multò fortius poteſt recipere eleemoſynam corporalem. Item,prædicans ex auctoritate poteſt recipere ſumptus poteſtatiuè,ergo prędicans ex ſubauctoritate,& commiſſione,ſeu demandatione,petere poteſt ſupplicanter. Item,qui ſeruit altari,iuſtè ſuſtentatur ab illo, ergo qui vniuerſali eccleſiæ deſeruiunt,iuſtè ſuſtentatur ab vniuerſali mundo, ergo ſi qui ſunt qui verbo & exemplo per mundum diſcurrẽdo deſeruiunt populo Chriſtiano,meritò ſuſtentationẽ petere poſſunt ab ipſo. Item, ſi licet recipere maius,multò fortius licet recipere minus,ſed pauperibus Religioſis,qui proprijs renuntiauerunt, licet recipere ampliſſimas poſſeſſiones,ergo multò fortius licet recipere diurnas ſuſtentationes. Alioquin monſtruoſum videtur dicere,quòd liceat recipere centum marcas auri,& non liceat recipere centum fruſta panis. Si dicas,quòd licet accipere,ſed non licet petere,hoc nihil prorſus eſt, quia petere ordinatur ad accipere,& propter illud eſt,& ſicut plus eſt dare,ꝙ promittere,ſic plus eſt recipere,quã petere. Sed conſtans eſt,ꝙ quicquid licet dare,licet promittere,ergo quicquid licet accipere, licet petere. Item,ſi amicus petit ab amico ſuo donum, contra nullam legem agit,nec iſte petendo, nec ille dando,nec iſte rurſus accipiendo,ſed lex charitatis,& amoris diuini eſt magis communicatiua,quàm lex ſocialis,ergo ſi quis petat ſibi aliquid dari amore Dei, in nullo offendit,nec in aliquo à perfectione recedit. Item,indubitanter licet petere aliquid,in cuius donatione potior ſit conditio dantis, ſed qui dat aliquid pro Deo,fœneratur Domino,& temporale commutat pro ęterno,& ad opus virtutis nobiliſſimæ,ſe exercet,ſcilicet pietatis, ergo ſi hæc omnia eueniunt ei ratione poſtulantis,pauper qui eleemoſynã petit potiſſimè facit,ſecundum legem charitatis,ergo à perfectione in nullo recedit.

Triplex modus mẽdicitatis.

Reſponſio. Ad prædictorum intelligentiam eſt notandum, quòd tripliciter contingit mendicare. Et primus modus eſt ex neceſſitate naturę, & hic modus eſt, cum quis mendicat non ſolum quia pauper,verum etiam quia habet infirmitatem, vel debilitatem,vel vtrunque,hic autem modus miſerabilis eſt, & tolerabilis,& per patientiam bonam fit meritorius & laudabilis. Sicut legitur de Lazaro. Quia erat quidam

Lucæ. 16.

mendicus nomine Lazarus,qui iacebat ad ianuam diuitis vlcerib. plenus. Et poſt. ſubditur. Quia mortuus eſt mendicus,& perlatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ. De diuite autem dicitur, quòd ſepultus eſt in inferno. Ex quo colligitur,quòd mendicitas etiam ex neceſſitate veniens, occaſio ductiua eſt in viam ſalutis æternæ. Iuxta quod dicit Gregorius, ꝙ mala quæ nos hic premunt,ad Deum ire compellunt.

Mendicare propter ocium,vel propter lucrum vituperabile.

Secundus modus mendicandi eſt ex vitioſitate culpæ,& hic eſt,cum quis mẽdicat,vel pro ocio fouendo,vel pro lucro cumulando, vel vtroque modo. Et hic inquam modus vituperabilis eſt in omnibus taliter mendicantibus. De quibus dicit Ambroſius in lib. de offi. Petitionis cauſa veniunt validi. nullã cauſam niſi vacandi habentes. & volũt ſubſidia euacuare pauperũ,exinanire ſumptum,nec exiguo contenti,maiora querunt,ambitu veſtium captantes petitionis ſuffragium, & natalium ſimulatione licitantes incrementa quæſtuum. Licet autem in omnibus meritò debeat reprehendi,reprehendendus eſt tamen potentiſſimè in eis,qui habent ſpeciem pietatis,& ſanctitatis. De quibus dicit Auguſtinus in lib. de opere Monachorum. Nullo modo decet vt in ea vita,vbi Senatores fiũt laborioſi,ibi fiant opifices ocioſi,& quo veniunt relictis diuitijs ſuis,qui fuerunt prædiorũ domini,ibi fiãt ruſtici delicati. Et poſt ad repræhendendũ eorum ocium, & quæſtum ſubiungit. Callidiſſimus hoſtis tamen multos hypocritas ſub habitu Monachorum vſquequaque diſperſit,circumeuntes Prouincias,nuſquam miſſos,nuſquam fixos,nuſquam ſtantes,nuſquam ſedentes, alij membra martyrum ( ſi tamen martyrum venditant ) alij fimbrias,& phylacteria ſua magnificant, alij parentes ſuos vel conſanguineos,illa,vel illa Regione ſe audiſſe viuere,& ad eos pergere metiuntur, & omnes petunt,omnes

nes

ues exigunt,aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ pretium ſanctitatis. Contra tales multum inuehitur, beatus Auguſtinus in libro de opere Monachorũ, pro eo quod pigritiam non tantum in ſe ipſis mendicando fouebant, verumetiam prædicando alijs ſuadebant, male intelligentes Euangelium, vbi videtur inſinuare quòd non ſit ab hominibus ſicut nec ab auibus laborandum,& peius exponentes Apoſtolum, vbi perſuadet fratribus operari, dicentes eſſe intelligendum illud de labore ſpirituali,& non corporali. Et quia in hoc ſe ipſos decipiebant,& alios, ideo reprehendit eos Auguſtinus,& multipliciter oſtendit contrarium per totum librum de opere Monachorum,qui totus eſt contra illos, qui approbant hunc ſecundum mendicandi modum, vnde in talibus dicit. Qui tanquam conſeruatricem Euangelij prædicantes erant pigritiam,tãquam præuaricatricem accuſantes miſericordiam. Vtinam iſti qui vacare volunt manibus, omnino vacarent & linguis. Neque enim tam multos ad imitationem inuitarent,ſi eis etiam nõ tantum pigra, verumetiam muta proponerent. Nunc autem contra Apoſtolum Chriſti recitant Euangelium Chriſti. Ita enim mirabilia ſunt opera pigrorum, vt impedire velint Euangelium.

Mẽdicitas ſupererogationis laudabilis

Tertius autem modus mendicandi eſt ex ſupererogatione iuſtitiæ,& hoc eſt cum quis mẽdicat pro Chriſto imitando,vel pro Euangelizando,vel vtroque modo. Pro Chriſto inquam imitando, quantum ad contemptum ſui,affectum proximi, & cultum Dei. Nam in his tribus potiſſime debemus Chriſtum imitari. Quod quidem facit,q voluntarie mendicat pro nomine Chriſti,vt ſeipſum vilificet, & humiliet, vt proximum ſuũ ædificet, & prouocet ad pietatem, & vt vacet Deo libera mente,depoſita omni ſeculi ſolicitudine. Et de talibus Auguſtinus in quodam ſermone quadrageſimali, In iſto tempore quantum commendat Deus opera miſericordiæ,ipſos ſanctos ſuos egere fecit, vt cum fuerint facti amici Dei de mammona iniquitatis,recipiant & ipſi amicos ſuos in æterna tabernacula,id eſt cũ ſerui Dei pij, dum iugiter Deo vacant, aliquoties indigent, illi qui habent mundi diuitias, eleemoſynas largiuntur,& quomodo illos participes faciunt in terrena ſubſtantia, ſic cum illis partem habere merebuntur in vita æterna. Ex quo apparet, quòd talis mendicatio laudabilis eſt, quæ fit pro Chriſto imitando. Similiter & ea quæ fit pro Chriſto euangelizando,quia viam præbet Euangelio,ratione eius quod prædicatur, quia prædicamus mundi contemptum, quod efficacius ſua detur verbo & exemplo, quam ſolo verbo. A pluribus prædicatur,ſi prædicantes viuunt de Euangelio, quam ſi compelleretur viuere de ſumptu aut labore proprio. A pluribus etiam efficacius ſuſcipientibus documenta, largiuntur beneficia ſuſtentantia. Hoc eſt quod dicit

Homil.31. ſuper Mat.

Ioan. Chryſo. Manifeſtum eſt, quoniam diſcipulos ab eis quibus prædicabant cibari oportebat, vt neque ipſi magna ſapiant aduerſus eos,qui docebant,vt omnia p̃bentes & nihil accipientes ab eis, nec illi rurſus abſcindantur deſpecti ab eis. Deinde vt non dicant mendicantes, igitur iubes nos viuere & verecundentur, in hoc monſtrat hoc debitum exiſtere, & operatores eos vocans, & quod datur,mercedem nominans. Ne enim quia in ſermonibus eſt operatio,exiſtimetis paruum beneficium quod eſt a nobis. Etenim labores habet hic multos, & quicquid dederint qui docentur, non largientes præbent,ſed retributionem reddentes. Quando igitur quis mendicat pro Chriſto imitando, & Euãgelizando, ſecundum formam præſcriptam;non ſolum non peccat, verumetiam implet perfectam iuſtitiam, Primum, quia multum debetur ſuſtentatio, pauperi Chriſtum imitanti. Secundo, quia magis debetur tanquam pauperi Euangelico Chriſtum euãgelizanti. Tertiò,quia maximè debetur pauperi grato debitum pro gratia humiliter accipienti,& humiliter ſupplicanti,qp pe cum ſit liber ex omnibus, facit ſe omnium ſeruum. Et hoc eſt quod dicit Auguſtin. ſuper illud Pſalmiſtæ. Producens fœnum iumentis,& cętera. Producens inquit,fœnum,ideſt temporalia,iumentis,ideſt Prædicatoribus,vt de Euangelio viuant, qui Euangelium annunciant,& herbam, ideſt temporalia ſeruituti hominum,id eſt Prædicatoribus ſeruis hominum pro Chriſto. Vnde Apoſtolus. Cum eſſem liber ex omnibus,omnium me ſeruum feci. Quæ ſeruitus eſt ex charitate, 1.Cor.9.
quæ facit humiles,qui pro Chriſto ſerui hominum fiunt,vtilitati fratrum attendentes. Hæc ſunt iumenta quibus debetur herba, vt merces, quia ſeruiunt. De quibus dicitur. Non alligabis os bouis triturantis. Et 1.Cor.9.
dignus eſt operarius mercede ſua. Debentur enim Prędicatoribus temporalia,quia largiuntur ſpiritualia. Vnde Apoſtolus Si ſeminauimus vobis ſpiritualia, nõ magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus. Pro quibus dicitur. Beatus qui præoccupat vocem perituri,ideſt, qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Non enim ita debes agere boui trituranti, vt mendico tranſeunti. Illi enim,ideſt mendico,das quod legitur,omni petenti da, huic etiam non petenti dare debes. Vide ergo ne ſi indigeat miles Chriſti vt petat,te iudicet, ideſt damnabilem oſtendat. Sicut enim dicitur de illo,qui te quærit, da omni petenti,ſic de eo Prædicatore, quem tu quærere debes dicitur. Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum cui des. Omni petenti ergo, quicunque ſit,da:agnoſcens in eo cui des,ſed multo magis da ſeruo Dei,militi Chriſti,etiam non petenti. Ex his igitur manifeſtè apparet, quòd in Chriſti prædicatore & Euangelizatore mendicare non eſt vitij, nec culpæ,ſed magis perfectionis euangelicę. Vnde rationes, & auctoritates & exempla concedenda ſunt, quæ ad hanc partem inducuntur. Nam ſi quis impugnare, & improbare velit omnem mendicandi modum in ſeruis Chriſti, impugnare videtur non tantum ordinem pauperum,verumetiam ipſum ſummum Pontificem, qui approbauit hunc viuendi modum. Nec etiam tantum ipſum, verumetiam hunc magnum cœtum ſanctorum,qui mendicauerunt,videlicet Franciſcum,Dominicum, Alexium, Benedictum, & ipſum cuneum Apoſtolorum, & prophetarum,necnon & ipſum Dominum Ieſum Chriſtum,quem ſcriptura non veretur dicere pauperem & mendicum. Cum maiora de ipſo dicat,& ſentiat fides noſtra,ſcilicet quòd pro nobis, non tantum pauper & mendicus fuit propter noſtrum exemplum, ſed etiam nudatus, & vilificatus vſque ad abiectionis genus extremum,vt exemplum daret perfectè contemnendum mundum. Poſtremò ſuper hęc omnia mala ſubuerti videtur vniuerſus Eccleſiæ ſtatus. Si enim illicitum eſt per eleemoſynarum acceptionem pauperibus Chriſti accipere amplitudinem, & multitudinem poſſeſſionum & magnorum redditTuum. Quis enim ita abſurdus eſt,qui dicat licere alicui accipere talentum auri, & non fruſtum panis. Quod ſi hoc verum eſt, cum vniuerſarum eccleſiarum poſſeſſiones, tam in religioſis proprietatem habentib. quam in Clericis ſecularibus habeantur per acceptionem eleemoſynarum voluntariè,& gratis datarum. Videbitur ex hoc ſubuerti ſtatus vniuerſarum eccleſiarum ſi eleemoſynas accipere,vel de eleemoſynis viuere,ſeu in parua quantitate ſeu in magna,illicitum iudicetur, niſi fortè quis dicat,quòd licitum eſt accipere, ſed non eſt licitum petere. Sed hoc mirum videtur quòd aliquis poſſit in illud quod maius eſt, & non poſſit in illud quod minus eſt. Quod aliquod monaſterium poſſit recipere centum marchas auri in redditibus ab aliquo Principe, & vnum pauperculum non poſſe ſuæ

1.Cor.9.

Sap.6.

indigentiæ releuationem ſuppliciter implorare. Quod aliquis poſſit ex amicitia petere ab amico, & Chriſtianus non poſſit ex charitate petere à Chriſtiano. Et qđ aliquis poſſit petere aliqua expediētia ad alicuius diuitis monaſterij ſecuritatem, & abundantiam, & pauper voluntarius non poſſit petere vitæ ſuſtentamentum. Et ꝙ aliquis ſcholaris poſſit licitè mendicare pro amore proficiendi in cognitione ſcientiæ, quæ inflat, vt tandem perueniat ad temporales diuitias, & pauper Religioſus non poſſet petere pro amore proficiendi in charitate & humilitate, quæ ædificat, vt tandem perueniat ad vitam æternam, & cætera conſimilia, quæ valde videntur abſurda. Si ergo hæc omnia non parua, ſed magna inconueniētia ſunt, tenendum eſt, quòd liceat pauperibus ſuſtentari de eleemoſynis aliorum, ſaltem ſecundum tertium mendicandi modum ſuperius explicatum. Ad illud quod primò obijcitur in contrarium,

Nō eſt inopia ſpūalis timētibus Deum.

quòd non eſt inopia timentibus Deum. Dicendum, quòd duplex eſt inopia, ſ. corporalis & ſpiritualis. Verbum autem illud intelligitur de inopia non quacunq; ſed ſpirituali. Et quod illud ſit verum, apparet per illud quod immediate ſequitur, Diuites eguerunt, & eſurierunt, conſtat quòd illud non intelligitur de egeſtate diuitiarum materialium, reſtat igitur, quòd de in opia ſpiritualium, quæ licet ſit in diuitibus, non tamen eſt in timentibus Deum, quia timor eſt initium ſapientiæ, de

Sap. 7.
Pſal. 36.

qua dicitur. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Ad illud quod obijcitur de pſalm. Non vidi iuſtum derelictum. Dicendum, quòd duplex eſt panis, ſ. corporalis, & ſpiritualis. Verbum autem illud non intelligitur de pane corporali, ſed de pane ſpirituali. Et ꝙ illud ſit verum, apparet per Gl. ibid. Nec ſemen eius q̄rens panem ſpiritualem, i. indigere pane verbi Dei, quia verbum Dei ſemper cum eo eſt. Poteſt etiam litera ſic conſtrui, vt intelligatur. Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem vidi derelictum, quia ſe

Heb. 8.

cundum quod dicitur ſuper illud Pauli Apoſtoli. Non te deſeram, neque derelinquam. Gl. derelinqueretur ille, qui fame periret. Vult ergo dicere Propheta, ꝙ nec iuſtum nec ſemen eius vidit fame mortuū, & hoc à paupertate non reuocat, ſed potius inuitat. Ad illud quod obijcitur quòd mendicatio eſt malum, quod imprecatur pſalm. in ſpiritu Dei loquens. Dicendum, quòd eſt mendicatio voluntaria, & mendicatio coacta, quæ eſt cum murmure, & impatientia. Prima eſt meritoria, ſecunda eſt demeritoria & afflictiua. Et pſal. intelligitur de ſecunda, non de prima. Et quòd illud ſit verum, apparet per textum, quia dicitur. Nutantes transferantur, & eijciantur, & hæc omnia in coactionem & violētiam ſonare vidētur. Ad illud quod obijcitur de Eccle-

Eccl. 49.

ſiaſtico. Fili in vita tua ne indigeas. Dicēdum eſt, quòd iuxta diſtinctionem præhabitam, verbum illud intelligendum eſt de indigentia ſpirituali reſpectu gratiæ, nō de temporali reſpectu ſuſtentationis naturæ. Et quòd ſit verum apparet per Glo. Ne indigeas inquit Gl. virtutibus, vel bonis moribus. Ad illud quod obijcitur, ꝙ

Act. 10.

beatius eſt magis dare, quàm accipere. Dicendum ꝙ illud eſt verum, quando acceptio eleemoſynæ venit ex neceſſitate naturæ, non autem quando venit ex ſuper erogatione iuſtitiæ, iuxta diſtinctionem factam in principali ſolutione. Et quòd illud ſit verum, apparet per illud ꝙ dicitur in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus: Bonum eſt facultates, cū diſpenſatione pauperibus erogare, melius eſt pro intentione ſequendi Dominum in ſimul donare, & abſolutum ſolicitudine cum Chriſto egere. Hoc ipſum dicit Aug. in libro de bono coniugali, ſicut in præcedenti quæſtione allegatum fuit. Ad

Luc. 12.

illud qđ obijcitur de Glo. ꝙ omnibus pro Deo ſpretis, debent labore manuum operari, Dicendum quòd illud eſt conſilium, quantum ad primum, quod dicitur, vendite quæ poſſidetis; quantum ad ſecundum autem eſt ſolum de benè eſſe conſilij, quod non aſtringit etiam viros perfectos, illos potiſſimè qui poſſunt circa maiora bona occupati. Et quòd illud ſit verum apparet, per eandem Gloſſ. Cum ſubditur, vnde viuatis vel eleemoſynas faciatis. Certum eſt enim, quòd illi qui omnia ſimul pro Deo dederunt, ad vlteriores eleemoſynas faciendas minimè aſtringantur, & ideo illa Gloſſ. non exprimit quod eſt de eſſentia & ſubſtantia conſilij, ſed magis ſecundum benè eſſe, ſecundum ſtatum, & conditionem aliquarum perſonarum, quæ magis ſunt idoneę ad manualiter operandum, quàm ad aliquid magis arduum faciendum. Nam ſi aliter diceretur, quòd illud eſſet de eſſentia perfectionis conſilij, tunc nulli illud conſilium impleuiſſent, niſi qui operati fuerunt manualiter, ac per hoc Apoſtoli alij à Paulo & Barnaba, & alij plurimi ſanctorum perfectiſſimorum quos non legimus fuiſſe manualiter operatos, non iudicaremus fuiſſe perfectos. Verum eſt vtique, quod perfectioni euangelicæ conſonat operatio manualis, ſi tamen non impediat maiora bona. Vnde Gloſ. ſuper illud. Vado piſcari. Sciendum eſt, non fuiſſe prohibitos arte ſua licita victum quærere, Apoſtolatus integritate ſeruata, cum vnde viuerent non haberent, & ſic illis laborantibus adijcit Deus neceſſaria, quæ promiſit. Sed quòd hic labor competat non occupatis circa maiora; manifeſtum eſt, quia tunc Apoſtoli prædicationi minimè vacabant. Vnde Chryſoſt. Venit Simon piſcari, quia neque Chriſtus continuè cum eis erat, neque ſpiritus datus erat, neque quid commiſſum erat, tunc neq; quid habentes agere tunc artem tractarunt, & ex hoc non habetur, quod perfecti teneantur operari manualiter, niſi forte cum non habent ſpiritualem & meliorem exercitationem. Præterea eſto quòd vir perfectus tenetur manibus ſuis operari, ex hoc tamen nō poteſt inferri, quin pro ſui humiliatione & aliorum ædificatione poſſet eleemoſynas humiliter petere pro loco & tempore. Ad illud quod obijcitur de Gloſſ. quod 1. Theſſ. 4.
nullatenus aliquid deſiderandum nec petendum. Dicendum, quod dupliciter poteſt quis petere ab aliquo, vel propter deſiderium alienæ rei, vel propter deſiderium alienæ ſalutis. Primum prohibet Apoſtolus tanquam malum, & in lege prohibitum, qua dicitur. Non concupiſces rem proximi tui. Secundum autem non prohibet, quia lex charitatis hoc non prohibet, quę mutuis habet beneficijs cōfoueri, & onus alterius facit ab altero ſupportari. Quid enim tam abſurdum eſt, quàm vt credamus Apoſtolū denegaſſe quod nullus ab altero petat nec beneficium, nec auxilium, nec ſolatium, ex pietatis, & charitatis fine? Et quòd illud ſit verum, apparet per illud quod dicit Apoſtolus de ſeipſo, regra- Philip. vlt.
tians eis de beneficio collato. Non quæro datum, ſed requiro fructum abundantem in ratione veſtra. Secundum enim quòd exponit Augu. 13. confeſſionum. Datum quærit, qui delectatur præcipuè in re accepta, fructum requirit, qui delectatur in ſalute aliena. Hec eſt verborum Auguſtini ſententia, licet verba ſint mutata. Ad illud quod obijcitur de Gloſſ. quod egeſtas facit à iuſtitia declinare, Dicendum, quod ſicut diuitiæ 1. Theſſ. 5.
non ſunt in culpa, ſed cupiditas diuitiarum, ſic egeſtas in culpa non eſt, ſed impatientia egeſtatis, quam qui habet à iuſtitia declinat, dum fugiendo egeſtatem, vadit poſt pecuniam, quam qui ſequitur de facili, declinat à iuſtitia. Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & in laqueum diaboli, & deſideria multa & nociua. Et ſicut talis egeſtas eſt mala, ſic & mendicatio ex tali egeſtate proueniens culpanda. Cum autem plus placet penuria, quam abundantia, & homo propter amorem paupertatis contemnit abundantiam terrenitatis, talis non habet occaſionem

declinan-

declinandi pro tali egeſtate a iuſtitia,& talis eſt pauper tas,& mendicatio, quæ ſpectat ad perfectionem euangelicam. Et quòd iſta reſponſio ſit recta, patet per ipſã Glo. in qua dicitur, quod egeſtas dum ſaturari cupit declinat a iuſtitia. Egenus eſt qui cupit ſaturari. Eſt egenus qui non amat paupertatem, ſed ſaturitatem, non penuriam, ſed abundantiam. Et talis non eſt pauper euangelicus, aut cœleſtis, qui mendicat ex ſupererogatione iuſtitiæ, ſed potius cupidus, & terreſtris, qui mendicat ex vitioſitate culpæ, ſecundum prius habitam reſponſionem. Ad illud quod obijcitur de Gl. quòd vult

2. Theſ. 3. Apoſtolus ſeruos Dei corporaliter operari, & cætera. Dicendum quòd illud velle, aut non eſt velle præcepti, ſed admonitionis, aut ſi eſt velle præcepti, non ſe extendit ad omnes, ſed ad eos qui volunt egere, ad illos tantum ſe extendit, qui non poſſunt maiora agere. Et ex hoc non colligitur, quòd pauperum vita ſit mala, qui manducant & manibus ſuis nòn operantur, ſed melioribus & ſalubrioribus exercitijs occupantur. Et quòd iſtud ſit verum manifeſtum eſt. Nam ſi verbum illud, qui non vult operari, non manducet, ſimpliciter eſſet præceptum, tunc omnes eſſent in malo ſtatu, qui manibus proprijs victum ſuum non quærunt, cum poſſent, & hoc eſſet damnare totum mundum. Quod iterum non ſe extendit ad pauperes voluntarios, & perfectos, hoc apparet ex ipſa gloſſ. quæ dicit, vt non compellantur egeſtate neceſſaria petere. Tales enim non mendicant ſicut egeſtate compulſi, ſed ſicut amore perfectionis inducti. Poſtremo, quòd non ſe extendat niſi ad eos, qui non ſunt circa maiora occupati, apparet ex

2. Theſ. 3. ipſo textu. Audiuimus quoſdam inter vos ambulare inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes, his autem qui eiuſmodi ſunt denuntiamus, vt cum ſilentio operãtes, panem ſuum manducent. Et quòd iſtud ſit verum,

Sup Luc. cap. 9. patet per Ambroſi. qui ſuper illud. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, dicit ſic. Docet Dominus minora bona, pro vtilitate maiorum eſſe prætermittenda. Maius eſt enim animas mortuorum prædicando ſuſcitare, quam corpus mortuum in terra abſcondere. Vnde &

Act. 6. Apoſtoli dicebant. Non eſt æquũ nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Apparet etiam per Hie

In prologo Iob. ronym. in prologo ſuper Iob dicentem ſic. Si fiſcellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in ſudore vultus mei comederem panem meum, et ventris opus ſolicita mente pertractarem, nullus morderet, nullus reprehenderet. Nunc autem quia iuxta ſententiam Saluatoris, volo operari cibum, qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam ſentibus virgultiſque purgare, error mihi geminus infigitur, corrector ſcriptorum falſarius vocor, & errores non auferre, ſed

De opere Monachorum. ſerere. Hoc etiam apparet per beatum Auguſtinum in li. de opere monachorum, vbi dicit, quòd illi q habebãt in hoc ſeculo aliquid, quo facile ſine opificio ſuſtẽtarẽt vitam iſtam, quod conuerſi ad Dominum indigentib. diſpertiti ſunt, quòd tales ad opera manualia non tenẽtur, vel coguntur, nec ad querẽdum victum proprium. Et rationem poſtea reddit inferius, quia illi qui pauperes ſuſtẽtauerunt, de eleemoſynis pauperum ſuſtentari debent, & poſſunt. Ait enim ſic, Omnium Chriſtianorũ vna Reſpublica eſt, & ideo quiſquis Chriſtianis vbilibet neceſſaria erogauerit, vbique etiam ipſe quod ſibi neceſſarium eſt accipit, quia & vbique ipſe talibus dedit, quis niſi Chriſtus accepit? Si ergo ſecundum Ambroſi. maiora bona propter minora non ſunt prætermittenda. & ſecundum Hieronym. maiora ſunt bona prædicationis & inſtructionis, quam manualis operationis, & ſecundum Auguſtinum, ad huiuſmodi opera non aſtringuntur, qui fuerunt diuites delicati, manifeſte apparet, quòd intenti prædicationi, & operibus miſericordiæ ſpiritualis, ad huiuſmodi opera non ſunt aſtricti, ſed debent, & poſſunt de eleemoſynis ſuſtentari. Et hoc eſt quòd Auguſtinus in eodem libro ante hæc verba præmittit, quod huiuſmodi poteſtatem habent ſi Euangeliſtæ ſunt, ſi miniſtri altaris, ſi diſpenſatores ſacramentorum. Si enim corporalia opera faciendo meretur quis ſuum ſuſtentamentum, multò fortius ſpiritualia opera imponendo, quæ corporalibus operibus meritò præferuntur. Fateor igitur quòd verũ eſt, quòd ſi quis adeò eſſet potens & ſpiritu, & carne, ꝙ poſſet corporaliter operari, & nihilominus pro loco, & tempore ſpiritualibus vacare exercitijs, & Eccleſiaſticæ vtilitati, quod agẽdo perfectius faceret. Sed quis ad hoc plene idoneus, cum multo labore ſudatum ſit vt veritas cognoſcatur, vt cognita diligatur, & cognita & dilecta alijs proponatur. Ad hoc enim neceſſaria eſt cõtinuitas lectionis, & orationis, & meditationis, quib. qui vult ſolicitè intendere, parum poteſt occupari circa corporalem laborem. Laudandus eſt igitur, & ſuadẽdus labor corporalis, ſic tamen vt non impediatur feruor orationis, nec fructus prædicationis, nec obſeruantia regularis. Ad id quod obijcitur de Gloſſ. quòd ad alienam menſam accedens, neceſſe habet adulari. Dicendum. quòd Gloſſ. ſemetipſam exponit in hoc ꝙ dicit. Ocio deditus, in quo inſinuat, quòd ille qui alienam menſam quærit, & mendicat pro ociòſitate fouenda, ille pronus eſt ad blandiendum. Et quid mirum ſi ille qui diligit ocium, & fouet ventrem ſuum, in verbum prorumpit adulatorium? ſed ex hoc non damnatur pauper Euangeliſta, qui ad alienam menſam conuenit propter Euangelizandum, & imitandũ Chriſtum. Nam ſi tales hoc ipſo quòd pauperes, & alienam menſam accedentes eſſent adulatores, tunc cum Chriſtus Apoſtolos miſit ad Euangelium prædicandum, & ad viuendum de ſumptibus alienæ menſæ, potius feciſſet tunc Apoſtolos ſuos adulatores, quam veros prædicatores. Ipſe enim Chriſtus fuiſſet adulator per maximus, qui frequenter inuitabatur, & comedebat in domibus Phariſæorum. Vnde ſi rectè intelligimus, adulationis vitium potius eſt annexum diuitibus mundanis, quam pauperib. euangelicis, & voluntarijs. Vnde Chryſoſto. homil. ſuper Matthæ. loquens de diuitibus dicit ſic. Adulari neceſſe eſt multos & principes, & ſubiectos, & multis indigere, & turpiter ſeruire, & formidare, & ſuſpicari, & timere eorum qui ſuſpicãtur oculos, & timere calumniatorum ora, & aliorũ, & auarorum concupiſcentias. Sed non paupertas eſt aliquid tale, ſed contrariũ vniuerſum. Religio eſt non furib. ſubiecta, ſed munita, portus tranquillus, & paleſtra, & Gymnaſium Philoſophiæ. Audite quicunque horum pauperes eſtis, magis autem & quicunque ditari concupiſcitis, non pauperem eſſe malum eſt, ſed non velle pauperem eſſe, & neq; malum exiſtima eſſe paupertatem, & non erit tibi malum. Et paulò poſt. Non enim mihi eos qui accuſant paupertatem afferas, ſed eos qui per eam fulſerunt. Cum hac Helias educatus, raptus eſt illa beata rapina, cum hac Heliſeus claruit, cum hac Ioãnes, cũ hac Apoſtoli omnes. Cũ auaritia vero Achab, Iezabel. Giezi, Iudas, Nero, Cayphas condemnati ſunt. Ad illud quòd obijcitur de decreto Vrbani. Dicendũ quòd triplex eſt defectus in allegatione illius decreti. Primus quia decretum illud eſt ad Epiſcopos, qui debent paſcere mendicantes, non ad illos qui egent. Vnde ſicut illa lex Deuteron. non erit omnibus indigens, & mendicus inter vos, non eſt data contra mendicitatem pauperum, ſed contra tenacitatem diuitum, quod patet per hoc quod eodem capitulo ſubiungitur, non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco præcipio tibi vt aperias manum tuam fratri tuo egeno, & pauperi. Sic & hic lex datur Epiſcopis abundantib. ad ſuſtentationem pauperum clericorum, & eorũ po-

Ocio deditus, & ex alieno viues neceſſe habet adulari.

tiſſimè qui non egent voluntariè,ſed compulſi, ne pro pter indigētiam efficiantur circa diuinum obſequium indeuoti. Secundus defectus eſt,quòd decretum illud inducitur ad probandum,quod clerici non debent habere proprium, ſicut apparet in fine capituli, vbi dicitur. His omnibus claret, quòd clericis nullo modo licet propriū habere,quòd ſi habuerint,nō clerici erūt. Vnde per illud decretum non præcluditur via pauperibus qui nihil volunt habere proprium,ſed potius aperitur. Tertius defectus eſt,quia ſicut habere proprietatem in communi comprobatum & approbatum eſt auctoritate Summi Pontificis, ſcilicet Vrbani, ſic modus viuendi in altiſſima paupertate auctoritate Sūmi Pontificis approbatus eſt, ſicut patet de exceſſibus prelatorum. Nimis praua, & cętera. Vnde decretum Vrbani Papæ præiudicare non potuit auctoritati Innocentij, Honorij, & Gregorij, qui iſtum modum approbauerunt, tam in iure communi, quàm in priuatis priuilegijs, qa non habet imperium par in parem, & conſtitutio prior non præiudicat poſteriori, nec commune priuato, nec lex communis priuilegio, ſed potius econuerſo. Nec ex hoc poteſt argui inſtabilitas, ſeu contradictio inter rectores Ęcleſiæ, quia ſtatuta mutari poſſunt, & debent pro loco & tempore. Sicut patet in ſtatuto de gradibus parentelæ, & alijs plurimis, quæ iuſte à principio ſtatuta fuerunt, & nihilominus alia non minus iuſtè introducta ſunt. Ad illud quòd objicitur de conſecratione Eccleſiæ, dicendum, quòd & in illius decreti allegatione, tripliciter defectus eſt. Primò, quia ſtatutum illud de conſecratione Eccleſiæ non dotatæ, factum eſt in alleuiationem Epiſcoporum. Secundò, in dilatationem diuini cultus. Et tertiò, in ſolationem clericorum miniſtrantium, qui nolunt ſe aſtringere voluntariè ad paupertatis votum. Horum autem contrarium in propoſito inuenitur. Nam minus grauantur, & Epiſcopi, & Eccleſia de religioſis viuentibus de eleemoſynis, quā ſi eis prouideretur in beneficijs, & præbendis. Secundò quia cultus Dei non augmentaretur, ſed potius diminueretur, ſi hic modus viuendi de medio tolleretur. Tertiò, quia tales pauperes voluntarij libentius Deo ſeruiunt mendicando, quàm etiam Deo ſeruirent pro magno Beneficio, & magis ſunt contenti paruulis eleemoſynis, quàm magnis Beneficijs & præbendis. Ad illud quod objicitur de lege, & de mendicantibus validis. Dicendum, quòd ſimiliter triplex defectus eſt in illius legis allegatione. Primus, quia lex illa introducta fuit contra quoſdam, qui tēpore famis pauperum eleemoſynas vſurpabant, ſimulantes inertiam. Secundus quia illi tales oneroſi erant, & nullam vtilitatem reipublicæ afferebant. Tertius, quia tales qui laborare poterant, & tunc in nihil occupati erant, & abundare volebant, proni erant ad maleficia & rapinas. Et ideò, iuſtò iudicio rector reipublicæ tales à mendicatione arcebat, & pœna grauiſſima puniebat. Secus autem omnino in pauperculis religioſis, in quibus, nec ſimulatio inertiæ, nec amor ocij, nec periculum rapinæ, ac per hoc nec damnum Eccleſiæ, ſed potius amor virtutis, perfectè reperitur, ideò non arcentur lege humana, ſed potius prædicantur lege diuina. Ad illud quod objicitur, quòd mendicare eſt indifferens. Dicendum, quòd mendicare quantum eſt de ſe, non eſt perfectionis, niſi præſuppoſita vniuerſali abrenunciatione omnium, quæ quidem eſt, ſecundum diuinum conſilium, in quo Dominus expreſſit adoleſcenti, quòd ſi illud impleret, hoc ipſo ad perfectionis cumulum perueniret. Ait enim, Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, Matt. 19. nec addit, trade mihi, vt in loculos meos ponam, & ſint omnia communia, ſed potius da pauperibus, neç ſubiunxit, vade ad lucrandum victum tuum per laborem manuum, ſed potius, veni ſequere me. In quo ſecundum quòd gloſſ. exponit, intelligitur vocatio ad cōtemplandum, ſeu ad Chriſtum imitandum & euangelizandum. Ad illud quod objicitur, quòd perfectionis eſt liberaliter ſeruire, & obligationes refugere. Dicendum quòd eſt obligatio veniens ex reatu culpæ, & ex affectu charitatis perfectæ. Prima obligatio eſt vitanda, ſed ſecunda eſt acceptanda. Iuxta quod dicitur. Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Ad Ro. 13. Laudat enim Dominus amicitiam ſpiritualium virorum, quæ fit de Mammona iniquitatis, & ad corporis Chriſti myſtici perfectionem ſpectat, quòd membra ſibi inuicem communicent, ſecundum rationem dati & accepti, vt mutua diligentia viciſſim poſſit impleri. Ad illud quod objicitur, quod qui mēdicant ex profeſſione, aut hoc faciunt, quia pauperes, aut quia prædicantes. Dicendum, quòd hoc faciunt, quia pauperes Chriſti imitatores, & euangelizatores, quia enim Chriſtum imitantur per obſeruantiam diſciplinę regularis, in qua vacant diuinis laudibus, orationibus, vigilijs, & alijs regularibus diſciplinis, & Deum colunt, & hoſtē impugnant, & ea quæ ſunt infirma, & non munita in caſtris Eccleſiæ protegunt & defenſant. Rurſus, qui verbum veritatis annunciant, ſimiliter Deum laudant & hoſtem impugnant, & audientes ędificant & informant, & ideo cum hæc opera eorum ſunt Eccleſiæ valde vtilia, & perneceſſaria, nulli dubium eſt, quin mereantur ſuſtentationem ſuam. & ideo non illicite faciunt, ſi hanc humiliter, & ſuppliciter petunt. Sicut enim oculus videndo, operationem facit manui per neceſſariam, ita quòd manus oculo non poteſt improperare, nec dicere, opera tua nō indigeo, quinimmo vtilis eſt toti corpori eius operatio, & ſic meretur ſuſtentari, ſicut manus & pes, & mēbra alia, quæ ſunt expoſita labori, ſic & de iſtis membris Eccleſiæ non abſurde debet, & poteſt intelligi, ſi quis pio oculo velit iſtorum oculorum operam & vigilantiā intueri. Ad illud quod objicitur, quòd tales ſunt Giezi imitatores, quia ſpiritualia pro temporalibus miniſtrant. Ad hoc ſatis ſufficienter reſpondet gloſſ. ſuper illud. Diſpenſatio mihi credita eſt. Non debemus ideo euangelizare vt manducemus, ſed ideo manducare vt euangelizemus, vt cibus 1. Cor. 9. non ſit bonum quod appetitur, ſed neceſſarium, quod Matt. 6. adijcitur, vt illud impleatur, primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis. Vnde ſi finem conſtitueret quis in re temporali prædicando verbum Dei, abſque dubio hic peruerſus eſſet, quia de vita faceret finem, & eſſet ſimilis Giezi, & Balaam, qui mercedem iniquitatis amauit, & alijs pſeudoprophetis, qui in mercedem docebant, & in muneribus diuinabant. Si autem ſuſtentationem quęrunt ſicut viā ordinatam ad Euangelium prædicandum, tunc rectè incedunt, & Apoſtolos imitantur, nec a veritatis tramite in quoquam recedunt. Vnde ſuper illud. Edentes & bibētes quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua, glo. dicit. Nota quòd vni operi prædicatorum, duę mercedes debentur, vna in via quę nos in labore ſuſtentat alia in patria, quę nos in reſurrectione remunerat. Ad illud quod objicitur, quòd perfectorum eſt abſtinere a ſpecie mala. Dicendum eſt, quòd illa ſpecies eſt mala, dū homo rationabiliter poteſt ſuſpicari malum, circunſtantijs omnibus pēſatis quæ occurrunt, ſed ſi quis recte attendat huiuſmodi ſic pdicantes nō habent ſpeciem pſeudopredicatorum. Nam pſeudo prædicatores dicuntur per oppoſitum ad veros prædicatores, Veri aūt prædicatores dicuntur, quorum prędicatio habet auctoritatem, veritatem & vtilitatem. Falſi ſunt qui habent horum contraria, vel ſimpliciter, vel in parte. Sed ſi certe velimus attendere modernum ordinem, prædicatores hæc tria habent in ſe, auctoritatem quidem, quia miſſi ſunt a Summo Pontifice, & alijs

Qui ſunt veri & qui falſi prædicatores.

& alijs prælatis, qui ſunt Domini meſſis, veritatem, ſicut patet, quia fidem & mores prædicauerunt ſecundum legem Euangelij, vtilitatem, quia multos de ſtatu culpæ vocauerunt ad ſtatum pœnitentiæ, & ideo ſpeciem habent, & ſimilitudinem maiorem incomparabiliter, ſi quis pio attenderet oculo ad prædicatores veros, quam ad pſeudo, licet in tãto numero vix poſſit eſſe quin aliqui cum Iuda diligant loculos, & exorbitẽt ab itinere recto. Si enim Dominus hoc non conceſſit duodecim Apoſtolis quos perſonaliter elegit, quòd vniuerſaliter eſſent boni, quid mirum ſi hoc non concedet congregationibus alijs, nec tamen propter hoc non ſunt boni damnãdi cũ malis, ſicut nec mali iuſti ſunt, licet ſint permixti cum bonis. Ad illud quod obijcitur, quòd aut habent auctoritatem, aut non habent. Dicẽdum quòd habere auctoritatem, hoc eſt dupliciter, aut ex prima inſtitutione, aut ex commiſſione ſeu demandatione, vel per alia verba, aut ex iniuncto officio, aut ex conceſſo priuilegio, prima eſt auctoritas principalis, & poteſtatiua, & ſpectat ad Apoſtolos, & ad 70. & eorum ſucceſſores, qui ſunt Epiſcopi, & alij curati, ſicut dicit Lucæ decimo. Secunda eſt auctoritas minus principalis, & poteſt ſubauctoritas non abſurde dici, & cõpetit his qui ab Apoſtolis mittuntur tanquam diſcipuli, ſicut Paulus ſuos diſcipulos mittebat ad loca diuerſa, & potiſſime ei competit, qui eſt loco Petri principis Apoſtolorum, immò loco Chriſti qui eſt Dominus vniuerſalis meſſis, propter quod & habere dicitur plenitudinem poteſtatis. Sicut ergo primis habentibus auctoritatem principalem, competit ſumptus accipere poteſtatiue, ſicut dicit gloſ. ſecunda. Timot. ſecundo. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Ibi Gloſ. Neceſſaria ſibi ſumere ab his in quib. Deo militat, & quos tanquã cultor vineæ exercet, vel tanquam gregem paſtor, non eſt mendicitas, ſed poteſtas. Sic illis quibus competit auctoritas ſubprincipalis, cõpetit accipere ſupplicatiue. Quòd diſpoſuit Spirituſſanctus ad Eccleſiæ vtilitatem, vt non tantum efficeretur verbo prædicationis, verumetiam verbo humilitatis. Quomodo ergo didicit à Chriſto mitis eſſe & humilis corde miror, ſi hanc humilitatem & humiliationem audet tanquã reprobam condemnare. Ad illud quod obijcitur, quòd tutius & perfectius eſt ſequi viros probatiores, & ſapientiores. Dicendum, quòd ſecũdum diſpoſitionem diuinæ ſapientiæ Deus vniuerſa diſponit & ordinat temporibus ſuis. Vnde ſicut in primo tempore Eccleſiæ introduxit viros potentes, & miraculis, & ſignis, ſicut fuerunt Apoſtoli, & eorum diſcipuli, & medio tempore viros intelligentes in ſcripturis, & rationibus viuis, ſic vltimo tempore introduxit viros voluntariè mendicantes, & pauperes rebus mundanis. Et hoc quidem rectè congruebat, vt per primos deſtrueretur idolatria, & idolorum portenta, per ſecundos hæreſis, per tertios auaritia, quæ in fine ſæculi maximè regnat. Nihilominus tamen quia paupertas fundamentum eſt euangelicæ perfectionis, & ipſa eſt quaſi complementum eiuſdem, ideò vigeat in Eccleſiæ primordio, & congruum eſt vt viguit circa Eccleſiæ ſtatum finalem. Vnde ſicut Hierony. diſſoluit quæſtionem illam de eſu carnium 35. diſtin. ab exordio dicens, quòd in primo tempore ante diluuium non erat in conſuetudine vſus carnium, & poſtea poſt diluuiũ cõiter fuit omnibus conceſſus, & poſt in aduẽtu Chriſti laudabilis fuit abſtinentia ab eſu carnium. Vnde dicit ibidẽ, quòd ω, reualuit ad α, id eſt finalis ſtatus concordauit cum primo. Sic ſatis conuenienter intelligi poteſt, & in propoſito. Sicut tamen Hieronym. non intelligit de abſtinentia carnium quantum ad omnes, ſed quantum ad monachos ſolum, ſic nec de paupertate intelligendum puto, niſi quantum ad pauperes voluntarios, qui voluntariè renuntiauerunt mundo. Nolo tamẽ quòd aliquis ex hoc arguat quaſi ego dicam, quòd iam inſtet dies Domini, nec ꝙ proprias fimbrias magnificem, & dilatem, volens coram hominibus iuſtificari, quod præferam modernos Sanctis antiquis, quia in magno & alto ſtatu inueniri poſſunt multi infirmi, & imperfecti, nec iſte ſpiritus paupertatis defuit temporibus retroactis. Iuxta quod dicit Gregor. tertio dialog. de quodam ſanctiſſimo viro Iſaac nomine, qui fuit amator præcipuus paupertatis. Vnde & de eodem dicit. Cum ei diſcipuli innuerent, vt per vſum monaſterij poſſeſſiones, quę offerebãtur, acciperet, ille ſolicitus ſuæ paupertatis cuſtos, fortem ſententiam tenebat dicens. Monachus qui in terris poſſeſſionem quærit, monachus non eſt. Sic quippe metuebat paupertatis ſuæ ſecuritatem perdere, ſicut auari ſolent perituras diuitias cuſtodire. Ibi itaque prophetiæ ſpiritu & magnis miraculis cunctiſque, longe lateque habitantibus vita eius claruit. Ex quo apparet, quòd eius doctrina contemnẽda non fuit. Hoc etiam ſupra oſtenſum fuit multiplicib. exemplis, & adhuc multò pluribus poſſet oſtẽdi. Et ſi nulla exẽpla eſſent, ſatis per ſeipſam laudabilis eſſet ſtatus excellentiſſimæ paupertatis, non ſolum ſecundum ſcripturam ſacram, verumetiam ſecundum documenta ſanctorum, quæ paupertatis ſtatum voluntarium commendant tanquam præcipuum, & perfectũ. Sicut ergo abſurdum eſt valde, reprobare ſtatum coniugatorum diuitum, abſurdius ſtatum clericorum, & religioſorum poſſeſſiones habentium, & abſurdiſſimũ videtur ſi quis inueniatur, qui reprobare velit ſtatum pauperum in paupertate altiſſima, & mendicatione humillima Chriſto Domino famulantium, iuxta conſiliũ per os Ieſu Chriſti propoſitum, & irreprehenſibiliter promulgatum. Horum cauſam defendit Hieronym. Ad me relatum eſt (inquit) quod contra auctoritatem Apoſtoli Pauli, immo Petri, Ioannis, & Iacobi, qui dexteras dederunt Paulo, & Barnabæ communicationis, & præceperant eis vt pauperum memores eſſent, tu prohibeas Hieroſolymam in vſus ſanctorum, aliqua ſumptuũ ſolatia dirigi. Videlicet ſi ad hæc reſpondeo, ſtatim latrabis meam me cauſam agere, qui tanta cunctos largitate donaſti, vt niſi veniſſes Hieroſolymam, & tuas vel patronorum tuorum pecunias expẽdiſſes, vel effudiſſes, omnes periclitaremur fame. Ego hoc loquor, quod Beatus Paulus penè in cũctis Epiſtolis ſuis loquitur, & præcipit in eccleſijs gentium per vnam ſabbati, hoc eſt die Dominico omnes conferre debere. quę Hieroſolymam in ſanctorum ſolatia dirigantur. Nunquid in alia parte terrarum, & in his eccleſijs quas naſcentes fide ſua erudiebat, quæ ab alijs acceperat, diuidere non poterat, ſed Sanctus pauperibus dare cupiebat, qui ſuas pro Chriſto facultatulas relinquentes, ad Domini ſeruitutem tota mente conuerſi ſunt? Longum eſt enim nunc, ſi de cæteris Epiſtolis eius omnia teſtimonia reuoluere voluero, in quibus hoc ait, & tota mente feſtinat, vt Hieroſolymam & ad ſancta loca credentibus pecuniæ dirigantur, non in auaritiam, ſed in refrigerium, non ad diuitias congregandas, ſed ad imbecillitatem corpuſculi ſuſtentandam, & frigus, atque inediam declinandam. Hac in Iudea vſque hodie perſeuerante conſuetudine, non ſolum apud nos, ſed etiam apud Hebręos, vt illi qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra, niſi ſolum Deum, ſynagogarum, & totius orbis foueãtur miniſterijs, ex ęqualitate duntaxat, non vt alijs ſit refrigerium, & alijs tribulatio, ſed vt aliorum abundantia aliorum ſuſtentet inopiam. Hæc Hierony. His viſis ſatis plana eſt reſponſio ad prædicta.

2. Tim. 3.

In Epi. aduerſus vigilantium.

His autem, quæ prædicta ſunt, conatus eſt aliquis multipliciter aduerſari, quędam ex eis refellere volens,

tanquam impertinentia, quædam vt falſa, quædam vt inconſequentia, quædam vt dubia, plurima autem ex eis tanquam doctrinę Apoſtolicæ inimica. Hoc autem facit reſpondendo cuidam quæſtioni minus ſufficienter poſt collectæ in ſcholis, ſalua gratia colligentis, ſicut melius poteſt apparere in prænominata quæſtione. Primum igitur, impertinentia reputat quęcunque inducimus de diſcipulis Chriſti ad prædicandum miſſis, qa illis data erat auctoritas neceſſaria accipiendi, non ex mendicitate, ſed ex poteſtate. Qui autem prædicant abſque auctoritate, pſeudo ſunt, & ideo neutro modo nec ex auctoritate, nec ex mendicitate petere debent. Et ſi dicatur, ꝙ tales à Papa & ab Epiſcopis miſſi ſunt, dicit, quòd ab Epiſcopis ſunt paſcendi, extra de officio iudicis ordinarij. Inter cæteras. Fuit igitur data forma prædicantibus ex officio, & auctoritate, ſed ad tempus vt impedimenta amouerentur, & ideò auctoritates tā textus quam gloſſarum in hoc caſu impertinentes vidētur ad propoſitum, ſecundum eum qui quæſtioni prædictæ videtur aduerſari. Huius autem obuiationis apparentiam ſophiſticam facilè eſt detegere, ſi quis intelligat radicem poteſtatis in Apoſtolis, & prælatis, & nuncijs deſtinatis ab Apoſtolis. Certum eſt enim ꝙ hęc radicaliter fuit in Chriſto, ſecundum quòd dicit Apoſt. Quod erat Apoſtolus per Ieſum Chriſtū, & dicit Dominus. Sicut miſit me pater & cæter. Dedit autem Chriſtus Apoſtolis eos mittendo duplicem poteſtatem, ſcilicet prædicandi, & exigendi ſuſtentationem ſuam. Et has poteſtates conſtat eſſe diſtinctas, quia cum Epiſcopus poſſit ſemel in anno procurationes ſuas in vno loco exigere, poteſt tamē cum voluerit prædicare. Igitur Summus pontifex qui Chriſti locum tenet in terris, poteſt vtrunque ſimul dare, poteſt & vnam ab alia ſeparare. Quoniam ergo Summus Pontifex, & prælati non poſſunt omnia, quæ ad eos ſpectant exercere perſonaliter per ſeipſos propter diffuſos populos ſibi ſubiectos, ordinauit Spiritusſanctus in regimine Eccleſiæ, vt ipſe mitteret aliquando Legatos, qui vtráque haberent poteſtatem. Et rurſus ne particulares Eccleſiæ grauarentur, ordinauit vt Epiſcopi mitterent perſonas idoneas ad prædicandum, & confeſſiones audiendum, quibus etiam ipſi prouiderent, extra de officio iudicis ordi. Inter cætera. Ordinauit etiam, vt ipſe cum Prælatis mitteret pauperes voluntarios, & peritos, quibus nec ipſi eſſent aſtricti ad exhibendum, ne grauarentur multitudine ſumptuum, nec poteſtatem haberent ad exactionem procurationum, propter tollendum grauamen ſubditorum, & ita qui humiliter incederent tanquam pauperes, & contenti modicis, & ſola neceſſaria ſuſcipientes, & neceſſitatem ſuam cum opus eſſet humiliter inſinuantes, his qui voluntariè ſine grauamine, & cum hilaritate ſupportare & releuare, & poſſent & vellent. Vnde ſicut decretum de officio iudicis ordinarij à ſede Apoſtolica emanauit, ſic & confirmatio ordinis, & regulæ huiuſmodi pauperum prædicantium veritatem extra, de exceſſib. Prælatorum. Nimis praua, vt habitum eſt ſupra. Nec hoc factum eſt in præiudicium, ſed potius in adiutorium Parrochialium ſacerdotum. Nec ex hoc Eccleſia proſtituitur, ſi Curatis Deus prouidet adiutorium, vt animas ſibi commiſſas quarum habent curam, ab omni corruptione peccati perfectius cuſtodiant incorruptas, adminiculantibus ſibi viris ſpiritualibus, non vt dominis, vel curam habentibus, ſed potius velut ſeruis per charitatem Chriſti. Tales igitur, quia miſſi prædicant in humilitate, & paupertate, ſimiles ſunt viris Apoſtolicis, non pſeudo prophetis. Quia vero non habet illam plenitudinem auctoritatis, quam habent illam prælati, & habuerunt Apoſtoli, ideò inter opitulationes numerandi ſunt, dicente Pau. Poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde opitulationes, & cætera. Gloſſ. Opitulationes, id eſt eos qui maioribus ferunt opes, vt Titus Apoſtolo, & Archidiaconi Epiſcopis. Inter eos etiam numerari poſſunt, quos Paſtor Eccleſię Dei ſtatuit opem alijs ferre. Et ideo ego dixi iuxta morē ſermonis theologici, qui dicit ſub auctoritatem eſſe in eo, qui mittitur, quòd ſub auctoritatem habent non ad excuſandas excuſationes in peccatis, vt mihi imponitur, ſed potius ad intelligentiam veritatis. Forma igitur præſcripta Apoſtolis, debet & poteſt competere iſtis. Quod enim dicitur quòd fuit temporalis, cum ex ſcripturis auctoritatem nō habeat, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Rurſus ſi conueniens fuit forma in Eccleſia primitiua, quare non ſimiliter in finali, quantum ad eos, qui Apoſtolos in hac forma imitari volunt? Non enim dico, quòd vniuerſalis Eccleſia in omnibus ad paupertatem reducenda ſit, ſicut rabies mihi imponitur, ſicut ex verbis meis ſuperius apparet, ſed qui volunt poſſunt Apoſtolorum imitari perfectionem, & paupertatis altitudinē. Vnde exemplo Apoſtolorum ex verbis Euangelij in Eccleſia recitatis incitatus fuit Beatus Franciſcus ad aggrediendum huiuſmodi modum viuendi, ſicut ex legenda ſua clarius elucеſcit. Quod igitur ſuper illa verba ordo huiuſmodi fundatus eſt, non ſunt illa impertinentia, ſed per omnem modum pertinentia, tanquam huiuſmodi viuendi ſtabiliſſima fundamenta. Sunt igitur tales ſuſcipiendi, quia proficiſcuntur, vt pauperes pro nomine Chriſti, ſicut in canonica Ioannis dicitur, quòd qui tales recipiunt, ſunt cooperatores veritatis. Igitur qui talibus aduerſantur, & eos non recipiunt, vel non ſuſcipiendos dicunt, ſimiles ſunt dyotrephi de quo dicit gloſſ. quòd hæreſiarcha etiam fuit illius temporis, cuius doctrina & ſecta procul ſit ab omnibus Chriſtianis.

Gala. 1. Ioan. 21.

Religioſi ſunt opitulationes in Eccleſia. 1. Cor. 12.

Io. in 3. Epiſtol.

Refellere conatur aliqua ſicut falſa. Nam falſum eſſe aſſerit, quòd Chriſtus aliquid petierit vt mendicus. Nam etſi mendicus dicatur in Pſalm. hoc dicitur inquantum petijt à patre, vel inquantum aſſumpſit noſtras infirmitates. Si dicatur à Samaritana petiiſſe aquā, & à Zacheo hoſpitium, hoc non fuit ex mendicitate, ſed ex auctoritate, vel vrbanitate. Et rurſus ſi etiam mēdicaſſet, ad conſequētiam trahendum non eſſet, falſum eſſe nihilominus dicit quod aliqua mendicatio ſit volūtaria, immo omnis debet eſſe inuita & coacta. Hanc autem obuiationem, quæ falſitatem veritati impingit, facilè eſt de falſitate conuincere, ſi quis veritatem piè velit audire. Nam quòd Chriſtus fuit mēdicus & textus propheticus & gloſæ teſtantur, & quod petierit vt mēdicus, ſicut allegatum fuit in opponendo in ſecunda gl. & ſimiliter in Pſal. illo. Deus in adiutoriū meum intē. ſuper illud, ego verò egenus & pauper ſum, dicit gl. Aſſumit iſte ſibi verba Dei quæ in præcedenti pſalm. hęc eadem de ſe dixit. quaſi diceret, Illi qui quærunt animā meam ſunt diuites, ſed ego ſum egenus, i. petens, & pauper. i. inſufficiens mihi, quia & mundanas copias nō habe, & intus vbi eſt diues ſemper ambit, deſiderat & accipit. Secundum hanc conſtat quòd Chriſtus fuit egenus & pauper, & petens vt egenus, non à patre tantum, tunc enim omnes hoc modo eſſent mendici, & nulli diuites etiam habentes copias, quod eſt contra gl. Præterea Chriſtus adhuc petit à patre, Angeli petunt, & Sancti comprehenſores, ſed tamen non dicuntur mendici. Ex quo igitur teſtimonio tā expreſſo textus hic dicit, & gl. conſentit, & nulla auctoritas cōtradicit, quare nō fatebimur, ꝙ Chriſtus vt mendicus petierit? Fatemur enim eū fuiſſe virginem, & vxore caruiſſe, licet ſcriptura de hoc non faciat mentionem. Euangelium et exprimit, ꝙ petijt & potum & hoſpitium, & conſtat ꝙ non ex imperio, & dominio, & auctoritate, quia tunc exemplum

Pſal. 69. Chriſt⁹ dominus mē dicauit.

plum paupertatis non dediſſet, falſum etiam dixiſſet, quòd non haberet vbi caput ſuum reclinaret,cum haberet ſubditos a quibus poſſet procurationes exigere, & minus iuſte egiſſet in hoc quod prędicabat in Hieruſalem,& paſcebatur in Bethania, alibi faciens fructus, & prædicans,& alibi accipiens emolumẽtum.Sed dices quòd petiſt ex vrbanitate.Sed nunquid Chriſtus accepit paupertatem,ad docendam vrbanitatem?Nunquid propter curialitates humanas docendas fieri voluit egenus & pauper?Nunquid ſe magiſtrum vocat curialitatis,& non magis humilitatis?Diſcite a me (inquit ipſe) Matth.11. quia mitis ſum, & humilis corde. Petijt igitur ex humilitate,quod opportunum erat ad reuelandum ſuam indigentiam,ac per hoc vt mendicus pauper. Et conſtat, quòd hanc indigentiam non habuit,niſi quia voluit, nec petijt,niſi quia voluit, quia lapides in aurum cum voluit conuertere potuit, ſicut diſcipulus eius fecit Ioannes Euangeliſta,illis mendicare,& egere volentibus,& euangelizantibus, qui conuerſi fuerant retro, qui poſtmodum mendicitatem. & paupertatem gemmis pretioſis prętulerunt, ac per hoc cõſtat quòd Chriſti & eius ſequacium eſt voluntarie mẽdicare,alioquin minime mererentur in hac mendicatione & paupertate. Nam abſurdum eſt dicere,quòd paupertas & egeſtas ſint voluntariæ, & mendicatio ex ipſo procedẽs ſit coacta. Si ergo in Chriſto fuit ex paupertate,& humilitate, & voluntaria,quare non eſt trahenda ad conſequentiam,cum ipſe dicat, diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde? Cum etiam cæteros volentes ad Summum apicem perfectionis venire, inuitet ad ſequendum per ſe huiuſmodi paupertatem. Vade inquit, & Matt. 19. vende,&cætera.Et Apoſtolus dicat.Scitis gratiam Do 2.Cor.8. mini noſtri Ieſu Chriſti.Et poſt conſilium dicit glo. vt eius paupertatem imitemini, cum etiam iſta ſit perfectio,quæ omnibus communiter proponitur,& dicitur, qui poteſt capere capiat,cum Auguſt. ſuper Ioann.dicat,In omnibus quæ Chriſtus geſſit vt homo, hominibus in ſe credituris præbebat exemplum, cum Hieron. Hom. 15. dicat,quòd etiam ſi in miraculis non ſit a nobis imitandus, in his quæ humiliter geſſit,imitandus eſt a nobis, cum etiam ipſe fuerit vniuerſalis forma virtutũ in actibus ſuis.Vnde Auguſtin.de vera relig. Nullum peccatum committi poteſt, niſi dum appetuntur ea,quæ ille cõtempſit,aut fugiuntur,quæ ille ſuſtinuit, tota itaque vita eius in terris per hominem quem ſuſcipere dignatus eſt,diſciplina morum fuit.Quis igitur audeat dicere,quòd non ſit trahenda ad conſequẽtiam, niſi qui audet dicere, quòd Chriſto non debetur imitatio in his quę humiliter geſſit?hoc autẽ ſi dicimus quicquid ſanctitatis,virtutis,& perfectionis eſt,& Religio Chriſtiana cõfunditur, & ſubuertitur,& etiam eneruatur,quia qua ratione de hoc dicitur,eadẽ ratione,& alijs exemplis virtutum dici poterit, abſit autẽ hoc ab omnibus cordibus chriſtianis.

Refellere nititur nihilominus aliqua ſicut in conſequentia,dicit enim quòd non ſequitur, quod quamuis egeſtas ſit conueniẽs perfectioni ſanctorum, quòd propter hoc & mendicitas,quæ egeſtatem aliquando concomitatur,quòd ſimiliter poſſet argui de manducatione filiorũ,& de furtis,& rapinis,quę ex egeſtate & paupertate pluries ſubſequuntur. Inconſequens etiam dicit,quòd licet Beatus Benedictus fuit perfectus, & pp ea accipiendo ab illo Romano eleemoſynas quotidianas,opus egerit ad perfectionem ſpectans, quia perfectus multa facit quæ ad perfectionem non ſpectant,ſicut comedere,egere &cętera conſimilia. Inconſequẽs etiam dicit,quòd licet ſeipſum vilificare, & humiliare pro Chriſto ſit bonum, quòd propter hoc humiliare ſe mendicando ſit bonum,quia mendicare non eſt ſeipſum humiliare,ſed ſui curã agere. Et iterum meretrix ſeipſam vilificat proſtituendo, nec tamen in hoc placet Domino,pari modo nec vilificatio,qua quis ſe vilificat mendicando. Has autem inſtantias fœdas, quia fœda proponit exempla,& mendicitatem fœdare nititur,facile eſt ſpirituali viro reſpuere tanquam fœdas, falſas, & fictas. Inuenimus enim viros Chriſtianos,& perfectos in ſuis legendis non laudari de crudelitatibus in manducandis hominibus,vel de cupiditatibus in prædis agendis,vel de egeſtionibus,fornicationibus, & huiuſmodi ſimilibus,laudari autem,& prædicari inueniũtur,quod in tanta penuria viuere elegerunt,quòd non habebant victum neque veſtimentum,nec habere volebant tanquam diuites, ſed potius mendicare humiliter tanquam pauperes,& deſpecti,ſicut apparet in exẽplis,ſupra introductis.Nam quod ad egeſtatẽ ſequatur commeſtio filiorum, hoc eſt contra ordinem naturæ, quòd ſequatur furtum,& rapina, hoc eſt contra ordinem morum & iuſtitiæ.Quod autem ſequatur inſinuatio ſuæ neceſſitatis ad proximum, & poſtulatio ſubſidij pro amore Dei,hoc eſt ſecundum ordinem charitatis,& pietatis tam naturalis,quam etiam gratuitę & ſpiritualis.Nam omnis lex mandat proximum a proximo foueri & releuari. Quomodo igitur ſimile eſt de hoc quòd ordinem peruertit,& eſt ſecundum ordinem peruerſum.ad hoc quòd ſit ſecundum ordinem rectum,iuſtum & bonum charitatiuum, & piũ. Laudatur igitur Romanus monachus,quia ſecundum legem charitatis beato Benedicto procurabat,& Benedictus qui humillime ſuſcipiebat.Nuſquam autem inuenies eum laudatum quia egerebat,& ſtercorizabat,hoc enim valde eſt abominabile in medium introducere,cũ agitur de laudibus ſanctorum.Laudatur autem mendicans,licet curam ſui agat,non quia hoc facit qualitercunque,ſed qa facit humillime.Vnde ſicut ſobrie comedere eſt actus virtutis,licet comedere ſit curam ſui agere, ſic & in pro- Hom. 4. poſito intelligendum eſt.Vnde Chryſoſto. ſuper Mat- Super Matthę. thæ. loquens de pueris ſanctis,qui erant in palatio Regis Babilonis, ait ſic. Sancti itaque exiſtentes & iuſti, decies millies elegiſſent mendicare domi & eis, quæ in templo erant potiri bonis.Elegi enim(ait) abiectus eſſe Pſal.83. in domo Dei mei,magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.Decies millies itaque elegiſſent abiecti eſſe domi,quàm regnare in Babylonia.Eſt ergo in mẽdicatione humiliatio & vilificatio ſui Deo accepta,alioquin à ſanctis pueris non eſſet eligenda.Eligitur autem eo quod cura ſit ſui cum humilitate ſua.Illi autem qui curam carnis ſuę agunt in deſiderijs,& cõcupiſcentijs, illi proculdubio non laudantur,ſicut meretrix quæ ſeipſam proſtituit amore pecuniæ, vel feruore libidinis, ſed abſit hoc fidelium cordibus, vt humiliatio virorũ ſpiritualium in mendicatione ſit ſimilis vilificationi meretricis in ſui proſtitutione.Nam membra Chriſti non ſunt tollenda,vt fiant membra meretricis, Chriſtus autem de ſe in forma ſerui & etiam pro ſuis membris dicit.Ego ſum mendicus & pauper,Dominus autem ſolicitus eſt mei.Quod nequaquam diceret,niſi eſſe mẽdicum pro Chriſto adeo placeret Deo, vt Deum faciat Pſal.39. gerere curam noſtri ſpecialiſſimam,ſicut gerit pater de filijs,quòd de meretricibus & meretricantibus ſentire procul ſit ab auribus & mentibus chriſtianis.

Refellere nihilominus conatur aliqua alia velut dubia. Nam ad illud quod dicitur de beato Alexio,quod mendicauit, & Franciſco quòd miraculis hoc cõfirmauit.Reſpondet probans tanquã dubia & incerta, addẽs quòd etiã ſi miracula eſſent facta,nõ eſſet adhuc certũ, qa multi mali miracula faciũt,& ꝙ de panib.ẽt furtim ſublatis poſſent miracula fieri,nec tñ ex hoc cõſtaret ꝙ bonũ eſſet furari.Dubiũ ẽt dicit, ꝙ Romana Eccleſia approbauerit mendicationẽ,quia ſi hoc faceret, errare conuinceretur. Similiter & ſi imponeretur in pœnam

ſatisfactionis erraret, & hoc dicit nullatenus eſſe credendum. Huic autem obuiationi per dubitationem ſe protegenti, ſine dubio reſiſtẽdum eſt. Nam ſi in dubiũ reuocetur, quod legitur in legenda Sancti Alexij & legenda Beati Franciſci, pari ratione in dubium venit, quicquid legitur in legendis aliorum Sanctorum, ergo omnia exempla virtutum & geſta Sanctorum, iam reuocantur in dubium. Sed dubia imitari vel credere periculoſum eſt, ac per hoc perit fides, deuotio, & reuerentia, quæ habetur in Sanctis, ſi in dubium reuocentur cætera quæ narrantur de ipſis. Rurſus ſi miracula quæ fecerunt, non ſunt teſtimonia efficacia ad ſanctitatem eorum aſtruendam, ſtultizat hodie Eccleſia, quæ propter teſtimonia miraculorum Sanctos canonizat, & catalogo Sanctorum aſcribit. Poſtremò quis vnquã audiuit, quòd Deus per furem panem furtim acceptũ multiplicaret ad aliorum ſalutem? Audiuimus tamen per mendicum pauperem, panem quem mendicando acquiſierat, multipliciter augmentaſſe. Quod ſi dicas, hoc ſpeciale fuiſſe priuilegium, & familiari Sancti Spiritus conſilio eſſe factum, quomodo hoc alijs tradidit in legem, & regulam, in qua eos ad mendicationem innitat, ſi ſibi ſoli pro ſe ſolo eſt inſpirata? Si dicas, quòd ex proprio capite non per inſpirationem, quomodo nõ poteſt eſſe damnatus, qui ad actum reprehenſibilem, tanquam ad actum moris, & perfectionis, temerariè inuitauit? Quomodo etiam ſedes Romana de conſenſu Cardinalium hoc approbauit? Quod ſi dicas hoc non eſſe credendum, quod mendicitatem alicui imponat in pœnam, vel quòd approbet pro regula, & vita Sancta. Quod mendicitatem peregrinationis imponat, habetur de penitentia, vbi dicitur de ſacerdote qui reuelabat confeſſiones, quòd deponatur, & omni tempore vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat, ſed ſi viueret de labore honeſto, vel de ſumptibus proprijs non pergeret vt vilis, ſed potius vt honorabilis. Reſtat igitur, quòd imponit quòd vadat vt mendicus. Quod autem pro regula approbet, patet per illud ſcriptum ſuperius allegatum de excel. prælat. Nimis praua, vbi dicitur, quòd ordinem, & regulam prædicatorum, & minorum ſedes Apoſtolica noſcitur approbaſſe. Patet ẽt per regulam Beati Franciſci à domino Honorio approbatam, & confirmatam, vbi dicitur, quòd vadãt fratres pro eleemoſyna confidenter. Sed ſi errauit hoc approbando, & conſtat eum hoc approbaſſe, & confirmaſſe, conſtat etiam quòd vniuerſalis eccleſia per totum mũdum huiuſmodi ordines, & ſtatus acceptat. Concludẽdum eſt ergo ſecundum dictum huius hominis vnius, quòd vniuerſalis Eccleſia tota errauit, & decepta fuit, & qui huiuſmodi ſtatum erroneum inuenerunt & approbauerunt, omnes damnati ſunt, quòd eſt horribiliſſimum, & incredibiliſſimum, quòd Deus permitteret errare vniuerſaliter Populum ſanctum ſuum, & tantã multitudinem ſapientium, qui hæc tempora præceſſerunt. Quis autem tam ſapiens & tam iuſtus, vt audeat cæteros præter ſe iudicare fuiſſe deceptos & reprobos? mira eſt hæc ſapientia, quæ omnium oſtendit inſipientiam, & mira iuſtitia, quæ cæteros condemnat. Quod ſi hoc non ſapientia, ſed potius temeritas, ſedem Apoſtolicam velle iudicare, quæ à ſolo Deo iudicatur, & eius iudicium, & ſententiam reprobare, & tot viros ſanctos in infernum retrudere, & in baratrum damnationis, procul ergo hæc fiant à cordibus fidelibus, & chriſtianis.

Refellere etiam conatur plurima, immò ferè omnia tanquam doctrinæ Apoſtolicæ inimica, pro eo, quòd dicit mendicationem ab Apoſtolo eſſe prohibitam, tanquam malam, & tantum in caſu eſſe conceſſam. Dicit etiam me fuiſſe mentitum, & contra ſcripturam, & Apoſtolũ defendiſſe falſum, & defendere, in hoc quòd dicit, me dixiſſe, quòd laborare opere manuali non ſit præceptum. Dicit igitur quòd mendicare non eſt indifferens, ſed malum, & ideo propter adiectionem circunſtantiæ fieri nequaq̃ poteſt bonum, immo ꝙ plus eſt, in prædicantibus aſſerit eſſe ſimoniacum. Hoc autem ſuæ poſitionis fundamentum frequentius iteratum, facile eſt aduertere eſſe ruinoſum, cum omni eo quod ſuper ædificatur. Nam ſi mendicare prohibitum eſt, & mendicare peccare, ergo eſſe mendicum eſt eſſe peccatorem. Cum ergo Chriſtus ſe dicat mendicum, immo Propheta in perſona Chriſti, fatetur ergo Chriſtus ſe eſſe peccatorem, quod dicere vel credere non paruum eſt flagitium, vel peccatum. Rurſus ſi mendicare peccare eſt, mendicitas peccatum eſt ſiue mendicatio. Sed ſuper illud, vt eius inopia vos diuites eſſetis, gloſſ. dicit Nemo ſe contemnat, pauper in cella, diues in conſcientia, ſecurior dormit in terra, quam auro diues in purpura. (Gloſ. 2. Ad Cor. 8.) Non expaueſcas ergo cum tua mendicitate ad illum accedere, qui indutus eſt noſtra paupertate, vbi ſe pauperauit, nos ditauit. Ergo mendicitas diſponit, non retrahit à diuino acceſſu, conſtat igitur quòd non eſt peccatum. Amplius Chryſoſtom. ſuper Matth. dicit. Mendicare in nullo offendit Deum, furari autem ſiue rapere offendit Deum, & hominem. Hoc etiam patet per auctoritatem Chriſoſ. ſuperius allegatam de homil. quarta, ſuper Matthæ. (Sup Matth. Homil. 96. in fine.) Non ergo eſt ab Apoſtolo prohibitum nec inuenit alicubi hoc Apoſtolum prohibuiſſe, ſed potius cum ſuis coapoſtolis commendaſſe. Nam & prædicauit, & procurauit quòd collectæ fierent in pauperes ſanctorum, qui erant in Hieruſalem, (1. Cor. 16.) ſicut eleemoſynæ eis gratis impenſæ, & dicit quòd Petrus, & Iacobus dexteram dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis, vt nos in gentibus, ipſi in circunciſione, (Gala. 2.) tantum vt pauperum memores eſſemus, gloſſ. pauperum, qui rerum ſuarum venditarum pretium ad pedes Apoſtolorum poſuerant, memores eſſemus, ad opus illorum faciendo collectas. Si ergo Apoſtolus ſimoniacus non erat in hoc quòd collectas petebat, & diſcipulos mittebat ad hoc vt peterent eleemoſynas ab his, quibus ſpiritualia ſeminauerat, pro pauperibus qui erant in Hieruſalem. Si ſummus Pontifex ordines ſtatuat pauperes, qui ſpiritualia ſeminẽt, & de eorum quos ædificant verbo & exemplo eleemoſynis gratuitis petitis ſeu vltrò oblatis viuant, ab Apoſtolo in nullo prorſus diſcordat, quin potius concordat, cum tantam ſicut ipſe, & maiorem poteſtatem habeat in gubernando, & diſponendo ipſius Eccleſiæ membra. Sed obijciens, quòd Apoſtolus præcepit laborem corporalem in textu, & gloſæ videntur dicere, quòd hoc facit contra mendicitatem. Sed ad hoc eſt plana reſponſio. Eſto quòd Apoſtolus laborem huiuſmodi manualem præcipiat, quod nunquam negaui, ſicut apparet in verbis meis, ſed ꝙ hoc non vniuerſaliter præcipit ſeruis Chriſti, niſi fortè in articulo neceſſitatis, in quo non patet licita via habendi victum niſi per laborem manuum, ſed præcipit perſonis determinatis, ſecundum quòd apparet ex textu. Audiuimus quoſdam inter vos ambulantes inquietè, (2. Theſſ.) nihil operantes, ſed curioſè agentes, his autem qui eiuſmodi ſunt denunciamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes ſuum panem manducent. Et paulò ante. Denunciamus ne ſubtrahatis vos, & cætera. Gloſſ. Incipit hic de curioſis & ocioſis, monens vt corrigantur. Patet ergo ex ſerie textus & ex gloſſ. quòd mandatum illud ſe extendit ad curioſos, & ocioſos. Similiter. Rogamus vos fratres vt operam detis, vt quieti ſitis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcipimus vobis. (1. Theſſ.) Gloſſ. Operemini quòd adiuuat vos quietos eſſe. Illud enim malum, de ocio venit. Et hoc etiam patet quòd hoc dicit ad ocium vitandum, pigritiam tollendam, quæ eſt

ſentina

ſentina deſideriorum, & fomentum peccatorum. Vnde alibi ait. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, & cet. Ex hoc igitur patet, quòd labor non omnibus præcipitur, ac per hoc non inhibetur mendicatio, niſi illa quæ venit ex ocio & cupiditate, ſecundum quòd inſinuant textus & gloſ. Sed obijcies de Auguſtino de opere monachorum, qui loquebatur ad monachos, qui ſpiritualibus erant exercitijs occupati & intenti, non ocioſi, & illis dicit, quod ad huiuſmodi opera ſunt aſtricti. Ad hoc apparet manifeſta reſponſio, ſi attendatur concluſio circa finem, qua confutat eorum poſitionem, qui repudiabant operationem corporalem, in quo male ſentiebant, ibi. Quamobrem illi qui relicta, ſiue ampla ſiue qualicunque opulentia inter pauperes Chriſti viuere voluerint, ſi corpore valent, & ab Eccleſiaſticis occupationibus vacant, ſed manibus operantur, miſericordius agunt, cum omnia ſua indigentibus diuiſerunt. Quòd ſi nolunt, quis audeat cogere? Illi autem qui præter iſtam ſanctam ſocietatem vitã labore corporis tranſigebant, ſi non laborant, non manducent. Apparent igitur qui ſunt aſtricti, ſcilicet validi & fortes, & qui ab Eccleſiaſticis occupationibus vacant, & qui vitam in ſæculo de labore corporis tranſigebant, & tales multi erant inter illos monachos, & plures erant in exordio Religionis minorum fratrum, & ideo ad labores arctandi. Nunc autem comparatione aliorum pauciſſimi ſunt tales, & ideo non eſt contra Apoſtolum, ſi talibus conceditur ſimpliciter mendicare, maxime cum talis actus non ſit multum appetibilis, nec delectabilis, nec honorabilis, immo repletus multis vilitatibus, & miſerijs, ad quem nullius valentis viri cor poſſet inclinari, niſi in ſpe præmij, & amore Chriſti, & deſiderio proficiendi, cum adiutorio gratiæ Spiritusſancti, ſine qua vix credo poſſet diues ad tantæ adiectionis incommodum inclinari. Nec tales grauant Populum Domini, & Eccleſiam, maxime ſi nihil vltra neceſſaria petãt, quia multo plura expenderent, & conſumerent de eleemoſynis pauperum, ſi Clerici in ſæculo in Beneficijs præbendalibus remanſiſſent, nec tunc quando modicũ intenderent ſpiritualibus operibus, etiam indiuitijs præcluderetur via ſalutis, abſit igitur, quòd nunc præcludatur in tanta arctitudine paupertatis.

Ephe. 4.

Labor corporalis nõ omnibus præcipitur

Epilogus huius quæſtionis.

Ex iam dictis in hac quæſtione de paupertate, vt cetera recolligamus in ſumma, apparet, quòd ſicut mendicare in pauperibus debilibus & infirmis eſt neceſſitas naturæ, in validis ocioſis & cupidis, eſt vitioſitas culpæ, ſic in pauperibus voluntarijs contemptoribus ſui, & imitatoribus Chriſti, & prædicatoribus Euangelij, eſt actus conſonans, non repugnans Euangelicæ perfectioni, pro eo quòd omnibus vniuerſaliter renuntiare, nullam rem ſibi appropriando, eſt cõſilium a Domino vt perfectum, eleemoſynas accipere, iuſtis a pauperibus eſt conceſſum tanquam licitum, & in nullo perfectionis Euangelicæ inimicum, eleemoſynas etiam humiliter petere pauperibus voluntarijs, non eſt inhibitũ tanquam malum, vitam ſuam de lucro laboris ſui tranſigere, non omnibus validis pauperibus iniunctum tanquam præceptum neceſſario aſtrictiuum. Si quis ergo impugnat rerum temporalium vniuerſalem abrenuntiationem, impugnat Chriſtum pauperem, crucifixũ, impugnat Euangelicum conſilium, impugnat cœtum Apoſtolorum dicentium, Ecce nos reliquimus omnia, impugnat etiam Spiritumſanctum, qui hoc inſpirat, & ſuggerit cordibus perfectorũ, impugnat & ipſum Deũ patrem vniuerſorum, qui eſt refugium pauperum, impugnat denique regnum cœlorum, totum vniuerſum, cuius dominium pauperi eſt conceſſum, dicente Domino. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum. Et ideo contra talem inſenſatum, neceſſe eſt vt pugnet orbis terrarum. Qui autem impugnat eleemoſynarum acceptionem, & Chriſtum impugnat, qui ſtipendium accipiebat a mulieribus ſibi ſeruientibus, & ſe imitantibus: & cœtum Apoſtolorum, qui & ipſi eleemoſynas accipiebant, quæ ponebantur ad pedes eorum, & ſtatum monachorũ qui ſuper eleemoſynas fundati ſunt, & vniuerſum Clerum. Nam & ipſi de eleemoſynis viuunt, quæ vltrò Eccleſijs Chriſti collatę ſunt, & per conſequens communem pauperum ſtatum, quẽ tamen ſcripturæ diuinæ indicant Deo maximè eſſe acceptum. Qui verò impugnat humilem eleemoſynarum petitionem, in eis qui egent, licitè poſſunt accipere, impugnat Chriſtum, qui humiliter petijt hoſpitiũ, qui ſe fatetur eſſe mendicum: impugnant & Paulum, qui petijt collectas fieri pauperibus ſanctis, & hoc de voluntate Petri: impugnat vinculum charitatis, quod facit communicari in ratione dati & accepti, impugnat officium humanitatis, per quam indigens exponit neceſſitatem ſuam, ne ſibi ſit inhumanus, & alium excitat, qui poteſt, & vult vt proximo ſit humanus, & pius, & in hoc nullus offenditur, nulli præiudicatur, nihil inordinatè concupiſcitur, nihil indebitè aufertur in eis præcipuè qui non quærunt datum, ſed fructum. Qui autem impugnat ocioſitatem, cupiditatem, carnalitatem, & ſuperfluitatem, in cæteris chriſtianis, & præcipuè in religioſis, benè facit & rectè, ſi tamen ſecundum ordinem rectum procedat: qui autem vniuerſaliter omnibus validis onus imponit lucratiui laboris, de quo debeant ſuſtentari, præceptum Apoſtoli nimis ampliat, & iugum ſeruitutis ſuper Chriſti ſeruos nimium aggrauat, ſpirituales viros à ſpiritualibus occupationibus & laboribus retardat in periculum ſalutis animarũ, dum magis facit eos ſollicitos de ſuis morituris corporibus paſcendis, quàm de proximorum animis Domino acquirendis, quòd ſi fiat, decimatur menta & ciminum, & relinquentur quæ grauiora ſunt, legis iudicium, & miſericordia. præfertur miſericordia corporalis ſpirituali, ac per hoc corpus ſpiritui præfertur, priuatum commodum vtilitati communi, quæ ſpecialiter cõſiſtit in ædificatione Populi Chriſti in eleemoſynis, in documentis & animarum conſilijs, ad quæ miſit Deus iſtos ordines poſtremos per ſummum Pontificem & p̄latos, ad quæ ſi quis dicat eos miſſos, manifeſtè obuiat veritati, cum expreſſa ad hoc teſtimonia habeantur, tã in regula quã in priuilegio & inſtitutione & approbatione huius duplicis ordinis. Si autem dicat nõ debere mitti, detrahit Euangelicæ ſanctitati. Quis enim magis idoneus ad hoc, quàm qui deuouit Euangelicam perfectionem. Si quis dicat eos à Papa & Epiſcopis non poſſe mitti, derogat Apoſtolicæ auctoritati, & poteſtati clauiũ in Prælatis, & plenitudini poteſtatis in Summo Põtifice, qui in terris (vt ſcriptura aſſerit,) fides ſentit, iura teſtantur, rationes & irrefragabiles cõuincunt, caput vnũ & ſummum, & ſponſus vnicus, vt hierarcha præcipuus, in quo & totus Eccleſię militantis ſtatus obtinet locũ Chriſti, ideò omne genus debet ei curuari, & Principum & Prælatorum, & Clericorum & laicorũ, & Religioſorum in terris ad inſtar Chriſti in cœlis, cui omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium & infernorũ. Quod mẽdicare pro Chriſto ſit opus perfectionis Euangelicæ, multiplex aſtruit auctoritas. Nam Hiero. in Epiſtola de morte Fabiolæ commendans de hoc dicit ſic. Oblita ſui ſexus, fragilitatis immemor, ac ſolitudinis tantum cupida, ibi erat vbi animo morabatur. Non poterat teneri conſilijs amicorum, & ita ex vrbe quaſi de vinculis geſtiebat erumpere. Diſpenſationem pecuniæ & cautam diſtributionem, genus infidelitatis vocabat. Nam alijs diſtributionem eleemoſynarum tribuere,

Matt. 19.

Malth. 5.

Luc. 7.

Act. 4.

buere,ſed ſuis pariter effuſis,ipſa pro Chriſto ſtipes op
tabat accipere.Item Hieron. ad Furiam. Quoticſcun-
que manum extendis,Chriſtum cogita,caue,ne mendi
cante Domino Deo tuo,alienas opes augeas.Idem ſup
Pſal.108. Pſal.tractās illud verbū:perſecutus eſt hominem inopē
& mendicū, dicit ſic. Dn̄s inopem ſe dicit & mendicū,
qui cum eſſet diues, propter nos egenus factus eſt,& q
in diuitijs ſuis gloriatur?habetis cōſolationem pauperes.
Pſal. 145. Dominus enim nobiſcum eſt pauper.Idem ſuper Pſal.
qui dat eſcam eſurientibus,dicit.Monachus qui nō ha
bet,confidenter accipiat,qui habet & eructans eſt,non
accipiat,ſcis quia eſuris,ſcis quia non habes, magnum
eſt beneficium ſi accipis quod tribuitur tibi, ſi autē ha
bes & non eſuris,non debet cibum eſurientium accipe
re ſaturatus,accipe quod in ventrem mittas, non quod
in ſaculum,accipe tunicam quæ corpus tegat, non quæ
arcas impleat.Item hoc ipſum aſtruit Chryſoſt.loquēs
Hom.4.ſuper Matt. de tribus pueris exiſtentibus in Babylone.Ne enim mi-
hi eos,quos in regalibus atrijs inuenerunt honores di-
cas,ſancti enim exiſtentes & iuſti decies millies vtique
elegiſſent mendicare domi,& eis quæ in templo erant
Pſal.83. bonis potiri.Elegi enim,ait, abiectus eſſe in domo Dei
magis,quam habitare in tabernaculis peccatorum Idē
Homil.88 ſup. Matt. alibi dicit.Quando videris pauperem,recordare verbo-
rū per quæ ſignificabat,quoniam ipſe ſit qui cibatur,&
ſi enim in eo quod apparet,non eſt Chriſtus,ſed in hoc
ſchemate ipſe accipit & mendicat.Sed verecundaris au
diens quoniam mendicat Chriſtus. Verecūdare cū mē
dicanti non das.Hoc enim eſt verecundia, hoc ſuppli-
cium & tormentum.Mendicare enim cum,eius bonita
tis eſt ſignum,& ideo in eo nos ornari oportet.Item di
Idem Homil.69. cit.Melius eſt mendicare quàm rapere, hoc quidem ſci
licet mēdicare in nullo offendit Deum,illud autē offen
dit Deum,& homines.His etiam manifeſte concordat
Bern.in homil.ſuper illud Lu.Cum eſſet Ieſus annorū
12.quærens vbi Chriſtus fuit in triduo,dicit ſic.Per il-
lud triduum vbi eras bone Ieſu? quis tibi cibum mini-
ſtrauit aut potum?quis detraxit calceamēta?quis mem
bra puerilia fouit vnguētis?vbi ergo eras Domine? An
vt te per omnia conformares noſtræ paupertati,& om
nes in te humanas miſerias ſuſciperes, quaſi vnus ex
turba pauperum ſtipem per oſtia mendicabas,quis da-
bit me bucellarum illarum mendicatarum participem
fieri,& ſaltem diuini illius edulij reliquijs ſaginari? Itē
gl.ſuper illud Pau.Qui cum eſſet diues,&cæt. Nemo ſe
1.Cor.8. contemnat,pauper in cella, diues in conſcientia, ſecu-
rior dormit in terra,quàm diues auro in purpura.Non
ergo expaueſcas cum tua mendicitate ad illum accede-
re,qui indutus eſt noſtra paupertate,vbi ſe pauperauit,
nos ditauit.Amen.

*Magiſter Guilelmus.*

QVæritur vtrum pauperes validi & maxime regu-
lares,ad opera manualia vniuerſaliter ſint aſtricti?
Et quòd ſic,oſtenditur primò ex vinculo legis na
Gen. 2. turæ,ſcriptum eſt enim.Poſuit Deus hominem in Pa-
Gen. 3. radiſo vt operetur. Item.In ſudore vultus tui veſceris
pane tuo,ergo præceptum de laborando reſpicit homi
nem ſecundum naturam inſtitutā,& ſecundum naturā
lapſam,ergo ſecundum omnia tempora, ſed maximè re
ſpicit hominem qui poteſt per ſe ipſum, & non poteſt
ſupplere per alium,talis autem eſt pauper validus,ergo
talis tenetur ad manualiter laborandum. Item in Za-
Zach.3. cha.dicitur.Homo agricola ego ſum,quia Adam exē-
plum meum,glo. vt comedam panem meum in ſudore
vultus,dum ille ſe oſtenderet natum ad hoc, vt in ſudo
re vultus comederet panem,ſed hoc maximè conuenit
ei qui idiget pane,& poteſt laborare,& talis eſt validus
pauper,ergo,&c.Item ad ea ſine quibus non poteſt nā
tura ſubſiſtere,ſumus naturaliter obligati,ſed ſine labo
re corporali ſine manuali non poteſt genus humanum
in eſſe conſeruari,ergo ad hoc neceſſariò aliqui obligā
tur,ſed non niſi illi qui ſunt idonei,ſed tales ſunt paupe
res validi,quia indigent & poſſunt,ergo tales præcipuè
obligantur.Item ſicut os datum eſt homini ad mandu-
candum, ita & manus ad operandum, ſed qui negle-
xerit comedere cum indiget,ſi poſſit,facit contra dicta
men iuris naturalis,ergo pari rōne qui neglexerit ope-
rari manualiter,ſi indiget & valet:ſed talis eſt paup va-
lidus,ergo,&c.Item hoc ipſum oſtenditur ratione Re-
ligionis Chriſtianæ:primò per Apoſtolicum præceptū, Epheſ.4.
vbi dicit.Qui furabatur iam non furetur,magis autem
laboret operando manibus ſuis,&c.Si dicas hoc eſſe cō 1.Theſ.24
ſilium,contrà ait Apoſtolus. Operamini manibus ve
ſtris ſicut præcipimus vobis, vt honeſtè ambuletis ad
eos qui foris ſunt,& nullius aliquid deſideretis.Gl. Ne
dum rogetis vel tollatis,Sed hoc maximè reſpicit pau-
peres,ergo,&c. Item hoc ipſum videtur per Apoſtoli-
cum exēplum cum dicitur. Ipſi ſcitis quemadmodum 2.Theſa,3
oporteat imitari nos,qa nō inquieti fuimus inter vos,
neque gratis panem manducauimus,ſed in labore & fa
tigatione,&c.Gl.Apoſtolus forma erat his,qui tenues
erant in ſubſtantia in plebe, vt diſcerent libertatem ſuā
non amittere.Qui enim ad alienam menſam frequēter
conuenit otio deditus, aduletur neceſſe eſt paſcenti ſe.
Cū Religio noſtra ad libertatem hominem vocet,ergo
hoc eſt contra Religionem noſtram.Itē hoc ipſum vi- Vbi ſupra.
detur p Apoſtolicum edictū,vbi idem Apoſtolus ait.
Cum eſſemus apud vos,hoc denūtiabamus vobis,quo 2. Ioan. 5.
niam ſi quis non vult operari,nō mãducet.Sed cōſtat,
ꝙ non loquitur niſi de his qui indigent refectione,er-
go,&c.Si dicas ꝙ non intelligitur de labore corporali,
contra hoc,quod ibidem dicit glo.Dicunt quidam, de
operibus ſpiritualibus hoc Apooſtlum præcepiſſe, ſed
ſuperfluè conantur & ſibi cæteris caliginem obducere,
vt quod intelligitur,charitas monere,non ſolum facere
nolit,ſed nec intelligere. Sed forte dices, quòd verba
Apoſtoli intelliguntur dici ad curioſos,vagos, & otio-
ſos,non ad Chriſti ſeruos ſpiritualibus occupatos, con
trà ſuper illud,qui non laborat.Gl.vult Apoſtolus ſer-
uos Dei corporaliter operari,vt habeant vnde viuant,
vt non compellantur egeſtate neceſſaria petere,ſed ſer-
ui dicuntur viri boni & iuſti,& talibus præcipit opera-
ri,vt non compellantur mendicare,ergo pauperes vali-
di,&c.Hoc ipſum oſtenditur rōne profeſſionis mona-
ſticæ.Primo p beatum Auguſt. qui per totum librum
de opere mona.intendit tanquā finali concluſione oſtē Gl.Lu.12.
dere,ꝙ Monachi aſtricti ſunt ad opera manualia.Item
gl.ſuper illud Luc.vendite quæ poſſidetis,& date elee-
moſynam,&cæt.vt omnibus ſpretis pro Deo,poſtea la
bore manuū operemini vnde viuatis, vel eleemoſynā
faciatis,ſed omnes regulares ex voto tenent ad conſiliū
paupertatis,ergo ſecundum glo. labor manualis debet
ſequi abrenunciationem,ergo oēs tenentur ad corpo-
ralem operationem.Item Hiero.ad Ruſticum,ait.Sem In Epiſ.ad Ruſticum
per aliquid boni facito,vt te Diabolus inueniat occupa & habetur
tum.Si Apoſtoli habentes poteſtatem de Euangelio vi de cōſecr.
uere laborabant manibus ſuis,ne quemquam aggraua diſt.5.
rent,cur tu in vſus tuos ſucceſſuras res non pparas, vel
fiſcellam texe iunco,vel caniſtrum lentis plecte vimini
bus. Et poſt.Scribantur libri,vt & manus operentur
cibos,& anima ſaturetur lectione.Item beatus Bene
ctus in regula ſua.Tunc veri Monachi ſunt,ſi de opere
manuum ſuarum viuāt,ſicut patres noſtri Apoſtoli.Er
go ſi hoc facit nos imitatores Apoſtolorum, & omnes
religioſi debent eſſe tales,ergo & operarj manualiter

cum

tum opera ſupererogationis non diminuant, ſed implere debeant opera præceptorum. Item beatus Franciſcus in regula ſua. Fratres (inquit) quibus dedit Dominus gratiam laborandi, &cęt. Et quòd de labore corporali intelligat, patet per hoc quod ſequitur. De mercede vero laboris.

*Sanctus Bonauentura.*

Luc. 10. CONtra, quòd non omnes validi pauperes ad opera manualia ſint aſtricti, videtur pro ratione contemplationis. Nam Salua.di. Martha ſolicita es, &cæt. vſque elegit. Melius ergo faciebat Maria intendens contemplationi, quam Martha corporali occupationi, ſed non melius ageret, ſi omitteret illud ad quòd tenebatur, ergo intendens contemplationi, abſoluitur

Gloſ. Gen. ab opere corporali. Item ſuper illud Gene. confirmatus eſt ager. glo. contemplatiua vita a ſecularibus actionibus funditus diuidit, ſed non ab actionibus ſpiritualibus, ergo a corporalibus. Nec diuidit contra legem Dei, ergo contemplantes non ſunt aſtricti ad hoc. Item labor manualis non eſt actus reſpiciens vniuerſaliter omnia membra Chriſti, alioquin nullus ſine eo poſſet ſaluari, reſpicit ergo officium alicuius membri, ſed membrum habens officium dignius non tenetur ad actum membri indignioris, ergo ſi digniora ſunt membra quę habent gratiam contemplandi, non aſtringuntur ad officium vel exercitium actionis, maxime cum neceſſitas non compellit defectus inferioris membri ſupplere. Item quòd non omnes aſtringantur, oſtenditur ratione prædicationis. Nam vbi Luc. dicit. Miſit eos binos, &c. Glo. Ambr. dicit. Tanta debet eſſe prædicatori fi-

Gl. Luc. 10 ducia, vt ſibi neceſſaria nō defectura certiſſime ſciat, ne dum ſibi præuidet terrena, minus alijs præuideat æterna, ergo ſtudium prædicationis & doctrinæ non debet

Gl. Luc. 10 intermitti propter opus corporale, cum homo non perfecte ſufficit ad vtrunque. Item ſuper illud Luc. Dignus eſt operarius mercede ſua, gl. ait. Duæ mercedes prædicatori debentur. Vna in via quæ in labore ſuſtentat. Altera in patria quæ in reſurrectione remunerat: ſed quod debetur, alicui nō tenetur illud labore corporali acquirere, ergo prędicator non tenetur propter neceſſitatem corporis manualiter operari. Item Auguſt. de opere mona. Si Euangeliſtæ ſunt, ſi miniſtri altaris, ſi diſpenſatores ſacramentorum, plane ſibi vendicant poteſtatem viuendi, ſcilicet ſine opere corporali, ergo, &c. Item quòd non omnes aſtringantur, oſtenditur ra-

Glo. 1. Cor. 9. tione ſpiritualis occupationis. Vnde Apoſtolus ait. Ne ſcitis quòd qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altario ſeruiunt, cum altario participant? vbi Glo. Naturalis ratio dictat, vt quis viuat inde, vbi laborat. Si ergo fidelis qui intentus eſt ſpiritualibus occupationibus dignus eſt ſuſtentari, nec talis eſt ocioſus, ergo nec ratione ocij vitandi, nec etiam victus acquirendi tenetur manualiter operari. Item Anſ. de ſimili. Tres quippe ſunt ordines hominum, orantes, agricultores, & defenſores, quos ad diuerſa officia Deus ĩ hoc mundo diſpoſuit. Monachos vt pro alijs orent, & lacte prędicationis imbuant. Agricultores vt de ſuo labore & ipſi & alij viuant. Milites vt orantes defendāt. Sed milites digni ſunt ſuſtētari, quando ſuum officium exercent abſque labore corporali, ergo pari ratione & Monachi digni ſunt. Item ſi ſpiritualis occupatio non excuſat a labore corporali, ergo multo minus nec ſcientialis, ergo omnes validi pauperes qui ſtudent in qualibet ſcientia ſunt in malo ſtatu, quia non viuunt de labore manuum ſuarum, ſed hoc eſt valde abſurdum, ergo & primum. Item Chriſtus legem perfectiſſime impleuit, quia decebat eum implere omnem iuſtitiam, ſed Chriſtus pauperrimus fuit & validus, ergo ſi tales vniuerſaliter operari tenentur, Chriſtus non perfecte legē impleuit, nec dedit exemplum perfectum, ſed hoc eſt inconueniens, ergo & primum. Item beatus Benedictus quando erat in ſpelunca, erat pauper & validus, et tamē non viuebat de labore manuum ſuarum, ſed edebat qđ ſibi Romanus apportabat, vt dicitur 2. dialogorum, ergo vel erat in malo ſtatu, quod abſurdum eſt, vel non ponebatur ad operandum. Itē aut pauperes validi poſſunt viuere de eleemoſynis abſque manuali opere, aut non. Si ſic, habeo propoſitum ꝙ non tenentur. Si non poſſunt, ergo cum omnia bona eccleſiarum et monaſteriorum non ſunt niſi eleemoſynæ pauperum, vt ſancti dicunt, & manifeſtum eſt, ergo omnes quotquot validi & clerici & monachi, qui viuūt de huiuſmodi bonis ſine labore manuali, ſunt in ſtatu perditionis. Si ergo hoc eſt abſurdiſſimum, patet quòd & illud ex quo ſeqtur. Si dicas, ꝙ de groſſis et magnis eleemoſynis licet, ſed de paruis non licet, hoc non ſolum abſurdum eſt, verumetiam adeo ridiculoſum vt manifeſte qui ſic dicit, colet culicem, & glutiat camelum. Reſtat ergo quòd ad huiuſmodi opera manualia, non omnes validi pauperes ſunt aſtricti.

*Reſponſio.*

AD prædictorum intelligentiam eſt notandum, ꝙ ſicut circa fidem beatiſſimæ Trinitatis, triplex eſt via ſciendi, ita quòd duæ quæ declināt ad extrema, ſunt erroneæ, ſicut hæreſis Sabelliana, & Arriana, media verò vera & catholica. Sic in quęſtione propoſita duplex eſt via declinans ad extrema, & ideo erronea & reprobanda, media vero recta & acceptanda. Vnus eſt modus dicendi, quod nulli pauperes volūtarij, quantumcunque validi, ad opera manualia ſunt aſtricti, ſed ſolum ad ſpiritualia. Et hi fundauerunt ſe ſuper illud Matthei. Reſpicite volatilia cœli. Hic autem modus dicendi eſt erroneus, quia eſt corruptiuus Eccleſiæ, & deprauatiuus ſcripturæ. Corrumpit Eccleſiam, dum ſimulando falſam iuſtitiam, fouet pigritiam, dum ſimulat ſe velle Euangelium perficere, vult ocium carnis nutrire. De quibus Auguſt. in lib de opere Monachorum. Quis ferat homines contumaces ſaluberrimis monitis Apoſtoli reſiſtentes, non ſicut infirmiores tolerari, ſed ſicut ſanctiores etiam prædicari, vt monaſteria doctrina ſaniore fundata, gemina illecebra corrumpantur, & diſſoluta licentia vacationis, & falſo nomine ſanctitatis. Deprauat etiam ſcripturam, quia nimis ampliat verba Euangelica, & nimis arctat verba Apoſtolica. Vult enim quòd Euangelium inhibeat perfectis omne opus corporale, & vult ꝙ Apoſtolus non ſuadeat niſi opus ſpirituale, quorum vtrunque falſum eſt. Et contra hanc falſitatem Augu. totum librum de opere mona. condidit, oſtendens quòd Apoſtolus intelligit de opere corporali, & quòd Euangelium non vetat corporalia opera, ſed ſolum quòd cor non ſolicitetur præoccupatum circa temporalia. Vnde in principio libri de opere mona. ait. Prius debemus oſtendere beatum Apoſtolum opera corporalia ſeruos Dei operari voluiſſe, deinde oſtendere Euangelica illa præcepta de quibus nonnulli non ſolum pigritiam, ſed arrogantiam fouent Apoſtolico præcepto & exemplo non eſſe contraria. Vnde conuincit Augu. poſitionem iſtam eſſe reprobandam. Secundus modus dicentium eſt, quòd omnes validi pauperes qui non habent vnde viuat, ad opera manualia ſeu corporalia ſunt aſtricti. Et innituntur verbis Apoſtoli dicentis. Qui non laborat, non manducet. Nec poſſunt excuſari, vt dicunt, per opera ſpiritualia,

Erroneū ē dicere qđ nulli pauperes volūtarij tenentur ad opera manualia.

Matth. 16.

2. Theſ. 4.

Erroneū ē ꝙ omnes validi pauperes tenētur ad opera manualia.

tualia. Et hic quidem modus dicēdi eſt erroneus, ſicut
& primus. Nam nimis declinando ad alteram extremi-
tatem, deprauat ſcripturam, & corrumpit Eccleſiam.
Scripturam deprauat, quia nimis ampliat verbum Apo
ſtoli, dum dicit. Qui non laborat non manducet, volēs
illa verba de labore manuali non ſolum ad ocioſos, ſed
quantumcunque vtiliter in ſpiritualibus occupatos ex
tendi, qui non ſunt curati. Nimis etiam reſtringit verba
Euangelica, dum illa verba, dignus eſt operarius merce
de ſua: ad eos ſolos extendit, qui habent animarum cu-
ram, cum potius fiat homo dignus mercede ex opere q̃
ex dignitate. Abſit omnino a fidelibus mentibus, quòd
cooperatores habentium curam non ſint digni opera-
rij, nec digni mercede, & ſuſtētatione ſua, maxime qui
fideliter collaborant in verbo & doctrina. Eccleſiam
etiam corrumpit, dum ſimulat diſtrictionem iuſtitię, &
perſequitur ſpiritum vitæ. Quod enim aliud eſt hoc,
quam quod ſignificatum eſt per prepoſitos Pharaonis,
Exodi. 1. de quibus dicitur in Exod. quòd oderāt filios Iſrael, &
ad amaritudinem perducebant, affligētes operibus du-
ris luti, & lateris, atque omni ſeruitute. Et ne forte vi-
dear moueri ſpiritu proprio, audi quid dicit glo. ſuper
Exod. 5. illud Exod. Quare Moſes & Aaron ſolicitatis Populū
ab operibus ſuis? Ite ad onera veſtra. Hodie ſi Moyſes
& Aaron, ideſt propheticus & Sacerdotalis ſermo ani-
mam ſollicet ad ſeruitium Dei, exire de ſeculo, renun-
tiare omnibus q̃ poſſidet, attendere legi & verbo Dei,
continuo audies vnanimes & amicos Pharaonis dicen
tes. Videte quomodo ſeducuntur homines, et peruertū
tur adoleſcentes, ne laborent, ne militent, ne agant ali-
quid quod ꝓſit, relictis omnibus neceſſarijs inertias ſe
ctantur & otium. Quid eſt ſeruire Deo? laborare no-
lunt, & ocij occaſiones quærunt. Hæc erant tunc verba
Pharaonis, hæc & nunc amici eius loquuntur, nec ſolū
verbis, ſed etiam verberibus perſequuntur. Hucuſque
glo. Quoniam igitur vtraque opinionum vel ſententia
rum declinat ad extrema, & declinando deprauat ſcri-
pturam, & corrumpit Eccleſiam, ideo vtraque reprobā
da. Prima quia dat fomentum pigritiæ. Secunda quia
nittitur extinguere ſpiritum vitæ ſub onere ſeruitutis
Aegyptiacæ. Prima quia fouet ocium carnale, ſecun-
da quia perſequitur ſpirituale. Propterea ſecunda lon-
ge peruerſior eſt, quam prima, licet vtraque ſit mala.
Ideoque vtraque repulſa, tenenda eſt via media, quòd
de pauperibus validis aliqui ſunt aſtricti, aliqui vero ab
ſoluti, aliquibus indicitur ſub præcepto, aliquibus pro
conſilio, aliquibus nec iſto, nec illo modo. Ad cuius ple
niorem euidentiam notandum eſt, quòd regnum reipu
blicæ in Eccleſia attenditur circa tria, ſcilicet quantum
ad bonum interius, quod eſt corporale: quātum ad bo-
num exterius, quod eſt ciuile, et quantum ad bonū inte
rius, quod eſt ſpirituale, & ſcd̄m hoc triplex genus ope
ris eſt neceſſarium ad regnū reipublice & Eccleſię mi-
litantis, ſcilicet opus artificiale, quod & manuale dici-
Triplex eſt genus operis. ſ. corporale, ciuile & ſpirituale. tur, quia manus eſt organum organorum, opus ciuile,
& opus ſpirituale. Opus manuale ſiue corporale dico,
quod eſt neceſſarium ad preparanda alimenta, veſtimē
ta, & habitacula, & diuerſorum opificum, & artium in
ſtrumenta. Opus ciuile dico, quod eſt ipſorum præſi-
dum gubernantium, militum defendentium, & merca-
torum negotiantium, & famulorum ſubminiſtrātium.
Opus ſpirituale dico, quod conſiſtit in diſſeminādo di-
uina verba, meditando diuina cantica, in diſpenſando
Occupati operi ciuili, aut ſpirituali, nō tenentur ad opus manuale. ſacramenta, in communicando bona ſibi diuinitus da-
ta, ſiue terrena ſiue ſpiritualia. Nam diſtribuere ſua pro
Chriſto, opus eſt ſpirituale, non ciuile, non ciuitatis ter
renæ. Sicut ergo qui intenti ſunt operibus ciuilibus rei
publicæ, ad opera manualia per Apoſtolicum præce-
ptum non intelliguntur aſtricti, ſic nec hi qui intenti
ſunt ſpiritualibus, maxime ſi redundet in aliorum ſalu

tem, commodum, & profectum. Et ideo occupatos in
quatuor generibus operum ſpiritualium prædictorum
excipit Auguſt. a tentatione Apoſtolici præcepti in li-
bro de opere mona. cum dicit. Si Euangeliſtæ ſunt, ſi
miniſtri altaris, ſi diſpenſatores ſacramentorum, plane
hanc ſibi vendicant poteſtatem, ſi aliquid habebant in
ſeculo, quo facile ſine opificio ſuſtētarent hanc vitam,
quod conuerſi ad Deum indigentibus diſpartiti ſunt.
Euangeliſtæ autem diſſeminant diuina verba. Miniſtri
altaris decantant diuinas laudes, & diuina cantica. Di-
ſpenſatores ſacramentorum diſpenſant diuina ſacramē
ta, & maxime Euchariſtiæ vel pœnitentiæ. Qui diuiſe-
runt ſuas poſſeſſiones, diſtribuerūt bona ſua. Si ergo di
gni ſunt ſuſtentari pro vnica diſtributione ſpiritualiū,
etiam ſi nihil corporaliter operētur, & ſi ille qui docet
filium alicuius grammaticam, meretur ab eo ſuſtenta-
ri, quare non ille qui docet viam Regni cœleſtis, qui
impetrat gratiam orando, qui etiam exemplis bonę vi-
tæ excitat & dirigit ad ęternam ſalutem? Cum ergo Re
ſpublica vniuerſalis Eccleſiæ ſeu Eccleſiaſticæ hierar-
chiæ indigeat ad ſui conſeruationem triplici opere ſu-
pra dicto, nec Deus, nec Angelus, nec Paſtor Eccleſiæ
vel Rector ſicut Apoſtolus, aſtringit ad huiuſmodi o-
pera, niſi ſecundum quòd exigit ſalus, neceſſitas, et vtili
tas ipſius Eccleſiaſticæ hierarchiæ, cuius ſerui Chriſti
ſunt membra. Quoniam ergo inter membra Chriſti Pauperes validi qui ad ſpiritualia nō ſunt idonei, ad manualia tenentur.
ſunt quædam maxime idonea ad operationes corpora-
les, & minime ad ſpirituales, quædam econtrario mo-
do, hinc eſt, quòd illis pauperibus validis. qui ad opera
corporalia maxime ſunt idonei & minime ad ſpiritua-
lia, qui conuenienter aliter neſciūt vitare ociū, & opus
facere victu dignum, tales ad opera manualia aſtringū
tur, & eis eſt manuale in præcepto. His autem qui ſi-
mul ſpiritualibus ſufficienter poſſunt intēdere, & labo
re manuum victū acquirere vel in toto vel magna par
te, qualis fuit Apoſtolus Paulus, eſt opus manuale in cō
ſilio. His autem qui maxime ſunt idonei ad ſpiritualia
opera prædicta, vel etiam ad ciuilia, & minime ad hæc
manualia, huiuſmodi opera lucratiua & artificialia nō
ſunt in præcepto, nec etiam in conſilio, quia ſtultum
eſſet, quòd pro re modicæ vtilitatis commune bonum
magnū incurreret detrimētū, nec hoc ordinauit Deus
nec eius Apoſtolus, ſicut in ſequentibus euidenter oſtē
ditur. Quod autem de huiuſmodi operibus & homini
bus diuerſificari debeat iudicium ſecundum diuerſita-
tem donorum, officiorum, & gratiarum ſibi diuinitus
collatarum, oſtendit glo. ſuper illud Deute. Benedictus
fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, & fructus iu- Gl. Deut. 27.
mētorum tuorum, ita dicēs, diuerſos ordines notat ſub
ditorum. Alij enim Doctoribus corporalia præbēt ad
iumenta, alij laborare poſſunt, quod ſibi fuerit præce-
ptum, alij ſimplicitate contenti per innocentiā vitæ ſtu
dent Deo placere, vnuſquiſque proprium donum ha-
bet ex Deo. Concedendum eſt igitur, quòd nō omnes
validi pauperes, etiam non curati, ad huiuſmodi opera
manualia ſunt aſtricti, & concedende ſunt auctoritates
et rationes hoc probantes, hoc oſtendentes. Ad illud ꝙ
primo obijcitur in contrarium de obligatione legis na
turæ dicendum, quòd natura ad hoc non aſtringit niſi
ratione periculi vitandi. Nam ſi ex lege naturæ hæc ma Nō aſtringitur homo ex lege naturæ ad opus manuale.
neret obligatio, cuncti eſſent vniuerſaliter & ęqualiter
obligati, quod abſurdiſſimum eſt, ideò ſi aliquis a na-
tura aſtringitur, hoc non eſt niſi propter vitandum pe
riculum, & hoc poteſt eſſe triplex. Aut quia non po-
teſt fructuoſe ſine labore viuere, aut quia non poteſt
honeſte viuere, aut quia non poteſt viuere. In primo
periclitatur entitas, in ſecundo honeſtas, in tertio vti-
litas. Eſt autem naturaliter inſertus homini amor ſui,
eſſe continui, amor honeſti, & amor commodi, & per
hoc lege naturę aſtringitur homo ad vitādum hoc tri-

plex

plex periculum. Sic ergo aſtringitur neceſſariò ad manualiter operandum pauper validus, ſi, in tali articulo conſtitutus eſt, quòd non poteſt aliter viuere, vel non poteſt honeſte ſiue iuſte, vel nō poteſt aliter viuere fructuoſe. Si autem poteſt aliter hoc periculum vitare ęq; vel magis vtiliter, aſtringi ad hoc non habet ex lege naturæ. Quod ergo objicitur, quod homo ex prima ſua conditione ordinatus eſt ad iſtam operationem, Dicendum, ꝙ nullus homo debet eſſe ſine labore in hac vita, ne forte de eo dicatur quod de reprobis dicitur in
Pſal. 82. Pſalm. In labore hominum non ſunt, &c. ſed ex hoc nō ſequitur, quod oporteat occupari circa laborem manuum, & maximè lucratiuum. Et per hoc patet reſponſio ad ſequens, ab exemplo Adæ, quia conſtans eſt, ꝙ non omnes obligantur ad opus agriculturæ. Ad illud quod dicitur, in ſudore vultus tui, &c. tunc nō dictum eſt in præceptum iuris, ſed in pœnam culpæ perpetratæ ſicut patet per textum ſequentem. Ad illud quod obji-
Gen. 3. citur, quod ſine huiuſmodi opere non poteſt genus humanum ſuſtentari. Dicendum quod duplex eſt mandatum, vnum indiuidui, aliud quod reſpicit conſeruationem ſpeciei, ſicut eſt mandatum de manducando, & mandatum de generando. Illud ergo quod reſpicit conſeruationem ſpeciei, non obligat niſi in communi, quia vno, implente alius abſoluitur, ſicut de generatione, & quia opus manuale eſt huiuſmodi, niſi in eo qui conſtitutus eſt in ſtatu periculi, ideo non habet niſi talis aſtringi. Ad illud quod objicitur, quod ſicut os eſt ad manducandum, ita & manus, &cet. dicendum, quòd non eſt ſimile, quia ſi homo poſſet viuere ſine comeſtione, ſicut poteſt viuere ſine manuali opere, non teneretur manducare. Præterea vnus homo poteſt operari pro alio, ſed non manducare pro alio, ideo non oportet ſic omnes aſtringi vniuerſaliter ad manualem operationem, ſicut ad manducationem. Ad illud quod objicitur de præcepto, exemplo, aut dicto & verbo Apoſtolico. Notandum, quòd circa Apoſtolicum præceptum conſideranda eſt perſona cui præcipitur, cauſa pro qua præcipitur, & forma ſub qua præcipitur. Si conſideretur perſona, non omnibus præcipit generaliter, ſed de-
2. Theſſ. 4. terminate quibuſdam. Ait enim. Et audiuimus quoſdā inter vos ambulantes inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes. His autem qui huiuſmodi ſunt denuntiamus, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Præcipit ergo inquietis curioſis & ocioſis. Si autem conſideretur cauſa, non eſt dubium quin ſit ad remotionem horum trium vitiorum. Quia enim labor corporalis valet ad corpus domandum, ad ocium tollēdum, ad victum honeſte quærendum, idem Apoſtolus imponebat eis laborem quaſi in vitiorum iſtorum medicamentum. Nam inquieti labore domante, otioſi labore excitante, curioſi & fœda cura victum quærentes, vt dicit glo. indigent labore victum promerente. Ideo Apoſtolus quaſi per ſe loquitur, & proprie & ſufficientiſſimè in prædicto mandato ſi attendatur cauſa. Si vero attendatur forma ſub qua præcipit, conſtans eſt, ꝙ debet conuenire cum cauſa. Apoſtolicum enim hoc pceptum eſt, & ad tria prædicta ille aſtringitur, qui non poteſt habere illa tria per aliam viam licitam & conuenientem, qui vero poteſt non aſtringitur determinatè ad hanc viam quantum eſt de ipſius præcepti efficacia, qđ dedit Apoſtolus ad ornandam & ædificandā Eccleſiam, non eſt ad deſtruendam illam, ſecundum poteſtatem quam ad ædificationem dicit ſibi diuinitus datam. Dicendum ergo, quod Apoſtolicum præceptum, exemplum, edictum, & iudicium, illos obligat potiſſimè, qui ſunt inquieti, ocioſi, & curioſi, vt ab his redeant, vel eos qui non poſſunt aliter conuenienter quam per laborē corporalem vitare vitia ſupradicta, ſicut manifeſte oſtē-

Quib. pcipiat Apoſtolus op' manuale, & qua de cauſa.

ſum eſt. Ad illud quod objicitur de gl. quod vult Apoſtolus ſeruos Dei corporaliter operari. Dicendum, ꝙ ſi illud eſſet velle præcepti, intelligendum eſt indefinitè de ſeruis Dei, ideſt de his, qui ſunt ad ſeruitiū Dominicum conuerſi, qui per maiora & vtiliora opera non ſunt à manuali opere excuſati, ſicut exēplificat Augu. de his, qui vitam in ſæculo de labore corporali trāſigebant, & ſic illud indefinite debet intelligi, & non vniuerſaliter. Quia abſurdum eſſet dicere, quod omnes ſerui Dei ad hoc ſint aſtricti. Patet etiam hoc, quia Augu. à quo verba illius glo. accepta ſunt, ſed mutata, excipit quatuor genera hominum, quos dicit non teneri, vt labore proprio victum quærant, ſicut oſtenſum eſt ſupra. Vnde ſuper prædictam glo. innitendum non eſt, tum quia mutat verba Auguſt. dicit enim in originali. Primum debemus oſtendere Apoſtolū corporalia opera ſeruos Dei operari voluiſſe, vt dictum & veſtitum à nullo indigerent, nec aliquam mentionem fecit de petitione, quia illi contra quos agebat, non viuebant de petitis, ſed oblatis, ſicut in 2. lib. retractationum dicit. Facienda eſt ergo vis in hoc quod dicit voluiſſe, quod nō ſemper preceptum eſt, & in hoc quod dicit ſeruos Dei, quod indefinitè dictum eſt, & in hoc quod dicit ne cōpellantur, quod non pertinet ad pauperes voluntarios, ſed potius ad inuitos. Ad illud quod objicitur de monachis, dicendum quòd monachi regulares, aliqui habent in profeſſione & voto laborem manualem, aliqui vero minime. Ratio vero huius eſt diuerſitas poſeſſionum, ex parte temporum, perſonarū, & intentionū. Ex parte temporum, quia circa tempora primitiuæ Eccleſiæ quatuor erant genera monachorū, ſicut diſtinguit beatus Benedictus in principio regulæ, ſcilicet. Cœnobitæ. Anachoritæ. Sarabitæ & Gyrouagi. Primi erant boni, ſecundi optimi, tertij & quarti peſſimi. Tertij enim & quarti non ducebantur iugo aliquo, ſed ſecundum proprias concupiſcentias ambulabāt. Sarabitæ intendentes carni, Gyrouagi mutabiles & vagabundi, & ad omnia mala parati. Secundi, ſcilicet Anachoritæ regula non indigebant, quia tanquam perfectiſſimi regulabantur à gratia. Primis debuit regula dari, vt diſtinguerentur à Gyrouagis & Sarabitis, conueniens fuit ne cōpellerentur exterius exire, ad laborem corporalē eos aſtringi. Vnde Auguſt. in libr. de opere mona. ait. Callidiſſimus hoſtis tam multos hypochritas ſub habitu monachorum vſquequaque diſperſit, circumeuntes prouincias, nuſquam miſſos, nuſquam fixos, nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes. Et poſt. Nonne caleſcit cor veſtrū intra vos, & in meditatione veſtra exardeſcit ignis, vt iſtorum mala opera bonis operibus perſequamini, vt eis amputetis occaſionem turpium nundinarum, quibus eſtimatio veſtra læditur & infirmis offendiculū ponitur? Miſeremini ergo & compatimini & oſtendite hominibus, non vos in ocio facile victum querere, ſed per anguſtam & arctam viam huius propoſiti Regnum Dei quærere. Eadem vobis ratio eſt, quæ fuit Apoſtolo, vt amputetis occaſionem, his qui quærunt occaſionem, vt qui illorum potioribus præfocantur, in veſtro bono odore reficiantur. Hucuſque Auguſt. Ex parte etiam perſonarum vouentium, quia Monachi tunc temporis pro maxima parte erant laici, & plebei, & ideo competebat eis circa conſueta opera occupari, vnde Aug. in lib. de opere mona. Illi qui præter iſtam ſocietatem ſanctam vitam labore corporis tranſigebant, ex quorum numero plures ad monaſteria veniunt, ſi nolunt operari, non manducent. Neque enim in Chriſtiana militia ad paupertatem diuites humilientur, vt pauperes ad ſuperbiā extollantur, nulloque modo decet vt in ea vita vbi ſenatores fiunt laborioſi, ibi fiant opifices ocioſi, & quo veniunt relictis delitijs, qui

In primitiua Eccleſia .4. erant genera monachorum

fuerunt

fuerunt prædiorum Domini, ibi fiant ruſtici delicati. Ex parte intētionum, quia Monaſteria primitiua inſtituta erant ad vitam ſolitariam agendam, vt vnuſquiſque haberet curā ſui, & apud ſe habitaret, & ideo Monachus dictus eſt, & quia pauciſſimorum eſt ſemper diuinis intendere, ideo ne ocioſi eſſent, cōgruebat eorum

In Epiſt.ad Ruſticum. profeſſioni exerceri circa opus manuale. Vnde Hieron.ait. Aegyptiorum monaſteria hūc morem tenēt, vt nullum abſque labore ſuſcipiant, non tam propter victus neceſſaria, quam propter animæ ſuæ ſalutem, ne vagentur pernicioſis cogitationibus, & ad inſtar fornicantis Hieruſalē omni tranſeunti diuaricēt pedes ſuos. Competebat ergo monaſterijs primi temporis aſtringi ex profeſſione ad opus manuale, ratione temporis, perſonarum, & profeſſionis. Sed poſt inſtantibus temporibus modicis, quando illi Gyrouagi erant conſumpti, & Eccleſia opulenta fuit tam in clericis, quam in Monachis, magis erat opus dandum circa ſpirituale exercitium, & hic eſt quòd Monachi laborem manualem ſiue corporalē bene & recte in ſpiritualem exercitationem & pſalmodiam cōmutauerunt. Et quia Eccleſiæ iam ditatæ magis indigebant ſpiritualibus operarijs, q̄ vinitoribus & agricolis: hinc eſt quòd Spirituſſanctus religiones pauperculas ſuſcitauit, quarum ſolicitudo & cura tota eſſet ad ſignandos ſeruos Dei in frontibus eorum ſigno Dei viui, vocando ad pœnitētiam & ad gratiam Spirituſſancti. Vnde vtræque a ſua primaria inſtitutione habent officium prædicandi, & ideo cum tales circa opera ſpiritualia ſint intenti, propter quæ alij ab alijs merentur ſuſtentari, nec ſunt ocioſi, nec curioſi ſic viuendo, nec in periculo, cum Dominus eos pauerit vſque modo, nec habent hoc ex voto, ideo nec ipſi nec omnes pauperes voluntarij, licet ſint validi, ſunt ad opus corporale aſtricti, quia nec ratione periculi, nec ratione præcepti Apoſtolici, nec ratione voti emiſſi, vt manifeſte liquet ex præmiſſis. Ad illud quod objicitur de lib. de opere monachorum, dicendum quòd beatus Auguſt. in lib. illo non ad hos loquitur, ſed ad primos, qui opera corporalia quæ habebant expreſſione ſub prætextu ſpiritualitatis contemnebant, quia nec ꝓpter ſpiritualia debebāt omittere corporalia, nec etiam e conuerſo. Vnde Bernard. ad tales loquens in Apologia ait. Iam vero de labore manuum quid gloriamini, cum & Martha laborans increpata, & Maria quieſcens laudata ſit, & Paulus aperte dicat, labor corporalis ad

1. Timo.4. modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia? Optimus

Pſalm. 6. labor de quo propheta dicebat, laboraui in gemitu

Pſalm. 76. meo. Et de quo alibi. Memor fui Dei, & delectatus ſū, & exercitatus ſum. at (ne corporale intelligas exercitiū) & defecit ſpiritus meus inquit, vnde ibi non corpus ſed ſpiritus fatigatur, ſpiritualis labor proculdubio intelligitur. Quid ergo inquis? Siccine ſpiritualia illa perſuades, vt etiam hæc quæ ex regula habemus corporalia damnes? Nequaquam. Illa oportet agere, & iſta non omittere, alioquin cum aut iſta omitti neceſſe eſt, aut illa, iſta potius omittenda ſunt quam illa. Quanto enim ſpiritus melior corpore, tanto ſpiritualis quam corporalis exercitatio fructuoſior. Tu vero cum de horum obſeruatione elatus, alijs non eadem obſeruantib. derogas, nonne te magis regulæ tranſgreſſorem iudicas? Sunt ergo ad opus manuale aſtricti illi, qui habent ex obligatione profeſſionis, niſi forte opus manuale cōmutent in ſpirituale, ita quòd hoc etiam ſit de voluntate & licentia ſuperioris. Ad illud quod objicitur de gl. Luc. 2. dicendum, quòd illud totum eſt conſilium, ſicut textus ille ſuper quem gl. fundatur. Nec aliquis ad totum illud, nec ad partem ſe aſtringit, niſi quantum ex profeſſione promittit. Vnde ſicut eleemoſynas dare non eſt præceptum illi, qui omnia dedit, ſic nec illud intermedium, ſcilicet operari, tenet rationem obligationis neceſſariæ, ſed ſolius ſuaſionis monitoriæ vel etiam conſultiuæ. Ad illud quod objicitur de Hieronymo, & Benedicto, iā manifeſta eſt reſponſio per prędicta. Ad illud quod objicitur de beato Franciſco, dicendum quòd in regula beati Franciſci, quædam dicuntur præceptoriè, quædam monitorie, quædam informatiuè, ſicut ipſa regula aperta vocabula diſtinguit expreſſe. Hoc autem quod dictum eſt de labore, non eſt dictum preceptorie, quia non imperaret quòd facerent deuotè, cum hoc non ſit in noſtra poteſtate, ſed dictum eſt informatiue: Informat enim quorum ſit manualiter operari, & qualiter, quia illorum qui habent gratiam & facultatem virtutis, & induſtriam artis, & oportunitatem loci, & temporis. Qualiter, quia fideliter ad proximum, deuote ad Deum, & modeſti ad ſeipſos. Vnde Sanctus intelligens per ſpiritumſanctum ſuam vocationem in qua erant laici cum clericis, nec mandatum dedit de manualiter operādo, nec tamen omnino reticuit, vt laici & qui non ſunt ad ſpiritualia idonei, nec circa neceſſaria fratrum intenti, nec adhuc ſunt ad contemplationis indefeſſum ocium eleuati, panem non comederent ocioſi. Cum enim omnibus ſit cauenda ocioſitas tanquam ſentina omnium vitiorum, potiſſimè his cauenda eſt, qui ſe perfectioni euangelicę aſtrinxerunt. Sic ergo patet, ꝙ non omnes validi pauperes etiam non curati ad opera manualia ſunt aſtricti.

# SANCTI BONAVENTVRAE

## DOCTORIS SERAPHICI

*Epiſtola de eo quod Chriſtus, & Apoſtoli, & Diſcipuli eius inceſſerunt diſcalciati.*

TALIS lector: tali lectori. Spiritum intelligentiæ ſanioris. Quoniam ſecundum Apoſtolum Ioannem Deus veritas eſt, qui contra veritatem offendit, maximè euangelicam, cuius Chriſtus ſpecialiter auctor eſt, contra Chriſtum offendere comprobatur. Super eo igitur quòd Chriſtum & ſuos ſanctos Apoſtolos atque Diſcipulos non diſcalceatos, ſed calceatos inceſſiſſe coram peritorum multitudine prædicaſti, quàm temere contra veritatem Euangelicam offenderis, perpendere poteris ex ſubſcriptis. Ait enim Chryſoſt. ſuper Matth. Apoſtoli cum vna tunica & diſcalciati circumibant totum mundum, & ſuperabant. Item Hieronym. ad Aggerentiam. Apoſtoli toto orbe peregrini, non æs in zona, non virgam in manu, non caligas habuere in pedibus. Item ad Ruſticum monachum ponit idem. Idem in Epiſtola ad Euſtochium dicit ſic. Moyſes & Ieſus naue nudis in terra ſancta iubentur pedibus incedere, Apoſtoli ſine vinculis & pellium & onere calceamentorum ad prædicationem noui deſtinantur Euangelij. Milites veſtimentis Ieſu forte diuiſis, caligas non habuere quas tollerent. Non enim habere Dominus poterat, quod ſeruos ſuos habere prohibuerat. In hac

auctoritate

auctoritate perpendere poteſt tua prudentia, quòd Do
minus Noſter Ieſus non tantum calceamenta tempore
paſſionis non habuit, ſed etiam habere primo non po-
Act. 1. tuit. Cœpit enim facere, & docere. Item Augu. dicit ſic.
22. contra Quod ſcribitur Luc. 22. Quando miſi vos ſine ſacculo,
Fauſtum. ſine pera, ſine calceamentis, non tm̄ fuerunt Domini
verba, ſed & diſcipulorum obtemperantium facta ſecu
ta ſunt. Item in vita Beati Martialis. Sanctus Domini
Martialis pergens ad prædicandum, non equo veheba
tur aut aſino, non quolibet iumento, nec calceamenta
proprijs induebat pedibus, ſed iuxta Domini, & magi-
ſtri ſui Ieſu Chriſti ſententiam, quam ipſe ſibi & alijs
Apoſtolis inculcare ſolebat, vt pergentes de ciuitate in
ciuitatem, non ſacculum, neque peram ſecum tollerēt,
nec calceamenta. Nudis incedēs pedibus, imitator Chri
ſti, atque Beati Petri Apoſtolorum principis cōſangui
nei ſui in omnibus quæ ipſe Dominus pręcepit, exiſte-
re curabat. Item in vita Beati Frontonis diſcipuli ſcribi
tur ſic. Beatus Fronto caſtra & vrbes & vicina loca cal
ceatus tantum ſandalijs. peragrans, gētium cateruis di-
uini verbi ſemina erogabat. Item in Marthę, & Magda
lenæ vitis legitur, quòd vel ſandalijs vtebantur, vel nu
Mar. 6. dis pedibus incedebāt. De ſandalijs autem dicitur. Cal
ceatos ſandalijs vbi gl. vt neque per tectus ſit, neque nu
dus ad terram. Item Epheſ. 6. & Matt. 10. dicitur in gl.
Sandalijs vel ſoleis vſos Apoſtolos fuiſſe. Papias autem
dicit. Sandalia autem ſunt calceamenta deſuper corium
non habentia. Item Euſeb. Ceſariē. ſexto Eccleſiaſticæ
hiſtoriæ lib. in cap. de laudibus Origenis. dicit ſic. An-
te omnia Origenes pręcepta euangelica, & voces Salua
toris ſummo amore, & ſtudio implēda eſſe cēſebat, qui
bus præcipitur duas tunicas non habendas, nec calcea
mentis vtendū, nec de craſtino cogitandum. Et ſequi-
tur. Ita denique per mulos annos abſque omni calcea
mento nudis traditur inceſſiſſe veſtigijs. Item Grego.
Nazianzenus. Optabam homines videre, qui viueret ad
exemplum prædicatoris Euangelij Chriſti, nudis pedi
bus incedentes, propter regnū pauperes, propter pau-
pertatem reges. Cernis puto ſi proprie ſapis, quòd duo
illuſtriſſimi græcorum Doctores præceptum euangeli
cum de non portandis calceamentis ad literam cenſue
runt obſeruandum. Quod ſi fortaſſis in hac ſententia
præſumpſeris dicere, prædictos duos Doctores hære-
ſim ſapuiſſe, per prædictas & poſt dicēdas auctoritates
Doctorum latinorum catholicorum, calumniari in hac
parte prædictos Doctores conuinceris manifeſte. Item
in vitis patrum, in monachorum perfectorum laudib.
legitur in pluribus locis, qđ nudis veſtigijs incedebāt.
Item Hieronymus in libro contra Iouinianum repre-
hendit ipſum, quòd cum prius tanquam perfectus mo
nachus nudis pedib⁹ inceſſit, poſtea a perfectione apo-
ſtatans monachali, calceamenta deaurata portabat. Itē
Act. 12. in Apoſtolicis actis dicitur. Calcea te caligas tuas? Ad
hæc eſt vna gloſſ. Petrus propter rigorem carceris liga
menta ad horam laxabat, vt tunica circum pedes demiſ
ſa frigus noctis ventumque temperaret, exemplum pręe
bens infirmis vt cum moleſtia corporalis vel iniuria in
tentatur humana, liceat aliquid laxare de rigore propo
ſiti. Sicut ergo Petrus in eo quòd circum pedes tunicā
demiſit ad horam propter rigorem carceris, exemplum
infirmis præbuit, & rigorem laxauit, ita & in eo quòd
ad horam tantum caligas habuit, ſi tamen habuit. In fi
ne tamen prædictæ gloſſ. caligę Petri ſpiritualiter expo
Luc. 12. nuntur ſic. Quod dictum eſt. Sint lumbi veſtri pręcin-
cti, &c. Et calciati pedes in præparationem Euangelij
Ephe. 6. pacis ſpiritualium virtutum, verbique prædicandi reſu
mere iubentur inſignia. Textus etiam, calcia te, ad lite-
ram intellectus, nō diſſonat a prædictis auctoritatibus?
& inferius annotandis, ſed omnino etiam concordat.
Nam vbi latius interpres dicit caligas, græcus dicit ſan
dalia. Sunt autem ſandalia, ſicut dicit magiſter in hiſto-
ria, ſoleæ vel petones. Secundum Papiam vero caligę di
cuntur, quaſi caligulæ, quia ſuper pedem colligantur.
Vel, etiam quia calce ligātur, ſicut cernimus in ſolea Sā
cti Petri, quæ vſque hodie romæ ſeruatur. Et etiā in pi Solea Sancti Petri Romæ ſeruata.
cturis, & in cœlaturis antiquarum Apoſtolicarum ima
ginum & nouarum, in quibus omnibus vel cum ſoleis
vel nudis pedibus exprimuntur. Non tibi blandiaris cū
audis, quia ſandalia ſunt caligę, quia ſecundum Papiam
ſandalia ſunt caligæ vel calceamenta deſuper coriū non
habentia. Ridiculoſum igitur eſt valde, quòd literatus
hoc neget, quod clamant lapides, & teſtātur. Interlinea
re autē quod dicitur ſuper illo verba, exemplum datur
non ſine calceamentis ambulandi, Angelo iubente &
Apoſtolo complente, ſoluitur per principium interli-
nearis, vbi dicitur, caligæ ſunt calceamenti genus, & de
illis intelligitur. Nec videtur autenticum, ſed ponitur
magiſtrale, vel ſpiritualiter intelligendum eſt, vt eſt il- Eph. 6.
lud ad Epheſ. Calceati pedes, &c. Gloſ. Hæc calceamen
ta virtutum debet habere prædicator, ne ille qui prædi
cat pede mentis terram tangat, ideſt pro terrenis faciat.
Hac ſignificatione dicit Marcus Apoſtolos ſandalijs
calceari vel ſoleis, ſ. vt neque pes ſit tectus, neque nud⁹
ad terram. Hic (vt cernis) manifeſte dicit gl. & eſt Aug.
quid ſunt ſandalia, quia ſoleæ, & quòd virtutum calcea
mentis debent veri Apoſtoli calceari. Amplius ſuper il Glo. Luc. 22.
lud Lucæ. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & cal
ceamentis, &c. Gloſ. dicit ſic. Non eadem viuendi regu
la perſecutionis, quæ pacis tēpore diſcipulos informat.
Miſſis quidem diſcipulis ad pręedicandū, ne quid in via
tollerent pręcipit, inſtante autem mortis articulo, & to
ta illa gente Paſtorem ſimul & gregem perſequente, cō
gruam tempori regulam decreuit, permittens vt tollāt
victui neceſſaria. Ex hac gl. patet, quòd ad regulā Apo-
ſtolicam pertinet nihil in via tollere, & ſine calceamen
tis incedere. Et licet perſecutionis tempore aliquid in
via tollere permittatur, de calceamentis tamē compor-
tandis etiam perſecutionis tempore, nec textus innuit,
nec gl. Ex prædictis teſtimonijs clarius innoteſcit, quid
de domini noſtri Ieſu Chriſti & ſuorum Apoſtolorū,
atque diſcipulorum calceamentis, iuxta veritatē Euā-
gelicam & ſanctorum expoſitiones, docendum ſit pa-
riter & ſeruandum. Sed his omnibus teſtificationibus
firmiſſimis, atque claris, ſancti Euāgelij ſanctiones ſūt
incomparabiliter clariores. Scribitur enim in Matt. No
lite poſſidere aurum, neque argētum, neque pecuniam
zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, ne-
que calceamenta, neq; virgā. Item. Præcepit eis Domi-
nus, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum, nō pe
ram, non panem, neque in zonis æs, ſed calceatos ſan- Matth. 10.
dalijs. Itē ait. Nolite portare ſacculū, neq; peram, neq;
calceamenta. Quod autem Domini hec verba mādata,
non tantum ſpiritualiter, ſed etiam ad literam fuerint Mar. 6.
obſeruata, patet ex auctoritatibus prædictis. Patet etiā
ex picturis & cœlaturis antiquiſſimis laicorum. Patet Luc. 10.
etiam ex ipſis ſandalijs Apoſtolorum & Chriſti Diſci
pulorum, quæ vſque in hodiernum diem in pleriſque
locis, ad huius veritatis adſtipulationē, & deuotionē fi
delium reſeruantur. Patet etiam ex glo. Marci ſuperius
allegata. Patet etiam ibidem ex alia gloſ. Matthæus &
Lucas memorant Dominum dixiſſe diſcipulis, vt nec
virgam ferrent. Marcus ne quid tollerent, niſi virgam
tantum. Sed illi accipiunt realiter virgam, Marcus per
virgam poteſtatem accipiendi neceſſaria a ſubditis. Er-
go ſicut Matthæus & Lucas virgam realiter accipiunt,
ſic & calceamenta. Prælato dicit, duas ſummitates cor-
poris non eſſe velandas, neque aſſuetam fieri molliciem
debere capitis & pedum. Cum hæc habuerint firmita-
tē, cetera robuſtiora ſunt. Itē magiſter in hiſtor. qui di-
cit ſic. Non portabitis calceamenta, neque virgam. Se-

cundum

ſecundum Marcum ſandalijs, ideſt ſoleis vel petonibus
Ioſue 5. vti iuſſi ſunt. Item in libro Ioſue dicitur. Solue calcea-
mentum tuum de pedib. tuis, &c. Gloſſ. Hi ſunt pedes
quos lauit Ieſus. Nō autem ignorat prudentia tua, Do
minum Ieſum non tātum pedes Apoſtolorum ſpiritua
les, ſed etiam corporales humiliter abluiſſe. Patet etiam
poſtremò perglorioſum Chriſti ſigniferum Frāciſcū,
qui ſpiritu ſancto reuelante iuxta literalem intellectum
prædicti præcepti ordinem ſuum & regulam inſtituit,
Domino cooperante & ſermone confirmante ſequenti
bus ſignis, & etiam ſeruauit. Et iuxta hūc intellectum
per ſe ad prouidentiam ſignis præcedentibus confirma
tionem meruit obtinere. Cæterum ſi præcepta Euan-
gelica de non portandis calceamentis ſpiritualiter tan-
tum ab Apoſtolis intellecta fuerunt & ſeruata, ergo &
illud quod ibidem inſeritur, gratis accepiſtis, gratis da-
te. Et illud infirmos curate, mortuos ſuſcitate. Et illud.
Nolite poſſidere aurum, neque argentum, &cæ. Quod
quantum pernitioſum ſit, & euangelicæ veritati aduer
ſum, tua peritia non ignorat. Vbi quæſo eſſet illud Pe-
Act. 3. tri. Argentum & aurum non eſt mihi? Et illud. Pecunia
Act. 8. tua tecum ſit in perditionē, quoniam donum Dei exi-
ſtimaſti pecunia poſſideri. Et illud, Dansq; illi manum
Act. 9. erexit eam in ſuſcitatione Thabitæ. Hec ergo ſi ab apo
ſtolis fuerunt intellecta ad literam, & ſeruata, ergo & il
lud de calceamentis ab Apoſtolis non portandis, quæ
prædictis ſine medio cōnectuntur. Preterea Greci pre-
dicantes Euangelium, quos cernunt pecuniā non acci-
pere, nec calceatos incedere, ſed ſandalijs, vel ſoleis vti,
Apoſtolicos nuncupat, & vt Chriſti diſcipulos venerā
tur. Monachi etiam in die, ſicut ille retulit mihi qui vi-
dit, calceamentis non vtuntur, nudis pedibus inceden-
tes. Hæc autem ſcripſi tuæ peritiæ, vt de cætero contra
tot & tanta teſtimonia Chriſtū & eius perfectiſſimos
diſcipulos non infames, & euangelicæ veritatis regulā
vt lux clariſſima, expoſitione tua myſtica nō obſcures.
Iob 3. Nam ſecundum quandam Glo. ſuper Matt. Prauus eſt
Iob 3. auditor, qui manifeſta vult obſcurè intelligi. Innuit ēt
Gregorius in moralibus in procemio trifariæ ſcripture
modum. Sunt enim quæ hiſtorice vel ad litteram intel
ligi nequeunt, vt illud Iob. Suſpendium elegit aīa mea.
Et illud, Pereat dies in qua natus ſum. Quedā hiſtoricè
moraliter & allegoricè intelliguntur. Quædā in quib.
qui ſenſum literæ negligit, oblatum veritatis ſibi lumē
abſcondit. Certum eſt autem ex prædictis trium Euan
geliſtarum ſententias ſuperius allegatas, non in primo
genere, ſed in ſecundo & tertio contineri. Cæterum ꝙ
quatuor Euangeliſtæ Iòannis Baptiſtæ humilitatē ad-
mirabilem prædicantes introducunt ipſum dicentem,
quod non ſit dignus ſoluere corrigiam calceamento-
rum Chriſti, ſiue ipſius calceamenta portare. Quod ſpi
ritualiter intelligendum ſit, ex gloſis ſanctorum anno-
tatis ibidē clarius innoteſcit. Dicitur in Euangelio Ioā
Ioan. 1. nis. Non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calcea-
menti, vbi Glo. Non ait, non ſoluam, ſoluit enim quan
do ipſum manifeſtauit, & de diuinitate & humanitate
ipſius multa aperuit, ſed nō ſum dignus ſcilicet ait, quia
ad hoc agendum ſe indignum putauit. Item in Lucæ
Euangelio iterum dicitur. Non ſum dignus ſoluere cor
rigiam calceamentorum eius, vbi ait gloſ. Non ſum di-
gnus myſterium ſoluere incarnationis, vel nomen ſpō-
ſi non mihi vſurpo, nec ſponſus credi, ſed amicus ſpon-
ſi volo. Item Marc. Non ſum dignus procumbēs ſolue
re corrigiam calceamentorum eius. Hieronymus, ideſt
incarnationis myſterium, quādo verbum caro factum
eſt. Item Matt. Non ſum dignus calceamenta eius por
tare. Gloſ. Intendebat hic oſtendere excellentiam Chri
ſti, & ſui humilitatem. Et in eadem Glo. exponitur alle
gorice vt prius. Fortè autem Ioānes Baptiſta in verbis Luc. 3.
præpoſitis ad literam intellectis non Chriſtum calcea-
tum dicere intendit, ſed iuxta prædictam Gloſſ. inten-
debat, &c. maieſtatem Chriſti magnificans, & ſuam hu Matt. 1.
militatem prædicans, & vſitatum modum loquendi te
nuit, ſicut de homine valde nobili non lauante manus
ſuas poſſet dicere pauper humilis, nō ſum dignus aquā Matth. 3.
effundere ſuper manus eius. Niſi forte quiſpiam verba
propoſita volēs exponere, dicat, quòd Chriſtus eo tem
pore quo Ioannes Baptiſta ſententias protulit antedi-
ctas, nōdum publicè prædicabat, nondum regulam edi
derat, nondum in deſerto exemplum dans pœnitentiæ
ieiunauerat. Quod vtiq; verum eſt. Et ideo vult dicere,
quòd calceamentis tunc temporis vtebatur. Quod vti-
que videtur à gloſſis omnib. & ſanctorum expoſitioni
bus alienum. Siue autem hoc fuerit ſiue non, ex predi-
ctis manifeſtè concluditur, ꝙ poſt inſtitutionem Apo-
ſtolicæ regulæ Chriſtus ſuiq; Diſcipuli ſine calceamē-
tis ad literam inceſſerunt. Nam ſecūdum Hieronymū
Chriſtus non habuit, quod nō habendum docuit, qui
primò cœpit facere & docere. Idcirco periculoſum eſt
valde immo ridiculoſum aſſerere aliter Chriſtū aliter
Apoſtolos vixiſſe, & Chriſtum regulam nō ſeruaſſe, &
Apoſtolos aliud quam Chriſtum habuiſſe pfectionis
exemplum, cum Diſcipulum eſſe perfectum ſi ſit ſicut
magiſter ſuus, & ſeruum non eſſe Domino ſuo maiorē
euangelica veritas conteſtetur, & vt ſimus imitatores
Domini, ſicut & ipſe Chriſti, nos Paulus Apoſtolus ex
hortetur. Tu igitur qui Euangelij Doctor es & ſecta-
tor, ſi huius euangelicæ perfectionis apicem non attin
gis vſu, attingas ſaltem affectu pio, affectu veridico, &
catholico intellectu, & noli Euangelij candidiſſimam
margaritam tortis expoſitionibus conculcare, noli con
tra euangelicorum pedum nuditatem pelles mortuas
defenſare. Si enim ſententias Euangelij calceamenta de
fendere, timendum eſt, ne duas tunicas & cum pera pe
cuniam defendere contendas. Doceat ergo te vnctio Matth. 10.
veritatem, vt ſi quid incautius contra Euangelium præ
dicaſti, ſtudeas reuocare. Ne contemptum te reputes,
quod in hac epiſtola tecum ſingulariter ſim locutus.
Hoc enim mihi amor charitatis priuatæ ſuaſit, præſer-
tim quia malui conſuetudinem imitari Doctorum illu
ſtrium, & ſanctorum, quàm vulgarem facetiam popu-
lorum. Vale in Domino.

# SANCTI BONAVENTVRAE DOCTORIS SERAPHICI

## PROLOGVS IN APOLOGIAM PAVPERVM.

*Aduerſus eorundem calumniatorem, ſcilicet Gyraldum de Abbatis villa. Doctorem Pariſiē. qui cum in Beatum Franciſcum, & eius ordinem linguam relaxaſſet blaſphemam diuina vltione percuſſus, paralyſi diſſolutus & lepra percuſſus interijt.*

SVMMI Legiſlatoris inuiolabili conſtat diffinitione ſancitum, ſic maieſtati æternæ cultum debitum eſſe reddendum, quòd idolorum cultura vitetur, ſic redigendum intellectum creatum in ſummæ veritatis obſequium, quòd nullus falſitati præbeatur aſſenſus, ſic vacandum ſanctificationi ſpirituum, quòd ferietur a ſeruitute carnalium voluptatum, ſic deniq; virtutum Deiformium approbandam eſſe rectitudinem, quòd deiformantium vitiorum prauitas reprobetur. Præterea ſicut veritatem fidei, & morum amore præcipue iubemur deſiderare, ac quærere, ſic & errores eidem oppoſitos, ſummo aſtringimur horrore vitare, tantoqae vehementius, quanto pernicioſiores eſſe probantur. Quod quia ſcripturæ ſacræ Catholicos tractatores non latuit, mox vt ſuboriri ſenſerunt peruerſorum dogmatum germina, magno ſtuduere conatu illorum conuulſioni operam diligentem impendere, ne ſi in altum ſuccreſcerent, ſationis Dominicæ ſemina ſuffocarent. Porro dieb. iſtis nouiſſimis, quib. euidenſiori claritate veritatis Euangelicę fulgor illuxerat, (q̄d abſq; profluentium exuberantia lachrymarum nequaquam referre valemus) dogma quoddam pullulaſſe, iamq; in ſcriptis redactum reperimus, quod tanquam fumus teter, & horridus e puteo abyſſali prorumpens, ipſiuſq; ſolis iuſtitiæ ſplendentibus radijs ſe directe obijciens, Chriſtianarum mentium Hemiſphęrium obſcurare contendit. Ne igitur tam pernicioſa labes (non ſine Dei offenſa & animarum diſcrimine diſſimulata) concreſcat, præcipue cum calliditate ſerpentina pietatem quandam in ſuperficie præferat, reuelanda eſt facięs indumenti eius, vt clare detecta fouea, caute poſſit euitari ruina. Sane quia huiuſmodi fabricator erroris, cum adhuc ſit viator, vt credimus, corrigi poteſt per Dei clementiam, ſolicite pro eo interpellandus eſt Chriſtus, ut ſuæ vocis virtute, ac ſapientiæ lumine eius, quam Saulo quondam exhibuerat, miſerationis non immemor, & ꝑteruientem deterreat, & ſuperbientem humiliet, & errantem requirat, corrigat, & reducat. Et quoniam meliora ſunt vulnera diligetis, quam fraudulenta odientis oſcula, nequaquam peccatorum oleo, adulatione videlicet impinguandum eſt ipſius languidum caput, nec tumidi cordiſ apoſtema palpandum, quin potius procacis hominis erectam ceruicem, oportet dura increpatione ferire, non quidem amari cordis odio, ſed tranquillę mē tis emulatoria charitate. Ipſum vero dogma peſtiferum ordinato competit improbare progreſſu, vt per modum apologię obiectioni coaptetur reſponſio, & impugnationi defenſio correſpondeat ex aduerſo. Quoniam igitur primo perfectionis Euangelicæ apicem conatur deijcere, dehinc præcipitare męnia, tertio euertere fundamenta, tandemq; pauperum Chriſti profeſſionem falſis criminationibus infamatam, abominabilem reddere mundo, quadruplex in contrarium reſponſionum eſt inſtruenda munitio, quarum quælibet tripartita ſit, iuxta quod exigit materia, quatenus triangulari huiuſmodi armatura euangelici milites, velut veritatis ſcuto circundati, contra fulminantium telorum acumina protegantur inuicti.

*Primę reſponſionis prima particula, in qua calumniatoris peruerſa intentio detegitur, et veræ cō deſcenſionis Chriſti ſublimis perfectio declaratur. Articulus primus.*

IGitur libellum illum calumnioſum, cuius hoc initiū eſt. Tantum ſibi præſumptionis aſſumpſerunt quidā homines, &c. cum æmulatione non ſecundum ſcientiam fuiſſe conſcriptum, neq; ſanam continere doctrinam, qui diligenter vult conſiderare, luculenter poteſt aduertere. Primum quidem quia in defenſionem illius libri erronei, qui ſic incipit. Ecce videntes clamabunt foris, paucis reuolutis temporibus per Sedem Apoſtolicā reprobati, non abſq; nota rebellionis eſt editus, legiſlatoris ſpreta ſententia quam in Deut. ſanxit. Si difficile Deut. 17.
atq; ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ſequeris ſententiā eorum, nec declinabis ad dexteram, vel ad ſiniſtrā. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, q̧ eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Quod ſi tempore ſacerdotij figuratiui Pontificis ſentētiæ aduerſari malum erat, mortisq; pœna mulctandum, multo fortius tempore veritatis & gratiæ reuelatæ, quando Chriſti vicario plenitudo poteſtatis collata eſſe dinoſcitur, malum eſſe conſtat nullatenus eſſe tolerandum, in fide vel moribus eius diffinitioni dogmatizare contrarium, approbando quod ipſe reprobat, reædificando quod ipſe deſtruit, defenſando quod damnat. Dehinc ſiquis libri totalis continentiam vigili circumſpectione conſideret, non ſanam, ſed potius inſanam, & impiam diſſeminare doctrinam oſculata fide perpendet. Nam in primo libro, fugam perſecutionis & mortis tanquam actum maxime competentem viris perfectis & ſanctis magnis extollit præconijs, abſtinentiam vero & ieiunium tanquam ſpiritualium medicamenta morborum, maxime aſtruit competere imperfectis. In ſecundo vero, ſtatum opes habentium oſtendere nititur omni laude digniſſimum, & econtra ſtatum nihil habentium periculoſum aſtruere conatur, atq; imperfectum. In tertio quoq; Religioſorum mendicantium pauperiem, & abiectionē, q̄tis pōt cauillationum verſutijs impugnare molit. Ex quibus patēter colligitur, ꝙ hmōi pernicioſa doctrina, non tm̄ Sedi Apoſtolicæ, ſed ēt ſedi Dei, & agni aduerſatur aperte. Cum Matth. 5.
enim ſanctum Euangelium Beatos dicit pauperes, Beatos qui lugēt, Beatos qui eſuriunt, Beatos, qui cum gaudio & deſiderio perſecutionem patiuntur, vt ſic nos ad arctam inducat viam, quæ ducit ad vitā, hic e contrario dogmatizat perfectos, & beatos, qui perſecutionem fugiunt, qui ieiunia ſoluunt, qu reditibus affluunt, qui ēt ſummis honoribus extolluntur Quod quam ſit alienū a Saluatoris doctrina, nemo Chriſtianus ignorat, cū & ipſe magiſter omnium Chriſtus, non ad ſolatia carnis, ſed ad ſupplicia crucis diſcipulos ſuos ſemper inuitet. Denique quam peruerſi fuerit zeli amaritudine motus, qui prædictum edidit librum, & libri declarat titulus, progreſſus & terminus. Nam cum aduerſus eum ſcribat, qui cōtra libellum damnatum opuſculum quoddā

 compo-

compoſuit,cuius initium eſt.Manus quæ contra omnipotentem erigitur, in quo ſecundum totalem intentionem ſcribētis,& continentiam libri, paupertatis eximiæ perfectio defenditur,aſtruitur,& laudatur,hic e contrario titulum libello ſuo præmittit,quòd liber hic eſt contra aduerſanium perfectionis Chrrſtianæ, & prælatorū & facultatum Eccleſie,quaſi non poſſit paupertatis celſitudo laudari,niſi in iniuriam Chriſti, & Eccleſiaſticæ dignitatis: in quo ſe oſtendit,vel impium, vel ignarum, dum vel ſcienter innocenti falſum impingit crimen, vel ex inconſideratione propria non aduertit, quòd diuerſi ſtatus in Eccleſia Chriſti commendari poſſunt laudib. præcelſis,& proprijs,non tamen diſſonis,quanquam diuerſis. Nunquam.n.qui commendat virginitatem,aduerſarius cenſendus eſt eſſe coniugij, aut qui laudat ſolitudinem,aduerſarius dicēdus eſt cenobiticæ vitæ. Certe ſancta mater Eccleſia,quæ in laudibus cuiuſlibet cōfeſſoris pie decantat. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi, non propter hoc glorioſo detrahit Apoſtolorum choro,vel cādidato exercitui martyrum,cum quilibet ſtatus ſuam prerogatiuam habeat, de qua poteſt ſiue aliorum iniuria ſpecialiter commēdari.Porro ſi laus filiorum nō diminuit,ſed amplificat laudem patrum,commendatio ſpiritualium pauperum potius cenſenda eſt exaltatio,& glorificatio,quam depreſſio prælatorum.Ex quib.aperte relinquitur, præfatum titulum a falſi criminis impoſitione ſumpſiſſe originē, per quem pauperum hoſtis molitur procurare diſſidiū inter patres & filios,tutores & orphanos,nutritos & alūnos,vt ſic patronorum ſuorum ſubſidio deſtitutos, deglutiat inopes,rapiat pauperes, & interficiat innocentes. Huiuſmodi enim pauperes, de quorum numero fuit ille,contra quem ſcribit,in ipſo ſui libri exordio de præſumptione notat,de amore priuato, de ſui complacentia,iactantia,& arrogantia inaudita,videlicet, quòd ſe præferat Chriſto, dum in prima ſui oris appertione ſic ait. Tantum ſibi præſumptionis aſſumpſerunt quidam homines ſeipſos amantes,ſibimetipſis placentes, ac ſuam non Chriſti iuſtitiam prædicantes, vt cum dicat
1.Cor.4. Apoſtolus. Eſtote imitatores mei, ſicut & ego Chriſti,ipſi e contrario dicunt. Eſtote imitatores noſtri, in quibus non ſumus imitatores Chriſti. Hæc nanq; ſunt prima verba ipſius,in quib. aperte declaratur, ꝙ liber ipſe totalis trahit originem ab eo, qui eſt mendacij pater,& in veritate non ſtetit,qui homicida fuit ab initio, & accuſator eſt fratrum. Qui enim tales inter Eccleſię membra ſunt,certe ſi qui ſunt, omnino tanquam luciferiana tumeſcentes ſuperbia ex hac & æterna vita delendi ſunt. Quòd ſi reperiri nequeunt,quia non ſunt, vel in ventum loquitur, vel innocentes calumniantur, non attendens illud Sapientis.Qui calumniatur egentē,
Prou. 14. exprobrat factori ſuo:honorat autē eum qui miſeretur pauperis.Nec dubium diuina prouidentia id geſtum eſſe,quòd tali dogmati tale præmitteretur initium,vt qui legit agnoſcat,quod libelli huius conſcriptor, vt detractor loquitur,non vt doctor.Sane quia detractionis vitium excęcationem inducit,Gregorio in regiſt.dicente, Quid aliud detrahentes faciunt, niſi quòd in puluerem ſufflant,atq; in oculos ſuos terram excitant,vt vnde plus detractionis perflant,inde magis nihil veritatis videāt. Ideo peruerſi huius dogmatis cultor ſemper dum ſcribit in peius proficit, & tanquam cæcus in foueām ruit. Nam conſequenter annectit. Quid enim aliud dicere volunt, qui in ſuis ſcriptis dogmatizant,quòd Chriſtus Dominus aliqua egit,non in ſummæ perfectionis oſtenſionem,ſed in infirmorum, ſeu imperfectorum condeſcenſionem, cuius contrarium aliquando viris perfectis facere licet,non vituperabiliter, ſed laudabiliter immo laudabilius agitur,quam omittitur.Hoc eſt etiam quod pro ſummo habet errore,quod tanquam venenum abhorret,& reſpuit ,quod Chriſtus Deus,cuius perfecta ſunt opera,aliquod opus effecerit,per quod imperfectis condeſcenderet & infirmis, ac per hoc condeſcenſionē huiuſmodi tanquam rectitudini perfectæ contrariam, ab exemplari omnimodæ perfectionis omnino aſtruit eſſe alienam. Quod quamuis ſuperficietenus videatur excelſam iuſtitiæ perfectionem in Chriſto prætendere, & ideo ad eius laudem pertinere,quia tamen ab ipſo actum ſummæ pietatis excludit nihil aliud eſt,quam fontis miſericordiæ venas ſalutiſque vias inique præcludere, nec non Regis æterni condeſcenſiuam clementiam impię blaſphemare.

*Articulus 2.*

AD defenſionem igitur veritatis & improbationē erroris,eligere diſponimus exēplo Dauid, qnq; limpidiſſimos lapides de torrente redundantis ſapientiæ catholicorum Doctorum,quibus ſi pia fide veritati aſſentire voluerit,nobiſcum armetur, ſi autem vt effrons reſiſtere,in fronte feriatur. Audiat ergo primū quid dicat Augu.Habuit(inquit) Dominus loculos, & Super Pſal. 103.
dictum eſt de quibuſdam Religioſis feminis, quòd miniſtrabant ei de ſubſtātia ſua.Futurus erat & Paulus nihil tale aliquando quærens, & omnia prouincialib.donans.Sed quia multi infirmi iſta quæſituri erant, magis Chriſtus ſuſcepit pſonam infirmorū.
infirmorū perſonam ſuſcepit Chriſtus.Sublimius Paulus nunquid & Chriſto?Sublimius Chriſtus,quia miſericordius.Cum enim videret Paulum non eſſe iſta quæſiturum,prouidit ne damnaret quæſiturum,& præbuit exemplum infirmo.Cum enim videret multos prōptos, & gaudentes ituros eſſe ad martyrium paſſionis,exultaturos in ipſa paſſione,fortes,cētenarios,maturos ad horreum,tamē infirmorum quorundam, quos videbat poſſe conturbari ventura paſſione,ne deficerent, ſed potiꝰ voluntatem humanam voluntati Creatoris coniungerent,ipſorum perſonam voluit ſuſcipere Chriſtus in paſ Mar. 14.
ſione dicēs.Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.Hæc Auguſtinus. Quid hoc clarius,quid limpidius,contra aduerſarium veritatis dici poteſt. Non enim valet intorqueri ad infirmitatem carnis, quòd ait in loculis, & in formidine paſſionis infirmorum perſonam ſuſcepiſſe Chriſtum. Nam & Paulus ipſe,& illi quos ad paſſionē dicit ire gaudentes, quos etiam ab infirmis huiuſmodi in verbo præfato diſtinguit a carnis infirmitate, cum eſſent mortales homines,nequiuerunt eſſe immunes. Bea Luc. 22.
tus quoque Ambr.ſuper illud Saluatoris in Luca.Trāsfer a me calicem hunc,errant (inquit) in hoc loco, qui triſtitiam Saluatoris ad argumentum inſolitæ potius a principio quam ſuſceptæ ad tempus infirmitatis inclinat, & naturalis ſenſus cupiunt detorquere ſententiæ. Nuſquam magis pietatem eius maieſtatēque demiror, minus enim mihi contulerat,niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Hæc Sanctus Ambroſius: ex quibus aperte colligitur, quòd præter illum generalem mortis horrorē, qui communis eſt omnibus tam in paſſione gaudentibus,quam etiam cęteris,aliquem affectum ſuſceperit ad condeſcendendum, non tantum carne, ſed etiam mente infirmis. Chryſoſto.etiam ſuper Matth. Vides (ait) Homi.27. ſupra Matthæ.
quanta eſt Chriſti in condeſcenſione diligentia, ſicut cum comedat & bibat, cum videatur ex aduerſo Ioanni facies, & hæc Iudæorum gratia ſalutis facit, magis autem orbis terrarum vniuerſi.Quid his clarius dici poteſt? in quibus aſſerit, Chriſtum condeſcendiſſe in cibo & potu Iudæis, qui vtique infirmi erant, non tam carne, quam mente: nam & infirmitatem carnis ipſe Ioannes habebat. Gregor. in moral,libr. 12. ſu- Iob. 14.
per illud. Putas ne mortuus homo rurſum viuat? Solent (inquit) iuſti in eo, quòd ipſi certum ſentiunt,

quaſi

quaſi ex dubitatione aliquid proferre,vt infirmorum in
ſe verba transforment,ſed rurſum per fortem ſententiã
dubietati contradicunt, quatenus per hoc quod dubie
proferre cernuntur,infirmis aliquatenus condeſcendãt,
& per hoc ꝙ certam ſententiam proferunt,infirmorum
mentes ad ſoliditatem trahant. Quod dum faciunt, e-
xemplum noſtri capitis ſequuntur,qui paſſioni propin-
quans, infirmantium in ſe ſumpſit vocem,dicens. Pa-
ter ſi poſſibile eſt,transfer calicem hunc à me, ſed vim
fortitudinis oſtendens ait,non ſicut ego volo, ſed ſicut
tu.Huc vſque Gregorius.Per quæ patenter oſtendit cõ
deſcenſionem ad infirma & imperfecta mortalium, non
ſolum ad membra Chriſti fortia pertinere, ſed etiam ad
Super Pſal.117. caput. Tandem magiſter Hugo in expoſitione illius
Pſalmi.Bonum eſt confidere in Domino.ſic dicit. Ha-
bebat Ieſus loculos,& ea quæ dabantur ſuſcipiebat,con
formans ſe imperfectis. Paulus autem nolebat ſumptus
accipere de Euangelio,ſed gratis factus eſt miniſter ver
bi,& inuenitur Paulus aliquid maius feciſſe quàm Chri
ſtus.Chriſtus autem in numero imperfectorum inueni
ri voluit,ne præſumerent non accipientes, & confunde-
rentur accipientes,& æſtimaretur non eſſe Chriſtianus,
faciens quod noluit facere Chriſtus.Hoc Catholici Do
ctoris teſtimonio quinto,directe hoſtis condeſcenſionis
Chriſti in fronte percutitur,quo non ſolum aſtruitur,ꝙ
magiſter perfectionis ex condeſcenſione loculos habue
rit,verumetiam quòd oppoſitum huius non ſolum lau-
dabiliter,ſed laudabilius habet fieri,quàm omitti. Vt au
tem hoc clarius eluceſcat,conſideratione peruigili attẽ-
dendum eſt,quòd ſicut tripliciter bonum dicitur, & e-
tiam malum, ſic & perfectum & imperfectum,videli-
cet,in genere,ex circunſtantia,& ſecundum ſe. Bonum
Quẽadmodum bonũ & malum, ſic perfectum,&imperfectum ſumitur tripliciter. nanque in genere,eſt actus tranſiens ſuper materiam de
bitam,vt ire ad Eccleſiam,dare eleemoſynam. Bonum
ex circunſtantia,eſt actus laudabilibus circunſtantijs in
formatus, ſicut dare eleemoſynam ſeruatis debitis cir-
cunſtantijs circa dantem,datum,& accipientem, quan-
tum ad loca,tempora,& perſonas.Et hæc duo bona de-
prauari poſſunt per alicuius circunſtantiæ defectum, &
maximè propter inordinationem intentionis,vtpotè ſi-
quis in dando eleemoſynam, vel ieiunando, vel eundo
ad Eccleſiam, hoc faciat vt gloriam capiat humanam.
Tertium autem eſt bonum ſecundum ſe, quod nullo
modo poteſt eſſe malum, aut male fieri,ſicut eſt opus
virtutis ex charitatis radice procedens. Per hunc etiam
modum,tripliciter dicitur malum. Malum(inquam) in
genere, dicitur actus tranſiens ſuper materiam indebi-
tam,ſicut occidere hominem.Malum ex circunſtantia,
dicitur actus informatus deordinata circunſtantia,vt co
medere extra horam. Mala ſecundum ſe ſunt illa,quæ
mox nominantur coniuncta malo, vt mentiri, fornica-
ri, odire veritatem,approbare errores.Simili etiam mo-
do perfectum dicitur tripliciter.Perfectum nanq; in ge-
nere,eſt actus difficilis,& excellens,ſicut eſt omnia relin
quere,& intrare religionem.Perfectum ex circunſtãtia,
dr̃ actus difficilis debitis circunſtantijs adornatus, vt
relinquere diuitias gaudenter,& ad ædificationem pro-
ximi.Perfectum autem ſecundum ſe,eſt actus difficilis a
charitatis ſublimitate procedens, vt eſt motus feruidę,
& extractæ dilectionis in Deum,vel pure & plenæ dile-
ctionis ad inimicum. Iuxta hunc etiam modum,imper-
fectum dicitur tripliciter.Imperfectum quippe in gene-
re,dicitur actus facilis ad quem humana infirmitas in-
clinatur,ſicut fugere mortem,pecuniam poſſidere. Im-
perfectum ex circunſtantia,dicitur actus informatus cir
cuſtantia inclinatus ad infimę iuſtitiæ ſtatum, vt vim fa
cienti dimittere veſtem,propter fugam maioris iniuriæ.
Imperfectum aũt ſecũdum ſe,quod nullo modo poteſt
ſtare cum perfectione euangelica, ſicut ducere vxorem,
& fugere paupertatem.Cum igitur tam multiformiter
dicatur tam perfectum, quam imperfectum,clarum eſt
ꝙ ſicut malum ex genere poteſt fieri bonũ ex circunſtã
tia,vt occidere hominẽ,quia maleficus eſt, & qa lex iu-
bet,& quia Reipublicę confert,& econuerſò bonum ex
gñe põt fieri malum ex circunſtantia, vtpote dare elee-
moſynam ꝑꝑ vanam gloriam,ſic & perfectum in gene-
re poteſt fieri imperfectũ ex circunſtantia,vt puta ſua re
linquere modica,vt quis capiat maiora bona Eccleſia-
ſtica,vel ab omni actu libidinis carnalis continere pro-
pter corporis vitã prolongandam,& è contrario imper-
fectũ in gñe,põt fieri perfectum ex circunſtantia, vtpo
te fugere mortem,vt quis glorioſius, & fructuoſius, &
oportunius patiatur pro Domino, quõ fugit Chriſtus
& Apoſtolus Paulus.Sic & in conſimilibus ſimiliter eſt
iudicandum. Ex his patenter liquet,quid veraciter de
Chriſti operibus ſentiendum ſit. Nam cum loquimur
de Chriſti operibus,põt fieri ſermo de eius opere inte-
riori,vel exteriori.Interius dicimus opus operans, exte-
rius opus operatum.Omne autem opus Chriſti operãs Oẽ opus Chriſti interius ẽ perfectiſſimũ.
ſiue interius eſt perfectiſſimum, quia ex perfectiſſima
charitate proceſſit,& hoc eſt opus, & actus perfectiſſi-
mæ voluntatis & virtutis.Opus verò eius exterius in ſe
conſideratum,aliqñ fuit perfectum de genere actus,vt-
pote morti ſe offerre,vel animam pro ouibus ponere,a-
liquando imperfectum, vt a facie perſequentium fuge-
re,& ſeipſum abſcondere,& pro amotione calicis exó-
rare. Veruntamen hoc opus relatum ad Chriſti charita
tem,& rationem,& cãm,quare hoc faciebat, & ad per-
ſonam ſuã efficitur perfectiſſimum. Vnde Ber. tractans In ſermo. de Beato Añdrea.
illud.Si fieri põt tranſeat a me calix iſte.ait. Agnoſco in
duce belli puſillanimitatem,trepidationem,agnoſco æ-
groti vocem in medico,agnoſco infirmantem gallinã cũ
pullis, conſidero charitatem,ſtupeo dignationem,& ex
paueſco humilitatem.Miſericors Dñs nõ Beati Andreæ
robuſtũ ſibi ſumpſit affectum, quia non eſt ſanis opus
medicus,ſed male habentib. & ſi quem dignatio tãta ſcã
dalizet,planè meretur audire. An oculus tuus nequam Matth.20.
eſt,quia ego bonus ſum?Huic enim odor vitæ in mortẽ
eſt.Quid enim magnum fuit Domine Ieſu,ſi accedente
iam hora mortis propter quã veneras,intrepidus ſtares,
tanquam qui poteſtatem habebas ponendi animã tuã,
& nemo tollebat eam a te? Aut non longe glorioſius
fuit,qñquidem totum propter nos agebatur, vt non ſo-
lum paſſio corporis,ſed ẽt cordis affectio,pro nobis fa-
ceret,& quos viuificabat mors tua,nihilominus & trepi
datio robuſtos,& mœſtitia lætos.& tędium alacres, &
turbatio quietos faceret, & deſolatio conſolatos. Huc
vſq. Ber.Et hoc ipſum eſt quod dicit Aug. in auctorita
te ſuperius allegata,quod ſublimius aliquid fecerat Pau
lus quam opus quod fecerat Chriſtus, nec tamen Paulꝰ
ſublimius Chriſto,immo Chriſtus ſublimius,quia miſe
ricordius.Quod ideo dicit,quia ipſa condeſcenſio Chri
ſti,qua membris ſuis condeſcendebat infirmis,& imper
fectis,ex ſublimitate procedebat perfectiſſimæ Charita-
tis. Sicut enim humanam aſſumendo naturam,in no-
ſtris quidem factus eſt humilis,ſed in proprijs perman-
ſit excelſus,ſic & ſummæ charitatis dignatione,ad actus
quoſdam noſtræ imbecillitati,& imperfectioni confor-
mes deprimitur, & à ſummæ perfectionis rectitudine
non curuatur. Ac per hoc verum eſt,quod Chriſti per-
fecta ſunt omnia opera ad ipſum relata,verumetiam eſt, Oẽ opus exterius Chriſti ad ipſum relatum, eſt perfectiſſimũ.
quòd Chriſtus etiam fecit aliqua opera infirmorum in
ſe ſuſcipiendo perſonam, & ad noſtra condenſcendo
infirma, & imperfecta. Verum nihilominus, quod
eorum oppoſita laudabiliter poſſunt fieri, & laudabi-
lius eſt facere illa pro loco & tempore, quam omitte-
re. Verum eſt etiam,quòd nunquam ex hoc diſcipu-
lus eſt ſuper magiſtrum, quia nullus tanta charitate
aſcendit ad illa fortia, quanta Chriſtus condeſcendit
ad iſta infirma,& ideo magiſter eſt ſemper ſupra diſci-

pulum, Chriſtus videlicet ſupra omnem hominē quantumcunq; perfectum. Hæc omnia ſi pie & diligenter is cui reſpondet, ſciuiſſet aduertere, nunquam tot contra Chriſti condeſcenſionem protuliſſet ineptias. Et tunc ſi miſericordia Dei præuentus, vt per omnem modum optamus & ſuppliciter petimus, humilitatem diſcere velit, non alteri conabitur hæreticæ prauitatis crimen impingere, ſed proprium corrigere, ac deplorare ſtudebit errorem, niſi fortè (quod auertat Deus) de numero ſit illorum, qui Chriſti ſublimis, & humilis altam & condeſcenſiuam ignorantes iuſtitiam, & inflexibilem, quendam magiſtro perfectonis attribuentes errorem, veræ ac piæ Chriſti iuſtitiæ conuincuntur eſſe contrarij potius, quàm ſubiecti.

*Primæ reſponſionis ſecunda particula, in qua capitalis error circa notificationem perfectionis & imperfectionis eliditur, & verę perfectionis exemplaritas, & differentia ipſius ad imperfectionem refertur. Artic. 1.*

QVemadmodum autem condeſcenſionis Chriſti aduerſarium valida Doctorum proſtrauit auctoritas, ſic & peruerſi eius dogmatis caput propriæ aſſertionis mucro detruncat, dum idem perfectionis euangelicæ oppugnator impijs ſenſib. inuertendo ſcripturas, & imperitis ſermonib. inuoluendo ſnīas, non ſolum à veritate diſſentit, verumetiam ſibi ipſi contradicit. Quanta namq; ſit in ſequentibus intellectus peruerſitas, quantus ſcripturarū abuſus, quanta inuolutio ſnīarum, quantaq́. repugnantia ſenſuum, quia longum eſſet explicari per ſingula, prudenti lectori ſufficere credimus, ſi aliqua illorum ſuccinctè tangamus. Siquidē a diffinitione perfectionis quaſi capitale ſumens exordium, dicit ꝙ ꝑfectio huius vitæ eſt, non vt peccatum non habeamus, ſed ne regnet in noſtro mortali corpore. Hoc quamuis ſit veraciter, & catholicè verum, & a ſanctis acceptum, quia tamen in hoc perfectionis euangelicæ terminum ponit, & cōplementū conſtituit, a vera perfectionis notitia procul eſſe cōuincitur. Nā cum oīs homo ad hoc, ꝙ peccatū in ipſo nō regnet, diuino ſit præcepto aſtrictus, oīs igitur homo teneretur eſſe perfectus. Iterū ſi quantumcunq; charitas parua ad hoc ſufficit, ſequitur, quòd minima charitas ad perfectionis culmē attingit. Quid igitur dicit Auguſt. ꝙ charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici. Amplius, ſi perfectio eſt, ꝙ peccatū in nobis non regnet, igitur imperfectio eſt, ꝙ regnet. Sed cum peccatum in nobis non poteſt regnare, niſi cū ſumus in peccato mortali, oīs igitur imperfectio eſt peccatum mortale. Quod quam abſurdum ſit, & a veritate diſſentiat, nemo qui aliquid nouit ignorat. Dehinc vigilans lector attendat, qualiter in ſubſequentib. imperfectionem diffiniens, ſibiipſi contradicat apertè. Subdit enim. Imperfectio eſt citra poſſibilitatem humanæ conditionis non conformari Chriſto. Sed hoc poteſt eſſe non ſolum abſq; mortali peccato, quia nullus ad hoc tenetur, verumetiam abſque veniali in his potiſſimum, quæ ſunt conſilij, & in noſtræ ponuntur liberæ voluntatis arbitrio, ac per hoc omitti poſſunt abſq; vllo peccato, ſicut expreſsè patet in voto paupertatis, & continentiæ virginalis. Quod autem ſubiungit dicens, quòd a mandatis Chriſti, & eius operibus diſcordare, eſt imperfectio, à qua Apoſtolus diſcipulos dehortatur, non ſolum à præcedentibus diſſonat, verumetiam repugnantiam in ſe claudit manifeſtam. Nam diſcordare a Chriſti mandatis, ſemper eſt peccatum mortale, diſcordare verò a Chriſti operibus pōt eſſe peccatum veniale, vel omnino nullum peccatum. Apparet igitur quòd ſeipſum nequaquā intellexit, dū in eadē propoſitione duo ſibi cōtraria ſimul includit. Deinde qđ verba inculcans de imperfectionis notificatione ſubnectit dicēs, imperfectio vitę eſt a regula iuſtitiæ, & a veſtigijs Chriſti diſtorqueri, vbi Chriſtum poſſet ſecundum carnem corruptibilem imitari: oſtendit ſe non ſolum veritatis intelligentia vacuum, ſed etiam verbis veritatis egenū. Verū de verbis cura permodica, magis aūt diſcutienda verbi ſnīa, & abijcienda tanquam diſtorta. Dic. n. qđ imperfectio eſt diſtortio a regula iuſtitię. Conſtat aūt, qđ iuſtitia eſt rectitudo voluntatis, ſicut dicit Anſel. Si igitur eſt quędā iuſtitia perfecta, quędā imperfecta, ſequitur neceſſariò, ꝙ ſit quędā iuſtitia diſtorta. Amplius, ſi eſt rectitudo iuſta, diſtortio ēt iniuſta. Si igitur imperfectio eſt diſtortio, imperfectū erit iniuſtū. Sequitur ergo ſi imperfectio eſt diſtortio, ꝙ aliqua iuſtitia ſit iniuſta. Denique cū virtus oīs (vt ait Aug.) ſit recta rō, neceſſariò ſequitur ꝙ diſtortio ſit peccatum. Si igitur vniuerſaliter imperfectio eſt diſtortio, ſic imperfectio vniuerſaliter erit pctm̄, cū aliqua charitas ſit imperfecta, conſequentia neceſſaria poteſt inferri, ꝙ charitas ſit peccatrix. Ac per hoc colligitur ex p̄miſſis ſm notificationes imperfectionis pręhabitas, ꝙ iuſtitia ſit iniuſta, rectitudo diſtorta, & charitas vitioſa. Ad maiorem quoq; imperitię ſuę declarationem paulò poſt ſubdit, quod ſapiens magnam aſſerit eſſe gloriā ſequi Dominum, & quod ſimpliciter dictum eſt vniuerſaliter intelligitur. Quod ſi verū eſt, cū velle ſequi dn̄m in aliquibus ſuis actibus ſit magna pręſumptio, vtpote in miraculis, in iudicijs, in vindictis, & in præuidendis futuris, & conſimilib. igitur ſi hoc verbum ſimpliciter dictum eſt, vniuerſaliter intelligendū, aut magna erit gloria ſequi Dn̄m in his, ad quę aſpirare eſt p̄ſumptuoſum, & imperitum, aut ſm iſtius peruerſum iudicium ſapiens dixit falſum. Huic quoq; dementiæ & aliam non minorē adiunxit dicens, ꝙ Chriſtus adoleſcēti dixit, ſequere me, non diſtinguēs in quibus & qualis, ſed ſimpliciter, & magna vt dicit pręſumptio eſt, velle diſtinguere, vbi Dominus non diſtinxerit, quia legiſlatoris eſt proprium, legem interpretari quam condidit. In qua quidem aſſertione, & ipſe fidei, & ſanctorum patrū ſententię, & etiā ſibimet contradicit aperte. Nam ſi vbi Chriſtus in ſermone proprio non diſtinxit, nec nos debemus diſtinguere cum dixit. Pater maior me eſt, erat catholicę fidei ſenſus, quo docetur non ad Chriſti diuinitatem, ſed ad eius tantummodo humanitatem, prefatū verbū eſſe referendum, Errant nihilominus ſancti, q Chriſti eloquia explanando, & diſtinguendo, exponūt, & exponendo interpretantur. Errat & ipſe, qui cōſequēter in hoc verbo ēt diſtinguit dicens, ꝙ non intelligitur de actib. ſpectantibus ad graduum & dignitatum diſtinctionem, ſed de alijs tantū. Verū nec his contentus ſtultitijs, ſubiungit & alias aſſerens, ꝙ dicere Deum aliquid præcepiſſe perfectis, nō imperfectis: error ſit Manichęorū, & res magni periculi, nō attēdens, ꝙ ſacer dicit Hie. contra Iouinianum lib. 2. dicit enim. Nunquid omnib. pręceptum eſt, ne duas tunicas habeant, nec cibos in pera, æs in zona, calciamenta in pedibus, vt vēdant vniuerſa quę habent, & ſequantur Ieſum? Sed his qui volunt eſſe perfecti. Alioquin cur à Ioanne Baptiſta, aliud militibus, aliud pręcipitur Publicanis? Hęc Hiero. Quibus patenter oſtendit, hanc ſuam, immò ſcripturarum eam ſententiam, quam hic nouellus doctor Iouiniani erroneū dogma ſecutus, hæreticam aſſerit & periculoſam. Sane quod addit, mandatis hominem imperfectum non effici, quia mandatum ſanctum bonum, & iuſtum, non operatur mortem, ſed imperfecto mors quædam eſt, manifeſte verum probans, per manifeſte falſum, ſimul ſuiipſius imprudentiam declarat, & errorem. Certum enim eſt, ꝙ mandata nec imperfectos faciunt, nec perfectos, cum tam hi, quam illi ad eorum obſeruantiam aſtrigantur. Certum eſt etiam, quòd imperfectio a perfectione non diſcrepat, ſicut mors a vita diſtat. Si enim & imperfe-

imperfectio mors eſt,aut pœnalis,aut culpabilis. Si pœnalis, nullus eſt in hac vita perfectus, nec etiam ipſe Chriſtus. Si culpabilis, ſed mors culpabilis eſt culpa mortalis,nullus eſt igitur imperfectus, qui non ſit per mortale peccatum vita priuatus. Quod ſi dicat mortẽ quandam dici culpam venialem, valdè impropriè loquitur,nec tamẽ declinat errorem,quia ſi culpa venialis eſt mors faciens imperfectum, & cum non ſit maior ratio de vno veniali,quam de alio, quoties incidit quis in veniale peccatum,toties decidit a perfectionis ſtatu. Et iterum. Cum nullus quantumcunq; iuſtus ſit omnino immunis à venialibus,nullus erit in hac vita perfectus, ea perfectione quam conſulit Chriſtus, quod eſt hæreticum,& damnandum. Ad erroris etiam ſui cumulationem maiorem ſubſequenter annectit imperfectionem eſſe quandam claudicationem,quæ ſub præcepto nõ cadit,ſed ſub indulgẽtia,quemadmodum ſua repetere nõ eſt præceptum,ſed indultum. Quod eſt plane falſum,cũ indulgentia ſecundum Aug.in lib. de bono coniugali includit peccatum, & repetere ſua imperfectis eſt licitum,ſicut prima ad Cor.6.dicit Gl. Infirmis licet ſua repetere,etiam mouendo cauſam ante iudicem. Huic quoque ſimile eſt,ꝙ quibuſdam vanis,& friuolis interpoſitis addidit,ꝙ in nouo teſtamento, etiam quando cauſa prolis cõtrahitur matrimonium,eſt indultum. Cui apertè contradicit Aug.in libr.de bono coniugali. Certè inquit dubitare fas non eſt, nuptias non eſſe peccatum. Non itaque nuptias ſecundum veniam concedit Apoſtolus,ſed illum concubitum ſecundum veniam concedit,qui fit per incontinentiam non ſolũ cauſa procreandi, ſed etiam aliquando nulla cauſa procreandi, quem nuptiæ fieri non cogunt,ſed ignoſci impetrant. Concubitus enim ſola cauſa generandi inculpabilis, ſolus ipſe nuptialis eſt. Hæc Aug. Vbi inter ipſum doctorem antiquum,& iſtum nouellum tanta eſt repugnantia ſenſuũ, & verborum,vt neceſſe ſit alterum eorum aſſeruiſſe falſum. Si igitur non ſuam ſed egregij doctoris vult ſequi ſentẽtiam,ne in foueã cadat erroris,deſinat imperfectionem deſcribere per diſtortionem & claudicationem, vt non compellatur ex hoc tanquam diſtortus, & claudus a veritatis tramite deuiare. Quod autem ſubdit,Chriſtũ nulla feciſſe opera tantum imitanda perfectis, pro eo ꝙ nemini perfectionem inuidit, quaſi non poſſet eſſe gradus,& diſtinctio in exemplis Chriſti & verbis,reſpectu graduum & ſtatuum diuerſorum in Hierarchia Eccleſiæ:nequaquam eſt conſonum documentis ſcripturæ. [Luc. 8.] Nam Chriſtus dicit ſpecialiter Apoſtolis. Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei, cæteris autem in parabolis. [Matth. 11.] Et iterum loquens ad Patrem ait. Abſcondiſti hęc a ſapientib. & prudentib & reuelaſti ea paruulis. Nunquid inuidus Deus,quia non omnibus ſapientiæ ſuæ reuelauit arcanum? Conſtans eſt autem,ꝙ ſicut Chriſtus ſua pro illis qui ea capiebãt, proponebat eloquia, ita pariter & exempla. Nequaquam igitur ex inuidia,ſed ex altiſſima diſpenſatione ſapientiæ Dei, diuidentis dona ſua ſingulis prout vult,quædam præponuntur imitanda Prælatis non ſubditis,quædam ſpiritualibus non animalibus,quædam perfectis non imperfectis, quædam fortioribus non infirmis,ſicut expreſſe patet in auctoritate præmiſſa Hieronymi contra Iouinianum. Nec tamen dicimus,ꝙ opera conſiliorum & ſupererogationum, illis ſolis proponantur, qui iam perfecti ſunt,quin potius omnibus qui ad perfectionis culmen conſcendere volunt. Quod quidem tanquam difficile, & arduum,non eſt omnium ſed paucorum. Porrò ratio illa,qua ſubſequenter conatur aſtruere Chriſti opera, & exempla,æqualiter cunctis eſſe propoſita,quia ſi aliquid egit quod tantum imitandum eſſet imperfectis, videretur tunc ꝙ debuiſſet vxorem accipere,& contentionibus ſe ingerere,vt horum exempla imperfectis præberet: nullius eſt efficaciæ ſed magnæ dementiæ. Nequaquam.n.rationẽ hanc probabilem crederet,niſi experientiam carnalis libidinis,& cõpugnantiam litis, condeſcenſioni diuinæ dulcedinis in noſtris infirmitatibus ſuſcipiendis, temeritate quadam erronea coæquaret. Ac ſi apertè diceret. Si Chriſtus condeſcendit infirmitati humanæ in actu comeſtionis,& fugæ,pari ratione condeſcendere debuit in actu carnalis libidinis, & litis contentione. Alioqui ratio ſua non valet. Et verè non valet,quia non eſt ſimile hinc inde,quia in illis infirmitatibus decuit nobis cõdeſcendere Chriſtum,quæ communiter reſpiciunt naturam lapſam,nec aliquam habent fœditatem annexam, in alijs verò nequaquam. Tandem ſi quis vigilanter attendant quid finaliter concludit,& intendit,patenter aduertet,ꝙ ſeipſum paralogizando multiplici inuoluit errore. Ait enim. Cum duæ ſint partes perfectionis,ſ.ſua vendere,ac diſtribuere,& Chriſtum Dominum ſequi, ſicut ad fundamentum Religionis requiritur neceſſariò,ꝙ omnia ſua relinquat,ſic ad complementum exigitur,ꝙ ſua relinquens Chriſtum imitetur in omnib. iuxta poſſibilitatem humanam. Propter quod non paruam aſſerit eſſe blaſphemiam,dicere Chriſtum in his quæ ſecundum naturam noſtram geſſit, non in omnib. ſed in aliquibus imitandum,eis potiſſimè,qui perfecti eſſe conantur. Verum licet verba huiuſmodi in ſuperficie videantur aliquam prætendere rationem, tamen ſecundũ veritatem ratiocinatio ſua nullum omninò habet vigorem,ſed & concluſio multimodam continet falſitatem. Non.n.eſt ſimile de dimiſſione ſuorum, & imitatione actuum Chriſti. Nam dimittere ſua actus eſt vnus,& vniformis,qui perfectioni non cõſonat,ſi diminutè,hoc eſt ſecundum partẽ,& non ſecundum totum fiat. Actus aũt Chriſti ſunt multiformes,& varij,& quamuis in cõparatione ad Chriſti perſonam oẽs ſint perfecti, tamen ſecundum naturam propriam quidam ſunt excellentes, quidam condeſcenſiui,ſicut in præcedentib. aliqualiter patuit,& ſubſequenter patebit. Sane ſi verum eſt,ſicut concludit,ꝙ perfectio dicat vniuerſalem conformitatẽ ad Chriſti opera,& imperfectio diſſonantia, multa per omnem modum ſequuntur abſurda. Nam cũ Chriſtus mulieres ſecum comitãtes,& ipſum ſuſtentantes habuerit,ſequitur,ꝙ imperfectus fuerit Paulus qui hoc recuſauit. Cum Chriſtus inter homines habitauerit,imperfectus fuerit Ioannes Baptiſta,qui relictis turbis ſolitaria loca quæſiuit. Cum Chriſtus vinũ biberit, imperfectus idem Baptiſta,qui vinum & ſiceram non guſtauit. Cum Chriſtus ſolus cum muliere locutus fuerit,imperfectus vir qui a mulieris conſortio ſe elongat. Cũ Chriſtus mulieri peccatrici pedes oſculandos prębuerit,imperfectus vir qui mulierum contactus abhorret & vitat. Cũ Chriſtus diuidere hereditatem inter fratres recuſauit,imperfectus erit qui iurgantes pro hæreditatis diuiſione germanos ad pacem,& æquitatem reducit. Cum Chriſtus ſcienter loculos furi conſeruandos commiſerit,imperfectus omnis erit,qui furem diſpenſatorem expellens fidelẽ requirit. Cum Chriſtus in ipſa ſua paſſione tacuerit, imperfectus omnis erit,qui pro Chriſto patiens veritatem dicit. Et ſic in pluribus alijs poteſt inductio fieri, vt in fuga,& comeſtione,& loculis taceamus,quę omnia tam abſurda ſunt, vt ſiquis ea conetur defendere, non tam videatur errare,quàm inſanire.

*Articulus. 3.*

VT autem hęc & his ſimilia prudens lector effugiat inconuenientia,in quæ is cui reſpõdemus ex inconſideratione deuenit, attendere debet, quòd deceptionis huius duplex extitit cauſa. Prima cauſa eſt, quia cum ſciret Chriſtum eſſe omnis perfectionis exemplum, modum tamen huius exemplaritatis neſciuit, vel aduertere neglexit. Secunda cauſa eſt, quia cum

clare ꝑpenderet imperfectionē a perfectione deficere, modum tamen huius defectionis non potuit inueſtigare. Intelligendum eſt igitur, ꝙ cum Chriſtus ſit verbū increatum & incarnatum, duplex eſt in eo rō exemplaritatis, æternæ videlicet, & tp̄alis. Æternæ inquam ſm̄ ꝙ eſt ſplendor æternæ gloriæ, & figura ſubſtantiæ Dei patris, atq; candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula maieſtatis Dei. In quo quidem ſpeculo exemplariter cuncta creata relucent, quæ a principio conditionis mundi vſque in finem, ad perfectionem vniuerſi totius, tam ſpiritualiter, quàm ſenſibiliter producuntur.

*Heb. 1.*

*Chriſtus eſt exēplar militantis Eccleſiæ.*

Et ſm̄ hoc eſt Chriſtus vt verbum increatum, ſpeculum intellectuale, & exemplum æternum totius machinæ mundialis. Inquantum aūt verbum incarnatum in aſſumptæ humanitatis conuerſatione, exemplū & ſpeculum eſt oīum gratiarum, & virtutum, & meritorum, ad cuius exemplaris imitationē erigendum eſt tabernaculū militantis Eccleſiæ. Iuxta quod Moyſi myſterialiter dictum eſt, Inſpice, & fac ſm̄ exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Et quemadmodum ab illo vno æterno exemplari indiuiſo, tam diuerſæ manāt creaturarum naturæ, & naturarum perfectiones, ſm̄ variā ipſius ſummi boni participationem, quod perfecte ab vna aliqua creatura capi non poterat, propter quod & diuerſis conſtituit Deus rerum ſpecies ad vniuerſi complerionem, ſic & a verbo illo incarnato tanquam ab originali principio gratiæ, de cuius plenitudine accepimus omnes, & tanquam a ſpeculo in quo & a quo oīs ſanctitatis, & ſapientiæ plenitudo, & pulchritudo refulget, diuerſi ſtatus gradus, & ordines ſm̄ variam diſtributionem donorum & varium imitandi modum exemplariter deriuantur, in quibus ſecundum multiformem participationem multimoda Chriſti perfectio ſic diſtribuitur, vt ſimul reperiatur in omnibus, nec tn̄ in aliquo vno ſolo ſm̄ omnimodæ plenitudinis totalitatem refulgeat, ſed quilibet gradus & ſtatus pro ſuæ menſuræ modulo ſm̄ plus & minus, iſtiuſmodi exemplaris influentiam ſuſcipit, & ad ipſius imitationem accedit.

*Exod. 25.*

*Varij, ac multiplices act⁹ in Chriſto.*

Refulgēt autem a Chriſto tanquam a totius noſtræ ſalutis exemplari, & originali principio actus multiformes. Nam quidam actus in ipſo reſpiciunt ſub imitatem potentiæ, vt ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare, elementa conuertere, panes multiplicare, ſeipſum transfigurare, & cętera miracula facere. Quidam ſapientiæ lucem, vt arcana cœleſtia referre, ſecreta cordium ſcrutari, & futura prædicere. Quidam ſeueritatem iudicij, ſicut vendentes eijcere de templo, cathedras vendentium columbas euertere, & dura increpatione ferire Pontifices. Quidā officij dignitatem, vt ſacramentum conficere ſacratiſſimi corporis ſui, manus imponere, & relaxare peccata. Quidā condeſcenſionē miſeriæ, vt latere in perſecutione, trepidare, & contriſtari in morte, & pro amotione calicis patrem rogare. Quidam informationem vitę perfectæ, vt paupertatem ſeruare, virginitatem cuſtodire, Deo & hominibus ſeipſum ſubijcere, noctes in oratione peruigiles ducere, pro crucifixorib. exorare, & morti ſe ſumma charitate ēt pro inimicis offerre. Cum igitur ſex ſint hmōi actuum varietates, in his vltimis duntaxat ipſum imitari eſt perfectum. Nam in his quæ ſunt excellentiæ ſingularis eſt impium & luciferianum, niſi fuerit alicui priuilegij ſingularis dono conceſſum. In his aūt quæ ſunt ſeueritatis & dignitatis, eſt preſidentiū & prælatorum. In his quæ condeſcenſionis, eſt infirmorum inquantū loquimur ad actum extrinſecū. Nequaquā igitur vt dogmatizat, ſumma Chriſtianę perfectionis conſiſtit in vniuerſali imitatione actuū Chr̄i, ſed tm̄ illorum qui vitæ perfectæ imitationem reſpiciunt. Ex quo apparet, ꝙ huiuſmodi veritatis ignorantia, prima fuit in eo cauſa erroris. Quam ēt ſecunda comitata eſt, videlicet ꝙ imperfectionem a perfectione rationabiliter non diſcreuit, dū imprudenter aſſeruit ꝙ imperfectio & perfectio differunt, ſicut rectitudo & diſtortio, ſicut iuſtitia & peccatū, ſicut puritas, & pollutio, ſicut gloria & ignominia, ſicut vita & mors, ſicut ſanitas & morbus, ſicut ingreſſus & claudicatio. Ex quibus magna inconuenientia ſequuntur & multa, quorū aliqua ſuperius ſunt expreſſa.

*In quibus actib. imitari Chriſtū ſpectat ad perfectionem.*

*Perfectio & imperfectio differunt ſicut maius bonū, & minus bonū.*

Propter qđ diligens lector aduertat, ꝙ perfectio & imperfectio non differunt ſicut duo cōtraria, ſed ſicut maius bonum, & minus bonum, ſicut fini propinquū & lōginquū, ſicut magis meritoriū & minus, ſicut magis deiforme & minus, ſicut gloria & ſanctitas maior & minor. Quòd quanquā intelligentib. ſit per ſe notum, ad tollendum tn̄ oēm dubitationis ſcrupulum, auctoritatibus Sanctorum eſt probandū. Ait enim Ambr. de offi. lib. 1. Officium oē aut medium aut perfectum eſt. Quod æquè ſcripturarum auctoritatibus probare poſſumus. Habemus enim a Dn̄o in Euangelio dictum. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Non homicidium facies, non adulterabis. Hæc media ſunt officia quib. aliquid deeſt, iō ſequitur. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Hoc eſt igitur perfectum officiū quod Græci Katorthoma vocant, quo corriguntur oīa quę aliquos poterunt lapſus hr̄e. Hęc Ambr. Ex quibus colligitur, ꝙ medium officium, qđ eſt imperfectum, nullum dicit pctm̄, cum conſiſtat in obſeruantia mandatorum. Item ēt ſuper primam propoſitionē epiſtolæ ad Corinth. A licitis tēperare voluerunt fideles, vt non ſolū innocentes ſed & glorioſi videantur. Conceſſa enim præterire virtutis eſt maximę. Hæc Ambr. Si igitur vti licitis innocentia, conceſſa præterire perfectio, conſtat ꝙ imperfectio ſimul cum innocentia ſtat. Non eſt ergo peccatum. Auguſt. quoq; de bono coniugali. Quid dicturi ſumus ad euidentiſſimam Apoſtoli vocē dicentis, quod vult faciat, non peccat ſi nubat, & ſi acceperis vxorem non peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccauit? Hinc certè dubitare fas non eſt, nuptias non eſſe peccatum. Non itaq; nuptias ſm̄ veniam concedit Apoſtolus. Nam quis ambigat abſurdiſſimè dici non eos peccaſſe, quibus venia conceditur. Hæc Augu. Conſtat aūt, ꝙ nuptiæ non ſtant cum euangelica perfectione, qua eunuchizari docet Chr̄s ꝑꝑ Regnum cœlorum. Igitur imperfectio non requirit veniam, nec eſt de ſe aliqua culpa. Idem etiam in eodem libro. Bonum inquit erat quod fecit Martha, occupata circa miniſteriū Sanctorum, ſed melius quod Maria ſoror eius. Bonum Suſannæ in coniugali caſtitate laudamus, ſed tamen ei viduæ Annæ bonum, & multo magis Virginis Mariæ bonum anteponimus. Bonum erat quod faciebant qui de ſua ſubſtantia Chriſto, & ſuis diſcipulis miniſtrabāt, ſed melius qui omnem ſubſtantiam dimiſerunt, vt Chriſtum Dominū expeditiores ſequerentur. Hæc Aug. In quibus luculenter oſtendit, quòd perfectum non differt ab imperfectione, ſicut virtuoſum a vitioſo, ſed ſicut maius bonum à minus bono. Hoc ipſum Hierony. dicit expreſsè. Vis ait eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis, fac quod fecerunt Apoſtoli. Et poſt. Non vis eſſe perfecta ſed ſm̄ vis tenere gradum virtutis, dimitte omnia quæ habes, da propinquis, da filiis, nemo te reprehendit ſi inferiora ſecteris, dummodo ſcias illam tibi iure prælatam, quæ elegerit prima. Hucuſq; Hiero. Ecce quam patenter ait, & aſſerit, quòd imperfectio, quæ eſt ſecundi & inferioris ſtatus & gradus, non dicitur quid reprehenſibile, & peccatum. Idem quoque Hieronymus ait. Prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, ſuadentur perfecta. In duobus primis peccatum omne concluditur, reliqua verò in noſtra poſita ſunt poteſtate, vt aut cum minori gloria vtamur conceſſis ac licitis, aut ob maius præmium ea quæ nobis conceſſa ſunt reſpuamus.

*Matth. 19.*

*1. Cor. 7.*

*In epiſt. ad Edibiam.*

*In epiſt. ad Demetriadem.*

Hæc

Hæc Hieronymus. Quid his clarius ad propoſitum dici poteſt. Quibus quantumcunque tardum ingeniũ, niſi fortaſſe fuerit excœcatum malitia, ab omni præfati erroris caligine non dubitamus poſſe purgari, maxime ſi velit aduertere, ꝙ recenter baptizatus, quanquam nondũ peruenit ad apicem perfectionis & meriti, nulla tamen eſt infectus labe peccati.

*Primæ reſponſionis tertiæ particulæ, in qua euangelicæ perfectionis integritas panditur, eiusque ſtatus ſublimis & gradus multiformis aperitur. Articulus primus.*

QVoniam autem ſcriptoris intentio non tam debet eſſe de falſitatis reprobatione, quam de veritatis reſeratione ſolicita, quatenus erroris tenebroſitate depulſa, mentalib. legentium oculis radius veræ lucis infulgeat, ideo perfectionis notificatione falſa & erronea iam improbata, conſiderãdum nobis eſt in quo perfectio conſiſtat, tandemq; per quem modum vnus ſtatus perfectionis alterum in ipſa perfectione tranſcendit. Sciendum eſt igitur, quod radix, forma, finis, complemẽtum, & vinculum perfectionis charitas eſt, ad quam magiſter omnium Chriſtus legem & prophetas, & per conſequens vniuerſa Dei documenta reducit. Ipſa vero charitas triplicem habet ſtatum. (Triplex charitatis ſtatus.) Vnum quidem infimum, in obſeruantia mandatorum legalium. Secundum vero medium, in adimpletione ſpiritualium cõſiliorum. Tertium vero ſummum, in perfruitione ſempiternalium iucunditatum. Ideo triplex eſt perfectionis differentia, in ſacra ſcriptura ſcripta. (Triplex differentia perfectionis.) Vna quidem neceſſitatis. De qua in Deut. Perfectus eris & abſq; macula, coram Domino Deo tuo. (Deut. 18.) Gl. 1. abſq; macula criminali. Et de hac Proſper dicit in lib. de vita contemplatiua. Perfecti ſunt qui volendo quod Deus vult, nullis peccatis quib. Deus offenditur, acquieſcunt. Secunda eſt perfectio ſupererogationis, de qua dicitur in Matth. (Matth. 19.) Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Et de hac dicit Hieron. (In epiſtola ad Eliodorum.) Perfectus ſeruus Chriſti nihil præter Chriſtum habet, aut ſi præter ipſum aliquid habet, perfectus non eſt. Tertia eſt perfectio vltimatæ plenitudinis, de qua ſapiens in prouerbijs. (Prouer. 4.) Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens creſcit, & procedit vſq; ad perfectam diẽ, i. diuinæ viſionis fulgidam claritatem. Et de hac Aug. 1. Solilo. Vere perfecta virtus eſt ratio perueniens vſque ad finem, quem beata vita conſequitur. Prima igitur & ſecunda perfectio a tertia differunt, ſicut meritum differt a præmio. Media quoque à prima differt, ſicut diſtinguitur conſilium a præcepto. Omnia vero tam conſilia quam præcepta, referuntur ad charitatis impletionem, & obſeruantiam, quam ſic deſcribit Apoſtolus ad Tim. (1. Ad Ti. 1.) Charitas eſt finis præcepti, de corde puro, conſciẽtia bona, & fide non ficta, inſinuans triplicem actũ charitatis, videlicet declinare a malo, proſequi bona, & patienter ferre aduerſa. Nam propter declinationem a malo dicitur de corde puro, propter proſecutionem bonorum dicitur de conſcientia bona, propter vero tolerantiam aduerſorum dicitur de fide non ficta. Gl. 1. non fictili vel fragili, ſed contra aduerſa forti. Quia vero hic triplex charitatis actus duob. modis ab habitu virtutis egreditur, vel ſecundum legem pręcepti, ab obligationis neceſſariæ & vniuerſalis, vel ſecundum legem conſilij & obigationis ſpontaneæ & ſpecialis, & ſequens includit primum, & ſuperaddit quantum poſſibilitas viatoris admittit, hinc eſt, quòd ſecundum cum primo dicitur perfectum, primum vero abſque ſecundo quanquã ſit quodammodo perfectum, reſpectu tamẽ ſecundi dicitur imperfectum, ſicut dicit Ambr. in lib. de offic. in auctoritate capitulo præcedenti propoſita. Cum igitur de perfectione euangelica loquimur, ſecundum communem acceptionem, de hac materia intelligimus. Et iſtiuſmodi perfectionis notificationem ex præcedentibus colligere poſſumus, videlicet qđ ipſa ſit conformitas viatoris ad Chriſtum, per illum virtutis habitum, quo ſupererogatiue declinantur mala, efficiuntur bona & aduerſa perferuntur. (Quid ſit perfectio euãgelica.) In his nanq; tribus, tres partes euangelicæ perfectionis conſiſtunt. Porro cum ex conuerſione inordinata ad triplex bonum commutabile (ſ. exterius, interius, & inferius) omne peccatum trahit originem, ſecundum concupiſcentiam oculorum, ſuperbiam vitæ, concupiſcentiam carnis, & hæc tria vitari habeant non ſolum quantum ad actum & conſenſum, quod fit per virtutes illis oppoſitas, verumetiam quantum ad occaſionem, & hoc quidem promotiuum ſit in merito, & expediens ad ſalutem perfectionis, magiſter Chriſtus ad perfecte declinandum concupiſcentiam oculorum conſulit, ꝙ hæc omnia temporalia relinquantur, ſecundum illud. Si vis perfectus eſſe &c. (Matth. 19.) Ad perfecte autem declinãdum ſuperbiam vitæ, ſuadet ꝙ voluntas propria abnegetur, iuxta illud. Qui vult venire poſt me abneget &c. (Matth. 16.) Ad perfecte autem declinandum concupiſcentiam carnis, edocet ꝙ omnis experientia ſecundum actum generatiuæ potentiæ abſcindatur, ſic inquiẽs. Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter Regnum cœlorum, qui poteſt capere capiat. (Math. 19.) In hac igitur triplici ſupererogatiua declinatione triplicis originis mali, primam partem euãgelicæ perfectionis cõſiſtere, & ſacra ſcriptura inſinuat, & veri doctores aſtruunt, & ſancti patres Religionum inſtitutores affirmant. Secunda vero pars perfectionis euangelicæ conſiſtit in ſupererogatiua perſecutione bonorum, quæ ſecundum duplicem vitam (videlicet actiuam & contemplatiuam) in duobus conſiſtit, videlicet in condeſcenſione ad proximum, & in ſurſum actione mentis in Deum. Conſiſtit autem ſupererogatiua cõdeſcenſio charitatis ad proximum in hoc, vt ſecundum legem iuſtitiæ & miſericordiæ, amoris ſigna & beneficia non ſolum ad amicos, verumetiam ad inimicos largiflua benignitate protendantur, ſecundũ illud. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderũt vos. Et poſt. Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. (Matth. 5.) Per hunc etiã modum ſupererogatiua ſurſum actio mẽtis in Deum in hoc attenditur, vt ſecundum legem mentalis munditiæ ac pacis per amorem extaticum in diuinos ſplendores & ardores, ſacra mens deuota ſentiat & patiatur exceſſum, iuxta illud Apoſtoli ad Corinthios. (2. Cor. 5.) Siue mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis. Et ad Hebr. perfectorum eſt cibus ſolidus. (Heb. 5.) Tertia denique euangelicæ perfectionis portio, conſiſtit in ſupererogatiua perpeſſione aduerſi. Quæ quidem attenditur, non ſolum in hoc vt quis patienter aduerſa perferat, cum ſibi ſuperuenerint quæ ſecundum legem Dei declinari nõ poſſunt, quoniam ad hoc omnes tenentur, verumetiam ex feruore diuini amoris magno deſiderio illa pręoptet, & cum magno gaudio illa ſuſtineat, ſecũdum illud Iac. Omne gaudium exiſtimate fratres, cũ in tentationes varias incideritis. (Iacobi 1.) Et poſt. Patientia opus perfectum habeat, vt ſitis perfecti, & integri, in nullo deficientes. Hic nanq; eſt conſummatio perfectionis & charitatis, iuxta illud primæ Ioan. Perfecta charitas foras mittit timorẽ. (1. Ioan. 4.) Secundum igitur hoc arca ſpiritualis perfectionis cum inferius ſit tricamerata, & bicamerata in medio, in cubito conſummatur. Hoc ſane perfectionis arcanum, ſaluator noſter monſtrauit in ſemetipſo tanquam in monte ſublimi, qui totius perfectionis eſt ſplendor, ſpeculum, & exemplar, iuxta quod ipſe teſtatur in Luc. (Luc. 10.) Perfectus diſcipulus omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Et ideo in huius deſignationem, cum hanc docere Apoſtolos voluit, in montem conſcendit non turbas imperfectas alloquens, ſed diſcipulos ſuos quos ad perfectionis culmen exaltare decreuerat,

Matth. 15. Et propterea ſex præfata eo (quo dictum eſt) ordine docet. Nam primo dicens, Beati pauperes ſpiritu, inuitat ad perfectam abdicationem temporalium poſſeſſionū. Secundo addens, Beati mites, inducit ad abnegationem propriarum voluntatum, & ſenſuum, quibus quis immitis, & proteruus efficitur. Tertio ſubdens, Beati qui lugent, incitat ad fugam perfectam carnalium voluptatū. Dehinc ſubiungens, Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, & Beati miſericordes: attrahit ad iuſtam, piam, & condeſcenſiuam proximorum ſupportationem. Poſt hæc ſuperaddens, Beati mundo corde, & Beati pacifici, allicit ad ſurſum actionem limpidam in intellectu, & tranquillam ſiue pacificam in affectu, quibus anima perfecti viri Hieruſalem conformis efficitur, quæ viſio pacis interpretatur. Tandem cōcludens, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, quaſi circulum faciens reddit ad principium, quia in hoc vno ſumma completur vniuerſorū, ac per hoc ſenaria perfectio minoris mundi in eſſe reparationis, & gratiæ, directè correſpondet ſenariæ productioni mundialis machinæ in eſſe naturæ. Vnde ſicut illorum tria prima pertinent ad diſtinctionem, tria ſequentia ad ornatū, ſic etiam in his, tria prima quaſi diſtinguendo ſeparant animæ vires ab vniuerſitate malorum, vt eſſe habeant purum atq; diſtinctum, tria ſequentia, quaſi adornando eaſdem reducunt in Deum, vt habeant eſſe decorum atque perfectum. Gen. 1. Porrò ſi deſcendatur ad ſingula, tam mira eſt correſpondentia ordinis, tamq; ſimilitudinis ſymbolum, vt illud quod poſt dierū ſex opera dicitur, igitur perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum, in anima viri perfecti videatur eſſe completum. Propter quod inſtar trium primorum operum quæ ſunt mundi fundamenta, & trium ſequentiū quæ ſunt complementa, tria prima ex his cadunt ſub voto, tria verò ſequentia ſub deſiderio. In cuius rei teſtimonium, Beatus pauperū Patriarcha Franciſcus, in principio regulæ ſuæ tria prima proponit vt vouenda, tanquam fundamenta dicens. Regula, & vita fratrum minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Alia vero tria poſtmodum vt deſideranda commendat, tanquam complementa dicēs. Attendant fratres, ꝙ ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationē, orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitatē, & patientiam in perſecutione, & infirmitate, & diligere eos qui nos perſequuntur, & repræhendunt, & arguūt. Vbi illa tria iungit. Nam præmittit ſurſum actionem in Deum, & ſubiungit vltimo condeſcenſionem ad proximum, interponens in medio tolerantiam aduerſorum. Igitur in tribus primis vir perfectus crucifigitur mūdo, in trib. ſequentib. conformis efficitur Deo, vt quaſi ſex alis Seraphicis a mundialibus eleuetur, & in diuina feratur. Proinde digne huic pauperculo ſacro qui perfectionem Euangelij perfecte ſeruauit, & docuit, in apparitione ſeraphica ſtigmata ſua tanquam ſigillum approbatiuum impreſſit, vt contra finalium temporum periculoſam caliginem, manifeſtum nobis in via perfectionis oſtenderet ſignum, quo reduceremur in Chriſtum perfectę virtutis exemplar, & finem, ac per hoc doceremur ad perfectionem attingere, ſi tamen diſcamus nō alta ſapere, ſed humilibus conſentire.

*Articulus ſecundus.*

CVm autem perfectio euangelica circa quam modo ſermo verſatur, in his q̄ ſunt ſupererogationis, ſit in præcedentibus monſtrata conſiſtere, ea vero quæ ſupererogationis ſunt, non ſolum reſpiciunt dona chariſmatum, verumetiam exercitia virtutum, manifeſte colligitur, ꝙ huiuſmodi perfectio non ſine virtuoſorum habituum exercitatione poſſidetur. Huiuſmodi autem exercitia virtutum ſupererogantium, aut ſunt ex mera voluntate abſq; obligatione, & tūc dicunt quādā perfectionē actionis & meriti, aut cū voluntate dicunt quandam obligationē ſuperinductā ex voto emiſſo, vel ex officio iniuncto, & tunc dicunt perfectionem ſtatus, & ordinis, in quo videlicet quis actibus perfectis non ſolum eſt deditus, verum etiam ad actus perfectionis aſtrictus. Perfectio eſt bonum operi [illegible] voto, q[uam] ſine voto. Quæ quidem aſtrictio de perfectione non minuit, ſed potius culmen ſuperinducit, quia de temporali facit æternum, dum non licet reſilire a voto, & de noſtro diuinum facit, dum non ſolum actum, ſed etiam voluntatem dedicans Deo, totum illi offert, & redigit ſub iure diuino, dumq; propriam ſacrificat voluntatē, quæ eſt impreciabile bonum, & maxime charum, & intimum, offert Deo ſacrificium medullatum, ac per hoc perfectum, & integrum, & optimum, Deo ſumme acceptum. Vnde Augu. tractans illud Pſal. Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob. ait ſic. Pſal. 131. Quid vouemus Deo, niſi vt ſimus templum Dei. Nihil enim gratius poſſumus ei offerre, quā vt dicamus ei quod dicitur in Iſaia. Poſſide nos. Hæc Auguſt. Si igitur perfectius poſſidet, qui poſſidet ad vſum & proprietatem, quā qui quo ad vſum tantum, perfectius ſe dedicat, qui Deo ſe offert, & quoad vſum operis & quoad arbitrium volūtatis. Quemadmodum Anſel. in lib. de ſimilitudinibus, ꝑ exemplum ſenſibile patenter oſtendit in duobus. Quorum vnus pro tempore offert Domino arboris fructū, ſed retinet proprietatem, alter vero largitur vtraque, & huius ſecundi donum & oblationem tanquam liberaliꝰ offerentis, dicit nō immerito debere præferri. Ac ꝑ hoc iuxta huiuſmodi ſimilitudinē, opus vouentis, opere non vouentis Deo acceptabilius eſſe demonſtrat, pro eo videlicet ꝙ ſic introducta in voluntate ex mera libertate neceſſitas gratioſitatem obſequij non diminuit ſed conſummat. Idem quoq; ſcribēs Epiſcopo Pariſienſi, & eū redarguens, ꝙ clericum de monaſterio Sancti Martini de campis extraxerat, ait ſic. Si omnia agenda ſunt cum conſilio, cuius magis conſilio, quā eius qui admirabilis conſiliarius, Deus fortis dicitur? Ipſe quippe conſulit ad ꝑfectionem nitētibus, vt oīa relinquant & ſe ſequātur. Quod conſilium magis in monaſterio, quam in alio vitæ propoſito impleri ſancti patres intellexerunt. Hoc ipſum Greg. in regiſt. ſcribens Deſiderio Epō pro clerico volente religionem intrare, dicit ſic. Minime ſit ei impedimento veſtra fraternitas, magis autem paſtorali admonitione ſuccendite, vt feruor huius deſiderij in eo non tepeſcat, vt qui a turbulento ſecularium turbarum tumultu ſe ſegregans, quietis deſiderio monaſterij portum appetit: rurſus eccleſiaſticarum curarum non debeat tumultib. implicari, ſed in Dei laudib. ſecure permittitur liber ab his omnib. quæ vt poſtulat permanere. Ber. quoq: in lib. de diſpenſatione & præcepto. Audire (inquit) a me vultis, vnde inter cætera pęnitentiæ inſtituta, monaſterialis diſciplina meruerit hanc prærogatiuam, vt ſcđm baptiſma nuncupetur. Profeſſio monaſtica vocatur ſecūdum baptiſma, & eſt ſtatus ꝑfectiorquā laicorum, & clericorum. Arbitror ob ꝑfectam mundi abrenunciationem, ac ſingularem excellentiam vitæ ſpiritualis, quæ præeminens vniuerſis vitę humanæ generib. huiuſmodi conuerſatio, profeſſores ſuos & amatores ſuos, Angeli ſimiles, diſſimiles hominibus facit, immo diuinam in homine reformat imaginē, configurās nos Chriſto ad inſtar baptiſmi, dū per id q̄d mortificamus mēbra nr̄a, quæ ſunt ſuper terram, rurſum Chriſtū induimus complantati ſimilitudini mortis eius. Idem etiam aſtruit gl. ſuper triceſimum Numerorum dicēs. Num. 30. Alij vouēt vitulos, alij arietes vel domus, nazareus ſemetipſum. Hoc eſt nazarei votum, quod eſt ſuper omne votum. Filius enim vel filia, aut pecus aut prædium extra nos eſt, ſemetipſum Deo offerre, nō alieno labore ſed proprio placere, perfectius & eminētius eſt omnibꝰ votis. ex his omnibus aperte clareſcit, quod

religionis

religionis votum in ſtatu perfectionis collocat, tanquã adminiculans ad pfectæ virtutis exercitium. Qđ intelligentes patres in quarto concilio Toletano ſtatuerunt ꝙ liber ſit clericis ad religionem ingreſſus, ſic dicentes. Placuit clericos monachorum propoſitorum appetentes, quia meliorẽ vitã ſequi cupiunt: liberos eſſe debere ab Epiſcopis ad monaſteriorum ingreſſus. Hoc aũt qa non ſolum auctoritatibus probari põt, ſed ẽt vniuerſis ſanctorum exemplis, qui de clericali ſtatu ad religionem tranſierunt, adeò certũ eſt, vt ſiquis contraire voluerit, non minus videatur deſipere quam errare. Si quis autẽ errore deceptus, pręfatis conetur obſiſtere, aſſerendo ꝙ perfectius ſit manere in ſeculo, quia circa magis difficile virtus conſiſtit, & difficilius eſt inter multas peccandi occaſiones peccata vitare, & mirabilius eſt hominem in medio flammarum non vri, & victorioſius eſt inter numeroſiores hoſtium acies & frequentiores inſultus & maiora bellorum diſcrimina in hoſtibus triumphare. Rñdebimus, non ideo ſtatum maioris eſſe virtutis, quia minoris eſt ſecuritatis, nec ideo ſtatum aliquem pfectioris eſſe iuſtitiæ, quia proximior eſt ruinæ, nec etiã ideo magis eſſe perfectum, quia difficilius eſt in ipſo vitare peccatum. Eſt.n. triplex difficultas. Prima proueniens ex arduitate & nobilitate generis operis, ſicut omni ſe caſtrare concubitu, omni abrenũciare poſſeſſioni, & oĩno ſe alienę propter Deum ſubijcere voluntati. Et hæc abſque dubio auget meritũ. Iuxta illud Matthæ. Intrate per anguſtam portam. Vbi glo. Satis anguſtum eſt omnia prætermittere, vnum ſolum diligere, vnum quęrere, ad vnum quotidie pulſare, proſpera non ambire, aduerſa non timere. In his conſiſtit difficultas, ratione generis operis. Maior difficultatis anguſtia reperitur in via diuini conſilij, quàm pauciores inueniũt: quã in via diuini præcepti, per quam omnes gradiuntur iuſti. Vndè Hier. ait. Si perfecta ſequi deſideras, exi cum Abraham de Patria & de cognatione tua, & perge quo neſcis. Si habes ſubſtantiam, vende & da pauperibus, ſi nõ habes, grandi onere liberatus es. Nudum Chriſtum nudus ſequere. Durum grande & difficile, ſed magna ſunt præmia. Eſt & alia difficultas veniens ex vitioſitate per ſe agentis, ſicut difficilius eſt diuiti auaro dare minuta, quam largo maiora, & ſuperbo ſe alteri ſubdere, & guloſo ieiunare, & aſſueto voluptatib. carnis difficilius continere. Et hoc nõ auget meritum ſed miſeriã. Vnde Hiero. ad Euſtochium. Soror tua Bleſilla ætate maior, ſed propoſito minor, poſt acceptũ maritum ſeptimo menſe viduata eſt. O infelix humana conditio, & futuri neſcia. Nam & virginitatis coronam & nuptiarum perdidit voluptatem. Et quanquam ſecundum pudicitię gradum teneat, quas tamen illam per momenta ſingula ſuſtinere æſtimas cruces, ſpectantem quotidie in ſorore quod ipſa perdidit, & cum difficilius experta careat voluptate, minorem continentiæ habere mercedem. Eſt & tertia difficultas ex circunſtantijs extrinſecus annexis trahens originem, ſicut difficilius eſt abſtinere, cum apponuntur delicata cibaria, difficilius eſt bona temporalia contemnere qñ offeruntur magna, & pulchra, difficilius cõtinere in conſortio fœminarum. Et hæc difficultas per accidens & indirecte auget aliqñ meritum, cum virtus inter hęc illæſa triumphat, ſed directè & per ſe eſt magis via ad ruinam, & ideo fugienda. Vnde illud ſuper Matt. Diues difficile intrabit in Regnum cœlorum dicit Rabanus. Non ait impoſſibile, ſed difficile, hoc eſt maximi laboris eſſe, pecunias habentes & in pecunijs confidentes exutis philargyriæ retinaculis aulam regni cœleſtis intrare. Nec tamen ex hoc inferri poteſt, ꝙ diuites ſint pauperibus perfectiores, cum Dominus adoleſcenti diuiti conſilium dederit, vt pauper fieret ſi vellet eſſe perfectus. Expedit igitur ad perfectionem virtutis & meriti, difficultatem huiuſmodi non amplecti ſed fugere. Vnde Aug. de ſingularitate clericorũ. Lubrica ſpes eſt, quę inter fomẽta peccatorum ſe ſaluari ſperat, incerta victoria inter hoſtilia arma pugnare, & impoſſibilis liberatio flammis circundari nec ardere. Hæc Auguſt. Cui & conſonat Hier. cõtra Vigilantium, qui ſtatum ſecularium ſtatui religionis præferre conabatur. Cur (inquit) pergis ad eremum, videlicet vt te non videam, te non audiam, vt tuo furore non mouear, vt tua bella non patiar: ne me capiat oculus meretricis, ne me forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus? Reſpondebis, hoc non eſt pugnare, ſed fugere. Sta in acie, aduerſarijs armatus obſiſte, vt cum viceris coroneris. Fateor imbecillitatem meam, nolo ſpe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium deuitaui, ſi ſtetero, aut vincendum eſt mihi, aut cadendum. Quid neceſſe eſt certa dimittere, & incerta ſectari? nulla ſecuritas eſt vicino ſerpente dormire. Poteſt fieri vt me non mordeat, & tamen poteſt fieri vt aliquando me mordeat. Quod de libidine diximus, referamus ad auaritiã, & ad omnia vitia quę vitantur ſolitudine. Et ideo vrbium frequentias declinamus, ne facere compellamur quæ nos non tam natura cogit facere quam voluptas. Hæc Hier. Quibus error confutatur Vigilantij ſuorumque ſequacium, eorum videlicet qui ſtatum ſecularium quantum ad perfectionis gradũ, ſtatui religionis, vel præferre vel æquare conantur. Aduerſus quos & paulo ante præmittit. Quod autem aſſerit Vigilatius, eos melius facere qui vtuntur rebus ſuis, & paulatim fructus poſſeſſionum ſuarum pauperibus diuidunt, quam illos qui poſſeſſionibus omnibus venundatis ſimul omnia largiuntur, non à me ſed a Domino ſibi reſpondebitur. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia que tu habes, & da pauperibus. Ad eum loquitur qui vult eſſe perfectus, qui cum Apoſtolis patrem, nauiculam, & rete dimittit. Iſte tamen quem tu laudas, ſecundus aut tertius gradus eſt, quem & nos præcipimus, dum modò ſciamus prima ſecundis & tertijs præferenda.

Concilium Toletanũ 4. Cap. 49.

Religio eſt ſtatus maioris perfectionis, & ſecuritatis.

Triplex difficultas.

Matth. 7.

In epiſtol. ad Ruſticum monachum.

Difficultas proueniens ex mala cõſuetudine non auget meritum.

Matth. 19.

Occaſio peccati fugienda.

Matth. 19.

*Articulus. 3.*

Deniq; de comparatione perfectionis ad perfectionem ſecundum præeminentiæ rationem, patenter elucet, ꝙ aliquis perfectionis modus & ſtatus ſit eminẽtior altero. Cum.n. ſeipſum caſtrare propter Regnũ cęlorum per votum continentiæ ſit perfectum, & certum eſt ꝙ perfectiori modo fit illud per virginalem continẽtiam, quæ fructui comparatur centeſimo: quam per vidualem quæ per ſexageſimum in euãgelica parabola deſignatur. Non eſt ergo contra perfectionis naturam, ꝙ de aliquibus duobus quæ recte dicuntur perfecta in ſtatu viæ, vnum dicatur perfectius altero, quia in ſtatu patriæ vbi ad vltimã perfectionem beatificati perueniunt, vnus alteri ſecundum Apoſtolicam doctrinam præponitur, inſtar cęleſtium luminum differentium claritate. Attendendum eſt igitur, ꝙ cum perfectionem perfectioni comparamus, poteſt hoc eſſe in eodem genere vel in diuerſis. Nam ſicut ex præcedentibus liquet, perfectio ſupererogationis quædam exiſtit in exercitio virtutis, voto religionis, & officio prælationis. Facta ergo comparatione ad ſimilem perfectionis modum, primò ſecũdũ exercitiũ virtutis illa perfectio eſt præeminẽtior, in qua radix charitatis pinguior, ſublimitas operationis excelſior, fraternæ ædificationis fructus vberior. Quamquã autem totius huius perfectionis origo ſit charitas, multum tñ facit ad eius complementum ipſa operatio, Greg. atteſtãte qui ait. De dilectione conditoris, lingua, mens & vita requiratur. Nunquam amor Dei eſt ocioſus, operatur.n. magna ſi eſt, ſi aũt operari renuit, amor non eſt. Multum etiam facit genus & nobilitas operis,

Matth. 13.

1. Cori. 15.

Signa dilectionis erga Deum

ris,quia ſicut clarum eſt, aureolæ præmium non debe-
tur habitui virtutis intrinſeco,ſed operi priuilegiato, vt
pote prædicationi,martyrio,virginitati.Multum etiam
Matth.5. facit ædificatio proximi,cũ Dominus dicat viris perfe-
ctis.Vos eſtis lux mundi.Sic luceat lumen veſtrum corã
hominibus vt videant opera veſtra bona. Similiter quã
tum ad votum religionis, illius eſt perfectio potior, in
qua vouetur paupertas altior, obedientia vniuerſalior
forma caſtitatis honeſtior. Nam iſta tria ſicut expreſsè
patet & gradus habent,& maius & minus recipiunt, &
per hoc tanto in maioris perfectionis ſtatu conſtituun-
tur, quanto ſublimius vouentur,potiſſimè ſi hęc regula
obſeruantiarum inſtituta imitentur, quibus auſterius
caſtigetur corpus, fructuoſius ædificetur proximus, ac
reuerentius colatur Deus. Conſiſtit autem caſtigatio
corporis in actitudine veſtium, victualium,& verborũ,
cũ auſteritate laborum, vigiliarum, & aliarum afflictio
nũ corporalium: ædificatio verò proximi in exemplis
exhibendis virtutum,documentis ſcripturarum, reme-
dijs ſacramentorum,præſidẽtijs regiminum,iudicijs iu-
ſtitiarum,& beneficijs miſerationum. Cultus autẽ Dei
in reuerenti ac vigili frequentatione pſalmorũ, hymno
rum, canticorum ſpiritualiũ adortationum, miſſarũ,&
aliarum diuinarum orationum.Hæc autem ſimul repe-
rire in aliquo vno ſtatu religionis præcellentius quàm
in alijs, valde difficile, & fortaſſis impoſſibile videtur
diligenter cõſideranti.Et ideo quamuis vnus religionis
ſtatus alterum præcellat in votis ſubſtantialibus,non ta
men præferri põſt in omnibus, cum quilibet ſtatus ali-
quid prærogatiuæ ſpecialis obtineat, quo ſancta mater
noſtra,& ſponſa Chriſti Eccleſia tanquam veſtitu deau
rata,circundata varietate decoratur,& deiformis effici-
tur.Per hunc etiam modum ſecundum officium præla-
tionis excellentior eſt perfectio,in quo eminentior con
fertur ſublimitas ordinis, videlicet ad purgandum,illu-
minandum,& perficiendum,oneroſior imponitur ſarci
na laboris, in paſcendo commiſſum gregem exemplo,
verbo,& temporali ſubſidio,vberior etiã comitatur fru
ctuoſitas,ſalutis, & in eo qui præſidet, & in eis qui ſub-
ſunt,& in cæteris ad quos præſidentes exempla perue-
niunt. Requiritur igitur huius perfectionis eminentior
ſublimitas,vt Prælatus Eccleſiæ quanto ſublimius præ-
eſt,tanto ſanctius viuat,ſollicitius inuigilet, & fructuo-
ſius gregem paſcat.Si autem comparatio fiat perfectio-
nis ad perfectionem in genere diuerſo,quantum ad mo-
dum,& ſtatum,dupliciter poteſt intelligi,vel præſuppo
ſitoriè,vel præcisè. Si præſuppoſitoriè, ſic abſq; dubio
maior eſt perfectio, quæ attenditur ſecundum exerci-
tium virtutis,votum religionis,& officium prelationis,
quam altero modo tantum.Sed ſi præcisè comparamus
perfectionem religionis aut prælationis ad perfectio-
nem virtutis, nulla prorſus eſt comparatio in verò eſ-
ſe virtutis. Nam votum religionis ſine exercitatio-
ne perfectæ virtutis, non eſt perfectio ſed peruerſio,
non perfectionis ſublimitas,ſed ſimulatio æquitatis.Of
ficium verò prælationis ſine culmine virtutis & meriti,
non eſt vera ſublimatio,ſed deiectio,non glorioſa excel
lentia,ſed periculoſa ruina, pro eo ꝙ potentes potenter
tormenta patientur, & duriſſimum iudicium his qui
Sapiẽ.6. preſunt fiet.Cum igitur perfectio ſtatus ſine ratione vo
ti,ſine ratione officij,ſine perfectione meriti pro modi-
ca habenda ſit,perfectio verò meriti obtineri non poſſit
ſine charitate,quæ eſt donum ſpiritus ſancti, & nemo
ſciat,vtrum alterum in hoc dono præcellat, quia etiam
neſcit ſe illud donum habere,nullus debet ſe alteri in ꝑ
fectione præferre,quin potius ſi fiat comparatio perſo-
narum in excellentia perfectionis,debent viri quantum
Ad Phi. 2. cunque perfecti iuxta doctrinam Apoſtoli, ſuperio-
res ſibiinuicem arbitrari. Vnde Aug.de bono cõiugali.
Non recte inquit comparantur homines hominibus in
vno aliquo bono.Fieri.n.poteſt vt alius homo non ha-
beat aliquid quod alius habet,ſed alius habeat,qđ plu-
ris æſtimandum eſt. Et Paulo poſt.Melius eſt habere
omnia bona,vel minora,quam magnum bonum cũ ma
gno malo,quia in bonis corporis melius eſt habere ſta-
turam Zachei cum ſanitate,quam Golię cum febre.Por
rò de comparatione ſtatuum religionis & prælationis
(meliori ſaluo iudicio)dicere poſſumus,quòd huiuſmo
di comparatio fieri poteſt,vel quantum ad ea quæ ſunt
de ſubſtantia,vel quantum ad ea quę ſunt de cungruen
tia ſtatuum.Si quantum ad ea quæ ſunt de ſubſtantia,
ſic ſe habent velut excedentia & exceſſa, pro eo videli-
cet,ꝙ ad perfectionẽ ſtatus religionis neceſſariò requi-
ritur abdicatio proprietatis,ad quam tamen minimè a-
ſtringuntur Prælati Eccleſiæ,ſicut patet 12.q.1.ex con
cilio Agatẽſi.Epiſcopi de rebus proprijs,vel acquiſitis,
vel quicquid de proprio habent,hęredibus ſuis ſi volue
rint derelinquant.Veruntamen omnis Prælatus ex ipſo
prælationis officio tenetur.non ſolum ad ea quæ ſunt ſa
lutis propriæ,ſed etiam plebis ſibi commiſſæ.Nam ei ꝓ 3.Reg. 20.
quolibet ſubditorum a Domino dicitur.Cuſtodi virum
iſtum,qui ſi lapſus fuerit,erit anima tua pro anima illiꝰ.
Et ad hoc religioſus ex ipſo religionis voto, nequaquã
aſtringitur.Si autem fiat comparatio ſtatuum, quãtum
ad ea quæ ſunt de congruentia ſtatuum, ſic ſimpliciter
dicendum, quòd ſtatus prælationis, & eius perfectio
eſt eminentior,quemadmodum inſinuat Dyon. in lib.
de Eccleſia.hierarchia dicẽs. Sicut qui dicit hierarchiã,
ſummatim dicit vniuerſorum ſacrorum ornatum,ita di
cens hierarcham,monſtrat in Deo manentem, & diui-
num virum,in quo omnis hierarchia perficitur. Simili-
ter,& Hieronym.ait.Tanta debet eſſe ſcientia, & erudi Ad Fabiolam.
tio pontificis Dei,vt greſſus eius & motus, & vniuerſa
vocalia ſint, veritatem mente concipiat,& toto eam ha
bitu reſonet & ornatu., vt quicquid agit, quicquid lo-
quitur,ſit doctrina Apoſtolorum.Nec tamen ex his po
teſt inferri,quòd ad Põtificis ſtatum requiratur, ꝙ om
nes ſtatus precellat in omnibus,alioquin non poſſet fie-
ri pontifex,niſi eſſet virgo,congruit tamen,quòd in his
præcellat quæ ad paſcendi gregis ſpectant officium, ſi-
cut ſcribit Hier.ad Oceanum. Futurus paſtor Eccleſiæ
talis eligatur, cuius comparatione ſubiectus populus
meritò grex dicatur. Et Gregor.in paſt. Tantò debet
actionem populi actio præcedere præſulis,quantum di
ſtare ſolet a grege vita paſtoris. Qua propter ad præla-
tionis ſtatum non congruit accedere niſi perfectum, vt
ibidem ait Gregor. Virtutibus pollens, coactus ad re-
gimen veniat,virtutibus vacuus,nec coactus accedat.
Status verò religionis peccatores & imperfectos admit
tit,vt iuſtos efficiat,& ad perfectionẽ adducat. Et ideò
quamquam prelationis ſtatus in perfectione ſit altior,
religionis tamen ſtatus ſecurior, & morbis noſtris cu-
randis expedientior,pro eo, ꝙ a multis periculis eruit,
quib. ſtatus prælationis exponit.Primum quidem ratio
ne annexi honoris.Iuxta illud Aug.ſuper Pſalm.Quan-
to plus honoramur,tanto plus periclitamur.Huiuſmo-
di aũt periculum manifeſtans Gregor.ſuper illud Iob, Iob.4.
qui dicit Regi apoſtate,ait.Vnuſquiſq; rector quotiens
extollitur,ꝙ ceteros regit,totiens per lapſum ſuperbię a
ſummi rectoris officio ſeparatur.Idem etiam in regi.E-
go viam capitis mei ſequens ſummopere decreueram,eſ
ſe opprobrium hominum & abiectio plebis, vt tanto ve
racius intus aſcenderem, quanto foris humilius iacerẽ.
Adiacet igitur ſtatui prelationis periculum ratione ho Status prælationis eſt periculoſus & excelſus, & ideò nõ appetendus.
noris, necnon & oneris, & occupationis. Vndè idem
Gregor.7.moral.Omnis qui diſpenſandis rebus terre-
nis preſidet, occulti hoſtis iaculis latius patet. Nam
cum ad diſpenſanda exteriora mens extendere ſe effica
citer nititur,a ſui conſideratione ſeparatur.Apparet igi
tur, qđ ſtatus prelationis ſimul eſt excelſus & periculo
ſus,&

ſus,& ideo ipſum appetere ſimul eſt periculoſum, præſumptuoſum,& ſtultum. Propter quod ait Auguſt. 19. de ciui. Dei. Locus ſuperior ſine quo populus regi non poteſt,& ſi ita adminiſtretur vt decet, tamen indecenter appetitur. Et ideo ait Greg. 18. Moral. Sancti viri nequaquam curas extrinſecas appetunt, ſed occulto ordine ſibi ſuper impoſitas gemunt. Et quamuis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per ſubditam mentem portant, quas quidem ſummopere (ſi liceat) vitare feſtinant, ſed timentes occultas diſpenſationes Dei, tenent quod fugiunt, exercent quod vitant. Ex his aperte colligitur, ꝙ locus prælationis, pro ſublimitate quidem gradus & multiformitate periculi a uiris iã probatę virtutis poteſt coactione & formidine ſuſcipi, à peccatoribus verò & infirmis tota debet intentione vitari, a nullis prorſus appeti,& ab omnibus honorari. Status autem religionis ab vniuerſis tam iuſtis quam peccatoribus, tam perfectis quam imperfectis, tam ſapientibus quam ſimplicibus, licitè poteſt appeti, a nullis debet contemni, ab his verò qui vocantur diuinitus, ſecure ſuſcipi,& ſtudio ſe ſeruari. Hæc de perfectione diffuſius dicta ſunt, pro eo, ꝙ non paruum adminiculum conferunt, ad declinationem errorum ſequentium, in quos is cui reſpondere incepimus incidit, quia conſiderare prædeterminata vel ex ruditate non valuit, vel ex proteruitate contempſit.

*Secundę reſponſionis primę particulæ, in quo appetitus martyrij de ſe perfectus oſtenditur, & contra fuga de ſe imperfecta monſtratur. Articulus primus.*

Perfectior actus ē deſideriũ ponendi vitã ꝓ Chriſto Hebr. 12.

SPirituali diuinæ legis intelligentia præditos, nequaquàm arbitramur ambigere, perfectionis euangelicæ culmen inſtar Dauidicæ turris, ſpiritualibus propugnaculis eſſe munitum, quib. & foris hoſtilitas infeſta repellitur,& intus tranquilitas imperturbata ſeruatur. Horum autem præcipuum locum tenere deſideriũ paſſionis & mortis pro nomine Domini nr̃i Ieſu Chriſti ipſe nobis Chriſtiani exercitus dux Apoſtolus Paulus euidenter oſtendit, cũ ad Heb. dicit. Curamus ꝑ patientiam ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio, crucem ſuſtinuit confuſione contempta. Vbi gl. Succincti & expediti curramus ſine dubitatione ad certamen martyrij, aſpicientes in auctorem fidei, qui ſ. omnia bona terrena contempſit, vt contemnenda mõſtraret,& omnia mala terrena ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcipiebat, vt nec in illis quæreretur fœlicitas, nec in iſtis timeretur infelicitas. Et paulo poſt. Vinctus eſt, qui infirmitatum vincula ſoluit, mortuus eſt, qui mortuos ſuſcitauit, amore itaq; eius ſimilia patiamur. Hæc gl. Ad hæc quoque idem Apoſtolus ſuo nos hortatur exemplo ad Corinth. ſcribens. Ego (inquit) libentiſſimè impendar,& ſuperimpendar, ego ipſe pro animabus veſtris. Ibi gloſa. Perfecta charitas hæc eſt, vt quis paratus ſit etiam pro fratribus mori. Sed nunquid mox, vt naſcitur iam prorſus perfecta eſt? immò vt perficiatur naſcitur. Cum enim fuerit nata nutritur, cũ fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur, cum ad perfectionem peruenerit dicit, Cupio diſſolui,& eſſe cum Chriſto. Hæc gloſſ. Per quæ patenter colligitur, quòd perfectæ charitatis actus eſt ſui corporis diſſolutionem & mortem appetere, exemplo ipſius Apoſtoli dicentis ad Philip. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Vbi gloſſ. Sunt quidam homines imperfecti, qui cũ patientia moriuntur,& ſunt quidam homines ꝑfecti qui cũ patiẽtia viuunt. Qui. n. deſiderant iſtã vitã, cum venerit ille dies mortis, luctantur aduerſum ſe, vt ſequantur voluntatem Dei, qui vero deſiderat ſicut Apoſtolus diſſolui & eſſe cum Chriſto, non patienter moritur, ſed patienter viuit & delectabiliter moritur. Vnde paſſioni appropinquans exultabat & gloriabatur dicens. Bonum certamen certaui,&cæt. Hæc glo. Ecce quod nihil clarius ad propoſitum poteſt adduci, cum expreſſe dicat, perfectionem charitatis conſiſtere in deſiderio mortis. Poteſt autem & hoc ipſum neceſſaria ratione concludi. Si enim amor, vt dicit Diony. eſt vis vnitiua,& ſi hæc locutio eſt vera per ſe, neceſſario ſequitur, quòd perfectus Dei amor perfecte inclinat amantem ad omne illud, per quod conuenientius, intimius,& celerius, amato poſſit vniri: ſed nihil eſt, quod magis diſponit, vt celerius,& intimius, ſpiritus hominis in ſtatu mortalitatis exiſtens vniatur immortali & impaſſibili Deo, ꝙ ſuſtinentia mortis illatæ propter honorem Dei. Neceſſe eſt igitur perfecte amantem hoc deſiderare, antequam illud obtineat,& cum obtinuerit perfecte lætari. Vnde & de Apoſtolis dicitur, quòd ibant gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliam pati. Ipſe enim amor vt dicit Hugo, vis eſt transformatiua. Quia igitur Chriſtum perfecte amat, præcipuo mentis affectu eidem cõfigurari per optat, in his potiſſimum quæ diuina lex dictat. Sed configuratio ad Chriſtum præcipue ſaluandis conueniens in ſtatu præſentis miſeriæ attenditur ſecundum aſſimilationem in paſſione & morte, Petro atteſtante qui ait. Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Hoc igitur eſt adquod inclinatione præcipua perfectæ charitatis ardor inflammat, iuxta illud Canti. Fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum. Idem nihilominus amor vt dicit Richar. eſt vis liberaliter diffuſiua. Vbi igitur perfect⁹ eſt amor, ibi & ꝑfecta diffuſio, vel actu, ſi opportunitas adeſt, vel ſi non adeſt ſaltem deſiderio pleno. Cũ igitur traditio ſui in mortem pro alicuius amore ſit diffuſionis permaximæ, neceſſe eſt perfectum charitatis amorem ad id aſpirare, iuxta illud quod habetur in Ioanne. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Mortem itaq; pro Chriſto deſiderare, morti ſe pro Chriſto exponere,& in mortis agone gaudere, actus eſt charitatis perfectæ. Porro mortem fugere, actus eſt imperfectionis quantum in ſe eſt, poteſt tamen ad perfectionem reduci per circunſtantiã ſuperadditam, ſicut determinatum eſt ſupra: vtpote cũ quis hoc facit vt ſe reſeruet ad glorioſiorem triumphũ, ſicut fugit Apoſtolus, vel cum id agit ad præbendum infirmis ſpei ſolatium, ne dum morte imminente trepidare ſe ſentiunt, in deſperationem labantur. Et hac ratione fugiſſe credendus eſt Chriſtus: non ex vehementia timoris, ſed ex benigna condeſcenſione perfectiſſimæ charitatis. Iuxta quod dicit Auguſt. Firmiſſimi ſunt Chriſtiani ſi qui ſunt, qui nequaquam morte imminente turbantur. Sed nunquid Chriſto firmiores? Quis hoc inſaniſſimus dixerit? Quid eſt ergo ꝙ ille turbatus eſt, niſi quia infirmos in ſuo corpore. i. in Eccleſia ſuæ infirmitatis voluntaria aſſumptione conſolat⁹ eſt? vt ſi qui ſuorũ morte imminente turbantur, ipſum in ſpiritu intueantur, ne hoc ipſo ſe putantes reprobos peiore deſperationis morte abſorbeantur. Hæc Aug. Quibus luce clarius oſtenditur, ꝙ in paſſione trepidare quanquam ſit imperfectũ, nullam tamen in Chriſto condeſcendentte imperfectionem ponit, ſed in eis ſolum quibus ipſe condeſcendit. Similiter etiam de fuga ſuper illud Ioan. 7. Non. n volebat in Iudæam ambulare, aſtruit eſſe ſentiendum. Futurum inquit erat vt aliquis fidelis abſconderet ſe, ne a perſecutoribus inueniretur,& ne illi pro crimine obijceretur latibulum: præceſſit in capite quod in membris confirmaretur

Marginalia: 2. Cor. 12. — Philip. 1. — 2. ad Ti. 4. — Perfectus amor Dei mortẽ deſiderat. — Act. 5. — 1. Pet. 2. — Cant. 8. — Ioan. 15. — Super Io. Homi. 26.

Pſalm. 39. firmaretur. Idem quoq; ſuper illud Pſalmi, quoad uſq;
iuſtitia conuertatur in iudicium, infirmos (inquit) in ſe
præfigurans Dominus. i. infirmorum perſonam gerens,
illisq; compatiens ait, tranſeat a me calix iſte. Non enim
timebat dñs pati tertia die reſurrecturus: cum arderet
Paulus diſſolui & eſſe cum Chriſto. Certum eſt autem
q̄ Paulus habebat infirmitatem carnis, non igitur infir
mis carne Chriſtus exemplum præbuit, ſed infirmis ſpi
ritu condeſcendit. Huic autem veritati tam claræ is cui
reſpondemus multipliciter conatur obſiſtere. Quia. n.
Fugere mortē non eſt de ſua ratione perfectum. vt veritatis ignarus abſurdum reputat, quòd Chriſtus
imperfectis condeſcenderit in aliquo actu, oſtendere ni
titur, quòd fugere mortem ſit de ſua ratione perfectum
pro eo videlicet quod a Chriſto præcipitur, & quia in
viris perfectis inuenitur. Veruntamen primam rationē
nullius eſſe vigoris, ex hoc colligere poſſumus, quia ſi-
cut præceptum perfectionem non efficit, ſic nec imper-
fectionem tollit. Si. n. imperfectionem tolleret, quicun-
que teneretur ad præcepti obſeruantiam, teneretur ad
perfectionem implendam. Quod cum ſit manifeſtiſſi-
me inconueniens, conſtat quod fruſtra laborat oſtende
re, quòd fugere ſit perfectum, per Euangelium, per Pe-
lagium Papam, & per Athanaſium, cum Euangelicę per
fectionis culmen ex ſupererogatione manet diuini con-
ſilij, non ex obligatione præcepti. Inſuper & illud man-
datum de fugiendo a facie perſecutorum, intelligi ha-
Matth. 10. bet in caſu, ſicut Rabanus dicit ſuper Matth. & Gl. Hoc
(inquit) ad illud tempus pertinet quo dictum eſt, in viā
gentium ne abieritis, & in ciuitates ſamaritanorum ne
intraueritis, quod perſecutionem non debeant timere
ſed declinare, vt tribulationis occaſio ſit Euangelij ſemi
narium. Si ergo in hoc caſu intelligit, nihil ad propo-
ſitum ſuum valet. Si autem ſimpliciter intelligit ſi-
cut inſinuat, non modicū errat, quia tunc quicunq; vo-
luntarie morti ſe exponeret, cum latere vel fugere poſ-
ſet, peccaret mortaliter faciens contra Domini iuſſio-
nem. Quod ſi verū eſt beatiſſimi martyres, Petrus, Pau-
lus, Andreas, Laurentius, Sebaſtianus, Tiburtius, Vin-
centius, & conſimiles, qui ſe vltro perſecutoribus tradi-
derunt, digni non eſſent gloria martyrum, ſed ignomi-
nia præuaricatorum. Magnæ igitur fuit dementiæ vni-
uerſaliter affirmare, quòd ſancti martyres fugerunt, &
cum inueniebantur, martyrio ſe ſubdebant. Nam hoc
expreſſe derogat perfectioni ſanctorum Martyrū, quia
quilibet quantumcunq; imperfectus, quando non po-
teſt latere, tenetur ſeipſum martyrio ſubdere, ac per
hoc dum actui fugiendi falſam quandam perfectionem
attribuit perfectis Chriſti martyribus veram tollit. Alia
quoq; ratio qua conatur probare, quòd fugere non ſit
imperfectum, quia viri perfecti fugerunt, dupliciter de-
ficit. Primo, quia non omne quod viri perfecti faciunt,
eſt ex hoc ipſo perfectum. Nam ſicut Iacob, Dauid,
Vrias, & Mathatias fugerunt, quos introducit ad fugæ
commendationem, ita etiam habuerunt vxores, pro-
prietates poſſeſſionum, quæ tamen ſeſe cum Euangeli-
ca perfectione non compatiuntur. Dehinc quia (vt ſu-
pra mōſtratum eſt) actus qui de ſuo genere eſt imperfe
ctus, per aliquam circunſtantiam quam charitas perfe-
cta illi adhibet, poteſt eſſe perfectus, & ideo non ratio-
ne actus, ſed ratione circunſtantiæ ſanctorum virorum
in operibus huiuſmodi perfectio commendatur. Præ-
terea ſicut nō ſequitur, quod occidere hominem ſit bo
num atque perfectū, quia Phinees & Mathatias ex pec-
catorum occiſione laudantur, ſic & rationes quas mul-
tiplicat, nil recte concludent. Bene tamen poteſt infer-
ri, quod ſi ſancti viri aliquid laudabiliter fecerunt, illud
fieri poteſt pro loco & pro tempore abſque peccato, ſi-
cut ſacer Athanaſius probare videtur & intendit. Nec
tamen ex hoc ſequitur quòd ſit perfectum, niſi pariter
includatur, quòd imperfectio peccatum includit, ſicut
hic peruerſe dogmatizat. Quod quia ſuperius improba-
tum eſt, hic commemoraſſe ſufficiat.

*Articulus.* 2.

SAne diſtinctio quam ſubiungit de modis fugiendi,
quos de ſe conatur perfectos aſtruere, ac multipli-
citer per exempla commendare, non veritatis diluci
dationem tribuit mentibus legentium, quin potius erro
ris caliginem, niſi ſolicita circunſpectione caueatur. Di-
ſtinguit nanq; ſex modos fugæ, quorum primus vt di-
cit, eſt ex mentis peruerſitate, ſecundus eſt ex mentis
ignauia & timore ſeruili, tertius eſt ex naturali rōne,
quartus eſt ex humilitate mentis, quintus eſt ex circun
ſpecta prudentia, ſextus ex abundanti miſericordia. In
quorum modorum explicatione, multa videtur abſur-
da dicere. Loquens. n. de ſecundo modo dicit, quòd fu-
gere ex ignauia, eſt ex timore ſeruili, ſicut fugerunt filij
Iſrael in diebus Saulis, ſubditque, quòd Chriſtus hoc
modo mortem non timuit, ſed timeri prohibuit. Et pau
lo poſt. Hæc fuga imperfectis competit. In his autem
verbis oſtendit ſe per omnia theologicæ veritatis igna-
rum. Primo quantum ad ſignificationem verborum, in
hoc quòd dicit filios Iſrael fugiſſe Philiſtijm ex timore
ſeruili. Timor. n. ſeruilis cum ſit donum Spirituſſancti,
non docet fugere corporalia bella, ſed ſpiritualia pecca
ta. Secundo oſtendit ſe neſcire pondus ſententiarum,
cum dicit hunc timorem eſſe prohibitum, & poſt ſub-
iungit, quod competit imperfectis. Ex hoc. n. ſequitur,
quòd aliquid idē ſit generaliter prohibitum, & aliquib.
perſonis indultum, & iterum, quòd imperfectus ſit in-
dulta tranſgreſſio mandatorum. Quod quia continet cō
tradictionē implicitam, ab omni prorſus ratione diſcor-
dat. De tertio vero loquens fugiendi modo dicit, quòd
eſt ex quodam naturali timore, & quòd hic fugiēdi mo
dus competit viris perfectis, ſicut Moyſi, Eliæ, Eliſeo,
& Vriæ. Et hæc fuga (vt dicit) nullam operatur imper-
fectionem & hanc (vt aſſerit) Chriſtus aſſumpſit. In qui
bus verbis duo implicat, quorum vnum eſt falſum, alte
rum vero blaſphemia. Quanquam. n. timere mortem ſit
naturale, fugere tamen eſt voluntarium, & quamuis per
fecta charitas non excludat omnino timorem naturalē,
excludit tamen illius dominium quo timidus in fugam
conuertitur. Vnde Beda ſuper illud Mar. relicta Syndo- Mar. 14.
ne fugit. Quia plus cæteris dominum amauerit, indica-
uit qui alijs fugientibus ſequi dominum non omiſit, nō
dum tamen perſecutionem habuit, qui vel territus fuge
re potuit. In quibus patenter oſtendit, quòd fugere ex ti
more mortis, non ſtat cum perfectione charitatis. Nec
obſtat verbum gl. ſuper illud Ioan. alius te cinget, qua Ioan. 21.
dicitur, quòd huiuſmodi affectus adeò naturalis erat, vt
nec eum Petro ſenectus abſtulerit, cum tamē perfectus
eſſet, pro eo quòd aliud eſt timere, aliud eſt timore fu-
gere, ſicut in eadem gl. quam ipſe fraudulenter detrun-
cat, immediate ſubiungitur. Sed quantacunq; ait ſit mo
leſtia mortis, vt vincat eam vis amoris, conſtat quòd a-
moris vi ſuperante timorem, nequaquam fugimus. Fu-
ga igitur ex timore mortis nequaquam ſtare poteſt cū
perfectione charitatis. Vnde Augu. in orig. homil. eadē.
Amor Chriſti in eo qui paſcit oues eius, in tam magnū
debet Chriſti talemque creſcere ardorem, vt vincat e-
tiam mortis naturalem timorem quo mori nolumus, e-
tiam quando cum Chriſto viuere volumus. Hæc Aug.
Ex quibus concluditur, quod fuga hmōi ſtare non po-
teſt cum perfectione charitatis, quæ hunc timorem exu
perat, ne timentem in fugam conuertat. Dicere igitur ex
hoc timore Chriſtum fuiſſe, non eſt aliud quam ipſum
blaſphemare, cum ex hoc ſequatur, quòd in ipſo fuerit
amor naturalem timorem non ſuperans, ſed ab ipſo ſu-
peratus, ac p̄ hoc non perfecte ſtabiliens, ſed vacillans,
& imper-

& imperfectus. Aduertat igitur quiſquis hæc legerit, quòd fugæ prouenienti ex naturali timore mortis perfectionem tribuere, ſimulq; aſſerere Chriſtum hoc modo fugiſſe, nihil aliud eſt quam Chriſtum ducem iam proſtratum ab hoſtibus dicere, & vniuerſum ipſius exercitum ad fugam prouocare. Nullus.n. in fugam mortis timore conuertitur, niſi timor huiuſmodi in eo dominetur, Quod ſi hoc (vt aſſerit) perfectum eſt, & omnes hoc naturali timore vrgentur, nil aliud reſtat ſecundum hanc prophanam doctrinam, niſi omnes in fugam conuertantur. Nulla igitur erit in fugiendo differentia Paſtoris & mercenarij, cum vterque pariter habeat naturalem timorem moriendi. De quarto vero differens addit, ꝙ fugere ex humilitate mẽtis, qua homo propriã infirmitatem cognoſcit, & ad mortem ſuſtinendam humiliter ſe imperfectum credit, competit viris perfectis. Nam hoc modo (vt ait) fugit Petrus a facie Neronis, & Iudæi perſecutiones Antiochi, & anachoretæ perſecutiones Decij & Valeriani. Et poſt ſubdit, ꝙ hanc fugã docuit Chriſtus, & exemplo confirmauit, & eſt imitanda perfectis. Hoc autem ſi quis diligenter conſideret, ſcribentis imperitiam manifeſte perpendet. Nam primũ exemplum de Petro eſt falſum. Si.n. Petrus (vt dicit) ſe reputabat imperfectum ad martyrium, pari ratione & quilibet Chriſtianus. Si igitur ex hac conſideratione fugere perfectum eſt: quilibet omnino debet fugere, nullusq; ad paſſionem, tanquam ad rem proprias vires tranſcendentem aſpirare. Ex quo etiam illud infertur, quòd ꝓſumptuoſus fuit ille feruor ſanctorum, qui corde intrepido, ad tormenta ferebantur. Secundum autem exemplum eſt in ſe ambiguum, & impertinens ad propoſitum, quia non conſtat Iudæos illos ex humilitate fugiſſe, nec ad perfectionis exemplum eorum fuga poteſt aſſumi, qui materiali gladio propriam tuebantur ſalutem, & aduerſarios quando ſibi facultas aderat perſequebantur ad mortem. Exemplum vero tertium de anachoretis vbi allegat auctoritatem Hieronymi ꝓ fuga Pauli primi heremitæ ſuo propoſito non competit, quin potius aduerſatur. Nam Paulus vt ibidem dicit Hieronymus, adoleſcens erat delicatus & diues, non anachoreta, non monachus, ſed adhuc ſæculo degens. De quo ibidem Hieronymus ſubdit, quòd neceſſitatẽ in voluntatem conuertit, dum primo quaſi compulſus poſtea voluntarius manſit in eremo. De alijs vero Chriſtianis qui iam perfecti erant, idem Hieronymus paulò ante præmittit. Votum tunc Chriſtianis erat, pro nomine Domini gladio percuti. Verum hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia conquirens, animas iugulare cupiebat non corpora, & vt ipſe qui ab eo paſſus eſt Cyprianus ait, volentibus mori non permittebatur occidi. Hæc Hieronymus. Quibus præfati erroris ſententia non fulcitur ſed confutatur, dum aſſerit, quòd illius temporis martyres, non ſolum non fugiebant, ſed etiam vehementer dolebant quòd occidi non poterant, quemadmodum glorioſi martyris & Doctoris Cypriani, verbo & exemplo confirmat. Quartum autem exemplum quod ponit de Chriſto, horrendam in pijs auribus includit blaſphemiam. Quia ſi Chriſtus ex humilitate ſe ad martyrij ſuſtinentiam imperfectum putabat, aut vere hoc æſtimabat aut falſe. Si vere, ergo Chriſtus veraciter fuit imperfectus. Si falſe tunc neceſſario ſequitur, quòd fuerit ſuæ perfectionis ignarus, & horum vtrunque blaſphemus. Inſuper ſi omnis qui filium Dei Ieſum Chriſtum imperfectum dicit vel æſtimat, in Deum blaſphemat, qui ponit hoc Chriſtum de ſe ſenſiſſe, non ſolum blaſphemat in Chriſtum, verumetiam aſſerit Chriſtum fuiſſe blaſphemum, quod piæ aures audire non poſſunt. Quiſquis igitur hoc pertinaciter ſenſerit, tradendus ſathanæ, vt diſcat non blaſphemare. De quinto vero modo fugiendi, qui ex prudentia circunſpecta diffuſius tractans imprudentiam ſuam patenter oſtendit, dum pro nihilo tot verba diſſeminat. Nullus enim negat, quin pro expectatione opportunitatis vel vtilitatis maioris, interdum etiam vir perfectus fugere poſſit, ſicut Apoſtolus de Damaſco fugit.
Sed hic modus ab alijs licitis fugiendi modis non debet diſtingui, quia omnis rationalis & licita fuga, eſt ex 2.Cor.11.
prudentia circunſpecta, quæ eſt magiſtra directionis in omni via ſalutis. Eſt autem prudentia directiua fugæ, pro loco, & tempore, non tam ſecundum imperium perfectæ virtutis quam ſecundum humanæ conditionem
imperfectionis & infirmitatis mentalis. Vnde ſuper Mattu.11.
illud Matth. diſcipuli relicto eo fugerunt. Beda dicit in gloſ. Sicut Petrus qui negationem lachrymis abluit, & confeſſione dominici amoris trina funditus extirpauit, recuperationem eorum oſtendit qui martyrio labuntur, ſic alij diſcipuli qui articulum comprehenſionis fugiendo præuenerunt, cautelam fugiendi docent eos, qui ſe ad ſupplicia minus ſentiunt idoneos, quib. tutius eſt latere, quam diſcrimini ſe exponere. Hæc Beda. Quib. elucet, quòd huiuſmodi circunſpectio qua quis prouide fugit, infirmis magis competit quam perfectis. Quod igitur dicit ſe nullatenus æſtimare, quòd prudentia quę perfectionem facit aliquãdo magiſtra ſit imperfectionis, ſi ſic intelligit, quòd prudentia de perfecto imperfectum non facit, verum dicit, ſed nihil ad ꝓpoſitum. Si autem intelligit, quòd nullum opus imperfectionis ex prudentia procedit, manifeſte errat, quia tunc omne opus prudentiæ eſſet perfectum, nec ſolius prudentię, verumetiam omnium aliorum virtutum quibus neceſſario prudentia eſt annexa. Ex quo etiam ſequeretur, quòd omnis virtus ſit perfecta, & omnis virtutem habens ſit perfectus, & omnis imperfectus iniuſtus & omnis imperfectio culpa. De ſexto tandem modo fugiendi ſubinfert, quod fugere ex abundanti miſericordia, ne perſequentes grauius Deum offendant viris perfectis cõpetit, quia hoc modo fugit Iacob, Moyſes, Dauid, Benedictus, Silueſter, &cæt. Et hanc fugam (vt dicit) docuit Chriſtus & exemplo confirmauit. Porro quamuis in his quę de hoc modo ſexto fugiendi ſcribit, videatur ſuperficialiter conſiderantibus rationabiliter, & pie ſentire, ſi quis tamen vigilantiori attentione conſideret, manifeſte cognoſcet ea carere ratione ſimul & pietate. Nam & exempla quæ ponit ambigua ſunt, nec ex ſcripturis conſtat præfatos viros ex ea quã aſſignat cauſa fugiſſe. Qua etenim ratione vel auctoritate aſtrui poteſt, quòd Iacob Eſau, Moyſes Pharaonem, Dauid Salutem, & Silueſter Conſtantinum fugerit, ne in eos grauius peccarent? Et ideo quæ proponit pro nihilo habenda ſunt. Quia vt dicit Hieron. quod de ſcripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur qua probatur. Inſuper ſi omnis qui perſequitur iuſtum, tanto magis peccat, quanto grauiores iniurias irrogat, & ſanctum eſt atq; perfectum propter hoc fugere, ſemper a facie cuiuslibet perſecutoris fugiẽdum eſt, ne grauius peccet. Amplius ex hoc neceſſario ſequitur, quòd Chriſtus non abundantem miſericordiam, ſed potius crudelitatem in Iudæos exercuerit, qui tunc ſe paſſioni obtulit, quando plures in eo peccare potuerunt, paſcali ſcilicet tempore, cum Iudæorum multitudo ad feſtum ventura erat, de qua ſciebat, quòd in eius mortem conſenſura erat. Arguuntur etiam ſecundum hanc doctrinam, impietatis & crudelitatis omnes martyres, qui non fugerunt. Inaniter igitur gloriatur ſe aduerſarium confutaſſe, quaſi fugere non ſit imperfectum, cum habeat fieri ex abundanti miſericordia, quæ imperfectionis non poteſt eſſe miniſtra. In quo credens alterius improbare ſententiam, viam aperit ad reprobandam ſuam. Si.n. Chriſtus, quia fugit ex miſericordia reſpectu perſequentiũ, nullam imperfectionis notã

incurrit, multo magis ſi fugit ex miſericordia reſpectu membrorum ſuorum infirmorum, ad præbendum illis ſolatium,non debet imperfectioni aſcribere, ſed potius iudicare perfectum. Quod autem in fine concludit, ꝙ his quatuor modis Chriſtus fugit, & fugere docuit, & viri perfectiſſimi in hoc eũ imitati ſunt, & hoc alios facere docuerunt,& quòd Chriſtus fugiendo exemplũ infirmis præbuit:infirmis dicit, infirmitate carnis quæ perfectis competit,non mentis quæ ſolum conuenit im perfectis, quia ex præcedentibus ſatis reprobatum eſt, non eſt opus vltra diſcutere, quamquam hæc quatuor ſimul aggregata,dogmatis huius abſurditatem patenter oſtendant. Nam ſi Chriſtus hoc quadruplici modo fugit,& perfectiſſimi viri in hoc eum imitati ſunt, cũ hoc fugiendi quadriuium ſemper,& vbiq; & omnibus pateat,ſemper a quolibet ineunda eſt fuga. Quis.n.non naturaliter timet mortem? Quis non debet ſe humiliare? Quis non debet prudenter cauere periculum? Quis miſereri non debet perſequentium proximorum? Si igitur hæ viæ fugarum ſemitæ ſunt perfectionum, quibus itur ad Chriſtum,non iam ad exhortationem Apoſtolicæ tubæ currendum eſt ad nobis propoſitum paſſionũ certamen,ſed potius quærendum eſt per aliquam dictarum viarum fugæ præſidium,quo celerius,tanquam per compendioſas perfectionis ſemitas perueniatur ad Chriſtum. Quod ſi huiuſmodi exhortationis immo dehortationis clamorem,quo bellatorum corda terrẽtur,procul a caſtris bellantium abeſſe cenſuerunt duces in pugna ſæculi,quanto magis hoc obſeruare conuenit in pugna Ieſu Chriſti, vbi res agitur,non pro vitandis diſpendijs rerum,aut fugiendis periculis corporum,ſed pro declinanda infinibili morte animarum? Nec hoc dicimus quin competere poſſit perfectis in caſu fugere,eo modo quo ſuperius oſtenſum eſt:ſed vt fugæ laudes ſuperfluas,vanas,& falſas,tanquam pernicioſas,& virtutibus perfectis contrarias oſtendamus eſſe fugiendas. Quia cum falſitas vbique & ſemper vitanda ſit, ibi tamen & tunc potiſſimũ declinanda eſt, cũ ſub fallaci ſpecie ſanctitatis a virtutum culmine reuocat,et inclinat ad ima.

*Secundæ reſponſionis,ſecundæ particulæ,in qua abſtinentię laus & perfectio declaratur,& eiuſdem impugnatio calumnioſa refellitur.*

*Articulus primus.*

QVamquam certum ſit omnib. in Chriſtiano exercitatis agone,abſtinentiæ ſanctæ rigorem perneceſſariam eſſe,his qui perfectionem adipiſci,& defenſare conantur, quia tamen nouæ adinuentionis dogma peruerſum ſub introductum eſt, ad probandũ contrarium,roboranda eſt huiuſmodi veritas,tam per exempla,quam per documenta ſanctorum. Et primum quidem euangelicæ perfectionis præcurſor, adducatur in medium,qui propter abſtinentiam eminentem, ma-
Luc. 1. gnus prædicatur angelica voce,ſicut refert Lucas. Angelum dixiſſe ad Zachariam. Erit enim magnus coram Domino,vinum & ſiceram non bibet. Vbi gloſ. Sicera interpretatur ebrietas, quo nomine ſignatur omne poculum de quacunque materia factum, quod inebriare poſſet. Decet namq; vas cœleſti gratiæ mancipatum, a ſæculi illecebris abſtinere. Hoc ipſum vas electionis
1. Cor. 9. Apoſtolus in ſeipſo commendat, ad Corinth. Scribens. Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim,ipſe reprobus efficiar. Et ad hoc agoniſtarum exemplo, cunctos prouocat Chriſti milites cum præmittit: Omnis qui in agone contendit,
1. Cor. 9. ab omnibus ſe abſtinet,& illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ad hoc facit quod ait Ambr. exameron. 3. libr. Ab initio ſæculi ſimplicem cibum & naturalem debuit Deus reliquis cibis anteferre,quoniam iſte eſt ſobrietatis cibus, reliqui voluptatis. In hoc datur nobis frugalitatis exemplum & parſimoniæ magiſterium, vt herbis & ſimplicis oleris victu,aut pomis contenti ſimus, quem natura obtulit, quẽ liberalitas Dei primo donauit. In eccleſiaſtica vero hiſtoria libr. 2. refert Euſebius, quòd inter ſanctos Aegyptios,quos Euangeliſta Marcus dupliciter inſtituit,vinum nemo nec guſtu contingit,nec aliquam carnem,tantum aqua eſt eis potus,& panis cum ſale & Iſopo eſt eis cibus. De anachoretis autem, quorum vita conſtat fuiſſe perfectionis exemplar. Hieronym. ad Euſtochium cum vitam commendaſſet cœnobitarum dicens,quòd inter eos viuitur pane,& leguminibus,& oleribus,quæ ſale ſolum condiuntur, quibuſdam interpoſitis ſubdit. Ad tertium genus veniam, quos anachoretas vocant,qui de cœnobijs exeuntes,accepto pane & ſale,amplius ad deſerta nil proferunt. Huius vitæ auctor Paulus,illuſtrator Antonius, & vt ad ſuperiora cõſcendam, princeps Ioannes Baptiſta fuit. Hucuſque Hieron. Qui & hunc quem huiuſmodi vitæ aſſerit auctorem Paulum talibus extollit abſtinentiæ laudibus, eius vitam deſcribens. Omnem in orationem in ſolitudine duxit ætatem,cibum & veſtimentum ei palma prębebat. Quod ne cui incredibile videatur,Ieſum teſtor & ſanctos Angelos,vidiſſe me monachos, e quib. vnus per triginta annos, pane hordeaceo, & aqua lutulenta vixit. Beatus quoque Baſilius monachis orientalibus, qui ad perfectionis culmen nitebantur aſcendere, carnium eſum inhibuit. Sanctus etiam Martinus, vt de ipſo narrat Sulpitius, in ſuo monaſterio ſecum degentib monachis,vini potum concedere noluit. Et ſacer vir Benedictus ſanis monachis eſum carnium interdixit. His & ſimilibus,quaſi innumeris vniuerſis ſanctorum exẽplis indubitanter colligitur, quòd abſtinentiæ vigor opus ſit perfectæ virtutis. Et ne quid ad certitudinẽ deſit,alijs ſanctorum auctoritatib. probandum eſt,quibus aſſerunt, quòd abſtinere a vino, & carnibus ſit perfectum. Ait enim Hieronym. ad Demetriadem. Conceduntur quidem nuptiæ,carnium eſus, vſus vini, ſed horum abſtinentia,conſilio perfectiore ſuadetur. Idem quoq; contra Iouinianum. Si vis perfectus eſſe,bonum eſt vinum non bibere,& carnes non manducare,nam ſi vis perfectus eſſe,melius eſt ſaginare animã, quam carnem. Auguſt. etiam de fide ad Petrum ſic ait. Humiles ſerui Chriſti,qui cupiunt Domino abſq; impedimento ſeruire,coniugia non appetunt, a vino & carnib. abſtinent,quantum corporis valetudo permittit, non quòd peccatum ſit aut coniugem habere,aut carnes vinumq; percipere. Hæc Aug. Ad hoc idem facit qđ dicit Greg. 3. lib. mor. Nullus palmã ſpũalis certaminis apprehẽdit, ꝗ non prius in ſeipſo afflictã concupiſcentiã carnis incentiua deuicerit. Neq;.n. ad cõflictũ ſpũalis certaminis cõſurgitur, ſi non pri' intra noſmetipſos hoſtis mentis poſitus,gulæ videlicet appetit',edomat. Colligitur itaq; qđ abſtinentia ſit opus maxime cõpetens viris ꝑfectis, quorũ eſt ſathanæ bellis victorioſe reſiſtere,& ſapiẽtiæ ſtudijs quiete vacare. Propter qđ Hier. contra. Iouinianũ. Siquis eſtimat abundantia ciborum,atq; potuũ ſe ꝑfrui, & vacare ſe poſſe ſapientiæ (hoc eſt verſari inter delicias,& deliciarũ vitijs non teneri) ſeipſum decipit. Et poſt. Quomodo nuptis virginitatem,ita ſaturitati & carnibus,ieiunia ſpirituumq; præferimus. Si igitur vacare ſapientiæ perfectorum eſt, & virginitas præfertur cõiugio, ſicut perfectum imperfecto,reſtat qđ de genere operis abſtinere a carnib. aliſque delicatis cibarijs actum dicit conſonum perfectioni, & contra his vti imperfectionem quandam importat,quãtum eſt de ſui generisna-

ris natura, niſi ad perfectionem reducatur per circunſtantiam ſuperadiectam, vtpote cum quis habet plenā abſtinendi voluptatem, & tamen huiuſmodi cibarijs ꝓ loco & tēpore ſobrie vtitur, vel quia requirit neceſſitas ſuſtentationis propriæ propter ægritudinem ſeu debilitatem, vel vtilitas fraternæ ædificationis per charitatiuā condeſcenſionem. Primum quidem exemplum ex vita ſumitur perfectorum cœnobitarum, quam deſcribens Hiero. ait, loquens de ſanis. Viuitur pane, leguminibus, & oleribus, quæ ſale ſolo condiuntur. Dehinc pro debilibus ſubdit. Vnum tantum ſenes accipiunt, quibus & paruulis ſæpe fit prandium, vt aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, & aliorum non frangatur incipiens. Poſt hoc de infirmantibus ait. Si quis verò ceperit ęgrotare, transfertur ad exedram latiorem, & tanto ſenum miniſterio confouetur, vt nec delicias vrbium, nec matris quærat affectum, Hæc Hieron. Porrò exemplum ſecundi manifeſtè refulget in Chriſto, de quo Chryſoſt. ſuper Matth. Vide quanta eſt Chriſti in condeſcenſione diligentia, ſicut cum comedat & bibat, cum videat ex aduerſo Ioanni faciens & hoc Iudæorum gratia ſalutis facit, magis autem orbis terrarum vniuerſi, ſimulque hæreticorum obſtruens ora. Magiſter nanq; perfectionis omnimodæ Ieſus Chriſtus, & ſupportator imperfectionis noſtræ vtrunq;, debuit in ſua vita monſtrare, cum tamen Ioannes totam peregerit vitam ſecundum arctiſſimam abſtinentię legem. Et quanquam actus abſtinendi perfectior ſit ex proprio genere, perfectius tamen egit Chriſtus q̃ Ioannes, quia & puriori modo in ſeipſo abſtinuit, & alijs ex perfectiore charitate condeſcendit. Vnde & perfectionis præcipuus ſectator Apoſtolus non ſolum imitabilem ſe præbet in auſteritate vitæ, verumetiam pia ad proximos condeſcenſione ad Corinth. dicens. Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem, omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Hanc condeſcenſionis ædificatoriæ formam diſcipulis ad prædicandum miſſis Dominus dedit, cum ait. In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Et ratio a Mattheo redditur. Eſt enim dignus operarius cibo ſuo. Quia enim diſcipuli pauperes erant, & laborioſis prædicationis exponebantur diſcurſibus, ne pro penuria & difficultate laboris, in ſeipſis deficerent, vel pro difformitate victus, oneroſi redderentur ſuſcipientibus ipſos, huiuſmodi fuit eis a Domino viuendi forma præſcripta, tam pie quam prouide, vt & alijs condeſcenderent, & iniunctum ſibi laborem viriliter tolerare valerent. Ex prædictis igitur eluceſcit, ꝙ tam abſtinere à carnibus, & vino, quàm his vti, poteſt fieri perfecte & imperfecte, ſed vnum, ſcilicet abſtinere ſit perfecte ex proprio genere, alterum verò ratione circunſtantiæ adiunctæ, cum ex ſe magis declinet ad imperfectionem. Hæc autem non idcirco dicimus, quia cibus in culpa ſit, cum dicat Apo. ad Corinth eſca nos non commendat Deo, gl. ſumpta vel non ſumpta. Et Auguſt. 3. libr. de doctrina Chriſtiana. Quid locis, & tempori, & perſonis conueniat, diligenter attendendum eſt, ne temere flagitia repræhendamus. Fieri enim poteſt, vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur, inſipiens autem fœdiſſimæ gulæ flamma in viliſſimum ardeſcat, & ſanius quiſq; maluerit, more Domini piſce veſci, quàm lenticula more Eſau, aut ordeo more iumentorum. Hæc Auguſtinus. Ad quod etiam facit quod dicit Gregor. 30. libr. moralium. Non cibus ſed appetitus in vitio eſt, Vnde lautiores cibos plerunq; ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus. Hinc Eſau primatum per lenticulam perdidit, & Elias in eremo carnes edendo virtutem corporis ſeruauit. Vnde & antiquus hoſtis primum ſibi hominem, non carne ſed pomo ſubdidit, & ſecundum, non carne ſed pane tentauit. Patet igitur, ꝙ delicatis vti pro loco, & tempore poſſumus abſq; peccato, quia tamen per exercitationem concupiſcentiæ dant occaſionem peccandi, ab huiuſmodi abſtinere ſalutare eſt. Ac per hoc cum ſit difficile & arduum & ſupererogatoriū, de natura ſui generis colligitur eſſe perfectum tanquam ad perfectionem preparans, & ipſam promouens, & conſeruans. Vnde Hieronym. contra Iouinianum. Fac eſum carnium cunctis nationibus eſſe communem, & paſſim licere quod paſſim gignitur, quid ad nos quorum conuerſatio in cœlis eſt, qui ſuper Pythagoram & Empedoclem, & omnes ſapientiæ ſectatores non ei debemur cui naſcimur, ſed cui renaſcimur, quoniam repugnantem carnem & ad libidinum incentiua rapientem inedia ſubiugamus. Hæc Hieronym. Quibus oſtendit, abſtinentiam viris perfectis & cœleſtibus competere, ad perfectè cauendam libidinem, & edomandam carnem. Cōpetit etiam eis, quia promouet ad perfectam virtutem. Valet enim primo, ad ſeruandum pudicitiæ ſanctæ nitorem. Vnde Hieron. ad Euſtochium. Solicite prouidendum eſt, vt quos ſaturitas de paradiſo expulit, eſuries reducat. Non ꝙ Deus vniuerſitatis creator & Dominus, inteſtinorum noſtrorum rugitu & inanitate ventris, pulmonumq; delectetur ardore, ſed quòd aliter pudicitia tua eſſe non poſſit. Valet ſecundò, ad cuſtodiam paupertatis altiſſimæ. Iuxta quod idem Hieronym. ad Saluinam ſcribit dicens. Vbi vile oluſculum, cibarius panis, & cibus potusq; moderatus, ibi diuitiæ ſuperuacuę. Idem quoq; contra Iouinianum. Si vis perfectus eſſe, bonum eſt vinum non bibere, & carnes non manducare. Et Poſt: Grandis animæ exultatio eſt, cum paruo contentus fueris, mundum habere ſub pedibus, & omnem eius pompam, & epulas, ac libidines, propter quæ diuitiæ conquiruntur, vilibus commutare cibis. Valet etiam tertio ad conquirendam animi fortitudinem, ſecundum illud Bern. Quomodo ipſum corpus noſtrum quotidie creſcit & decreſcit, ſic neceſſe eſt ſpiritum ſemper proficere, aut deficere, ſed intereſt ordinis. Nam ſemper in robuſto & vegeto corpore animus mollior atq; tepidior ē, & rurſum in corpore debili, & infirmo fortior viget prōptiorq; ſpiritus. Quod ſe expertum teſtatur Apoſtolus dicens. Qñ infirmor tunc potens ſum. Sicut igitur ꝑ abſtinentiam vigor attenuatur in corpore, ſic & augmentatur virtus in animo, quod maxime locum habet in viro perfecto. Valet nihilominus quartò, ad obtinendam mentis ſerenitatem, iuxta ſententiam Senecę in quadam epiſt. Non eſt (inquit) iucunda res, aqua & pulmenta, aut fruſtum hordeacei panis, ſed ſumma voluptas eſt ex his poſſe capere voluptatem, & ad id ſe deduxiſſe, quod eripere nulla fortunę iniquitas poſſit. Si igitur hęc mentis tranquillitas quam varij euentus fortunæ non auferunt, perfectioni atteſtatur, apertè colligitur, quòd ſic abſtinere ſit perfectorum.

Epiſto. ad Euſtochium.

Chryſ. ſup Matt. Homil. 27.

1. Cor. 9.

Luc. 10.

Comedere carnes eſt perfectum ex circūſtantia, abſtinere eſt ꝑfectū ex proprio genere.

Abſtinentia vtilis eſt ad pudicitiā, & ſimiliter ad paupertatem.

2. Cor. 12.

*Articulus.* 2.

His præallegatis pro veritatis parte, facile iam eſt, & perfectionis abſtinentiæ ſublimitatem defendere, & hoſtis aduerſus eam erecta machinamēta diſſipare.. Nam ab impoſitione falſi criminis ſumens exordium, primum quidem ſe fundat ſuper falſum: aſſerens eum contra quem ſcribit dixiſſe, ꝙ carnium eſus ſit a perfectione receſſus, quod nunquam dixit, inſuper & ꝙ de numero ſit illorum, de quibus dicit Apoſtolus, ꝙ in nouiſſimis diebus, diſcedent quidam a fide attendentes ſpiritibus erroris. Quod crimen illi impingit, quia ſaturitati abſtinentiam prætulit. Quantæ igitur malignitatis ſit & fraudis, pro abſtinentiæ commendatione

1. Tim. 4.

datione, viro fideli errorem Manichæorum impingere, is, qui legit aduertat. Hoc enim nihil aliud eſt aſtruere, niſi, ꝙ abſtinentia commendari non poſſit, ſine præiudicio fidei & ſanæ doctrinæ. Quod ſi verum eſt, errauerūt viri clariſſimi, qui magna & mira fuerunt abſtinentia præditi. Errat & nunc ſancta Mater Eccleſia quæ in ieiunijs ab ipſa inſtitutis, iubet abſtinere a carnib. & ab his quæ ſementinam inde trahunt originem, errare probatur & ipſe qui aut morem ſequitur Eccleſiæ, & tunc ſecundum ſuam ſententiam eſt manicheus, aut morem hunc ſacrum impugnat, & tunc eſt Iouiniani diſcipulus. Audiat igitur non nos ſed Auguſtinum, contra Adamantium manichæum, & de diſcipulis illius ſectæ loquentem. Iſtos (inquit) ſignificauit futuros Apoſtolus temporibus nouiſſimis, prohibentes nubere, & abſtinere a cibis quos Deus creauit. Hoc enim propriè deſignat, qui ſe non propterea temperant a cibis talibus, vt aut concupiſcentiam ſuam refrenent, aut infirmitati alterius parcant. Audiat etiam Hieron. contra Iouinianum. Reprobat (inquit) Apoſtolus eos qui prohibebant nubere, & iubebant a cibis abſtinere, ſed Martinianum deſignat & ceteros hæreticos, qui abſtinentiam inducunt perperam: ad deſtruenda & contemnenda & abominanda opera creatoris. Nos autem omnem creaturam laudamus & maciem ſaginæ, abſtinentiam luxuriæ, ieiunia præferrimus ſaturitati, & a diebus Ioannis Bapt. ieiunatoris & virginis, regnum cœlorum vim patitur. In his ſatis Hiero. Iouiniani, & noui ſectatoris ipſius os obſtruit, ne inſtar ſepulchri patentis, ſuorum carnalitatem ſermonum tanquam exhalationibus fœtidis fidelium mentes ſobrias & pudicas inficiat, moresque corrumpat. Nam

1.Cor.19. (vt ait Apoſtolus) Corrumpunt bonos mores, colloquia praua. Sanè qui ſtudium eſſe conſueuit errantium, teſtimonijs veritatis peruerse intellectis, aduerſus ipſam veritatem confligere, ideò conſequenter munire ſe nititur, auctoritate ſcripturarum, primò allegans illud Apo-

1.Tim.4. Matth.15. ſtoli. Omnis creatura Dei Bona. Et iterum. Omnia mūda mundis. Cui etiam interpoſitis quibuſdam, ſubnectit Euangelicum illud. Non quod intrat in os coinquinat hominem. Quibus etiam interponit auctoritatem Auguſtini de ciuitate Dei, qui dicit, quòd conſuetudo victus non impedit religionem. Ex quibus conatur aſtruere, ꝙ abſtinentia ciborum nihil facit ad perfectionem, nec ipſorum vſus, vel ſumptio, ad imperfectionem. Vnde & dicit. Imperfectionem non facit Dei creatura, ſed mens infirma, & neſciēs vti ea. Idcirco magis ei abſtinentia, quàm perfectæ menti eſt neceſſaria. Hoc ſi verum eſt, & huiuſmodi ratio aliquid roboris habet, cum bona temporalia ſint creaturæ Dei, & mulier formata a Deo, & coniugium, quod plus eſt, Domini ſacramentum, & libertas propriæ voluntatis ſit donum diuinum, nihil horum ad imperfectionem facit, magisq́; competunt hæc perfectis quàm imperfectis, tanquam melius ſcientibus vti. Magis igitur ſecundum hanc indoctam doctrinam perfectis competit diuitias poſſidere quàm ſpernere, magis nubere quàm continere, magis agi voluntate propria quàm gubernari aliena. Ex quibus etiam illud infertur, quòd doctrina Chriſti fuerit perfectioni contraria. Ad quod quidem inconueniens, auribus pijs horrendum nequaquam deueniſſet, ſi earum quas allegat auctoritatum, catholicum habuiſſet intellectum. Nam auctoritas Apoſtoli quam proponit, hæreticorum reprobat impietatem, Euangelicum verbum Phariſæorum ſuperſtitionem. ſed Auguſt. in verbo propoſito aduerſatur vtriſque. Quod enim Chriſtus Phariſæos de ſuperſtitione notauit, & textus euangelicus aperte declarat, & gloſſ. exponit, quæ ſuper illud Matthæi, non quod intrat in os coinquinat hominem, ait. Vno ſermone omnis ſuperſtitio obſeruationum eliditur, dum in diſcernendis cibis religio putatur. Quod de ea diſcretione intelligendum eſt, que ſecundum Phariſæorum ſententiam in cibis conſtituit immunditiæ cauſam. Nam diſcernere inter cibaria delicata, & aſpera pretioſa & vilia abſtinentium more, non repugnat, ſed conſonat religioni Chriſtianæ. Quod autem dicit Auguſtinus, quod victus non impedit religionem, intelligendum eſt de Religione Chriſtianæ fidei, quæ communis eſt perfectis, & imperfectis: de qua Auguſtin. ibidem. Ipſos quoque philoſophos qui Chriſtiani fiunt, non habitum, & conſuetudinem victus, ſed falſa dogmata mutare compellit. Quod quidem intelligi non poteſt de religione diſciplinæ regularis, in qua habitus nouus aſſumitur, & mutatur conſuetudo viuendi, quantum etiam ad diſcretionem ciborum. Vnde Hieronym. contra Iouinianum. Audi, inquit, ſues & apros & ceruos, & huiuſmodi reliquos animantes, eſſe creatos, vt athletæ milites, & nautæ, metallorumque foſſores, & cæteri huiuſmodi operibus mancipati, cibos haberet, quibus fortitudinem corporum ſibi neceſſariam ſuſtentarent. Cæterum noſtra Religio non athletam erudit, non foſſorem, vel regimem, ſed ſapientiæ ſectatorem, qui ſe Dei cultui mancipauit. Denique verbum Apoſtoli quod primò proponit Manichæorum impietatem impugnat, non abſtinentiam imperfectorum.

Vnde idem Hieronym. ad Saluinam. Scimus ab Apo- 1.Tim.4.
ſtolo dictum: omnis creatura Dei bona, & nihil reijcien- 1.Cor.8.
dum, quod cum gratiarum actione percipitur: ſed idem Rom.14.
loquitur: bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum. Comedant carnes quæ carnibus ſeruiunt, quarum feruor deſpumat in coitum, quæ alligatæ maritis generationi & liberis dant operam. Quarum vteri portant fœtus, earum inteſtina carnibus impleantur, tu verò quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter voluptates, nihil habes neceſſe aliud niſi perſeuerare in ieiunio. His aperte colligitur, quòd omnis creatura bona & munda eſt, quòd ſanctum eſt ab aliquibus abſtinere, quia & ſi non ſint immundæ formaliter vel cauſaliter, tamen occaſionaliter, ex earum vſu, vt frequenter immunditia contrahitur, dum concupiſcentia excitatur, ſicut idem Hieronymus ad Euſtochium ait. Si quid in me poteſt eſſe conſilij, ſi experto creditur, hoc primum admoneo, hoc obteſtor, vt virgo Chriſti vinum fugiat pro veneno. Quid oleum flammæ adijcimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus? Hæc Hieronym. Quod ſi forte quis dicat, hanc ruinam iuuenibus, & imperfectis, non perfectis eſſe timendam, obuiat idem Hieronymus in eadem Epiſtola dicens. Quandiu in hoc fragili corpore detinemur, quandiu habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, & concupiſcit caro aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, nulla eſt certa victoria. Et Paulo poſt. Si Apoſtolus vas electionis & præparatus in Euangelium Chriſti, ob carnis aculeos & incentiua vitiorum reprimit corpus ſuum, & ſeruituti ſubijcit, ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur, & ſi poſt nuditatem, ieiunia, famem, flagella, ſupplicia, in ſemetipſum reuerſus exclamat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, tu te putas ſecurum eſſe debere? Caue igitur, ne de te aliquando dicat Deus. Rom.7.
Virgo Iſrael cecidit, & non eſt qui ſuſcitet eam. Hec Hieronymi verba ſi vera ſunt, immo quia vera ſunt, non parui periculi res eſt abſtinentiæ perfectioni detrahere, ac per hoc animos perfectæ virtuti ſtudentium ab ea reuocare. Vt autem ad hoc efficacius poſſit inducere, ſanctorum conſequenter ſe munit exemplis. Noe ſcilicet, Elię, & Ioannis Baptiſtæ. Quorum primus, vt dicit, omne genus carnis ac-

cepit in vſum, ſecundus fuit carnium cibo refectus, tertius vero locuſtarum eſu non fuit pollutus. Ex quibus arguit, quòd cum omnis imperfectio ſit pollutio animæ, carnium eſus nihil facit ad imperfectionem, quin potius ad perfectionem, cum dicat Apoſtolus, ſcio abūdare & penuriam pati, nec eſſet perfectior eſuriens, quā abundans, vtrunque enim poterat virtute diuina. Verum hæc quæ præpoſuit virorum perfectorum exempla, ſi ad hoc introducit, quòd talibus veſci ſit de ſe licitum, ex ratione procedit, & Auguſtini ſententiam ſequitur in libro confeſſionum, vbi ex prædictis ſanctorum exemplis oſtendit, quòd non cibus, ſed appetitus inordinatus introducit peccatum. Si autem per hoc conatur aſtruere, quòd cibis huiuſmodi vti pro loco & tempore, non ſit perfectioni contrarium, ſed compoſſibile, verum adhuc dicit, ſed fruſtra laborat, quia hoc nullus catholicus negat. Si vero perſuadere conatur, quod his veſci & ab his abſtinere ſit æque perfectum, errat non modicum. Primo quidem quia hoc falſum eſt & abſurdum, ſicut præallegata ſanctorum teſtimonia & exēpla declarant. Secundo quia non vera, ſed ſophiſtica ratione procedit cum arguit, quòd ſi viri perfecti aliquid egerunt, quòd hoc illud ſit de propria ratione perfectū, hoc enim plurimas habet inſtantias, ſicut præoſtenſū fuit in præcedenti particula. Nam ſimiliter argui poſſet de coniugio Noe, & de proprietate poſſeſſionum, & de plantatione vineæ, vt taceamus de vini potatione. Tertio vero quia exemplis huiuſmodi primo propoſitis, falſam ſubnectit aſſumptionem cum dicit, quòd imperfectio eſt animę quędam pollutio, hoc ſuperius multipliciter eſt improbatum tanquam erroneum, & ad quod multa inconuenientia ſequuntur. Tunc etiam nouiter baptizatus, aut non eſſet imperfectus, aut peccati labe eſſet pollutus, quorum vtrunque eſt abſurdū. Inſuper ſi eſſet pollutio, aut eſſet mortalis, & tunc omnis imperfectus charitate careret, aut venialis, & tunc omnis venialiter peccans a perfectione decideret, nulluſque in veniali exiſtens, ad perfectionem perueniret, idemque foret perfectum & impollutum, quod quidē vel eſt iuſtorum omnium in ſtatu viæ, vel omnino nullorum niſi Dei hominis, & Virginis Mariæ. Quarto autem, quia præfata exempla magis ad oppoſitum valent, quam propoſitum, ſicut a ſacris Doctoribus inducuntur. Vnde Hieronym. ad Euſtochiam. Noe vinum bibit & inebriatus eſt, & poſt ebrietatem nudatio fœmorum ſubſecuta eſt. Elias cum Iezabel fugeret, & ſub quercu iaceret, adueniente ad ſe Angelo ſuſcitatᷣ, & ecce ad caput eius panis ſubcinericius & vas aquæ. Re vera poterat ei conditum merum mittere, & electos cibos, & carnes contuſione mutatas. Eliſeus filios prophetarum inuitat ad prādium, & herbis agreſtibus eos alens, conſonum prādentium audit clamorem, mors in olla vir Dei, non eſt iratus cocis, lautioris enim menſæ conſuetudinem non habebat. Potuit & Daniel de regijs ferculis opulentior menſa transferri, ſed Abachuc ei meſſorum prandium portat, arbitror ruſticanum. Ideoque ibi vir deſideriorum appellatus eſt, quia panem deſiderij non manducauit, & vinum coucupiſcentiæ nō bibit. Ecce quot exempla patrum veteris teſtamenti introducit ad abſtinentiæ laudem, quæ is tanquam carnaliter ſapiens trahere nititur ad carnem. Sentiens autem ex his quæ iam dixerat, acutis eiuſdem Hieronymi iaculis, vt Iouiniani diſcipulum ſe poſſe trāſfigi, quaſi clypeum defenſionis obijciendo verſute ſubiungit. Nec me clames Iouinianum, quia nō dico vt ipſe, quòd non differat ſimpliciter abſtinere, vel carnes & vinum galoſe comedere, ſed infirmis qui neſciunt his recte vti, valde neceſſarium iudico abſtinentiam, perfecti vero nullam contrahunt immunditiam. Hæc verba ipſius, quibus vt excuſet errorē proprium, exaggerat alienum. Nunquam enim Iouinianus, quanquam ſit omnino deteſtandus, in hanc quam hic fingit dementiam incidit, vt guloſitatem æquaret abſtinentiæ, ſicut nec luxuriam continentiæ coęquauit, ſed pudicitiam coniugalem & virginitatem, vſum ciborum & abſtinētiam, equalis apud Deum meriti cenſuit. Quod idem Hieronym. reprobat vt dogma prophanum. Hic autem longe amplius deſipit, quam ille Iouinianus, tanquā proficiens in erroris doctrina diſcipulus. Nam ſobrietatem in vſu ciborum dicit competere perfectis, abſtinentiam imperfectis, quia perfecti nullam ex hoc immunditiam contrahunt, & imperfecti indigent illo remedio ad edomationem concupiſcentiarum. Conſtat autem quòd perfecti præferuntur imperfectis, & quę illis, & his competunt, per ſe loquendo conſimilem habent comparationem, igitur ſecundum ipſum pręfertur horum ciborum vſus moderatus & ſobrius abſtinentię ab eiſdem. Quod ſi cauſetur falſum ſibi crimen imponi, dicat igitur ipſe quod ſentit. Aut enim pręfert abſtinentiam moderato modo veſcendi, aut æquat, aut poſtponit. Si pręfert, vt quid tot ſuperuacua verba contra propriam ſententiam protulit? Conceſſo enim quod abſtinere perfectius ſit, iam nulla reſtat cauſa aduerſus aliquem diſputandi. Si vero ęquat, in errorem Iouiniani turpiter incidit. Si autem poſtponit, damnatę & reprobatę iam hereſi ſuperaddit. Quod autem huius vltimę ſententię fuerit, ex conſequentibus aperte clareſcit. Quaſi enim ei quod dixerat abſtinentiam imperfectis competere, ex aduerſo aliquis reſiſteret, ex alterius perſona ſubiungit. Sed dices. Quid igitur Dominus ſacerdotibus veteris teſtamenti cum miniſtraret prohibuit vinum? Quid quòd Nazareis inhibuerit? quid quòd filij Rechab ex hoc laudantur. Et tandem Ioannes Baptiſta vinum & ſiceram non guſtauit. Et addit. Qualiter igitur non erit perfectius a vino & a carnibus abſtinere, quam his vti? Et ad hęc tanquam ad probandum falſum inducta reſpondit dicens, quòd ſacerdotibus veteris legis inhibetur vinum, velut adhuc neſcientibus vti, & quòd abſtinentia Nazareorum figuralis non moralis fuit, & quòd filij Rachab magis de obedientia, quam de abſtinentia laudati ſunt, & qđ Ioanni Baptiſtę abſtinentia competebat, quia adoleſcens erat, addens, quia ſicut abſque diminutione perfectionis, carnes comedit, ſic etiam ſi voluiſſet, potuiſſet bibere vinum, cum ad eius oppoſitum nulla lege teneretur. Ex quibus aperte colligitur, quòd ad Iouiniani ſuperaddit errorem. Cum enim ſupra probauerit, quòd perfectis competit vino & carnibus vti, exemplo Noe, Elię, & Ioannis Baptiſtę, & nunc pro inconuenienti habeat, quòd perfectis viris abſtinentia indicitur, manifeſte conuincitur eius eſſe ſententię, qua ciborum vſus abſtinentię non poſtponitur, ſed pręfertur. Pro huius quoque erroris defenſatore perfidia, plurima dicit abſurda. Nam quòd aſſerit vinum interdici ſacerdotibus, tanquam neſcientibus vti, aperte contrariatur veritati, cum ſuper illud Leuitici. vinum & omne quod inebriare poteſt, & cętera dicat gloſſ. Filijs Aaron tanquam ſublimiora adeptis, traditur hoc mandatum. Inſuper contra viros ſanctos blaſphemare conuincitur, quorum nonnulli ſacerdotalis generis, ſanctitatis priuilegio, & prophetię ſpiritu claruerunt. Mira certe, vel potius monſtruoſa doctrina. Cum enim ſupra pręmiſerit, quòd viris perfectis competebat coniugium in veteri lege, & ſecundo addiderit, quòd Aaron tanquam vir perfectus fugit, qua fronte nunc ſubiungere poteſt, quòd tanquam imperfectus abſtinuit, quaſi coniugij nexus, vel fugę pręſidium ſacerdotibus perfectionis gloriam tribuat, & ſanctitas ab-

Gl. Leu. 10

ſtinentiæ tollat? Magna etiam abſurditate non caret, quòd principalem cauſam abſtinentiæ præcurſoris,ætatem aſſerit fuiſſe iuuenilem, ſcilicet propter adoleſcentiam caſtigandam,ac ſi abſtinentia ſenibus & perfectis non competeret. Quid igitur ſancti ſenes, & perfecti Paulus Heremita,Antonius,Hylarion, & clariſſimi illi cœnobiorum patres abſtinuerunt vſque ad decrepitam ſenectutem? Quid illi nobiles cœnobitę,de quibus dicit Hieronym.ad Euſtochium.De cibis vero & potu taceo,cum etiam languentes monachi, aqua frigida vix vtantur, & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit? Quid illa ſacratiſſima Paula de qua idem Hierony.Nulla iuuenum puellarum ſano & vegeto corpore,tantæ ſe dedit abſtinentiæ,quantæ ipſa fracto & ſenili debilitatoque corpuſculo? Quid etiam venerabilis illa Tarſilla de qua Grego.4.Dialo.Tarſilla inquit amita mea, inter duas alias ſorores ſuas, virtute continuæ orationis, grauitate vitæ,ſingularitate abſtinentiæ, ad culmen perfectionis excreuerat. Quid tandem Apoſtolus,de quo Hierony.contra Iouinianum. Paulus Apoſtolus poſt famem & ſitim,& cæteros labores ſuos & pericula latronum,& ſolitudinis,crebra ieiunia enumerat, & diſcipulo Timotheo dolẽti ſtomachum, & infirmitates plurimas ſuſtinenti, ſuadet vini modicam potionem,quod non concederet,niſi crebrę infirmitates,& dolor ſtomachi poſtulaſſent? Innumera quoque ad hęc exempla ſuppetunt,virorum illuſtrium,non ſolum in Chriſtum credentium, verumetiam gentilium Philoſophorum, ſicut ex varijs hiſtorijs colligi poteſt , & præcipue de libro Hieronymi contra Iouinianum,& ex eo quem conſcripſit Ambroſius de vita Brachmanòrum. Nec horum

In Epiſto. contemnenda exempla, cum Hieronym. ad Lętam dicat,quòd Iudaica ſuperſtitio,ex parte facit in reiectione quorundam animalium atque eſcarum, quod indorum brachmanæ, & Aegiptiorum gymnoſophiſtæ in polente,& orizę,& pomorum ſolo obſeruant cibo,cur virgo Chriſti non faciat in toto? Si tanti vitrum, quare & non maioris p̃tij ſit margaritum? Hæc autem non idcirco diximus,vt abſtinentiæ laudemus exceſſum , vel vt noſtri temporis homines de imperfectione notem⁹, Fieri enim poteſt,vt pro debilitate corporum excuſentur nonnulli, iuxta quod diſtinctione vigeſimaquarta dicitur. Defectus hominum noſtri temporis, quibus non ſolum membra,ſed etiam corpora ipſa defecerunt, non patitur diſtrictionis illius manere cenſuram. Fieri enim poteſt,vt ad aliqua pietatis officia ſeipſos exerceant,quæ diſtrictionem illam vel in toto , vel in parte recompenſent. Hoc tamen præcipua cura ſeruandum, vt qui tantum vitæ rigorem ſequi non valent, vel forſitan nolunt,non præſumptuoſe vilipendant,ſed religioſe venerentur,quatenus ſi quid in eis pro carnis debilitate ſubtrahitur,ex mentis humilitate ſuppleatur. Hac piam reuerentiæ formam,ſi is cui reſpondetur obſeruare voluiſſet,nequaquam humanæ carnalitatis vitium,p carnes quas dicit a præcurſore comeſtas,temeraria præſumptione foueret. Cui aperte contrariatur euangelicus textus,& Auguſtinus contra Fauſtum, Vbi ſic ait. Vnde dictus eſt Ioannes non manducans,neque bibẽs, niſi quia illo victu quo Iudęi vtebantur,ipſe non vtebatur? Conſtat autem,quòd iudæi carnibus veſcebantur, niſi forte quis ita deſipiat,vt dicat Ioannem carnes mã

Rabanus ſup Mat. 3. ducaſſe in lege prohibitas Hieronym.etiam contra Iouinianum. Præcurſor Domini & præco locuſtis alitur,& ſilueſtri melle,non carnibus. Et Rabanus ſuper illud Matt. Eſca eius locuſtæ,&cætera. Habitatori ſolitudinis congruum erat,vt non delitias ciborum, ſed neceſſitatem humanæ carnis expeteret. Vnde refert Arnulphus Galliarum Epiſcopus,minimum genus locuſtarum fuiſſe in deſerto Iudææ,quo paſtus eſt Ioannes Baptiſta,& vſque hodie ibi apparere, quæ corpuſculis in modum digiti manus,exilibus in herbis facile capiũtur,coctæque in oleo pauperem præbent victum. His itaque diligenter perſpectis,quis tam impudens erit vt per vitam Ioannis auſteram & pauperem,ſuam vel alienam defendere audeat carnalitatem? Cæterum quia ſuperfluum eſt his immorari diutius,ad ea veniendũ eſt, quæ in quæſtionis huius diffinitione ſubiungit. Dicit namque,quòd viri perfecti ad vinum & carnes ſe relaxauerunt,propter carnis infirmitatem, propter ſeruandã conſuetudinem communis vitæ,& propter ſcandali vitationem. Quæ quamuis vera ſint, & a ſanctis accepta, multa tamen falſa,vt aſſolet,in eorum explicationẽ permiſcet. Dicit tamẽ in explicatione primi membri, quòd imperfectio eſt damnum virtutis , quod ſuperius tanquam erroneum eſt multipliciter improbatum. Addit etiam quòd Elias propter infirmitatem carnis,carnibus paſtus fuit,quam etiam infirmitatem Chriſtus accepit. Hoc ſi de ſpeciali carnis infirmitate intelligatur,non ſine temeritate multa aſſeritur, tum quia illud ſcriptura non docet,ſed eis contrarium, tum quia erroneum eſt aſſerere, ꝙ Chriſtus aſſumpſerit infirmitates, niſi illas quæ communiter reſpiciunt ſtatum humanæ naturæ. Quòd ſi de infirmitate,quę communis eſt omnibus,loquitur, ſecundum hoc exemplo Chriſti & Eliæ quilibet perfectus carnes comedere debet. Sane quòd in explicatione ſecundi modi introducit auctoritatẽ Augu. de libro quæſtionum Euangelij, quòd non intereſt,qd alimentorum,vel quantum quis accipiat,dummodo id agat,pro congruentia hominum cum quibus viuit, ſi generaliter accipiatur,ſicut hic ex peruerſitate intellectus inſinuat,omnem abſtinentiæ rigorem eneruat, ſecundum duplicem abſtinentię modum, a qualibus videlicet,& a quanto. Attendendum eſt igitur,quod verbum illud intelligi debet, quòd non multum intereſt quantum ad rationem liciti,vel illiciti, contra id quod aſſerit Manicheus,multum tamen intereſt, quantũ ad edomationem carnis,exercitationem virtutis, & ſatisfactionem pro culpis commiſſis. Vnde Gregor. in regiſt. duobus modis viri ſancti a licitis abſtinere ſolent, aliquando vt merita ſibi apud omnipotentem Deum augeant, aliquando vt anteactę vitę culpas detergant. Sed etiam pari non caret peruerſitate, quod ibidem ſubiũgit,quòd ſi quis diſtrictius vult viuere,quã hic cũ quibus communiter viuit,aut intemperans eſt,& ita imperfectus,aut ſuperſtitioſus,& ita impius. Hæc verba ipſius,quę imponit Auguſtino de doctrina Chriſtiana ſimulque dicit,quòd hoc ſcilicet reſtrictius viuere, non docuit Chriſtus,ſed potius prohibuit, nec aliquis ſanctorum hoc fecit. His autem verbis omnibus plane ſanctorum religionum inſtitutoribus, & eccleſiarum rectoribus,qui ſtrictius vixerunt,quam eorum conſocij, non ſolum notam imperfectionis,ſed et maculam præuaricationis impingit,propter quod,& a blaſphemia in Chriſti ſanctos, immunis nõ eſt,niſi inquantum fortaſſis eum ignorãtia excuſat,quia quos imitari abhorruit, illorum vitas legere neglexit,ſicut & mendoſitas codicis, in ea quam allegat Auguſtini auctoritate ipſum fefellit. Nequaquam enim ibi ſcriptum hẽtur,aut intemperans,ſed aut temperans,aut ſuperſtitioſus. Vbi vult Augu.oſtendere,quòd tranſcenſus vitę communis,aut venit ex ſublimitate virtutis, ſicut in viris magnę auctoritatis,aut ex ſuperſtitione erroris, ſicut in Manichęis, vel ex p̃ſumptuoſa ſingularitate modi viuendi , ſicut in quibuſdã hypocritis,& vanis hominibus,qui deſpiciũt ſtatum vitæ communis. Corrigat igitur ſui mendoſitatem codicis,vel potius a malignitate reſipiſcat erroris. In pertractatione quoque tertij modi falſo redarguit Petrum Apoſtolum, & impie blaſphemat in

Chriſtum

Chriſtũ,dicit.n.Petrum reprehẽſum a Paulo, quia abſtinẽtia ſua ſcandalizabat infirmos. Verum ſicut ex textu apparet Apoſtoli, non in hoc arguendus erát Petrus, quòd abſtinẽtium more, a cibis delicatioribus carnem reſtringeret, ſed quia more iudęorum cibos diſcernens, gentiles faciebat exẽplo ſuo iudaizare. Quod vero ſubiungit, Chriſtum comediſſe agnum Paſchalem quẽ comedere non tenebatur, niſi ne inde præberet iudæis ſcãdali occaſionem, manifeſtam blaſphemiam cõtinet. Nã Chriſtus cum eſſet Dominus legis et omnium, etiam cũ ſcandalo Iudæorum quæ ſub lege erant, legales ceremonias præterire poterat, nec ex tentione, ſed ex condeſcenſione legis figuralia obſeruabat. Tandẽ quia veritas vincit ſemper, & inualeſcit, cuius lumen inter denſas errorum tenebras radait, eius quaſi virtute compulſus, abſtinentiæ hoſtis ad eam quam impugnauerat laudandam conuertitur, cum ſubiungit, quòd trib. ex cauſis viri ſancti abſtinuerunt. Primo propter macerationem carnis, ad edomandum concupiſcentias, ſecundo propter cautelam ſcandali infirmorum, tertio propter euitationem idolotitorum. Hæc ſiquidem vera ſunt, & ab Auguſti. ſumpta in libr. de moribus Manichæorum. ſed hunc triplicem veritatis radium, triplicis erroris caligine obnubilare conatur. Nam primo dicit, quòd ſancti patres nõ tenebãtur abſtinere, à cibis lege prohibitis, niſi propter vitandum ſcandalum, quod pertinebat ad nouum teſtamentum, & hoc eſt falſum. Vnde Aug. Machabæos (inquit) cum ingenti admiratione præferimus, ꝙ eſcas quibus nunc licite Chriſtiani vtuntur, attingere noluerũt, quia pro tempore prohibito non licebat. Secũdo addit quòd Chriſtus his tribus modis abſtinuit, in quo nõ ſolum oberrat, ſed ſolito modo blaſphemat. Cum. n. primus modus ſit, vt dicit propter refrenandas concupiſcẽtias carnis, hoc Chriſto attribuere, nõ eſt aliud quã blaſphemare, niſi forte per hoc ſe excuſare velit, ꝙ ante prędixit Chriſtum non propter concupiſcentias proprias abſtinuiſſe, quia nullas habuit, ſed vt abſtinendo exemplum daret alijs, ſuas concupiſcentias refrenandi. Verũ ſi hanc intelligẽtiam habet, ſenſum rectitudinis teneat, ſed verbum erroris immutet. Quærimus tamen ab eo quib. exemplum hoc præbuit Chriſtus, vtrũ perfectis, de quibus idem dicit, quòd iam concupiſcẽtias domuerunt, an imperfectis, qui adhuc concupiſcentijs agitantur. Conſtat quòd imperfectis. Si igitur Chriſtus tanquam medicus, infirmis condeſcendendo exemplũ præbuit, et quaſi ď huiuſmodi medicinali potione guſtauit, abſq; detrimento perfectionis ſuæ, vt quid tot in vanũ verba protulit, et conſcripſit aduerſus hãc veritatem, q̈ de ipſius impugnãtis ore, eiuſdem inuincibilis veritatis virtus extorſit? Tertio ſubdit, quòd his tribus modis abſtinere perfectis Chriſtus præcepit, nec contrerium prę cepit imperfectis, ſed quibus placuit, miſericorditer indulſit. Hæc verba ipſius, in quibus veritati contradicit & ſibiipſi. Veritati quidem, quia maxime aſtringuntur imperfecti ad idolotita vitãda, nec eis indulgetur, quòd alios ſcandalizẽt, aut ſuas concupiſcentias non refrenẽt. Sibiipſi etiam contradicit, quia cum ſupra docuerit, abſtinentiam imperfectis magis competere quam perfectis, propter quod dicit abſtinentiam vini, iniunctam ſacerdotib. veteris teſtamenti, non noui, nunc ſeipſum redarguens dicit, quòd abſtinentia viris perfectis præcipitur, & impefectis indulgetur. In quo dum vno deſtruit breui ſermone, quicquid ſupra conſtruxerat, manifeſte declarat, quòd qui ſtudio contentionis deſeruit, dum arcu tenſo doloſo per ſagittam ſermonis emiſſam, alterum vulnerare ſatagit, iuſto Dei iudicio ſemetipſum prius ipſe configit.

Cõtra Fauſtum 19.c.

*Secundæ reſponſionis, tertiæ particulæ, in qua ieiunij arctitudo vt conſona perfectioni defenditur, et eius multiplex commendatio ſub infertur. Articulus primus.*

SAtis euidenter per determinata patet, vt credimus, ieiunij arctitudinẽ, velut abſtinentiæ culmen, euangelicæ perfectionis ſtructurę non modicum pręſtare munimen. Verum, quia contentionis amator, aduerſus ipſius prærogatiuam nouum diſputationis certamẽ aggreditur, ſtultitiæ ſuæ reſpondere compellimur, vt ſimplices a perfectione non reuocet, nec ſibi ſapiens eſſe videatur. Etenim cum is contra quem ſcribit, nullam de ieiunio mẽtionem fecerit, ſicut ipſemet recognoſcit, quia tamen alius prædicans fuit], de ieiunij perfectione locutus, noua eum diſputatione confutare conatur, quã ſi ei non ſufficiat agere contra vnum, quin potius Iſmahelitico more, manum erigit cõtra omnes, vt iuſto Dei iudicio manus ſit omnium contra eũ. Et quidem quod vir peritus, vt iſte fatetur docuit, Chriſtum ieiunãdo ſolis perfectis, & comedẽdo, ſolis imperfectis exemplum dediſſe, nullatenus videtur eſſe credibile, cum omnibus cõſtet, quòd tam ieiunare, quam comedere fieri poteſt, non ſolum perfecte & imperfecte, verumetiam bene & male, ſancte & impie, ſecundum rationem diuerſorum finium & circunſtantiarum. In hoc tamen eſt differentia, inter ieiunia ſeruare, & ieiunia ſoluere, quòd primũ de ſe eſt difficile & arduum, ac de ſe efficax ad repreſſionem carnalis libidinis, & exercitationem ſpiritualis virtutis, & ideo de ratione ſui generis bonum, & ad perfectionem ordinatum. Secundum autem, ſcilicet ieiunia ſoluere, facile eſt & carni ſuaue, & ad quod inclinatur mentalis infirmitas, & ideo imperfectum de ſe quamuis & perfecte fieri poſſit, ratione circunſtantiæ ſuperadditæ, vtpote cum a viro perfecto ſit, ratione debilitatis propriæ, vel condeſcenſionis fraternæ. Fatemur igitur vna cum illo, contra quem ſcribit, quòd loquendo de natura huiuſmodi actuum, perfectius eſt ieiunia ſeruare, quam ſoluere, & quòd Chriſtus omnis virtutis exemplar, & pro tempore ieiunauit, & pro tempore ieiunia ſoluit, vt in primo auſteritatis vitæ præberet exemplum, & in ſecundo humanæ infirmitati præſtaret ſolatium. Propter quod & primum fuit rigoris, ſecundum condeſcenſionis, vtrunque tamen perfectum in Chriſto, quia ex perfectiſſima charitate proceſſit. Nam condeſcenſio, vt ex prædeterminatis eſt euidens, nullam imperfectionem ponit in condeſcendente, ſed in eis ſolum quibus condeſcenditur, vel in ipſo genere actus. Hoc ſi voluiſſet calumniator aduertere, varios in quos incidit falſorum dogmatum declinaſſet errores. Nam ſuper falſum primo ſe fundans, falſi criminis impoſitione, catholici doctoris verba deprauat, ſed & veriſimili quadam diſtinctione modorum ieiunandi, erroris ſui verſutias occultat, tandem fraudulenta commendatione, ſolutionis ieiunij carnalis laſciuiæ venena propinat. Aggrediens igitur eum contra quem ſcribit, primum redarguit tanquam hæreticum & præſumptuoſum, & veræ perfectionis inimicum. Summa autem perſuaſionis ſuæ, qua velut hæreticum confutare conatur, hęc eſſe colligitur. Quia ſi Chriſtus aliqua fecit, quibus exemplum præbuit perfectis tantummodo, tunc ſequitur quòd inuidus fuerit, quia perfectionem imperfectis inuidit. Item ſi aliqua fecit, tantum imitanda imperfectis, cum illa non potuerunt eſſe perfecta, aut Chriſtus duas habet perſonas, quarum vna fecit perfecta alia imperfecta, ſecundum dogma Neſtorij, aut ſi Dei patris perfecta ſunt opera, & Chriſti imperfecta, tunc erit perſona filij minor perſona patris, iuxta impietatem Arrij

Ieiunare eſt de ſe bonum, ſoluere ieiuniũ eſt de ſe imperfectũ, & ex circũſtantia põt perfecte fieri.

ſiue Fotini. Huius autem ſophiſticæ ratiocinationis
proceſſus auctorem ſuum & ignorantem demonſtrat
& impium. Si enim ſcientiam haberet, vel quantum-
cunque exilem, manifeſte perpenderet, quòd ſicut vni-
uerſitatis creator diuerſis rerum generibus, ſecundum
magis & minus naturarum, virtutum, & operationum
nobilitates diſtribuit, non ſolum abſque malignitate in
uidiæ, verumetiam cum multa manifeſtatione bonita-
tis ſuæ, ſic & humani generis recreator, non ſolum abſ-
que inuidia, ſed etiam ex multa charitatis beneuolētia,
diuerſa largitur chariſmatum dona, diuerſa reuelat my
ſteriorum arcana, diuerſa graduum & prælationum of
ficia, diuerſa tādem virtutum præbet exempla. ita quòd
vni dat imitari vnum, alteri alterum. Iuxta quòd Apo-
1.Cor. 7. ſtolus loquens, de continentiæ gradibus ait. Vnuſquiſ-
que donum proprium habet a Deo. Inſuper cum dici-
tur, quòd Chriſtus aliqua propoſuit imitāda perfectis,
ſi ſane ſaperet, non ſolum de illis intelligeret, qui iam p-
fecti ſunt, ſed de omnibus, qui cupiunt eſſe perfecti, ſi-
cut etiam Chriſtus adoleſcenti cum dixerat, vnum ti-
bi deeſt, ſubdit. Si vis eſſe perfectus, vade & vende, &cę.
Nullis ergo ſemitam perfectionis præcludit, nullis inui
Matth. 19. det, nullos repellit, ſed gradum ſtatuit cōpetentem his,
qui ad perfectionem ſatagunt prouehi, non his qui vo-
lunt in imperfectione verſari. Quod autem ex diuerſita
tę operationū in Chriſto, vel minoritate reſpectu ope-
rum patris infert Chriſtum, vel duplicis eſſe perſonæ &
in ipſa perſonalitate diuina eſſe minorem patre, Neſto-
rij ſimul & Arij erroneam ſapit impietatem. Nunquam
enim ex pluralitate operationum ſequitur pluralitas p-
ſonarum, niſi ſecundum Neſtorium, ſed pluralitas vir-
tutum & naturarū. Nec ex minoritate operationis ſequi
tur minoritas in pſonalitate diuina, ſed in natura aſſum
pta, niſi ſecundum Arrium, qui ex hoc quòd Chriſtus
dicit ſe patre minorem, quod fideles intelligunt ſecun-
dum naturam humanam, infert inæqualitatem in per-
ſonalitate, & natura diuina. Si igitur hanc rationem cre
dit ualere, dum errorem alteri conatur impingere, ma-
nifeſte conuincitur, vt Neſtorianus & Arrianus erra-
re. Verum nec his contētus ſeruum Dei contra quē ſcri
bit, tanquam præſumptuoſum inuadit & arguit, pro eo
videlicet, ꝙ cōtra prohibitionem Apoſtoli, iudicat alie
num ſeruū, ꝙ in hoc manducantes aſſerit imperfectos.
Nam cum omnis imperfectio vt dicit, ſit reatus, ſit etiā
configurans mundo, ſit & diſplicens Deo, ſi quis man-
ducantes imperfectos dixeris, hoc ipſo iudicat, & con-
demnat eoſdem, tanquam reos in ſeipſis, mundo cōfor
mes, & Deo diſplicētes, quod quidē aſſerere, nihil aliud
eſt, vt dicit, quam inſanire, & hæc eſt ſumma rationum
ſuarum. Sed huic ex aduerſo veraciter dicitur. O præ-
ſumptio nequiſſima, vnde creata es, operi terram mali-
tia? Præſumptuoſe enim atque maligne alienum iudi-
cat ſeruum, qui dicenti verum, impingit mendacium,
ſicut hic agit, cum id peritum hominem ſenſiſſe aſſerit,
quod falſum eſſe, vix quantumcunque imperitus igno
ret. Quis enim tam ſtolidus vt dicat, quòd omnis man-
ducans ſit imperfectus, cum hoc neceſſarium, & com-
mune ſit omni viatori, tam perfecto, quam imperfecto,
tam bonò quā malo? Sed eſto quòd quis dixerit quòd
ieiunia ſoluere, ſit actus imperfectus, quantum eſt de p
prio genere, non tamen ex hoc ſequitur, quòd omnis ie
iunia ſoluens vel comedēs ſit imperfectus, pro eo quòd
ſicut ſæpe dictum eſt, circunſtantia poteſt eſſe perſonæ,
& actui annexa, quę ab omni imperfectione excuſet. In
ſuper alia eſt comparatio actuum, & alia perſonarum.
Vnde ſicut nō ſequitur, ſi perfectior eſt virginitas quā
coniugium, quòd ideo virgo ſit ſemper perfectior con
iugata, quia poteſt eſſe quòd virgo ſit impia, & cōiuga-
ta ſit ſancta, ſic & ad eam comparationem, qua ieiuniū
comeſtioni pręfertur, non ſequitur quòd ieiunās ſit vni
uerſaliter comedente perfectior, ac per hoc multo mi-
nus inferri poteſt, quòd comedens ſit imperfectus. Ex
hoc autem quòd dicit imperfectionem eſſe reatum, rē
mundo conformem, & Deo diſplicentē, ſequuntur ab-
ſurditates innumeræ. Nam cum virtus charitas, & iuſti
tia aliquādo ſit imperfecta, erit ergo reatui obnoxia, cō
formis mundo, & diſplicens Deo. Amplius cum ipſum
coniugium de ſua ratione ſit imperfectum, neceſſario ſe
quitur, ꝙ ſit culpabile, & diſplicens Deo. Sed & pudici-
tia coniugalis, cum ſit imperfecta reſpectu virginalis,
erit Deo Diſplicens, ac per hoc iuxta Manichæum non
erit matrimonium a Deo inſtitutum. Præterea ſi om-
nis imperfectio in artificiato artifici diſplicet, vt hic te-
merarie aſſerit, cum omnia a Deo creata, prius imper-
fecta fuerint quam perfecta, vniuerſa in ſuæ produ-
ctionis principio diſplicuerunt conditori ſuo, ſed nul-
lus ſapienter operans producit quod ſibi diſplicet, ſequi
tur ergo quòd prima rerum opera, non ſunt a Deo in ſa
piētia facta. Et quia hæc abſurdiſſima ſunt, illa ex quib.
ſequuntur, repudianda ſunt tanquam erronea, & ex fal
ſo intellectu imperfectionis procedentia, ſicut in præce
dentibus patenter oſtendimus. Sed nec iſta contentioſo
diſputatori ſufficiunt. Nam adhuc prudentem virum,
tāquam perfectiouis hoſtem inſequitur. Arguit enim,
ſi ieiunium ſoluere eſt imperfectum, ſenes qui ieiunare
non poſſunt in imperfectionē labuntur. Similiter & cor
pore imbecilles in virtute decreſcunt, cum tamen dicat 3.Cor. 12.
Apoſtolus, quòd virtus in infirmitate perficitur. Inſu
per quòd ſoluentes ieiunium in diebus Dominicis, ſecū
dum mandatum canonum, imperfecti erunt. Hæ ſunt
itaque rationes ipſius in quibus non tam eius, cui aduer
ſatur, impugnat ſententiam, quam ieiunij ſanctitatem
perfectam. Cum. n. nullus peritus hoc dixerit, nullus e-
tiam hoc ſenſerit, quòd ſolutio ieiunij ex rationabili cā
perfectioni repugnet, aut pręfatæ rationes omnino ſunt
friuolæ, aut ex hoc imperitis videntur probabiles, quia
nullum perfectionis opus eſt, quod intermitti poteſt ſal
ua perfectione, ac per hoc quia ieiunium ſalua pfectio-
ne intermitti poteſt, cōcludi poſſe videtur, quòd non ſit
de perfectionis integritate. Et quoniam hac ratione ad
impugnationes perfectionis, in conſequentib. frequen-
ter ſe munit, ideo vt hac vna reſponſione ſophiſticatio
ipſius diſſoluatur vbique, prudēs lector aduertet, quod
actus ad perfectionem ſpectantes, quidam ſunt intrinſe
ci & eſſentiales, tanquam ſecundum ſe perfecti & perfe
ctiui, quidam autem ſunt exteriores, & ad perfectionis
complementum adminiculantes & exercitatiui, & ho-
rum quidam poſſunt intermitti pro loco & tempore ſal
ua perfectione, quidam autem niſi pro loco & tempore
intermittantur, cum perfectione ſtare non poſſunt. Vn
de Beda ſuper Luc. Quis neſciat viſcera miſericordiæ,
benignitatem, humilitatem, patientiam, caſtitatem, &
his ſimilia, ſine vlla temporum intercapedine, fidelibus
eſſe ſeruanda. At vero famen.litum, vigilias, nuditatem,
lectionem, orationem, laborem onerandi, & cætera hu-
iuſmodi, ſi quis ſemper exequenda putauerit, horum ſe
fructu priuabit, Hoc Beda. Ad hoc ipſum facit quod di
cit Aug. de bono cōiugali. Habebat (inqt) Timotheus
virtutem continendi a vino, quam non ei abſtulit Pau-
lus monendo vt vino modico vteretur, propter ſtoma-
chum, & frequentes ſuas infirmitates, alioquin perni-
tioſe docebat, vt propter ſalutem corporis fieret in
animo damnum virtutis, ſed quia poterat 'ea virtute
ſalua fieri quod monebat, ita relaxata eſt corpori vti-
litas bibendi, vt maneret in animo habitus continendi.
Hęc Auguſtin. Ex quib. patenter colligitur, quod opus
virtutis intermitti poteſt virtute ſalua, ac per hoc etiam
opus perfectionis, ipſa perfectione ſeruata. Ad pal-
liandam quoque abſurditatem ſui dogmatis, quo ieiu-
nium a perfectione ſequeſtrare contendit, ſex differen-
tias

tias ieiuniorum diſtinguendo ſubnectit. Dicit.n.quòd ſex modis contingit ieiunare. Primo cauſa laudis humanæ, ſecundo cauſa auaritię, tertio cauſa concupiſcentiæ refrenandæ, quarto ex abundanti miſericordia ad dandum exemplum, quinto ad deſignandum myſteriũ, ſexto propter gerendum alijs morem, & ſcandalum vitandum. Hæc autem diſtinctio ſuperficialiter conſiderata, erroneam ipſius ſententiam palliare videtur, ſed diligenti examinatione diſcuſſa, propalare cognoſcitur. Nam ex his ſex modis duos ſecundum veritatem dicit competere hypocritis & auaris, tertium ſcilicet cauſa concupiſcentiæ refrenandæ competere aſſerit perfectis & imperfectis, quia vt dicit in quantouis ſancto remanet aliquid de concupiſcentijs euincendis. Et poſt ſubdit, quòd hoc ieiunium Chriſtus non aſſumpſerit, & tertio ſubiungit quòd hoc ieiunium magis imperfecto quam perfecto monacho competit. Sed hoc tertio loco dictum, ei quod primo poſuerat aperte contradicit. Nam ſi in quantumcunque perfecto aliquid remanet de concupiſcentijs euincendis, cum plene vincere ac domare concupiſcentias magis competat perfecto, quam imperfecto, magis ei competit modus hic ieiunãdi, vbi corporalium virium imbecillitas nõ obſiſtit. Vnde Hiero. Hylarionis perfectiſſimi monachi vitam deſcribens, (A 64. annis inquit) vſq; ad 80. pane abſtinuit, incredibili feruore mentis, ſicq; complẽs ordinem vitæ nunquam ante ſolis occaſum ſoluit ieiunium. Porro in eo, quod dicit, Chriſtum non dediſſe exemplum hoc modo ieiunandi, aperte contrarium eſt ei, quod in præcedenti capitulo ſcripſit. Dixit enim ibi, quòd Chriſtus exemplum abſtinendi ad domãdas concupiſcentias præbuit. Mirum certum ſi homo fuit alicuius intelligentiæ, aut ſaltem memoriæ qui hæc ſcripſit, quomodo repente oblitus eorum quæ dixerat, paucis interpoſitis contrarium dogmatizat. Iuſto tamen iudicio ſupernæ diſpoſitionis, has mentis tenebras incurrit, vt nec ſibiipſi conſentiat, qui a veritate diſcordat. Quanquam enim Chriſtus nullas concupiſcentias habuit, ſuo tamen ieiunio exemplum nobis certandi, per ieiunium contra concupiſcentias dedit, ſicut dicit Hier. Saluator generis humani, qui virtutis & conuerſationis ſuæ nobis reliquit exemplum, poſt baptiſmum ſtatim aſſumitur a ſpiritu, vt pugnet contra Diabolum, & tamen hoſtis antiquus poſt quadraginta dierum ieiunium, per cibum molitur inſidias Gl. etiam ſuper illud Matth. ductus eſt Ieſus in deſer. &cæt. Ieiunat vt tentetur, tentatur quia ieiunat, & exemplum ieiunandi nobis dat. Et alia glo. ibidem. Hic eſt ordo rectę conuerſationis, vt poſt acceptam ſpiritusſancti gratiam, contra Diabolum arctius accingamur. Ex quibus colligitur, quòd Chriſtus ſimul exemplum ieiunandi, & pugnandi dedit hominibus. Sed hoc exemplum certum eſt nos ſequi non poſſe, per primum & ſecundum ieiunãdi modum, in quibus deeſt iuſtitia, nec per quartum quintum & ſextum, quibus nõ ieiunatur vt contra hoſtem pugnetur, reſtatigitur ꝙ exemplũ dedit quantum ad tertium modum. Vnde & Ambro. in lib. de laude ieiunij. Præliatus eſt Chriſtus vt vinceret, nõ quod ipſe egeret certamine, ſed vt nobis formam bellandi præſcriberet, & poſtea daret gratiam triumphandi. Certamẽ noſtrũ ieiunium eſt. Deniq; ieiunauit ſaluator, & ſic ad eum tentator acceſſit, & primum gulę direxit ſpiculum, & cibum velut eſcam laquei prætendit. Dominus ieiunium prætulit, vt laqueos tentatoris ſui vinculaq; diſſolueret. Illo laqueo Adam fuit ſtrangulatus, hac abſolutione Diabolicæ quæſtionis, omnis homo eſt liberatus. In his tã clare ſacer Ambroſius ſi quid forte obſcurum eſt explicat, vt nemo niſi mente obſtinatus obſiſtat. Vnde et ipſe hoſtis ieiunij in quarto ieiunandi modo, qui videlicet eſt exabũdanti miſericordia, aſſerit Chriſtum dediſſe ieiunandi exemplũ, non ſolum perfectis, ſed etiam imperfectis. In quo ſiquidem aut intendit dicere quòd exemplum ieiunandi dedit nobis vt ieiunemus pro exhibenda alijs miſericordia, ſicut ieiunauerunt Moyſes, Elias, Daniel, & alij prophetæ, & tunc falſum dicit, quia abundans miſericordia non competit imperfectis, ſed perfectis, aut vt ieiunemus ꝓ ſuperanda pugna, & tunc quidem verum dicit, ſed ſibiipſi aperte contradicit. Quòd etiam facit in ſexto ieiunandi modo, vbi dicit, quòd perfecti concupiſcẽtias habentes edomitas, ieiunio nõn aſtricti ieiunabant, ſecundum morem illorum cum quibus viuebant, vbi contra dicit ei, quod paulo ante prędixerat, quòd in quantouis perfecto, remanet aliquid de concupiſcentijs euincendis. Contradicit inſuper veritati. Nam Paulus Apoſtolus, qui ad apicem ſummæ perfectionis peruenerat, caſtigare ſe dicit corpus proprium, & in ſeruitutem redigere, non tam pro gerendo alijs more, quam pro ſuperando hoſte domeſtico, ſicut expreſſe dicit Hier. in auctoritate ſuperius poſita. Quis etiam quantumcunq; ſanctus, niſi ſit actu infirmus, vel corpore debilis, ab his ieiunijs ad quæ ſe obligauit per regulæ votum, vel a b his, quæ vniuerſaliter ſeruãda ſancta mater Eccleſia ſtatuit, ex ſua quantalibet perfectione abſoluitur? Quis ſanæ mentis hoc ſenſerit? quis docere præſumpſerit? Nullus certe vt credimus, niſi ſanctæ matris Eccleſiæ ſtatuta contemnat.

In Epiſt. ad Demet.

Matt. 4.

1. Cor. 19.

In Epiſt. ad Euſtochium.

*Articulus.* 2.

DE hinc ſuam finalem declarat intentionem, quæ non ad ieiunium ſeruandum, ſed potius ad ſoluẽdum conatur inducere, ſex modos aſſignat ſolutionis ieiunij, quorum primum dicit illicitum, ſecundum imperfectum, quatuor ſequentes modos dicit eſſe perfectorum. In quibus plura interſerit peruerſorum ſeminaria dogmatum, quæ ad præſens indiſcuſſa relinquimus, ne legentium animos prolixitate grauemus. Hoc tamen prętereundum non eſt, quòd cum ſupra ſex modos ieiunandi diſtinxerit, in quibus quatuor poſuit licitos, & illos indifferenter competere perfectis & imperfectis, deinde ſex modos ſubnectit ſoluendi ieiuniũ, ex quibus vnum imperfectis attribuit, quatuor vero reliquos modos perfectis maxime competere dicit, manifeſte declarat eius ſententiæ ſe eſſe, quòd viris perfectis magis competat ieiunia ſoluere, quam ſeruare. In quo & impietatem tranſcendit Iouiniani hęretici, qui ſacræ ieiuniorum obſeruantiæ moderatam ciborum ſumptionem, auſus non fuit preponere, ſed æquare. Legat igitur ſi dignetur, veracium ſcripta doctorum, in quibus magnis nequaquam præconijs ſolutio ieiunorum extollitur, ſed miris laudibus obſeruantia commendatur. Hãc enim ſacer Amb. in lib. de ieiunio, non tam miſeriæ huius ſæculi fore aſſerit, quam innocentiæ Paradiſi, cum ait. Itaq; terrenũ ne quis aut nouellũ putet eſſe ieiuniũ, primus vſus mũdi a ieiunio cæpit, quando lux clara reſplẽduit. Et infra. Vbi cibus cępit, ibi finis factus eſt mũdi, vbi cępit ſua incrementa neſcire, ibi cœperunt diuina circa eum opera feriari. Quo iudicio declaratum eſt, quòd per cibus mundus haberet imminui, per quos de ſijt & augeri. Et vt ſciamus nouellum non eſſe ieiuniũ, primam in Paradiſo legem cõſtituit de ieiunio, ſciebat enim quòd ꝑ eſcam culpa haberet inferri. Idem, etiam libro eodem ieiunium comparat vitæ cœleſti. Merito (inquit) Eliam dignum cœlo diuina iudicauit ſententia, vt cum ipſo raperetur corpore, quoniam cœleſti vita viuebat in corpore, & ſupernæ vſum conuerſationis exhibebat in terris. Quid eſt enim ieiunium, niſi ſubſtantia cœleſtis? Ieiunium refectio animæ, & cibus mentis eſt. Ieiunium vita eſt Angelorum, culpæ mors, exci-

Obſeruantia ieiunij commendatur.

Ieiunij Encomium.

excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum caſtitatis. Hoc ad Deum gradu citius peruenitur, hoc gradu Elias aſcendit antequã curru, in hac virtute & ſpiritu Eliæ venit Ioannes, denique & in deſerto ille vacauit ieiunijs, & ideo, quia vitæ humanæ poſſibilitatem continentia ſupergreſſus fuerat, non homo, ſed Angelus æſtimatus eſt. In his Ambr. ſacer ieiunium comparat Angelicæ vitæ, & quidem ſatis digne. Cum enim ſicut ait Diony. hierarchiæ cœleſtis triplex ſit actus, purgatio, ſcilicet illuminatio, & perfectio, & ad hæc tria per ieiunij obſeruantiam perueniatur, ſanctę ieiunantium vita magis cęleſtis eſſe perhibetur quã terrena. Per ieiunium enim obtinetur perfecta cuſtodia ſanctitatis. Primo quantum ad declinationem carnalium vitiorum, ſicut ait Hier. ad Demetriadem. Poſt cogitationum diligentiſſimam cautionem, ieiuniorum tibi arma ſumenda ſunt, & cauendum cum Dauid. Humiliaui in ieiunio animam meam, & cinerem tanquam panem manducabam. Et paulo poſt. Ignita ſunt Diaboli iacula, quæ ſimul vulnerant & inflammant, & a Rege Babylonis tribus pueris præparantur. Sed quo modo ibi quartus (ſpecie habens quaſi filij Dei) immenſos mitigauit ardores, ſic & in aĩo virginali, rore cœleſti, & ieiuniorum frigore, puellaris calor extinguitur, & humano corpori Angelorum conuerſatio imperatur. Dehinc propter debellationẽ ſpiritualium hoſtium, iuxta illud Ambr. vbi ſupra Iudith ieiunans omnibus diebus viduitatis ſuæ, his armis munita proceſſit, omnem Aſſyriorũ circumuenit exercitum, ſobrij vigore conſilij, abſtulit Holofernis caput, ſeruauit pudicitiam, victoriã reportauit. Eſter quoque pulchrior facta ieiunio, omne genus ſuum a perſecutione liberauit, ita vt Regem ſibi faceret eſſe ſubiectum, non libidinis ardore inflammatum, ſed cęleſti miſeratione conuerſum, vt pœna in impium retorqueretur, & honor ſacris redderetur altarib'. Eſt ergo ieiunium reconciliationis ſacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam fœminas fortiores. Per ieiunium etiam impetratur perfecta intelligentia veritatis, Primo quidem in operandis, cuiuſmodi eſt veritas diuinæ legis, ſicut dicit Ambr. vbi ſupra. Moyſes (inquit) de ieiunio legem dedit, ipſumq; ieiunantem non voces magnæ, nõ fulgura, & nubes tenebroſa, & fumigans Sina perterruit. Neq; .n. intraſſet in nubem, & vocem Dei loquentis de medio ignis ſine periculo ſalutis audiſſet, niſi munitus armis ieiunij. Quadraginta .n. diebus ieiunauit in monte, vt legem acciperet a Domino Deo noſtro, & in ſuperioribus quidem montis lex dabatur Moyſi ieiunanti, in inferioribus populo manducanti, præuaricatio ſacrilega accendebatur epulãtiũ. Quo ſpectaculo motus Moyſes, fregit tabulas, indignum iudicans, vt ebrio populo lex daretur. Imperatur etiam per ieiunium, intelligentia veritatis, inſpecu laudis, iuxta quod dicit Hier. contra Iouinianum. Daniel atque tres pueri reuelationem ſomniorum ieiunio merentur, paſtiq; leguminibus pulchriores, & prudentiores inueniũtur. Eodem quoq; lib. Elias 40. Dierum ieiunio præparatus, Deum vidit in monte Oreb, audiuitque ab eo. Quid tu hic agis Elia? Multo familiarior vox iſta, quam illa in Geneſi. Vbi es Adã. Illa .n. paſtum terrebat & perditum, hæc ieiunanti famulo blandiebatur. Deniq; per ieiunium acquiritur cõſtantia virtutis. Primum quidem ad faciendum ardua, iuxta ꝙ Ambr. vbi ſupra. Magna eſt virtus ieiunij. Deniq; tam ſpecioſa militia eſt, vt ieiunare delectaret & Chriſtum, tã valida vt ad cęlum homines eleuaret. Et vt tam humanis quam diuinis vtar exemplis, Elias ieiuno ore cęlũ clauſit, ieiunus filiũ viduæ ab inferis ſuſcitauit, ieiunus pluuias ore depoſuit, ieiunus ignes deduxit de cęlo, ieiunus curru eſt raptus in cœlum, & 40. dierum ieiunio diuinam acquiſiuit preſentiam. Tunc denique plus meruit, quando plus ieiunauit. Quis ex humana virtute igneos equos & currus potuiſſet aſcẽdere? niſi qui naturam humanam corporis incorruptibilis ieiunij virtute mutaſſet? Dat etiam virtutem ſuperandi aduerſa, ſicut idem Amb. dicit ibidem. Eſt quædam creaturæ natura, quã adamantiũ vocant, nullo facilis igne conſumi, quæ impoſita focis igneſcit, illico ſublata de flamma, tanquam aquarum infuſione munda reſplendet. Talia erãt puerorum Hebræorum corpora, quę ieiunio in adamantij transformata naturam, vapore ignis non ad diſpendium ſui, ſed ad gratiam mutabãtur. Daniel quoq; triũ hebdomadarũ ieiunio, leones edocuit ieiunare miſſus in lacum & in adamantinã ſoliditatẽ, abſtinentię rigore membra duratus non potuit vulnerari. Sic eũ conſtrixerant ieiunia, vt in eius corpore ferarum morſibus locus eſſe non poſſet. Clauſa tenebant Leonis ora, quę abſtinentiæ propheticæ ſanctitatis comprimebat, vt ea ferè aperire nõ poſſent, veluti quibuſdam vinculis alligata. Ex his igitur & alijs prędictis colligitur, ꝙ cum per ieiunium obtineatur perfectio ſanctitatis ſapientię & virtutis, per quæ mens humana purgatur, illuminatur, & perficitur inſtar hierarchiæ cęleſtis, ab omnibus debet ſeruari & appeti, ſed maxime ab his qui cupiunt eſſe perfecti. Vnde & hæc tria breuiter exprimit Gregoriani illa pręfatio, quia dicitur, ꝙ Deus corporali ieiunio vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, & premia. Et Aug. in quodam ſer. Ieiuniũ (inquit) purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum & humiliatum, quod Deus non ſpernit, concupiſcentię nebulas diſpergit, libidinum ardores extinguit, caſtitatis lumen accendit, verboſitatẽ non amat, diuitiarum ſuperfluitates abdicat, ſuperbiam calcat, humilitatem commendat. Ambr. etiam vbi ſupra. Ieiunium continentiæ magiſterium eſt, pudicitię diſciplina, humilitas mentis, caſtigatio carnis, forma ſobrietatis, norma virtutis, purificatio animę, miſerationis expenſa, lenitatis inſtitutio, caſtitatis origo, ſenum gratia, cuſtodia iuuentutis. Hęc de ieiunij laude diffuſius diximus, vt carnaliter ſapientis hominis, & intellectus inſtruatur, & inflammetur affectus, quatenus ſuũ recognoſcens errorem, in ieiunio, fletu, & planctu conuertatur ad Dominum: ſuper quo patri miſericordiarum ſacrificium deuote precis offerimus, vt ſicut de ipſius ſubuerſione doluimus hactenus, ita de conuerſione in poſterum gaudeamus.

Pſal. 34. & 101.

Dani. 4.

Iudith. 8.

Ieiunij multiplex vtilitas.

Geneſi 3.

*Tertiæ reſponſionis primæ particule, in qua voluntaria, et penurioſa paupertas fundamentum Euangelice perfectionis aſtruitur, & quę huic videri poſſunt contraria diſſoluuntur. Art. 1.*

CHriſtianę religionis fundamentum eſſe Chriſtũ Ieſum, ſapiens ille architectus Apoſtolus Paulus ad Cor. aſſerit, docens fundamentum aliud poni non poſſe pręter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Hoc quidem in noſtro intellectu collocatũ ꝑ fidẽ, quam idem Apoſtolus dicit ad Heb. rerũ ſperandarum eſſe ſubſtantiam, in affectu verò per charitatẽ, de qua idem ad Eph. ſcribit: in charitate radicati & fundati, fundamento ipſam comparans & radici. Vt igitur hęc duo iungantur in vnum, Chriſtianę religionis fundamentum & radix eſt fides, quæ per charitatem operatur, ſicut & gloſſ. ſuper illud fundamentum aliud, & ceter. dicit. Fides quę per dilectionem operatur, in fundamento poſita, neminem perire permittit. Huic autem fundamento ſiue radici directe aduerſatur cupiditas, de qua ſcribitur ad Thimot. Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidem appetentes erra-

1. Cor. 3.

Heb. 11.

Epheſ. 3.

1. Tim. 6.

uerunt

ierunt à fide. Ex hac nempe radice cum annexa ſibi ſuperbia, vniuerſa mala ſibi originem, fomentum, & incrementum ſuſcipiunt, propter quod ciuitatis Babilonicæ fundamentum ab Aug. eſſe perhibetur. Omnium itaque bonorum origo, & nouæ ciuitatis Hieruſalem ſundamentum, & fundator Chriſtus Ieſus, qui in hoc apparuit, vt Diaboli diſſolueret opera, huius cupiditatis oppoſitum ſummo debuit affectu complecti, exemplo oſtendere, & verbo prædicare. Et quoniam cupiditatis vitium, & inordinatio radicatur in affectu mentis, occaſio verò & fomentum ſumitur à rebus extra poſſeſſis, ideo neceſſe eſt, quòd perfecta radicis huius auulſio vtrumq; reſpiciat, vt auaritię rubiginoſa affectio, & ſubſtantiæ terrenæ illecebroſa poſſeſſio, tam ſpiritualiter, quàm corporaliter abdicentur. Vnde ſuper illud Matth. dixit Simon Petrus ad Ieſum, ecce reliquimus omnia, dicit Bernard. Optime & non ad inſipientiam tibi. Nam & mundus tranſit & concupiſcentia eius, & relinquere hæc magis expedit quam ab eis derelinqui. Et hæc fugiendarum diuitiarum cauſa præcipua eſt, quòd aut vix aut nunquam, ſine amore valeant poſſideri. Si igitur gemina hęc abdicatio mundi ſcilicet, & concupiſcentiæ eius, quæ etiam paupertas ſpiritus dicitur, ipſa eſt qua radix omnium malorum perfecte amputetur, & Babylonis fundamentum euertitur, recta poteſt ratione concludi, quòd perfectionis Euangelicæ per quã Chriſto configuramur, & complantamur, & habitaculum eius efficimur, ipſa paupertas ſpiritus ſecundum quandam analogiam & cohærentiam ad prædicta, radix eſt & fundamentum. Propter quòd & Chriſtus cũ ad perfectionem diſcipulos informaret in monte, tanquam nouę Hieruſalem deſcendentis de cœlo fundamenta perfectionis videlicet Euangelicæ limina in mõtibus ſanctis, montibus ſcilicet Apoſtolicis collocans inter cæterarum virtutum glorioſa præconia, a ſanctæ paupertatis excellentia ſumit initium dicens. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Dehinc tribuens de perfectionis aggreſſione conſiliũ, primum ad hanc ſuo inuitat exemplo dicens. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni ſequere me. Quem locum tractans Hieron. ait. Apoſtolici faſtigij eſt perfecteque virtutis, omnia vendere & pauperibus diſtribuere, & ſic leuem atq; expeditum cum Chriſto ad cęleſtia ſubuolare. Cũ autem circa bonorum temporalium poſſeſſionem duo conſiderare contingat, dominium, ſcilicet & vſum, ſitque vſus neceſſario annexus vitæ præſenti, Euangelicæ paupertatis eſt poſſeſſiones terrenas quantum ad dominium, & proprietatem derelinquere, vſum verò non omnino reijcere, ſed arctare, iuxta illud quod dicit Apoſtolus. Habentes alimenta & quibus tegamur his cõtenti ſimus. Ex his poteſt colligi paupertatis Euangelicæ ratio, ſcilicet, quòd ipſa ſit virtus temporalium abdicatiua bonorum, qua quis nil proprium habens ſuſtentatur de non ſuo. Et quoniam dupliciter contingit rerũ temporalium abdicare dominium, dupliciter etiã ſuſtẽtari de non ſuo, ideo paupertatis Euangelicæ duplex eſt modus, duplexque perfectio. Cum enim duplex ſit rerum dominium, ſcilicet priuatum & commune, vnum quidem ſpectans ad determinatam perſonam, alterum verò ad determinatum collegium, & primum abdicari poſſit retento ſecundo, poſſit etiam ſecundum abdicari cum primo, duplex erit ſecundum hunc duplicem modum paupertatis perfecta profeſſio. Vna videlicet qua quis temporalium omnium priuato ſeu perſonali abdicato dominio, ſuſtentatur de non ſuo, ideſt non ſibi proprio, communi tamen iure cum alijs participato & ſimul poſſeſſo. Alia verò qua quis omnium rerum abdicato dominio, tam in proprio quam in communi, ſuſtẽtatur de non ſuo. i. non ſibi proprio ſed alieno, pie tamẽ & iuſte ab alio ſibi pro ſuſtentatione collato. Primæ paupertatis forma præceſſit in turba credẽtium, de qua in actibus dicitur. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, nec quiſquàm eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Quem ſcripturæ locum tractans Hiero. ad Demetriadem dicit. In actibus Apoſtolorum, quando Domini noſtri Ieſu Chriſti calebat cruor, & feruebat recẽs in credentibus fides, vẽdebant omnes poſſeſſiones ſuas, & pretia eorum ad Apoſtolorum proijciebant pedes, vt oſtenderent pecunias eſſe calcandas, & dabatur ſingulis prout opus erat. Hinc etiã tradita fuit forma monaſticæ ſeu cœnobiticæ vitæ, iuxta quod gl. Bedæ dicit ibidem. Qui ita viuunt vt ſint eis omnia communia, ideo cœnobitæ vocantur. Quæ vita tantò fœlicior eſt, quanto ſtatum futuri ſæculi imitatur, vbi ſunt omnia communia. Secundę autem paupertatis exemplar & forma in vita præceſſit Apoſtolorum, quam perfectionis magiſter Chriſtus eiſdem inſtituit, quando ipſos ad prędicandum miſit, ſicut legitur in Matth. Nolite (inquit) poſſidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neq; duas tunicas, neque calceamenta, nec; virgam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Vbi gl. Propemodum neceſſaria vitæ amputat, ne vel curent de craſtino, qui docent omnia regi à Deo, nec ipſa neceſſaria nec cellarium ſecum vehant nihil pręter veſtimentum, nec etiam numiſma. In his igitur verbis, Dominus Apoſtolis & prædicatoribus veritatis, extremæ ac penurioſæ paupertatis formam ſeruandam imponit, quantum ad carentiam non ſolum poſſeſſionũ, ſed etiam pecuniarum & aliorum mobilium, quibus ſuſtentari vel communiri ſolet communis hominum vita, vt tanquam veri pauperes in ſumma rerum conſtituti penuria, carerent pecunijs, alimenta non ferrent, ſimplici veſtitu contenti eſſent, & ſine calceamentis incederent, vt ſic paupertatem altiſſimam actu, & habitu, quaſi quoddam perfectionis inſigne præferrent. Hanc paupertatis normam tanquam ſpeciali prærogatiua perfectam, & Chriſtus in ſeipſo ſeruauit, & Apoſtolis ſeruandam inſtituit, & his qui eorum cupiunt imitari veſtigia conſulendo ſuaſit. Quod enim Chriſtus illam ſeruauerit, oſtendit Chryſoſt. ſuper Matth. Ne poſſideatis (inquit) aurum, neq; argentum, neque peram in via. Quia enim per opera oſtendit ea, tunc iam legiſlationem quę eſt à verbis validiorem inducit, quando & facile ſuſceptibilis ſermo factus eſt, operib. ſuis prius certificatus. Vbi igitur oſtendit, per opera, audi eum dicentem, Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Neque in hoc ſufficit ſolo, ſed & diſcipulis tribuit hanc apodixim. Hæc verba Chryſ. Glo. etiam ſuper illud Matth. Vulpes foueas habent, &c. Quid me propter lucra ſeculi vis ſequi, cũ ita ſim pauper vt nec hoſpitiolum quod meum ſit habeam? Quod ſi forte quis dicat, Chriſtum non proprium habuiſſe hoſpitium ſed commune, obuiat idem Chriſ. in ſer. de proditione Iudæ. Quos (inqt) pretioſorum marmorum pompa delectat, cognoſcant Chriſtum omnium Dominum, qui locum in quo caput reclinaret non habuit. Et ideo diſcipuli ipſum interrogant, & dicũt. Vbi vis paremus comedere Paſcha? Sed ſi Chriſtus habuiſſet domicilium commune, illud diſcipuli non ignoraſſent. Sed etiam Chriſtus loco non caruiſſet, in quo caput reclinaret, & Paſcha comederet. Colligitur ergo ex interrogatione diſcipulorum, hoſpitij incertitudine, quod Chriſtus domicilium non habuit, nec proprium, nec commune. Arctiſſimam quoq; Domini paupertatem declarans Hiero. ait. Turpe eſt ante fores ſacerdotis Domini crucifixi & pauperis, qui cibo quoque veſcebatur alieno, lictores conſulum, & mi-

Marginal notes: Matth. 19. — Paupertas ſpũs, eſt radix perfectionis Euangelicæ. — Matth. 5. — Matth. 19. — In Epiſ. ad Demetriadem. — 1. Timo. 6. — Duplex eſt profeſſio paupertatis. — Act. 4. — Matth. 10. — Homil. 22 — Luc. 9. — Chriſt⁹ nõ habuit domicilium cõe, nec rẽ aliquam, in particulari neq; in cõi — In Epiſ. ad Nepotian.

& milites excubare. Fuit itaque Chriſtus tanquam vere
pauper rimus, alieno cibo ſuſtentatus. Hoc ipſum Bern.
in quodam ſer. ſuper illud Luc. cum factus eſſet Ieſus
annorum 12. apertius Dicit. Vt te Domine per omnia
noſtræ paupertati conformares, quaſi vnus in turba
pauperum ſtipem per oſtia mendicabas. Quis dabit me
buccellarum illarum mendicatarum participem fieri,
& illius edulij reliquijs ſaginari? Anſel. etiã in lib. de Sa-
cramentis. Pauper ita fuit Chriſtus, vt veniens in mun-
dum, non in ſua, ſed in aliena domo naſceretur, & natus
propter inopiam loci in præſepio brutorum animalium
poneretur, & viuens in mundo non haberet vbi caput
ſuum reclinaret, nec moriens vnde nuditatem ſuam te-
geret, nec mortuus vnde inuolueretur, nec ſepulchrum
aut locum, vbi corpus mortuum locaretur. Ex his col-
ligitur, quod Chriſtus pauper fuit in ortu, pauper in vi-
tæ progreſſu, pauper in termino. Sane vt hanc paupertа-
tem amabilem redderet mundo, pauperrimam matrem
elegit, paupertatis defectus volũtarie pertulit, & vt pau
per & inops diſcalciatus inceſſit. De paupertate nanque
Ioan. 12. matris ipſius dicit Beda ſuper Marcum, exponens E-
uangelicum illud, ſi quis mihi miniſtrat, me ſequatur.
Conſideremus (inquit) qua via graditur, vt ſequi me-
reamur. Ecce cum Dominus ſit creator Angelorum, ſu
ſcepturus naturam noſtram quam condidit, in vterum
virginis venit, naſci tamen in hoc mundo per diuites no
luit, parenres pauperes elegit. Vnde & agnus qui pro il-
Luc. 2. lo offerretur, defuit, columbarum pullos, & par turtu-
rum ad ſacrificium mater inuenit. His concordat Chri-
Sup Matth. Homil. 8. ſoſt. ſuper Matth. Pariens quidem filium virgo, confe-
ſtim illum in præſepe declinauit, quia multis conueniẽ
tibus propter deſcriptionem, nõ erat domum inuenire.
Sed quid fuit, quod ſuaſit Magos adorare? Nihil enim
ſenſibilium magnum erat illic, ſed præſepe & tuguriũ,
& mater pauper, & nudam Magorum videas philoſo-
phiam. Item quoque in homil. Epiphaniæ de Magis lo
quens, ſic dicit, Viderunt pandochium tenebroſum &
ſordidum, magis animalibus, quam hominibus aptum,
in quo nemo erat contentus ſecedere, niſi itineris neceſ
ſitate coactus: matremque eius vix tunicam habentem
vnam, non ad ornatum corporis, ſed ad tegumentum
nuditatis proficientem. Quod autem pauperrime vi-
xerit, ſuper illud Marci, circumſpectis omnibus glo. de-
clarat dicens. Circumſpectis omnibus, ſi quis eum ho-
ſpitio ſuſciperet. Tantæ.n. paupertatis fuit, & ita nulli
adulatus, vt in tanta vrbe nullum inueniret hoſpitium.
Super Marcum. 12. Super quem etiam locum Beda in orig. dicit. Intelligen
dum eſt, qđ tantæ paupertatis Dominus fuit, vt in vrbe
maxima nullum hoſpitem, nullam manſionem inueni-
ret, ſed in agro paruulo, apud Lazarum ſororesq; eius
habitaret. Conſtans eſt igitur, quod Chriſtus non ſolũ
hoſpitio, ſed & precio quo illud emeret caruit, dum ne-
ceſſitate compulſus, de vrbe exiuit, illo videlicet die,
quo eandem vrbem tanquam Rex aſello vectus intra-
Ioan. 14. uit. Hoc ipſum & gloſa ſuper illud Io. venit princeps
mundi huius, & in me non habet quicquam, expreſſius
aſſerit. Noluit Dominus habere quod perderet, pauper
erat, ne Diabolus haberet quod auferret. Sed omne tẽ-
porale, ſiue commune ſiue proprium, & auferri poteſt
& perdi. Tandem vt pauper diſcalciatus inceſſit, iuxta
quod Hiero. ad Euſtochium ſcribens ait. Diſcipuli ſine
calceamentorum onere, & vinculis pellium, ad prædica
tionem noui Euangelij deſtinantur, & milites veſtimen
tis Ieſu forte diuiſis, caligas non habebant, quas tolle-
rent. Nec enim habere poterat Dominus, quod prohi-
buerat in ſeruis. Calceamentis igitur Chriſtus vt pau-
perrimus caruit, veſtimentis vero neceſſarijs carere nõ
potuit, volens tamen ſummę paupertatis nuditate vitã
concludere, nudus elegit cruce pendere. Quia vero ma

giſter & Dominus Chriſtus, non propter ſe, ſed noſtri
cauſa paupertatem aſſumpſit, vt perfectionem nobis e-
xemplo monſtraret, ideo ſacris Apoſtolis, tanquam ſuę
ſanctitatis imitatoribus perfectis hanc extremę pauper
tatis formam ſeruandam inſtituit, ſicut legitur in Matt.
Marco, & Luca. Quod quanquam ex ipſo textu, ſit cer
tum & euidens, ad omnem tamẽ dubietatis ſcrupulum
amouendum ſanctorum auctoritatibus confirmetur.
Nam ſuper illud Matth. Nolite poſſidere aurum, & cęt.
Dicit Chryſ. Multa per hoc vnum emendabat, primũ Sup illud Matth. 10. Nolite poſſidere aurum.
quidem non ſuſpectos faciens Apoſtolos, ſecundo au-
tem ab omni eos eruẽs ſolicitudine, vt vacationem om
nem tribuant ſermoni: tertio docens eos ſuam virtutẽ,
hoc nempe eis & poſtea dicit. Nunquid aliquid defuit
vobis, quando miſi vos nudos, & diſcalceatos ſine ſac-
culo? Et infra. Orbi terrarum doctores erat miſſurus,
propter quod & Angelos eos ex hominibus (vt ita di-
cam) conſtituit, ab omni abſoluens vitæ huius ſolicitu-
dine. Et poſt. Intendere qualiter omnibus eos denudãs,
omnia eis dedit, permittens in domibus eorum, qui do-
centur manere, & nihil habẽtes introire. Si autem in a-
liena patria exiſtentes, & apud ignotos abeuntes, nihil
amplius oportet petere quotidiano cibo, multò magis
domi manentes. Hucuſque Chryſ. Idem quoque ait. Si
bonum eſſet aurum habere, hoc vtique dediſſet Apo-
ſtolis Chriſtus, qui ineffabilia eis tribuit dona, nunc au Homil. vltima ſuper Matth.
tem non ſolum non dedit, ſed etiam habere prohibuit.
Ideoque Petrus non ſolum non verecundatur, ſed etiã
decoratur in paupertate dicens. Argentum & aurũ non
eſt mihi. Super prefatum et Matthæi locum Rabanus Act. 3.
in originali ſic dicit. Conſequenter hoc præcipit Euan-
gelizatoribus veritatis, quibus ante dixerat, gratis acce
piſtis, gratis date. Si enim ſic prædicant, vt precium non
accipiant, ſuperflua eſt auri, & argenti, nummorumque
poſſeſſio. Nam ſi habuiſſent aurum vel argentum, vide
rentur non cauſa hominum ſalutis, ſed lucri cauſa præ-
dicare. Idemque ſubiungit. Qui diuitias detrũcauerat,
propemodum neceſſaria vitæ amputat, vt Apoſtoli Do
ctores veræ Religionis, qui docebant omnia gubernari
prouidẽtia diuina, ſeipſos oſtenderent, nihil cogitare de
craſtino. Ex hoc præcepto arguit philoſophus, qui vul
go appellantur Batropeiitæ, qꝫ contemptores ſeculi exi
ſtentes, & omnia pro nihilo ducentes, cellam ſecum ve-
hant. His etiam Beda ſuper Marcum conſonat dicens.
Præcepit eis ne quid tollerent in via, niſi virgam tantũ.
Tanta (inquit) prædicatori debet eſſe fiducia in Deo, vt
præſenti vitæ ſumptus, quamuis non prouideat, tamen
ſibi eos non deeſſe certiſſime ſciat, ne dum mens eius
occupatur ad temporalia, minus alijs prouideat ęterna.
Idem paulo poſt ſubdit. Illa Apoſtolis loquebatur, vt ſe
curi non poſſiderent, nec portarent, huic vitæ neceſſa-
ria, nec magna nec minima, ideo poſuit nec virgam, o-
ſtendens a fidelibus omnia deberi miniſtris ſuis, nulla
ſuperflua quærentibus. His concordat Ambroſius ſu-
per illud Lucæ, nihil tuleritis in via, nec virgam, nec pe-
ram, nec panem, nec pecuniam. Qualis debeat eſſe qui Super Lucan. 10. c.
euangelizat Regnum Dei, præceptis euangelij deſigna-
tur, vt ſine virga, ſine pera, ſine calceamento, id eſt ſubſi
dij ſæcularis, adminiculum non requirens, fideque tu-
tus, putet ſibi quo minus ea requirit, magis poſſe ſuppe
tere. Ad quod etiã facit, quod ab eodem dicitur ſuper
illud Lucæ. Nolite portare ſacculum neque peram. Si
prohibemur poſſidere aurum, quid eripere? Petrus A-
poſtolus primus dominicæ executor ſententiæ, oſten-
dens non in vacuum effuſa Domini mandata, cum po- Actor. 3.
ſceretur à paupere, vt ei pecuniæ aliquid largiretur, ait.
argentum atque aurum non habeo. Tamen non tam
in hoc gloriatur Petrus, quod aurum, & argentum
non habeat, quam quòd ſeruet domini mandatum.

qui

qui præcepit,nolite poſſidere aurum.Hoc eſt dicere.Vi
des me Chriſti diſcipulũ,& aurum a me requiris?Aliud
nobis multo ptioſius auro donauit.His verbis Ambro
ſij Auguſtinus concordat in libro de mirabilibus ſacræ
ſcripturæ ſic dicens.In excuſatione eleemoſynæ & pau
pertatis profeſſione. Petrus paralytico dixit,ſurge,&
ambula,illud magiſtri præceptum ſeruans, nolite poſſi
dere aurum neque argẽtum.Qui.n.de iniquo mammo
na expeditus fuerat,verbo imperij morbo ligatum cito
ſoluebat.Hoc ipſum Bernardus ad Eugeniũ confirmat.
Libr. 2. de conſi. Nec locus(inquit) ocio,vbi ſedula viget ſolicitudo om
nium Eccleſiarum.Nam quid aliud dimiſit tibi Sãctus
Apoſtolus?Quod habeo(inquit)hoc tibi do. Quid il-
lud?Vnum ſcio,neque aurum, neque argentum,cũ ipſe
dicat.Argentum & aurum non eſt mihi. Et infra.Eſto
In Epiſ.ad Edibiam. vt alia quaecunque ratione hęc tibi vendices,ſed nõ apo
ſtolico iure.Nec.n.ille tibi dare potuit, qđ non habuit.
Idipſum Hier.dicit expreſſius,Apoſtoli toto orbe ter-
rarum peregrini,non ęs in zona, non virgam in manu,
nõ caligas habuere in pedib. Chryſ.tandem de laudib⁹
Pauli.Paulus(inquit)pecuniam non poſſedit. Nam ipſe
hoc teſtatur.Vſque in hanc(inquit) horam,& eſurim⁹,
1.Cor. 4. & ſitimus,& nudi ſumus,& colaphis cędimur.Et quid
dico pecuniam, cum ille neceſſarium ſæpe non haberet
cibum,nec quo circundaret indumentum?Ex his omni
bus aperte colligitur,præſcriptam paupertatis formam,
qua nihil poſſidetur,& in ſumma rerum penuria viuit,
Apoſtolis fuiſſe præceptam, & ab eiſdẽ ſeruatam.Quia
autem ipſorum,immo Chriſti veſtigia, ſequi volentib.
Matt.19. conſulatur,ab ipſo aperte clareſcit, ex conſilio quod de
dit adoleſcenti,ſicut legitur in Matt.Si vis perfectus eſ-
ſe,vade,& vende omnia quę poſſides,et da pauperibus,
&veni ſequere me. Qđ exponẽs Rabanus ait in poteſta
te noſtra eſt, vtrum velimus eſſe perfecti,tamen quicun
que perfectus eſſe voluerit,debet vẽdere quæ habet, &
non ex parte vendere,ſicut Ananias,& Saphyra,ſed to-
tum, & ſic præparare ſibi theſaurum in regno cœlorũ.
Nec hoc ad perfectionem ſufficit,niſi Saluatorẽ ſequa-
tur.Conſtat autem,quòd Chriſtus in ſumma rerum pe
nuria vixit. Idem paulo poſterius inter pecunias habe-
re,& pecunias amare,nonnulla diſtantia eſt. Multi.n.
habentes non amant,multi non habentes amãt. Itẽ alij
& habent & amant,alij nec habere nec amare,ſed diui-
tias ſeculi gaudent,quorum tutior ſtatus eſt, cum Apo
Gal.6. ſtolo dicentiũ.Nobis crucifixus eſt mundus,& nos mũ
do.In his Rabanus expreſſe inſinuat,opus perfectionis
eſſe,magiſq; ſecurum,& Chriſto crucifixo cõforme,in
2.Cor. 8. carentia rerum,& pecuniarum viuere in extrema pau-
pertate.Hoc ipſum & Apoſtolus ad Cor.perſuadet. Sci
tis inquit? gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti quoniã
propter vos egenus factus eſt,cum diues eſſet, vt illius
inopia vos diuites eſſetis. Et in hoc conſilium do.Au
guſtinus in orig.Factus eſt ( inquit ) egenus intantum,
vt non haberet quod habent vulpes.Et in hoc conſiliũ
do,ſubauditur, vt eius paupertatem imitemini. Idem
quoque in libro de bono coniugali. Non ideo malum
eſt,iuſtum aut Prophetam in domo ſua ſuſcipere, quia
nec domũ habere debet, vt quod melius eſt faciat, qui
vult ad perfectum Chriſtum ſequi.In quo Auguſtinus
aperte declarat,quod alieno ſuſcipi tecto, ei maxime cõ
petit,qui perfecte Chriſtum imitari cupit.Huic conſo-
nat quod dicit Chryſoſtomus ſuper Ioannem. Omnia
Super Ioã. Homil. 9. agamus,per quę Chriſtum imitemur.Quid igitur Chri
ſtus ait.Vulpes foueas habent,& volucres celi nidos, fi
lius autem hominis,non habet vbi caput reclinet.Idem
ſuper Matth.homil.9.Si ab honore quidem qui in infe
rioribus eſt palatijs pecuniæ nos expulerint, contempti
biles erunt,cœlorum autem Rege, per ſingulos dies cla
mante & dicente,quia difficile eſt cum illis in cœlũ in-
trare, non proijciemus omnia, & non deſiſtemus ab
omnibus rebus,vt cum libera facie regnum ingredia-
mur. His concordat Hieronym.ad Eliodorum dicens.
Nolo te huius peregrinationis deterreat difficultas, qui
in Chriſtum credis, ſed eius crede ſermonibus. Pri-
mum quærite Regnum Dei, & hæc omnia adijcientur
vobis. Non pera tibi ſumenda,non virga,afatim diues
eſt,qui cum Chriſto pauper eſt. Idem ad Ruſticum
monachum. Si habes ſubſtantiam vende,& da paupe-
ribus,ſi non habes, grandi onere liberatus es, nudum
Chriſtum nudus ſequere.Durum,grande,difficile, ſed
magna ſunt præmia. Conſtat autem, quòd duritia &
difficultas non eſt, cum proprietas rerum contemni-
tur,niſi penuria comitetur.Ad hoc ipſum ſpectat,quod
dicit Gregor.Nazianzenus in Apologia ſua libro ſecun
do,ſed paupertatem inquit, & penuriam exprobrabũt.
Iſtæ ſunt diuitiæ meæ. Iſta me non ſolum gloriantem,
ſed etiam arrogantem facit. Videor enim mihi,hoc au-
dire ab inimicis,quia veſtigijs illius incedam, qui pro-
pter nos pauper factus eſt,cum diues eſſet, atque vtinã
exuere poſſem me iſtis panniculis, quibus circundari
videor,vt nudus effugerem ſpinas ſæculi,quæ retinent,
& reuocant pergentes ad Deum. Hæc Sanctus Gre-
gorius. His conſonat,quod dicit Bernar. Habetur in
Euangelio & perfectionis conſilium, & remedium in-
firmitatis, Nolite theſaurizare vobis theſauros in ter- Matth.6.
ra. Hæc perfectio eſt. Siquidem filius hominis vbi
caput reclinaret,non habebat,Petro & Ioanni nec aurũ
nec argentum erat.Paulus ſimplici victu & veſtitu con
tentus,hæc ipſa labore manuum acquirebat. Sed non
omnes capiunt verbum hoc, ſicut nec conſilium caſtita
tis.Hucuſq; Bernard.Gennadius quoque de eccleſiaſti
cis dogmatibus.Bonum eſt (inquit) facultates cum di
ſpenſatione pauperibus erogare, ſed melius eſt pro in-
tentione ſequẽdi Dominum ſimul donare, & abſolutũ
ſolicitudine egere cum Chriſto. Sed qui habet vnde ſu
ſtentatur(ſcilicet in communi) non proprie dicitur ege
re,nam de illis quibus erant omnia communia,in acti-
bus dicitur,nec erat quiſquam egens inter eos. Poſtre-
mo vt clare nobis innoteſcat, quæ ſit abrenunciationis
forma perfectis,attendendum eſt, quod dicit Beda ſup
illud Marci.relictis omnib. ſecutus eſt eum.Perfectam
nobis abrenuntiationis formam tribuit, dum non ſo-
lum lucra reliquit vectigalium,ſed & pericula contem-
pſit.Tanta enim cupiditate ſequẽdi Dominum ductus
eſt,vt nullo prorſus huius vitæ reſpectu, vel cogitatio-
nem ſibimet reſeruauerit. Per hæc ſacrorum docto-
rum teſtimonia,tam manifeſta quam certa, & alia plu-
rima (quæ cauſa breuitatis vitandæ reſecantur ad præ-
ſens)irrefragabili poteſt ratione concludi,quòd Chri-
ſtum,& Apoſtolos imitari, non ſolum quo ad abdica-
tionem proprietatum, verumetiam quoad exremam
temporalium rerum penuriam,quæ conſiſtit in carẽtia
poſſeſſionum,& pecuniarum,nõ ſolum eſt licitum, ſed Habere ali quid in cõ muni non eſt imperfectum.
& laudabile,& perfectum. Non tamen ex hoc debet,
vel poteſt inferri, quòd abdicatis rerũ proprietatibus,
poſſidere aliquid in communi ſit imperfectum,quia ſi-
cut perfectæ caſtitatis diuerſi ſunt modi, quorum va-
rijs prærogatiuis, ſancta mater Eccleſia, tanquam or-
namentorum varietate decoratur, ſic & in modis per-
fectæ paupertatis intelligendum eſt,quanquam non ſit
per omnia ſimile hincinde, ſicut diligenter conſideran-
ti eſt euidens.

*Articulus ſecundus.*

HIs autem non obſtat præallegatorum vita ſan-
ctorum,qui communia poſſederunt, quaſi non
debuerint aliter docere quam viuere, quia mos
eſſe ſolet pijs doctoribus, vt eas virtutum prærogą-
tiuas

tiuas(quibus carere ſe vident)in alijs mirentur & prædicent, ſicut Hiero.ad Pammachium ſcribens virginitatem (inquit) in cœlum fero, non quia habeo, ſed quia magis miror quòd non habeo. Ingenua enim & verecunda confeſſio eſt, quo ipſe careas, in alijs prædicare. Nunquid quia graui corpore terræ hæreo, auium nō miror volatus? Hæc Hieronym. Cui etiam Chryſoſt. conſonat. Qui Aegyptios monachos laudans, ait. Nunc veniens in eremum Aegypti, paradiſo hanc meliorem videbis effectam. Etenim eſt videre vbique regionis illius Chriſti exercitium & regalem gregem, & ſuperiorum virtutum vrbanitatem. Exiſtentia enim omni exuti, & mundo omnino crucifixi. Et vltra, rurſus procedunt corporis operatione ad indigentiam cibum ſumentes. Neque enim quoniam ieiunant & vigilant vacare per diem dignum æſtimant, ſed noctes quidem ſacris hymnis & vigilijs, dies in orationibus, & manuum operationibus conſumunt, Apoſtolicum imitantes zelum. Verecundemur igitur omnes & diuites & inopes, cum illi nil penitus habentes niſi corpus, & manus ſuas cogant, & litigent impenſas hinc indigentibus inuenire, nos autem decem milibus intus reconditis, neque ſuperflua ad hoc tangimus. Hæc Chriſoſtom. Qui vt doctor ſanctus & verax, quaſi ad ſui & aliorum ſibi ſimilium verecundiam, paupertatis excellentiam in monachis Aegypti commendat. Simile per omnia ſacer dicit Ambroſius. Chriſtus(ait) Dominus noſter ſacerdotibus quid præcepit audiamus. Qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Contremiſco hæc dicens. Meus enim primo omnium, meus inquam ipſe accuſator exiſto, meas condemnationes loquor. Negat Chriſtus ſuum eſſe diſcipulum, quem viderit aliquid poſſidentem, & eum qui non renunciat omnibus quæ poſſidet. Et quid agimus? Quomodo hæc autem ipſi legimus, aut populis exponimus, qui non ſolum non renunciamus his quæ poſſidemus, ſed acquirere volumus ea quæ nunquam habuimus, antequam veniremus ad Chriſtum? Nunquid nam quia nos redarguit conſcientia, legere, non proferre, quæ ſcripta ſunt poſſumus? Nolo duplicati criminis eſſe reus, confiteor, & palam audiente populo confiteor hæc ſcripta eſſe, etiam ſi nondum impleſſe me noui. Sed ex hoc ſaltim commoniti feſtinemus implere, feſtinemus tranſire a ſacerdotibus Pharaonis, quibus terrena poſſeſſio eſt, ad ſacerdotes Domini, quibus in terra pars non eſt, quibus portio Dominus eſt. Talis enim erat ille qui dicebat. Tanquam egentes, multos autem locupletantes, vt nihil habentes, & omnia poſſidentes. Paulus hic eſt, qui in talibus gloriatur. His ſacri doctoris veracibus & humilibus verbis, nihil expreſſius ad propoſitum dici poteſt. Et Beatus Papa Gregor. 5. dialogorum, viri mirabilis Iſaac vitam deſcribens ait. Seruus omnipotentis Domini egreſſus vrbem, non longe deſertum locum reperit, ibique ſibi humile habitaculum conſtruxit, ad quod dum multi pergerent, exemplo illius æternæ vitæ deſiderio accendi cœperunt, atq; ſub eius magiſterio in omnipotentis Domini ſe ſeruitium dederunt. Cumque ei crebro diſcipuli innuerent, vt pro vſu monaſterij poſſeſſiones quæ offerebantur acciperet, vt ſolicitus ſuę paupertatis cuſtos, fortem ſententiam tenebat dicens. Monachus qui in terra poſſeſſionem quærit, monachus non eſt. Sicque metuebat paupertatis ſuæ ſecuritatem perdere, ſicut auari ſolent diuites perituras diuitias cuſtodire. Hæc Gregor. Qui cum monachis & ipſe, in monaſterio quod poſſeſſionibus dotauerat vitam duxiſſet, communes tamen poſſeſſiones recuſantem miratur & laudat. Ac per hoc impiæ præſumptionis eſſe conuincitur, virtutem non habitam ſpernere, vt quia docentis vita extremæ paupertati non per omnia conſonat, ipſius doctrina pauperum perfectioni repugnando contradicat. Nequaquam igitur a prædictis diſcordat illud Auguſtini verbum, quo contra Adamantium Manichæum præfatum de paupertatis forma mandatum Apoſtolis, dicit ſpiritualiter eſſe ſcrutandum, vel (vt alibi dicit) permiſſiue intelligendum. Nam cum Marcus dicat expreſſe, quod præcepit eis ne quid tollerent in via, & ipſe cum alijs expoſitoribus(ſicut ex præmiſſis claret)intelligendum ad literam doceat, ſi hoc ſimpliciter alibi negaret, & euangelicæ veritati, & ſanctorum doctrinæ, ſimul ac ſuæ, aperte contradiceret ſiue contrairet. Quod de tanto dici doctore, piæ catholicorum aures abhorrent. Attendendum eſt ergo, quod cum Apoſtoli fuerint primi fundatores religionis chriſtianæ, & profeſſores perfectionis excelſæ, profeſſores inquam, & ſicut priuatæ perſonæ, & ſicut exemplaria quædam prædicta Domini verba, intelligere poſſumus, eis eſſe dicta tanquam fundatoribus chriſtianæ religionis, & ſic intelliguntur extendi ad omnes, ſed non omnes chriſtiani arctantur, vt hanc vitæ regulam teneant, ſicut Manichæi falſo dogmatizant. Ideo contra ipſos loquens hæreticorum malleus Auguſt. oſtendit quod hec verba ſpiritualiter intelligenda ſunt, ſi ſic accipiantur tanquam omnibus ſint præcepta. Poſſumus etiam intelligere prædicta verba, dicta fuiſſe Apoſtolis, tanquam exemplaribus perfectionis, & ſic intelliguntur per modum conſilij, quod de ſe non obligat, niſi eos qui hanc viuendi formam voluntarie profitentur, & vouent. Intelligere poſſumus inſuper, dicta fuiſſe Apoſtolis ſicut certis perſonis, primiſque prædicatoribus euangelicæ legis, & ſic cum duo inſinuentur in verbis illis, ſcilicet abdicatio temporalium & receptio diſpendiorum, primum intelligitur fuiſſe præceptum, ſicut dicit textus & gloſa. Vnde Beda. Miſſis ad prædicandum diſcipulis, ne quid tollerent in via præcepit. Secundum autem non fuiſſe præceptum, ſed conceſſum ſiue permiſſum: Vnde gl. ſuper illud Luc. In eadem domo manete, &c. Qui ſaccum & peram prohibuit, ſumptus ex prædicatione concedit. Et Rabanus ſuper Matth. Claret autem hoc Dominum non ita præcepiſſe, tanquam euangeliſtæ viuere aliunde non debeant, quam eis præbentibus, quibus annunciant euangelium, alioquin contra hoc præceptum fecit Apoſtolus, qui victum de manuum ſuarum laboribus tranſigebat, ſed poteſtatem dediſſe, in qua ſcirent illa ſibi dari. Cum autem poteſtas datur, licet cuique non vti, & tanquam de iure ſuo cedere. Hęc Rabanus. Ex his colligitur manifeſte, quòd prędicta Domini verba, iuxta cōſiderationes præmiſſas intelligi poſſunt, & ſpiritualiter, & ad literam, vt conſulta & vt præcepta & permiſſa, propter quod omnis contrarietatis calumnia de medio tollitur, ſi multiformis huius acceptionis intelligentia ſane capiatur. His etiam non obſiſtit illud Hieron. ad Nepotianum, vbi dicit, quod viues de decimis, & altaris oblatione ſuſtentatus, nec eam crucem nudus ſequitur, tanquam perfectæ paupertatis ſumma conſiſtat in viuendo de decimis, & oblationibus, ſicut ſacerdotes & clerici viuunt. Eſt enim multiplex gradus, & differentia nuditatis. Alia quidem eſt cordis, alia cordis & corporis, nuditas cordis eſt per expoliationem ſpiritus ab omni peruerſo affectu auaritiæ & cupiditatis. Et de hac Greg. in homil. Nudi cum nudo luctari debemus, quia ſi veſtitus quiſque cū nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur, hoc quidem intelligitur generaliter dictum omnibus chriſtianis. Nuditas autem corporis & cordis, triplicem habet gradum. Nam quædam eſt magna, quæ attenditur in abiectione omnis ſuperfluitatis, & proprietariæ poſſeſſionis. Et hæc quanquam non ſit de neceſſitate, eſt tamen de congruentia ſtatus ordinis clericalis. Et de hac Hieron. ad Nepotianum. Si autem ego pars Domini ſum,

& ſum-

Hom.8.ſuper Matt.

Homil.16. ſup Gene.

Luc. 14.

1.Cor.6.

Qualiter intelligendum eſt Apoſtolis dicitur, ne quid tollerent in via.

Luc. 10.

& funiculus hæreditatis eius, nec accipio partem inter
cæteras tribus, ſed quaſi leuita & ſacerdos viuo de deci
mis, & altari deſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor. Ha
bens victum & veſtitum his contentus ero, & nudam
crucẽ nudus ſequar. Eſt & alia nuditas maior, quę non
ſolum conſiſtit in his, verum etiam in abdicatione pote
ſtatis poſſidendi proprium, & abnegatione propriæ vo
luntatis. Et hæc competit regularibus & cœnobitis. In epiſtola ad Heliodorum.
De qua Hieron. ait. Nolo priſtinarum neceſſitudinum
recorderis, nudos amat eremus. Nudos intelligit nõ ſo
lum à facultatum appropriatione, verum etiam à pro
pria voluntate, iuxta illud Bernard. de colloquio Simo
nis & Ieſu. Age ergo, & qui relinquere omnia diſponis,
te quoque inter relinquenda numerare memento, im-
mò verò maximè & principaliter abnega temetipſum,
ſi deliberas ſequi ipſum, qui exinaniuit ꝓpter te ſemet
ipſum. Eſt & tertia nuditas, quę conſiſtit in his quę prę
dicta ſunt, & inſuper in abdicatione omnis tranſitoriæ
facultatis, cum penuria & indigentia opportunę ſuſten
tationis, & hęc cõpetit Apoſtolis & Apoſtolicis viris.
Matth. 10. & de hac ſuper illud Matthæ. Qui potum dederit vni
ex minimis iſtis calicem aquę frigidæ tantum in nomi
ne diſcipuli, non perdet mercedem ſuam. Gloſſ. mini-
mi ſunt qui nihil pœnitus habent in hoc mundo. Tales
fuerunt Apoſtoli. vnde Hieronym. ad Exuperantium
ait. Nemo Apoſtolis pauperior fuit, & nemo tantum
pro Domino dereliquit. Vidua illa in Euangelio pau-
percula, quæ duo minuta miſit in gazophilatium, cun-
ctis prætertur diuitibus, quia totum quod habuit de-
dit. Hæc Hieronym. Si igitur hæc vidua iuxta teſtimo
nium Domini, totum dando nihil ſibi reſeruauit, in ex-
trema ſe nuditate conſtituit. Ad hanc nuditatem aſpi-
rabat illa nobilis vidua Paula. De qua Hieron. in laudẽ
ipſius. Hoc habuit voti vt mendicans ipſa moreretur,
& vnũ nummum non dimitteret filiæ, & in funere ſuo
aliena ſindone inuolueretur. Eiuſdem quoq; fœlicem
deſcribens obitũ ait. Teſtis eſt Ieſus, ne vnum quidem
nummum ab ea derelictum. Quid hac virtute mirabi-
lius, fœminam nobiliſſimæ familiæ, magnis quondam
opibus, tanta fide, omnia vel dilargitam, vt ad egeſtatẽ
vltimam perueniret? Iactent alij pecunias in corbonã
funalibusque aureis dona pendentia, nemo plus dedit
pauperibus, quàm qui ſibi nihil reliquit. Hęc Hieron.
Qui ad hanc nuditatem, tanquam ſummè perfectam
hortatur Edibiam in epiſtola, quam ad eam ſcribẽs ait.
Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis,
fac quod fecerunt Apoſtoli. Vende omnia quę habes
& da pauperibus, & ſequere Saluatorem, & nudam ſo-
lamq; crucem, nuda ſequaris, & ſola. In his manifeſtius
aſſerit, quòd ea paupertas ad perfectionis attingit faſti-
gium, qua quis expreſſius & cõformius nuditatem cru
cis amplectitur, & nudum crucifixum imitatur. Illud
Cenſus nõ eſt in culpa, ſed affectus. aũt Greg. verbum quo dicit cenſum non eſſe in culpa,
ſed affectum, nequaquam eſt præmiſſis contrarium, ſi
rectè intelligatur. Si quis enim hoc ſentiat, quòd cenſus
in culpa ſit cauſaliter vel formaliter, cum Manicheo er
rat, & hoc Gregorius reprobat. Si quis autem intelligat
cenſus eſſe culpæ occaſionem, à ſententia veritatis non
Marc. 10. deuiat, cum & ipſa veritas dicat in Marco. Quia diffi-
cile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.
Nullo enim modo pecunia impedimentum difficulta-
tis Dei regnum intrare volentibus præſtat, niſi quia
vel eſt occaſio inclinationis ad malum, vel diſtractio-
nis à bono. Hoc ſanctorum teſtimonijs clare monſtra-
tur. Quòd enim diuitiæ habentibus ipſas occaſio ſint
cupiditatis, in libro de officijs dicit Ambro. Feralis in-
quit auaritia, illecebroſa pecunia, quæ habentes conta-
minat, non habentes non iuuat. Eſto tamen vt aliquan-
do iuuet pecunia inferiorẽ, & ipſum deſiderantẽ, quid
ad alios, ſi ſit ille copioſior qui habet, nunquid idcirco
honeſtior, qui habet quo plerunq; honeſtas amittitur?
Cui Bernard. concordat de colloquio Simonis & Ieſu.
Hæc fugiendarum diuitiarum præcipuè cauſa eſt, quia
vix aut nunquam ſine amore valeant poſſideri. Limo-
ſa ſiquidem, & glutinoſa nimis, non ſolummodo exte-
rior, verum etiam interior noſtra ſubſtantia videtur, &
facile cor humanum omnib. quę frequentat adhæret.
His conſonat Auguſtinus dicens. Non ſunt iſtæ veræ Super Pſal. 122.
diuitiæ, ſed mendicitas, quia quanto magis abundant,
tanto magis creſcit inopia auaritiæ. Non ſunt veræ di-
uitiæ, quæ plus augent cupiditatem ei qui eas poſſidet.
Quòd autem ſint occaſio vanitatis & ſuperbiæ, Augu-
ſtinus de lapſu mundi in diuitijs nil tam cauendũ eſt,
quam ſuperbię morbus. Qui enim non habet diuitias,
non habet ampliſſimas facultates, nõ habet vnde ſe ex-
tollat. Idem de verbis Domini. Nihil eſt quod ſic gene
rent diuitiæ quomodo ſuperbiam, omne granum, om-
ne germen habet vermen ſuum. Vermis diuitiarum ſu-
perbia eſt. Quòd verò ſint occaſio diſtractionis, mani-
feſte inſinuat Gregorius 1. mora. Solet (inquit) rerum
abundantia tanto a timore diuino mentem ſoluere,
quanto hanc exigit diuerſa cogitare. Nam dum foris
permulta ſpargitur, ſtare in intimis fixa prohibetur.
Idem in homil. ſuper illud Lucæ, exijt qui ſeminat, &c. Matth. 13.
Si nos (inquit) vobis ſemen verbum, agrum mundum,
volucres dæmonia, ſpinas diuitias ſignificare dicere-
mus, ad credendum nobis mens veſtra forſitan dubita
ret. Vnde & idem Dominus per ſemetipſum eſt di-
gnatus exponere quæ dicebat. Quis enim vnquam mi
hi crederet, ſi ſpinas diuitias interpretari voluiſſem? ma
xime cum illę pungant, iſtæ delectent, & tamen ſpinæ
ſunt, quia cogitationum ſuarum punctionibus mentẽ
lacerant, & eum vſque ad peccatum pertrahunt, quaſi
inflicto vulnere cruentant. Si quis igitur præmiſſa dili-
genter attendat, indubitanter aduertet, quòd quamuis
cenſus formaliter ſeu cauſaliter non ſit in culpa, eſt ta-
men frequens occaſio culpę, diſtrahendo à bonis, & in
clinãdo ad mala. Propter quod opes à Saluatore ſpinis
comparantur & ab Ambroſio illecebroſæ dicuntur.
Nam ſicut ex præmiſſis apparet, cum vim rationalem
diſtrahant, iraſcibilem extollant, & concupiſcibilẽ no-
ſtram illiciant, non ſolum ſunt illecebris ſed & pericu-
lis plenæ. Vnde Auguſtin. de lapſu mundi. Diuitiæ ipſæ
quas putatis plenas eſſe delitiarum, pleniores ſunt peri-
culorum. Cum itaque perfectionis ſit non ſolum pecca
ta vitare, verum etiam peccatorum occaſiones & bono
rum impedimenta ad plena ſuccindere, dicente Grego.
in moral. quòd ſolus ille in illicita non cadit, qui ſe à li-
citis cautè reſtringit, liquido claret, quòd quamuis poſ
ſeſſiones & pecunias habere de ſe non ſit peccatum ſed
licitum, eſt tamen eas abdicare, & voluntariè pro Chri
ſto eis carere perfectum. Quod ſi fortè quis dicat, occa
ſionem huiuſmodi à temporalib. rebus imperfectis da
ri mentibus non perfectis, quaſi magis competat ſtatui
imperfectorum diuitias fugere, eiſque carere, vitæ Ieſu
Chriſti, eiuſque doctrinæ aduerſatur apertè. Neque. n.
ſecundum hæc perfectiſſimus debuiſſet Chriſtus care-
re diuitijs, neq; hoc docuiſſet perfectos, cum tamen di-
xerit, ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quę ha-
bes & cæt. Nunquid Apoſtoli perfecti non erant, qui-
bus dictum eſt, nolite poſſidere aurum? Quod verbũ
tractans Ambroſ. in lib. de officijs, ait. Nolite poſſidere
aurum & argentum, neque pecuniam, quo velut falce
pullulantem in pectoribus humanis ſuccidit auaritiã.
ſuper eundem quoque ſermonem Chriſoſt. Non dixit
nolite accipere vobiſcum aurum, ſed ſi aliunde poſſibi
le eſt accipere, fugite pernitioſam hanc ægritudinem.
Etenim multa per hoc emendabat. Ex his datur intel-
ligi, quòd propter vitandam occaſionem auaritiæ, fuit
Apoſtolis interdicta pecunia, cũ tamen eſſent perfecti.

Verum

Verum quidem eſt, quod cenſus perfectis non tam ve-
hemens, nec tātorum eſt peccatorum occaſio, ſed quia
quantumlibet parua intellectus diſtractio, vel illectio
appetitus vitioſa mentibus perfectorum ad æterna ſu-
ſpenſis magis eſt diſſona, quam longe maior imperfe-
ctis, circa filiorum educationem, & curam rei familia-
ris occupatis, hinc eſt quòd perfecta temporalium re-
rum abdicatio perfectis conſulitur, non imperfectis, ni
ſi velint eſſe perfecti. Nam cum ipſis imperfectis ſuffi-
ciat peccata maiora vitare per mandatorum obſeruan-
tiam, perfectis tamen competit etiam ſuperfluas cogita
tiones à mente reſcindere, ſicut & Gregor. 2. moral. do
cet ſpiritualiter exemplificans Nazareorum ritum per-
fectionisque figuram. Deuotione (inquit) completa, ca
put Nazareus radere, capilloſque in igne ſacrificij po-
nere iubetur, quia tunc ad perfectionis ſummam per-
tingimus, cum ſic exteriora vitia vincimus, vt etiam co
Num. 6. gitationes ſuperfluas a mente reſecemus. Quas nimi-
rum igne ſacrificij concremare, eſt flamma diuini amo
ris intendere, vt totum cor in Dei amore ardeat, & co-
gitationes ſuperfluas concremans, quaſi Nazarei capil-
los, deuotionis perfectione conſumat. Illa quoque pro
miſſio centupli prædeterminatis non obuiat, quoniam
ad ſpiritualia bona refertur. Sicut dicit Hieronym. ſu-
per Matth. & etiam Rabanus quaſi eiſdem verbis vten
tes. Occaſione (inquiunt) huius ſententię quidam intro
ducunt mille annos poſt reſurrectionem, dicentes no-
bis, tunc centuplum omnium rerum quas dimiſimus,
Homil. 6. & vitam æternam eſſe reddendam, non intelligētes ꝙ
& ſi in cæteris digna ſit retributio, in vxoribus appa-
reat turpitudo, vt qui vnam pro Domino dimiſerit, cen
tum accipiat pro futuro. Senſus igitur iſte eſt, vt qui
carnalia pro Saluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet, quę
comparatione & merito ſui ita erunt, quaſi paruo nu-
mero centenarius numerus comparetur. Cui etiam cō
ſonat Gregor. ſuper Ezechielem. Neque enim ſanctus
vir ideo terrena deſerit, vt hæc poſſidere in hoc mun-
do multiplicius poſſit, ſed per centenarium numerum
perfectio deſignatur, quia quiſquis pro Dei nomine tē
poralia contemnit, hic perfectionem mentis recipit, vt
ea non appetat, quæ contempſit. Centies itaque recipit
quod dedit, qui perfectionis ſpiritum recipiens terre-
nis non indiget, & ſi hæc non habet. Hucuſque Greg.
His conſentit Bernard. in ſermone illo, de Sancto Pe-
tro. Dixit Simon Petrus ad Ieſum, dicens. Quid eſt cen
tuplum iſtud fratres, niſi conſolationes, viſitationes,
primitiæque ſpiritus, qui ſuper mel dulcior eſt? Et poſt
pauca. Non eſt pater aut mater, non domus aut ager
eſt, non cibus aut veſtis, nō denique terrenum aliquid
aut corporale, ſed plane his omnibus eſt delectabilius,
ſuper omnia hæc dulcius, vniuerſis his iucundius eſt,
& quæcunque deſiderantur in hoc ſæculo nequam,
huic non valet comparari. Quod ſi forte quis pertina
citer obſiſtat, tam per textus Marci, quam per Augu-
ſtin. contra Adamantium aſſerens, bona temporalia re-
promiſſa fuiſſe a Chriſto. Reſpondebimus promiſſio-
nes donationis & receptionis huiuſmodi, debere intel
ligi per modum charitatiuæ cōmunionis, non per mo-
Matth. 10. dum poſſeſſionis. Vnde Beda ſuper illud Marci. nemo
eſt qui reliquerit domum, & cætera, quia nimirum à fra
tribus atque conſortibus propoſiti ſui, qui ei ſpirituali
glutino colligantur, multò gratiorem etiam in hac vita
recipiet charitatem. Cui conſonat & gloſſ. ibidem. Om
nes ſancti, & quæcunque habent communicantur ei.
Et Auguſt. contra Adamantium. Fideli totus mundus
diuitiarum eſt. Vel certè intelligendum eſt per modum
cuiuſdam cœleſtis prouiſionis contra Manichæos, qui
dicebant hæc temporalia bona à tenebrarum principe
fuiſſe creata, & ab illo ſolo repromitti & dari, à Chriſto
autem inhiberi. Ideo hic promittuntur a Domino ad
hæreticorum confutandam perfidiam, & à cordibus fi-
delium diffidentiam omnem tollendam. Vnde ſuper il-
lud Matth. hæc omnia adijcientur vobis. gloſa. Omnia Matth. 6.
ſunt filiorum, & ideò hæc omnia adijcientur etiā non
quærentibus, quibus ſi ſubtrahantur, ad probationem
eſt, ſi dentur ad gratiarum actionem. Et Auguſtin. ſu-
per illud Ioann. Vado piſcari. Cur non inuenit aliud vn Ioan. 21.
de viueret, cum Dominus promiſerit dicens. Primum
quærite Regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vo-
bis? Prorſus Dominus etiam ſic quod promiſit imple-
uit. Nam quis alius piſces, qui caperentur appoſuit?
Conſtat igitur promiſſionem huiuſmodi per modum
prouiſionis debere intelligi, ad tollendum diffidētiam,
non per modum augmentationis temporalis ſubſtan-
tiæ, quia hoc non eſſet cupiditatem abſcindere, ſed au-
gere. Vnde Chriſoſt. ſuper Matth. homil. 43. Nihil ita
ſedat cupiditatis ſitim, ſicut deſiſtere a lucrandi concu
piſcentia, ſic ut amaram coleram abſtinentia & euacua
tio. Facilius eſt enim hominem exiſtentem volare, quā
adiectione pluris quieſcere facere deſiderium. Et Au-
guſt. lib. 83. quæſtionum. Charitatis venenum, eſt ſpes
adipiſcendorum temporalium. Si ergo Chriſtus mul-
tiplicationem temporalium per modum poſſeſſionis di
ſcipulis ſuis promitteret, charitatem in eis perimeret
potius quam augeret, dum poſſeſſionis terrenæ centu-
plicatione promiſſa, temporalium bonorum affluentiā
ſperandam docet, potius quam ſpernendam. Quod im
pium eſt ſentire de Chriſti doctrina. Modus etiam A-
poſtolicæ vitæ prædeterminatus, non aduerſatur, ſed Act. 4.
conſonat. Quamuis enim legatur in actibus, quod mul
titudini credentium erant omnia communia, & quòd
venditarum rerum precia ponebantur ad pedes Apo-
ſtolorum, nequaquam eſt intelligendum, quòd Apo- Apoſtoli
ſtoli proprium aliquid vel commune poſſiderent, quia non poſſe
communitas illa non refertur ad Apoſtolos, ſed ad tur derunt ali-
bam, ſicut gloſa ibidem inſinuat. Diſcernit (inquit) or- quid pro-
dinem doctorum & auditorum. Nam multitudo cre- priū, neq;
dentium rebus ſpretis, copula charitatis inuicem iun- commune.
gebantur. Apoſtoli vero virtute fulgentes, myſteria
Chriſti pandebant, Hæc gl. Quæ per ipſum textum de-
clarat, quòd ſicut illa rerum communitas erat turba-
rum, ſic & ſignorum virtutes erant Apoſtolorum. Nec
huic repugnet quod ſequitur, ante ipſorum pedes pre
tia fuiſſe poſita, quia ut dicit Hieron. ad Demetriadē,
hoc fiebat vt docerent pecunias eſſe calcandas, vel cer-
tè vt ſe ac ſua Apoſtolicæ diſpoſitioni committerent, ſi
cut docet Ambro. ſuper epiſtolam ſecundam ad Corin.
vbi de Apoſtolis dicit. Quantum ad præſentem vitam
pertinet, pauperes videbantur, ſed ſpirituales diuitias
credentibus largiebantur, egeni in terris, in cœlo diui-
tes, vt nihil habentes, omnia autem poſſidentes. Hoc
enim fuit in Apoſtolis glorioſum, vt ſine ſolicitudine
& nomine poſſidendi, non ſolum ea quę in poſſeſſioni-
bus erant, ſed eorum Dominos poſſiderēt. Hæc Amb.
In quibus inſinuat quòd Apoſtolis in ſua egeſtate ma
nentibus, eorum diſpoſitioni quoad res & perſonas, pri
mitiua illa Eccleſia ſuberat, hanc tamen rerum diſpoſi
tionem maluerunt committere alijs, ſicut in actibus
conſequenter legitur. Non eſt equum nos relinquere Act. 5.
verbum Dei, & miniſtrare menſis. Quod quidem dixe
runt, vt diſtractionem miniſtrandi refugerent, non qa
per illud miniſterium aliquid poſſiderent. Vnde & Pe Act. 3.
trus in eadem vrbe vbi hęc fiebant, pauperi eleemoſy-
nam à ſe petenti reſpondit. Aurum & argentum non
eſt mihi. Vbi gloſſ. Memor illius pręcepti, nolite poſſi-
dere aurum neque argentum, pecuniam quæ ad pedes
Apoſtolorum ponebatur, non ſibi recondebat, ſed ad
vſus pauperum, qui ſua patrimonia reliquerunt. Hanc
etiam formam paupertatis, & Ioannes Euangeliſta ſer
uauit cum diſcipulis ſuis, inter quos duob. qui magnas
reliquę-

reliquerant opes,prę nimia egeſtate tentatis, ſicut ſcri-
bitur in eius legenda: ait. Nunquid non valet manus
Domini vt faciat ſeruos ſuos diuitijs affluentes? Sed in
hoc certamen ſtatuit animarum , vt ſciant ſe æternas
habituros diuitias,qui pro eius nomine tēporales opes
habere noluerunt.Eandem paupertatis diſtrictionem
Thadæus ſeruauit Apoſtolus, ſicut ſcribitur in primo
libro eccleſiaſticę hiſtoriæ,ꝙ cum poſt Chriſti aſcen-
ſionem Abagarus Rex ſanatus a prefato Apoſtolo,prę
ciperet eidem dari aurum & argentum,ille non accepit
dicens.Si noſtra reliquimus,quomodo accipiemus alie
na?Sed Apoſtolus Paulus de ſe ſimul & cæteris Apoſto
1.Corin.4. lis ait ad Corinth. Vſque in hanc horam & eſurimus
& ſitimus,& colaphis cę dimur,& inſtabiles ſumus.V-
1.Cur. 11. bi gloſſ.Vſque in hanc horam,id eſt continue.Et alibi
ad Corinth.in fame & ſiti,frigore & nuditate.Hanc pe
nurioſam vitam duxiſſe Apoſtolum, nō ad tempus ſed
continue hęc prefata gloſa inſinuat, & ſuperius allega-
ta Chryſoſtomi de laudibus Pauli auctoritas cōfirmat.
Si quando igitur dicit ſe habere omnia , & abundare ,
nec debet nec poteſt intelligi quantum ad opulentiam
ſiue afluentiam rerum , ſed quantum ad ſufficientiam
mentis . De qua Auguſtinus in libro de beata vita .
1.Cor.11. Nullus perfectus aliquo eget,& quod videtur corpori
neceſſarium,ſumet ſi affuerit,& ſi non affuerit,iſtarum
rerum non frangetur inopia. Quod ſi forte quis dicat ,
Apoſtolum aliquas ſecum tuliſſe pecunias, quia pericu
lis ſe dicit expoſitum fuiſſe latronum,aperte contraria-
tur Ambroſio,qui prefatum locum tractans in origina
li,ſic ait.Cum in ciuitate Diabolus eum occidere non
poſſet,latrones ſibi excitabat in via , cum nihil ferret
quod latrones cuperent.Hæc ſacer Ambr.Cui & Chry
ſoſt.conſonat de laudibus Pauli. Iob cum oues & bo-
ues haberet innumeras,erat in pauperes liberalis. Pau-
lus vero nil amplius corpore ſuo poſſidens, de hoc ip-
ſo ſufficienter indigentibus miniſtrabat . Miram Pauli
ex hac laude perpendere valemus inopiam,cum nil prę
ter corpus haberet , ac per hoc nihil quod latro capere
poſſet, miram nihilominus affluentiam,cum non ſolū
ſibi ſufficeret,verumetiam in alios abūdaret . Denique
nec loculorum Chriſti ad prefatam perfectionis for-
mam,vlla inuenitur diſſonantia:ſi quomodo & quare
ipſos habere dignatus fuit, pia mentis attentione pen-
ſetur . Nam vnigenitus Dei,cum diues eſſet in omnes,
ꝓ nobis adeò factus egenus,vt alieno cibo veſceretur ,
non ſine magna diſpenſatione diuini conſilij loculos fe
cit deferri,quorum tamen cuſtodię illum deputauit di-
ſcipulum,quem furem ac proditorem preſciebat eſſe fu
turum . Habuit enim loculos Chriſtus , ad conſolan-
dum infirmos : ad refellendum improbos, & ad infor-
mandum perfectos. Vnde & huiuſmodi actus,ſcilicet
habere loculos in Chriſto , reſpectu infirmorum, fuit
condeſcenſiuus , ad conſolandum eos,qui proprijs lo-
culis carere non volunt,ſicut Auguſt.ait in libr.de ope
re monachorum.Dominus more miſericordię ſuę in-
firmioribus compatiens , cum ei Angeli poſſent mini-
ſtrare,loculos habebat,quibus mitteretur pecunia,quę
conferebatur vtique a bonis fidelibus eorum victui ne
ceſſaria,quos loculos Iudę commedauit.Reſpectu au-
tem impiorum fuit actus commonitorius , primò qui-
dem ad refellendum hereticos,'qui loculos reprobant ,
& deteſtantur. Vnde Auguſtin.ſuper Ioannem homil.
50.Quare loculos habuit cui Angeli miniſtrabant,ni-
ſi quia Eccleſia loculos ipſius habitura erat ? Vnde &
loculos habebat,vt doceret non eſſe peccatum,loculos
habere . In his Auguſtin.Manicheorum refellit impie-
tatem:condemnantium Eccleſię ſtatum,propter rerum
temporalium poſſeſſionem . Secundò commonitorius
fuit ad deterrendum auaros,qui loculos concupiſcunt.
Quanquam enim ad mitigationem cupiditatis Domi-
nus Iudę loculos commiſiſſet , ipſe tamen adeo cupidi-
tatis igne exarſit,vt ipſum Dominum precio paruo ve-
nundaret.Vnde & Chryſ. ſuper Ioannem. Si verò quis Super Io.
ſcrutabitur,quid furi exiſtenti, loculos commiſit pau- Homil.6.
perum,& diſpenſare fecit auarum exiſtentem?vt omnē
abſcinderet occaſionem.Etenim ſufficientem habebat
ex loculo concupiſcentiæ mitigationem:ſed propter ne
quitiam multam,quam volebat comprimere Chriſtus,
multa condeſcenſione ad eum vtens, non incuſabat ſur
ripientem,obſtruens pernicioſam concupiſcentiam , &
omnem auferens occaſionem Huculque Chryſ.apertè
declarans,quòd non penuria paupertatis, ſed nequitia
cupidæ mentis cauſa fuit tantæ impietatis. Reſpectu ve
rò perfectorum,fuit actus informatorius.Siquidē quā
tum ad modum habendi,forma fuit perfectionis in ec-
cleſiaſticis perſonis,maximè cęnobitis:vt ad exemplum
Chriſti,& diſcipulorum eius,nullus ſibi quicquam ap- Homil.60.
propriet,ſed habeant omnia in communi . Vnde Aug. ſuper Ioā.
ſuper Ioannem.Habebat Dominus loculos,& a fideli-
bus oblata conſeruans , ſuorum neceſſitatibus,& alijs
indigentibus tribuebat,tunc primum eccleſiaſticæ pe-
cuniæ forma eſt inſtituta,vt intelligeremus quod præ-
cepit,non cogitandum de craſtino eſſe:non ad hoc fuiſ-
ſe præceptum,vt nihil pecuniæ ſeruaretur a ſanctis,ſed
ne Deo propter iſta ſeruiatur . Hæc Auguſt. Qui for-
mam regulariter viuentium deſcribens , ſicut habetur
12.q.1.ait.Cum huius noſtræ congregationis fra tres ,
non ſolum facultatib. ſed etiam voluntatibus proprijs,
ipſam ordinis ſuſceptionem renunciauerint:certum eſt
nihil habere,poſſidere,dare,vel accipere , ſine ſuperio-
ris licentia debere.Quantum autem ad modum diſpen
ſandi,forma fuit perfectionis in Eccleſiæ Prælatis , vt
exemplo Chriſti,bona eccleſiaſtica diſpenſent, ad ſuſtē
tationem miniſtrorum Eccleſiæ, & ad pauperum rele-
uandas miſerias.Vnde Chryſoſt.ſuper Ioannem,de lo- Super Ioā.
culis Chriſti loquens,quæſtionem proponit. Qualiter Homil.71.
inquit non peram,non virgam , non æs iubens deferre,
marſupium ferebat?Reſpondēs ſubdit.Ad inopum mi-
niſterium,vt diſcas quoniam valde pauperem,& cruci-
fixum,huius oportet partis multam facere procuratio-
nem. Multa enim ad noſtram diſpenſans doctrinam a-
gebat.In his oſtendit Chryſoſt.quòd viris perfectis cō
petat,miſerabilium perſonarum gerere curam,ꝙ maxi-
me locum habet in Prælatis Eccleſiæ , quorum perfe-
ctioni conſonat,vt & ſpiritualiter, & etiam temporali-
ter,paſcendis ſibi commiſſis gregibus intendant. Vndè
Proſper in lib.de vita contemplatiua. Scientes viri San-
cti,nihil aliud eſſe res Eccleſię,niſi vota fidelium,& pre
cia peccatorum,& patrimonia pauperum,non eas ven-
dicauerunt,in vſus ſuos vt proprias , ſed commendatas
pauperibus erogauerunt:hoc eſt poſſidendo contemne
re,non ſibi ſed alij poſſidere,& nec cupiditate habendi
Eccleſię facultates ambire,ſed pietate ſubueniendi eas
ſuſcipere,& quod habet Eccleſia , cum omnibus nihil
habentibus habere commune,nec aliquid inde eis qui
ſibi ſufficiunt,de ſuo erogare,cum nihil aliud ſit haben
tibus dare quam perdere . Quantum verò ad modum
vtendi , forma fuit perfectionis ipſis populis, ac cæte-
ris huiuſmodi paupertatem profeſſis,vt cum ex amore
paupertatis,ſemper carere loculis cupiant,ſolum quan-
do apertæ neceſſitatis vrget articulus,loculos ferant.Ip
ſe ſiquidem Chriſtus ſuſtentabatur à ſuſcipientibus ,
vel a mulieribus comitantibus eum,ſicut in Luca ſcri- Luc.8.
bitur,quòd ibant cum eo mulieres,quę miniſtrabant ei
de facultatibus ſuis . Cum tamen per Samariam tran-
ſiuit,in qua quidem ciuitate(vt dicit Euangeliſta )ho-
ſpitium habere non potuit,de loculis vixit:ſicut dicitur
in Ioanne : quòd diſcipuli abierant in ciuitatem,vt ci- Ioan.4.
bos

bos emerent. Vnde ſuper illud Lucæ. Quando miſi vos
Luc. 23. ſine ſacculo & ſine pera, dicit glo. Si per inhoſpitales regiones tranſimus, plura viatici cauſa licet portari, quã domi habeamus. Conſtat autem, quòd valde pauper eſt, qui plura portat in via, quam habeat vbi habitat habitatione determinata. Quod ſi fortè quis dicat perfectionis formam, nullo tempore eſſe intermittendam.
Luc. 12. Reſpondet ad hoc Beda, ſuper Lucam dicens ſuper illud. Nunc qui habet ſaculum tollat ſimiliter & peram, non eandem, viuendi regulam perſecutionis, quæ pacis tempore inſinuat. Sunt nanque virtutes, quæ ſemper obnixeque tenendæ ſunt, & ſunt quæ tempore locoque prouida ſunt diſcretione mutandæ. Quis enim neſciat, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, patiẽtiam, modeſtiam, caſtitatem, fidem, ſpem, charitatem, & his ſimilia, ſine vlla temporum intercapedine eſſe ſeruanda? At verò famem, ſitim, vigilias, nuditatem, lectionem, pſalmodiam, orationem, laborem operandi, doctrinam, ſilentium, &c. huiuſmodi, ſi quis ſemper exequenda putauerit, non modo ſe horum fructu priuabit, ſed & notam indiſcretæ obſtinationis incurret. Magiſter itaq; Deusq; virtutum, vt modũ diſcretionis inſinuet, miſſis ad prædicandum diſcipulis, ne quid tollerent in via præcepit, videlicet ordinans, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant. Mortis verò tempore illo inſtante, & tota ſimul gente paſtorem, gregemq; perſequente, congruam tempori decreuit regulam, pecuniam ſcilicet victui neceſſariam, donec ſopita perſecutionum inſania, tempus euangelizandi redeat, tollere ꝑmittendo. Hæc Beda. Ex prædictis igitur patenter elucet, quod omnis perfectionis ſplendor, & ſpeculum Ieſus Chriſtus, ob ſex rationes præfatas, ac triplicem vtilitatem aggregatione quadam in perfectionis ſenarium conſurgentem, mirabili quodam modo in habendo loculos, & infirmos ſimplici modo conſolatur, & impios dupliciter arguit, perfectos tribus modis informat. In quibus, & illud eſt omni admiratione, & laude ac imitatione digniſſimum, quòd ſic paupertatem Chriſtus tenuit, vt ſtatum diuitum non damnaret, ſic & habentibus pecuniam conformem ſe reddit, vt paupertatis ſum-
Math. 17. mæ formam perfecte ſeruaret. Vnde ſuper illud Matth. vade ad mare. Gloſa, Dominus tantæ fuit paupertatis, vt vnde tributa ſolueret non haberet. Iudas quidem cõmunia in loculis habebat, ſed res pauperum in vſus ſuos conuertere, nefas duxit, idipſum dans exemplum nobis. Hæc gl. Non igitur loculi Chriſti, ad fomentum cupiditatis trahendi ſunt. Sicut enim in Saluatore noſtro crucifixo nil fuit, quod ſæculares glorias aut delicias ſaperet, ſic nil egit, nil docuit, per quod mundi diuitias appetendas eſſe monſtraret, quin potius, vt nos ad perfectæ paupertatis amorem accenderet, in huius mundi campum hoſtem expugnaturus, ingrediens, de pauperrima matre pauperrimus prodijt, ſed & hoſtiam Deo patri, vt Pontifex offerens, nudus in cruce pependit, nec non vt veritas eius, tanquam perfectiſſimę rectitudinis, nequaquam diſcordaret medium ab extremis, tota
Ioan. 16. vita ipſius caminus paupertatis fuit. Huius igitur inuictiſſimi ducis nuditate tanquam armatura circundati, & in eo ſolo ſperantes, qui ait, confidite ego vici mundum, in ipſius pauperis Crucifixi nomine, hoſtiles excipiamus inſultus.

*Tertiæ reſponſionis Secundæ particulæ, in qua poſſeſſionum leuiticarum, & eccleſiaſticarum affluentia mõſtratur perfectioni paupertatis non eſſe contraria, ſed & commendatio diuitiarum oſtenditur non eſſe ſecura.*

*Articulus.* 1.

PAupertatis ſiquidem odibile bonum, retroactis tẽporibus, in tanto fuit horrore ſenſualitati mortalium, vt ante Chriſti aduentum, vix quantumcunque perfectus, præcioſitatem ipſius agnoſceret. Poſt verò in tanta fuit admiratione ſpiritualium atque ſapientium, vt vix quantumcunque peruerſus hæreticus, ipſius dignitati derogaret, excepto duntaxat Vigilantio quodã. Qui cum ad interpretationem ſacri doctoris Hieronymi dormitaſſet iam dudum, nunc per nouum quendã paupertatis hoſtem, illo non minus improbum euigilaſſe videtur. Ille nimirum, contra paupertatis perfectionem, & ſuſtẽtationem pauperum ſanctorum, ſui pectoris virus euomuit: hic autem bonorum temporalium affluentiam, in culmine perfectionis euangelicæ collocans, ipſorumque voluntariam carentiam, vt imperfectam, & ſuperſtitioſam calumnians, illius ſe fatetur diſcipulum, qui contra euangelizantium, & mendicantium pauperum ordines libellum compoſuit: quem ſedes Apoſtolica condemnauit. Quem etiam non parua temeritate, velut innocentem excuſat, ipſiusq; doctrinam cõmendat, & approbat, non ſine iniuria multa ſedis iam dictæ, cum nil aliud ſit auctorem damnati libelli innocentem aſſerere, quàm damnantis iudicium reprobare. Inſurgens igitur temerarius, in ſerie ſui libri exordio aduerſus paſtorem Eccleſiæ, vt pauperum ipſius gregem inuadat atrocius, primum ſe armat poſſeſſionibus Leuitarum. Nam in hoc perſuaſionis ſuæ ſumma conſiſtit, ꝙ cum forma perfectionis euangelicæ in leuitis præceſſerit, quibus à Domino collocatæ fuerunt decimæ, primitiæ, & oblationes ad viuendum, ciuitates ad habitandũ, & ſuburbana ad alenda pecora, ſi nouum teſtamentũ veteri non repugnat, quin potius conſonat, quia rota erat in medio rotæ, nullo modo ſecundum hoc nouæ legis perfectio conſiſtit, in carentia huiuſmodi poſſeſſionum, ſed potius in habendo eas, vt Domino dedicatas. In hac autem perſuaſione, quam per multas verborum venatur ambages, non ſolum veritati, ſed ſibijpſi cõtradicit aperte. In præcedenti ſiquidem libro, cum abſtinẽtię perfectionem impugnaret, aſſeruit, vinum fuiſſe prohibitum filijs Aaron ſacerdotibus, tanquam imperfectis, nunc autem illos eoſdem in affluentia poſſeſſionũ perfectos aſſerit, quaſi verbi prioris oblitus, vel ſi fortè memoriam habuit, in tantam deuenit erroris caliginẽ, vt putaret, ꝙ abſtinere à delicijs ſit imperfectum, & poſſidere diuitias ſit perfectum. Inſuper, & cum paulo ante docuerit, ꝙ in contemptu omnis proprietatis euangelicæ perfectionis conſiſtit inceptio, & ſacerdotes Leuitici generis habuerunt vxores, & filios, ad quos bona ſua tanquam vere propria hereditaria ſucceſſione trãſmittebant, neceſſario ſequitur, ꝙ perfectio euangelica in Leuitis non fuit, vel ꝙ abdicatio ꝓprietatis non eſt initium perfectionis huiuſmodi, ac per hoc manifeſte conuincitur ſibijpſi eſſe contrarius. Contrariatur etiam ipſi veritati. Si n. forma vitæ Leuiticæ perfectionem legis euangelicæ veraciter continet, cum perfectio modi viuendi, tam in veteri teſtamento, quam in nouo, ſupremum teneat locum, & perfectio legis perfectioni Euangelij ęquatur, neceſſe eſt ſummum legis, & ſummum Euangelij, tam in merito, quàm in præmio inter ſe æquari, ac per hoc teſtamentum teſtamento, promiſſio promiſſioni, ſacerdotium ſacerdotio coæquatur. Si igitur lex neminem ad perfectum duxit, nec Euangelium, ſi non per legem iuſtitia, nec per Euangelium, ſi etiam qui ſub lege erant, ſub maledicto fuerunt, & qui ſub Euangelio. Fruſtra igitur Dei filius eſt incarnatus, & paſſus, fruſtra tranſlatũ eſt ſacerdotium, fruſtra legis obſ-

ſtantia pro maiori parte abolita,& euangelica veritas in
troducta, quæ omnia cum ſint falſa & impia,& prorſus
abijcienda tanquam hæretica, neceſſariò concluditur,
& illud eſſe erroneum,ex quo hæc ſequuntur,ſcilicet ꝙ
in forma vitæ ſacerdotum legalium,euangelicæ perfe-
Heb.7. ctionis altitudo conſiſtat. Vnde Apoſtolus ad Heb.Si
conſummatio(inquit)ideſt, perfectio ſecundum Gloſ.
per ſacerdotium Leuiticum erat, quid adhuc neceſſa-
rium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, & non ſe-
cundum ordinem Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdo
tio neceſſe eſt,vt & legis tranſlatio fiat. Vbi Gloſſ.Hic
incipit noui,& veteris teſtamenti differentias dare,quia
illud imperfectum.Cui etiam conſonat illud,quod ſub
Heb. 10. ſequenter adiungit idem Apoſtolus. Vmbram(inquit)
habens lex futurorum bonorum,non ipſam imaginem
rerum,nunquam accedentes perfectos facere. Vbi Gl.
Lex vmbram habēs,nunquam poteſt facere perfectos
virtutibus,& bonos Pontifices. Non eſt igitur perfe-
ctio virtutum,& conſiliorum Euangelij in literali ob-
ſeruantia mandatorum legalium,& in modo viuendi il
lorum Pontificum requirenda, niſi ſicut in figura &
vmbra,quia hoc modo dicitur rota eſſe in medio rotæ,
non per literalis obſeruantiæ æquitatem in teſtamēto,
vtroque,ſed per ſpiritualis intelligentiæ enigmaticam
Ezec. 44. & 46. præfigurationem.Quod ſi quis obijciat,ſicut & hic,cui
reſpondemus,allegat,quod forma præfata indicta ſit ſa
cerdotibus per Ezechielem,qui non vmbraticum, ſed
ſanctum & verum Eccleſiæ templum deſcribit, atten-
dat quod ibidem præmittitur,quòd ſacerdos virginem
ducat vxorem,& in ſacrificio agnos, & vitulos offerat.
Eadem igitur ratione qua perfecit, qui euangelica in
Leuiticarum poſſeſſionibus præceſſiſſe d[illegible]ernitur, &
in eorum vxoribus,& ſacrificijs,atque obſeruantijs cę-
teris fuiſſe monſtratur.Quod ſi verum eſt,ad perfectio
nem euangelicam ſpectat,quòd ſacerdotes nouæ legis
vxores ducant,hircos & vitulos offerant,& primi cum
tubis ad bella procedant. Quæ cum abſurda ſint, non
eſt requirenda verę perfectionis diſcretio in templo il-
In Epiſ.ad Nepotian. lo ſecundum literam,ſed ſecundum allegoriam. Vnde
Hieron.ait.Neque verò mihi aliquis opponat, diues in
Iudæa templum, menſas,lucernas, thuribula, patella,
ſcyphos,mortariola,& cætera ex auro fabrefacta,tunc
hæc probabantur a Domino, quando ſacerdotes ho-
ſtias immolabant,& ſanguis pecudum erat redemptio
peccatorum,quanquam hæc omnia in figura pręceſſe-
rint. Nunc vero cum paupertatem domus ſuæ pauper
Dominus dedicauerit,cogitemus crucem eius,& diui-
tias lutum putabimus.Quid miramur, quòd Chriſtus
vocat iniquum mammona? quid ſuſcipimus, & ama-
mus,quod Petrus ſe non habere teſtatur? Alioquin ſi
tantum literam ſequimur,& in auro,atque diuitijs ſim
plex nos delectat hiſtoria,cum auro obſeruemus, & cę
tera. Ducant Pontifices vxores virgines,lepra corpo-
ris animæ vicijs præferatur,creſcamus, multiplicemur,
& repleamus terram,figamus ſeptimo menſe taberna-
cula,& ſolemnia ieiunia buccinis concrepemus. Quod
ſi hæc omnia ſpiritualibus ſpiritualia comparantes ſic
intelligimus, vt Dominus intellexit, & interpretatus
eſt ſabbatum, aut aurum repudiemus cum cæteris ſu-
perſtitionibus Iudæorum,aut ſi aurum placet,placeant
& Iudæi,quos cum auro aut probare nobis neceſſe eſt,
aut damnare. Hucuſque Hieronym. A quo luce cla-
rius ratio præm[illegible]a diſſoluitur,& euangelicæ pauperta-
tis perfectio nouæ legi propriæ conuenire docetur.

Nequaquam igitur intelligendum eſt,bona Leuitarum
Domino dedicata fuiſſe,tanquam in ſe ſint aliquid ſan-
ctitatis habentia,& non poſſint eſſe occaſio culpæ, ſed
quia deputantur ſuſtentationi illorum, qui Domino fa
mulantur. Quorum etiam Dominus poſſeſſio dici-
tur.quia ſicut alij viuebant de fructibus terrarum ſua-
rum, ſic & hi de prouentibus diuinorum miniſterio-
rum,ita tamen,quòd ea quæ inde percipiebant,proprie
tatis iure ad ſuos(vt dictum eſt) tranſmittebant hære-
des,quia ſicut illis non indicta erat caſtitatis integritas,
ſic nec conſulta paupertas. Vnde Hieronym.ait. A-
lia fuit in veteri lege fęlicitas,in qua beatus dicitur qui
habet ſemen in Syon,& repromiſſio fit diuitiarum.Sta In Epiſ. ad Euſtochi.
tim vt filius Dei ingreſſus eſt ſuper terram,nouam ſibi
legem inſtituit,vt qui ab Angelis adorabatur in cœlis,
haberet Angelos & in terris. Tunc Holoferni caput
Iudith continens amputauit, tunc Iacobus,& Ioannes Iudith. 13.
relicto patre, reti, & nauicula ſecuti ſunt Saluatorem,
affectum ſanguinis, & vincula ſęculi, & curam domus Matth.4.
pariter relinquentes. Tunc primum auditum eſt, qui
vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat cru- Luc.4.
cem ſuam,& ſequatur me. Nemo enim miles cum v-
xore pergit ad prælium. Diſcipulo ad ſepulturam pa-
tris ire cupienti non permittitur.Vulpes foueas habēt, Ibid. 9.
& volucres cœli,nidos,filius autem hominis non ha-
bet vbi caput ſuum reclinet,ne fortè contriſteris, ſi an-
guſte permanſeris. In his Hieron.patenter inſinuat,ꝙ
ſicut ſtatui teſtamenti veteris diuitiæ competębant, &
nuptiæ:ita perfectioni nouæ legis,paupertas & caſtitas.
Sicut igitur virginitas per Chriſtum introducta legem
non ſoluit ſed implet,ſic nec paupertatis conſilium le-
gem deſtruit,ſed conſummat,quia nec in eadem lege e-
uangelica conſilia præceptis contrariantur, ſed potius
addunt ad perfectionem iuſtitię.Concluditur igitur per
hæc,ꝙ ſicut a ratione diſſonum eſt, formam perfectæ
caſtitatis cōſtituere in vxoribus ſacerdotum legalium,
ſic ſanæ doctrinæ aduerſatur,perfectionem paupertatis
collocare in poſſeſſionibus Leuitarum. His conſonat
Bern.de colloquio Simonis & Ieſu.Lōge(inquit)aliud
eſt,in luto aquarum multarum diuiſi fundo maris, iter
capere terrena licite poſſidendo,aliud ipſam nouis greſ
ſibus undam calcare,omnia relinquendo, ſed tempori
gratiæ prærogatiua hæc debebatur, Petro nouum iter,
& non typus itineris ſeruabatur.Antiquorum ſane pa-
trum diebus donec in terris videretur,& conuerſaretur
inter homines Dominus maieſtatis,non erat euangeli-
cæ forma perfectionis, ſed ſpiritum Domini ſolo inte-
rim ſpiritu ſequebantur. At cum verbum caro factum
eſt,& habitauit in nobis,iam in eo tradita eſt imago vi-
tæ,& conuerſationis exemplar,quod oportet etiam cor
poraliter imitari,vt vtroque ſequentes veſtigio,non vl-
terius cum Patriarcha Iacob altero femore claudice-
mus.Neq; hoc dicimus tanquam ſaluari hoc tempore
ſi ſecus quis egerit, nequeat, ſed vt gradum agnoſcat
proprium,& locum perfectionis,aut diſcipulatus offi-
cium non vſurpet. Hæc Bernard. Per quæ cupidorum
error peruerſus eliditur, à quibus ſub pietatis ſpe-
cie per antiquorum patrum diuitias, paupertas impu-
gnatur.Ex quibus & illud conſequitur,ꝙ is cui reſpon
demus non tanquā paupertatis amicus, ſed aduerſarius
pauperum, ſuper huiuſmodi poſſeſſiones ſe fundans,
perfectionis fundamenta non ſtatuit,ſed ſubuertit.Per Facultates Eccleſię nō oppugnāt ꝑfectionē euāgelicā.
fectionem igitur paupertatis extremæ legalis obſeruan
tia non oppugnat,ſed nec forma viuendi Apoſtolorū,
nec loculi Chriſti,nec promiſſio centupli, ſicut ex an-
tedictis eſt patens,inſuper nec affluentia facultatum Ec
cleſiæ,qua velut armatura conſequenter ſe munit pau-
perum hoſtis,non tam ad defenſandum ſtatum eccle-
ſiaſticę celſitudinis,quàm ad deijciendum culmen Euā
gelicæ paupertatis. Si enim poſſeſſiones Eccleſiæ com-
mendaret vt licitas,vt expedientes,vt perfectioni com-
poſſibiles, in his qui communiter poſſident,& his qui
ſancte diſpenſant, viam ſequeretur ſanctorum Docto-
rum,& canonum confutantium peruerſos hæreticos,

qui Eccleſiam Dei propter poſſeſſiones acceptas a ſtatu iuſtitiæ, & perfectionis aſſerunt eſſe collapſam; nec ſanctæ paupertati præiudicatur in aliquo doctrina huiuſmodi, pro eo quod varij ſunt in ea perfectionis modi, ſicut circa reſponſionis huius principium fuit oſtenſum. Nunc autem quia ſuadere conatur poſſeſſiones eccleſiaſticas ad perfectionis facere culmen, tanquam perfectus ſit in eis Chriſto affluere, quam pro Chriſto carere: non ſolum gloriam paupertatis euacuat, verumetiam fundamenta ipſius Eccleſiæ ſubruit, dum Chriſtum & Apoſtolos temporalia poſſediſſe, ad dandum ꝑfectionis exemplum monſtrare contēdit. Etenim cum Chriſtus de ſe diceret, quòd non haberet vbi caput reclinaret, hic e contrario dogmatizat, quod domum habuit, de qua dixiſſe legitur, domus mea, domus orationis vocabitur. Et poſt ſubdit, ꝙ Chriſtus iure proprietario vbi caput ſuum reclinaret inter homines factus homo non habuit, qui tanquam verus Deus omnium Leuitarum bona poſsedit. In quo miro modo ſe oſtendit omni veritatis intelligentia nudum, quaſi neſcientē diſtinguere inter ea quæ Chriſti diuinitatem, & ipſius humanitatem reſpiciūt. Quod enim Chrſtum dicimus fuiſſe pauperem, ad eius refert humanitatem aſſumptā, in qua perfecte viuendi nobis monſtrauit exempla, non autem ad diuinitatis eius potentiam, ſecundum quam non ſolum tēplū, & bona Leuitica eius dominio ſubiacent, verumetiam cœlum, & terra, & omnia quæ cœli

Pſal. 23.

ambitu continentur, dicente Propheta. Domini eſt terra & plenitudo eius. Et vero, qui dicit, quod Chriſto tā quam vero ſacerdoti pater in manu omnia dedit, & ꝙ ſacerdotij iure Leuitarum bona poſſedit, ipſemet paulò poſt aperte contradicit, cum ſubdit, quòd nondum trāſlato ſacerdotio, nec decimarum, nec poſſeſſionum debuit tranſlatio fieri. Si enim ſacerdotium Leuiticum ante Chriſti paſſionem & reſurrectionem tranſlatum nō fuit, manifeſtè colligitur, quòd Chriſtus iure ſacerdotij eorum quæ ad Leuitas ſpectabant, nil omninò poſſedit. Igitur tam veritati, quàm ſibi ipſi contradicens, qa inſtar principis mūdi huius in pauperrimo capite Chriſto, nil temporalium poſſeſſionum inuenire potuit, ad corpus ipſius, ſcilicet matrem Eccleſiam ſermonem conuertit. De qua friuolis quibuſdam præmiſſis, auctoritate canonis aſtruit, quòd ratione maioris vtilitatis agros & prædia quæ vendere conſueuerat, poſſidere cœpit. Ex quibus conſequenter ſic arguit. Cum idem ſit vtile & honeſtum, vt dicit Ambroſius, & quod eſt imperfectionis inquantum huiuſmodi, declinet ab honeſtate, & quod eſt honeſtatis eſt perfectionis, prædia Eccleſiæ viris perfectis ſunt in perfectionis cumulum, non in eius detrimentum. Hæc ratio ipſius, hæc verba, cuius rationis concluſio partim eſt vera, & partim erronea. Verum eſt quidem, quòd Eccleſiaſtica prædia ſine detrimento perfectionis haberi poſſunt, quòd autem ſint ad perfectionis cumulum, ſentire vel dicere adeo abſurdum eſt, vt ex hoc ſtatus modusque viuendi præſentium temporum vitæ Chriſti præferatur, & Apoſtolorum, quod eſt apertiſſime falſum. Vnde Hieronym. Malchi monachi vitam deſcribens ait. Scribere ꝓpoſui ab aduentu Saluatoris vſque ad noſtram ætatem id eſt, ab Apoſtolis vſq; ad huius temporis fęcem, quomodo & per quos Chriſti Eccleſia nata ſit, & adulta perſecutionibus creuit martyrijs coronata, & poſtquam ad Chriſtianos principes venerit potentia & diuitijs maior, ſed virtutibus ſit minor effecta. Hucuſq; Hieronym. Inſuper ſi prædia faciunt ad perfectionis cumulum, tunc quantò Eccleſię plura prædia poſſidet, tantò qui in eis degunt perfectiores exiſtunt, ac per hoc nullus ab Eccleſia habente copiam prędiorum abſque detrimento perfectionis ad Religiones ſe transferre poteſt, quin potius è conuerſo paupertatis ęrumnas abijcere, & ad facultates Eccleſiaſticas aſpirare ſanctum ęrit atque perfectum. Eius ſententię facultatem Hieron. ad Neputianum eliminans ironice ait. Sunt ditiores monachi, quam ante fuerant ſęculares, poſſideāt opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete diabolo non habuerunt, & ſuſpiret eos Eccleſia diuites, quos tenuit mundus ante mendicos. Amplius, ſi Eccleſiaſtica prędia faciunt ad perfectionis cumulum, nihil eſt (ſecundum Chriſti conſilium) vendendum dandumque pauperibus, ſed totum Eccleſię agris, ſeu opibus aggregandum; cum ſecundum hoc dogma profanum, cumulatio poſſeſſionum in Eccleſia Chriſti ad cumulum faciat ꝑfectę ſanctitatis. Contrà quod Hierony. ait. Alij ędificent eccleſias, veſtiant parietes marmorum cruſtis, columnarum moles aduehant, earumq; deaurent capita gemmis aurata diſtinguant altaria, non reprehendo, do, non abnuo, ſed tibi aliud propoſitum eſt, Chriſtum veſtire in pauperibus, viſitare in languentibus, paſcere in eſurientibus, ſuſcipere in his qui tecto indigēt, & maxime in domeſticis fidei. Ex his colligi poteſt, quòd prę fata concluſio multiformem continet abſurditatem. Sed & ratio ipſa non valet. Nam ſicut poſſeſſiones ſunt vtiles, ſic & alia multa, vtpotè vxores, ſerui, arma, & temporalis potentia, ex quorum retentione non ſequitur, quod cumulus perfectionis accreſcat. Nec ei ſuffragatur Ambroſij verbum, quo diffinit, idem eſſe vtile & honeſtum: loquitur.n. de vtilitate bonorum ſpiritualiū, non terrenorum, Nam eodē libro. Nihil vtile, niſi qđ ad vitæ illius ęternę proſit gratiā diffinimus, non qđ ad delectationem preſentis. Nec aliqua cōmoda in facultatibus, & opū copijs cōſtituimus ſed incōmoda hęc putamus, ſi non reijciantur ea, quę hominum magis cum adſunt ęſtimamus, quam diſpendio cum erogantur. Idem quoque liber à parte alia ſic ait. Nullum adminiculum pręſtant diuitię ad beatam vitam. Quod euidenter determinauit Dominus in Euangelio dicens. Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei. Beati qui nunc eſuritis, &c. Itaque paupertatem, famem, dolorem quę putantur mala, non ſolum impedimento non eſſe ad beatam vitam, ſed etiam adiumento eſſe, euidentiſſime pronunciatum eſt, ſed & illa quę videntur bona, diuitias, ſatietatem, lætitiam, experte doloris, detrimentum eſſe ad fructum beatitudinis, Dominico declaratum iudicio liquet. Sic ergo non ſolum adminiculo non ſunt ad vitam beatam, corporis externa bona, ſed etiam diſpendio ſunt. Hucuſque Ambroſius. Quod & in prędictis intelligēdis, loquitur de vtilitate intrinſeca, & ſpirituali, quę idem eſt quod honeſtas, non autem de extrinſeca, de qua non habent intelligi, ſecundum quòd etiam pronunciat Sapiens, vtiliorem eſſe ſapientiam cum diuitijs. Sunt enim poſseſſiones terrenę vtiles, & ſuſtentamenta naturę ad opera humanę induſtrię, nonnullis etiam ad exercitia virtutis perfecte, ſed hoc non ineſt eis ex ſeipſis ſed ex parte vtentis. Vnde Auguſtin. in fine libri, vnde malum. Qui (inquit) bene vult vti temporalibus bonis, non eis amore agglutinetur, & velut membra animi ſui faciat, quod fit amando, ne cum reſecari cœperint, cum cruciatu ac tabe fędent, ſed eis totus ſuperferatur, & habere illa, atque regere paratus ſit, amittere vero ac non habere paratior. Hęc Auguſtin. Quę nunquam diceret, ſi temporalia bona eſsent vtilia, ſecūdum quod vtile idem eſt quod honeſtum, quia nullus recte ſapiens paratior eſse debet honeſtatem amittere, quam ſeruare. Multum igitur a ſapientia diſcors fuit, qui in temporalibus Eccleſię bonis, honeſtum ab vtili non diſcreuit. In ſui quoque firmamentum erroris, perfectionis virtutum, & poſſeſſionis opū ſeptiformem aſsignat germanitatem dicens, quod Do-

minus

Facultates Eccleſię non iuuant ad culmen paupertatis euangelicę.

In Epiſ. ad Demetria.

Luc. 6.

ſtanus voluit miniſtros Eccleſiæ ipſum perfecte ſequi, volentes habere bona communia mobilia, & immobilia: primo propter cautelam futurorum, quod eſt prudentiæ, ſecundo propter ſuſtentationem miniſtrãtium, quod eſt iuſtitiæ, tertio in ſuſtentamentum egentium, quod eſt miſericordiæ, quarto in mutuæ charitatis nutrimentum, quinto propter quietem, ſexto in aliorum exemplum, & largitionem eleemoſynarum, ſeptimo ꝑpter conformitatem ad cœleſtem curiam, cuius participatio in idipſum. Ex quibus omnibus arguit, quòd habere poſſeſſiones Eccleſiaſticas perfectionem non minuit, ſed conſummat. Quanquam autem prædictarum rationum aggregatio, ſuperficietenus conſiderata efficax videatur, & pia: ſi tamen diſcutiatur interius, inefficax inuenitur & impia. Pro eo videlicet impia, quia ſi mobilium & immobilium, communis poſſeſſio non diminuit, ſed potius complet, cui nõ valent, nec volunt hæc poſſidere communia, perfecti eſſe non poſſunt. Inſuper cum Chriſtus & Apoſtoli huiuſmodi poſſeſſiones immobiles non habuerint, ſequitur in eis, qđ conſummatæ perfectionis exemplum non effulſit. Inefficax vero quia in eiſdem rationibus poteſt etiam aliquis laicus vxoratus bona ſua retinere, ſ. vt prudenter, iuſte, miſericorditer, charitatiue miniſtrantibus Chriſto ſubueniat, ad illorum quietem, & aliorum exemplum, ſecundum conformitatem ſupernam, in qua eſt communicatio larga bonorum: aut igitur talis erit perfectus, aut præfata ratio nullius efficaciæ eſſe conuincitur. Amplius ſicut Eccleſiaſtica bona, bene vtentibus, ſunt materia exercendarum virtutum, ſic etiam abutentibus ſunt fomentum multiformium peruerſitatum: vt pote iniuſtitiarum, impietatum & carnalitatum, nec tamẽ inferri poteſt propter huiuſmodi abuſum, quòd bona huiuſmodi habere ſit impium, pari ratione inferri non poterit, quòd per bonam diſpenſationem vtentiũ ea habere ſit perfectum in ſe & abſolute, vel perfectius quam carere. Vnde & illa concluſio quam poſt explicationem rationum prædictarum, in quibus multas abſurditates interſerit, tanquam finaliter intentam ſubiungit, nullius eſt probabilitatis ſed magnæ perfidiæ. Ait enim vt verbis eius vtamur, his cauſis prædictis forte, & alijs quæ a ſapientibus poſſunt inueniri cũ apice perfectionis. Quod enim citra eſt, imperfectum eſt, bona temporalia Eccleſiæ a perfectis viris præcepit Deus & voluit poſſideri. In quibus verbis manifeſte aperit, ꝙ paupertatis euangelicæ perfectionem totis viribus eliminare contendit. Si enim temporalia bona Eccleſiæ poſſidere ſic eſt perfectum vt dicit, omne vt quod eſt citra illud ſit imperfectum, pauperes igitur Chriſti, qui nihil omnino poſſidere volunt, ſed totum dant, vt vidua illa paupercula, aut citra hunc perfectionis apicem conſiſtunt, & tunc ſunt imperfecti, aut vltra procedũt. & tunc ſuperſtitioſi & impij. Si igitur talis fuit Chriſtus ſicut narrat Euanglicæ veritatis hiſtoria, & perfectorum teſtimonio monſtratum eſt ſupra, tales etiam fuerunt Apoſtoli, neceſſario ſequitur ſecundum Antichriſtianam doctrinã, quòd Chriſtus & eius diſcipuli, vel ſuperſtitioſi fuerint, vel imperfecti. Inſuper ſi hæc temporalia bona Chriſtus præcepit poſſideri a viris ꝑfectis ſicut aſſerit, quicunq; ergo perfectionis ſtatum profitentur, & hæc bona non poſſident, tranſgreſſores diuini præcepti eſſe conuincuntur. Quod ſi verum eſt, vtiq; dici non poteſt, beati pauperes ſpiritu, quoniam veſtrum eſt regnum Dei, nec vę vobis diuitibus ſed potius væ vobis pauperibus, tanquam miſeris, imperfectis, iniuſtis, & impijs: & beati diuites. Beatus etiam populus cui hæc ſunt, ſine quibus nec perfectionis apex, nec virtus iuſtitiæ poſſidetur, quæ perfectio inter dona Dei locum præcipuum tenet. Caueat ſibi qui eiuſmodi ſententię eſt, ne ſuper eum maledictio principis Apoſtolorum iuſte deſcẽdat dicaturq; ſibi: pecunia tua tecum ſit in perditionem, eo quòd exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri. Mirum certe quomodo quis poteſt ad tantam impietatem proficere, ad tantam venire inſaniam, ad tantam prorumpere fatuitatem, vt cum Chriſtus viris perfectis ſuadeat omnia vendere & dare pauperibus, præcipiatque Apoſtolis vt nec peram, nec pecuniam tollant in via, nec aurum, nec argentum poſſideant, e contrario audeat dicere præceptum eſſe a Deo viris perfectis temporalia poſſidere. Quam vero abſurda dogmata concluſio præfata contineat, ex ipſius verbis elicitur, ex quibus affirmat omne quod infra perfectionis apicem eſt, eſſe imperfectum. Si apex dicit ſummam rei alicuius extremam & excelſam, & apicem perfectio habet, aliquid eſt perfectionis citra apicem eius, duo ergo contraria ſimul dicit, cum aſſerit perfectionem habere, apicem, & nihil citra perfectionis apicem eſſe perfectum. Eſt etiam hæc vniuerſalis negatiua pene in toto falſa, ſcilicet cum non ſolum perfectio vitæ, ſed etiam perfectio patriæ gradus habet, & ſicut perfectio caſtitatis & obedientiæ poteſt eſſe maior & minor, ſic & paupertatis, quemadmodum ex primæ reſponſionis tertia parte pateſcit. Denique quam periculoſum ſit poſſeſſionum affluentiam magnis laudatam præconijs deſiderabilem reddere, ex hoc patenter aduertitur, quod omnium fere mortalium appetitus & ſenſus proni sũt ad concupiſcentiam oculorum, & admirationem diuitiarum. Et ſicut dicit Apoſtolus ad Timoth. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli. Quod ſi dixerit non ſe laudare poſſeſſiones quaſcunque, ſed tantum communes & eccleſiaſticas & Domino dedicatas, attendat quòd non parum latet in ipſarum cumulatione periculum. Vnde Bernard. de colloquio Simonis & Ieſu. Dotatas & dedicatas cernimus Eccleſias a potentibus & diuitibus huius ſæculi, qui in operibus bonis diuites, iuxta domini admonitionem amicos ſibi facere ſtuduerunt de mammona iniquitatis, a quibus in æterna tabernacula reciperentur. Quid ni ſperarent ab his ſe recipi qui claues videntur habere? Sed heu data eſt ipſa prouidentia eorum in occaſionem carnis, & qui ſibi atque alijs in cœlo tabernacula parare debuerant, in terra coniungunt domum ad domum, & copulant agrum agro. Quis rapuit ab ore Apoſtolorum huiuſmodi temporis verbum gratiæ, verbum fiduciæ, ecce nos relinquimus omnia & ſecuti ſumus te? Ecce enim vt populus, ſic ſacerdotes diuites fieri volunt, ſimiliter hic ſuam & abundantius ſuam recipiunt conſolationem, ſimiliter amicis egent & ipſi, vt in aliena tabernacula recipiantur, vt propria non habentes. Beati enim pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Hæc Bernard. Idem quoque quibuſdam interpoſitis ſubdit. Vtinam in duodecim vnus hodie Petrus, vnus qui reliquerit, vnus qui loculis careat inueniatur. Vtinam ſaperes miſer & intelligeres, cum theſauro pecuniæ & theſaurum iræ pariter cumulari, vtinam nouiſſima prouideres, animaduerteres facile per foramen acus tranſituros non diuitiarum cumulos, ſed delictorum. Nihil enim tulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre poſſumus quicquam. Huc vſque Bernard. cui Gregorius Nazianzenus concordat in quodam ſermone contra perſecutores Eccleſiæ loquens, Sed facultatibus (inquit) defraudabunt. Quibus meis? Sed facilius mihi alas abſcindent, quas non habeo. Si autem eccleſiaſticis, hoc vtique pro quo omnis pugna & omne certamen. An ignoramus quòd per pecuniæ cupiditatem, & loculorum fraudem, ad proditionem proficitur Chriſti? Hæc Gregorius.

1. Tim. 6.

Luc. 16.

Nazianzenus. Ad hoc etiam facit quod dicit Ambr. in lib. de offi. Qui Apoſtolos ſine auro miſit, eccleſias ſine auro congregauit. Et iterũ. Qui plurimum auri poſſidet nõ abundat, quia nihil eſt quicquid in ſæculo eſt. Qui exiguũ habet nõ minuit, quia nihil eſt quod amittit, res ſine diſpendio eſt, quę tota diſpendium eſt. Ex his clare patet ſanctorũ curam fuiſſe præcipuam, non ad quarumcũq; poſſeſſionum amorem allicere, ſed potius exemplo Apoſtolorum ad earum contemptum prouocare. Nec tamẽ ex his intelligat aliquis, ꝙ eccleſiaſtica bona per modum dilapidationis ſint habenda contemptui, quoniam hoc ſacri canones inhibent, ſed ꝙ à perſonis non alligatis curæ paſtorali ratione maioris ſecuritatis, ſiue perfectionis, valeat pro Chriſti amore dimitti, & hi quibus diſpenſatio eorũ committitur, eis quæ diſpenſant, nullatenus alligẽtur affectu. Hic autem vt affluentiam opum reddat amabilẽ tanquam rẽ ſanctitatis eximię in rationali Eccleſiæ collocat, ex quo iudicium cum veritate reſpondere ſolebat, cum tamen hæc ſua doctrina omni careat ratione iudicij, & rectitudine veritatis. Fingit etiam ſuperhumerale quoddam, quod huic irrationali ſiue fantaſiæ coaptat, adducens in medio duodecim viros ſanctos atq; probatos, qui de ſtatu paupertatis ad diſpenſandas diuitias aſſumpti fuerunt, Clementem, Silueſtrum, Gregorium, Cyprianum, Hilarium, Baſilium, Chryſoſtomum, Martinum, Nicolaum, Paulum, Auguſtinum, Anſelmum, quorum exemplo ſuo adaptans errori, in ſequentibus ſubdit. Iſti ſunt duodecim filiorum Iſrael nomina, iſti ſunt vittæ iacinctinæ, & catenulæ aureæ. Poſt quæ addit. Iſta eſt doctrina Dominica, ſtatuto Apoſtolorum Hieroſolymis ſolidata, à ſanctis Doctoribus expoſita, à perfectis Chriſti imitatoribus obſeruata, nõ vt nihil in communi aut proprio haberetur, ſed vt ſpreta proprietate bonorum Eccleſiæ cõmunitas ſeruaretur. Si aliter docueris, caue ne fias (ſedundum Apoſtolũ) anathema, quod à viro abſit catholico, qui puniri recuſat cum apoſtata Iuliano. Hæc verba ipſius. In quibus & ignorantem ſe eſſe demonſtrat & impium. Niſi enim impius eſſet, nunquam de profeſſoribus paupertatis in qua nihil habetur in proprio, vel cõmuni, ſenſiſſet tam impiè, vt eos tanquã hereticos iudicaſſet anathema eſſe a Chriſto. Qua quidem blaſphemia non ſolum hos Chriſti pauperes, ſed & Romanam Eccleſiam impetit, quæ hunc viuendi modum approbauit. Inſuper & bonos viros catalogo ſanctorum aſcriptos, & quod maius eſt ipſos Apoſtolos, qui vt ex ſuperioribus claret, in extrema paupertate vixerunt, quibus etiam tanquam duodecim filij Iſrael in ſuperhumerali ſummi Pontificis Chriſti cõſcriptis, & per propria nomina deſignatis, ſumma paupertas indicitur. Sic enim ſcribitur in

Matth. 12. Matth. Apoſtolorũ nomina ſunt hæc. Simon primus, qui dicitur Petrus, & de hinc cæteris nominatis ſubiũgit. Hos duodecim miſit Ieſus, præcipiens eis. Nolite poſſidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis veſtris, &c. In quibus ſuperhumerale vitæ Apoſtolicę cum rationali perfectionis & paupertatis altiſſimæ, per charitatem regni cœleſtis tanquam vitta iacinctina indiſſolubili iunctura conſtringit, cum interponit, Gratis accepiſtis gratis date. Hoc autẽ ſuperhumerali & rõnali verus Põtifex Chriſtus adornatus fuit, dum ſanctæ paupertatis perfectionẽ & verbo docuit, & exemplo monſtrauit, & tunc potiſſimum, quãdo vt verus Põtifex per ſanguinem proprium ingreſſurus in ſancta, pauper & nudus in cruce pependit. Hoc ornamento nobili & ſpirituali quo à corporalibus crucifixoribus Chriſtus ſpoliari nõ potuit, hic velut atrociſſimus prædo eum nudare contendit, & aliud quoddam confingere nititur, nõ vitta iacinctina & catenulis aureis, ſed terrenarum poſſeſſionum affluẽtijs tanquam iunctura lutea & viſcoſa conſtrictũ, quaſi Chriſtus cum Apoſtolis terrena poſſederit, ipſaq; cõmunis poſſeſſio altius prouehat, magiſq; ad cœleſtia eleuet, quàm extrema, & altiſſima paupertas. Quod nemo dubitat falſum, niſi qui modos prorſus ignorat mentalis eleuationis in Deum. Vnde Hiero. ait. Ioſeph cũ tunica Ægypti effugere non potuit, adoleſcens qui opertus ſindone ſequebatur Ieſum, quia tẽtus fuerat à miniſtris, terrenũ abijciens operimẽtũ nudus euaſit. Elias igneo curru raptus in cęlũ melotã reliqt in terris. Eliſeus boues & iuga prioris opis vertit in vota. Loquitur ſapientiſſimus vir, Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Quandiu verſamur in ſęculi rebus, & anima noſtra poſſeſſionum, & redituum procuratione deuicta eſt, de Deo libere cogitare nõ poſſumus. Cui & Gl. conſonat ſup illud Cant. Spoliaui me tunica mea, &c. Deceptus ſollicitudine temporaliũ ſubſidiorũ, quantumlibet eximius Doctor difficile vitat peccatũ. Hæc autem idcirco non dicimus, ꝙ diſpenſatio facultatum Eccleſiæ à viris ſanctis adminiſtrari non poſſit abſq; detrimento perfectionis, ſed vt diſcernamus pretioſum à vili, quia perfectionem eis non contulit temporalium bonorum adminiſtratio, ſed contẽptus: non tẽporalis affluentia, ſed ſpiritus paupertatis, quo inter rerũ affluentiũ copias ſic viuebant, ſicut egentes, multos autẽ locupletantes, tanq̃ nihil habentes, & omnia poſſidentes, quemadmodum nobilis ille pręlatus, de quo ait Hiero. ſcribens ad Ruſticũ, Sãctus Exuperius Tholoſæ Epiſcopus viduæ Sareptanæ imitator, eſuriẽs paſcit alios, & ore pallente ieiunijs famę torquetur aliena, omnẽq; ſubſtantiã Chriſti viſcerib. erogauit. Nihil eo ditius, qui corpus Chriſti caniſtro vimineo, ſanguinẽ portat in vitro, qui auaritiam proiecit de tẽplo, qui cathedras vendentium columbas, menſaſq; ſubuertit, mãmonæ & numulariorũ era diſperſit, vt domus Dei domus orationis ſit, non ſpelunca latronũ. Huiuſmodi tu ſectare veſtigia, & cæterorum qui virtutum illius ſimiles ſunt, quos ſacerdotium & humiliores facit, & pauperiores. Aut ſi perfecta deſideras, exi cum Abrahã de patria & cognatione tua, ſi habes ſubſtantiã vende, & da pauperibus, ſi non habes, grandi onere liberatus es. Nudũ Chriſtũ nudus ſequere. Durũ, grande, difficile, ſed magna ſunt premia. In his ſacer Hiero. diſtinguit pretioſum à vili, ſimulq; oſtendit ꝙ aliud competit perfectioni prælati, qui eſt perſona cõmunis, aliud perfectioni perſonę priuatę. Et ideo quanquam rõnę prælationis, quiſquis religioſus à ſtatu paupertatis ad diſpẽſationẽ temporaliũ poſſit aſſumi, impium tamen eſt, hoc ad conſequentiã trahere. Sicut enim prælatis ratione curæ paſtoralis, cõpetit extrinſęcis interdum implicari negocijs ſalua perfectione, nec tamẽ inferri poteſt, ꝙ in perſona priuata æquè perfectum ſit, per extrinſecas occupationes erga plurima turbari cum Martha, velut per intimas, feruidas, & iucũdas ſurſum actiones ſecus pedes Domini quieſcere cum Maria: ſic & in propoſito intelligendum. Licet igitur Pontifices ſiue ſummi ſacerdotes (quia curam habent non ſolum quantum ad perfectos & validos, verumetiam infirmos & imperfectos, quos paſcere debent exemplo, & verbo, & pro loco, & tempore corporali ſubſidio) ſalua perfectione poſſeſſiones ſuſceperint ad ſuſtentationem pauperum & Eccleſiæ miniſtrorum, non tamen ex his quibuslibet priuatis perſonis, in quolibet Eccleſiæ ſtatu aſcribi poteſt nec debet, quòd in tanto ſint perfectionis culmine cum amplitudine poſſeſſionis, ſicut cum altitudine paupertatis. In hoc autem quòd laudatores paupertatis extremæ, imitatores exiſtimat Iuliani apoſtatæ, non ſolum nequitia plenum, ſed etiam veritatis notitia vacuum eſſe ſe demonſtrat: dum profeſſoribus veritatis malitioſè crimen impingit erroris, & ipſam

In epiſto. ad Lucinũ

Eccl. 13.

Cant. 5.

perfidiam

perfidiam Iuliani apoſtatæ tanquam ignorans a laude paupertatis inſinuat traxiſſe originem, cum tamen ipſe Iulianus non in hoc errauerit, quòd aſſereret omnia tẽporalia relinquenda fore ſecundũ dictamen diuini conſilij, ad quod nemo aſtringitur, niſi velit: ſed potius ad ſuæ auaritię rapacitatem colorandam & conculcandam Eccleſiam hoc dicebat eſſe de neceſſitate diuini manda-

Luc. 10. ti, allegans illud Chriſti verbum, quod in Luca ſcribitur. Niſi quis renunciauerit omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ex quo ipſe vniuerſaliter calumniabatur Eccleſiam, quaſi nulla eſſet differentia inter renunciare omnibus, & relinquere omnia. Verum ſicut Glo. dicit ibidem, hoc diſtat inter renunciare omnibus & relinquere omnia, quia renunciare conuenit omnibus, qui ita licite vtuntur mundanis, quę poſſidẽt, vt tamen mente tendant ad ſuperna: relinquere verò eſt ſolummodo perfectorum, qui omnia temporalia poſtponunt & ſolis æternis inhiant. Hæc Glo. Ex qua manifeſte colligitur, ꝙ quiſquis hoc ſentit, ꝙ perfectorum ſit omnia relinquere, & ſolis æternis inhiare, doctrinam ſequitur Ieſu Chriſti, non perfidiam Iuliani. Nam quãuis dicat omnia pro perfectionis amore debere relinq, non tamen aſſerit bona Eccleſiæ dirui, quia licitum eſt dimittere propria, ſed illicitum rapere aliena.

*Tertiæ reſponſionis tertiæ particulæ, in qua abrenuntiationis ratio falſa eliditur, & penurioſæ paupertatis duodenaria prærogatiua monſtratur. Articulus primus.*

MOs peruerſarum mentium eſſe dignoſcitur, ſi qua ſententiæ ſuæ contraria propter iſtorũ certitudinem inficiari non poſſunt, fraudulẽta calliditate peruertere, & ad ſenſum trahere repugnantem,

Recta intentione legenda eſt ſcriptura. iuxta illud Bernard. ad fratres de monte Dei. Si in lectione Deum quærit qui legit, omnia cooperantur ei in hoc ipſum: ſi autem in aliud declinat ſenſus legẽtis, omnia trahit poſt ſeipſum, nihilq; tam ſanũ, tam piũ, in ſcripturis inuenit, quod ſit per vanam gloriã, ſeu per diſtortum ſenſum, ſeu per prauum intellectum non applicet ſuæ malitiæ vel vanitati. Quòd manifeſte in aduerſario pauperum nũc cernimus eſſe completum. Cũ enim certum ſit, paupertatem quæ cõſiſtit in abdicatione rerum temporalium, propter Deum eſſe laudabilem, magiſtrumq; Chriſtum perfectionis, in paupertate vixiſſe vſq; ad mortem, hic in comparatione poſſeſſionũ & opulentiarũ ſic peruertendo attenuat, vt nil ſanctæ paupertati de pfectionis ſublimitate relinquat. Inueſtigãs enim primo cauſam abdicationis temporalium, hanc dicit eſſe ipſorum appropriationem ſeu proprietatẽ, quæ quoniam ex radice deſcendit auaritiæ (vt verbis eius vtamur) non ſtat cum perfecta charitate, quæ non quærit quæ ſua ſunt. Et ideo dicit conſultam eſſe abdicationem proprietatis ad excludendam cupiditatem, qua extirpata, his qui eiuſmodi ſunt recte committitur diſpenſatio bonorum temporalium, tanquam ſcientibus vti, & non quærentibus quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti. Quod per Abrahæ, Iacob, Ioſeph, Dauid, Daniel, patrum, ſ. veteris teſtamenti exempla confirmat. In his autem verbis & exemplis ſuperficialiter conſideratis nihil apparet erroneum: ſi tamen diligenter diſcutiantur, magnum inuenitur latere venenum: Si enim proprietas ſola cauſa eſt abdicationis temporalium, vt extirpetur cupiditas & perficiatur charitas ad bona huiuſmodi tẽporalia diſpenſanda, tunc igitur paupertas non eſt niſi ſicut via ad abundantiam, & diſpoſitio quædã præambula, ac per hoc nulla perfectio conſiſtit in ea. Imperfecta igitur fuit vita Chriſti, & falſa doctrina qua dixit.

M[illegible]e. 10. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes,

Li.c. 10. & da pauperibus. Amplius ſi vnum aliquod collegium non dicam vnius Regni ſed totius mundi, bona in communi poſſideat, altiſſimum illud de paupertate conſilium integerrime ſeruat, immo quod eſt abſurdius multo perfectiori modo, quam hi qui in extrema rerum penuria in fame. ſ. ſiti frigore et nuditate Domino ſeruiũt, cuiuſmodi fuerunt Apoſtoli, & hi qui exempla eorum ſequuntur. Quod cum euidẽter ſit falſum, reſtat ꝙ hæc non ſit cauſa præciſa & principalis abdicandi diuitias quia propriæ, ſed quia illecebroſæ vt oſtenſum eſt. Verum eſt quidem, ꝙ propriæ diuitiæ magis ſolent eſſe illecebroſæ quam communes, & ideo magis eſt de eſſentia perfectionis contemptus ipſarum, non quia appropriatio ſit culpa, vel ſemper habeat culpam annexã, ſed quia vt frequentius, ſolet eſſe occaſio culpæ. Vnde & ipſemet in conſequentibus exemplis, ſibiipſi contradicit, cum aſſerit illos ſanctos patres non ſolum ſine culpa, ſed etiam cum perfectione, bona hæc temporalia poſſediſſe. Ipſi etiam Leuitæ, qui vxores habebant, & filios, conſtat ꝙ aliqua propria poſſidebant, quos tamen ſuperius de perfectione laudauerat. Ipſe etiã populus Iſraeliticus terram patribus repromiſſam adeptus, abſq; peccato diſtinctas & proprias portiones accepit. Inſuper nunc reuelatę gratię tempore, ſecundum ſcita legum & canonum, iuſte & ſancte aditur & poſſidetur hereditas, non ſolum in partialibus patrimonijs, ſed etiam in principatibus & regnis, ſicut ipſe inferius de Conſtantino, Raymundo, & ibi ſimilibus fatetur. Non ergo proprietas eſt ratio abdicationis ſicut falſo inſinuat, quaſi ſemper ſibi ſit peccatum annexum. Sane quod dicit Clemẽ. ꝙ pro iniquitate, alius dicit hoc eſſe ſuum, alius illud, non eſt intelligẽdum generaliter, ſed vt in pluribus, vel intelligendum eſt, quòd huiuſmodi appropriatio deſcẽdit ex iniquitate primorum parentum, quòd niſi illi peccaſſent, huiuſmodi appropriatio non fuiſſet, Non tamẽ ex hoc ſequitur, quòd omnis appropriatio ſit cum peccato, quia ex præuaricatione primorum parentum, non ſolum peccata deſcendunt, ſed etiam pœnæ peccatorũ. Licet autem diuitiæ tam communes, quam propriæ haberi & poſſideri valeant abſq; peccato, tamen eas relinquere perfectionis eſt, quia ſicut imperfectio de ſe non dicit culpam, vt ex ſupra dictis apparet, ſic & perfectio non tantum dicit iuſtitiæ rectitudinem, verumetiam expeditionem, quã quidem expeditionem diuitiæ, quia illecebroſę & periculoſę prępediunt. Vnde Greg. 4. mor. Rarum valde eſt, vt qui poſſident aurum ad requiẽ tendant, cum per ſemetipſam veritas dicat. Quam difficile qui pecunias habẽt, intrabunt in regnum celorum. Idẽ etiam in 4. dialo. Cura rei familiaris vix ſine culpa agitur, etiam ab his qui qualiter culpas declinare debeant, ſciunt. Et Rabanus ſuper Matthe. Difficile (hoc eſt) maximi laboris eſt, pecunias habentes vel in pecunijs confidentes exutis phylargyriæ retinaculis, aulam regni cęleſtis intrare. Propter quod ſecurum eſt diuitias fugere, & eas abdicare perfectum. Vnde Hierony. ait. Apoſtolici faſtigij eſt, perfectæq; virtutis vendere omnia, & pauperibus diſtribuere, & ſic leuem & expeditum cum Chriſto ad cœleſtia ſubuolare. In epiſtola ad Demetriade. Porro exempla quæ ſubiungit de patribus, inconuenientia ſunt ad propoſitum. Primum quidem quia non ſe expropriauerunt, vt hic falſo confingit, dicens quòd Dominus ſanctum Abraham propria hæreditate derelicta, nudum de terra ſua exire coegit, & præcepit. Nam & textus Geneſeos aperte contradicit, vbi dicit. Egreſſus eſt Abraham ſicut præcepit ei Dominus, tulitq; Saram vxorem ſuam & Loth filium fratris ſui, vniuerſamque ſubſtantiam quam poſſederant, & ingreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan. Quod autem Iacob, Ioſeph, Dauid, aliquando in paupertate fuerunt, hoc magis fuit vrgentis neceſſitatis, quam voluntariæ expropriationis. Quod vero Daniel omnia ſua vendiderat, quia de ſcri-

pturis auctoritatem non habet, ſi ſapiētia Danielis fuiſſet imbutus, nequaquā aduxiſſet in medium, quia prudentius ſilentio tegitur, quod ſcripturarum teſtimonio non probatur. Secunda ratio eſt, quare dictorum patrū exempla non congruunt, quia cum perfectione virtutis aliquos habuerunt actus extrinſecos, ſecundum exigentiam temporis, qui trahi non poſſunt in exemplum perfectionis, ſicut in Patriarchis pluralitas vxorum, in Dauid ſtrenuitas ad bellandum, & in Elia occiſio Prophetarum Baal, & ſi cum iſtis perfectionem ſeruauerunt, magis admirabiles, quam imitabiles viris perfectis proponuntur. Vnde Auguſt. de moribus Eccleſiæ, Amiſit Iob omnes diuitias, & factus eſt repente pauperrimus, ſed inconcuſſum tenuit animum, quo animoſi eſſe poſſent noſtri temporis homines, cum magnopere in nouo teſtamento ab iſtorum poſſeſſione prohiberemur, vt perfecti eſſe poſſemus. Hæc Auguſtinus. Cui conſonat Gregor. in moral. Nec dum virtus præcepti emicuerat, quæ omnia relinqui præciperet, ſed tamen eandem præceptionis vim in corde ſeruabat, quia nimirum ſubſtantiam ſuam iam mente reliquerat, quam ſine amore poſſidebat. Ex quibus euidēter apparet, quòd Iob terrena poſſidendo, perfectus fuit ſolo contemptu mentis, quia nondum emicuerat conſilium paupertatis, ac per hoc, ſicut coniugium Abrahæ, cui non præfertur cœlibatus Ioannis, non eſt trahendum tempore gratiæ in exemplum perfectionis, ſic nec patrum ſanctorum poſſeſſio temporalis. Tertia quoque ratio ad hoc ipſum eſt, quia multa patribus in figura contingebant & vmbra, quæ tempore reuelatæ gratiæ & veritatis perfectioni non conſonant, & ideo illa nunc in exemplum trahere, non modicam generat abſurditatem. Vnde Berna. de colloquio Simonis & Ieſu. Excuſant ſe aliqui fortaſſis dicentes, Abraham, Iſaac, & Iacob, cæteriq; ſancti, nunquid non terrenas diuitias habuiſſe leguntur? Sufficit nobis eſſe ſicut illi fuerunt: neq; enim ſumus nos patribus meliores. Si culpabilis poſſeſſio eſſet diuitiarum, nūquam illi in diuitijs tantam a Domino gratiam obtinerent. Quid reſpondebimus nouis imitatoribus veterum ſanctorum? Imponant certe vitulos ſuper altare Domini, mactent arietes, hircos immolent, quia & hoc Abrahā fecit. Sed hæc (inquiunt) ſtatum vltra non habent: vbi reuelata eſt veritas tranſiere. Quid ſi ipſas quoque ſanctorum diuitias temporales, vmbram fuiſſe dixerimus futurorum? In figura ſiquidem eis omnia legimus contigiſſe. Deniq; quidni terrenas palam diuitias poſſiderent ſancti & perfecti viri, cum ſola terrena palam promitterentur a Domino. Vbi ſane cœleſtis promiſſio innuit, neceſſe eſt ſpiritualibus ſpiritualia comparari, & mutari ſacrificium ſpecie mutata. Nō ſunt igitur huiuſmodi exempla, nec etiam prælatorum quæ conſequēter annectit, cum de paupertatis perfectione agitur adducenda in medium, ne ſub ſpecie ſanctitatis pontificalis officij, quod opulentia commutatur, & bonorum parui pendatur paupertas, vilificetur humilitas, excitetur cupiditas, & ambitio foueatur, quæ omnia is cui reſpondemus pauperū hoſtis, omni qua poteſt, virtute conatur. Nam verum iuſtitiæ Solem qui paupertatis & humilitatis exempla in vniuerſum orbem radios ſuæ lucis emiſit, fantaſticę cuiuſdā nebuloſitatis obiectu obſcurare contēdit. Quærit enim. Vt qd Chriſtus pauper eſſe voluit? Vt quid Rex fieri recuſauit? Et reſpondet vt verbis eius vtamur, ideo pauper eſſe debuit, vt animi ſtatū teneret, qui ab omnibus imitari valeret. Neque enim omnes diuites fieri poſſunt, ſed ſi voluerint, omnes pauperes fient. Poſtq; ſubiungit. Quod autem ne Rex fieret fugit, mundanas dignitates fugere docuit. Alius eſt enim honor Regis, alius prælati ſiue ſacerdotis. Hæc ſunt verba illius, in quibus tam viriliter, & indocte ſentit, & loquitur de alta & tā nobili materia, vt nos etiam pudeat, ipſius ineptias replicare. Quis enim in ſacris literis eruditus vel modicum, quis quantulamcunq; ad Chriſtum reuerentiam habens, altiſſimi Dei benigniſſimam condeſcenſionem vſq; ad extremæ paupertatis inopiam ſic audeat paruipendere, vt putet eum hoc egiſſe abſq; ratione & cauſa permaxima? Quam tamen is paupertatis hoſtis adeo friuolā arbitratur, vt nec vereatur dicere, ideo Chriſtum pauperem factum, quia non omnes poſſunt diuites fieri. Si igitur poſſent omnes adipiſci diuitias, ſicut & paupertatem aſſumere, æque bene vel magis ſecundum hanc profanam doctrinam, Chriſtus debuiſſet temporalibus bonis diues eſſe quam pauper. Quòd ſi verum eſt, paupertas in nullo præfertur diuitijs, nec magis eſt meritorium pro Chriſto paupere fieri, quam poſſidere diuitias, quapropter ſicut Chriſtus dixit adoleſcenti diuiti, vade & vende, ita ſecūdum hoc Antichriſtianum dogma, dici poteſt & pauperi, ſi vis perfectus eſſe, vade & poſſide. Inſuper cum dicit, omnes poſſunt pauperes eſſe, aut intelligit de paupertate quæ habet aliquid in communi, cuiuſmodi eſt in collegiatis Eccleſijs, & tunc eſt falſum, quia non omnes etiam ſi velint, admittuntur ad collegia talia. Aut intelligit de paupertate in qua nihil habetur, & tunc etiam falſum eſt, quia non omnes ſaluis ſtatibus, quos in Eccleſia vniuerſali Deus eſſe inſtituit, hanc poſſunt paupertatem eligere, ſicut patet in Regibus & principibus, militibus popularibus, cæteriſq; habentibus vxores & filios. Et quoniam qui a recta veritatis via diſcedit, per deuia vagatur errorum, hinc prouenit, quòd de Chriſti fuga in conſequentibus loquēs, in multa incidit falſa, dicens quòd Chriſtus docuit honores eſſe fugiendos, non eccleſiaſticos ſed mundanos, quia acceptauit honorem in Hieruſalem ſibi exhibitum vt Prophetę, qui prius fugerat honorem ſibi oblatum vt Regi, expreſſe textui contradicit Euangelico. Nam in Ioanne dicitur. Benedictus q. venit in nomine Domini Rex Iſrael. Et in Marco, quòd turbæ clamabant dicentes. Benedictum quod venit, regnum patris noſtri Dauid. Super quo Beda. Non reprimit voces eorum, qui regnum Patriarchę Dauid in eo reſtaurandum, & pręce benedictionis dona recuperanda concinunt. Vt quid igitur quod prius fugiēdo declinauit, modo libens amplectitur? niſi vt aperte doceret, quòd non temporalis & terreni, ſed ęterni in cęlis Rex eſſet imperij, ad quod profecto regnum per cōtemptum mortis & gloriam reſurrectionis perueniretur? Ex his clarum eſt, quòd Chriſto exhibitus fuit honor Regalis, non Prophetalis, ſeu Sacerdotalis, vt dicit, quem tamen acceptauit propter myſterium noſtræ ſalutis, & propter exemplum humilitatis, vt etiam ab his oblati honoris non recuſaret obſequium, a quibus paulo poſt crucifigendum ſe eſſe ſciebat. Tunc ſiquidem inter laudantium, & applaudentium voces, humilitatis & pietatis non immemor, ſuper aſelli tergum ſedere non erubuit, ſed etiam copioſos lachrymarum imbres effudit. Per hunc etiam modum quando diſcipulorum pedes humiliter abluit, ſe magiſtrum & Dominum eſſe, & dici debere monſtrauit: vt per declarationem Regiæ celſitudinis, diſcipulos duceret ad imitationem oſtenſæ humilitatis. Mira igitur peruerſitas eſt, ea quę ſcriptura introducit in exemplū abiectionis ad fomentū ambitionis intorquere, quaſi nō ſit humilitatis virtus, honores eccleſiaſticos fugere, nec ſupbiæ vitium ad illos aſpirare. Cuius contrariū dicit Greg. in regiſtro, Ego (inquit) viam capitis mei ſequens, ſummopere decreuerā eſſe opprobrium hominum, & abiectio plebis. In quo manifeſte oſtendit, quòd in fuga eccleſiaſtici honoris eſt imitatio Chriſti. Idem quoq; in paſtorali. Noliteplures magiſtri fieri. Hinc ipſe Dei & hominū mediator regnum

Ioan. 12.

percipere

percipere vitauit in terris, qui ſupernorum ſpirituum
ſcientiam ſenſumq; tranſcendens, ante ſecula regnat in
cœlis. Qui enim idcirco in carne venerat, vt non ſolum
nos per paſſionem redimeret, verumetiam per ſuam cō
uerſationem doceret: exemplum ſe ſequentibus prębēs,
Rex fieri noluit, ad crucis vero patibulum ſponte perue
nit, oblatam gloriam luminis fugit, pœnam probroſæ
mortis expetijt, vt membra eius diſcerent fauores fuge
re, terrores minime timere, pro veritate aduerſa dilige-
re, proſpera formidando declinare. Huc uſque Greg. Si
igitur Chriſtus in fugiendo regnum, ſe ſequentibus ex-
emplum dedit fugiendi gloriam, fauorem, & proſperita
tem, & hęc non tantum inueniuntur in dignitatibus
mundanis, ſed etiam eccleſiaſticis; conſtat, ꝙ humilita-
tis eſt hęc refugere, ad perfectam humilitatis Chriſti
imitationem, quantum fieri poteſt ſaluo zelo animarū
ſalutis, & obedientia reſpectu ſuperiorum, cum ipſe
Matt. 18. Chriſtus diſcipulis contendentibus, quis eorum videre
tur eſſe maior. in Matth. reſpondeat. Quicunq; humilia
uerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cęlo-
rum. Quod ſi forte quis dicat (ſicut in conſequentibus
conatur aſtruere) hoc ad humilitatem ſpiritualem & in
teriorem, non ad corporalem & exteriorem, debere re
ferri: non modicum deſipit, cum vniuerſorum magiſter
et Dominus, non ſolum ſpiritualis, ſed etiam corporalis
humiliationis exempla prebuit, quando diſcipulorum
pedes lauit & terſit, vbi et dixit. Exemplum dedi vobis,
vt quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. De
Hom. 53. quo Aug. Paſſurus Chriſtus exitia, pręmiſit obſequia,
ſuper Io. non ſolum eis pro quibus erat ſubditurus mortem, ſed
etiam illi qui eum fuerat traditurus ad mortem. Tanta
quippe eſt humanę humilitatis vtilitas, vt eam ſuo com
mēdaret exemplo etiam diuina ſublimitas, quia homo
ſuperbus in ęternum periret, niſi eum Deus humilis in
ueniret, perierat autem ſuperbiam deceptoris ſecutus,
& humilitatem redemptoris ſequatur inuentus. Diſca-
mus fratres humilitatem ab excelſo, faciamus inuicem
humiles, quod humiliter fecit excelſus. Magna eſt hęc
commendatio humilitatis. Faciant hęc ſibi inuicem fra
tres, etiam opere ipſo viſibili, cum ſe inuicem hoſpitio
1. Tim. 5. recipiunt. Vnde & Apoſt. cum benemeritam viduam
commendaret, ſi hoſpitio (inquit) recipit, ſi ſanctorum
pedes lauit Et apud ſanctos vbicunq; hęc conſuetu-
do non eſt, quod manu non faciunt, corde faciunt: mul
to autem eſt melius, & ſine controuerſia vt etiam mani
bus fiat, ne dedignetur quod fecit Chriſtus, facere Chri
ſtianus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus,
etiam corde ipſo vel excitatur, vel ſi iam inerat, confir-
matur ipſius humilitatis affectus. His autem verbis o-
ſtenditur, ꝙ humiliatio exterius facta in corpore, pluri
mum confert ad perfectionem verę humilitatis in cor-
de. Per hunc etiam modum, exterior rerū penuria quan
quam de ſe videatur inutilis, paupertati tamen ſpiritus
iuncta non ſolum ipſius auget meritum, ſed etiam valet
ad plurima, propter quod recte deſignatur per euange-
licam illam margaritam quę tantę precioſitatis eſt, vt ꝓ
illa emenda, diſtrahenda ſint omnia.

*Articulus ſecundus.*

Plures vtilitates paupertatis. VAlet enim inter alia ad quatuor, ſ. ad exterminiū
iniquitatis, ad exercitium perfectę virtutis, ad
poſſeſſionem internę iucunditatis, & ad publica
tionem euangelicę predicationis. Valet primo ad exter
minium iniquitatis. Primum quidem propter expiatio-
nem perpetratarum culparum. Eſt enim caminus qui-
Iſa. 48. dem purgans, & eliminans ſordes peccatorum, iuxta il-
lud Iſaię. Elegi te in camino paupertatis. Quod maxi-
me de illa intelligi habet paupertate, quę non tantum
voluntatem interius per rerum contemptum afficit, ve
rumetiam corpus per penuriam affligit. De qua Greg.
in homil De Lazaro & diuite. Mala, inquit Lazari pur-
gauit ignis inopię, & bona diuitis remunerauit fœlici-
tas vitę tranſeuntis. Illum paupertas afflixit & terſit,
iſtum abundantia remunerauit & repulit. Quicunque
ergo in hac vita bene habetis, cum vos bona egiſſe reco
litis, valde de his pertimeſcite, ne conceſſa vobis proſpe
ritas, eorūdem remuneratio ſit bonorum, et cum quoſ-
libet pauperes nonnulla reprehenſibilia perpetrare con
ſpicitis, nolite deſpicere, nolite deſperare, quia fortaſſis
quod ſuperfluitas tenuiſſimæ prauitatis inquinat, cami
nus paupertatis purgat. De vobis omnino pertimeſci-
te, quia nonnulla etiam male acta proſpera vitā ſecuta
eſt, de illis vero ſollicite penſate, quia eorum vitā magi
ſtra paupertas cruciat, quouſq; ad rectitudinem perdu
cat. Secundo propter ſubtractionem occaſionum peccā
di, quæ ſicut diuitiarum affluentia creſcunt, ſic volunta
ria paupertate minuuntur. Vnde Chryſ. dicit. Chriſtia-
nus in pauperie cōſtitutus, quam cum diuitijs magis ir Homi. ſuper Epiſto lā ad Hebræ.
radiat. Quomodo? quia excludit a ſe ſuperbiæ typum,
non erit arrogans ſed patiens, obtemperās, pudicus, mi-
tis, & ſapiens. Qui vero in diuitijs conſtitutus eſt, mul-
ta illum ad bona præpediunt. Inſpiciamus ergo, quę sūt
quæ diues operatur. Rapit aliena, æſtuat cupiditate,
nefandos non deſinit pertractare concubitus, maleficia
cuncta committit. Nonne vniuerſa hæc ex diuitijs con-
ſpicis generari? Intueris quomodo in pauperie, magis
quam in diuitijs virtutes facilius poſſidemus. Nec mi-
hi dicas, quia in hac vita diuites nullam vindictam ſuſci
piunt. Nam cum omnibus malis ſuis, etiam hoc malum
habent diuitiæ, quia malignitate peccātes ab vltionibus
tuentur, & qui diuitias poſſidet, ſemper peccans nulla
pœna reuocatur, ſed ſine vllis remedijs munera ſuſcipit
peccatorum, & frenum illi nullus imponit. Hucuſque
Chryſ. Quod ſi forte quis dicat, quòd de pauperie occa
ſionaliter multa mala oriuntur, reſpondet inferius 18.
Sermone. Nemo cauſetur (inquit) de paupertate, quaſi
cauſa ſit multorū malorū, neq; obloquatur de Chriſto,
qui perfectionem illam dixit: ſi vis perfectus eſſe &cęt.
Hoc enim in verbis dixit, & operibus oſtēdit, & ꝑ diſci
pulos ſuos docuit. Sectemur igitur paupertatem, maxi-
mum quippe bonum eſt. Nihil enim opulentius eo, qui
paupertatem ſponte diligit, & cum alacritate ſuſcipit.
Valet etiam tertio propter abſciſſionem vicioſarum ra
dicum. Vnde & Chryſ. Ser. eodem: Abijciamus quæ-
cunq; corpus florere faciunt, vitiant autem animam, vt
pote ſunt diuitiæ, gloria, cūcta hæc carnis ſunt, & amor
corporum. Itaq; non amemus ampliora, ſed pauperta-
tem ſemper conſectemur, iſta enim magnū bonum eſt.
Sed ſapientia (inquit) pauperis pro nihilo habetur. Et
iterum. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, & ex Prou. 30.
camino paupertatis libera me. Quare ergo hæc dicta
ſunt? Hæc in veteri teſtamento dicebatur, vbi multa ra
tio diuitiarum, vbi paupertatis plurimus erat contem-
ptus, vbi hæc quidem maledictio erat, illud benedictio:
ſed nunc nequaquam ita eſt. Si vis audire paupertatis
prædicamenta, ipſam profeſſus eſt Chriſtus & dixit. Fi- Luc. 9.
lius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Et ite
rum diſcipulis dicebat. Nolite poſſidere aurum, neq; ar
gentum. Et Petrus dicebat ei qui ex natiuitate ſua clau-
dus erat: argentum & aurum non eſt mihi. Et in ipſo
quidem veteri teſtamento, nonne Elias pręter melotam
nihil habebat? nonne Eliſeus? nonne Ioannes? Huc vſq;
Chryſoſtom. paupertatis tolerantiam laudat, quia cor-
poralium per eam rerum amor abſcinditur, qui eſt pri
ma radix vitiorum: laudat etiam, quia per ipſam abſcin
ditur radix ſecunda, quæ eſt timor male humilians. Vn
de & conſequenter adiungit. Vides quia quod maxi-
me facit fiduciam, hoc eſt paupertas. Diues ſeruus
eſt, obnoxius eſt iſtis damnis, & tribuens omni volenti
eum nocere, ille autem nihil habens; proſcriptionem

non timet,neq; condemnationem. Nequaquam ergo paupertas facit ſine fiducia eſſe, Chriſtus cum paupertate mittebat Apoſtolos,in cauſam opus habentem fiducia multa. Valde enim fortis eſt pauper,non habet vnde iniuriam patiatur.Hæc verba Chryſoſt. intelligi nõ poſſunt niſi de paupere qui nihil,penitus habet. Ex his igitur patet,quòd voluntaria paupertas non modicum valet ad exterminium iniquitatis. Valet etiam ad exercitium virtutis perfectę.Primum quidem,quia per eam virtus acquiſita probatur.Vnde Ambr.primo lib. de officijs.Non poteſt quis præmium accipere, niſi legitime certauerit,neque glorioſa victoria, vbi non fuerint laborioſa certamina.Ideoq; Dominus in Euangelio.Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum.Non dicit beati diuites, ſed pauperes. Inde enim incipit beatitudo diuino iudicio,vbi ærumna æſtimatur.Hæc Ambr.Conſtat autem quòd ærumna non eſt in paupertate,ratione contemptus rerum in mente, ſed ratione penurię temporalis quam ſuſtinemus in corpore.Secundo etiam valet,quia per eam virtus probata cuſtoditur.Vnde Hierony.Crates ille Thebanus homo quondam ditiſſimus,cum ad philoſophandum Athenas pergeret,magnum auri pondus abiecit, nec putauit ſe virtutes poſſe ſimul & diuitias poſſidere. Deniq; & tu audita ſententia Saluatoris, ſi vis perfectus eſſe vade,& vende omnia quæ habes,& da pauperibus, & veni ſequere me:verba verte in opera, & nudam crucem nudus ſequens,expeditior & leuior aſcendis ſcalam Iacob,puriſq; manibus & candido pectore, pauperem te ſpiritu,& operibus gloriaris. Valet etiã tertio, quia per eam virtus cuſtodita expeditius in finem perducitur, iuxta quod dicit Chryſo.ſuper epiſt.ad Hebræ.Sermone.2. Non habentes diuitias non propterea doleamus, ſed gratias magis vniuerſorum Deo & Domino referamus,quia nos paruo labore eandem mercedem poterimus,quam diuites promereri, & ſi voluerimus etiã ampliorem.Nam ex paruis magna lucramur. Huic etiam Grego.conſonans in homil.Regnum,inquit,cœlorum tantum valet quantum habes.Et iterum.Ante Dei oculos nunquam eſt vacua manus a munere,cum arca cordis repleta fuerit bona voluntate.Quapropter cum volũtas,vbi deeſt poſſibilitas,pro facto reputetur,& facilius ſit ſanctis pauperibus velle, quam diuitibus bonis velle & facere, multum igitur facit paupertatis inopia ad virtutis expeditionem. Si ergo voluntaria temporalium rerum penuria,virtus probatur,conſeruatur & expeditur:manifeſte conuincitur,quòd eminentia paupertatis plurimum confert ad exercitium perfectæ virtutis.Conſequenter etiam valet, ad fruitionem iucunditatis internæ.Primo ratione extrinſecæ ſecuritatis. Vnde Chryſ.home.vlt.ſuper Matth.Diuitem neceſſe eſt multis indigere,& turpiter ſeruire, formidare & ſuſpicari, & timere eorum qui ſuſpicantur oculos, & calumniatorum ora,& auarorum concupiſcentias, ſed non paupertas eſt aliquid tale,ſed contrarium vniuerſum: regia eſt non ſubiecta furibus, ſed munita, portus tranquillus,paleſtra,& Gymnaſium philoſophiæ. Conſtat autem quòd paupertas furibus non ſubiacens ea potiſſimum eſt,in qua nihil habetur,de qua & ſubdit ibidem. Audite quicunque pauperes eſtis,magis autem qui ditari cupitis.Non pauperem eſſe malum eſt,ſed non velle pauperem eſſe,& neque malum exiſtimes paupertatem,& non erit tibi malum, & ſi philoſopharis decem millium erit bonorum fons & origo. Nec tantum ſecuritatem dat penurioſa paupertas in hoc ſæculo, verumetiam in futuro iudicio. Vnde Bernard.ſuper Pſal. Qui habitat.Fœlix paupertas voluntarie relinquentiũ omnia, & ſequentium te Domine Ieſu. Fœlix plane quæ tam ſecuros, immo & tam glorioſos faciat in illo ſingulari fragore elemẽtorum,in illo tremendo examine meritorum,in illo tanto diſcrimine iudiciorum. Secundo ratione expectatæ mercedis. Vnde ſuper illud Iob.deridetur iuſti ſimplicitas,lampas contempta apud cogitationes diuitum,parata ad tempus ſtatutum, dicit Gregor.Statutum quippe contemptæ lampadis tempus eſt,extremi iudicij prædeſtinatus dies. Tunc reproborũ oculis pateſcet,quòd cœleſti poteſtate ſubnixi ſunt qui terrena omnia reliquerunt.Quiſquis enim diuini amoris ſtimulo excitatus hic poſſeſſa reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciarię poteſtatis obtinebit, vt ſimul tunc cum iudice iudex veniat, qui nunc conſideratione iudicij, ſeſe ſpontanea paupertate caſtigat. Liquet autem,quòd paupertas pro qua quis deridetur & contemnitur,ea potiſſimum eſt,quę annexam habet exteriorum penuriam & vilificationem. Vnde Bernar. Duo habet paupertas ſequentium dominum; afflictionem, ſcilicet,& vtilitatem,de quibus propheta. Vide (inquit)humilitatem meam & laborem meum,& propterea in terra ſua duplicia poſſidebunt, & pro pudore ſit honor iudiciariæ poteſtatis, pro labore refrigerium placidiſſimæ ſeſſionis.Hæc enim eſt quæ caſtigat, purgat,probat,humiliat,& exaltat. Hanc igitur rationem mercedis concomitatur lætitia mentis. Vnde ſuper illud Pſal.Ego ſum pauper dolens, ſalus tua Deus ſuſcepit me. Glo.Laudabo in me & in membris meis, nomen Dei cum cantico.i. cum delectatione, quia ſi omnia deſunt,nec tamen illi deeſt mentalis iucunditas,pro pter quod ſubditur.Videant pauperes & lætentur,quære rite Deum & viuet anima veſtra.Tertio quoq; ad hoc ipſum valet ratione ſuperinfuſæ conſolationis. Vnde Chryſoſto. ſuper Matth.Deſcendamus(inquit) ad paupertatis caminum,videamus qui ambulant in eo,& elatorum colla conculcant videamus miraculum, & paradoxum hominem in camino pſallentem, in igne gratias agentem, paupertati vltimæ alligatum, & multam ferentem Deo laudationem. Etenim pueris illis tribus ſimiles ſunt, qui paupertatem cum gratiarum actione ferunt, nam & ignem terribilius paupertas incendere conſueuit, ſed pueros illos nequaquam incendit. Ita & nunc ſi in paupertate gratias egeris,vincula diſſoluũtur,& flamma extinguitur,& ſi non extincta fuerit, qđ multo mirabilius eſt,pro flamma ros oritur.Quod etin philoſophantibus eſt videre,quoniam in paupertate diuitibus copioſius diſponuntur, & in medio camino rore puro potiuntur.Etenim maximus eſt ros,non detineri concupiſcentia diuitiarum. Et illi tunc contemnẽtes regem,facti ſunt rege clariores:& tu vtique ſi deſpexeris mundana negotia,omni mundo eris honorabilior, ſecundum ſanctos illos quibus dignus non erat mundus.Vt igitur dignus celis efficiaris,deride pręſentia,ita enim & hic clarior,& futuris potieris bonis.Hucuſque Chryſoſtomus euidenter oſtendens, quòd voluntaria paupertas,et rerum penuria eſt,quam maxime vtilis ad perfruitionem internæ iucunditatis. Valet quarto ad publicationem euangelicæ pręedicationis.Primum quia facit eam magis credibilem. Vnde Chryſoſtomus.vbi ſupra. Talis eſt luminis virtus, vt non ſolum luceat, ſed & illuc ducat illos qui ſequuntur.Cum enim viderint omnia præſentia nos contemnentes, & ad futura præparatos,ante omnem ſermonẽ operibus noſtris credent.Quis enim ita eſt amens,vt videns eum qui & ante laſciuiebat,& ditabatur,omnia exutum, & ad famẽ, & inopiam,& duram vitam,ſanguinem,occiſionem, & omnia quæ videntur pericuIoſa præparatum, non manifeſtam accipiat hinc futurorum demonſtrationem?Si autem nos pręſentibus implicauerimus,& immiſcuerimus,qualiter poterunt credere, quòd ad poſſeſſionem aliã feſtinemus?Huc vſque Chryſoſtomus.In his clare demonſtrat,

Paupertas vtilis eſt ad exercitium virtutis perfectę. Matt. 5.

In epiſtola ad paulinũ

Vtilis eſt ad fruitionem internam.

Iob.12.

Ser.25.

Pſal.68.

Hom.4.ſuper Matthæ.

Paupertas voluntaria valet ad Euãgelium prędicandum.

demonſtrat, quòd voluntariæ paupertatis exemplum in prædicante magis credibilem facit euangelicam prædicationem. Secundo etiam valet, quia magis reddit efficacem, iuxta quod Damaſcen. lib. 3. dicit. Euangelium agnitionis Dei prædicatum eſt, non bellis & armatis exercitibus, aduerſarios deuincens, ſed pauci, nudi, pauperes, perſecuti, verberati, mortificati, crucifixum in carne, & mortuum, & dominantem prædicantes, ſapientibus, & inſipientibus præualuerunt. Hæc Damaſcen. Horum imitatores illi fuerunt, de quibus in eccleſiaſtica hiſtoria. libr. 3. dicit. Euſebius. Quidam ardentiore diuinæ ſapientiæ cupiditate ſuccenſi, animas ſuas verbo Dei conſecrabant, explentes perfectionis ſalutare præceptum, vt facultates ſuas primo pauperibus diuidentes, expediti ad prædicandum Euangelium fierent. Tertio quia efficit eam magis acceptabilem. Vnde ſuper

Homi. 32. ſuper Matthæ.

illud Matth. dignus eſt operarius cibo ſuo, dicit Chryſoſt. manifeſtum quoniam a diſcipulis eos cibari oportebat, vt neque ipſi magna ſapiant, aduerſus eos, qui dicebantur omnia præbentes, & nihil accipientes ab ipſis, nec illi rurſus abſcindantur tanquam deſpecti ab ipſis. Cum igitur voluntaria rerum penuria, Euangelij prædicationem magis reddit credibilem, efficacem, acceptabilem, ac per hoc adiutores inducat ad fidem, erigat ad ſpem, alliciat ad charitatem, manifeſtum eſt, qđ maxime valet ad euangelicæ veritatis publicationem. Cuius etiam euidens iudicium eſt, quòd per Apoſtolos pauperes rebus, & ſpiritu, quanquam numero paucos, diffuſa eſt euangelica veritas in orbem vniuerſum, vt de ipſis vere dictum ſit. In omnem terram exiuit ſonus

Super Matth. Homil. 46.

eorum. Vnde Chryſoſt. ſuper Matth. Si autem homines 12. orbem terrarum conuerterunt, excogita quanta eſt noſtra malitia, cum tanti exiſtentes, eos qui regũtur, non poſſumus corrigere, quos decem milibus mundis oportebat ſufficere, & eſſe fermentum. Sed ſigna (ait) habebant. Sed non ſigna eos mirabiles fecerunt. Multi enim & dæmones proijcientes, (quia iniquitatem operati ſunt) facti mirabiles, ſed puniti. Sed quid inquam eſt, quod eos oſtendit magnos? Pecuniarum contemptus, gloriæ deſpectus, ab omnibus vitæ huius negocijs ereptio, quæ ſi non habuiſſent, & ſi decem millia mortuos ſuſcitaſſent, non ſolum nulli profeciſſent, ſed & ſeductores æſtimati eſſent. Hucuſq; Chryſoſtomus. Qui & his patenter oſtendit, quòd nihil tantum valuit ad dilatandum Chriſti Euangelium, quam perfectus contemptus rerum mundanarũ. Cum igitur volũtaria & penurioſa paupertas, (ſicut ex prædictis elucet) valores incomparabiles, quatuor habeat triplicatos, recte deſignantur non ſolum per vnam euangelicam margaritam, verumetiam per duodecim præfulgidas in portis nouæ Hieruſalem, deſcendentis de cælo, pro magno ſui valore miraque pulchritudine poſitas, quibus & nomina duodecim pauperũ ſpiritu Apoſtolorum, ſcilicet in fundamentis collocata reſpondet, ſeu per 12. lapides in typico rationali quadruplici ordinatione diſtinctos, quo Summus noſter Pontifex adornatus apparuit, quando vt nos reconciliaret Patri, nudus in cruce perpendit. Cui etiam rationali, & ſuperhumerale exemplum, ſcilicet 12. Apoſtolorum tãquam vita iacinctina, charitatis affectu copulatur. Eſt enim huiuſmodi paupertatis percioſitas, non tantum multiplex, ſed & magna, & incomparabilis omni prætioſita-

Homi. 46. ſuper Matthæ.

ti terrenæ, vt ait Chryſoſt. Quid autem ſi quis tibi proponeret facere fenum aurum, & poſſe omnes pecunias, vt fœnum contemnere? Non vtiq; hoc ſuſciperes magis, & valde decenter, etenim hoc homines vtiq; attraxiſſet. Si enim viderent fœnum aurum effici, concupiſcerent & ipſi hanc virtutem, vt ſic moueretur & augeretur vtiq; eis pecuniarum cupido. Si autem viderẽt omnes; vt fœnum aurum deſpicientes olim vtique ab hac ægritudine eruti eſſent. Idem quoque homi. vlt. Si quis tibi principatus, & ciuiles poteſtates, & diuitias, & laſciuiam proponeret, deinde paupertatem ponens, electionem daret accipere quodcunq; velles, hanc confeſtim raperes, ſi tamen cognoſceres eius pulchritudinem. Mihi autem paupertas puellæ cuiuſdam pulchræ & ſpecioſæ ſimilis eſſe videtur. Cũ hac Elias educatus eſt, beata illa raptura, cum hac Eliſeus claruit, cũ hac Ioannes, cum hac Apoſtoli omnes. Sed & ipſam puellæ huius pulchritudinem intueamur. Etenim oculus eius eſt purus & præclarus, nihil habens turbulentum ſed manſuetum, tranquillus, delectabilis, ad omnes reſpiciens, mitis, humilis, nullum odio habens, nullum auertens, os illi & lingua ſana eſt, continua gratiarum actione plena, & benedictione, & nutibus verbis amicabilibus. Si autem vis & proportionem membrorum eius videre, longa eſt & multum excelſior quam ſuperabundantia. Si autem fugiunt eam multi, ne mireris, etenim virtutes alias fugiunt inſipientes. Sed contumelijs afficitur (ait) pauper a diuitibus. Rurſus mihi inopiæ laudem dicis, quoniam beatus eſt qui conuitium patitur. Sed hoc ferre admonet inopia. Si eſurit pauper, & Paulus eſuriebat, & in fame erat. Sed non habet (inquis) requiem. Neq; filius hominis habebat vbi caput reclinaret. In his expreſſe declarat. Os aureum, quòd voluntaria rerum inopia, non ſolum eſt magnæ precioſitatis ſed etiam pulchritudinis miræ. Eſt etiam (& quod plus eſt) magni honoris, ſicut idem vir sãctus ait ſuper Ioannem. Anima inopis quidem volũtarij fulget velut aurum, ſplendet vt margarita fulgens, floreſcit autem vt roſa. Non enim eſt illic tinea, non fur, non ſo- Super Ioã. Hom. 47.
licitudo vitæ huius negociorum, ſed ſicut Angelus, ita conuerſatur. Vis huiuſmodi animæ pulchritudinem videre, vis ipſius diuitias addiſcere. Non ſubiacet demonibus, ſed aſſiſtit Deo, non militat cum hominibus, ſed cũ Angelis, non habet arcas duas, vel tres vel viginti, ſed talem abundantiam, vt hunc mũdum vniuerſum nihil eſſe æſtimat, non habet theſaurum, ſed cœlum, non indiget ſeruis, magis autem habet ſeruos paſſiones & cogitationes, quæ regnum dominantur, regnum autem, & aurum, & omnia talia quemadmodum puerorum ludibria deridet, & ſicut rotas ad pilam hęc omnia ęſtimat eſſe contemptibilia. Habet enim mũdum, quem neque videre qui in his ludunt, poſſunt. Quid igitur hoc paupere melius eſt vnquam? Pauimentum denique habet celum. Si autem pauimentum tale eſt, excogita tectum. Sed non habet (inquis) equos & currus. Quid autem ei his opus eſt, qui ſupra nubes vehi dẽt, & eſſe cum Chriſto. Hucuſq; Ioannes. Os aureum, ignitis fulgidis ponderoſis, & pretioſis eloquijs, volũtariæ paupertatis, quę penuriam rerum habet annexam, admirabilem celſitudinem, pulchritudinem, precioſitatemq; commendat. Quia tamen hæc non reuelantur mũdi ſapientibus, iux- Matt. 12.
ta illud Domini in Matth. Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & releuaſti ea paruulis: non proponuntur carnalibus, ſed ſpiritualibus, iuxta illud. Nolite Matth. 7.
ſanctũ dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos, non innoteſcunt amatoribus diuitiarum, ſed paupertatem amantibus, & expertis qui iam vicerunt mundum, iuxta illud Apocalipſi. Vincenti dabo manna ab- Apoc. 2.
ſconditum, & dabo ei calculum candidum, & in calculo nomen meum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accepit. Ideo paupertas huiuſmodi per theſaurum abſconditum deſignatur in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius, vadit & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Si quis igitur ſanctæ paupertatis vult noſſe valorẽ, aut ipſe in ſe experiri ſtudeat, aut expertorum ſententię acquieſcat, iuxta quod Bernard. in epiſt. quam ſcribit ad Thomam, qui amore ſciẽtię retardabat propoſitũ veniendi ad religionẽ, ait.

Quam ſalubrius diſceres, Chriſtum Ieſum & hunc cru-
cifixum, quam vtiq; ſcientiā haud facile niſi qui mūdo
crucifixus fuerit apprehendit? Falleris fili falleris, ſi te-
putas inuenire apud mundi magiſtros, quam ſoli Chri
ſti diſcipuli, id eſt, mundi contemptores, Dei munere aſ
ſequuntur. Nec enim hanc lectio docet, ſed vnctio,
non eruditio, ſed exercitatio in mandatis Domini. His
ſacris eloquijs Chryſoſt. conſonat ſuper Matth. ſic di-
cens. Veruntamen quæcunq; dixero, nihil repræſenta-
Super Matth. Hom. 38. — bit tale ſermo quale rerum experientia, ideo velle quen
dam illorum, qui in illum iam deuenerunt philoſo-
phiæ verticem nobis adeſſe, & tunc manifeſte videre-
mus huius rei delectationem, & qualiter nulli eorum,
qui diligunt paupertatē, acceptarent ditari decem mil-
libus præbendis, tanquam qui nō lamentabantur in ſo-
licitudinibus, ſed rident & ſaltant, & his qui diadema
ſibi circumponunt, magis in paupertate decorantur. Si
igitur hæc rerum experientia docet, & qui diuitias, &
honores ſęculi complectuntur, nec experti ſunt nec ex-
periri volunt, neceſſe habent qui eiuſmodi ſunt, ſuper
hac materia indicere ſibi ſilentium, ne tanquam cæci,
de coloribus ſyllogizare videantur. Talium etenim te-
meritatem Hierony. ad Demetriadem ſcribens redar-
guit. Quidam (inquit) cum loqui neſciant, tacere non
poſſunt, docentq; ſcripturas quas non intelligunt, & cū
alijs perſuaſerint, eruditorum ſibi aſſumunt ſuperciliū,
prius imperitorum magiſtri, quam doctorum diſcipu-
li. Bonum eſt enim obedire maioribus, & parere perfe-
Præceptor peſſimus, eſt præſumptio. — ctis, & poſt regulas ſcripturarum vitæ ſuæ tramitem ab
alijs diſcere, nec præceptore vti peſſimo, præſumptione
ſua. Hoc preceptore peſſimo, ſi is cui reſpondemus vſus
non eſſet, nequaquam in ſuggilationem paupertatis, cō
mendationem temporalium poſſeſſionum, improba te
meritate, dogmatizare preſumpſiſſet. Quanquam enim
interdum ex rerum inopia proueniāt mala, & ex affluē
tia bona: nunquam tamen mala ex paupertate dilecta ꝓ
ueniunt, ſed odita, nec bona ex amatis diuitijs, ſed con-
temptis, Salomone teſtante. Qui amat diuitias, fructum
Eccleſ. 5. — non capiet ex eis. Conſtat autem, ꝙ ſicut laus alicuius
rei excitat ad illius amorem, ſic & vituperium ad con-
temptum. Cum igitur contemnere diuitias, & amarę
pauperiem ſit extirpatio vitiorum, & inſertio virtutū,
& econtrario cōtemnere pauperiem, & amare diuitias,
ſit eradicatio virtutum & inſertio vitiorum: manifeſta
ratione concluditur, ꝙ quemadmodum commendatio
paupertatis ſpiritualium pauperum, & viuificatio diui-
tiarum & diuitum, doctrinæ competit Chriſti: ſic & hu
jus contrarium aſſerere, ad dogma profanum pertinet
Virtutum vmbra eſt gloria. — Antichriſti. Vnde Hieronymus de vita Paulæ. Non lau
dis eſt poſſidere diuitias, ſed eas pro Chriſto contemne
re: non inhiare ad honores, ſed eos parui pendere. Pro-
pter quod & Paula fugiendo gloriam, gloriam mereba
tur, quæ virtutes quaſi vmbra ſequitur, & appetitores
ſui deſerens, appetit contemptores. Sęculi homines ſu-
ſcipiunt eos, qui his pollent priuilegijs: nos laudamus
eos, qui pro Saluatore iſta deſpexerint, & mirum in mo
dum quos habentes paruipēdimus, ſi habere noluerint
prædicamus. Hucuſq; Hieronym. Quod ſi forte hoſtis
pauperum dicat, non ſe laudare honores & diuitias ſęcu
li, ſed eccleſiaſticos tantum: requiremut ab eo, ſi credat
in horum appetitu eſſe periculum, an indifferentiā quā
dam, an meritum? Si appetere eccleſiaſticas diuitias &
honores, periculum credit, & tamen dum laudat appe-
tibiles efficit, aut auditores ſuos decipit, aut inſanit. Si
vero hæc appetere indifferens æſtimat, nec iſtas laudan
do perſuadere conatur, ꝙ aliquis appetat, in vanum lo-
quitur, & fruſtra laborat. Si autem deſiderare opes, &
honores Eccleſiæ meritorium credit & ſanctum, cum
nullum vitium ſit abominabilius cupiditate, & ambitio
ne perſonarum eccleſiaſticarum, cum per hæc duo emi
vel vendi ſolet Spiritusſanctus, vt de domo Dei fiat ſpe-
lunca latronum, non minus impugnat fundamentum
Chriſtianæ religionis, quam euangelicæ paupertatis.
In hoc igitur finis ſit huius tertiæ reſponſionis, quan-
quam non ſit eius, cui reſpondemus, partialis interciſio
libri. Quia enim ex nunc ad ordinem ſpiritualem im-
pugnandum ſe præparat, nouam aggreditur pugnam,
nouæ reſponſionis cum adiutorio Chriſti aſſumemus
armaturam.

### *Reſponſionis quartæ, primę particulæ, in qua Religio carentium loculis, ab errore defenditur, & verum ius poſſeſſionis eccleſiaſticæ declaratur. Articulus primus.*

OMnium malorum radicalis origo cupiditas, cum
humanæ mentis arcem inuaſerit, tam dura tyrā
nide præmit, vt ad idolorum redigat ſeruitu-
tem, & in beſtialem transformet crudelitatem. Huius
teſtimonium euidens eſſe conſtat Iudæ proditoris ne-
quitiam, qui cum loculos haberet, de quib. cupiditatis
ſuæ voracitatem famelicam mitigare volebat, modicæ
tamen ſibi repromiſſæ pecuniæ, tanto eſt illectus amo-
re, vt ſitiret Saluatoris omnium ſanguinem, & Aucto-
rem vitæ venaretur ad mortem. Hac peſte laborans,
& hic pauperum calumniator, tanquam Iudæ diſcipu-
lus, primo eis pacis oſculum tribuit, ipſorum ſimulato-
rie commendando pauperiem, dehinc lætaliter percu-
tit, dum loculis carentium pauperum, profeſſionem co
natur arguere, non vt imperfectam, verumetiam vt er-
roneam, ſimulatoriam, & iniquam. Ex quibus non ſo-
lum prælatorum, ſed etiam clericorum, & religioſorum
poſſeſſiones habentium, nititur animos ad ipſorum ex
terminium concitare. Primo igitur quaſi oſculum præ-
bens, quæſtionem ſibi proponit. Sed dices. Condem-
nas ne eos, qui loculos non habent, nec laborant? Et
poſtea ſubdit. Non condemno, ſed laudo, nec tamen
habentibus præfero, quia non eſt diſcipulus ſuper ma-
giſtrum. Et paulo poſt. Et ſi enim homo ſolus abſque
loculis poſſit viuere, tamen de congregatione cui tanta
competunt, credibile non eſt. Dehinc ſubdit. Reſpu-
blica ſunt loculi Chriſti. Si ergo Chriſti membrum es,
cum Chriſto loculos habes. Hæc enim ſunt verba il-
lius, in quibus (more Iudę) primo deoſculatur, cum lo-
culis carentes laudare ſe aſſerit, ſed ſtatim vulnus infli-
git, cum immediate ſubnectit, quod hoc Chriſtus exē-
plo non docuit, ac per hæc demonſtrat, quòd loculis ca
rere nō ſit perfectum, quia non eſt diſcipulus ſuper ma-
giſtrum. Certum eſt autem, quòd nullus vir prudens
abrenunciat loculis, niſi vt Chriſto configuretur perfe
ctius, omnis ergo talis ſecundum hoc dogma profa-
num, eſt errore deceptus. Amplius, ſi non eſt credibile,
quòd congregatio aliqua ſine loculis, viuat vt dicit, aut
aſſerit hoc incredibile, quia difficile, aut quia impoſſi-
bile. Si quia difficile, tunc pari ratione non eſt credi-
bile, quòd aliqua congregatio ſancte viuat & caſte. Si
quia impoſſibile, ſed congregatio impoſſibile profitēs,
& ſe ad impoſſibile ligans, eſt ſuperſtitioſa, & vana, &
fatua, ac per hoc reprobanda quia erronea. Igitur locu-
los non habentes, ſecundum huiuſmodi dogmatis aſſer
tionem non ſunt digni laude, ſed reprobatione. Inſup,
ſi quicunque membrum Chriſti eſt, cum Chriſto locu
los habet, vt aſſerit, a deſtructione conſequentis, qui lo-
culos non habet non eſt membrum Chriſti. Ex quo et
ſequitur, quòd omnes pauperes nihil hntes, & prorſus
omnia relinquentes, alieni ſunt ab vnitate corporis my
ſtici, tāquam ſi is qui habere pecuniam noluerit, gratiā
Chriſti habere non poſſit, ac per hoc beatior fuerit Iu-
das qui loculos habuit, quā Petrus qui dixit, argentū &
aurum non eſt mihi. Dū etiam ſecundum hanc profanā

ſenten-

ſentētiā, ipſe Dominus Ieſus nō niſi in loculis inueniat
locum,qui tamen per Iſaiam Prophetam locum ſuæ re
quietionis,aſſerit ſuper pauperculum & contritum. Ec
ce qualis pauperum collaudator qui etiam vt ſui pecto
ris virus abundantius euomat,eoſdem nititur de hære
ſi duplici in conſequentibus notabiles reddere, cū ſub-
iungit allegans auctoritatem Auguſtini, de hereſibus.
& etiam contra Fauſtum,quòd quædam eſt hereſis,nu
dis pedibus ambulantium, non quia propter corporis
afflictionem ſic ambulant, ſed quia diuina teſtimonia
taliter intelligunt,ſic & Manichæi iudicantur hæretici,
non quia pecunias, aut loculos non habeant, ſed quia
teſtimonia diuina etiam ad hoc referre nituntur. Hæc
verba illius,in quibus foueam erroris aperit,quam non
claudit. Nam ex his manifeſte relinquit, quia ſi qui nu
dis pedibus incedunt & loculis carent, & ad hoc diui-
na teſtimonia referunt,in duplicem hæreſim incidunt,
ſcilicet nudis pedibus ambulantium,& Manicheorum.
Conſtat autem, quòd huiuſmodi pauperes ideo nudis
pedibus incedunt,& loculis carent, vt illud Euangelij
verbum ad literam impleant,quod Dominus dixit Di
ſcipulis,vt non ferrent æs in zonis, nec calceamenta in
Matth. 10. pedibus. Ideo ſecundum aſſertionem huiuſmodi dog-
matis,impij in duplicem hæreſim ſunt lapſi. Quod ſi ve
rum eſt,per omnem modum Apoſtolica errauit Eccle
ſia,quæ ſtatum talium approbauit, & auctores huiuſ-
modi hæreſum cathalogo ſanctorum aſcripſit. Errauerunt nihilominus Ambroſius, Auguſtinus, Hierony-
mus,Chryſoſtomus,Beda, Rabanus,& Bernardus,qui
omnes affirmant, quòd documentum CHRISTI
ad Apoſtolos de non ferenda pecunia, ſit intelligendū
ad literam,ſicut manifeſtum eſt ex præallegatis auctori
tatibus ipſorum, in præcedentis reſponſionis particula
prima. Quod quia prophanum eſt ſentire de ſanctis,ne
ceſſe habet hic impoſitor errorum, ad piam redire intel
ligentiam veritatis,ſi iuſta non vult feriri ſententia dā-
nationis. Attēdat igitur inſenſatus & perfidus,quòd di-
uina teſtimonia dupliciter his aptari poſſunt, per mo-
dum videlicet conſilij,vel præcepti. Si quis igitur ad nu
ditatem pedum & carentiam loculorum ſic diuina coa
ptat eloquia, vt ea per ſcripturam aſtruat eſſe precepta,
& neceſſaria ad ſalutem, tanquam nullus ſaluari poſſit
niſi pedibus nudis incedat & loculis careat, dupliciter
errat. Si quis verò ad hoc aptare nititur diuina teſtimo
nia,tanquam ſint conſulta, & ſupererogatoria, & ad ſa
lutem expedientia,non eſt cenſendus hæreticus, ſed ve
rus CHRISTI diſcipulus. non Manichæus ſed ve
rus Chriſtianus. Et quòd hic fuerit intellectus pij do-
ctoris Auguſtini,manifeſte colligitur ex verbis ipſius,
quinto capitulo contra Fauſtum. Nam præmittens ver
ba Fauſti,in quibus ſe gloriatur Euangelium accipere,
quia argentum & aurum deiecit, & æs in zonis habere
deſtitit,& cætera his ſimilia,poſtmodum reſpōdet hoc
ordine,primò ipſum oſtendens hypocritam & menda
cem,& tandem hæreticum in hoc, videlicet quod Ec-
cleſia diſtinguit in modo accipiendi Euangelium,quan
tum ad perfectos & imperfectos,ſed Manichæi nequa
quam. Ait enim ſic. Quam multi in noſtra communio
ne,veraciter faciunt ſublimia illa præcepta, de quorum
ſpecie fallitis imperitos. Et aſſignatis paulo poſt in Ec-
cleſia differentiis,ſubdit. Neque enim illi ſoli,qui vt ſint
perfecti vendunt & dimittunt omnia ſua,& ſequuntur
dominum,pertinent ad regnum cœlorum, ſed huic mi
litiæ Chriſtianæ propter quoddam commertium cha-
ritatis,ſubiungitur etiam quædam ſtipendaria multitu
do,cui dicetur in fine. Eſuriui & dediſtis mihi mandu-
Matth. 25. care,ſitiui & dediſtis mihi bibere. Alioquin damnandi
erunt illi,quorum domos tam diligenti cura componit
Col. 3. Apoſtolus,monens mulieres ſubditas eſſe viris ſuis,vi-
ros diligere vxores,filios obtemperare parentibus. Sed
abſit vt iſtos a mandatis euangelicis alienos,& à vita æ-
terna ſe parandos iudicet,quia vbi dominus ait. Si quis
non tulerit crucem ſuam & ſecutus me non fuerit,non
poteſt meus eſſe diſcipulus,exhortans firmiores ad per
fectionem ibi ſtatim, & iſtos conſolatus eſt dicens.
Qui recipit iuſtum in nomine iuſti,mercedem iuſti ac- Matth. 10.
cipiet. Quid autem fallitis auditores veſtros, qui cum
ſuis vxoribus & filijs & familijs,domibus,& agris, vo-
bis ſeruiunt, ſi quiſquis omnia iſta non dimiſerit, non
accipiat Euangelium. Sed quia eis non reſurrectionem,
ſed reuolutionem ad iſtam mortalitatem promittitis,
vt vita electorum veſtrorum viuant, tam vana, ine-
pta & ſacrilega,qua & vos viuitis quādo valde laudami
ni,meritò eos a mandatis euangelicis alienatis. Hæc Au
guſt. In quibus aperte demonſtrat,quod aliqua Euan-
gelij documenta perfectis conueniunt,ſine quorum ob
ſeruantia imperfecti ſaluari poſſunt, & quòd ſententia
Manichæorum fuit ad hoc omnes indifferenter aſtrin- Teſtimo-
gi. Non ergo dicit Fauſtum erraſſe, quia diceret hæc niū de non
intelligenda ad literam,ſed quia diſcernere noluit inter portandis
conſilia & præcepta. Per hunc etiam modum quòd te- calceamen
ſtimonium illud, de non portandis calceamentis ſit ad tis ad lite-
literam intelligendum,multiplici patet atteſtatione ſan- ram intelli
ctorum. Nam ſacer Ambroſius in lib. de fuga ſæculi gendum.
ſic ait. Ieſus diſcipulos ſine calceamentis & pecunia
miſit,ne ſecum terrena portarent. Hieronym. etiam ad
Euſtochium ſcribens ait. Moyſes & Ieſus naue nudis
in terra pedibus iubentur incedere, & diſcipuli ſine cal
ceamentorum onere & vinculis pellium,nudi ad prædi
candum deſtinantur. & milites veſtimentis Ieſu ſorte di
uiſis,caligas non habebant, quas tollerent. Nec enim
habere poterat dominus, quod prohibuerat in ſeruis.
In his oſtendit Hieronym. quod non ſolum diſcipuli,
ſed etiam ipſe Chriſtus nudis pedibus inceſſit. Et quòd
ad literam debet intelligi. Idem quoque ad Gerun-
tiam de Monogamia. Diſcipuli toto orbe peregrini,nō
æs in zona,non virgam in manu, non caligas habuere
in pedibus. Ioannes Chryſoſtomus ſuper Mattheum. Homil. vl-
Apoſtoli vna tunica induti,& diſcalceati circumierunt ti. ſup Mat
& omnes ſuperauerunt. Idem quoque Dixit Ieſus di- th. & ho-
ſcipulis. Nunquid aliquid defuit vobis, quando miſi mil. 22.
vos nudos & diſcalciatos? Euſebius etiam Eccleſiaſticę
hiſtoriæ lib. 6. in laudem Origenis pro eo tempore quo
catholicus erat,ſic ait, Ante omnia verò præcepta euan
gelica, & voces Saluatoris,ſummo amore & ſtudio im
plendas eſſe dicebat,quibus precipitur,duas tunicas nō
habendum,neque calceamentis vtendum, neq; de cra-
ſtino cogitandum. Et paulo poſt. Denique per multos
annos traditur,abſque omni calceamento nudis pedi-
bus inceſſiſſe. Ex quibus & antedictis luce clarius con
ſtat,quod Chriſtus nudis pedibus inceſſit,& Apoſtoli
ad mandatum ipſius. Quod ſi quem forte mouet ver-
bum Baptiſtę dicentis, cuius non ſum dignus ſoluere Luc. 3.
corrigiam calciamenti, conſideret textum & gloſam.
Nam Ioannes ibi verbis myſticis & parabolicis vtitur,
cū Chriſtum dicit habere in manu ventilabrum & ſecu
rim,propterea ſicut per hęc intelligi debet diſtrictio fu
turi examinis,ſic per calceamenti corrigiam myſteriū
incarnationis. Vnde gloſ. Calceamentum incarnationis
myſterium,corrigia myſterij ligatura. Non ergo valet
Ioannes corrigiam calciamenti ſoluere, quia myſteriū
incarnationis non ſufficit explicare. Et alia gloſa. Non
ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere, id eſt no-
men ſponſi mihi non vſurpo. Eſt autem præfatum ver-
bum, tanquam myſticum ſpiritualiter intelligendum.
Si quis verò contendat, intelligendum hoc eſſe ad li-
teram,ſecundum vſitatum modum loquendi,attendat,
quòd conditionalis eſt huiuſmodi ſermo, quo quis
eum

eum, quem vult excellentem oſtendere, dicit quòd non ſit dignus eum diſcalciare, etiam ſi calceamentis non vtatur, quia hoc intelligitur ſi vteretur. Verum ſi quis vrgeat, quòd Angelus dixit ad Petrũ, calciate caligas tuas, ac per hoc, quòd Petrus non fuerit diſcalciatus, nec Apoſtoli alij: audiat Bedam ſuper hunc locum in originali dicentem. Pro caligulis vel caligis, vt quidam habent, Græcus habet ſandalia, hoc enim genus calceamentorum in Euangelio legitur Apoſtolis fuiſſe permiſſum. Hæc Beda. Cui etiam conſonat & Papias grammaticus dicens. Caligæ vel caligulæ, id eſt, ſandalia, dicta ſunt à callo pedum, vel quaſi a colligando, quia ad pedes ligatur.

Act. 12.

Porro ſi quis ſenſu carnis inflatus, aſſerat non eſſe conueniens, Dominum ad literam indixiſſe Apoſtolis nuditatem pedum, tanquam vile aliquid, & Apoſtolicę dignitati diſſonum, & à tramite diſcretionis alienum, intelligat ꝙ multiplex eſt ratio huius informationis. Prima eſt ad indicium paupertatis extremæ. Vnde in Luca 22. Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? Quod pertractans Chryſoſt. ait. Fortaſſe dicet aliquis, quoniam alia Chriſti præcepta rationem quidem habebant, non habere autem peram in via, neque calceamenta, neque duas tunicas, qua de cauſa iuſſit? Et reſpondet. In omnem indigentiam exercitare eos volens, qui & ſuperius, nec de ſuperuenienti die ſolicitos eſſe conceſſit.

Multiplex rō diſcalceationis pedum.

Homi. 22 ſuper Matthæum.

Secundo verò hoc perſuaſit in incitamentum humilitatis pœnitentię, ſecundum illud. Porro Dauid aſcendebat cliuum oliuarum, ſcandens & flens, & operto capite, & nudis pedibus incedens. In quo Rex ille nobilis totiùs pęnitentię, & humilitatis exemplar, vere penitentibus præbebat exemplum. Cui etiam conſuetudo eccleſiaſtica cõſonat, quæ ad iram Dei placandam in proceſſionibus pedes nudat.

2. Reg. 15.

Tertiò ad teſtimonium obedientiæ. Vnde ſuper illud Iſaiæ. Sicut ambulauit ſeruus meus Iſaias nudus & diſcalceatus. Gloſa. Ecce obedientia, Iſte de Regio ſemine fuit, & tamen per ciuitatem Hieruſalem nudus pedes inceſſit.

Iſa. 20.

Quartò ad exercitium vitæ auſteræ. Vnde ſuper illud Matth. neq; calceamenta in pedibus. Gloſa. Et Plato dicit duas corporis ſummitates non eſſe velandas, nec aſſuetum fieri debere molliciem capitis & pedum. Cum enim hæc habuerint firmitatem, cætera robuſtiora ſunt.

Matth. 10.

Quinto in ſignum elongationis ab omni carnalitate. Vnde ſuper illud Exodi. Solue calciamentum de pedibus tuis, &c. Gloſa. Quia nullus Deo aſſiſtere, vel Deum videre poteſt, niſi cuncta deſideria carnalia deponat.

Exod. 3.

Sextò ad perfectæ virtutis inſigne. Vnde Gregorius Nazianzenus in laude religioſorum quorundam ſui temporis, poſt ipſorum diſperſionem lugens & flens, deſiderabam, inquit, & intentis ac pendentibus oculis requirebam ſanctum illum canentem chorum, laudem & gloriam offerentium Deo, qui in lege Domini meditantur die ac nocte, qui ad exemplum & commotionem melioris vitæ omnibus viuunt, legis Dei atque Euangelij Chriſti taciti prædicatores. In quibus ipſe quoq; habitus præfert virtutis inſignia hirſutum caput, incultis & horrentibus comis, pedes nudi, & Apoſtolis ſimiles. Indumenti vilitas, arrogantiam ſæculi ſuperbiamque condemnans, zona ipſa ſuo neglectu precioſior, parum quid cohibens neceſſitati. Ne igitur nuditas pedum quæ de ſe afflictiua & deſpicabilis eſt, tanquam inutilis & erronea deteſtabilis habita tollatur de medio. Idcirco in medium has patrum auctoritates adduximus, non quia calceamenta reprobanda cenſeamus, nec quia calciatos de imperfectione notemus, cum & calceatorum & diſcalceatorum habitus, & loculos habentium & non habentium, profeſſiones conſiderationibus & cauſis diuerſis Domino placent, & multiformi quadam varietate ſponſam Chriſti circundatam, decoram, perfectam, & admirabilem reddant.

*Articulus.* 2.

FRuſtra igitur ad contumeliam nil habentium pauperum, quos ſupra de hęreſi ac ſimulatione notauerat, ſanctam matrem Eccleſiam varijs & falſis quibuſdam laudibus (quaſi mendacio ſuo indigeat) à vitio ſimulationis excuſat, cum ſubſequenter annectit. Sancta vero mater Eccleſia ſupra montem poſita, hæc ſe non habere non ſimulat, non quia harum rerum dominium habeatur, ſed pro capite ſuo legatione fungẽs, eas fideliſſimè diſpenſat. Hæc verba ipſius, in quibus duo contraria ſimul implicat, cum dicit, quòd Eccleſia hæc ſe non habere nõ ſimulat, & poſtea ſubdit, quod nequaquam harum dominium habeat. Si enim oſtendat Eccleſia ſe habere & ſine ſimulatione, veraciter igitur habet, quia poſſidet iure, ac per hoc rerum dominium ſibi veraciter vendicatur. Qualiter igitur dicit, non quia rerum dominium habeat, ſed quia diſpenſat. Non enim dicimur veraciter habere, quæ diſpenſamus tanquam aliena, ſed quæ poſſidemus tanquam noſtro iure mancipata. Porro ſi Eccleſia oſtendit res temporales habere, & tamen non habet, contraria Manichæis ſimulatione laborat, dum illi ſimulant ſe nõ habere quod habent, hæc autem ſimulat habere in ſpecie, quæ tamen non habet in veritate. Si autem Eccleſia non ſe habere aſſerit, nec ſecundum veritatem, vt dicit, aliquid habet, non habere temporalia bona, ac per hoc nec etiam loculos ſanctę matri Eccleſię veraciter competit. Vt quid igitur non habentes loculos, & ſe non habere profitentes, & ſimulatores & hæreticos criminatur & damnat? Si verò vt diximus, & vere habet & veraciter habere ſe aſſerit, falso igitur bonorum Eccleſiæ dominium ab Eccleſia tollit, & ſibimet etiam contradicit. Amplius ſi rerum dominium non competit ſanctæ Eccleſiæ vt dicit, quicunque rei alicuius dominium habent, excluſi ſunt ab eccleſiaſtica vnitate, quod abſque dubio ſpectat ad impietatem Manichæorum, ſicut euidenter patet per allegatam ſuperius auctoritatem Auguſtini. 5. c. contra Fauſtum. Dum igitur Chriſti pauperibus Manichæorum impietatem impingit, in eam quam facit foueam incidit, & in lacum demergitur quem effodit. Quod ſi dicat ſe non intelligere de vniuerſali Eccleſia, ſed particulari, vtpote eccleſia clericorum, adhuc falſe, & impie ſentit, dum omnes clericos habentes proprium, ab Eccleſię vnitate ſecludit. Nequaquam igitur aſſeri poteſt, Eccleſiam temporalia huiuſmodi vniuerſaliter non habere, nec eius contrarium, ſcilicet vniuerſaliter habere, cum quidam ſalua veritate Euangelij, & ſtatu ſalutis, veraciter habeant ſicut propria, quia ſunt communia, quidam etiam vtriſque careant, ſecundum quandam perfectionis Euangelicæ formam ſuperius iam expreſſam. Verum quidem eſt, quod decimæ, & oblationes Domino debentur, & iure diuino deputantur Eccleſiæ, verum etiam nihilominus eſt, quod poſſeſſiones immobiles, vt agri, villæ, caſtra, ciuitates, Comitatus, non tantum iure diuino, ſed etiam humano in poſſeſſionem tranſeunt Eccleſiarum.

Eccleſia põt habere dominia & poſſeſſiones.

Quod quanquam prudentibus omnibus vtriſque peritis luce clarius conſiſtat, tamen ad imperiti, & procacis hominis repellendam proteruiam, ſacris canonibus oſtendendum eſt. Nam ſi quis de clericis documenta, quibus poſſeſſio Eccleſiæ firma tenetur, aut ſupprimere, aut negare, auertere, aut fortaſſe tradere damnabili & punienda obſtinatione præſumpſerit, quicquid pro abſentia documentorum damni Eccleſiæ illatum eſt, de proprijs facultatibus reddat. Item ait

Cõciliũ Aurelianẽſe 3. c. 23. 12. q. 2. ſi quis de clericis.

Gregorius

Ibidem c. ſicut Eccleſia. Agathēſe Concilii. c.49. Ibidem c. ſi quis qua libet. §. itē ſi ſeruitus.

Gregoriur dicens. Sicut Eccleſia proprias res amitte re non debet, ita eam rapacitatis ardore, alienas inuadere non oportet. Amplius ex concilio Agatenſi. Si ſeruos Eccleſiæ libertate Epiſcopus donauerit, ea quæ in manumiſſione data illis. ſuerant, perpetua firmitate tenebunt. Hæc canon. Habet igitur Eccleſia ſeruos. Sed vbi vera ſeruitus, ibi verum dominium. Si igitur Eccleſia habere poteſt ſeruos originarios, & aſcriptitios, veram concluditur habere proprietatem, veramq; poſſeſſionem. Inſuper quòd diſtinctis Eccleſijs diſtincta dominia competant, apertè probatur per iura. Nam 16. quæſtio 2 Nicolaus Papa. Si quis Epiſcoporum in alienæ ciuitatis territorio, pro quacunque ſuorum infirmitate Eccleſiam ædificare diſponit, non præſumat dedicationem facere, quæ illius eſt in cuius territorio Eccleſia ſurget. Item eadem cauſa q. 3. Gelaſ. Iſtud annecti placuit, vt ſi (quod abſit) facultates Eccleſiæ necnon Diœceſes ab aliquibus poſſideantur Epiſcopis, iure ſibi vendicent, quod lex decimalis concluſit, quia & filiorum noſtrorum principum ita mandauit auctoritas. Amplius q. eadem inter memoratos, vbi dirimitur quæſtio limitum ait Innocentius. Si limes legitimus eandem Baſilicam non conlcudit, & tamen longi temporis probatur obiecta præſcriptio, appellatio præſentis Epiſcopi non valebit, quoniam illius tricenalis obiectio ponit ſilentium. Hæc etiam ſæcularium edicta principum præcipiunt, & Præſulum Romanorum decreuit auctoritas. Hæc canon. In quibus non ſolum aſtruitur, quòd Eccleſiæ verum dominium habeant atq; diſtinctum, quia mutuò inter ſe præſcribūt, verumetiam quòd id habeant ſecundum ius diuinum pariter & humanum, pro eo quòd præſcriptio, ſicut ex præallegato canone patet, ab edicto principum trahit originem, approbato nihilominus per ſummi Pontificis auctoritatem. Hoc autem probatur patentius vndecima quæſtio. prima ex verbis Ambroſij contra Auxetium. Si tributū Imperator petat, non negamus agri Eccleſiæ ſoluant tributum. Sed qui ad tributum Cæſaris tenetur ratione prædiorum, prædia illa non tam diuino iure poſſidet, quàm humano, ſaluatore teſte qui ait. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Amplius diſtinctione octaua, ex verbis Auguſt. ſuper Ioannem. Quo iure defendis villas Eccleſiæ; diuino aut humano? Diuinū ius in diuinis ſcripturis habetur, humanum in legibus regum. Vnde quiſquis poſſidet quod poſſidet, nonne iure humano? Nam iure diuino, Domini eſt terra & plenitudo eius.

Hom. 6. ſuper Ioan.

Hæc Auguſt. Idem quoq; ſuper Ioannem. Noli dicere quid mihi & regi? Quid ergo tibi & poſſeſſioni? per iura enim regum poſſidentur poſſeſſiones. Dixiſti, Quid mihi & regi? Noli dicere poſſeſſiones tuas, quia ipſa iura humana renunciaſti, quibus poſſidentur poſſeſſiones. Quid his clarius dici poteſt, ad oſtēdendum, quod Eccleſia temporalia bona veraciter poſſidet, iure diuino pariter & humano? Verum quia ſacri canones aſſerunt, quod ea quæ offeruntur Eccleſijs, Domino conſecrantur, & quòd earum dominium non habent, igitur miniſtri earum ea proprietate damnabili vendicant, & quòd bona huiuſmodi magis ſunt cœleſtia quam humana, magis communia quàm priuata, ideo vt omnis contradictionis & dubietatis caligo tollatur de medio, intelligēdum eſt, quòd quadruplex eſt temporalium rerum communitas, ex quadruplici iure manans. Prima nanque communitas, quæ manat ex iure neceſſitatis naturæ, qua fit vt omnis res ad naturę ſuſtentationem idonea, quantumcunque ſit alicui perſonæ appropriata illius fiat qui ea indiget neceſſitate extrema. Et huic communitati renuntiare non eſt poſſibile: pro eo quòd manat ex iure naturaliter inſerto homini, quia Dei eſt imago & creatura digniſſima, propter quem ſunt omnia mundana creata. Secunda communitas eſt, quæ manat ex iure charitatis fraternæ, qua fit vt omnia ſint iuſtorum, & communione quadam charitatis quæ ſunt propria ſingulorum, fiant vniuerſorum communia, ſecundum illud Apoſtoli. Omnia veſtra ſunt. De qua Aug. vbi ſupra loquens contra hæreticos Donatiſtas. Veniant (inquit) ad catholicam fidē, & nobiſcum habeant non ſolum terram, ſed eum qui fecit cœlum & terram. Et huic communitati renuntiare, eſt omnino illicitum, quia manat ex iure diuinitus infuſo, per quod eſt vnitas in columba, ideſt in vniuerſali Eccleſia, à qua vnitate & communione nullus poteſt diſcedere ſeruata diuina lege, quæ tota completur charitate. Tertia eſt communitas, quæ manat ex iure ciuilitatis mundanæ, qua fit vt vnius imperij regni, vel ciuitatis vna fiat reſpublica, vel vnius ſocietatis, mercatorum vel pugnatorum commune fiat lucrū vel damnum, vel vnius indiuiſæ familiæ vna ſit communis hæreditas. Et huic communitati renuntiare eſt de perfectionis Euangelicæ neceſſitate, quia talis communitas perſonalem includit proprietatem, quæ manat ex iure humanitus inſtituto, cui etiā annexa ſunt quæ occaſionaliter inducunt difficultatem ad bonum & pronitatem ad malum, ac per hoc perfectioni Euangelicæ aduerſantur. Et ideo animæ ſanctæ huiuſmodi ſuadetur dimiſſio, vt in Pſal. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Quarta communitas eſt, quę manat ex iure dotationis Eccleſię, qua fit vt omnia bona quę conferuntur Eccleſijs, Domino dedicentur, ad communem ſuſtentationem miniſtrorum ſuorum, & pauperum. Et hæc communitas eſt in omnibus Eccleſijs collegiatis, habentibus poſſeſſiones. Et huic communitati renunciare, non eſt perfectioni neceſſarium, quia teneri poteſt ſalua perfectione, ſicut apparet in Prælatis, & in religioſis perfectis, & ſanctis: quia talis communitas manat ex iure diuinitus ordinato, vt de altari viuat qui altari ſeruit, & illis ſint omnia communia. quibus cor vnum & anima vna, vnus pater ſpiritualis & vna norma viuendi. Huic tamen communitati renunciare non eſt perfectioni contrarium, quin potius facit ad Euangelicæ perfectionis cumulum, pro eo ſcilicet quòd talis communitas quanquam manat ex iure diuino, manat etiam ex humano, vt quia non ſolum eſt ſpiritualis, verumetiam temporalis, & quia licet in ea non concludatur perſonalis proprietas, includitur tamen proprietas collegialis, cuius etiam quælibet perſona de collegio particeps eſſe dignoſcitur: non ſolū quā tum ad vſum, verumetiam quantum ad dominium, dū vnuſquiſque ipſo iure actionem habet ad res Eccleſiæ ſuæ recuperandas, & exceptionem ad defendendas, quòd verè declarat dominij rerum ipſarum agentem, vel excipientem aliqualiter eſſe participem. Quoniam igitur valde difficile eſt, omnibus abdicatis in ſola paupertate gaudere: difficile nihilominus, omni proprietate excluſa, ſola Eccleſiaſtica eſſe contentum, ideo vtrunque perfectum, non ſecundum humanam traditionem, vt aduerſarius pauperum aſſerit, ſed ſecundum ius diuinitus inſtitutum: maxime in hoc comitetur caſtitatis votum cum propriæ voluntatis abnegatione. Si quis verò pro ſola abdicatione mundalium facultatum, cum retentione quantalibet Eccleſiaſticorum redituum clericos aſſerat eſſe perfectos, eos verò ſolos imperfectos & claudos, qui quantumcunque exiliter de patrimonio viuunt, ſicut hic calumniator pauperū dogmatizat, Eccleſiaſticę perfectioni non modicum derogat. Quis enim quantumcunque parum intelligens non aduertat, hoc eſſe inſanum dicere, quòd aliquis clericus

1. Cor. 3.

Pſal. 44.

ricus de patrimonio victitans, vix habens victum & ve-
ſtitum, ſit imperfectus & claudus? qui autem quantoſ-
cunq; reditus habet Eccleſiæ, ſi paternis bonis renun-
ciet, ſit rectus atq; perfectus. Quis ita claudus mentali-
bus pedibus, qui non libenter ſtatum hunc mutaret in
illum? Nunquid talis eſt Euãgelicæ veritatis perfectio,
quam velut ſublimen & arduam Chriſtus commendat
& prædicat, ad qualem quis infirmus, imperfectus, clau
dus, cupidus, ſuperbus, carnalis aſpirat? Mirum certe ſi
via hæc noua, per quam aut nullus, aut rarus perfectus
ſiue imperfectus inceſſit, antiquis præferenda eſt ſemi-
tis, vt clericus ſumptus ad Eccleſiaſticos reditus, omni
ſe denudet proprietate. Quis enim ſecularium clerico-
rum noſtris temporibus hoc perfecit? quis propoſuit,
quis etiam ſomniauit vt in ſuſceptione Eccleſiaſtici Be
neficij, paterna bona cum his quæ habere poſſet, diſtra
heret & erogaret pauperibus? & ipſe deinceps voueret
nihil habere proprium, ſoloque foret victu atque ve-
ſtitu contentus. Huiuſmodi propterea ſtatum, qui vix
aut nunquam in aliquo reperitur extollere nihil aliud
eſt, quam coruinam albedinem prædicare, nil certe a-
liud quam proprij capitis ſententiam veritati iam notæ
præponere, vt ſic filij hominum graui corde diligen-
tes vanitatem, & quærentes mendacium a Chriſti ve-
ſtigijs auertantur, ſuaque ſequantur phantaſmata, er-
rantes in inuio, & non in via. Nec tamen negamus,
eos qui bonis Eccleſiaſticis contenti ſola neceſſaria re-
tinent, & reliqua omnia pauperibus conferunt, ad
quandam perfectionem pertingere: perfectioni tamen
religioſorum pauperum nullatenus coequandam, ſicut
ſupra monſtratum eſt tertia parte reſponſionis primæ.
Huic ergo ſuiſque complicibus à ſaluatore veraciter
Luc. 11. dicitur. Vęh vobis hypocritæ, qui clauditis regnum
cœlorum ante homines, vos enim non intratis, neque
introeuntes ſinitis intrare. Si enim per hanc venena-
tam doctrinam nonnulli credentes in ſæculo ſe eſſe per
fectos, retrahantur à religionis ingreſſu, nulli dubium
eſt, quin ſanguinē animarum illarum, quę propter hoc
in ſuorum peccatorum fęcibus remanſerint, iuſtus iu-
dex de ipſorum manibus in examine diſtricto requi-
rat, niſi per ſuam clementiam, vt oramus, eoſdem veri-
tatis ſuæ luce perfuſos dignatus fuerit ab erroris deuio
reuocare.

*Quartæ reſponſionis ſecunda particula, in qua profeſſio fratrum minorum veraciter carere oſtenditur, & appropriatione rerum immobilium ſiue mobilium, & proprietate pecuniarum, tam in proprio quàm in communi. Art. 1.*

ARrogantium hominum tumidæ mentes qui
mundi huius vanitate paſcuntur, gloriam ſibi
videntur conquiſiuiſſe non modicam, ſi veram
ſimplicium ſanctitatem viſi fuerint ſimulationem do-
loſam arguere, eorumq; prudentiam ſpiritus, vt inſaniã
reprobare. Quod vt efficacius perficere queant, bona
frequenter in mala conuertunt, & in electis maculam
ponunt. Verum eſt quidem, ꝙ propter humanę infirmi
tatis corruptelam, vix reperiri poteſt aliqua perſona,
vel ſtatus, ab omni macula reprehēſionis immunis, ſed
& nos veraciter inficiari non poſſumus, quin inter per
fectionis Euangelicæ profeſſores peruerſi ſint aliqui,
& imperfecti quam plurimi. Si igitur is cui reſponde-
mus, inſolentium vitia reprehenderet, præconia lau-
dum reportare deberet, ſi etiam generaliter in perſonas
maledicta congereret, deceret Euangelicos viros ori
ſuo ſilentium imponere, præſertim ſi, diuino motu id
ageret, & per patientiam diſſimulando conuitia pro ma
ledicente rogaret. Nunc autem quia in totam CHRI-
STI pauperum religionem, venenatorum eloquiorũ
tela conuertit, eorumque profeſſioni erroris & ſimula-
tionis crimen impingit, neceſſe habemus, procacitati ip
ſius reſiſtere, non quia velimus maledictiones pro ma-
ledictionibus reddere, ſed quia ſacram religionem inte
dimus ab obiectis criminibus excuſare. Aſſumens ergo
perſonam Eccleſiæ aduerſus pauperes præfatos inueni
tur, velut contrà hoſtes ipſius. Num (inquit) deridēt me
iuniores tempore, quorum non dignabar patres pone-
re cum canibus gregis mei, aperte inſinuans per hoc re
ligioſos contrà quos loquitur obiurgandos vt Eccleſie
inimicos, & aduerſus Eccleſiam inſurgentes, ipſamque
vt irriſores habētes contemptui, cum tamen vt dicit vi
ta ipſa putentur indigni, ſteriles egeſtate ac fame, & in
terra pęnitus non parentes. Quod quidē nihil aliud eſt,
quam patrem ſuum Chriſti Vicarium à quo ſtatus hu Prou. 30.
iuſmodi approbatus eſt, ſubſannando deſpicere, & par
tum ſacræ matris ſponſæ Chriſti Eccleſiæ irridere. Et
ideò iuxta Salomonis ſentētiam, ipſius eſt oculus à cor
uis & aquilis, veritatis ſcilicet emulatoribus eruendus,
ac per hoc veraciter contra hunc & complices eius, no Iob. 30.
uorum dogmatum inuentores dicere poteſt Eccleſia:
Nunc derident me iuniores tempore, vt ſic ictu pro-
prio iniquus oculus eruatur, dum ſagitta qua ferire ni-
titur, ipſe feritur. Dehinc zelum & verbum Apoſtoli-
cum ſibi vſurpans, cum tamē Apoſtolicæ perfectionis
impugnator magis ſit quàm imitator, ſubſequenter an 1. Cor. 11.
nectit. Vtinam ſuſtineretis me modicum. Aemulor. n.
vos Dei ęmulatione. Quid vos prę cæteris iactatis de
perfectione? Hæc verba ipſius. In quibus Apoſtolicæ
humilitatis oblitus, illud omittit quod potiſſime potuit
dicere modicum quid inſipientiæ meę, dumque non in
ſipienter, ſed ſapienter loqui ſe reputat, iuſto Dei iudi-
cio ſtultus effectus, in multas & magnas prorumpit in
ſanias. Omnia enim fere quæ ſubſequenter allegat, non
ſolũ inſipiētiam, ſed & nequitiam ſonant. Nequaquam
enim (vt dicit) nos præ cęteris de perfectione iactamus,
quamquam paupertatis celſitudinem, tanquam veræ p
fectionis conſonam commendemus. Nam ſicut veraci
ter præfertur virginitas cuilibet gradui pudicitiæ, nec
tamen ex hoc ſequitur, quòd ſtatus ſacrarum virginũ
præferatur ſtatui prælatorum, vel virorum quorumli-
bet qui ad hanc minime ſtringuntur, ſic & circa diffe-
rētias & gradus paupertatis oportet intelligi. Vnde nec
ille ait (vt aſſerit) ꝙ hic ſtatus pauperum ſit perfectior
alijs, qui ſibi aliquid retinent, niſi cum hac conditione,
paribus cõditionibus alijs ad perfectionem requiſitis,
ſed nullus eſt omnino ſtatus, in quo conditiones om-
nes cum ſtatu præfato per omnia parificentur. Non er-
go poteſt ex hoc argui, quod omnibus ſtatibus, vel ali-
cui omnium, præferat ſtatum ſuum. Magnæ ergo fuit
malignitatis occaſione vnius ſermonis veracis & humi
lis, librum plenum inuectionibus & criminationibus
falſis componere aduerſus totum ordinem pauperum,
quaſi parum ſuperbo viſum fuerit, in vnum Mardo-
cheum, mittere linguæ manum. Propter quod & detra
ctiones in libello conſcriptæ manifeſte declarant, au-
ctorem non æmulatione Dei fuiſſe ſuccēſum, ſed po-
tius ſtimulatione illius, cuius inuidia mors introiuit in
orbem terrarum. Cæterum confuſionis Babylonicæ fi
lius vt vniuerſos confundat Eccleſiæ ſtatus, pro uiri-
bus conatur aſtruere, quòd nullus ſit gradus nullaque
differentia in paupertatis profeſſione. Nam quibuſ-
dam friuolis interpoſitis, ſubſequenter ſubiungit. In
quo ergo gloriamini contra miniſtros Eccleſiæ? quia
ſicut nec vos, ita nec ipſi ſunt profeſſores, quibus do-
minicarum poſſeſſionum tantum vſus conceditur non

dominium, intantum beatiores ac præferẽdi, quòd res quibus vtuntur, eternum habent dominium, ſed veſtrę res ſub poteſtate ſunt terreſtrium dominorum. Hæc verba ipſius. In quibus omnia confundit, atque intantum peruertit, vt in paupertate gradus nõ ſit, aut ſi eſt, præferendus ſit ſtatus clericorum eccleſiaſticis redditibus affluentium, ſtatui quantumlibet pauperum, & ꝓ CHRISTI amore nihil habere volentium, quia illi vtuntur rebus cœleſtis & ſempiterni dominij, hi terreni, quaſi Chriſtus excluſus ſit à dominio rerum, quas laici poſſident, cum tamen ſit Dominus vniuerſorum, & quaſi Eccleſia non habeat rerum temporalium verum dominium, cuius contrarium euidenter monſtratum eſt ſupra, & ideò in hoc ipſius matris paupertatem fallaciter inſinuat, vt poteſtatem veraciter impugnet. Deniq; ſi verum eſt, quòd Eccleſia non habet cũ ſuis miniſtris rerum dominium, ſed tantum vſum, vt quid conſequenter profeſſionem calumniatur pauperum, dicentium ſe nullarum rerum habere dominium quamuis habeant vſum, dicens quòd omnibus videatur hoc eſſe ridiculum, cum eorum quę per ipſum vsũ penitus conſumuntur, ab vſu dominium inter homines nullatenus diſtinguatur? Et dehinc irridendo ſubiũ git. Cæterum quorum ſunt pecuniæ, quas per prouincias non ceſſatis à diuitibus petere, & in vnum cõgregare, niſi aliquid habeatis commune? Vt igitur præfatis, & his ſimilibus cauillationibus malignis & ſubdoliſim ponatur ſilentium, intelligendum eſt, quod cum circa res temporles quatuor ſit conſiderare, ſcilicet proprietatem, poſſeſſionem, vſufructum, & ſimplicem vſum, & primis quidem tribus, vita mortalium poſſit carere, vltimo vero tanquam neceſſario egeat: nulla prorſus profeſſio poteſt eſſe, omnino temporalium rerum abdicans vſum. Verum ei profeſſioni, quæ ſponte deuouit Chriſtum in extrema paupertate ſectari, condecens fuit vniuerſaliter rerum abdicare dominium, arctoque rerum alienarum & ſibi conceſſarum vſu eſſe contentã. Vnde & in ipſorũ regula cõtinetur, fratres nihil ſibi appropriẽt, nec domũ, nec locum, nec aliquã rem. Porrò ne quis forte proprietatẽ interdictam in his verbis credat non collegio, ſed priuatis perſonis, audiat, quid ſuper hoc Greg. 9. fratrum conſultationi reſpondet. Dicimus (inquit) quòd nec in communi, nec in ſpeciali, debent proprietatem habere, ſed vtenſilium, & librorum, & eorum quæ licet habere; ordo vſum habeat, & fratres ſecundum quòd generalis vel prouinciales miniſtri diſponendo duxerint, his vtantur. Nec debet vendi mobilia, vel extra ordinem commutari, aut alienari quoquo modo, niſi Eccleſiæ Romanæ Cardinalis qui fuerit ordinis gubernator, generali, vel prouincialibus miniſtris auctoritatem ſuper hoc præbuerit vel aſſenſum. Hæc verba reſcripti Papalis, in quibus ſapiens, & pius antiſtes, proprietatem ſeparauit ab vſu, illam ſibi vel Eccleſiæ retinens, hunc autem fratrum neceſſitati concedens, ſancte quidem ſapienter & pie. Si enim temporalia bona pro alijs poſſidere ac diſpenſare, vbi etiã temporale recipitur emolumentum atq; ſolatium, nihil de ratione perfectionis in pręlatis diminuit, ſicut ex tertia reſponſione clareſcit; quantò magis cum ſolum præſidium impenditur, & nullum temporale commodum expectatur, ipſius ſummi Pontificis ſaluatur perfectio, & ei accreſcit meritum ante Deum? Quod ſi forte his quiſquam conetur obſiſtere, ex eo quòd iure cautũ eſt, vſum non poſſe perpetuo a dominio ſeparari, reſpondebimus, quod lex iſta ciuilis non habet hic locũ, quia hoc ideo ius ciuile decreuit, ne dominium inutile videatur, ac per hoc inane ſit omine. Nam retentio dominij huiuſmodi rerum, cum conceſſione vſus facta pauperibus non eſt infructuoſa, cum ſit patri pauperũ

Fratres minores habent vſum

meritoria, & profeſſioni filiorum Chriſto famulantiũ opportuna. Nec obſtat ꝙ aduerſarius obijcit de rebus quæ vſu conſumuntur, quòd in eis proprietas non ſeparatur ab vſu. Hoc enim fallit in peculio profectitio filijfamilias, vbi filiusfamilias vſum habet, & tamen proprictas nec ad momentum reſidet penes ipſum. Sic & de ordine huiuſmodi pauperum, reſpectu Romanæ Eccleſiæ intelligi debet. Sunt quippe de iure communi omnes CHRISTI fideles ſummi pontificis filij, peculiari tamen quodam iure hi ſunt eius obedientiæ ſubditi & curæ commiſſi, & ideo cum alij ſint tanquam filij emancipati, quibus licet auctoritate iuris eis indulta, de bonis Eccleſiarum ſuarum ſine dilapidatione diſponere, hi ſunt tanquam paruuli & filiifamilias totaliter ipſius regimini deputati. Propterea ſicut lege cauetur, quòd filiusfamilias nec retinere nec recuperare poſſeſſionem rei peculiaris poteſt, ſed patri per eum quæritur, ſic & in his pauperibus intelligendum eſt, quia rerum eiſdem collatarum ad ſuſtentamentum ipſorum, patri pauperum deputetur dominium, illis verò vſus. Sane quemadmodum eſſentiale cuiuſlibet religionis ſtatui eſſe dinoſcitur, quòd nulla perſona priuata poſſideat aliquid proprium, ſic nec huiuſmodi pauperum religio tota, quæ quidem ad abdicationem proprietatis cenſetur ſicut vna perſona. Quemadmodum igitur monachus vel quiuis religioſus vtitur veſtibus, calceamentis, cibis, ac cæteris quæ vſu conſumuntur, ita tamen ꝙ nihil ſibi appropriat quo ad priuatum dominium, nec propter talem vſum efficitur proprietarius, quia proprietas ſemper collegio reſeruatur, ſic & de collegio iſtiuſmodi pauperum, ſummoque Pontifice intelligere debet, quicunq; de profeſſione ipſorum ſentire vult tã vere quam pie. Et propterea ſicut illud quod datur monacho, qualiſcunque ſit intentio dantis, non in ipſius tranſit dominium, ſed totius collegij, & ſubiacet diſpoſitioni Abbatis, etiam ſi dans nihil de collegio cogitet, ſic quicquid datur congregationi minorum fratrum, in ius, dominium, & proprietatem ſummi Pontificis & Romanæ Eccleſię tranſit, præcipue cum ipſi fratres ius ſeu proprietatem alicuius rei, ſibi acquirere nulla ratione intendant. His autem quæ dicta ſunt, ſuffragatur legis naturalis dictamen, euidẽter explicatũ per iura ciuilia. Nam lege cauetur, quòd non poteſt libertas nolenti acquiri, & ꝙ beneficium inuito non datur, & quòd nemo donatum aſſequi, & damnoſam ſeu lucroſam hęreditatem nemo adire compellitur. Inſuper ſicut rerũ vniuerſitas puta hæreditas, ſolo animo acquiritur, ita ſolo animo contrario repudiatur, & ſicut nuda voluntate extraneus hæres fit, ita ex contraria deſtinatione ſtatim ab hæreditate repellitur. Propter quod & Iuriſconſultus Iulianus ait. Pro hærede gerere non tam facti, quam animi eſt. Cui & alius, ſcilicet Iuriſconſultus, conſonat dicens. Furioſus & pupillus ſine tutoris auctoritate non poſſunt incipere poſſidere, quia affectionem tenendi non habent, licet res ſuo corpore contingat, ſicut ſi dormienti aliquid in manu ponatur. Patet igitur per hæc verba legis expreſſa, neminem poſſe proprietatem ſiue dominium, imo nec poſſeſſionem acquirere, niſi vere vel interpretatiu eanimum habet acquirendi. Cum igitur fratres minores animum acquirẽdi non habeant, quin potius voluntatem contrariam, & ſi res corpore contingant, nec dominium nec poſſeſſionem acquirunt, nec rerum huiuſmodi poſſeſſores vel domini dici poſſunt. His autem robur præbet pontificalis auctoritas, quæ tam eminens eſt, vt omnia iura humana tranſcendat, vt extra de maioritate & obedientia. c. ſolitæ. Ad firmamentum cœli, id eſt vniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo luminaria magna, i deſt duas inſtituit dignitates quæ ſunt pontificalis auctoritas, regalisque

nõ proprietatem etiã earum rerum, quæ vſu conſumuntur.

Perbellæ collationes.

liſque poteſtas. Sed illa quæ præeſt diebus, id eſt ſpiritualibus, maior eſt, quæ autem noctibus, id eſt carnalibus, minor: vt quanta eſt inter Lunam & Solem, tanta & inter reges & pontifices differentia cognoſcatur. Cũ igitur tantæ ſit auctoritatis poteſtas imperialis, vt non arctetur legibus, ſed ipſa ſit legis origo, & intantũ poſſit, vt ea quæ fuerũt, pro non factis habenda ſtatuerit, vt patet in lege poſtliminij, qua bello captus & ſeruus effectus, decernitur ſemper fuiſſe liber & præſens, & ea quæ non fuerint pro factis habenda decernat, ſicut patet C. de inofficioſo teſtamento, in quo de poſtliminio nulla fit mentio, & tamen iudicatur mentio facta. Si (inquam) tantum poteſt regalis poteſtas, multò fortius põtificalis auctoritas, quantumcunq; vſus & dominium in aliquibus rebus ſecundum ius ciuile cenſeantur eſſe coniuncta, decernere poterit in perſonis aliquibus eſſe ſeparata. Quod circa ordinem prædictorum fratrũ minorum Chriſti Vicarius ſua auctoritate confirmãs,
Diſtin. 18. Nulli fas. ſic eſſe decreuit, cuius diffinitioni contraire nullatenus licet. Nam Gregorius ait. Nulli fas vel velle vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta. Sit ergo ruinę ſuę dolore proſtratus, quiſquis voluerit Apoſtolicæ ſedis contraire decretis. Nulla igitur poſſunt ad huius ſtatus impugnationem allegari iura ciuilia, nulla etiam iura canonica. Nam extra de electione. ca. Romanæ Eccleſiæ, legem nulla concilia præfigunt, cum omnia concilia per Romanæ Eccleſiæ auctoritatem & facta ſint, & robur acceperint, & eorum ſtatutis Romanæ Eccleſiæ patenter excipiatur auctoritas. Nulla etiam præcedentium Pontificum ſtatuta obſiſtunt, vt extra de electione. cap. Innotuit, vbi dicit Innocen. tertius. Per prædeceſſorem noſtrum non fuit nobis adempta facultas, cũ ea non fuerit prohibentis intentio, qui ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari poſt eum, immò eadem poteſtate functuris, cum non habeat imperium par in parem. Et hæc quidem dicta ſufficiant, ad cauillationes malignantium hominũ reuellendas. Nam quantum ad teſtimonium veritatis ſummi legiſlatoris Chriſti Solisq; iuſtitiæ exemplũ ſufficit, atq; conſilium. Qui cum ſit iuris naturalis ciuilis canonici ac diuini principalis origo, ſacro ſuo ſãxit eloquio temporalium rerum dominium abijciendum eſſe perfectis, cum tamen ſufficientiam quantum ad vſum eiſdem conceſſerit, promiſerit, atq; perſoluerit. Inſuper vt quod docebat verbo, confirmaret exemplo, alieno cibo voluit ſuſtentari, ſicut Euangelica narrat hiſtoria, Et Hieron. ad Nepotianum dicit, & euidentius patet ex præcedenti reſponſione.

*Articulus. 2.*

PORrò de dominio pecuniarum, quæ ad ſuſtentationem præfatis fratribus conferuntur, indubitãter tenendum eſt, ꝙ nullatenus ad ipſorum collegium ſpectat, cum in ipſorum regula ſit præceptum, ꝙ fratres nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, ꝑ ſe vel per interpoſitam perſonam. Et vt omnis tollatur de medio calumniãdi materia, intelligendum eſt, quod perſona interpoſita, cui pecunia diſpenſanda committitur, intelligi poteſt recipere, ac tenere ipſam auctoritate dantis, vel auctoritate illorum, pro quorum neceſſitate releuanda donatur. Si auctoritate dantis retinet & di-
Fratres nõ recipiunt pecuniam per interpoſitã perſonam. ſpenſat, ſic ipſius eſt procurator ſeu nuntius, & dans poteſt repetere, recipere, & agere contra eum in cauſa, ad recuperationem pecunię, non autem ille pro quo diſpenſanda committitur. Et hoc non debuit, nec potuit inhiberi pauperibus mendicantibus, quin per interpoſitam perſonam, ipſorum valeat releuari neceſſitas, ꝗa valde abſurdum eſt intelligere, quòd cuiuis diuiti non liceat eleemoſynam per ſeipſum, aut per alterum, pro ſua voluntate conferre. Quod ſi reſeruet auctoritate illius, pro quo diſpenſanda eſt, ei competit & in cauſam trahere, & cætera agere, quæ poteſt quiſquis verum rei ſibi vendicauit dominium. Et hoc, quia profeſſioni fratrum nullatenus conuenit, beatus Franciſcus expreſsè inhibuit, quia ſecundum veritatem quantum ad ꝓprietatem rei non refert, vtrum quis hoc modo recipiat per propriam manum, vel alienam. Hanc autem differentiam, & naturalis ratio docet, & ius ſcriptum dictat, & reſcriptum Papale declarat. ſicut enim multum refert, vtrum qui miniſtrat alicui ſit ipſius ſeruus, vel alicuius excellentioris perſonæ miniſter, pro cuius voluntate & imperio miniſterium illud impendit, quemadmodum differunt miniſterium ſeruile & liberale, miniſterium humanum & angelicum, ſic multum differt, vtrum ille intermedius nuntius perſonam teneat dantis vel accipiẽtis. Secundum etiam ius ciuile multum differt, cum creditori debitor pecuniam ſoluturus alicui intermediæ perſonæ committit, vtrum ille medius ſit procurator debitoris, an creditoris. Si. n. procurator eſt creditoris, & pecunia perdatur ante ſolutionem, ipſi creditori perditur, & iam pro ſoluta habetur. Si autem procurator ſit debitoris, ipſi perditur, & adhuc ſoluenda eſt, non pro ſoluta habenda. Iuxta hunc modum Dominus Grego. 9. vir vtiq; tam diuino quàm humano iure peritus, qui mentem beati Franciſci plenius nouerat, ſic diffinitiue reſpondet: quòd ſi rem ſibi neceſſariam velint fratres emere, vel ſolutionem facere pro iam empta, poſſunt vel nuntium eius a quo res emitur, vel aliquem alium volentibus ſibi eleemoſynam facere præſentare, qui taliter præſentatus à fratribus, non eſt eorum nuntius, ſed illius potius, cuius mandato ſolutionem facit, ſeu recipientis eandem, qui & eleemoſynam ſibi commiſſam poteſt, ſicut & Dominus, apud ſpiritualem vel familiarem fratrum amicum deponere per ipſum, loco & tempore pro ipſorum neceſſitatibus, ſicut expedire viderit, diſpenſandam. Hæc verba reſcripti Papalis. Ex quibus patenter elucet, quòd fratrum minorum regula non diſcordat a vita, nec communis ipſorum modus viuendi diſcordat à regula. Nequaquam igitur profitetur, quòd nullus eis prouideat, & eleemoſynam faciat per ſe vel per interpoſitam perſonam, quia hoc collegio mendicantium pauperum, & impoſſibile foret & ſtultum: ſed quòd ipſi iuxta formam in Euangelio traditã, Euangelicis viris pecuniam nullo modo poſſideant. Si forte quis dicat, in carentia pecuniæ nullam prorſus eſſe ſanctitatem, non tam infert calumniam regulę pauperum, quam Euangelio Chriſti, in quo Apoſtolis inhibitam fuiſſe conſtat pecuniam, ſicut & textus expreſſè dicit, & ſanctorum teſtimonia aſtruunt. Quod quidem nullatenus à magiſtro veritatis, credẽdum eſt perfectiſſimis viris fuiſſe propoſitum, niſi ſciuiſſet, per hoc meritum eis accreſcere perfectæ virtutis, & præcipuæ ſanctitatis. Cum enim magnæ ſit difficultatis, ignotas regiones, & aridas terras, ſine ſufficientia ſtipendiorum peragrare, quia tales neceſſe habent, vitam iſtam tranſigere in fame, ſiti, frigore, & nuditate, omniumque rerum penuria, ſi nullum hoc modo viuentibus meritum ſanctitatis accreſceret, hoc dicere, hoc profiteri, ſic viuere, nihil aliud eſſet, quàm inſanire. Verum ſicut ex vltima præcedentis reſponſionis particula patet, penurioſe paupertatis duodenario Apoſtolorum primò impoſitæ, duodecim ſunt vtilitates eximiæ, mirique valoris, quas typici rationalis, duodecim lapides præcioſi deſignant. Et quia illos hoſtis hic pauperum ignorauerat, ideo margaritas has porcorum more conculcans, ore polluto in hæc blaſphemiæ verba prorumpit. Si (inquit) in pecuniæ carentia, ſiue vt non tangeretur,

ſanctus

Sanctus Franciſcus ſanctitatem credidit, vel perfectis a Domino inhibitam ſanciuit, audacter loquor coram domino, quòd errauit. Sed conſtans eſt, quòd Beatus Franciſcus non ob aliud poſſeſſionem, ſeu contrectationem pecuniæ, imitatoribus ſuis inhibuit, niſi quia in hoc eſſe aliquam ſanctitatem, & pia fide credidit, & certa veritate cognouit, non quia mala ſit pecunia, vel quia cenſus formaliter ſiue cauſaliter ſit in culpa, vel quia pecunia & contrectari poſſit, & non poſſit abſq; peccato, ſed quia inter cætera quæ poſſidentur, pecunia maxime eſt illecebroſa, & de facili eſt illectiua, & diſtractiua nõ ſolum imperfectorum, ſed etiam perfectorum. Et quia Spirituſancto dictante percepit, quòd ſanctitatis eſt nõ tantum peccata cauere, verumetiam occaſiones peccatorum refugere, ideo veraciter, in hoc ſanctitatem credidit, & non errauit. Quòd igitur hunc Chriſti imitatorem precipuum, ipſius inſignitum ſtigmatibus, aſcriptũ catalogo ſanctorum, & ab vniuerſa Eccleſia in venerationé ſuſceptum, aſſerit errore deceptum fuiſſe, maxime in profeſſione & obſeruantia Euangelicæ vitæ, non ſolum ipſum impugnat, & vniuerſalẽ Eccleſiam, ſed quod plus eſt, magiſtri veritatis, & Apoſtolorum eius doctrinam blaſphemat & vitam. Inſuper profeſſores huius regulæ tanquam approbatores erroris, vt alter Aman ſuperbiſſimus, dignos eſſe iudicat ſententia temporalis mortis, & æternæ damnationis. Super qua quidem abſurditate, quam aures piæ audire vehementer abhorrent, ipſis zelatoribus paupertatis ſanctæ magis lugendum credimus, quam loquendum, magis ſpiritualis Eſter implorandum præſidium, quam verſandum in pugna verborum. Te igitur ſacroſancta Romana Eccleſia, tanquam alteram Eſter eleuatam in populis, vt Eccleſiarum omnium matrem, reginam, atq; magiſtram, ad defenſandam, & docendam, tam morum quam fidei veritatem, fiducialiter interpellat tuorum pauperum cętus, vt quos genuiſti vt mater, educaſti vt nutrix, nunc etiam vt regina patenter ac iuſte defendas, cum idcirco diſpoſitione faciente diuina, pontificalis, ac regiæ poteſtatis verticem ſupremum adipiſci merueris, vt in arduis neceſſitatis articulis, ad defenſandum Chriſti populum parareris. Exurge igitur ſancta mater, & iudica cauſam tuam, quia ſi pauperum hic ordo minorum, recte profitetur veritatem Euangelij, tuum eſt: ſi a veritate in profeſſione a te ſancita deuiat, tuum eſt: ac per hoc ſi profeſſioni huiuſmodi ſanctę error impingitur, tu quæ illam ſanxiſti erraſſe aſſereris, & quæ magiſtra veritatis hactenus extitiſti, nunc de approbatione erroris argueris, et a quibuſdam modernis prẽſumptoribus, velut iuris diuini, & humani neſcia derideris? Sed & tu regina mundi digniſſima, defenſatrix pauperum, & humilium aduocata, longe ſublimius quam Eſter exaltata in populis, & præparata in tempore Mardochei, tui Frãciſci videlicet excitare clamorib: vt interpellare digneris ad regem quatenus pauperum ſtatum, quem tibi voluit eſſe conſimilem, & ſpeciali quadam germanitate coniunctum, ſacris tuis meritis clarificet & conſeruet. Quid enim magis dat paupertatis amori fomentum, magisq; declarat prærogatiuam & gloriam, quam tu forma viuendi beatiſſima virgo, & mater Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ adeo fuiſti paupercula, vt ſicut Euangelij hiſtoria ſacra teſtatur, in ipſo ſacratiſſimo partu non haberes vbi reclinares Deum cœli, & Dominum exercituum, niſi in via publica itinerantium, & præſepio iumentorum? Porro ſi tu virgo ſanctiſſima, omnis es perfectionis exemplar, ſicut perfectis imitanda eſt tua cum virginitate humilitas, ſic etiam penurioſa paupertas. Conſtat autem, tam per Euangelij textum, quam per aſſertionem doctorum, quòd tu in extrema vixiſti temporalium facultatum inopia, cũ Chriſt. dicat, quòd tu vix habuiſti vnam tuniculam, non ad decoris ornatum, ſed ad nuditatis tegumentum, & Beda, ꝙ in oblatione, & præſentatione regis regum in templo, nec vnum valuiſti agniculum offerre, ideò more pauperum obtuliſti par turturum, aut duos pullos columbarum. Qui igitur deſiderio, profeſſione, ſignaculo habitus, & obſeruantiæ veritatem in hac tibi pauperie configurari ſtudioſius ſatagunt, vere ſunt de tuorum numero ſpiritualium Iudæorum, quorum circuncíſio non eſt in carne, ſed in ſpiritu per hilarem ſupportationem, multiformium penuriarum, & vniuerſalem abdicationem omnium temporalium facultatum. Hos igitur vere ac peculiariter tuos, pie digneris miſericordiæ regina fauore ab hoſtili incurſu potenter eripere, & aduerſus hunc hoſtem ipſorum peſſimum triũphaliter dimicare, non vt cum Aman ſuſpenſus intereat, ſed vt eius humilietur ſuperbia, damnetur proteruia, illuſtretur intelligentia, rectificetur voluntas, vt ſpiritus ſaluus fiat.

Quare S. Franciſcus prohibuit contractũ pecuniæ.

Luc. 12.

*Quartæ reſponſionis tertiæ particulæ, in qua Euangelizantium pauperum fructificatio multiformis oſtenditur, eorumque ſtatus a multiplicibus cauillationum verſutijs defenſatur. Articulus. 1.*

MVltiformis calliditatis nequitia ſerpẽs antiquꝰ, ſanctæ matris Eccleſiæ partui ſemper inſidias parans, vetuſtam Pharaonis impietatem nouiſſimis his diebus renouare conatur, dum per hominem quendam Agyptiacæ fraudis, malignitate repletum, aduerſus Eccleſiaſticam prolem, ſuggerere ſatagit, quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proijci, quicquid fœminei reſeruari. Quid.n. eſt aliud rationes ad virilem ſanctæ paupertatis ſpiritum inducentes, calumniando reuellere, quàm effœminatorum cordium phantaſias, qui emollientium diuitiarum affluentia cõmendatur, approbando roborare? Ad quę duo calumniator hic pauperum, in hac extrema operis ſui parte, omnes ſui vires conflat ingenij, quoſdam cauillationum modos iam pro maxima parte, in præcedentibus diſſolutos, frequentius replicans ad oppreſſionem pauperum Chriſti, quatenus ſpiritu paupertatis extincto ſpirituales Iſraelitæ multiplicari non poſſint, fruſtra tamen, quia diuina opitulante clementia, vt veritas à figura non diſcrepet, quanto magis oppreſſi fuerint, tanto magis accreſcent. Et ne quis hæc, velut noſtram adinuentionem paruipendat, audiat Bernardum, in ſermone 24. ſic dicentem. Si quid ad ſalutem pertinens, ſi quid religionis oritur, quicunque reſiſtit, quicunque repugnat, plane cum Aegyptijs paruulos, Iſraelitici generis necare conatur, immo cum Herode, naſcentem perſequitur ſaluatorem. Nequaquam ergo caſu, ſed prouidentia Dei geſtum eſſe credendum eſt, ꝙ inſtar Ioſeph deſcendentis in Aegyptum, ad cuſtodiendas & diſtribuendas alimonias corporum, quem vt vere filium accreſcentem, creſcere fecit Deus in terra paupertatis ſuæ, ſtatus Euangelizantium pauperum mitteretur in mundum, ad conſeruanda, & diſpenſanda documenta ſcripturarum, tanquam alimenta ſpirituum, qui etiam & ſacerdotum Chriſti curam gregis habentium, cooperatores exiſterent in his, quæ ſpectant ad ſalutem animarum. Eſt autem ſacerdotalis officij opus præcipuum, reductio plebium ſubiectarum in Deum, per ſeptiformem influxum Hierarchicum, ſcilicet per eruditionem credibilium, per inſtaurationem virtutum, per exhibitionem exemplorum, interuentionem precum, curationem plagarum hoſtilium, prænunciationem

tionem inſidiarum,& repulſationem hoſtilitatum. Et
hoc quidem ſeptiforme opus ſacerdotale, ſcriptura ſa-
cra declarat ſub ſeptemplici metaphora ſcilicet archite
cti,agricolę, paſtoris, fideiuſſoris,medici,ſpeculatoris,
& ducis. Deſcribitur igitur primò ſub metaphora Ar-
1. Cor. 3. chitecti pontificale officium,propter eruditionem cre
Septem ſacerdotis nomina, quibus eius officia explicãtur dibilium,ſecũdum illud ad Cor. Vt ſapiens architectus
fundamentum poſui, quot enim ſunt lapides in ædifi-
cio,ſunt articuli fidei in animo,in quo habitat CHRI-
STVS tanquam in templo ſuo,ſecundum illud Apoſto
li ad Eph. Superædificati ſuper fundamentum Apo-
ſtolorum & prophetarum:Ipſo ſummo angulari lapi-
de Chriſto Ieſu,in quo omnis ædificatio inſtructa cre
ſcit in templum ſanctum in Domino. Et paulo poſt.
Epheſ. 2. Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris. Ac
Ibid. 3. per hoc ſicut ſe habet ædificator ad ædificium,ſic & ſa
cerdos ad populum,in fidei veritate fundandum & pro
mouendum. Secundo ſub metaphora Agricolæ pro-
pter inſtaurationem virtutum,quas irrigare debet per
documenta ſcripturarum, ſecundum illud Apoſtoli ad
1. Cor. 3. Cor.Ego plantaui Apollo rigauit. Si enim Eccleſiaſti-
cus populus hortus eſt & Paradiſus plantatus, & vi-
rens multiformitate virtutum, recte informator ple-
bium in doctrina morum dicitur agricultor deſignatus
Gen. 2. per primum hominem,quem poſuit Deus in Paradiſo,
vt operaretur & cuſtodiret illum. Tertio ſub metapho
Ioan. 10. ra Paſtoris propter exhibitionem exemplorum, ſecun-
dum illud Domini in Ioan.Qui intrat per oſtium pa-
ſtor eſt ouium,& cum proprias oues emiſerit ante eas
Ioan. 12. vadit. Quod quidem facit,cum eas per ſanctitatis exẽ-
plum præcepit. Ideo Petrus cui Dominus dixit. Pa-
ſce oues meas:hortatur ſeniores ſiue præsbiteros,vt po
1. Pet. 5. pulos ſibi commiſſos paſcant,tanquam facti forma gre
gis ex animo. Hæc autem eſt forma ſecundum docu-
menta ſanctorum, vt quantum paſtor eſt præcellens
reſpectu gregis, tantum vita ſacerdotalis ſit ſanctior &
ſublimior vita plebis. Quarto ſub metaphora Fideiuſ-
ſoris,propter præcum interuentionem ad Deum ſecun
Heb. 10. dum illud Apoſtoli ad Heb.Omnis pontifex ex homi-
nibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his
quæ ſunt ad Deum,vt offerat dona & ſacrificia pro pec
catis. Agit igitur pontifex cauſas hominum apud Deũ,
agere & debet cauſam Dei apud hominem ſuæ curæ
3. Reg. 20. commiſſum,ſecundum illud.Cuſtodi virum iſtum,qui
ſi lapſus fuerit,erit anima tua pro anima illius. Propter
Prou. 6. quod ſapiens in prouerbijs ait. Fili ſi ſpoponderis pro
amico tuo,defixiſti apud extraneũ animam tuã.Quin-
to ſub metaphora Medici propter curationem plaga-
Luc. 10. rum hoſtilium,ſecundum illud quod inſinuat Lucas in
parabola illius qui incidit in latrones, ꝙ Samaritanus
alligauit vulnera eius.infundens oleum & vinum, deſi
gnans per Samaritanum ipſum medicum Chriſtum, &
eos qui tenent locum eius in expurgationem vitiorũ.
Iacob. 15. Propter quod & Iacobus dicit.Infirmatur quis in vo-
bis,inducat præsbiteros Eccleſiæ & orent ſuper eum,
vnguentes eum oleo ſancto,& oratio fidei ſaluabit in-
firmum, & ſi in peccatis ſit dimittentur ei. Sextò ſub
metaphora Speculatoris propter prænunciationem im
Ezech. 3. minentium periculorum, ſecundum illud Ezech. Fili
hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael.De quo &
conſequenter adiungit.Quod ſi gladium ſuperuenien-
tem,hoc eſt imminentia diſcrimina,tentationum ſuę cu
ræ commiſſis annunciare neglexerit,ſanguis illarũ ani
marum de ſuis manibus requiretur.Septimò ſub meta
1. Mach. 3 phora Ducis ferentis vexillum ad repulſionẽ hoſtilita
tum,inſtar illius nobilis Machabei,qui induit ſe loricã
Cant. 3. ſicut gigas & ſuccinxit ſe arma bellica,& protegebat ca
ſtra gladio. Præeſt enim Eccleſiæ quæ eſt terribilis,ſi-
Cant. 6. cut caſtrorum acies ordinata,& deputatur, ad Salomo
nis lectulum cuſtodiendum,quem 60. fortes ambiunt
ex fortiſſimis Iſrael omnes tenentes gladios & ad bel-
la doctiſſimi. Eſt itaq; opus ſacerdotalis officij ſepti- Oſtendit quantum epiſcopi indigeant adiutorio religioſorum & [illegible] eſſe debe[illegible] gratum & deſide[illegible]le.
forme ſicut dictum eſt.Si igitur propter multitudinem
errantium à fide Chriſtianus populus factus eſt iam ſi
milis ædificio ruinoſo,quis prouidus architectus,coæ-
dificantes & conſuſtentantes repellit niſi adeo ſibi ſa-
piẽs videatur,ꝙ ſolus ſibi ſufficiat,vel adeò ſtultus ſit,
ꝙ velit vt ſub manu ſua domus Eccleſiaſtica ruat? Ite-
rum ſi propter defectum ſapientiæ & virtutum in ple-
beis hominibus, comparatur ipſa plebs horto inculto
& ſpinoſo & arido,quis diligens & laborioſus agricola
ſeruos collaborantes repellit,maxime qui laborat in o-
pere & doctrina,niſi intantum deſipiat, vt velit ꝙ ſup
humum ſuam ſpinæ & vepres aſcendant? Propterea ſi
propter deuiationem a ſemitis diuinarum legum,multi
tudo populi Chriſtiani ſimilis eſt gregi errabundo &
perdito,& in medio luporũ conſtituto,quis clemens pa
ſtor fugabit a ſe harum ouium reductores ad viam, &
non potius gaudebit cum Angelis exemplo boni paſto
ris,qui dicit. Congratulamini mihi,quia inueni ouem Luc. 15.
quæ perierat? Amplius ſi propter multitudinem reatuũ
plebis tranſgredientis mandata Dei,populus Chriſtia-
nus ſimilis eſt viris alieno ęre oppreſſis,quis fideiuſſor
ſenſatus abhorrebit huius oneris alleuiationem ꝑ mul
tiplicationem interceſſorum ad Deum partim impetrã
tium remiſſionem, partim in ducentium & adiuuantiũ
ad ſolutionem ſpiritualium debitorum? Inſuper ſi pro-
pter varietatem peruerſitatum in populo, tanta eſt ta-
bes,tanta peſtilentia ſpiritualis,vt quaſi omne caput ſit
languidum,& omne cor mœrens,ita quòd à planta pe- Iſa. 1.
dis,vſq; ad verticem vix eſt in eo ſanitas,qs fidelis me-
dicus non dico peritos homines in arte ſpiritualis me-
dicinæ,ſed vel canes vlcera lambẽtes audebit effugare,
niſi vulneratorum,atque languentium vitam velit ex-
tinguere? Adhuc ſi propter multiformitatem tentatio-
num vndique circunſtant inſidiæ crudelium hoſtium,
& quaſi ſuper capita ciuium gladij iam vibrantur,quis
prouidus ſpeculator,in profundæ & horrendæ noctis
teterrimis tenebris,habere ſecum vigiles recuſabit, qui
caſtra cuſtodiant? Poſtremo ſi propter ſcandalorum fre
quentias,adinuentiones ſcelerum & inimicorum tyran
nides, innumerabilis multitudinis ſtrages,quaſi conti-
nue ſit in caſtris fidelium,& draco cum beſtia multi-
formium capitum Eccleſiaſticam aciem nititur oppu-
gnare,vt truculenter diſcerpat,occidat,& deuoret,quis
prudens dux exercitus Domini, recuſabit commilito-
nes ſecum dimicantes habere,qui vltro ſe diſcrimini of
ferant,& murũ pro domo Iſrael ſeipſos opponant? Por
rò,quam affectus põtificis ſiue ſacerdotis ad plebẽ,de-
bet eſſe conſimilis affectui patris ad filium, matris ad
prolẽ,nutricis ad infantem, ſicut Apoſtolus manifeſte 1. Cor. 4.
declarat,qui fideles per ipſum conuerſos modo ſe dicit Gal. 4.
in Chriſto genuiſſe,modo vt filios parturire, modo ſi- 1. Cor. 3.
cut paruulos in Chriſto lactare: quemadmodum filiũ
pauperculum ſuſtẽtari,inualidam prolem foueri,& ge-
mentem infantem lactari nequaquam eſt patri, vel ma
tri,vel nutrici moleſtum,ſed deſiderabile,charũ,& pla-
citum:ſic etiam omnibus ſacerdotibus ſanctis,& pijs,
magnũ debet eſſe ſolatiũ, quoties ſalus procuratur ple
bium ſubiectarum.Propter quod Dominus in Matth. Matth. 9.
Apoſtolos alloquens & ſucceſſores eorum. Meſſis ait
multa,operarij autem pauci,rogate Dominum meſſis,
vt mittat operarios in meſſem ſuã,inſinuans,ꝙ bono-
rũ pontificum non tam eſt patienter ferre, quam deſi-
deranter appetere cooperatores Euangeliſtas,ad multi
tudines diuinarum meſſium colligendas. Quod atten-
dens Chriſti vicarius Petriq; ſucceſſor, vtpote ſancti
ſpiritus illuſtratione præuentus,ſtatum hunc Euange-
lizantium

ſtantium pauperum,qui ſaluti animarum intenderet,
tanquam cœlitus ſibi miſſum,cum hilaritate ſuſcepit,
pietate confouit,auctoritate roborauit,& poteſtate de
fendit,& vt Patriarcha Iacob tanquam filios accreſcen
tis Ioſeph,multipliciter benedixit:pie in hoc prouidens
ſaluti animarũ,& in nullo præiudicans auctoritati pon
tificum,tanquam ornans non deornans Eccleſiaſticã
hierarchiam.Tanta.n.erat in aduentu huiuſmodi pau
perum prædicantium raritas,vt illud Euangelicum vi-
deretur impleri,meſſis quidem multa, operarij autem
pauci.Quod pertractans Gregor.ait.Ecce mundus ſa-
cerdotibus plenus eſt,& tamen in meſſe Dei rarus in-
uenitur operarius.Nam & ſi ſunt qui bona audiant,de
ſunt qui dicant,quia officium quidem ſacerdotale ſuſci
pimus, ſed opus officij non implemus.Quantum vero
prædicationis opus ſit Eccleſiæ neceſſarium,in ſe piũ,
Sup Matt. & Deo acceptum, manifeſte Chryſoſtomus oſtendit
Homi.37. ſuper Matth.illud tractans verbum dominicum,quod
Opus præ diſcipulo dixit patrem ſepelire volenti. Dimitte mor-
dicationis tuos ſepelire mortuos ſuos,tu autem vade,& annuncia
Deo valde regnum Dei.Ait enim.Nunquid non erat ingratitudi-
acceptum. nis naturæ,non adire cum ſepeliretur pater? Prohibuit
Matth.8. ergo eum monſtrans,ꝙ nihil cœleſtibus negocijs ma-
gis neceſſariũ eſſe oporteret,& neque parum tardare,
& ſi valde ineuitabilia & incitantia fuerint quæ retra-
hunt.Cum igitur ſepelire patrem ſit magnæ pietatis o-
pus,ſecundum ſapientiæ dictamen diuinæ, maiori bo-
no minus præferri non debeat;relinquitur,quòd maio
ris pietatis eſt prædicare verbum ſalutis, quàm facere
opus quantumcunq; miſericordiæ corporalis. Digne
quidem pro eo,quod ſpiritualiter per ipſum cibatur &
potatur, veſtitur & hoſpitio colligitur, ab infirmitate
releuatur,& à vinculis & a morte redimitur,ſpiritus ad
imaginẽ Dei factus.Et ideo cum grauis ſit ſceleris,pro
hibere quemquã ab operibus pietatis & miſericordiæ
corporalis, longe maioris impietatis erit atque perfi-
diæ,diuini verbi miniſtris idoneis impedimenta prębe
re.Penſatis igitur multiformi vtilitate ac neceſſitate ſa-
lutis animarum,numeroſitate indigẽtium plebium, &
raritate ſufficientium miniſtrorum,nulli debet videri
iniurioſum & ſuperfluum,ſi cœleſti Hierarchiæ com-
placuit,aliquos ad hoc opus, & ſi non neceſſitate con-
ſtrictos,ſed charitate inductos eligere, quos & ſub cœ
leſti Hierarchia voluit & debuit approbare. Quod ſi
cui fortè videtur ordini diſpoſitionis Hierarchicæ,ne
quaquam eſſe conueniens monaſticã vitam profeſſos,
ad opus prædicationis aſſumi, pro eo quòd Dionyſius
dicit,monachos in Eccleſiaſtica Hierarchia non habe-
re ſtatum perficientium,ſed perficiendorum:& Hiero-
nymus aſſerit,ꝙ monachus non dicentis,ſed plangen-
tis habet officium:ſacri canones decernunt, ꝙ mona-
chi iuxta ſui nominis interpretationẽ ſolitariæ vitæ de-
putati,intendere debent ſaluti propriæ non alienę: in-
telligant huiuſmodi dicta patrum,& canonum,de ordi
ne monaſtico pro eo tempore fuiſſe prænunciata, quo
erant inter eos perſonæ laicales & imperitæ, non ſacer
dotales & literatæ.Nã ſicut idem vir Hierarchicus do
cet,ꝙ monachorum eſt purgari,illuminari, & perfici,
ſic etiam illud non reticet,quòd purgare,illuminare,&
perficere,ad ordinem ſpectet ſacerdotalem. Inſuper &
profeſſio huiuſmodi pauperum,non parum diſtat a ꝓ
feſſione monachorum,& quod maius eſt, huiuſmodi
Hierarchica opera,non peragunt auctoritate ſua, ſed
ordinariorum & potiſſime ſummi Pontificis, cuius di-
ſpoſitionis auctoritas,omnia iura poſitiua tranſcendit.
Nec ad hoc feruntur ſecundum propriæ voluntatis ar
bitrium,ſed iuxta mandatum ſuperiorum,a quibus in-
ſtituuntur,regulantur,caſtigantur,& trãſmittuntur vt
veri filij obedientiæ, non vt Gyrouagi vel Sarabitæ,
non ſecundum numerum vagum & infinitum, ſed ſe-
cundum certum & determinatum atq; vtinam plures
eſſent idonei,qui poſſent aſſumi non in vno angulo ter
ræ,ſed potius in vniuerſalis Eccleſiæ latitudine. Nimi-
rum hoc deſiderare deberet cœtus pontificum,ac cui- Num. 12.
libet illos prohibere volenti id reſpondere, quod dixit
Moyſes ad Ioſue.Quid(inquit)ęmularis pro me?Quis
det,vt omnis populus prophetet, & det eis Deus ſpiri-
tum ſuũ?Quandiu ergo huiuſmodi pauperes leges diui
nas cuſtodiunt,& Euangelica conſilia ſeruant,quę pro
miſerunt,& ſaluti animarum intendunt, & ſanctæ ma-
tri Eccleſiæ humiliter ſubſunt,ſi quis eos repudiandos
cenſeat velut pſeudo prædicatores,& ſeductores,& gy
rouagos, & penetrantes domos: ſubiacere debet iuſtæ
damnationis iudicio, tanquam Eccleſiaſticæ veritatis
contemptor,fraternæ gratiæ inuidus,& Euangelicę ve
ritatis impugnator.

*Articulus. 2.*

DEmum vt via præcludatur erroribus,reſpõ
dendum eſt cauillationibus quibuſdã ma-
gis apparentibus, quibus calumniator hic
pauperum,vitam ipſorum in hac extrema
ſui operis parte depprauare molitur:videlicet propter de
fectum laboris manuum,abdicationem bonorum cõ-
munium,& mendicationem eleemoſynarum. Nam ex
eo ꝙ Apoſtolus ad Theſſa.quibuſdam præcipit, vt cũ 3. Theſ.3.
ſilentio panem ſuum manibus operando manducent,
& huiuſmodi pauperes manualiter non laborant, ideò
ipſos nititur redarguere,& de ocioſitate vitæ, & de mã
dati Apoſtoli tranſgreſſione. Ad quod nos econtrariò Religioſi
reſpondemus, quòd ſicut patet ex textu, non præcipit nõ tenetur
Apoſtolus laborem manualem omnibus generaliter, laborare
quia tunc omnes qui nõ vacant laboritijs huiuſmodi, manibus.
eſſent in ſtatu dãnationis, inter quos & ipſe calũniator
ſeipſum inuoluit,ſed quibuſdã duntaxat ocioſe curio-
sè,& inquiete viuẽtibus opus manuũ imponit & impe
rat,ne blanditijs adulationũ,& turpi quæſtu victum ſi
bi conquirant,cum diſpendio ſalutis propriæ & impe-
dimento ſalutis alienæ. Verum quia huiuſmodi paupe
res,qui ſuis & proximorum animabus ſaluandis inten
dunt,ſecundum ſeptiformem operationem Hierarchi
cã,in antedictis expreſſam,id perficere nequeũt ſine ad
miniculo ſcripturarum, ad quarum præclaram intelli-
gentiam peruenire non poſſunt niſi per ſtudium ſapiẽ
tiale,quod conſiſtit in legendo,meditando, orando,cõ
templando,audiendo,referendo,prædicando, ideò re-
cte competit eiuſmodi ſtudij ſpiritualis operatio ſepti-
formis.Et quia difficultas huius ſtudij totum homi-
nem requirit,iuxta quod deſignatũ eſt in Exodo, vbi Exod. 25.
præcepit Dominus quòd vectes quibus ferenda eſſet
arca ſemper eſſent in circulis.Quod exponens Grego.
ait.Qui ad officium prædicationis excubant, a lectio-
nis ſtudio nunquam recedant.Ignominioſum eſt enim
ſi tunc quis quærit diſcere,cum debet quæſtiones eno
dare.Ideo qui huic ſtudio ſeptiformi ſolicite intendũt,
quia magis eſt ſublime in ſe difficile menti, expediens
Eccleſiæ,& neceſſarium plebi,etiam ſi non laborent o-
peribus manuum,digni tamen ſunt ab Eccleſia vt ſu-
ſtententur,ſecundum illud Deute. Non ligabis os bo- Deute.25.
uis triturantis in area fruges tuas. Gloſſ. Victum non
ſubtrahes prædicatori,vt vacet orationi & prædicatio-
ni. Et alia Gloſſ.ibidem. Occupati in doctrina,non
poſſunt ſibi prouidere neceſſaria. Ex quibus breuiter
conſtat,quòd ſtudium ſapientiæ cum vigilantia prædi-
cationis,manualem laborem plene recompenſat. Huic
& ſacer Ambroſi. conſonat ſuper illud Luc. Maria Luc. 10.

optimam partem elegit, dicens. Nec arguas eos ocioſos & iudices, quos videas ſtudere ſapientiæ, hanc enim cohabitantem Salomon pacificus acquiſiuit. Denique Act. 6. Apoſtoli non putauerunt optimum, relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Huic etiam concordat In prolog. ſuper Iob. Hieronym. Si autem fiſcellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in ſudore vultus mei comederem panem, & ventris opus ſolicita mente tractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet, nũc autem quia iuxta Saluatoris ſententiam, operari volo cibum qui non perit, falſarius vocor. Ad idem quoque facit quod ſuper illud Pſalm. defecerunt oculi mei. dicit Auguſt. Non eſt ocioſus qui tantum verbo Dei ſtudet, nec pluris eſt qui extra operatur, quam qui ſtudium cognoſcendæ veritatis exercet. Ipſa etiam ſapientia maximum habet opus, & antefertur Maria quæ audiebat, Marthę quæ miniſtrabat. Hæc Auguſtin. Cui etiam concordat Anſelmus, in libro de ſimilitudinibus ita dicens. Tres ſunt hominum ordines, orantes, agricultores, & defenſores, quos ad diuerſa officia Deus in hoc mundo diſpoſuit monachos, vt pro alijs orent, & lacte prędicationis enutriant: agricultores, vt de ſuo labore ipſi & alij viuant: milites vt vtroſque defendant. Si igitur nobilius eſt opus monachorum, quam agricultorum ſeu militum, & illi officijs ſuis intẽdentes ſtipendia ſua iuſte merentur, multo magis & hi qui orando Deo aſſiſtunt, & ad proximos prædicando condeſcendunt. Nec his obſtat Auguſtin. in libro de opere monachorum, cum ibi loquatur contra quoſdam hæreticos principaliter, qui vocabantur Euchitæ, aſſerentes monachis non licere, ſuſtentandæ vita cauſa aliquid operari, male intelligentes Euangelium CHRISTI, quos ſacer Doctor per Apoſtoli documenta conuincit. Simul etiam arguit monachos illos, qui cum pro maiori parte eſſent laici, nec prædicationi, nec ſaluti animarum intenderent, non tamen volebant corporaliter operari, & quamquam fuiſſent in ſeculo laborioſi & pauperes, iam profeſſi monaſticam vitam, ab alijs ſumptus accipere non ſolum licitum ſibi, ſed etiam debitum eſſe cẽſebant. Contra quos Auguſtin. Iſti (inquit) fratres temere ſibi arrogant quãtum æſtimo, vt huiuſmodi habeant poteſtatem. Si Euãgeliſtæ ſunt, fateor habent, ſi miniſtri altaris; ſi diſpenſatores ſacramentorum, ſi ſaltem aliquid habebant in ſeculo, quo facile ſine artificio ſuſtentarent hanc vitam, quod indigentibus diſpertiti ſunt, credenda eſt eorum infirmitas & ferenda. Hæc Auguſtin. Ex quibus colligitur quod quatuor generibus hominum digne & iuſte competit ab alijs paſci, quãquam proprijs manibus poſſint laborare ſcilicet qui alios paſcunt vel verbo & doctrina, vel altaris viatico, vel diuinorum diſpenſatione ſacramentorum, vel ſuarum diſtributione facultatum. Secundum hæc igitur illi quibus aliqua prædictarum conditionum competit, digni & ſunt vt de Euangelio viuant, illi vero quibus plures digniores exiſtunt, quibus autem omnes vtpote qui predicant, celebrant, cõfeſſiones audiunt, & temporalium affluentiam contempſerunt: maxime digni eſſe probantur. Quibus vero omnes deſunt & validi ſunt & pauperes, ne ocioſi & infructuoſi ſint ſibi, & oneroſi Eccleſie, iuxta ſententiam Auguſtini laborare tenentur, niſi per hoc excuſentur, ꝙ eis qui præfatas conditiones habent deſeruiũt & aſſiſtunt, Iob. 1. & ideo cum eis ſuſtentari merentur, iuxta quod miſterialiter deſignatur in Iob, vbi dicitur quod boues arabant, & àſinæ paſcebantur iuxta eos, illaque aſtruitur lege ſancitum qua ſtrenuus pugnator ille Dauid, videlicet iuſte decreuit, quòd æqua portio eſſet deſcendentiũ ad prelium, & remanentium ad ſarcinas. Porro ſi aliqui quantumlibet idiotæ, ac ſimplices, tantæ ſunt deuotionis in prece, tantæ diſtrictionis in vita, & tantæ ædificationis in populo, quòd ęque fructificant ſolo exemplo, quantum alij exemplo & verbo, excuſant eos merita vitæ, etiam ſi deſint verba doctrinæ. Hæc autem diximus non quia ocioſos, aut ocium approbemus, cum potius caſtigandos huiuſmodi, & ad opera compellendos cenſeamus, ſed quia propter difficultatem ſtudij ſpiritualis, quod requirit hominem totum, & propter debilitatem corporum, & inexperientiam artium mechanicarũ, rarus inuenitur aut nullus, qui amore Apoſtoli Pauli manuali labori, & ſapientiæ ſtudio ſeptiformi, efficaciter poſſit intendere. Et ideo compellere homines huic ſtudio aptos ad opera manualia, nõ eſt aliud quam a ſapiẽtia reuocare, & filijs Iſrael inſtar philiſtiim, diuinorũ eloquiorum arma præripere, vel more Pharaonis operibus duris luti, & lateris iugoque ſeruitutis importabilis, violenter oppreſſos ab ingreſſu Religionis retrahere, & ad egreſſum incitare, quemadmodum inſinuatur in Exodo per hoc quod Pharao dixit. Quare Moyſes, Exo. 25. & Aaron ſolicitatis populum ab operibus ſuis? Ite ad onera veſtra. Vbi Gloſa ſacri Ambroſij. Hodie ſi Moyſes & Aaron. i. Propheticus, & ſacerdotalis ſermo, Homil. 3. ſup Exo. aliquem ſolicitet ad ſeruitium Dei, exire de ſeculo, renunciare omnibus, attendere legi, & verbo Dei, continuo audiet vnanimes etiam amicos Pharaonis dicentes. Videte quomodo ſeducunt homines, qualiter peruertunt adoleſcentes ne laborent, ne militent, ne agant aliquid quod eis proſit, relictis rebus neceſſarijs, ineptias ſectãtur & ocium, laborare nolunt, & ocij occaſiones requirunt. Hæc Gloſa. qua hoſtis pauperũ dolus patenter detegitur, quòd non ſicut Chriſti diſcipulus, ad exercitia virtutum conatur erigere, ſed tanquam amicus Pharaonis, ſpirituales Iſrael filios impugnare. Alio quoque modo calumniator hic pauperum ſtatum ipſorum deprauate contendit, pro eo quod nihil ſibi retinent in ꝓprio vel communi, quo non videntur virtutis tenere medium, ſed vitioſitatis extremum, cum dicat Ambroſius, quòd non ſunt effundendæ opes, ſed diſpenſandę. Verũ conſimili ratione poſſet ſancta virginitas, oſtendi non laude ſed vituperio digna, quaſi extremum non mediũ teneat, dum ab omni concubitu, ſiue illicito, ſiue conceſſo, ſe tam mente quam carne ſequeſtrant. Quapropter diligens conſiderator aduertat, quòd ſicut aliud eſt medium pudicitiæ coniugalis, aliud ſanctimoniæ virginalis, ſic & aliud largitatis politicæ, aliud paupertatis euangelicæ. Largitas nanque politica, quia circa mundana verſatur, poſſeſſionum terrenarum nequaquam ſuadet abrenunciationem a CHRISTO conſultam: ſed potius bonorum iuſte poſſeſſorum dilectionem moderatam, & diſpenſationem largam & piam. Propter dilectionis moderantiam dicit Salomon in Prouerbijs in ꝑſona viri politici. Duo rogaui te ne deneges mihi, mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria, volens in hoc oſtendere, Proue. 30. quòd virtus politica tenet medium, & fugit extrema. Propter diſpenſationis pietatem dicit in Eccleſiaſt. pro perſona rectoris Eccleſiæ. Vtilior eſt ſapientia cum Eccle. 7. diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolem. Quod ideo dictum eſt, quia paſtor ſapiens, etiam abſque diuitijs vtiliter paſcit, dum gregem ædificat exemplo, & verbo, ſed cum pia diſpenſatione diuitiarum paſcit vtilius, dum verbo, exemplo, & temporali ſubſidio gregi prouidet ſibi commiſſo. Et hoc eſt quod canon dicit, expedit facultates Eccleſię poſſideri. Propterea Eccleſiaſtes præfato verbo paulo ante præmittit. Ne dicas, quid putas cauſæ eſt, quòd præterita tempora fuerunt meliora quam nunc ſunt? ſtulta eſt enim huiuſmodi interrogatio. In quo arguit hæreticorum ſtultitiam approbantium Eccleſiæ ſtatum antequam à principibus dotaretur, & reprobantium poſtquam dotata eſt.

Quibus

Quibus reſpondet,quòd vtilior eſt ſapientia cum diuitijs,hoc eſt Reipublicæ ſanctæ matris Eccleſiæ magis expediens,propter varias conditiones, neceſſitates,infirmitates,& commoditates,multiformium Chriſti fidelium congregatorum intra Eccleſiaſticam vnitatem, inſtar diuerſitatis animalium intra arcam Noe,quibus ipſe prælatus ſolicitam curam exhibens,de paſto neceſſario prouidere debet pro loco & tempore, iuxta dictamen largitatis pollicitæ modum ſeruando in diſpenſatione.Propter quod & in Agathenſi concilio,prohibetur huiuſmodi,ne res Eccleſiæ ſibi creditas alienare pſumat,ibiq; conceditur diſpen ſationis medium, ſed interdicitur dilapidationis extremum. Euangelica verò paupertas, pro eo quòd ad æterna ſpiritum ſubleuat, tanquam ea quæ in cęlis totaliter theſaurizat: perfecte ipſam profitenti ſuadet omuibus temporalibus debere nudari,quo ad effectum atque dominium,& arcta ſuſtentatione neceſſitatis,eſſe contentum,quantum ad vſum.Et hic eſt ipſius modus ſiue medietas,quòd ſic relinquat dominium quòd non reijciat uſum, ſic recipiat vſum quòd non reſeruet dominium, ſic arctitudinem vſus reſeruet,vt ſuſtentationem naturæ non deuitet,ſic neceſſitati ſubueniat,quòd ab arctitudine non recedat. Igitur propter vniuerſalem abdicationem poſſeſſionis, & depoſitionem affectus terreni,in perſona huiuſmodi pauperis dicit ſponſa in canticis. Expoliaui me tunica mea,quomodo induar illa? Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? Vbi Glo.Recepta ſolicitudine temporalium ſubſidiorum,quantumlibet eximius Doctor difficile vitat peccatum. Et de abdicatione huiuſmodi, Hieronym.ad Lucinu m. Seipſum Deo offerre Chriſtianorum,& Apoſtolorum eſt, qui duo paupertatis ſuæ in Gazophylatium æra mittentes, totum cenſum quem habuerant Domino tradiderunt,& merentur audire.Sedebitis ſuper ſedes duodecim,iudicantes duodecim tribus Iſrael.Propter arctitudinem vero ſuſtentationis quantum ad vſum in perſona huiuſmodi pauperum,dicit Apoſtolus ad Timotheum.Habentes alimẽta,& quibus tegamur his contenti ſimus, habentes(inquit)non quantum ad proprietatem dominij, ſed quantum ad facultatem vtendi, per quem modum habere dicimur omne quo vtimur, & ſi non ſit nobis propriũ ſed gratis aliunde collatum.Hunc modum paupertatis tanquam medium virtuoſum mediator Dei & hominum,Deique virtus, & ſapientia Chriſtus in ſeipſo mõſtrauit,qui ſicut dicit Hierony.ad Nepotianum, alieno cibo veſcebatur. Hunc & Paulus Apoſtolus imitator ipſius præcipuus ſecutus eſt:in cuius laudibus dicit Chry.quòd nihil habet niſi corpus. Sed etiã in hoc exemplum ſe alijs præbuit,cum ait. Imitatores mei eſtote,ſicut & ergo Chriſti. Igitur hunc viuendi modum tanquam a medio virtutis recedentem arguere,nihil aliud eſt quam magiſtrum veritatis atque virtutis de exceſſu vitioſo culpare.Propter quod diligenter oportet aduertere, quòd ſicut alio & alio modo tenetur medium a virtute politica,& purgatoria,& animi iam purgati,ſic etiam difformiter medium tenent ciuiliter,largus ex rectitudine virtutis,& Chriſti formiter egenus, in latitudine paupertatis. Et hoc eſt quod in auctoritate præmiſſa Ambro. Doctor ſacer inſinuat,quã calumniator conſueto more truncatam allegat.Cęterum(inquit)non vult Dominus ſimul effundi opes,ſed diſpenſari,in quo explicat modum largitatis politicæ. Sed ne quis ex hoc crederet,quòd modum paupertatis euãgelicæ non approbaret,immediate ſubiungit. Niſi fortè vt Eliſeus boues ſuos occidit,& pauit pauperes, ex eo quidẽ habuit vt nulla cura teneretur domeſtica, ſed relictis omnibus,in diſciplinã ſe propheticam daret. Hæc Ambroſ. addidit, quòd vt euangelicam paupertatem ſublimiter extolleret, quæ iſte doloſe ſubticuit, quatenus profitentes,ſubdole impugnaret. Nequaquam igitur huiu ſmodi pauperes poſſunt rationabiliter argui, quòd diſcrimini ſe committant,ac per hoc,quòd homicidæ ſint ſui, vel tẽtatores Dei.Si.n.ſufficientiam victus quantum ad vſum opportunum reſpuerent, vtiq; ſeipſos necarent.Nunc autem ſic recuſant poſſeſſionis dominium,quòd ſuſtentationis neceſſariæ non abijciunt vſum,ſic ſe committunt diuinæ prouidentiæ, vt viam non ſpernant prouiſionis humanæ,quo minus ſuſtentari valeant,vel de his quæ gratis offerẽtur,vel de his quę mendicantur humiliter, vel de his quæ per laboritium conquiruntur. His.n.modis vixerunt hactenus huiuſmodi pauperes in magna multitudine ſexaginta annis, & amplius per operis exhibitionem adeo in eis diuino impleto promiſſo,quòd nullus eorum cuius ad nos fama peruenit,ob defectum veſtitus vel victus,mortis periculum incurrit. Abſcedat igitur diffidentia a prædicatoribus veritatis,perfectiſque Chriſti diſcipulis: cum eis repromittatur a Domino ſufficientia victus, dicaturque eis. Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ,quid manducetis,præcipiaturque eis, ne quid tollant in via, niſi virgam tantum,vt habetur in Mar.Super quem locum dicit Beda. Tanta debet eſſe prædicatoribus fiducia in Deo,vt præſentis vitæ ſumptus quamuis nõ prouideat, tamen ſibi hos non deeſſe certiſſime ſciat, ne dum mẽs eius occupatur ad tẽporalia,minus alijs prouideat ęterna. Hoc verbum totius confidentiæ tam expreſſum calumniator peruertere nititur,vt ſic illud exponat, quãuis non prouideat.i.tempus prouidendi nõ habeat,qua ſi non debeat de ſufficientia victus confidentium habere,niſi quando non poteſt aliud egere,ad quod non tantum prædicator veritatis, immo quantumcunque imperfectus Chriſtianus aſtringitur. Propter quod vt omnis calumniandi occaſio tollatur e medio intelligendum,quòd duplex diffidentia eſt, quædam proueniens ex peruerſitate, quædam ex puſillanimitate. Ex peruerſitate venit,quando habet incredulitatem, vel deſperationem annexam,vtpote cũ quis de Deo diffidit, vel quia non credit Deum curare humana tanquam infidelis,vel quia exiſtimat ſe derelictum a Deo, propter peccata ſua, tanquam deſperatus. Et talis diffidentia & ſolicitudo procedens ex ipſa, omnibus prohibetur, & confidentia illi oppoſita, cunctis præcipitur. Diffidentia autem ex puſillanimitate proueniens,eſt,quæ habet annexam temiſſionem amoris diuini, & intenſionem timoris humani,& hoc ſtare poteſt cũ charitate imperfecta, non cum perfecta,& ideo hęc puſillanimitatis diffidentia,& ſolicitudo ex ipſa proueniens euangelicis & perfectis viris inhibetur, & confidentia eidem oppoſita a perfectionis magiſtro iniungitur,quatenus prædicatores veritatis, algorem puſillanimitatis ſolicitantis pro cibo refugiant, & ardorem charitatis confidentis de Deo cum promptitudine ad perferendum paupertatis incommoda conſtanter aſſumant. Ad hanc quidem confidentiam, in lib.de eleemoſyna Auguſtin.inuitat. Metuis(inquit)ne patrimonium tuum forte deficiat, ſi ex eo operari largiter cęperis? Quando.n.factum eſt, vt iuſto poſſent deeſſe ſubſidia? cum ſcriptum ſit, non occidet Deus fame animam iuſti. Elias in ſolitudine miniſtrantibus coruis paſcitur, Danieli in lacu,ad leonum prædam iuſſu Regis incluſo,prandium diuinitus apportatur, & timemus ne operanti, & Deum timenti deſit alimentum? cum ipſe in Euangelio ad exprobrationem illorum,quorum mens dubia eſt,& fides parua, conteſtetur & dicat. Aſpicite volatilia cœli, quoniam non ſeminant,neque metunt,nec colligunt in horrea,& pater veſter cœleſtis paſcit illa. Volucres Deus paſcit, & quibus nullus diuinæ rei ſenſus ineſt, eis nec cibus nec potus deeſt, tu Chſiſtiano, tu Dei ſeruo, tu operibus bonis dedito, tu Domino ſuo charo, aliquid exiſtimas

Marginal notes: Cant. 5. — 1. Tim. 6. — 1. Cor. 11. — Mar. 6. — Duplex eſt differẽtia. — Matth. 6.

mas deſuturum? An putas quia qui Chriſtum paſcit, a
Chriſto ipſe non paſcatur? Aut eis terrena deerunt, qui
bus diuina & cœleſtia tribuuntur? Vnde hæc incredu-
la cogitatio, vnde impia & ſacrilega iſta mendicatio?
Hæc Augu. Quid facit in domo Dei tam perfidum pe-
ctus? Quid qui Chriſto omnino non credit appellatur
& dicitur Chriſtianus? Phariſęi magis tibi congruit no
men. Nam cum in Euangelio de faciendis eleemoſy
nis diſputaret, vt & nobis amicos de terrenis lucris pro
uida operatione faceremus, qai nos poſtmodum in æ-
terna tabernacula ſuſciperent fideliter & ſalubriter prę
Luc. 17. moneret, addit ſcriptura poſt hoc dicens. Audiebant
hæc omnia Phariſæi, qui erant auari, & deridebant eũ.
Quales nunc ſunt in Eccleſia, quorum quoſdam vide-
mus, quorum præcluſæ aures, & corda cæcata, nullum
de ſpiritualibus, ac ſalutaribus monitis, lumen admit-
tunt, de quibus mirari non debemus, quia contemnant
in talibus ſeruos, quando a talibus ipſum Dominum
videmus eſſe deriſum & contemptum. Ad quorum cõ
firmationem exemplum, viduæ Sareptanæ, quæ pauit
Luc. 4. Eliam, conſequenter adiungit. Quibus etiam conſonat
illius pauperculæ viduę liberalis oblatio, quoniam qc
Vtrũ men quid habuit miſit, diuino meruit ore laudari. Tertium
dicare ſit quoque calumniandi modum, non minus malignum
meritoriũ. aliquo prædictorum, calumniator hic pauperum aſſu-
mere nititur ex mendicatione eleemoſynarum, allegãs
primo contra eam, ꝙ non ſit opus virtutis, eo ꝙ non
habet annexum ſpirituale ſolatium, ſed potius pœnalẽ
cruciatum: ratione cuius propheta eam imprecatur fi-
Pſal. 108. lijs impiorum, cum in Pſalm. dicit Nutantes transferan
tur filij eius, & mendicent. Et ſacri canones, mendican-
tem Clericum aſſerunt infœlicem. Ad cuius cauillatio-
Quĩtuplex nis, & conſimilium repellendam calumniam, intelligẽ-
eſt mendi- dum eſt, quod quintuplex eſt mendicitatis differentia,
citas. origine, modo, ac efficacia, a ſe inuicem deſperata. Pri-
ma eſt quam petit calamitas, & hæc eſt in perſonis mi-
ſerabilibus & egenis, annexum habens pœnalem cru-
ciatum cum merito, cum ſit cum patientia, qualis fuit
mendicitas Lazari vlceroſi & pauperis, iacentis ante ia-
nuam diuitis Epulonis, vel cum peccato ſi ſit cum im-
patientia. Et hanc imprecatur Propheta, & abhorrebat
ſapiens vir, in perſona loquens hominis infirmi, & timẽ
tis per egeſtatem inuoluntariam, ad impatientiam com
Prou. 30. pelli. Vnde poſtquam præmiſit, mendicitatem ne dede-
ris mihi, ſubiungit, ne compulſus egeſtate furer, & per-
iurem nomen Dei mei. Et hæc eſt proprie dicta mendi
citas, iuxta quod dicit Iſid. Ethim. lib. 10. Mendicus di
ctus eſt, quaſi minus habens, vnde degat, vel quaſi ma-
nu dicens neceſſitatem ſuam. Secunda eſt quã parit cu
piditas. Et hæc eſt in pauperibus ſimulatis, habens an-
nexum cruciatum culpabilem, quo torquentur omnes
auari & cupidi, non tam fame corporalis inediæ, quam
ſpiritualis nequitiæ per inſatiabilem auaritiæ voracita-
Iob. 2. tem, iuxta illud Iob. Attenuetur fame robur eius, & ine
dia inuadat coſtas illius. Et hanc diſſuadet Apoſtolus
1. Theſ. 4. ad Theſ. Nullius aliquid deſideretis. Gloſſ. necdum ro
getis vel tollatis. in quo deſiderium prohibet cupiditas
rei alienæ, & petitionem ex ipſa venientem, iuxta illud
Epheſ. 4. ad Epheſ. Qui furabatur iam non furetur, magis autẽ
laboret manibus ſuis operãdo, vt habeat vnde tribuat
neceſſitatem patienti. Tertia eſt quam petit pigritia, &
hæc eſt in pauperibus mendicautib. validis & ocioſis,
habens annexum cum ctuciatu ſolatium, vitioſum ta-
men atq; fantaſticum. Studioſum. n. refugiẽtes laborẽ,
& ocioſam appetentes vacationẽ, fructuoſam quietem
perdunt, & pernicioſam fatigationem incurrunt, ſecun
Prou. 11. dum illud ſapientis. Deſideria occidunt pigrum, nolue
Ibidẽ. 28. runt. n. quicqaam manus eius operari. Et iterum. Pro-
pter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo egeſta
te, & non dabitur ei. Et hæc mendicitas non ſolum le-
ge diuina, ſed etiam lege ciuili prohibetur. Et vt ab hac
reuocet Apoſtolus, laborem manualem iniungit, ad
Theſ. cum ait. Audiuimus inter vos quoſdã ambulare 2. Theſ.
in quiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes, his autẽ
qui eiuſmodi ſunt denunciamus, vt cum ſilentio operã
tes manducent panem ſuum. Cuius mandati Glo. rõnẽ
reddit, dicens. Qui ad alienam menſam frequenter acce
dit, ocio deditus, neceſſe eſt aduletur paſcenti ſe. Quar-
ta eſt quam parit induſtria, hæc eſt in pauperibus ſtu-
dioſis, circa diſciplinam ſcholaſticam occupatis, ha
bens annexum cum cruciatu penuriæ, ſolatium verita-
tis inuentæ, q̃ adeo mentes generoſas oblectat, vt mul-
ti dies ærumnis, & laboribus pleni, iucundi videantur
& pauci præ magnitudine dilectionis, maluntq; ea cum
rubore mendicando addiſcere, q̃ delicate viuendo igno
rare, quod in pluribus vidimus, qui cũ mẽdicãdo didice
rint, poſtea magnũ locum in Eccleſia Dei tenuerũt. Et
de talibus Aug. de ope monachorum dicit, ꝙ eis bona
opa fidelium ſubſidio, ſupplendorũ neceſſariorum de-
eſſe non debent, cũ ad erudiẽdũ aĩum ita vacant, vt cor
poralia huiuſmodi opera ab ipſis geri nõ poſſint. Quin
ta eſt q̃ parit iuſtitia, & hęc eſt in pauperibus volunta-
rijs, immunibus ab amore tẽporalis lucri, & torpore tẽ
poralis quietis, habẽs annexum cum cruciatu ſolatiũ
virtuoſum & verum, pro eo ꝙ ſic mendicantes, ſolius
mouentur amore paupertatis extremæ, quam ideo am-
plectuntur, vt liberius ſapientiæ vacent, & efficacius ad
culmen virtutis attingant, quatenus in camino pauper-
tatis electi, ipſius penuria purgentur a crimine, ipſius e-
rubeſcentia humilientur in corde, ipſius parſimonia
caſtificetur in carne, ipſius deuota gratitudine conci-
lientur ad proximum, ipſius condeſcenſiua benignitate
configurentur ad Chriſtum, ipſius ſublimi celſitudine
ſurſum agantur in Deum. Quod autem paupertas pe-
nurioſa, & voluntaria huiuſmodi efficacias habeat, ſu-
pra declaratum eſt, per ſanctorũ auctoritates de laude
paupertatis, tertię reſponſionis particula poſtrema, quã
quam nullus ſane intelligẽs, dubitare queat, quin penu
ria purget, erubeſcentia humiliet, parſimonia caſtificet,
gratitudo accipientis beneficium benefactori cõcilicet,
condeſcenſio benignitati configuret ad Chriſtum, qui
cum diues eſſet amore noſtræ ſalutis, effici voluit ege-
nus & pauper, celſitudo paupertatis qua qs omnia cal-
cat, & ſeipſum cum omnibus ſurſum agat in Deum, nõ
ſolum propter ſpiritus libertatem, verumetiam propter
experientiam incommodorum, quæ pauperes comitan
tur, cum dicat Greg. quòd mala quæ nos hic præmunt,
ad Deum ire compellunt. Licet autem auaris ſit mole-
ſta penuria, & ſuperbis erubeſcentia, & laſciuis fruga-
litas, & indeuotis actio gratiarum, & infidelibus con-
formitas ad Chriſtum, & deſperatis eleuatio mentis in
Deum, vere tamen pauperibus ſolatium eſt penuriã pa
ti, humilibus deſpici, cõtinentibus caſtifigari, charitati-
uis conciliari beneficio, credentibus configurari Chri-
ſto, ſperantibus ſequeſtrari a mundo, & iungi Deo eter
no. Ad quorum omnium cõfirmationẽ hoc ſufficit, qđ
dicit Greg. 1. dialog. Sicut ſuperbi honoribus, ſic plerũ
que humiles ſua deſpectione gratulantur, cumque ſe
in alienis oculis vileſcere ſentiunt, idcircò gaudent, quia
hoc iudicium confirmari intelligunt, quod de ſe & ipſi
habuerunt. Quoniam igitur huic mendicitatis modo,
in pauperibus veris, & humilibus annexum eſt cum ex
trinſeco cruciatu intrinſecum gaudium, ideo ſecũdum
Chryſoſ. recte deſignatur, per illum caminum in quem
pueri deſcendentes, ne ſtatuam auream adorarent, cœ-
litus irrorari meruerunt. Huiuſmodi ſpirituale ſola-
rium, quod viri carnales ignorant, eiuſque laudatores,
Phariſeorum more, auari derident, mulier eximiæ vir-
tutis (Paula ſcilicet) experiri cupiebant, iuxta quod
Hieronym. facer in ipſius laudibus, ob hoc eiuſdem

deſiderium

deſiderium admirabile prædicans,ipſamq; collaudans, dicit, quòd hoc habebat voti, vt mendicans pro Chriſto moreretur,& vnum mummum filiæ non relinqueret, & in funere ſuo aliena ſyndone inuolueretur. Nequaquam igitur vt calumniator aſtruere nititur,ea ſola mẽdicitas approbabilis eſt,quæ ex mera neceſſitate,vel calamitate procedit,pro eo,quòd multo laudabilior eſt paupertas volũtaria,quam coacta:niſi quis ita deſipiat, vt in operibus ſupererogationis, neceſſitatis coactionem præferat prompeitudini voluntatis,quod ita abſurdum eſt,quemadmodum ſi paſſionibus martyrum,prę ponat quis ſtipendia latronum, dum martyres voluntarie,latrones inuoluntarie patiuntur. Porro ſi quis aſtruere velit,mendicitatem non eſſe de genere honeſtorum, & laudabilium, quoniam ad ipſam ex inopia rerum,& exigentia naturæ compellimur, conſimili ratione nec martyrium ſanctorum fuit perfectum, nec laudabile,quoniam ad illud perferẽdum compellebantur, per violentiam improbam malignitatis alienæ: cum etiam magis teneat rationem voluntariæ paupertatis penuria,quam pœnalitas paſſionis, pro eo quòd illa volũtarie aſſumitur,& voluntarię perfertur, hic autem aliũde violenter infligitur,quamquam voluntarie perferatur. Eſt & alia cauillatio, qua nobilis & Chriſto Domino accepta mendicitas,calumnioſe arguitur, quaſi annexam habeat non euangelicam beatitudinem, ſed mẽtalem imperfectionem, cum in actibus Apoſtolorum ſcribitur,beatius eſt magis dare, quã accipere. *ct.20.* Ex quo ſequi videtur,quòd beatiores, & perfectiores eſſent huiuſmodi pauperes, ſi eſſent in ſtatu eleemoſynas dantium, quam ſint in ſtatu accipientium,beatiores vtiq; ſi eſſent in ſtatu eorum,qui eleemoſynas liberaliter offerunt,quam qui petunt:cum dicat Hiero.ad Nepotianum,nunquam petentes, raro accipiamus rogati. Et Augu. *Super pſal. 103.* in loculis habendis,exigenda quodammodo annona,Chriſtus non petendo, ſed præbendo indigentias ſuſcepit. Ex quibus videtur poſſe inferri,quod ſtatus clericorum præbendas habentium,Chriſto ſit ſimilior,& perfectior ſtatu mendicantium pauperum. Verum ſi huiuſmodi ratiocinationis fundamẽtum, vigilantius diſcuſſum fuerit, magis poteſt ex hoc oppoſitum, quam propoſitum inferri. Si.n.beatius eſt magis dare,quam accipere,ille minime beatus eſt,qui bona plurima accipit,& pauca largitur. Cum igitur omnia eccleſiaſtica, dicit Proſper,ſint vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonla pauperum,ſequitur quòd quicunque reditus eccleſiaſticos habet, cum longe plus accipiat quam alijs largiatur: magis erit pingui acceptione miſer,quã exili donatione beatus Et ę cõtrario verus pauper, qui omnia propter Chriſtum deſerit, & diſpergit, non ſolum quæ habuit, ſed & quæ concupiſcere potuit, & paucis,& modicis eſt ad ſuſtentationem naturæ contẽtus, erit ſecundum hanc rationem acceptione parciſſima minime miſer, & donatione largiflua maxime beatus. Cui,etiam concordarę videtur euangelicus textus, qui ſecundum Chryſo.habet in Græco. beati mendici, quia ipſorum eſt regnum cœlorum, vbi latinus habet, beati pauperes ſpiritu. Quibus etiam concordat ſacer Amb.in lib.de offic.dicens. Panper & ſi nõ habet vnde reddat pecuniam,reddit gratiam. In quo certum eſt, quòd plus red dat,quam acceperit. Pecunia,n.numo ſoluitur, gratia vero nunquam exinanitur, reddendo vacuatur pecunia,gratia vero & habendo ſoluitur, & ſoluendo retinetur. Hæc Ambr. Ex qnibus eſt euidens, quòd prædicta veritatis auctoritas,contra euangelicos pauperes intorqueri non poteſt. Vnde & Glo. Bedę ibidem. Non illis qui relictis omnibus ſecuti ſunt Dominum,diuites eleemoſynarios prępouit,ſed illos maxime glorificat,qui cunctis quę poſſident renunciantes,laborant nihilominus opando manib. vt habeant vnde tribuant neceſſitatem patienti. His Caſſianus conſonat. Hæc eſt(inquit)impartientis beatior larg tas,quam accipientis pecunia,quæ non de reconditis auaritiæ theſauris impenditur,ſed quæ de fructibus operis proprij & pio ſudore profertur. Ex quibus habetur, quòd ſi quis cum paupertate,& exercitio ſtudij ſpiritualis,labori manuum intendens,ſeipſum & alios paſcit, imitator effectus Apoſtoli Pauli, opus agit maioris ſupererogationis,quam qui ab alijs ſubſidia requirit, & accipit. *De inſtitutis monachorum.* Et ideo perfectionis omnis amator Franciſcus, ad laborem manualem ſectatores ſuos & filios, moderate, ac prudenter inducit, dum ad hoc idoneos informat, & excitat,quòd ſic laborent,quòd refugiant ocium,& ſpiritum non extinguant. Ad quod quanquam ſit perfectum & ſanctum,vniuerſali precepto aſtringere noluit, pro eo quòd hanc celſitudinem ſuperogantis perfectionis,infirmitas corporum cum tarditate ingeniorum in hominibus noſtri temporis non admittit. Eſto igitur, quòd hoc modo beatius ſit dare,quam accipere,ſecundum imitationem Apoſtoli, non tamen ex hoc poteſt inferri,quòd accipientes ſint imperfecti,quia nec Apoſtoli a perfectione exciderunt in hoc, quòd ſuſtentabãtur ab alijs,nec Chriſtus imperfectionis magiſter fuit, qui perfectionis euangelicæ Doctores ab alijs ſuſtentari ordinauit, & hoc in ſeipſo per exemplum oſtendit. Vnde Auguſt. ſuper illud Pſalm. qui producit in montibus fęnum. Quare voluit egere Dominus, niſi vt daret montibus exemplum vt parerent fœnum, nec contra pluuiam ſteriles redderentur? Hæc Augu. per pluuiam dans intelligi doctrinam qua mentes erudiuntur,& per fœnum temporalia quibus corpora ſuſtentantur. Sane vt omnis calumniandi materia ceſſet,intelligendum eſt, quòd quamuis accipere comparatum ad dare de genere operis minus ſit beatum,atque perfectum, poteſt tamen ex ſuperadiecta circunſtantia eſſe beatius,atq; perfectius, videlicet cum quis accipit extremæ paupertatis amore, ſecundum ſex conditiones ſuperius expreſſas,in quibus ſimul iunctis integra conſiſtit ipſius perfectio,non ſolum in abdica tione proprietatum, verum etiam in acceptione neceſſariorum, cum videlicet quis mendicat & accipit,vt acceptione penurioſa purgetur, verecunda humilietur, attenuata reſtringatur & caſtigetur, grata concilietur ad proximum, condeſcenſiua configuretur ad Chriſtum,fiduciali & alta ſurſum agatur in Deum. Quod quidem excellentius eſt,quam præbere alimenta pauperibus. Vnde Hieron. ad Iulianum, Extruis monaſterium,multus a te ſanctorum numerus ſuſtentatur,ſed melius faceres, ſi & ipſe ſanctus inter ſanctos numerareris. Et Ber.in quadam epiſtola Volo te amicum eſſe pauperum,magis autem imitatorem. Ille gradus eſt proficientium,hic perfectorum. Secũdum hæc igitur perfectius eſt cum Chriſto egere,& eleemoſynas cum accipiente accipere, quam ſit amicum eſſe pauperum,ipſos pauperes ſuſtentare. Quod ergo dicit Hieronym.ad Nepotianum,quòd nunquam petentes debemus accipere, intelligendum eſt, quòd loquitur Nepotiano Clerico,pro his clericis qui ſufficiẽtem habent victum de bonis Eccleſiæ, qui etiam nondum condeſcenderant ad celſitudinem paupertatis extremę. Et his cum habeant vnde viuant,nec velint agere, turpe eſt accipere,turpius petere. Et quia huiuſmodi perſonis niſi ſtudij cauſa turpe eſt mendicare,ideo ſtatutũ fuit in Carthaginenſi Concilio, quod Clericus pauper victum & veſtitum artificiolo quæreret. Et quia difficile erat eos ad huiuſmodi labores compellere, ideo ſtatutum eſt ſicut patet de conſecratione diſtinct. prima. quòd nulla Eccleſia dedicetur, niſi prius dotata fuerit, ob hoc videlicet, vt Clerici in ea miniſtrantes habeant vnde ſuſtentari poſſint. Simul etiam per noua iura introductum eſt, vt Clerici ſine ti-

tulis non debeant ordinari, quòd ſi ordinati fuerint ab ordinatoribus ſuſtententur. Quæ quidem iura certum eſt nullatenus eos aſtringere, qui pro Chriſti nomine viuere deuouerunt in extrema paupertate, concurrentibus in hoc ipſum auctoritate ſummi Pontificis, & atteſtatione euangelicæ veritatis. Qualiter autem verbum Auguſtini, quòd dixit Chriſtum non petendo ſed præbendo indigentiam ſuſcepiſſe intelligi debeat, ipſemet aperit, cum ſubſequenter adiungit exempla de Chriſto, Elia, Zacheo, & vidua dicens. Cum quiſq; ſanctum ſuſcipit, non ſuſcepto ſed ſuſceptori præſtatur, q.d. quòd Dominus in ſuſcipienda annona, non quærebat proprium commodum, ſed meritum alienum, non requirebat datum ſed fructum, quo fiebat, vt Chriſto ſuſcipienti plus pręſtaretur ex merito, quã ſuſcepto conferretur ex dono. Quod non ſolum habet veritatem in ipſo capite, verumetiam pro membris ipſius pau-

Matt. 25. peribus. ſ. pro quibus benefactoribus eorum in Matthæo mercedem repromittit, cum dicit. Quodcunq; feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Et ite-

Matt. 10. rum. Quicunq; dederit potum vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum, in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Vbi Glo. Minimi ſunt qui nihil penitus habent in hoc mundo, & iudices erunt cum Chriſto. Valde igitur ſunt pauperes, qui nihil omnino habent in mundo, & calice frigidæ aquæ indiget, ſed nihilominus valde ſunt diuites, in quorum ſuſceptione CHRISTVS ſe ſuſcipi aſſerit, quibus etiam iudiciariam poteſtatem ſe communicaturum eſſe prædixit. Denię; peſſima cauillationum omnium ea eſſe dinoſcitur, qua oppreſſor hic pauperum eos eſſe viros ſanguinum criminatur, pro eo videlicet, quòd eleemoſynas accipiunt, quibus ſuſtentari deberent inualidi pauperes qui operari non poſſunt, & ideo quodammodo homicidium perpetrant: dum eos eleemoſynis ex

Eccle. 34. pietatę ſibi debitis, impię defraudãt, cum Eccleſiaſticus dicat. Panis egentium vita pauperis eſt, qui defraudat eum homo ſanguinis eſt. Inſuper & Chriſti Eccleſiam vt dicit onerant, & multis periculis ſe exponunt, quæ ex inopia procedunt, cum dicat idem Eccleſiaſticus,

Eccl. 27. propter inopiam multi deliquerunt. Ex quibus & illud habet ſequi, quòd paupertatem huiuſmodi profiteri ſit impium, cum non habeat annexum meritum ſed peccatum. Et hoc eſt quod finaliter calumniator egẽtium perſuadere molitur, ſcilicet quòd ſtatus huiuſmodi pau

Pſal. 108. perum tanquam peruerſus, ab vniuerſali Eccleſia reprobetur, vt vere videatur illud Pſal. in eo eſſe completũ. Perſecutus eſt hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. Dicamus igitur pro cauſa pauperum defendenda, quòd huiuſmodi euangelici viri, qui proprijs facultatibus renunciauerunt, & ſaluti animarum intendunt, nõ ſunt viri ſanguinum, ſed miſericordiæ, quorum iuſtitiæ obliuionem non acceperunt: quoniam ex abundanti miſericordia, temporalia bona largiti ſunt ad ſuſtentanda corpora pauperum, & ſpiritualia bona continue largiuntur ad ſuſtentationem animarum, & ideo digni ſunt vt ab Eccleſia ſuſtententur, quia non grauant, ſed alleuiant, multo amplius quã illi, qui Eccleſiaſticorum redituum vbertate pingueſcunt, quos cum & plurimi eorum habere potuiſſent, multo magis pro Chriſto illis carere voluerunt. Hi ergo cum eleemoſynas petunt & accipiunt, nullum pauperem defraudant, quin potius cauſas pauperum agunt cum ſuis ſacris exemplis & monitis, impios homines ad opera pietatis inducunt. Nulli prorſus iniuriantur, quia hoc petunt & accipiunt, quod eis debetur. Suſtentatio enim corporalis debetur ipſis lege miſericordiæ, tanquam pauperibus: & eo magis quo pauperes voluntarij ſunt Chriſtoque deuoti. Vnde Hier. contra Vigilãtium. Non negamus cunctis pauperibus, ſi tanta ſit largitas, ſtipes eſſe porrigẽdas. Apoſtolus docet faciẽdam quidem eleemoſynam ad omnes, maxime ad domeſticos fidei. De quibus Saluator in Euãgelio loquebatur. Luc. 16.
Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Nunquid iſti pauperes inter quorũ pannos & illuuiem corporis, flagrans libido dominatur, poſſunt habere æterna tabernacula, qui nec præſentia poſſident nec futura? Non enim ſimpliciter pauperes, ſed pauperes ſpiritu appellantur: de quib. ſcriptum eſt. Beatus qui intelligit ſuper egenũ & paupe
rem. In vulgi pauperib. ſuſtẽtandis, nequaquam intelli Pſal. 40.
gẽtia ſed eleemoſyna opus eſt, in ſanctis vero pauperib. beatitudo eſt intelligẽtiæ, vt ei tribuatur q erubeſcit accipere, & cum acceperit dolet metens carnalia, & ſeminans ſpiritualia. Hucuſq; Hier. Debetur etiam eis lege iuſtitiæ tanquam prædicatoribus veritatis: quam quidẽ iuſtitiam exigere poſſunt, non iure fori ſicut prælati, in quibus acceptio ſtipendiorum non eſt mendicitas ſed poteſtas, ſed iure poli eam exigere poſſunt & debẽt, per modum humilitatis, ſcilicet pro Chriſti amore gratis petendo, vt alij mereantur dando, & ipſi humilientur accipiendo, & ſic ſuſtententur vt euangelizent, non euãgelizent vt comedant. Vnde Bernar. ad frarres de monte Dei. Cum diues eſſet, pauper pro nobis factus eſt: & qui voluntariæ paupertatis dedit exemplum, ipſe in ſemetipſo eiuſdem formam dignatus eſt demonſtrare. Vt. n. ſciant euangelici pauperes quid eis faciendum ſit, ipſe etiam a fidelibus paſci voluit: nonnunquam & ab infidelibus, ſed vt fideles faceret, vitæ neceſſaria accipere non recuſauit. Conſtans eſt autem, quod non loquitur hic de pręlatis, ſed de pauperibus religioſis, quos exemplo Chriſti dicit de eleemoſynis ſuſtentari debere, non quidem poteſtatiue requiſitis, ſed pie & humiliter poſtulatis. Huiuſmodi autem pauperes ſuſtentare pro Chriſto, non minoris eſt meriti quam ædificare baſilicas, vt dicit Hieron. ad Demetriadem. Alij ędificent Eccleſias, veſtiant parietes marmorum cruſtis, non reprehendo, non abnuo. Vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundet. Melius eſt hoc facere, quam repoſitis opibus incubare. Sed tibi illud propoſitum eſt. Chriſtum veſtire in pauperibus, viſitare in languentibus, paſcere in eſurientibus, ſuſcipere in his qui tecto indigent, maxime in domeſticis fidei, virginum alere monaſteria, ſeruorũ Dei & pauperum ſpiritu habere curam, qui diebus ac noctibus ſeruiunt Domino tuo, qui in terra poſiti imitantur angelorum conuerſationem, nihil loquuntur niſi quod ad laudes Dei pertinet, habenteſq; victum & veſtitum, his gaudent diuitijs, qui plus habere nolunt, ſi tamen ſeruant propoſitum, alioquin ſi amplius deſiderant, his quo neceſſaria ſunt probantur indigni. Ex his Hieronymi verbis colligitur, quòd ſuſtentare huiuſmodi euangelicos pauperes, opus eſt pietatis maximę, ac per hoc ipſos perſequendo calumniari, ſcelus non eſt paruę perfidiæ. Non enim inopia voluntaria vt is dicit, eſt cauſa malorum & multiplicium criminum, ſed vt dicit Chriſoſtomus, & ſupra habitum eſt, infinitorum cauſa bonorum. Sicut enim radix omnium malum eſt cupiditas, quæ eſt amor diuitiarum: ſic paupertas cunctorum eſt origo bonorum ſpiritualium, quæ eſt contemptus affluentiæ & amor penuriarum. Non ergo multi deliquerunt propter inopiam quam dilexerunt, ſed propter inopiam quam oderunt, vel certe ſicut gloſa dicit, verbum illud intelligitur non de inopia bonorum temporalium, ſed ſpiritualium virtutum atque chariſmatũ. Hæc idcirco diximus, non quia commendemus effrenatam mendicantium multitudinem, aut omnem mendicandi modum, vt perfectum approbare velimus: ſed eum duntaxat, qui annexum habet ſtudium ſapientiæ ſeptiforme, vel laborem manualem, cum profeſſione & obſeruantia euangelicæ paupertatis, & exer

citatione

citatioue perfectæ virtutis. Quem quidem modum cũ tota Chriſti vita & doctrina euangelica comprobet, ſi quis ipſius contrarium euangelizauerit, iuxta verbum Apoſtoli anathema ſit. Deſinat igitur perſecutor hic pauperũ, a malignis calumnijs & verbis maledicis, nec
Galat. 1. Balaam tranſcendendo malitiam illis maledicat, quib. Dominus benedixit, ne benedictionem perdens cœlitus repromiſſam, maledictionem incurrat æternam. Quod ſi ceſſare noluerit, verus pauper clamare non ceſſet. Adiuuame Domine Deus meus, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Et de hinc media proſequẽs in fine concludat. Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum. Qui aſtitit a dextris pauperis, vt ſaluam faceret a perſequentibus animam meam.

## SANCTI BONAVENTVRAE

### DOCTORIS SERAPHICI

*Epiſtola, in qua mandat, vt fratres ſui ordinis caueant a frequentia diſcurſuum, ab importunitate quæſtuum, à ſumptuoſitate ædificiorum, librorum, veſtium, ac ciborum, a prædicatione contra prælatos coram laicis, & à litigioſa inuaſione ſepulturarum et teſtamentorum.*

IN CHRISTO ſibi cariſſimo fratri B. Saucelis prouinciæ miniſtro, frater Bonauentura ordinis fratrum Minorum Miniſter Generalis, & ſeruus. Salutem & pacem in Domino ſempiternam. Quoniam ad hoc potiſſimum inuigilare debet ſolicita cura rectoris, vt in commiſſo grege meritum virtutis accreſcat, claudatur via vitijs, & detur moribus diſciplina, diligenti deliberatione præhabita, viſum eſt tam mihi quàm diffinitoribus capituli generalis, vt miniſtris ſingulis aliqua ibidem examinata & diſcuſſa, literatorie demandarem, ipſosq; ſolicitos redderem, ad eos potiſſimum abuſus tollendos de medio, quibus ſynceritas religionis inficitur, perfectionis celſitudo deprimitur, & ſanctitatis claritas offuſcatur. Sane cum euangelici culminis obſeruata perfectio, hactenus ſpectabiles & amabiles nos mundo reddiderit, omnique fauore ac reuerentia dignos, ecce iam nunc multitudine in procliua tendente, & remiſſius agentib. his qui præſunt, vitiorum quædam ſẽtes cernuntur ſuccreſcere, quæ dum ſacrum hoc venerandumque collegium, deſpicabile & oneroſum reddunt populis, conuertunt in ſcandalum, quod cunctis eſſe debuerat in exemplum. Nam frequentia diſcurſus & importunitas quæſtus, viles nos & graues efficiunt, pro eo videlicet, quòd dum paruis nolumus eſſe contẽti, & ædificia ſumptuoſa conamur erigere, vilia ſummo ſtudio quæritantes, nobilia per incuriam perdimus, cũ murorum curioſa conſtructio, deſtructionem pariat animarum. Perhorreo quorundam procacium audaciã, qua contra Patris noſtri doctrinam, coram laicis prædicando in Eccleſia contra prælatos, ipſornm acta ſuggillando, conſurgunt, non niſi ſcandala, iurgia, & odia ſeminant, & non ſolum ipſorũ, verumetiam Dei prouo-

Cauenda frequẽtia, diſcurſ', & importunitas qſtus.

cant iram, cum diuina cõſtet lege ſancitum, ne quis maledicat ſurdo, nec ponat offendiculum corã cæco. Sed & ſepulturarum ac teſtamentorum litigioſa & auida q̃dam inuaſio, cum excluſione illorum ad quos animarũ Leuit. 19.
cura ſpectare dinoſcitur, non modicum nos clero toti fecit exoſos, (ſicut experientia docente) percepimus, & ipſe ſanctiſſimus pater Põtifex ſummus Dominus Clemens, fratres omnes ad cauendum huiuſmodi (pia prouidẽtia) per me voluit commonere. Horum autem omnium hanc puto potiſſimam rationem & cauſam, ꝙ ea quæ prouida cura, per totius ordinis prouidentiam, in generali capitulo ſtatuuntur, paruipenduntur a fratribus, & habentur pro nihilo. Nec tamen trangreſſores huiuſmodi, diſciplina debita caſtigantur. Sicque fit diuini permiſſione iudicij, vt ſpernentes modica, in maxima decidant. Quia cum diſciplina negligitur, inſolentiæ creſcunt, ac per hoc interior negligentia circa exercitationem virtutum, exterius procedit in ſcandalum per eorum patentem ruinam, qui ſtare videbantur in oculis aliorum. Ex quo fit, vt ſanctę religionis ſplendor præfulgidus in pallorem degeneret, ſanctitatis pulchritudo ſordeſcat, bonę opinionis odor computreat, & nomen Domini blaſphemetur. Ne igitur ſanguis animarũ non ſolum noſtræ ſolicitudini commiſſarum, ſed etiam omnium quæ ad lumen ſanctæ religionis per viam ſalutis incedunt, de noſtris manibus requiratur, charitatis tuæ zelũ (quantum poſſum) efficaciori mandato duxi præſentibus excitandũ, adiurãs te per aſperſionem ſanguinis Crucifixi, & per ſtigmata paſſionis eius, quæ in ſacro Patris noſtri corpore indubitabili claritate fulſerunt, vt ſicut Chriſti ſeruus fidelis & prudens, ad præſatarũ extirpationẽ peſtium toto te animi vigore ſuccingas, tota mentis attentione inuigiles, totoq; feruore ſpiritus ſuccendaris. Et primum quidem ad ſanctæ orationis ſtudium, fratres tuæ curæ commiſſos efficaciter incitans, ad regulæ promiſſæ obſeruantiam ſynceram inducas pariter & compellas, peſtiferos & inſolentes nullius ferendo faciem euellens & deſtruens, diſſipans & diſperdens, vel carcerali mancipando cuſtodiæ, vel à communitate ſacri collegij expellendo, iuxta quod pietatis & iuſtitiæ lex expoſcit, ne dum crudeli miſericordia vni membro putrido parcitur, in totius corporis ſoſpitatem putrens corruptio diffundatur. Et quoniam paupertas eſt noſtræ religionis prærogatiua ſublimis, ne nobilis hæc margarita conculcanda porcis viliter exponatur, diſcurſuum cauſam & quæſtuum, ſumptuoſitatem ſcilicet ædificiorum, librorumq; veſtium, ac ciborum, ſic ſtudeas amputare, quòd a profeſſionis excellentia vitæ obſeruantia non diſcordet. Fœdum eſt enim profanumque mendacium ſummæ paupertatis voluntarium profeſſorem ſe aſſerere, & rerum penuriam pati nolle, interius diuitum inſtar affluere, & exterius more pauperum mendicare. Inhibeas etiam fratrib. firmiter & diſtricte, quia tam diuino quam canonico prohibetur imperio, ne prælatorum vitam coram populo carpant, ſed potius reuerentiam exhibeant, non tantum bonis & modeſtis, verumetiam diſcolis, quia etiam hoc exigit ſacrum myſterium Chriſtificæ vnctionis. Mandes etiam fratribus vniuerſis, vt pacem clericorum omnium tam in teſtamentis quam in ſepulturis (quantum in eis eſt) ſic ſtudeant obſeruare, vt nullam habeant cõtra nos occaſionem iuſtæ querelæ, ſimulq. ſæculo toti clareſcat, quòd non commoda rerum, ſed lucra quærimus animarum. Denique quia his & alijs deordinationibus innumeris, per ſtatuta ordinis via precluditur, volo vt per loca fratrum ea ſic diligenter conſcribi, legi facias & ſeruari, vt ſicut profeſſione virtutum præcipui credimur, nequaquam morum incompoſitione poſtremi merito cenſeamur. His igitur chariſſime frater, tam efficaci

Fratres nõ arguant p̃latos corã populo. 1. Pet. 2.

efficaci ſtudio non ceſſes intẽdere, quod Deus gratum habeat, vt ego tuæ obedientiæ promptitudinem, & ſolicitunis vigilantiam, zelumque ordinis ſacri, poſſim non immeritò commendare. Et vt hoc melius fiat, volo vt præſens ſeries omnibus fratribus tuæ Prouinciæ per te vel per cuſtodes (quotiens opportunum fuerit) explicetur.

# EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

*Epiſtola altera, ad Miniſtros Prouinciales & Cuſtodes, de reformandis fratribus ſui ordinis.*

IN CHRISTO ſibi chariſſimis Miniſtris, prouincialibus & Cuſtodibus vniuerſis, Frater bonauentura ordinis eorum generalis miniſter & ſeruus, Salutem & pacem, quæ exuperat omnem ſenſum. Licet inſufficientiã meam ad ferendum onus impoſitum cognoſcerem manifeſte, per debilitatem corporis, imperfectionem mentis, inexperientiam actionis, & repugnantiam voluntatis, quia tamen durum eſt contra ſtimulum calcitrare tantæ congregationis, & ſummi pontificis, ac per hoc, & altiſſimi Dei voluntati pertinaciter reſiſtendo, ſarcinæ graui, & quaſi importabili humeros ſuppoſui imbecilles, ſperans de adiutorio virtutis omnipotentis, & cõfidẽs de adminiculo veſtræ ſolicitudinis in idipſum. Nã & ſi ſit impoſſibile homini quantumcunque forti, induſtrio, & experto totam tanti oneris ſarcinam ſuis humeris baiulare, ſi tamen diuiſa in partes, & humeris impoſita diuerſorum viriliter à quolibet importetur, non eſt quantumcunque debili capiti, horrore quodàm rei inſolitæ deſperandum. Quoniam igitur de veſtra præſumo induſtria, ſolicitudine, & zeli viuacitate, ꝙ prompti ſitis ad extirpanda mala, promouenda bona, refouẽda debilia, & fortia conſeruanda, videns me ſpeculatorem datum domui Iſrael, ne ſanguis animarum de manibus meis requiratur, cogitaui quædam vobis breuiter ſcribere, quæ verbotenus, ſi in capitulo generali fuiſſem, libentius enodaſſem. Nunc autem quia pericula tẽporũ vrgent, & leſiones conſcientiarum, necnon & ſcandala mundanorum, quibus cum ordo deberet eſſe ſanctitatis totius ſpeculũ, in diuerſis orbis partib. in tediũ vertitur & contemptum, quæ mihi de conſilio diſcretorum viſa ſunt corrigenda, nec penitus tacens, nec omnino exprimens, nec noua ſtatuens, nec vincula ſuper inducens, nec onera grauia alligans alijs, & imponens, ſed tanquã annunciator veritatis breuiter explico, videns iſta nullatenus reticenda. Sane perquirenti mihi cauſas, cur ſplendor noſtri ordinis quodammodo obſcuratur, ordo exterius inficitur, & nitor conſciẽtiarum interius defœdatur, occurrit negociorum multiplicitas, qua pecunia noſtri ordinis paupertati ſuper oĩa inimica, auide petitur, in caute recipitur, & incautius cõtrectatur. Occurrit quorundam fratrum ocioſitas, quæ ſentina eſt omnium vitiorũ, qua plurimi conſopiti, monſtruoſum quendam ſtatum inter contemplatiuam & actiuam eligentes, non tam carnaliter quam crudeliter ſanguinem comedunt animarum. Occurrit euagatio plurimorum, qui propter ſolatium ſuorum corporum, granando eos per quos tranſeunt, non exempla poſt ſe relinquunt vitæ, ſed ſcandala potius aĩarum. Occurrit importuna petitio, qua omnes tranſeuntes per terras adeo abhorrẽt fratrum occurſum, vt eis timeant quaſi prædonibus obuiare, Occurrit ædificiorum conſtructio ſumptuoſa & curioſa, quæ pacẽ fratrum inquietat, amicos grauat, & hominum peruerſis iudicijs multipliciter nos exponit. Occurrit multiplicatio familiaritatum, quàm regula noſtra prohibet, ex qua ſuſpitiones, infamationes, & ſcandala plurima oriuntur. Occurrit improuida commiſſio officiorum, qua fratribus nondum vſque quaq; probatis, nec carne maceratis, nec ſpiritu roboratis, imponuntur officia vix portanda. Occurrit etiam ſepulturarum & teſtamentorum auida quędam inuaſio, non ſine magna turbatione cleri, & maxime ſacerdotum. Occurrit mutatio locorum frequens & ſumptuoſa, cum quadã violentia & perturbatione terrarum, cum nota inconſtantiæ, non ſine præiudicio paupertatis. Occurrit tandem ſumptuoſitas expenſarum. Nam cum fratres paucis nolint eſſe contenti, & charitas hominum refriguerit, facti ſumus omnibus oneroſi, magisq; fiemus in poſterum, niſi remedium celeriter apponatur. Licet autẽ plurimi reperiantur, qui non ſunt culpabiles in aliquo prędictorum, tamen oẽs inuoluit hæc maledictio, niſi a non facientib. his, qui faciunt reſiſtatur, cũ luce clarius omnia ſupradicta in maximum, & nullo modo diſſimulandum vergant noſtri ordinis detrimentum, licet tepidis & indeuotis, & ſecundum carnem ſapientibus, conſiderantibus conſuetudinem, & allegantibus multitudinẽ, quaſi facilia & excuſabilia etiam irremediabilia videatur. Excitetur ergo cordis noſtri deuotio, & feruor ad zelum, & electis negotiatoribus de domo patris cœleſtis, fratres omnes ad orationis & deuotionis ſtudiũ accendatis, reſtringatis receptionem multitudinis, quia modis omnib. volo, ꝙ conſtitutio de receptione ſtricte ſeruetur. Prauas prædictarum vitiorum conſuetudines reſecetis, quia licet videatur fratribus graue, requirit tamen hoc perfectio profeſſionis noſtrę, requirit tribulationis incurſus, requirit mundus. Clamat hoc Beatus Franciſcus, & ſanguis Chriſti aſperſus, & Dominus de excelſis. Ocioſos ſtimuletis ad laborem, vagantes cõpeſcatis ad quietem, importune petentibus imponatis ſilentium, intentos exaltandis domib. profundius deprimatis, familiaritates quærentes, arceatis ad ſolitudinẽ. Officia prædicationis & confeſſionis, cum multo examine imponatis. Conſtitutionem de teſtamentis olim factam, & de nouo de ſepulturis, faciatis arctius obſeruari. Locorum vero mutationem, nullatenus concedatis alicui ante capitulum generale. Nam de conſilio diſcretorum, propter ſcandala vitanda iuxta prædeceſſoris mei mandatum, hoc mihi reſeruo, diſtricte per obedientiam iubendo, vt nullus deinceps locum mutet ſine mea licentia ſpeciali. Diſcant etiam fratres modicis eſſe contenti, quia vehementer, & ſapientibus & rationabiliter formidatur, quòd oportebit eos modicis eſſe contentos, velint nolint. Si igitur obedientes fueritis verbo per epiſtolam, & hoc per viſitatores intellexero, quos volo ſuper prædictis corrigendis, tã in capitibus quã in membris diligentius vigilare, gratias agam omniũ coaditori, & vobis. Quòd ſi aliter (quod abſit) acciderit, indubitanter ſciatis, ꝙ nullatenus pateretur conſcientia mea, prædicta ſub ſilentio pertranſire. Licet. n. nõ ſit mei propoſiti nouis vos vinculis innodare, oportet me tamen conſcientià compellente totis viribus extirpationi intendere prædictorum, quatenus vitatis ſcãdalis (vt tenemur regulæ quã vouimus, ſine cuius obſeruatione ſaluari non poſſumus) veritatẽ perſpicaciter videamus, & impleamus profeſſionem, & totis viribus puritatem cuſtodiamus, quæ impugnatur euidenter ex omnibus ſupradictis. Datum Pariſijs &cętera. Hanc

autem

autem literam legi in ſingulis conuentibus veſtræ prouinciæ faciatis.

# SANCTI BONAVENTVRAE

## SERAPHICI DOCTORIS,

*De contemptu ſæculi Collatio.*

NOTA ſeptem ſunt in mundo, quæ ſi homo bene perpenderet, & attentè conſideraret, facile mundum cōtemneret, vinceret, & fugeret, & ad ſeruiendum Deo ſe conferret. Deo enim ſeruire eſt ſeruitium perdere.

Septē inducunt ad cōtemptum mundi.

Primum eſt labor, amatores mundi fatigans. Quis enim in honore ſine dolore? In prælatione ſine tribulatione? In ſublimitate ſine vanitate eſſe poterit? Vnde dānati in fine dicent. Sap. 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles. Reprobi hic fatigātur in deſiderijs, poſtea cruciantur in tormētis. Magna eſt proinde ſecuritas cordis, nihil habere concupiſcentiæ ſęcularis, nam ſi ad terrena adipiſcenda inhiat, ſecurum tranquillumque nullatenus eſſe poteſt, quia aut non habita concupiſcit vt habeat, aut adepta metuit ne perdat. Nolite ergo chariſſimi diligere mundum, neque ea quę in mundo ſunt, ſ. delitias & diuitias. Beatus homo qui ſcit Chriſtum Ieſum, etiam ſi alia neſcit. Infelix qui ſcit omnia alia, illum autem neſcit. Vnde verſus. Hoc eſt neſcire, ſine Chriſto plurima ſcire. Si Chriſtum bene ſcis, ſatis eſt ſi cætera neſcis. Secundum eſt negligentia melioris boni ex amore mundi. Amatores. n. mundi adeo intenti & diligentes ſunt circa bona terrena acquirenda, quòd omnes negligūt æterna. Amator. n. mundi huius, quāto amplius Dei obliuiſcitur, tanto plus a Deo derelinquitur, & mens ipſius obdureſcit. Quanto quis malis adhæret, tāto minus intelligit bona quæ perdit. Contemnentes etiam Deum minime ſentiunt quantum ſit mali quod ſic agunt. Sancti etenim viri quia nihil huius mundi diligunt, ſed ad cœleſtem patriam appetunt magna tranquillitate viuunt. Huius aūt mundi fęlicitas magna eſt infœlicitas. O quam fęlix eſt cui datum eſt mundum contemnere & Chriſto ſeruire, omni libertate melior eſt ſeruitus Chriſti. Tertiū quod nos excitare debet ad contemptum mundi & rerum tēporalium, eſt vanitas ipſarum, lætitia ſæculi vanitas eſt. Cum magna expectatione ſperatur vt veniat, & non poteſt teneri cum venerit. Et tranſeunt omnia, & euolant omnia, & ſicut fumus euaneſcunt, & vę qui amāt talia. Vnde quidam. Pręterit iſta dies, neſcitur origo ſecundi. An labor an requies ſit, tranſit gloria mundi. Ecce mūdus tranſit & cōcupiſcentia eius. Quid ergo vis, an amare temporalia, & tranſire cum tempore, an Chriſtum amare & in æternum viuere? Vnde perfecti viri indeſinenter breuitatem præſentis vitæ reſpiciunt, quaſi quotidie morientes viuunt, & tanto ſolicitius ad ventura ſe præparant, quanto & nulla eſſe tranſitoria ſemper ex fine penſant. Immenſum eſt quod ſine termino ſequitur, & parum eſt quicquid finitur. Et quo verius ſumma cognoſcunt, eo ſubtilius terrena deſpiciunt, quia illuminatæ mentis oculos conſiderationis in æterna figunt. Et ideo gaudia præſentis vitæ quę iniuſti æſtimāt magna, ipſi deputant vt ſtercora. Et ea quæ ſęculi amatoribus chara ſunt, ipſi velut aduerſam rem fugiunt. Alienos n. ſciunt eſſe a Deo, quibus hoc ſeculum ad omne commodum proſperatur. O gens ſine conſilio, & ſine prudentia. Vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Saperent damnatorum multitudinem, ſaluandorum paucitatem, & temporalium rerum vanitatem. Intelligerent tria, ſ. peccatorum multitudinem, bonorum omiſſionem, & temporis amiſſionem. Prouiderent tria, ſ. mortis periculum, extremum iudiciū, & ęternum ſupplicium. Mors quaſi ad oculum demonſtrat eſſe contemnenda, quæcunq; in hoc mūdo ab impijs quęruntur, ſ. diuitias, delitias, & honores, labor quęrentium diuitias vanus oſtenditur, cum homo nudus in terram reuertitur. Et labor delitiarum inutilis probatur, quia corpus nutritum delitijs, vermibus eſca paratur. Ambitio honoris infructuoſa cognoſcitur, quia homo ſubterra conditur, & homines & iumenta vadunt ſuper eum.

Vanitas tēporalium.

Augu. Nolite ergo chariſſimi diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Dimittamus hęc vana & inania. Conferamus nos ad ſolam inquiſitionem eorum, quæ finem non habent. Vita hæc miſera eſt, mors incerta ſubito obrepit, & poſt hæc negligēti ſupplicia luēda ſunt. Redite ergo præuaricatores ad cor, & adhęrere illi qui vos fecit. State cum illo & ſtabitis. Fallax & vanus eſt mundus, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, & pęna infinibilis. Quartum nos ad mundi cōtēptum ſolicitans, fugacitas gloriæ mundanæ. Dum. n. libenter ac iucundiſſimè moratur homo in mūdo, diuq; victurum ſe arbitratur, ſubito rapitur a morte & anima ſegregatur à corpore, pergitque miſerijs plena, tremens ac dolens, in regionem penitus ignotam, occurſantib. ſibi dæmonibus &c. Vbi ſunt amatores huius ſeculi, qui ante paucos dies nobiſcum fuerūt? nihil ex eis remanſit niſi cineres & Vermes. Attende diligenter, ꝙ ſunt vel fuerunt. Homines fuerunt ſicut & tu, comederunt & biberunt, duxerunt in bonis dies ſuos, & in pūcto deſcenderūt ad infernum. Hic caro vermib. illic anima ſempiternis deputatur incendijs. Nolite ergo fratres diligere mundum, ſed ſequimini Chriſtum qui dixit. Regnū meum non eſt de hoc mundo. Ad cœleſtē patriam toto mentis deſiderio ſuſpirate, vt ipſam finaliter conſequamini. Nō ſunt hic vera ſolatia, ſed ibi potius, eſt vera vita, vbi nunquam mors timebitur. Quintum quod nos ab amore mundi retrahere debet, eſt periculū in quo ſunt homines exiſtētes in mundo. Quid n. faciunt homines ſęculares ſecundum ſęculum viuētes, quā ꝙ implicant ſe peccatis, & confodiunt animas ſuas magnis vulneribus ſuorum peccatorum, intantū ꝙ non poſſunt ea ſentire. Adulteria, fraudes, furta, mendacia, & cuncta mala diffuſa ſunt. A maximo vſque ad minimū, omnes ſequuntur auaritiam. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui inhiabat. Quilibet quomodo ſubſtantiam ſuam faciat ampliorem excogitat. Nullus vel pauci qualiter animam ſuam ſaluent. O quantum exultat nūc diabolus. Omnes in procliuo vitiorū ſunt. Nullus vel pauci conuertūtur, cuncta nobis ſuperflua ſunt expenſa, terrenis inhiamus, terrena ſapimus, Deum & eius mandata contemnimus, terribilia iudicia audiētes nō obſtupeſcimus. Nolite ergo chariſſimi diligere mūdum neque ea quæ in mundo ſunt quia iacula Diaboli ſunt, ſed ſeruiam⁹ Chriſto, nihil eſt melius & vtilius bona vita. Sextum nos ſolicitans ad fugiendum de mūdo, eſt mutabilitas rerum temporalium. Vnde legitur quēdam philoſophū dixiſſe. Quādo cogito de pace & quiete, quę eſt in corde puro, & de delectatione quę eſt in intellectu Deum contēplante, de ſecuritate & de ſpe quæ eſt in corde Deum diligente, tunc iudico quòd talibus intendere nihil aliud eſt, quam Deiformiter viuere. Cæcus eſt qui alijs deditus eſt, quia deificum eſt, omne qđ creatum eſt. Quæ eſt iſta vita noſtra niſi curſus ad mortem, & quid eſt viuere niſi diu torqueri? Si. n. ſublimiter pēſetur, omne quod agitur pęna eſt, miſeria eſt. O amatores mundi ad quem laboratis finem? cur voſmetipſos affligitis circa nihil, cum creatorem omnium poſſidere valeatis?

Fugit gloria mundi.

Ioan. 18.

Periculum in mundo.

Oſeæ. 4.

Hier. 5. 6.

valeatis? Quid amplius quæritis? Quid homini ſufficit cui conditor ipſe non ſufficit? O filij hominum vſque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Quicũque ergo vult ad terram promiſſionis peruenire, i. gloriam ſupernæ patriæ obtinere, neceſſe eſt vt per virgã crucis tranſeat mare rubrũ, ab Aegypto intrans deſertum, vitam delitioſam, & tenebras peccatorum deſerens, aſſumat vitam laborioſam, & moriatur cum Chriſto in cruce pęnitentię, vt ſic in hora mortis ſuę mereatur audirę illud dulce verbum quod dictũ eſt latroni. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradi-

Leu. 23. ſo. Septimum & vltimum quod nos debet cõpeſcere ab amore rerum mundalium, eſt occultum vulnus peccati, quod bona mundi ſuis amatoribus infligunt. Difficile. n. eſt vt inter vanitates ſeculi quis poſitus a vitijs maneat illibatus, proximus periculo diu tutus non eris. Fęlix eſt ergo illa anima, quæ huiuſmodi delectationibus oblectatur, vbi turpitudine nulla inquinatur, ſed veritatis ſecuritate purgatur, quam ita delectat lex Dei, vt omnes delectationes laſciuię vincat. Cui ergo ſapit Chriſt⁹, amarus eſt illi mundus, quia guſtato ſpiritu Chriſti, deſipit omnis caro. Vnde Beatus Augu. ad Dominum. Peto vt omnia mihi amareſcant, vt tu ſolus dulcis animæ meæ appareas, qui es dulcedo ineffabilis per quam cuncta amara dulcorantur. Tua dulcedo, Laurentio craticulã dulcem fecit. Pro tua dulcedine, ibat Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Ibat Andreas ſecurus & gaudens, quoniam ad tuam dulcedinem properabat. Pro hac emenda, pellem propriam Bartholomæus dedit. Pro hac guſtãda, veneni poculum intrepidus Ioãnes potauit. Hanc vt guſtauit Petrus, omnium inferiorum oblitus, clamauit quaſi ebrius dicens. Domine bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula. Hic moremur & contemplemur, quia nullo alio indigemus. Vnam ſcintillam dulcedinis iſte guſtauit, & omnẽ aliã dulcedinem faſtidiuit. Quid putas dixiſſet, ſi magnam illam dulcedinis multitudinem diuinitatis guſtaſſet, quã

Pſalm. 30. abſcondiſti timentibus te? Hanc dulcedinem tuam in-

Pſlm. 33. effabilem & illa guſtauerat virgo Agatha, de qua legimus quòd lætiſſima & gratulanter ibat ad carcerẽ, quaſi ad epulas inuitata. Hanc (vt reor) & ipſe guſtauerat q dicebat. Quam magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Et iterum. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Hæc Aug. Qui ergo nihil de iſta dulcedine Dei guſtat, ſordidari terrenis deſiderijs non euitat. Magnum donum Dei eſt, vitia & delitias huius mũdi abdicaſſe. Vlulate ergo miſeri dilectores huius mundi, qui corpus ante tempus deſtruitis, & animam interficitis. Vnde infirmitates multæ, & mors tam repentina, niſi ex ciborum nimia copia, & frequenti mulierum vſu? Dum dulciter creditis, certe deluditis voſmetipſos, pro corpore obbliuiſcimini animam, & ecce corpus ſimul cum anima ante tempus deſtruitis. Epulamini & inebriamini, non. n. poſt mortem amplius facietis. Seminate corruptionem, & de corruptione colligetis diuinam ſentẽtiam, quam iuſtus ille iudex dabit in magno iudicio Dei dicẽs. Ite maledicti in ignẽ æternum. Heu cor lapideum, ſi cum talẽ tibi cogitas ob huius mundi parua ſolatia imminere ſentẽtiã, non formidas. Sed forte quis dicat, quòd vir qui in peccatis vixit toto tẽpore vitæ ſuæ, in mortis articulo accepta pęnitentia a Deo veniam obtinebit. Heu quam vana ſuſpicatio, & falſa meditatio. Raro accidit vt in morte mereatur diuinam obtinere indulgentiam, qui dum ſanus eſt

Nota. & validus, Deum offendere non formidat. Hęc tendo, hoc verum puto, quòd ei non bonus eſt finis, cui ſem-

Pſal. 115. per fuit mala vita. Pretioſa eſt in conſpectu Dñi mors ſanctorum eius, ait Pſal. mors vero peccatorũ peſſima.

Nolite ergo chariſſimi diligerę mundum, neq; ea quæ in mũdo ſunt, ſed fugite de medio Babylonis. Exite de Vr Caldeorum, incendio. ſ. vitiorum. Fugite & ſaluate animas veſtras. Conuolate ad vrbes refugij, ad loca videlicet religioſa, vbi poſſitis de præteritis agęre pęnitentiam, in præſenti obtinere gratiam, & fiducialiter futuram gloriam præſtolari.

## EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

*Exercitia quædam ſpiritualia.*

VT in virtutibus conſerueris oportet te habere exercitia ſpiritualia quibus animum tuum occupes, quia niſi ſic non poteris in virtutibus perſeuerare. Primò igitur exercebis te in oratione, tali modo & temporibus iſtis feruenter. Ante cuiuſlibet operis vel acti inceptionem. Dominum inuocabis & modicum orabis cum tali oratiuncula. Deus in adiutorium meum intende. Miſerere mei Deus, vel huiuſmodi. Item quandocunque audis campanam ſonare orabis, vel quando audis pulſare horas, has orationes feruenter ab intra facias, quòd ſi iuxta alios fueris, illi non conſiderent qđ ores. Secundum tuum exercitium erit iſtud, videlicet vt feruenter proponas quandocunq; audis ſonare campanam, generaliter te emendare, breuiter cum oratione per modum vnius Pater noſter. Antequam notabile opus facias, breuiter cogitabis, qualiter propoſuiſti te habere in priori propoſito. Item de mane ſemper ꝓponas qualiter te per totam diem velis habere, & hoc antequam facis facta tua extrinſeca, & quando facis factum aliquod cogitabis breuiter, qualiter propoſuiſti. Item ter vel quater in die, propones feruenter contra ſuperbiam. Certum exercitium erit de aliquo bono cogitatio, quãdo tempus vacauerit. Habebis. n. qualibet die vnam memoriam ſpecialem, de qua cogitabis ſępe, ad quam curſum habeas. Habebis. n. Dominica die de regno cœlorum. Feria ſecunda de extremo iudicio. Feria tertia de beneficijs Dei. Feria quarta de morte. Feria quinta de pœnis inferni. Feria ſexta de Paſſione Domini. Sabbato de Dominica noſtra, & peccatis ꝓprijs. Paſſionem tamẽ Domini in qualibet die cum materia diei, & cũ beneficijs Dei habebis. Et in qualibet hora matutina, primæ, tertiæ, &c. de paſſione illius horæ, cũ pauco de materia illius diei cogitabis. Sic igitur cogitãdo, & tua facta faciendo ſpero quòd tempus competenter expendes. Quartum exercitium erit, vt quotidie te exerceas in operibus humilibus & deſpectis, ſemper eligere locum viliſſimum, & teipſum ex toto corde deſpicere, nulliusque laudis dignum te reputare, ſed totũ aſcribere Deo, ſiue lauderis ſiue vitupereris nõ curabis. Eſto conſiderans teipſum & inuenies, quòd non es aliqua laude dignus, ſed omni opprobrio digniſſim⁹. Cũ enim es iuxta alios habebis te taciturne, verecundè, & manſuetè, tamẽ ſicut decet. Quintum exercitium erit, vt omnia ſigna ſuperbiæ deuites, ſ. clamorem in loquendo, & ſic de alijs. Sextum exercitium erit, vt ſæpè cõſideres in quibus te male habeas, vbicunq; fueris, & nõ permittas aliquod paruum vitium tranſire non iudicatum, quia qui parua non reputat, in maiora ſæpe cadit. Septimum exercitium erit, vt pręcipue vbicunque fueris

Quid meditandum ſingulis diebus.

ris

oris, oculos tuos cuſtodias, quia ex incuſtodia oculorum infinita mala eueniunt, ergo præcipue cuſtodi oculos. Octauum exercitium eſt conſiderare aliorum bona, & non mala. Cum enim videris aliquem peccantem, cogitabis quòd ſi ipſe haberet tantam gratiam a Deo ſicut tuipſe, multum feruentius emendaret ſe quam tu. Si autem videris aliquem aliquid boni facere, cogitabis qualiter poſſes illud imitari. Nonum exercitium erit, vt omnia quæ videris & audieris ab hominibus, ad bonũ trahas, & ſic nõ ſuſpicaberis. Decimum exercitium erit, vt ſemper vbicunque fueris habeas te morigerate & compoſite ab extra, ne alijs exhibeas malum exemplũ, quia exterior incompoſitio eſt ſignum indeuotæ mentis. Vndecimum exercitium erit, vt ſemper vbicunque fueris videas, vt illud non facias, cum quo alicui poſſis præbere malum exemplũ, vel vnde alius poſſet ſuſpicari, quia valde periculoſum eſt alijs præbere malum exemplum. Duodecimum erit, viriliter tentationibus reſiſtere, & a carnalibus te abſtinere & abſtrahere, quia in illo ſolus nõ eſt. Vltimum erit, vt ſemper ſtes in timore, & habeas te verecunde, & ita cuſtodi te ſolus, ſicut quãdo es cum alijs. Nam Deus omnia videt quæ facis. Hæc exercitia in communi inquantum potes facere ſtudebis, & Dominum diligentes rogabis, vt velit tibi dare gratiam ad faciendum ea, quia ſine ipſo nihil potes facere, &c. Redeam ad exterioribus ad interiora, ab interioribus ad ſuperiora conſcendam, vt poſſim cognoſcere, vnde venio aut quo vado. Quid ſum, & vnde ſum, vt ita ex cognitione mei, valeam peruenire ad cognitionem Dei. Quãto nanq; in propria cognitione proficio, tanto ad cognitionem Dei accedo. Vnde venio, Secundum exteriorem hominem de parentibus illis qui ne fecerunt, ante damnatum quam natum, peccatores peccatorem in peccato ſuo genuerunt, & de peccato nutrierunt. Quid sũ ego, homo de humore liquido. Sum.n.in momẽto conceptionis, de humano ſemine conceptus, deinde ſpuma illa coagulata modicum creſcendo caro facta eſt, poſtea plorans, & euilans, traditus ſum huius mundi exilio, & ecce iam maior plenus iniquitatib. Iã iam præſentabor ante diſtrictum iudicem. Tunc dicetur de me Ecce homo & opera eius. Cogita hæc profundius.

F I N I S.

*Explicit pars prima Paruorum Opuſculorum D. Bonauenturæ.*